12
3 H
5

YK35

14-18. i. 16

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FRANCISCI MARIÆ DEL MONACO DREPANITANI

CLERICI REGVLARIS

ET PATAVII OLIM THEOLOGIÆ PROFESSORIS,

IN VNIVERSAM

ARISTOTELIS PHILOSOPHIAM

QVÆ IN SCHOLIS PRÆLEGI SOLET

DISPVTATIONES ET COMMENTARIA:

OMNIA FERME AD ANGELICI DOCTORIS D. Thomæ Aquinatis Doctrinam expenſa, atque illuſtrata.

OPVS POSTHVMVM.



LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud { SEBASTIANVM CRAMOISY, Regis & Reginæ Regentis Architypographum: ET GABRIELEM CRAMOISY. } viâ Iacobæâ, ſub Ciconiis.

M. DC. LII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

PRÆMONITIO TYPOGRAPHICA
AD LECTOREM.

VRGEBAT operis iſtius ſummam eruditiſſimus PATER FRANCISCVS MARIA DEL MONACO, cùm ipſum è caſtris Ludouiſiacis, quæ tum fortè in Ambianis conſederant, febris inopina redeuntem oppreſſit. Quod equidem maximo omnium dolore contigit, ob incredibilem eius viri doctrinam, quæ pari cum modeſtiæ laude, & vrbanioris vitæ ratione coniuncta, non minimam illi apud omnes gratiam conciliabat: Verùm luctuoſus mihi imprimis eius obitus accidit, quem præclaris aliis laboribus, quos partim affectos, partim etiam abſolutos in omni fermè ſcientiarum genere penes ſe habebat, excudendis vnum præſertim elegerat: Et hercle præter opuſcula quæ quadruplici rerum præclariſſimarum ſerie diſtincta, & ſubactæ mentis ac eloquentiæ non vulgaris de conſeruanda religionis vnitate hypomneumata, quæ propediem edenda cogitabat, multa alia in ſupellectile ſua libraria aſſeruabat, quibus expoliendis, ſi per otium illi incumbere licuiſſet, dubio procul eſt, magnam ea, & priuato eius nomini gloriam, & reipublicæ quoque literariæ vtilitatem fuiſſe quondam allatura. Eóque magis dolendum eſt, tot præclaris conatibus, tunc cùm de illis ob egregias vires inculpatæque ſenectutis vigorem maturè abſoluendis cogitabat, mortem vnam,

quæ fortibus æquat
Imbelles, populiſque duces, ſeniúmque iuuentæ,

immitem omnino, & heu nimis crudelem interceſſiſſe.

Cęterùm Philoſophiam iſtam, quã tibi nunc exhibeo, minimè obrutam fuiſſe communi iſto tot præſtantiſſimarum lucubrationum naufragio, eſt profectò quòd mihi, ſimúlque tibi etiam non minimum gratuler: Quandoquidem poſt editas hîc noſtratium hominum Craſſotij, Aſſelini, de Raconis, Dabilonij, Rezzij & Pierij Philoſophiæ Syntaxes more Gallico quadripartitas, non poſſunt exterorum aliæ, & Italorum præſertim, ſiue ob expreſſam hanc à nobis docẽdi quadripartitam methodum, ſiue ob præclaras cogitationes, quibus ſe iſti in palæſtra Philoſophica præ cæteris efferunt, non eſſe iucundiſſimæ; vbi enim ſatias te domeſticæ diſciplinæ ceperit, poteris in hanc nõ minùs meo iudicio omnigena florum ſuaueolentiũ varietate diſtinctã nullo negotio deflectere. Enimverò ne tibi in hoc auctore verſanti, de nominis eius celebritate, eruditionîſque præſtantia, & virtutibus aliis, quæ præclaros homines diſciplinarúmque magiſtros comitari ſolent, fides certiſſima non conſtet, & eiuſmodi philoſophemata hæc eſſe intelligas, de quibus haud iniuria dicere quis poſſit, *Iſta decent longa decoctam ætate ſenectam.* facient opinor elogia, quæ hîc ex pluribus aliis tranſcribenda duxi.

R. P. ALOYSIVS NOVARINVS, Veronenſis, Clericus Regularis in Encyclopædia Epiſtolari ſcripſit epiſtolam ad Patrem DEL MONACO, cuius inſcriptio & tenor talis eſt.

Eruditiſſ. Patri FRANCISCO MARIÆ DEL MONACO *Drepanitano Clerico Regulari.*

Epiſt. XXXIII. *Panormum.*

Quædam de ſpectaculis, literis conſignata.

QVID *de ſcriptis meis cenſeas teſtari ſcripto voluiſti; accepi epiſtolam tuam, quæ tota meis laudibus eſt conſuta, tota in meorum operum commẽdationem excurrit. De tuis laudibus vt te amem, non amo tamen laudes; quas nec mihi datas puto, quia non mereor: Affectum tuum, qui te huc impulit, gratum habeo; & contendam ſequi quod tu me putas iam aſſequutum, atque adeo hoc boni ferent tuæ laudes, quòd illarum, vt ita loquar ſtimulo, eò ferar, quò tu me credis, & aſſeris perueniſſe. Doleo meæ imbecilitatis notitiã fieri, ne*

*mihi liceat iudicij tui ſententiæ ſubſignaſſe; Poſſem ego iuſtiùs efferre tua, quàm tu mea extuleris; ſed malo tecum affectu contendere, quàm laudibus; tempus ipſum aperiet, quid mea ſcripta valeant, quid tua. Opuſculum, quod de ſpectaculis, imò in ſpectacula edidiſti libens legi; & nollem eius lectionem adeo multorum leuitati neceſſariam; teratur omnium manibus liber, ne tempus rerum inanium, imò & noxiarum occupatione homines terant. Sed quia habenti dabitur, vt Saluator loquitur, habe hæc pauca quæ de ſpectaculis adnotabam, idque in cultum potiùs quàm in notitiam, nam iſta tu fors non cares, & illum ego debeo. *Nolo plura adiicere, nam nec tu indiges, nec ego, vt inſtitutum meum ſeruem, obſeruationes plures addere ex lege teneor. Vale, Pater Eruditiſſime, & illa, quæ auidè ab omnibus expectantur emitte tandem; moras omnes amolire & exhibe, quæ iamdiu moliris. Vale.*

** Quæ deſunt, Commentaria ſunt de ſpectaculis.*

LEO ALLATIVS in Apibus Vrbanis pag. 108. ſic de Patre del Monaco.

FRANCISCVS MARIA DEL MONACO *Siculus Drepanitanus Clericus Regularis multa ſcripſit Hetruſco Latinóque idiomate*, in vtroque *vt Franciſcus Boluitus ait*, admirandus ob variam eruditionem, ac neruoſam eloquentiam, *edidit Italicè*,

1. *Panegyricum D. Thomæ Aquinatis, dictum in templo Patauino Dominicanorum, quem appellauit*, la Penna, *Vincentiæ, apud Franciſcum Groſſum* 1620. *in* 4.

2. *Panegyricum Coriolani Garzadori Epiſcopi Cherſonenſis, & in Germaniam Nuntij Sedis Apoſtolicæ, quem dixit* Il Sole. *ibidem apud eundem* 1618. *in* 4. *Latinè verò*

3. Elogia XIV. Patrum Religionis Clericorum Regularium. *Mediolani, apud Impreſſores Archiepiſcopales*, 1621. *in* 8.

4. In Actores, & Spectatores Comœdiarum noſtri temporis, *Parænesim. Patauij apud Impreſſores Camerales, in* 4.

5. Horam ſubceſiuam, *hoc eſt*, publicos honores de B. Andrea Auellino ab Vrbano VIII. decretos. *Patauij apud Impreſſores Camerales* 1625. *in* 4. *Molitur*

Virtutis & Sapientiæ Characteres Notis & Parergis illuſtratos, *Tomos* II.

GABRIEL NAVDÆVS in Cauſæ Kempenſis Coniectione pro curia Romana pag. 113. *Loquetur pro te & de rebus Romæ ab ipſomet Caiitano maxima tua cum indignatione perpetratis* πολυμαθέστατος *ille, quem ſui nuper magno Reipublicæ Literariæ damno felicem compoſuere*, FRANCISCVS MARIA DEL MONACO *Clericorum Regularium in hac vrbe Præfectus &c.*

Idem pag. 145. *Qua in re cùm doctiſſimus Pater* FRANCISCVS MARIA DEL MONACO *Caietanum dolum ſubolfeciſſet, téque vindicem illius appellaſſet &c.*

INDEX
DISPVTATIONVM ET SECTIONVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

DISPVTATIONES Proœmiales.

PARS PRIMA.

DISPVTATIO VNICA.

De proximo genere Logices.

SECTIO I. QVOD *Logica ac Dialectica etymon, ſignificatio, differentia, quæ partium nomina,* 2.
II. *Quodnam ſit proximum Logicæ genus, & primò, an ſit ſcientia,* 3.
III. *An Logica ſit ars,* 6.
IV. *An Logica ſit facultas,* 8.
V. *An Logica ſit habitus practicus,* 9.
VI. *Proponitur verior ſententia, de proximo genere Logices,* 10.
VII. *De poteſtate & vnitate huius habitus,* ibid.

PARS SECVNDA.

De vltima differentia, ſeu de materia Logices.

DISPVTATIO PRIMA.

De ente Rationis.

SECTIO I. AN *detur, & quid ſit ens rationis, quæve eius radix,* 11.
II. *Entis rationis ſpecies, diſtinctio, numerus,* 13.
III. *Cauſa entis rationis aſſignantur,* 17.
IV. *Cuius intellectus ſit formare ens rationis,* 19.
V. *Cuius operationis ſit conficere ens rationis,* 20.
VI. *Qualis actus conficiat ens rationis,* 20.
VII. *De ente rationis Logico, ſeu de ſecundis intentionibus: an ſint verè entia rationis, vel ſolùm denominationes extrinſeca,* 21.

DISPVTATIO SECVNDA.

De obiecto Logices.

SECTIO I. VARIÆ *referuntur opiniones,* 23.
II. *Fertur de ſingulis iudicium,* 24.
III. *Propria ſententia & totius diſputationis enodatio,* 26.
IV. *Quæ ſit Logicæ materia, & quis finis,* 27.

IN PORPHYRII Iſagogen, ſeu de Vniuerſalibus diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De Vniuerſalibus in communi.

DISPVTATIO VNICA.

De cauſis conſtituentibus Vniuerſale.

SECT. I. QVOT *modis Vniuerſale ſumatur,* 29.
II. *An vniuerſalia ſint aliquid reale, vel ſola nomina,* 30.
III. *De cauſa & ratione formali conſtitutiua vniuerſalis,* 31.
IV. *De aptitudine prout eſt ratio formalis conſtitutiua vniuerſalis, quid, qualis & quotuplex ſit,* 35.
V. *De cauſa efficiente vniuerſalis, an vnitas omnis vniuerſalis conſurgat ex operatione intellectus,* 37.
VI. *Per quam intellectus operationem fiat vniuerſale formale,* 38.
VII. *Quæ ſit cauſa materialis & finalis vniuerſalis formalis,* 42.

PARS SECVNDA.

De Vniuerſalibus in particulari.

DISPVTATIO PRIMA.

De Genere.

SECT. I. AN *generis definitio ſit quidditatiua, an deſcriptiua,* 42.
II. *An tradita deſcriptio adæquatè genus explicet,* 44.
III. *Quid ea definitione definiatur, naturane, an ſecunda intentio,* 45.
IV. *An genus requirat actu plures ſpecies,* 46.

DISPVTATIO SECVNDA.

De ſpecie.

SECT. I. *De conſtitutiue ſpeciei*, 48.
II. *De indiuiduo*, 49.

DISPVTATIO TERTIA.

De differentia.

SECT. I. *Expenduntur ſingulæ differentiæ definitiones*, 49.

DISPVTATIO IV.

De duobus vltimis prædicabilibus.

SECT. I. *De Proprio*, 51.
II. *De Accidenti*, 52.

DISPVTATIO V.

De numero vniuerſalium & prædicabilium.

SECT. I. *Quot ſint vniuerſalia*, 53.
II. *Quot ſint prædicabilia*, 55.

IN ARISTOTELIS Categorias, ſiue Prædicamenta diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De Categoriarum principiis ſeu de Antepraedicamentis.

DISPVTATIO I.

De æquiuocis, vniuocis & denominatiuis.

SECT. I. *De æquiuocis*, 57.
II. *De denominatiuis*, 58.
III. *De vniuocis, an ad concipiendam rationem vniuocam, ſit ſatis concipere indiſtinctionem & vnitatem, vel etiam vt equaliter participetur*, 59.

DISPVTATIO II.

De categoriarum principiis, ſiue de Analogis.

SECT. I. *Quæ ſint analogæ attributionis*, 60.
II. *Quæ ſit analogia proportionis & quotuplex*, 62.

PARS SECVNDA.

De decem Prædicamentis Ariſtotelis.

DISPVTATIO I.

De ſubſtantia.

SECT. I. Expendvntvr *quæ hoc capite docuit Ariſtoteles*, 63.
II. *Quænam ponantur in prædicamento ſubſtantiæ, & quodnam ſit ſummum genus prima ſubſtantia*, 66.
III. *An Deus & intelligentiæ ſint in prædicamento ſubſtantiæ*, ibid.

DISPVTATIO II.

De quantitate.

SECT. I. *De quantitate in communi*, 68.
II. *De quantitate diſcreta, an numerus ſit ſpecies quantitatis, vbi & quid ſit numerus*, 69.
III. *De quantitate continua*, 71.

DISPVTATIO III.

De his quæ ad aliquid, ſeu de Relatione.

SECT. I. *Quid ſit relatio, & an dentur relationes reales*, 72.
II. *De diſtinctione relatiuorum*, 76.
III. *De proprietatibus relationum*, 83.

IN LIBROS PERIHERMENIAS Ariſtotelis, ſiue de Interpretatione.

DISPVTATIO VNICA.

De enuntiatione.

SECT. I. Qvid *ſit enuntiatio, & eius partes*, 85.
II. *An ſola enuntiatio vera, vel falſa ſit*, 86.
III. *Qua ratione veritas eſt in enuntiatione magis, quam in apprehenſione*, 86.

IN LIBROS PRIORVM Analyticorum Ariſtot. diſputationes & commentaria.

DISPVTATIO I.

De tertia intellectus operatione.

SECT. I. Qvid *ſit, & in quo formaliter conſiſtat diſcurſus*, 89.
II. *Quæ ſit tertia intellectus operatio, an eadem cum diſcurſu, & in quo formaliter conſiſtat*, 89.

DISPVTATIO SECVNDA.

De natura Syllogiſmi.

SECT. I. *Quid ſit ſyllogiſmus, & an eius definitio conueniat illatiuo ſyllogiſmo, aut probatiuo tantùm, an vtrique ſimul*, 90.
II. *An concluſio ſit de eſſentia ſyllogiſmi*, 91.

DISPVTATIO TERTIA.

De principiis ſyllogiſmi.

SECT. I. *Quæ ſint principia, quibus nituntur ſyllogiſmi,* 92.
II. *An ex maiori de neceſſario & minori de ineſſe ſequatur concluſio neceſſaria,* 93.
III. *An tres ſint ſyllogiſmorum figuræ, & præſertim an detur quarta Galeni,* 94.

IN LIBROS POSTERIORVM Analyticorum Ariſtot. diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De iis, quæ præcedunt demonſtrationem.

DISPVTATIO VNICA.

De præcognitis.

SECT. I. QVID *Ariſtoteles primo hoc capite doceat,* 95.
II. *Quæ ſit præexiſtens cognitio, de qua Ariſtoteles loquitur,* 96.
III. *Quot ſint præcognitiones,* 97.
IV. *An præcognitio quid nominis eadem ſit cum præcognitione quid rei,* 98.
V. *Quot ſint præcognita,* ibid.

PARS SECVNDA.

De iis, quæ conſtituunt demonſtrationem.

DISPVTATIO PRIMA.

De conditionibus demonſtrationis.

SECT. I. AN *præmiſſæ demonſtrationis debeant eſſe vera,* 99.
II. *Quid ſit propoſitio prima, & an idem ſit primum, immediatum, & indemonſtrabile,* 100.
III. *Quæ ſit propoſitio immediata, & an ea ſit quâ non eſt alia prior,* ibid.
IV. *An etiam cùm prædicatur prima paſſio de ſubiecto, ſit propoſitio immediata,* 101.
V. *An dentur propoſitiones immediatæ nedum poſitiuæ, ſed etiam negatiuæ,* 102.
VI. *An omnis demonſtratio debeat habere propoſitiones immediatas,* 103.
VII. *An præmiſſæ debeant eſſe priores & notiores,* 104.
VIII. *Cur præmiſſæ debeant eſſe priores & notiores, expeditur præſertim Ariſt. axioma,* propter quod vnumquodque tale & illud magis, 105.
IX. *An & quomodo demonſtratio ſit ex cauſis,* 107.

DISPVTATIO II.

De propoſitionibus neceſſariis, ex quibus debet demonſtratio conſtare.

SECT. I. *Quid ſit propoſitio de omni,* 108.
II. *De modis dicendi per ſe,* 109.
III. *De propoſitione vniuerſali, ſeu ſecundùm quod ipſum,* 111.

DISPVTATIO TERTIA.

De diuiſione demonſtrationis.

SECT. I. *An demonſtratio quæ diuiditur in* propter quid, & quia, *diuidatur vt genus in veras ſpecies,* 112.
II. *Quæ ſit demonſtratio à cauſa remota, & an hæc ſit perfectior eâ, quæ ab effectu,* ibid.

DISPVTATIO IV.

De circulo & regreſſu demonſtrationis.

SECT. I. *An detur circulus,* 113.
II. *An detur regreſſus, & quæ in eo vtilitas,* 114.

PARS TERTIA.

De ſcientia.

DISPVTATIO PRIMA.

De ſcientia in communi.

SECT. I. QVID *ſcientia, quotuplex, an in nobis inſita à natura,* 115.
II. *De obiecto ſcientiæ,* ibid.

DISPVTATIO II.

De ſcientia actuali.

SECT. VNIC. *De cauſis eiuſdem & conditionibus,* 117.

DISPVTATIO III.

De ſcientia habituali.

SECT. I. *Quid ſit & vnde eius vnitas ſumatur,* 118.
II. *De diuiſione ſcientiæ,* 119.

IN OCTO LIBROS Phyſicorum Ariſtotelis diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

DISPVTATIO VNICA.

De Philoſophia in vniuerſum.

SECT. I. SAPIENTIÆ *ac Philoſophiæ etymon, deſcriptio, obiectum, in-*

uentio, diuiſio, partes, 121.
II. *Afferuntur nonnulla dubitationes contra prædicta, & diluuntur,* 122.

PARS SECVNDA.

DISPVTATIO I.

De natura Phyſicæ.

SECT. I. *An Phyſica ſit ſcientia,* 123.
II. *Qualis ſcietia Phyſica ſit,* 124
III. *An ſit vnus & ſimplex habitus,* 125.

DISPVTATIO SECVNDA.

De vltima differentia, ſeu de obiecto Phyſices.

SECT. I. *Expenduntur ſententiæ primæ claſſis, an videlicet aliquid quod excedat corpus naturale, ſit adæquatum Phyſicæ obiectum,* 127.
II. *An aliquid quod minus pateat naturali corpore ſit Phyſicæ obiectum,* 131.
III. *Proponitur verior ſententia de Phyſicæ obiecto,* ibid.

IN LIBRVM PRIMVM Phyſicorum Ariſtotelis, diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De rerum naturalium principiis.

DISPVTATIO I.

De natura principij.

SECT. I. *QVID principium, quæ eius ratio formalis, quod correlatiuũ,* 134.
II. *De rerum naturalium principiis, quid ea ſint, & an rectè ab Ariſtotele definiantur,* 135.
III. *An & quomodo principia ſint contraria,* 136.
IV. *De principiorum numero,* 137.
V. *Quomodo principium in communi dicatur de omnibus principiis,* 140.

PARS SECVNDA.

De principiis in particulari.

DISPVTATIO I.

De prima notione materiæ, ſeu de materia, ſecundùm ſe.

SECT. I. *DARI materiam quomodo Ariſtoteles demonſtret,* 144.
II. *An materia ſit omnino ſimplex,* 145.
III. *An materia ſit corpus illud quod ponitur in categoria ſubſtantiæ,* 147
IV. *An materia dicat aliquam metaphyſicam compoſitionem, ſeu an omnem excludat actum metaphyſicum.* 148
V. *An materia ſit pura potentia omnem actum excludens, tum eſſentiæ, tum exiſtentiæ.* 149
VI. *Quam vnitatem habeat materia.* 154

DISPVTATIO SECVNDA.

De materia relata ad formas ſubſtantiales.

SECT. I. *An potentia vniuerſalis ſit de eſſentia materia,* 155.
II. *An potentia particularis ſit de eſſentia materia,* 156.
III. *An negatio ſit de ratione potentiæ,* 157.

DISPVTATIO TERTIA.

De materia relata ad formas accidẽtales.

SECT. I. *An materia habeat potentiam ad omnes formas, tum artificiales, cùm naturales, an ſolam non repugnantiam,* 159.
II. *An potentia materiæ ad accidentia ſit vna,* 162.

DISPVTATIO IV.

De materia relata ad compoſitum.

SECT. I. *An materia primò reſpiciat compoſitum quàm formam,* 162.
II. *Quomodo materia ſit principium generationis & fieri compoſiti & eiuſdem in facto eſſe,* 163.
III. *Quomodo materia ſit principium corruptibilitatis,* 164.

DISPVTATIO V.

De materia relata ad ſuas proprietates.

SECT. I. *An materia ſit quantitatis cauſa ſufficiens, & dimanet ab ea, ſitque ei coæua,* 164.
II. *An materia ſolùm ſit quantitatis ſubiectum: an etiam forma,* 167.
III. *Quomodo materia media quantitate formas recipiat, tum ſubſtantiales, tum accidentales,* 171.
IV. *De quibuſdam aliis materiæ proprietatibus,* 171.

DISPVTATIO VI.

De ſecundo principio Phyſico, ſeu de forma.

SECT. I. *De forma ſecundùm ſe, an detur, quidve ea ſit & quotuplex,* 172.
II. *De forma relata ad materiam, quomodo in materia præexiſtat,* 173.
III. *An forma educatur de potentia materia,* 174.
IV. *De forma relata ad compoſitum quomodo ſit principium illius,* 177.
V. *De forma relata ad effectus ſuos forma-*

les, 177.

V I. *De forma relata ad operationes ſuas, an ſolùm forma ſit agere, & quot cauſalitates illius,* 178.

DISPVTATIO VII.

De tertio principio Phyſico, ſeu de priuatione.

Sect. I. *An ſit ens extra animam nemine cogitante,* 178.

I I. *An & quomodo priuatio principium ſit,* 180.

I I I. *Quomodo priuatio diſtinguatur à materia,* ibid.

IN SECVNDVM LIBRVM Phyſicorum Ariſtotelis diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De natura.

DISPVTATIO PRIMA.

De nomine & definitione naturæ.

Sect. I. QVID nomen naturæ ſignificet, & quæ eius definitio, 181.

I I. *An natura definitio rectè ſit tradita,* 181.

DISPVTATIO I I.

Quibus conueniat naturæ definitio.

Sect. I. *An forma ſit natura,* 183.

I I. *An forma omnes ſint natura,* ibid.

I I I. *An materia vt contradiſtincta à forma ſit natura,* 185.

I V. *An priuatio, quantitas, finis, & efficiens ſint natura,* 186.

V. *An totum vt totum eſt, ſit natura,* 187.

V I. *De natura comparata ad artem,* ibid.

PARS SECVNDA.

De rerum naturalium cauſis.

DISPVTATIO PRIMA.

De cauſis in communi.

Sect. I. QVID ſit cauſa, 189.

I I. *Cauſarum multiplicitas, genera, diſtinctio,* 190.

I I I. *De cauſalitate, quid ea ſit, & an cauſalitates omnes nedum formaliter, ſed materialiter etiam diſtinctæ ſint,* 191.

DISPVTATIO II.

De cauſa materiali.

Sect. I. *Quid cauſet materia, & qui eius effectus,* 192.

I I. *Quid ſit cauſalitas materiæ,* 193.

I I I. *De conditionibus, quæ requiruntur ad hoc vt materia actu ſit cauſans,* 194.

DISPVTATIO III.

De cauſa formali.

Sect. I. *Qui ſint effectus, & quæ cauſalitas formæ,* 195.

I I. *An vnio quæ eſt cauſa tum materia, tum formæ reſpectu compoſiti ſit vna vel duplex,* 195.

I I I. *An vnio animæ rationalis ſit in materia, an in forma: & an ſit ſpiritualis vel materialis,* 197.

I V. *An vnio inter materiam, & materialem formam ſit in materia, an in forma, an in vtroque extremo,* 199.

DISPVTATIO IV.

De cauſa efficienti.

Sect. I. *Quid ea eſt,* 200.

I I. *Quæ ſit cauſalitas agentis, & an actio,* 201.

I I I. *An actio productiua eadem ſit ac conſeruatiua, & an cauſa conſeruans reducatur ad efficientem,* 202.

I V. *An cauſa inſtrumentalis ad efficiens reducatur,* 203.

V. *De ideis: quid idea & exemplar: an ratio obiectiua, vel formalis,* 204.

V I. *Ad quodnam cauſarum genus pertineat idea,* 205.

V I I. *De concurſu cauſæ primæ cum ſecunda,* 206.

DISPVTATIO V.

De cauſa finali.

Sect. I. *Quid & quotuplex ſit finis,* 209.

I I. *An finis ſit cauſa,* ibid.

I I I. *Quæ ſit actio obiectiua finis, & quæ cauſalitas eius,* 210.

I V. *Quæ ſint conditiones requiſitæ ad cauſalitatem finis, & an eſſe cognitum ſit conditio, vel formalis ratio cauſandi eiuſdem,* 211.

V. *Quæ res poſſint cauſalitatem finis exercere,* ibid.

V I. *Qui ſint cauſæ finalis effectus,* 212.

V I I. *Quæ agentia agant propter finem, & primò an bruta, & cætera agentia naturalia,* ibid.

V I I I. *An Deus agat propter finem,* 213.

DISPVTATIO V I.

De comparatione cauſarum ad ſuos effectus, & earumdem ad inuicem.

Sect. I. *An plures numero cauſæ totales eiuſdem generis & ordinis ſimul concurrentes eumdem*

eumdem numero effectum poſſint producere, 213.
II. An idem numero effectus poſſit eſſe à pluribus cauſis totalibus etiam ſucceſſiuè, & an eadem cauſa plures effectus contrarios producere, 214.
III. De comparatione cauſarum ad inuicem: an videlicet cauſæ ſint inuicem ſibi cauſæ, 215

DISPVTATIO VII.

De cauſis per accidens.

SECT. I. De caſu, fortuna, & fato, 216.

IN RELIQVOS SEX LIBROS Phyſicorum Ariſtot. ſeu de corporis naturalis affectionibus, diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De Motu.

DISPVTATIO I.

De eſſentia motus.

SECT. I. QVID ſit motus. 218.
II. Quibus conueniat definitio motus. 219.
III. De motu propriiſſimè dicto. An tranſitus, ſucceſſio & continuitas ſit de eſſentia motus. 221.
IV. An motus ſit omnino idem cum actione & paſſione. 222.
V. An actio, paſſio, & motus formaliter diſtinguantur. 226
VI. An vnio, & dependentia ſint omnino idem cum motu. 227.

DISPVTATIO II.

De terminis motus.

SECT. I. Quomodo motus diſtinguatur à termino à quo & ad quem, 228.
II. An motus priuatiuus modaliter diſtinguatur à ſuo termino ad quem, 229.
III. Quinam poſſint eſſe termini per ſe motus, tum ſucceſſiui, tum inſtantanei, 230.
IV. Quales & quot debeant eſſe termini motus, 231.

DISPVTATIO TERTIA.

De mobili.

SECT. I. An omnis motus ſit in mobili, 231.
II. Quomodo motus diſtinguatur à mobili, ib.
III. Quale debeat eſſe ſubiectum motus, 232.

DISPVTATIO IV.

De motore.

SECT. I. An motor diſtinguatur à parte rei à mobili, 232.
II. De primo motore, 234.

DISPVTATIO V.

De vnitate motus.

SECT. I. An vnitas ſpecifica motus deſumatur à termino ad quem, an ab aliquo alio, 234.
II. A quo ſumat motus vnitatem numericam realem, 236.
III. A quo ſumat vnitatem numericam Metaphyſicam, & obiectiuam. 238.

DISPVTATIO VI.

De contrarietate & oppoſitione motus.

SECT. I. Vnde ſumat motus tum reſpectu alterius motus, tum etiam reſpectu quietis oppoſitionem, 239.
II. An inter ſpecies cuiuſcumque motus reperiatur vera contrarietas, 240.
III. An inter motus oppoſitos neceſſariò detur quies, ſeu an in puncto reflexionis detur neceſſariò poſitiua, & vera quies, 240.

DISPVTATIO VII.

De partibus motus.

SECT. VNIC. An inter partes motus detur prima & vltima: ſeu quomodo incipiat & deſinat motus, & cætera entia, tum permanentia, tum ſucceſſiua. Exponitur communis ſententia, 242.

DISPVTATIO VIII.

De ſpeciebus motus.

SECT. VNIC. Quæ ſint ſpecies tum eſſentiales, tum accidentales motus, 245.

PARS SECVNDA.

De continuo.

DISPVTATIO I.

De ratione formali continui, ſeu de natura quantitatis.

SECT. I. AFFERTVR continui definitio ex Ariſt. & obiectiones diluuntur, 246.
II. An habere partes extra partes ſit ratio formalis quantitatis, an aliis etiam conueniat, 247.
III. Quænam extenſio ſit ſolius quantitatis, 248.
IV. An impenetrabilitas conueniat ſoli quantitati, 249.
V. Quid ſit impenetrabilitas, & quomodo à quantitate diſtinguatur, 250.
VI. Quomodo quantitas diſtinguatur à ſubſtantia materiali, & à qualitatibus eiuſdem, 251.

DISPVTATIO II.

De iis, quæ integrant continuum.

SECT. I. An in continuo partes ſint actu, vel potentia, 252.
II. An indiuiſibilia in continuo dentur, 254.

PARS TERTIA.

De infinito.

QVÆSTIO VNICA.

De poſſibilitate infiniti.

SECT. I. QVID & quotuplex ſit infinitum, 257.
II. An poſſibile ſit infinitum actu, 258.
III. Afferuntur rationes in contrarium & diluuntur, 260.

PARS QVARTA.

De natura loci.

DISPVTATIO I.

De eſſentia loci.

SECT. I. QVID ſit locus, 263.
II. Quid ſit Ariſtotelicus locus, 264.
III. An ſuperficies formaliter ſit locus, an materialiter tantum, 265.
IV. Quid ſit hac immobilitas loci, 266.
V. An prater locum extrinſecum ponendum ſit aliud, quod compleat rationem loci, ſeu, quod idem eſt, an vbi intrinſecũ detur, 267.

DISPVTATIO SECVNDA.

De iis quæ ſunt in loco.

SECT. I. An rebus omnibus conueniat eſſe in loco, 270.
II. An duo corpora poſſint eſſe in eodem loco penetrabiliter, 271.
III. An idem corpus ſaltem per diuinam potentiam in duplici loco eſſe poſſit, 272.
IV. Quomodo idem corpus poſſit eſſe in duplici loco, 274.

PARS QVINTA.

De vacuo.

DISPVTATIO VNICA.

De natura vacui.

SECT. I. AN poſſit naturaliter dari vacuum, 275.
II. An vacuum poſſit fieri per virtutem angelicam, vel diuinam, 276.
III. An ſi daretur, fieret in eo motus, & an ille inſtantaneus, an ſucceſſiuus, 276.

PARS SEXTA.

De tempore.

DISPVTATIO PRIMA.

De duratione vt ſic.

SECT. I. QVID ſit duratio & quomodo diſtinguatur ab exiſtentia & re qua durat, 277.
II. Quotuplex ſit duratio, ſeu de ſpeciebus durationis, 279.

DISPVTATIO II.

De ſucceſſiua duratione, quæ eſt tempus.

SECT. I. An tempus ſit quid reale extra animam, 279.
II. Quid ſit tempus, & an rectè definitum, 280.
III. An motus diſtinguatur à tempore, ib.

DISPVTATIO III.

De duratione permanenti.

SECT. I. An duratio rerum permanentium ſit ſucceſſiua, vel permanens, 283.
II. De æternitate & æuo, 283.

IN LIBROS DE GENERATIONE & corruptione, diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De generatione.

DISPVTATIO I.

De natura generationis.

SECT. I. QVID ſit generatio, 286.
II. Exponitur quid ea verba ſignificent, eſt mutatio totius in totum, ſeu de ſubiecto & termino ad quem generationis, 286.

DISPVTATIO II.

De generatione collata ad corruptionem.

SECT. I. An in generatione fiat reſolutio vſque ad materiam primam, 289.
II. An generatio vnius ſit corruptio alterius, 291.
III. Quid ſit corruptio, & an poſſit dici naturalis: & quomodo à natura intendatur, ibid.

DISPVTATIO III.

De cauſis actiuis generationis.

SECT. I. An principium, quo agit ſubſtantia, ſit ſubſtantia, vel accidens, 292.
II. Fertur de relatis ſententiis iudicium, 293.
III. Afferuntur rationes in contrarium & diluuntur, 297.
IV. Enodantur nonnulla alia difficultates, 298.

PARS SECVNDA.

De alteratione.

DISPVTATIO PRIMA.

De natura alterationis.

SECT. I. QVID ſit alteratio & quotuplex, 300.

II. *De intenſione & remiſſione qualitatis: quomodo in alteratione eadem qualitas intendatur & remittatur,* 301.
III. *An entitas, quæ in intenſione acquiritur, ſit eiuſdem rationis cum præcedenti: ſeu an qualitatis gradus ſint homogenei an heterogenei,* 305.

DISPVTATIO SECVNDA.

De continuitate alterationis.

SECT. I. *An alteratio ſit continua,* 308.
II. *Enodantur quædam difficultates,* 309.

DISPVTATIO TERTIA.

De contrarietate alterationis.

SECT. I. *An duæ qualitates oppoſitæ poſſint eſſe ſimul in eodem ſubiecto,* 310.
II. *An iſtius contrarietatis prima radix ſit materia, an qualitas ipſa, an aliquid aliud,* 311.

PARS TERTIA.

De actione.

DISPVTATIO PRIMA.

Inter quæ poſſit eſſe actio.

SECT. I. *An ſimile poſſit agere in ſimile,* 312.
II. *An ſimile poſſit reddere ſibi ſimile omnino paſſum,* 314.
III. *An idem poſſit agere in ſeipſum,* 315.
IV. *An in reflexione idem agat in ſeipſum,* 316.
V. *An idem agat in ſeipſum in antiperiſtaſi,* 318.

DISPVTATIO II.

De reactione.

SECT. I. *Quid ſit reactio, & an detur,* 320.
II. *An in aliquo caſu concedenda reactio,* ibid.

DISPVTATIO III.

De reſiſtentia.

SECT. I. *Quid ſit reſiſtentia,* 323.
II. *Ad quod prædicamentum ſpectet reſiſtentia,* 324.
III. *Quænam qualitas ſit magis reſiſtiua,* 325.
IV. *Vnde maior reſiſtentia oriatur,* 326.

DISPVTATIO IV.

De contactu.

SECT. I. *Quid & quotuplex ſit contactus,* 326.
II. *An ad omnem actionem phyſicam exercendam ſit neceſſarius contactus,* 327.
III. *An agens agat immediatè intra ſuam ſphæram actiuitatis,* 328.

PARS QVARTA.

De miſtione & miſcibilibus, ſeu elementis in ordine ad miſtionem.

DISPVTATIO I.

De miſtione.

SECT. I. *Quid ſit miſtio,* 330.
II. *De cauſa formali miſtionis,* ibid.
III. *Quænam ſit cauſa efficiens miſtionis,* 331.
IV. *De cauſa materiali miſtionis, an elementa ſint materia miſti, & an omnia ad quodlibet miſtum concurrant,* ibid.

DISPVTATIO II.

De forma miſti.

SECT. I. *An detur forma miſti à formis elementorum diſtincta,* 331.
II. *An elementa virtute tantùm ſint in miſto, an etiam ſecundùm ſubſtantiam,* 332.
III. *An formæ elementorum ſint refracta in miſto,* 333.
IV. *Quomodo formæ elementares remaneant in miſto, & ſatiſſit obiectionibus in contrarium,* 334.

PARS QVINTA.

De natura miſcibilium, & eorum proprietatibus, ſeu de elementis.

DISPVTATIO I.

De natura elementi.

SECT. I. *Quid ſit elementum,* 335.
II. *Quid ſit elementorum forma,* ibid.

DISPVTATIO II.

De qualitatibus elementorum, ac primò de motiuis.

SECT. VNIC. *Enodantur quædam difficultates circa qualitates motiuas,* 336.

DISPVTATIO III.

De qualitatibus actiuis.

SECT. I. *Quæ ſint primæ qualitates actiuæ, & an tantùm quatuor,* 337.
II. *Quid ſit definitio primarum qualitatum,*

& an rectè ab Ariſtotele tradita, ibid.
III. *An omnes hæ qualitates ſint actiuæ, & an actiuæ poſitiuæ*, 338.
IV. *An omnes hæ qualitates ſint æqualiter actiuæ, & æquè ſe habeant ad reſiſtentiam & actionem*, 338.
V. *Quænam qualitates conueniant cuilibet elemento*, 339.
VI. *An omnes qualitates poſitiuæ ſint in elementis in ſummo*, ibid.
VII. *An qualitates actiuæ ſymbolæ elementorum ſint eiuſdem ſpeciei*, 340.

DISPVTATIO IV.

De numero elementorum.

SECT. VN. *Quot ea ſint*, 340.

DISPVTATIO V.

De tranſmutatione elementorum.

SECT. VN. *An quodlibet elementum poſſit tranſmutari in quodlibet*, 341.

DISPVTATIO VI.

De motu elementorum.

SECT. VN *A quonam moueantur, & cur eorum motus ſit in fine velocior*, 341.

DISPVTATIO VII.

De loco elementorum.

SECT. VN. *Quidnam ſit eorum locus*, 342.

IN ARISTOTELIS LIBROS de cælo & mundo, diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De mundo.

DISPVTATIO I.

De origine mundi.

SECT. I. *An ſecluſa fidei lumine Deus ſit cauſa efficiens vniuerſi, & ſit naturaliter demonſtrabile*, 344.
II. *An creatio ſit naturaliter demonſtrabilis*, ibid.
III. *An mundus fuerit ab æterno, vel demonſtrari poſſit fuiſſe*, 345.
IV. *An mundus potuerit eſſe in tempore, & demonſtrari poſſit fuiſſe*, 347.
V. *An mundus potuerit eſſe ab æterno, ac primò ſecundum aliquod ens ſucceſſiuum*, ibid.
VI. *An mundus potuerit eſſe ab æterno ſecundùm aliquod ens permanens*, 348.
VII. *Quæ Ariſtotelis mens de creatione, & de Deo vt auctore vniuerſi*, 352.

DISPVTATIO II.

De perfectione & vnitate vniuerſi.

SECT. I. *An mundus ſit perfectus, & fieri poſſit perfectior*, 353.
II. *An vniuerſum ſit vnum, & quomodo, & an mundi poſſint eſſe plures*, 354.
III. *De mundi duratione & fine, an mundus perpetuò duraturus, an aliquando interibit*, ibid.

PARS SECVNDA.

De Cælo.

DISPVTATIO I.

De ſubſtantia cæli.

SECT. I. *An cælum ſit corpus ſimplex ab elementis diſtinctum, an vnum ex iis, vel quid mistum ex omnibus*, 355.
II. *An cælum ſit ita corpus ſimplex, vt careat omni compoſitione ſubſtantiali, & phyſica*, 357.

DISPVTATIO II.

De materia cæli.

SECT. I. *An cælum habeat materiam, quæ ſit eiuſdem rationis cum materia ſublunari*, 359.
II. *Satisfit rationibus aduerſariorum, & Ariſtoteles explicatur*, 361.

DISPVTATIO III.

De forma cæli.

SECT. I. *An cælum ſit animatum*, 362.
II. *Quomodo intelligentia ſit forma cæli*, 363.
III. *An cælorum omnium formæ ſint eiuſdem ſpeciei*, 364.

PARS TERTIA.

De accidentibus cæli.

DISPVTATIO I.

Quæ accidentia ſint in cælo.

SECT. I. *An in cælo quantitas, raritas, denſitas, grauitas, leuitas, perſpicuitas, opacitas*, 364.
II. *An ſoliditas in cælo motus, & rotunditas*, 365.
III. *An in cælo ſit lumen*, 366.
IV. *An in cælo ſint colores, & primæ qualitates*, 367.
V. *An in cælo ſint differentiæ poſitionum*, ibid.
VI. *An omnia accidentia, quæ in cælo numerauimus modò, ſint eiuſdem rationis cum ſublunaribus*, 368.

DISPVTATIO II.

De incorruptibilitate cæli.

SECT. I. *An cælum ſit incorruptibile, & quomodo*, 368.
II. *An reſiſtentia cæli reddat cælum incorruptibile ſimpliciter & per ſe, an relinquat vt dicatur aliquo modo corruptibile*, 370.

DISPVTATIO TERTIA.

De motu cæli.

SECT. I. *An motus cæli ſit effectiuè à principio intrinſeco*, 371.
II. *An motus cæli ſit naturalis ex parte cæli*, 372.
III. *An motus cæli ſit naturalis cælo ex parte formæ, vel etiam materiæ*, 373.
IV. *An motus cæli ſit naturalis ex parte intelligentiæ*, ibid.
V. *Qua virtute cælum moueant intelligentiæ*, ibid.
VI. *An intelligentiæ ſint in aliqua parte cæli, vel in toto*, 374.
VII. *An intelligentiæ moueantur per accidens dum mouent calos*, 374.
VIII. *An primus motor in genere cauſæ efficientis immediatè moueat primum mobile, ſeu à quo primum mobile moueatur*, 375.

DISPVTATIO IV.

De actionibus cæli.

SECT. I. *An cælum agat in iſta inferiora*, 375.
II. *Per quæ cælum agat in inferiora hæc, & primò an per motum*, 376.
III. *Quomodo cælum etiam agat per lumen*, ibid.
IV. *An cælum etiam agat per occultas qualitates & influentias*, 377.

IN ARISTOTELIS LIBROS de anima, diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De eſſentia animæ, eiúſque potentiis in communi.

DISPVTATIO I.

De eſſentia animæ.

SECT. I. EXPLICATVR *definitio animæ*, 378.
II. *An corpus, quod ab anima informatur, habeat eſſe corporis organici per formam totalem diſtinctam ab anima*, 380.
III. *An eſſe organicum habeat corpus ab anima, an per alias ſubſtantiales formas*, 381.
IV. *De modo exiſtendi animæ in corpore, an habeat aliquam peculiarem partem corporis, quam informet*, 384.
V. *Quomodo anima ſit in toto corpore, ſeu an ea ſit diuiſibilis an indiuiſibilis*, 385.
VI. *Enodantur nonnulla alia difficultates circa prædicta*, 387.
VII. *Quæ partes animalis ſint animatæ*, 388.
VIII. *De numero animarum, animatorum & potentiarum*, 389.
IX. *An in eodem compoſito poſſint reperiri plures animæ*, 390.

DISPVTATIO SECVNDA.

De potentiis animæ in communi.

SECT. I. *Quomodo potentiæ diſtinguantur ab anima & inter ſe*, 393.
II. *An potentiæ diſtinguantur inter ſe etiam per actus & obiecta*, 394.
III. *In quo ſubiecto ſubiectentur potentiæ, in animáne, an in toto compoſito*, 396.
IV. *Quomodo anima ſit cauſa potentiarum*, 397.

PARS SECVNDA.

De anima vegetatiua.

DISPVTATIO I.

De natura animæ vegetatiuæ, ciúſque facultatibus in communi.

SECT. I. QVID *ea ſit, & quæ eius facultates*, 399.
II. *Quomodo hæ potentiæ inter ſe diſtinguantur*, ibid.
III. *An iſtæ tres potentiæ primariæ ſint propria viuentium*, 401.

DISPVTATIO II.

De potentiis animæ vegetatiuæ in particulari.

SECT. I. *Quid ſit potentia nutritiua & augmentatiua*, 401.
II. *Quid ſit, & quomodo nutritio, & augmentatio fiat*, 402.
III. *Quid formaliter ſit augmentatio*, ibid.
IV. *Quomodo maneat idem viuens ante & poſt augmentationem*, 405.
V. *Enodantur nonnulla difficultates, circa augmentationem & nutritionem*, 407.
VI. *De iis quæ inſeruiunt nutritioni, & augmentationi*, 408.
VII. *De terminis accretionis & diminutionis*, 410.
VIII. *De rarefactione, & condenſatione*, 411.
IX. *De potentia generatiua & eius actu*, 413.

PARS TERTIA.

De anima ſenſitiua.

DISPVTATIO I.

De potentiis animæ ſenſitiuæ in communi, eiuſdémque eſſentia.

SECT. I. QVID anima ſenſitiua, quidve ſit ſenſatio, actio-ne, an mera paſſio, 414.
II. Quid recipiat potentia ab obiecto, vbi etiam an dentur ſpecies ſenſibiles, 415.
III. Quanam ſit natura ſpecierum ſenſibilium, 416.
IV. De obiectis ſenſibilibus, 417.
V. De ſenſibus, an ſenſus exterior decipiatur circa propria ſenſibilia, 419.
VI. An ſenſus ſentiat ſe ſentire, 420.
VII. An ſenſibile ſupra ſenſum faciat ſenſationem, ibid.

DISPVTATIO II.

De ſenſibus in particulari.

SECT. I. De viſu, 421.
II. De colore quid ſit, ibid.
III. De lumine quid illud ſit, ibid.
IV. An color ſit qualitas diuerſa à lumine, 422.
V. Enodantur difficultates nonnullæ, ibid.
VI. An lumen ſit neceſſarium ad videndum ex parte medij, 423.
VII. An lumen ſit neceſſarium etiam ex parte obiecti, 424.
VIII. De auditu, vbi de organo, de ſono, de medio, de voce & de echo, ibid.
IX. De olfactu, vbi de odore etiam & de medio, 426.
X. De guſtu, vbi etiam de medio, & de ſapore, 427.
XI. De tactu, vbi de tangibilibus ac medio, ibid.
XII. De ſenſibus internis, vbi & quot ſint. 428.

PARS QVARTA.

De anima intellectiua.

DISPVTATIO PRIMA.

De iis quæ pertinent ad animæ intellectiuæ ſubſtantiam.

SECT. VNIC. ANIMA forma informans, indiuiſibilis in entitate, diuiſibilis ſecundùm gradus, immortalis ex fide, ex lumine naturali, & ſecundùm Ariſtotelem, 429.

DISPVTATIO SECVNDA.

De iis quæ pertinent ad potentias animæ, ac primò de intellectu agente.

SECT. I. Quid ſit intellectus agens, & an detur, 430.
II. Quæ ſint intellectus agentis munera, ibid.
III. An ad productionem intelligibilium ſpecierum concurrant cum intellectu agente etiam phantaſmata materialia, 431.

DISPVTATIO III.

De intellectu poßibili.

SECT. I. Quid ſit intellectus poßibilis, & an ſit potentia organica, 432.
II. An intellectus agens, & poßibilis ſint potentiæ realiter diſtinctæ, ibid.

DISPVTATIO IV.

De ſpeciebus intelligibilibus.

SECT. I. Quid ſint, & an dentur, 433.
II. In qua proponitur ſententia propria de intellectu agenti, & poßibili, & intelligibilibus ſpeciebus, 434.

DISPVTATIO V.

De intellectione.

SECT. I. Quid ſit intellectio, & in quo conſiſtat, 435.
II. Quinam ſit terminus intellectionis, ſeu quid ſit, & an detur verbum mentis, quod per intellectionem producitur, 435.
III. De cauſis producentibus intellectionem, vel, an poßit à Deo, per abſolutam potentiam ſine concurſu vllo intellectus produci, 436.

DISPVTATIO VI.

De obiecto intellectus.

SECT. I. An intellectus cognoſcat, tum vniuerſalia, tum ſingularia, 437.
II. Quodnam ſit primò cognitum vniuerſale, an particulare, 438.
III. An intellectus poßit ſimul intelligere plura vt plura per plures actus, & in eodem inſtanti, 440.
IV. Quomodo accidentia & ſubſtantiæ materiales ab intellectu cognoſcantur, 440.
V. Quomodo cognoſcantur à viatoribus ſubſtantiæ ſeparata, Deus & Angeli, 441.
VI. Quomodo anima ſeipſam pro hoc ſtatu cognoſcat, ibid.
VII. Quomodo anima cognoſcat ſuas potentias, intellectum videlicet & voluntatem, & ſuos habitus, & ſpecies intelligibiles, 442.
VIII. Quomodo intellectus cognoſcat actus voluntatis, ibid.
IX. Quomodo intellectus cognoſcat ſuos actus, 442.
X. Quodnam ſit adæquatum noſtri intellectus obiectum, 443.

DISPVTATIO VII.

De memoria.

SECT. I. *An detur memoria intellectiua*, 443.

II. *An memoria diſtinguatur re ab intellectu*, 444.

PARS QVINTA.

De potentia appetitiua, vbi de voluntate & potentia locomotiua.

DISPVTATIO I.

De voluntate.

SECT. I. AN *voluntas diſtinguatur realiter ab appetitu ſenſitiuo & naturali*, 444.

II. *An voluntas diſtinguatur ab intellectu*, 445.

III. *Vtra potentia ſit nobilior, intellectuſue an voluntas*, 446.

DISPVTATIO II.

De potentia loco-motiua.

SECT. VNIC. *In quo potentia loco-motiua conſiſtat*, 446.

IN LIBROS METAPHYSIC. Ariſtotelis, diſputationes & commentaria.

PARS PRIMA.

De natura Metaphyſices.

DISPVTATIO VNICA.

De eius obiecto.

SECT. I. QVODNAM *ſit Metaphyſices obiectum*, 447.

II. *An ens quod eſt adæquatum obiectum Metaphyſices, includat inferiora*, 449.

PARS SECVNDA.

De ente ſecundùm ſe.

DISPVTATIO I.

De natura entis.

SECT. I. IN *quo conſiſtat ratio entis ſecundùm ſe*, 451.

II. *Vetior ſententia affertur & explicatur*, 452.

DISPVTATIO II.

De vnitate & præciſione entis.

SECT. I *An poſſit dari conceptus entis qui ſit vnus*, 453.

II. *An conceptus obiectiuus entis ſit omnino vnus & præciſus*, 454.

III. *An conceptus formalis entis ſit vnus & præciſus ſecundùm rem & rationem*, 455.

IV. *An ens prædicetur quidditatiuè de omnibus rebus, & ſuis paſſionibus*, 456.

V. *An conceptus obiectiuus entis vniuocus ſit analogus; quòd ſi analogus, qua analogia de ſuis inferioribus dicatur*, 457.

DISPVTATIO TERTIA.

De diſtinctione graduum eſſentiæ.

SECT. I. *An eſſentia diſtinguatur ab hæcceitate*, 459.

II. *An gradus eſſentiæ genericus à parte rei diſtinguatur à ſpecifico*, 460.

PARS TERTIA.

De modis entis.

DISPVTATIO I.

De exiſtentia.

SECT. I. QVID *ſit exiſtentia, & quotuplex*, 460.

II. *Quomodo eſſentia diſtinguatur ab exiſtentia*, 461.

III. *An exiſtentia habeat gradus metaphyſicos ſicut eſſentia*, 462.

DISPVTATIO II.

De indiuiduatione.

SECT. VNIC. *Quodnam ſit principium indiuiduationis*, 462.

DISPVTATIO III.

De ſubſiſtentia.

SECT. I. *Quid ſignificent hæ voces, indiuiduum, prima ſubſtantia, ſuppoſitum, hypoſtaſis, perſona, ſubſiſtentia, natura*, 464.

II. *Quid ſubſiſtentia addat ſupra naturam, & in quo conſiſtat eius formalis ratio*, ibid.

III. *An in compoſito ſit vna tantùm ſimplex ſubſiſtentia, an vna compoſita ex duabus*, 465.

DISPVTATIO IV.

De inhærentia.

SECT. I. *An dependentia actualis à ſubiecto ſit de eſſentia accidentis*, 466.

II. *Quomodo inhærentia conueniat vero accidenti*, 467.

III. *Quid ſit actualis inhærentia*, 468.

PARS QVARTA.

De paſſionibus & proprietatibus entis.

DISPVTATIO I.

De paſſionibus entis in communi, & iis complexis.

SECT. VNIC. *AN ens habeat paſſiones incomplexas, & quæ ea ſint*, 468.

DISVTATIO II.

De paſſionibus incomplexis in particulari, ac primò de vno.

SECT. I. *Quid vnum addat formaliter ſupra ens*, 469.
II. *Quæ ſit iſta negatio, quæ enti additur ratione vnitatis*, 470.
III. *An negatio, quam addit vnum, ſit pura negatio, an priuatio*, 472.
IV. *An vnum formaliter dicat negationem quam addit enti, an verò quid poſitiuum*, ibid.

DISPVTATIO III.

De vero.

SECT. VNIC. *Quid addat verum ſupra ens: quæ ſit eius formalis ratio: & quomodo ſit paſſio entis*, 473.

DISPVTATIO IV.

De bono ſeu bonitate tranſcendentali.

SECT. I. *In quo conſiſtat formalis bonitatis tranſcendentalis: afferuntur variæ ſententiæ, & impugnantur*, 475.
II. *Propria ſententia affertur*, 477.

PARS QVINTA.

De paſſionibus complexis entis.

DISPVTATIO VNICA.

De identitate, diuerſitate, & diſtinctione.

SECT. I. *QVID ſignificet idem, ſimile, & æquale: quid diſtinctum, differens, & diuerſum*, 479.
II. *Quot ſint diſtinctionum genera*, 480.

FRAN-

Digitized by Google

FRANCISCI MARIÆ DEL MONACO DREPANITANI

E CONGREGATIONE CLERICORVM REGVLARIVM,

IN VNIVERSAM ARISTOTELIS STAGIRITÆ LOGICAM DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

DISPVTATIONES PROOEMIALES *DE NATVRA LOGICES.*

PROOEMIVM.

REMETIENDA iterum ſtadia, & quæ incurioſâ celeritate veſtigia preſſimus accuratiùs veſtiganda. Animus eſt quæ ad Logicum negocium ſpectant, non primis vt nuper labiis delibare, ſed eâ quæ Philoſophum, quæ ſapienriæ ſtudioſum decet curâ ac labore omnem mouere lapidem, nil intentatum relinquere, luſtrare omnia. Video in tenerrimæ huiuſce noſtræ Academiæ veluti ſeptis plantulas verè aureas, verè baſilicas, nobiliſſimum, etſi ſudoris, rorem delacrymantes, ſtudioſo tamen ac ſemper appetentis ingenij pedamento ſuffulras. Noſtrum interim erit progemmantis teneritudinis non immemores, difficultatum hyemes non vndatim effundere; petſpicuitati ſimul ac breuitati conſulere, dare operam vt in pluuiæ motem doctrina concreſcat, ſtillatim eloquium fluat, ac donec ſenſim adoleſcant, vt leuioribus veluti aſperginibus herbeſcenria ittorentur ingenia, in arbores vtinam ſutrectura. Vt etgo rem rotam ſuis è fontibus eruamus, Prolegomena hæc de natura Logices duplicem in partem diuidemus: Prima erir de Ptoximo Genete Logicæ: Secunda de Vltima Differentia, hoc eſt, de materia eiuſdem. In prima, vnum examinabimus, genus videlicet; in ſecunda, tria inquirenda, Ens rationis, obiectum, partes. Quare ſit

DISPVTATIONVM PROOEMIALIVM PARS PRIMA.

DISPVTATIO VNICA.

De proximo genere Logices.

Quod Logicæ, ac Dialecticæ Etymon; ſignificatio, differentia, quæ partium nomina.

SECTIO PRIMA.

PLVRA ſunt nomina tum ab Ariſtotele tum à cæteris Philoſophis huic facultati impoſita. Præcipua ſunt Logica, & Dialectica: alterum à verbo Græco λόγος, quod idem eſt ac ſermo: alterum à verbo διαλεκτικὴ ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι, quod eſt diſſerere, vt colligitur ex Cicer. 3. de Fin. & lib. de Fato. & Platone in Alcibiade, & Boet. in Porph. atque in hoc omnes ferè conueniunt.

Logica & Dialectica vnde ſic dictæ.

Verùm quod ad Logicæ nomen ſpectat cùm λόγος, tum mentem, tum intellectum ſignificet, vt inquit Simpl. in Præfat. ad libros de Cœlo; tum internam intellectus ratiocinationem, vt Plato in Theæteto, tum etiam externam locutionem, quam nos voce exprimimus, vt ex Galeno in Hortator. ad ſcientias, & ex Ariſt. Prædicamẽto Quantitatis, colligunt Ammon. & Boët. Quod primo loco quæritur eſt; Quid hoc nomen Logicæ apud Philoſophos communiter ſignificet, ſeu cur diſciplina hæc ita appellata ſit?

Iand. ita dictam exiſtimat à verbo λόγος, prout externum ſermonem ſignificat. Probat, quia non niſi inter duos ratiocinamur.

Simpl. loco citato, quia λόγος idem eſt, ac mens, ſeu intellectus; putátque Logicam ideo ſic dictam, quia ab intellectu manat, & in eo fit.

Prima concluſio. Licet hoc nomen tum internam, tum externam ſermocinationem ſignificet, ſiue etiam mentem; nomen Logicæ hic communiter accipitur non prout externum ſermonem, neque prout mẽtem ſeu intellectũ, ſed prout habitum quẽdam ſignificat, qui in interno ſermone ſeu mentali ratiocinatione verſatur.

Logica habitus.

Prima pars contra Iand. probatur: Logicus voces non per ſe, ſed tantùm per accidens conſiderat, quia videlicet mentis ſenſa aliter exprimere nequaquam poſſumus. Tum quia perfectus Logicus eſſe quis poteſt, ſi ſecum duntaxat ratiocinetur. Tum quia nihil aut parum Logica à Grammatica, Rhetorica, & Poëſi differret, quarum vis in externo ſermone ſita eſt.

Secunda pars contra Simpl. patet, alioqui omnes ſcientiæ dici poſſent Logica, cùm omnes ab intellectu manent & in eo ſint.

A Tertia pars prob. ex communi DD. ſententia. Hinc D. Th. Logicam primo Periher. ſcientiam rationalem vocat: Idipſum in Antepræd. affirmat Scotus, Ægid. in Præfat. Elench. 1. Prior. Alexander, &c.

Quod verò ſpectat ad nomen Dialecticæ, quæritur ſecundò an idem ſit Logica, & Dialectica, quódque eorum toti facultati congruat.

Secunda concluſio: Logicæ & Dialecticæ nomina, iuxta communem loquendi morem tum veterum poſt Ariſt. tum recentiorum Philoſophorum, pro eodem ponuntur: ſignificãt enim vniuerſam hanc facultatem complectentem Sophiſticam, Topicam & Analyticam, ac ceteras partes minutiores. Apud Ariſt. verò Logicæ nomen tantùm eam partem quæ agit probabiliter: Dialecticæ verò aliquando Topicam ſolam, aliquando ſimul & Analyticam: contra Zabarel. lib. 1. ſuæ Log. cap. 9.

Logica & dialectica pro eodem.

B

Prima pars patet. Sic enim Cicer. Quintil. Boët. Ammon. initio Prædicam. Alexand. D. Th. Simpl. ac ceteros conſtat eſſe loquutos.

Secunda pars prob. ex Ariſt. pluribus in locis, & præcipuè 2. de Gener. vbi demonſtrationem quandam non conuincentem, Logicam argumentationem appellat, & 3. Phyſ. tex. 40. Logicè inquit ſpeculantibus, id eſt probabiliter, vt ex contextu colligitur, & adnotat D. Th. ibid. Lect. 8. & Philop. tex. eodem commento 47.

C

Tertia pars prob. ex 1. Rhetor. 1. vbi habet Agere de omni ſyllogiſmo ſpectare ad Dialecticam totam, vel ad eius partem, ſed de omni ſyllogiſmo non agit Ariſt. niſi in Analyticis, ergo Analytica comprehenditur ſub Dialectica, & eſt eius pars.

Appellatur etiam Logica ab Ariſt. 2. Metaph. 3. *Modus ſciendi*, vt communiter eo loco Interpretes, vniuerſúmque opus Logicum *Organum*, hoc eſt inſtrumentum, vt auctor Diogen. in eius vita: videlicet vt totius Logicæ munus oſtenderet eſſe modum ſciendi tradere & methodum ad ceteras ſcientias comparandas: Atque hæc quoad totius facultatis nomina, eorum originem, & etymologiam.

Eadem modus ſciendi & organũ.

D

Verùm quoad diſciplinæ huius partes, earumdémque partium nomina hæ diſtinctiones obſeruandæ ſunt: Logica enim in hæc membra diſtinguitur. Primò in Naturalem, & Artificialem: Secundò in Artem veterem, & nouam: Tertiò in Docentem & Vtentem: Quartò in Vniuerſalem, & Particularem: Quintò in Sophiſticam, Topicam, & Analyticam.

Logica *Naturalis* eſt ipſa Potentia intellectiua, ſeu inſtinctus ille naturalis, & virtus à natura

Logica naturalis & artificialis.

Digitized by Google

inſita, qua poſſumus rectè ſyllogizare.

Artificialis eſt collectio & ſeries præceptorum, longo vſu, & experientia conquiſita, qua rectè poſſumus diſcurrere & ratiocinari. Huius inuentionem Zenoni Laërtius; Platoni Philoponus; ſibi tribuit Ariſt. Incerta omnia.

Ars vetus & noua.

Secunda Logicæ diuiſio eſt in *Artem, Veterem, & Nouam*: Huius diſtinctionis meminerunt Louan. in Procem. Poſt. Anton. Andreas, Burlæus, Granad. &c. Artem veterem vocant lib. Prædicab. Prædicam. Perihet. & Topic. *Artem nouam* libros appellant Elenchorum, & Analyticorum: illos quòd ab alijs Philoſophis deſumpſerit Ariſt. vt Prædicam. ab Archita, Topicam à Protagora, ac ſic de reliquis: hos, quia auctorem eorum volunt Ariſtotelem.

Vtens & docens.

Tertia Logicæ diuiſio eſt in *Docentem, & Vtentem*. *Docens* ea eſt quæ tradit præcepta, nulli materiæ illa applicando: *Vtens* eadem eſt materiæ alicui applicata: Balduinus Docentem potiùs Doctrinalem, Vtentem Vſitatam putat dici debere, cùm non hæc ſuis axiomatis, ſed aliæ ſcientiæ Logicis regulis vtantur: Zabarel. Docentem vocat ex Græcis Logicam ſeiunctam à rebus: Vtentem, applicatam rebus.

Vniuerſalis & particularis.

Quarta eſt in *Vniuerſalem & Particularem*, Logicæ vniuerſalis nomine libros intellige Prædicament. Prior. & Periher. quia in his agitur de ſyllogiſmo communiſſimè ſumpto, prout abſtrahit à quacunque materia, ſiue neceſſaria, ſiue probabili, ſiue apparenti. Nomine particularis, libros reliquos, qui de ſyllogiſmorum ſpeciebus, nempe Demonſtratione, Topico, & Elencho. Diſtinctionem hanc tradit Auer. 7. Metaph. 10. & de ea Zabarel. lib. 2. cap. 1.

Topica. Sophiſtica. Analytica.

Quinta eſt in *Topicam, Sophiſticam, & Analyticam*: Topica ſeu localis ea pars dicitur, quæ agit de locis ex quibus probabilia erui poſſunt argumenta. Sophiſtica quæ de Elencho ſeu ſyllogiſmo ſophiſtico: (Elenchus enim contradictionem ſeu redargutionem ſignificat) qui præcipuus ſophiſtarum ſcopus: Analytica eos libros complectitur qui Reſolutorij appellantur: ἀνάλυσις enim Latinè verti poteſt *Reſolutio*, quod in iis Ariſt. ſyllogiſmum & demonſtrationem in ſua principia, quibus componútur reſoluit. An autem conficiant vnum opus dicemus infrà Parte 2. Diſp. 3. Sect. 1. atque hæc nominum & vocum præcognitioni ſint ſatis.

Sectio Secvnda.

Quodnam ſit proximum Logicæ genus, & primò, an ſit ſcientia.

PRimvm Logicæ genus cùm inquirimus, Habitum intelligimus, ſub quo immediatè Logica collocetur, ſit nimirum Logica ſcientiane, an Ars, an Facultas, an aliquis alius habitus. qua in re cum multis nobis agendum eſt: Alij enim plurimum illi tribuerunt; parum alij: alij laborant in æquiuoco. Quare & æquiuocationes tollendæ, ſuperflua reſecanda, propria reſtituenda. Atque adeò

Habituum genera.

Supponendum eſt, Habitus ferè omnes intellectuales, tum ex obiectorum diuerſitate; tum ex modo cognoſcendi ad hos reuocari: Vel enim rei cognitionem quærimus vt per illam aliquid efficiamus, & huiuſmodi cognitio diuiditur in Prudentiam, Facultatem, & Artem; Vel vtilA lam tantummodo contemplemur, & hæc diuiditur in intellectum, ſapientiam, ſcientiam, opinionem, & fidem.

Fides, eſt cognitio alicuius concluſionis, cui ex aliquo medio extrinſeco aſſentimur, qualis eſſet auctoritas atteſtantis.

Opinio, eſt cognitio concluſionis ex medio quidem intrinſeco, ſed habente connexionem cum concluſione tantùm probabilem.

Scientia, eſt certa & euidens cognitio concluſionis, ex medio etiam intrinſeco neceſſariam & euidentem connexionem habente cum concluſione.

Sapientia, eſt cognitio rerum altiſſimarum,
B omnium præſtantiſſima, aliarum ſcientiarum principia recognoſcens.

Intellectus, hoc loco eſt cognitio primorum principiorum, quibus ſtatim ex ſola terminorum explicatione, ob ſummam euidentiam aſſentimur. Et quia eſt primus actus cognoſcitiuæ potentiæ, ſcientiâ ipsâ certior, & euidentior, eodem nomine quo potentia ipſa appellatur: ſicut efficax voluntatis actus ſæpe voluntas dicitur.

Facultas, eſt habitus & aptitudo ad efficiendas contrarias, & oppoſitas actiones.

Prudentia, eſt habitus cum recta ratione actiuus.

C *Ars*, eſt habitus cum recta ratione factiuus. Cùm ergo certiſſimum ſit Logicam non eſſe intellectum, cùm eius obiectum non ſint prima principia: Non eſſe ſapientiam, cùm de rebus præſtantiſſimis non agat: Non opinionem, aut fidem, quia quæ docet Logica vel ſunt euidentia, vel euidenti aliquo ſyllogiſmo probantur. Non prudentiam, quia Logicæ eſt dirigere operationes intellectus non voluntatis. Videndum remanet an ſit Scientia, an ſit Ars, an ſit Facultas; ideóque varias opiniones primùm afferemus, poſtremò noſtram.

Totius diſputationis ſcopus.

Variæ recenſentur opiniones.

D PRima *ſententia* eſt aſſerentium Logicam eſſe ſcientiam. Ita Stoici apud Laërt. in vita Zenon. Hebræi veteres ex quibus ſententiam hanc emanaſſe affirmat Euſeb. de Præp. Euang. Idipſum innuit Cic. 5. Tuſcul. & lib. de Oratore. D. Aug. 8. de Ciuit. Dei, & lib. de Spiritu & Anima: Videtur interdum his aſſentiri D. Th. 4. Metaph. 5. Scot. quæſt. 1. in Prædicam. Ægid. initio Prior. Iauel. quæſt. 7. ibid. & ex recentioribus Suarez diſp. 1. ſect. 5. & diſp. 44. ſect. 13. Areſius noſter in ſua Rhetor. Toletus, quæſt. 2. Procem. Fonſe. 2. Metaph. 3. quæſt. 1. ſect. 9. ac Lanni ferè omnes: qui diſtinguentes
E Logicam in Docentem & Vtentem; Docentem aſſerunt eſſe ſcientiam: Vtentem minimè.

Scientiam qui aſſerãt.

Probãt primò: Logica vt Docens eſt, eſt de rebus neceſſarijs, realibus, & gratiâ ſui, ergo eſt primò & per ſe ſcientia: Prima pars anteced. probatur, quia ſyllogiſmus quo ad eſſentiam eſt quid neceſſarium: Secunda etiam patet, quia ſyllogiſmi natura & eſſentia eſt de ſe ſpeculabilis, & poteſt quis tantùm in gratiam illius, eius proprietates inquirere ad alias ſcientias illum non dirigendo: Tertia pars etiam patet, quia modus ſciendi & ſyllogiſmus eſt aliquid reale, includit enim operationes reales, nimirum diſcurſum cum tali modo & combinatione ſyllo-

giſtica, ergo Logica eſt ſcientia realis.

Secundò. Scientia vt ſuprà diximus, eſt certa & euidens cognitio per demonſtrationem comparata. Huiuſmodi eſt Logica, ergo &c. Prob. min. quia Logicus demonſtrat paſſiones de proprio obiecto, nempe de ſyllogiſmo; ſophiſticum videlicet ſyllogiſmum parere errorem; Topicum opinionem; Demonſtrationem ſcientiam: ergo Logica eſt certa & euidens cognitio per demonſtrationem comparata.

Confirm. quia qui non eſt certus de modo ſciendi, & ignorat ſe rectè exercuiſſe ſuas operationes, non poterit dici ſciens: ergo Logica quæ eſt cognitio de modo ſciendi, debet eſſe certa & euidens. Anteced. prob. Sciens is dicitur, qui ſcit certò ſe & infallibiliter ſcire, alioquin diceretur potiùs opinari, quàm ſcire; ſed qui certitudinem non habet de inſtrumento, & modo ſciendi, ignorat an fuerit rectè ratiocinatus, ergo non poteſt infallibiliter cognoſcere ſe ſcire, ergo qui certitudinem non habet de modo ſciendi, non poteſt dici ſciens: & rurſus, propter quod vnumquodque tale & illud magis, ſyllogiſmus parit euidentiam, ergo debet eſſe magis euidens.

Tertiò probatur principaliter hæc ſententia ex auctoritate Ariſt. appellantis doctrinam de ſyllogiſmo communi demonſtrationem; ſic 1. Prior. ergo de ſyllogiſmo datur ſcientia. Præterea 11. Metaph. ſum. 3. cap. 1. ait omnem habitum aut eſſe actiuum, aut factiuum, aut ſpeculatiuum. ſed Logica docens non eſt actiua, nec factiua, ergo ſpeculatiua.

Qoartò probatur ex modo procedendi Logicæ: procedit enim modo reſolutorio, vt patet in lib. Analyticis. non compoſitorio quod eſt proprium habitus practici, ergo Logica eſt cognitio ſpeculatiua.

De Vtente verò iidem probant ſic non eſſe ſcientiam: Actus Logicæ Vtentis non eſt aſſenſus concluſionis, quem per demonſtrationem colligimus, ſed opus quod efficimus, ſyllogiſmus videlicet, aut definitio: ergo Logica Vtens non eſt ſcientia. Conſeq. prob. quia concluſio ſcientifica eſt actus quem per demonſtrationem colligimus ex principiis per ſe notis.

2. Sententia aſſerentium docentem Logicam eſſe artem: vtentem verò ſcientiam.
D. Th.
Boëtius.
Auerroës.
Zimara.
Ammonius.
Alexander.
Philoponus.
Zabarella.

Secunda ſententia, negat Logicam eſſe ſcientiam, ſed aſſerit eſſe artem ſeu facultatem quandam, ſcientiâ inferiorem: Ita expreſsè D. Th. in Boët. de Trinit. opuſc. 70. quæſt. 5. artic. 1. 2. & 3. Boet. in Porph. Auer. in Epitom. Metaph. initio. Zimar. in ſua Tab. verbo *Abſurdum*. Ammô. in Præfat. ad Prædicam. Alex. initio Topic. Philoponus, & ex recentioribus Zabarel. lib. 1. de Natur. Log. cap. 3. Vilalp. quæſt. 26. Procem. Complut. in Log. ac Græci ferè omnes qui Vtentē Logicam vltrò ſcientiam dici poſſe concedunt, Docentem verò negant.

Probat 1. Zabarel. Scientia eſt certa & firma cognitio rerum ſimpliciter neceſſariarum, & entium ſempiternorum, ſed Logicæ obiectum etiam vt docens eſt, eſt quid operabile, operabile autem neceſſarium, & æternum eſſe non poteſt, cùm ſit contingens, ergo &c. inde enim operabile nullo modo obiectum ſcientiæ eſſe poſſe, dixit Ariſt. 3. de Anima tex. 49.

Secundò alij ſic: Logica non eſt granâ ſui, in quo potiſſimum conſiſtit ratio ſcientiæ, vt dicemus: ergo nullo modo eſt ſcientia. Anteced. prob. Talis debet eſſe ſcientia quale obiectum; obiectum Logicæ eſt ad aliud, ergo & Logica.

Tertiò alij etiam ſic: Cuiuſcunque certæ ſcientiæ certum debet eſſe obiectum, ſed ex Ariſt. 4. Metaph. 2. tex. 5. & 1. Poſter. tex. 27. non habet Logica certum genus ſubiecti, hoc eſt certam materiam, circa quam verſetur, ſed per omnes vagatur ſcientias & in omni materia conficit ſyllogiſmos: ergo non eſt ſcientia.

Quod verò ad Vtentem ſpectat, ſcientiam eam eſſe concedunt, non quidem vt ſtatuatur à cæteris ſcientiis diſtincta, ſed ſicut omne genus contractum ad aliquam ſpeciem ſub ſpeciei nomine comprehenditur, ac meliùs ſpeciei nomine appellatur, & animal in hominè non ampliùs vocatur animal, ſed homo; ita inquiunt Logica vtens appellabitur ſcientia, non quidem ex ſe, ſed ratione illius ſcientiæ cui applicabitur, ad quam tanquam ad ſpeciem per materiam contrahitur.

3. Sententia aſſerens Logicam quolibet modo ſumptã eſſe ſcientiam.

Tertia ſententia, aſſerit Logicam cùm docentem, tùm vtentem, non ratione ſcientiæ cui applicatur, ſed ex ſe eſſe ſcientiam à cæteris omnino diſtinctam: Ita Sueſſ. 4. Metaph. 5. & Recentiores quidam, vt refert Ruu. quæſt. 3. Procem. qui ſolùm à Sueſſ. diſſentiũt, quòd ille Logicam Vtentem non putat eſſe habitum diſtinctum à Docente, atque inde vtramque ſcientiam dici debere exiſtimauit: hi verò alteram ab altera diſtinguunt omnino.

Probat ſuam ſententiam: Scientia non perficitur niſi à ſcientia, ſed Logica docens perficitur ab vtente: ex frequenti enim vſo ſyllogizandi in qualibet materia, meliùs præcepta firmantur: ergo Logica vtens eſt ſcientia. Rationes alias pro hac ſententia non video, nec ipſe Ruu. refert.

4. Sententia Logicã nullo modo eſſe ſcientiam.

Quarta ſententia, eſt dicentium Logicam neque vtentem neque docentem eſſe ſcientiam, vel facultatem à cæteris ſcientiis & facultatibus diſtinctam: Eſt quorundam apud Albert. 1. Prædicab. cap. 1. Videtur etiam Platonis apud Plotinum: additque congeriem iſtam præceptorum & cætera eſſe potiùs vſurpare munera reliquarum ſcientiarum, cùm cuiuſque ſcientiæ ſit, methodum tradere inueſtigandi proprias concluſiones.

Propriæ Sententiæ fundamenta iaciuntur & confirmantur.

DARI habitum quendam intellectualem à cæteris diſtinctum mentalium operationum directiuum non ſupereſt ambigendi locus. Cùm enim intellectus operationes dirigibiles ſint ab eodem intellectu, neceſſariò ad certam aliquam vel diſciplinam vel ſcientiam pertinent à qua dirigantur; quæ cùm alia non ſit quàm Logica, dari diſciplinam hanc à cæteris diſtinctam contra Plotinum ac veteres neceſſariò fatendum eſt. De hac quærimus an ſcientia ſit vel non. quare

Logica mẽtalis operationum directiua.

Notandum primò. Cùm quærimus an Logica ſit ſcientia, ſcientiam intelligimus in omni rigore ſumptam: laxiori enim vocabulu vltro concedimus & ſcientiam, & artem dici poſſe: ſic Ariſt. 1. Metaph. 1. artes omnes Mechanicas ſcientias appellauit, & Logicam ſcientiam nominarunt auctores omnes qui pro vtraque parte ſolent citari. Ad ſcientiam verò in omni rigore ſumptam tria requiruntur, vt ex 6. Mo-

Scientia in rigore quæ.

ral. 3. 1. Poſter. 1. & 1. Magn. Moral. 33 apertè colligitur. Primum vt ſit de rebus realibus, ſecundum vt ſit de rebus neceſſariis. Tertium vt gratia ſui: hoc eſt vt non ad aliud ordinetur, vt rectè auctores primæ & ſecundæ ſententiæ aſſumunt. Quod ſi horum aliquid deſit, ſtatim illa cognitio deficet ab eſſe ſcientiæ.

Logica cognitio certa & euidens.

Notandum ſecundò. Logicam eſſe cognitionem certam & euidentem, vt rectè auctores primæ ſententiæ argumentabantur. Omnes enim ſcientiæ ſupponunt ſuis in demonſtrationibus non decipi, quia certò ſciunt demonſtrationem eſſe medium certiſſimum. Rurſus Logicam eſſe de rebus realibus, licèt negent qui obiectum illius volunt eſſe ens rationis ac propterea ſcientiam appellandam eſſe rationalem; quod quàm ineptè ſit dictum ipſi videant, præſertim ſi ſcientiæ nomen in rigore ſumatur: nos qui toties diximus verſari circa intellectus operationes, ac diſcurſus directionem qui eſt quid reale, vltrò & hanc conditionem fatemur.

Logica eſt de rebus neceſſariis

Zabarella reiicitur.

Quæſtio igitur eſt, An ſcientia dici poſſit de rebus neceſſariis & gratia ſui. Et quidem contendit Zabarel. non eſſe Logicam de rebus neceſſariis, ſed contingentibus, ac inde non eſſe ſcientiam: ſed immeritò. Licèt enim ſyllogiſmus quoad exiſtentiam ſit contingens, & in noſtro intellectu quoad effectionem pendeat: quoad eſſentiam verò minimè: ſi enim topicus ſyllogiſmus vel demonſtratiuus conſtruendus ſit, ſanè non ad voluntatis normam conſtruendus eſt, ſed vt poſtulat diſcurſus, & ſyllogiſmi ratio & natura vt ſic dicam. Quare ſolùm videndum remanet, An ſit gratia ſui, & An Logica cognitio ordinetur ad aliud.

Notandum tertiò. Logicam non eſſe gratia ſui, dupliciter poſſe intelligi. Vel quia illius obiectum eſſentialiter ordinetur ad aliud, nempe ſcientias, & hoc non ſufficit dummodo cognitio ſit à ſe; contra pleroſque recentiores, illos præſertim quos in ſecunda ſententia recenſuimus: elementa enim ordinantur ad compoſita & illorum cognitio eſt gratia ſui, & pars ſcientiæ naturalis: ſic cognitione ſcientifica ſpeculamur naturam accidentis, materiæ, formæ & cæterorum, quæ omnia licèt dicant ordinem eſſentialem ad aliud, eorum tamen cognitio eſt à ſe, quare nec valet argumentari, Obiectum ordinatur ad aliud, ergo & cognitio.

Logica non eſt gratia ſui.

Punctus difficultatis hic ſitus eſt, An Logica cognitio ſit ad aliud, an propter ſe. ſi Logica ſiſtit tantùm in ſimplici ſyllogiſmi aut inſtrumenti vel operationum mentalium intuitione, tunc Logica cognitio diceretur gratia ſui, & Logicus verè ſcientifici nomen merebitur: ſi ſecus, minimè.

Speculatiuæ ſcientiæ vt à practicis differant.

Notandum quartò, ac maximè aduertendum quod Ariſt. 2. Metaph. tex. 4. docuit ſpeculatiuas ſcientias differre à practicis, quia illarum finis eſt veritas, ſeu cognitio; iſtarum verò opus: hoc eſt, ſpeculatiuæ ſiſtunt in cognitione obiecti; Practicæ cognitionem dirigunt ad effectionem: Modò cùm Logica docens vt ſuprà diximus ea ſit, quæ docet quomodo ſyllogiſmus conſtruendus ſit &c. ergo illius finis non eſt tantùm cognitio, ſed opus atque ad illud dirigitur Logica cognitio, ergo nullo modo ſcientia; vtque hoc dictum ſit ex parte cognitionis. Ex parte autem obiecti vel finis hoc ipſum euidentiſſimè probatur.

Syllogiſmus quid arte factum.

Notandum vltimò. Demus aduerſariis Logicam cognitionem non ordinari ad effectionem, ſed ad ſolam ſyllogiſmi eiúſque proprietatum intuitionem; neque proinde dici poſſe ſcientiam, nec ſyllogiſmus verum ſcientiæ obiectum: Ratio eſt, quia ſyllogiſmus eſt quid artificiatum, reſultans ex tali terminorum, & propoſitionum combinatione prodeunte à noſtro intellectu artificialiter operante: artificiata autem non habent propriè, neque eſſentiam, neque naturam, nec paſſiones quæ ex intrinſecis talis naturæ principiis fluant: quare nec veram definitionem, cùm non ſint entia per ſe, ſed per accidens, ergo non poterit aliquid de illis verè & ſcientificè demonſtrari, cùm medium demonſtrationis ſit definitio. Id ipſum dicendum ſi quis aſſereret Logicæ obiectum tres intellectus operationes; de iis enim ſi quid demonſtrat Logicus, non demonſtrat quatenus quædam natura ſunt, nimirum quòd ſint accidentia, quòd ſubiectentur in anima &c. ſed tantùm vt ſunt quid artificiale, diſcurſum videlicet vt conflant; ex præmiſſis veris, primis, immediatis parere ſcientiam: ex præmiſſis apparentibus parere errorem, ac ſic de operationibus reliquis, quas tantùm Logicus conſiderat quatenus ab arte aut directæ, aut dirigibiles ſunt: quæ conſideratio ad ſcientiam conſtituendam nequaquam ſufficit, ſicut nec cognitio, quam habet faber de ferro, quod igniri poſſit, molliri &c. ac taliter efformari, dicitur ſcientifica cognitio, ſatis enim ſuperficialis eſt.

Proponitur propria ſententia ac Aduerſariorum rationes diluuntur.

Logica nec ſcientia nec Philoſophiæ pars: eſt D. Thomæ & Græcorum.

PRIMA *concluſio*. Logica, quam docentem vocant non eſt propriè ac in rigore ſpeculatiua ſcientia, atque adeo nec philoſophiæ pars. Eſt D. Th. Opuſ. 70. loco citato: omnium ferè Græcorum, & omnium quos ſuprà citauimus pro ſecunda ſententia.

Prob. ex dictis ſcientia ſpeculatiua non tradit, quomodo conſtruendum ſit ſeu ordinandum obiectum; ſed illud tantummodò ſpeculatur: Logica docens vt ipſimet aduerſarij fatentur, tradit præcepta quomodo conſtruendus ſit ſyllogiſmus, aut dirigendæ operationes vt diximus, ergo non eſt ſcientia.

Dices: poteſt quis abſtrahens ab effectione ſyllogiſmi, tantùm illius ſtructuram contemplari; tunc illius finis eſſet tantùm cognitio ac ſic Logica dici poſſet ſcientia.

Reſp primò. Licèt totum anteced concedamus, non inde tamen ſequeretur Logicam eſſe ſcientiam, quia adhuc operationes & ſyllogiſmus obiicerentur, vt quid artificiatum, vnde nec ſcientię obiectum verè eſſe non poſſunt, nec cognitio quæ circa illa verſatur appellari ſcientifica.

Finis ſcientiæ & finis ſcientis.

Reſp. ſecundò diſting. Anteced. Finis enim in diſciplinis omnibus poteſt eſſe duplex. Alius enim dicitur finis ſcientiæ ſeu intrinſecus: Alius dicitur ſcientis ſeu extrinſecus, ſic in Philoſophia finis ſcientiæ eſt rerum naturalium cognitio: Finis ſcientis eſſet, ſi ſic Philoſophiæ ſtuderet quis, vt diues euaderet, ſeu medicus. Cùm ergo dicimus ad ſcientiam requiri, vt finis ſit tantùm cognitio, intelligi debet de fine

ſcientiæ & intrinſeco, non de fine extrinſeco & ſcientis. Modo ſi quis tantùm ſibi proponeret ſyllogiſmum ſpeculandum, ille finis eſſet tantum extrinſecus non intrinſecus; intrinſecus enim Logicæ docentis finis eſt ſyllogiſmum conſtruere, & intellectus operationes ordinare, non contemplare ordinem, aut ſtructuram, vt rectè Ariſt. 1. Topic. 9. inferiùs citandus.

Logici eſt tantùm ſyllogiſmi artificium conſiderare.

Secundò principaliter probatur: Si intellectus operationes, & ſyllogiſmus ſpeculatiuè ſecundùm eorum naturam conſiderentur, eorum conſideratio ſpectabit ad animaſticam: ergo Logici tantùm eſt vel conſiderare eius artificium, quod ad ſcientiam non ſufficit, vt Notabili vltimo docuimus, vel tradere quomodo ordinari debent ſeu componi; ſed hoc eſt magis proprium artis, quàm ſcientiæ vt diximus Notabili quarto, ſic Ariſt. 2. Poſter. cap. vltimo inquit ſcientiam eſſe de ente, artem verò de Generatione: & 6. Ethi. 4. Artem omnem in generatione verſari; hoc eſt ſcientiam verſari circa ea quæ ſunt; artem circa ea quæ fieri debent.

Tertiò probatur. Auctoritate Ariſt. 1. Prior. ſect. 2. & 3. vbi habet ſe Generationem ſyllogiſmorum in iis libris docere, ſed hoc artibus competit vt inductione patet, ſcientiis nullo modo: ergo Logica non eſt ſcientia. Item 1. Top. 9. vbi tria diſtinguit problematum genera actiuum, ſpeculatiuũ & Logicum. ac ſic deinde concludit actiua problemata vtilia eſſe ad eligẽdum vel fugiendum: ſpeculatiua ad cognoſcendum, Logica per ſe ad neutrum horum, adminiculantia ſunt ad aliqua taliũ: pleraque enim per ſe non volumus cognoſcere ſed aliorum gratia, vt per illa aliud quidpiam (ſyllogizando videlicet) cognoſcamus. quibus nil diſertius aut lucidius. Item 1. Poſter. 2. vbi docet in hoc differre à ſpeculatiuis practicas diſciplinas, quia in practicis finis eſt principium; in illis verò definitio; hoc eſt in practicis medius terminus demonſtrationis eſt finis; demonſtrant enim ad conſequendum talem finem eſſe neceſſariò talia media: ſed Logica docet ad conficiendum ſyllogiſmum demonſtratiuum aſſumendas eſſe has præmiſſas, illas ad probabilem &c. ergo demonſtrat per finem: ergo non eſt ſcientia.

Ad primum primæ ſententiæ patet ex dictis.

Aduerſantium ſententiarum fundamenta refelluntur.

Ad ſecundum diſtinguo Min. Logica eſt certa & euidens cognitio comparata per demonſtrationem ex fine, hoc eſt cuius medium ſit finis: concedo: cuius medium ſit vera definitio: nego: quod ſi per definitionem demonſtrat aliquid de ipſa demonſtratione, cùm ipſa demonſtratio ſit quid artificiatum vt diximus, nec veram naturam habet, nec veram eſſentiam, vnde nec poteſt verè definiri, nec de ea eo medio poterit verè aliquid demonſtrari, vnde nec vera erit demonſtratio. Vel

Secundò reſp. Maio. illam eſſe diminutam. requiritur enim inſuper, vt cognitio illa dici poſſit ſcientia, vt ſit gratia ſui, qualis non eſt Logica.

Ad confir. conced. totum, diximus enim Logicam cognitionem eſſe certiſſimam & euidentem.

Ad tertium, Ariſt. appellaſſe Logicam doctrinam demonſtratiuam, vel tantùm ratione euidentiæ, vel quia demonſtrat ex fine quod non ſufficit ad ſcientiam: ſic enim quilibet artifex poterit euidenter demonſtrare, cur domus ita ædificanda ſit, & licèt euidenter, non dicetur tamen ſcientificè demonſtraſſe, quia non demonſtrauit veras paſſiones per veram definitionem, quam domus non poteſt habere cùm ſit ens artificiatum & per accidens. cur autem inter habitus intellectuales, Logicæ habitum non adiunxerit, infra.

Ad quartum. Procedi in Logica modo reſolutorio, qui peculiaris eſt ſcientiis, non artibus, tum quia clarior captùque facilior: tum quia cùm media ſit inter artem & ſcientiam, & vtriuſque naturam participet, potuit vtroque modo vti, ſed potiùs reſolutorio, dum potiùs ad ſcientiam, quàm ad artem ordinatur.

Ad argumenta ſecundæ ſententiæ, licèt eamdem probent concluſionem, quam nos, quia tamen non eodem medio, reſp. Maio. illam non eſſe vniuerſaliter veram. ſequeretur enim quod cùm obiectum in aliqua ſcientia eſt ſubſtantia quod cognitio deberet eſſe ſubſtantia, quod eſt ridiculum. quare boni auctores multum colligunt ac plus iuſto concludunt, inuoluunt enim fallaciam accidentis, dum ſcientiæ tribuunt quæ ſimpliciter obiecto conueniunt; ideo limitanda eſt: Scientia debet eſſe talis, quale obiectum ſecundùm quamdam proportionem cognoſcendo illud quale eſt, eiúſque paſſiones, & proprietates inquirendo &c. quod quidem præſtat Logica, non tamen talis debet eſſe ſcientia, quale eſt obiectum quoad omnia eſſentialia prædicata illius, cùm poſſit dari ſcientia, quæ ſit gratia ſui de obiecto eſſentialiter ordinato ad aliud vt diximus de elementis, quare non ex hoc capite ſed ex iis quæ ſuprà attulimus Logica non eſt ſcientia.

Ad ſecundum: recta iidem concluſio, ſed etiam ex falſo principio, cùm ait operabile æternum eſſe non poſſe; licèt enim non poſſit eſſe æternum quoad exiſtentiam, poteſt quoad eſſentiam, quod ad ſcientiam ſatis eſt.

Ad tertium. Res omnes voluit Ariſt. eſſe Logicæ materiam non proximam ſed remotam, quod ſcientiæ non obſtat.

Ad tertiam ſententiam, cùm dicatur vtramque, docentem inquam & vtentem, non eſſe ſcientiam, nil contra nos

Ad quartam verò negatur quod aſſumit: omnes enim ſcientiæ, argumentandi, diuidendi & definiendi modum à Logica accipiunt.

Logica vtens nullo modo ſcientia.

Secunda concluſio. Logica vtens per ſe ſpectata nullo modo eſt ſcientia: applicata rebus ſatis impropriè.

Prima pars patet ex prima ſententia. ſecunda prob. ex natura inſtrumenti, quod nunquam formæ nomen, quam inducit, propriè ſibi adſciſcit.

Sectio Tertia.

An Logica ſit Ars.

CVm omnis cognitio quæ non eſt gratia ſui, & communiter dicitur practica, diuiſa fuerit ab Ariſ. in Actiuam & Factiuam; ſeu quod idem eſt, in Artem & Prudentiam: qui Logicam vidimus nullo modo poſſe dici ſpecu-

lariuam & gratia ſui, quærimus An ſit Actiua vel Factiua; ſeu A o ad artem ſpectar vel prudentiam, cúmque certiſſimum ſit ad prudentiam nullo modo pertinere vt etiam dicemus, tantùm quærimus: An ſit ars. Qua in re

Mirand. Rodulph. Scaliger.

Prima ſententia eſt aſſerentium eſſe artem: ita Flaminius de Nob. in Log. cap. 16. Iand. 7. Metaph. quæſt. 3. Aureol. apud Capreol. 2. quæſt. art. 2. concluſ. 2. Mirand. initio ſuæ Log. eo lib 4. Apolog. ſect. 1. Rodulph. lib. 2. de Inuent. Scalig. cootra Card. exercit. 1. num. 3. & alij.

Probatur primò ex Ariſt. 6. Ethic. 4. Ars eſt habitus cum recta ratione factiuus, Logica eſt huiuſmodi; docet enim conficere ſyllogiſmum.

Secundò. Omnis habitus aut eſt Factiuus, aut Actiuus, aut contemplatiuus ex 4. Eth. 6. ſed Logica oon eſt habitus contemplatiuus, vt videbimus: neque actiuus vt dicemus, quia noo verſatur circa actiones morales, ergo factiuus.

Tertiò. Logica ideo non poteſt dici ars, maximè quia non relinquit opus poſt ſe, ſed hoc non obſtat, quia neque ars pſallendi, aut aliæ huiuſmodi opus poſt ſe relinquunt, & ſunt veræ artes. Vel quia non eſt practica; & neque id dici poteſt, ſufficit enim quod ad inſtar practicæ inducat formam in propriam materiam, inducit enim Logica directionem in operationes. Vel quia operatio quæ fit in Logica non tribuitur Logicæ ſed aliis ſcientiis, vt ſyllogiſmus in materia phyſica, quæ tribuitur phyſicæ: & neque quia non eſt neceſſe vt artes promant opus immediatè, vt patet in Rhetorica, & Poëtica: plures enim dicuntur Rhetores, pauci Oratores, & permulti verſuum numeros, ac ſyllabarum rectè norunt, nec tamen ſciunt componere, vt affirmat etiam Plato de Furore Poëtico; id autem nec Rhetorica, nec Poëtica licèt artes ſint immediatè influunt in opus, ſed medio illo vel furore, vel genio.

Secunda ſententia, eſt eorum qui nolunt eſſe artem, cum quibus ſit

Prima concluſio. Logica non eſt habitus Actiuus, neque Factiuus; ad cuius intelligentiam

Logica habitus ab arte & prudentia diſtinctus.

Notandum primò. Logicam nullo modo artem eſſe, ſed habitum quemdam ab arte & prudentia diſtinctum; id autem duplici viâ inueſtigari poteſt. Prima eſt ex neceſſitate concedendi alium habitum qui ſit ab arte & prudentia diſtinctus. Secunda ex vi nominum Actionis videlicet & Effectionis. Et quoad neceſſitatem alterius habitus, qui ſit ab arte & prudentia diſtinctus, patet: Habitus enim omnes ideo inſtituti, vt potentias adiuuent ad ſuos actus faciliùs promendos, eáſque dirigant vt citiùs & expeditiùs operentur; quare tunc diſtinctus opponendus eſt habitus, cùm in operando aliqua peculiaris eſt in potentiis operatricibus difficultas, quæ ex obiecto & finis diuerſitate, vel etiam ex illarum diuerſo operandi modo colligitur: vbi enim diuerſus finis vel diuerſa omnino materia aut obiectum ibi, ſicut diuerſa ſpecies operationis, ita diuerſi habitus requiruntur.

Potentiæ operatrices, aliæ intellectiuæ, aliæ appetitiuæ, aliæ exteriores.

Notandum ſecundò. Potentias omnes operatrices, quæ in ſuis operationibus directione indigent ad tria genera reuocari poſſe. Aliæ enim ſunt intellectiuæ. Aliæ appetitiuæ: Aliæ A exteriores. Exteriores habent pro obiecto ex ſe aliquid vtile vel delectabile. Appetitiuæ bonum vel malum: Intellectiuæ verum, vel falſum. Ad Exteriores adiuuandas, inuentæ ſunt artes: ad Appetitiuas, prudentia: ad Intellectiuas, Logica. Cùm ergo prudentia ideo ab arte diſtinguatur, quia materiam habet ab arte diſtinctam, diuerſum obiectum & diuerſum finem, diſtinctus ab vtriſque erit Logicæ habitus, cui nec eadem materia, nec idem obiectum; nec eædem potentiæ, neque idem finis.

Actio propriè de operatione morali, effectio de externa.

Notandum tertiò. Neque ſi ex vi nominum liceat argumentari, ad aliquem prædictorum habituum Logica pertinebit: licèt enim Acti- B uum ſi laxiori vocabulo ſumatur aliquando apud Ariſt. & Factiuum ſignificet, vt 2. Metaph. 3. & 3. de Anima 46. Ariſt. vſurpaſſe videtur, preſsè tamen agere ea tantùm dicimus quæ à libera voluntate pendent, quibus boni vel mali non in aliquo geoere ſed ſimpliciter efficimur, vt ſunt actiones omnes morales, videlicet vitia & virtutes, ſic Ariſt. 6. Ethic. 5. ait enim in actione magis eſſe eligendum qui peccat ex ignorantia quàm qui ſponte; in arte magis qui ſponte quàm qui ex ignorantia, ſed tantùm circa Motales operationes eligibilius eſt peccare ex ignorantia, ergo tantùm circa morales operationes propriè verſatur no- C men actionis.

Eadem ratione Efficere ſeu Effectio ſi propriè & preſsè ſumatur, tantùm operationes illas comprehendit quæ externis actibus exercentur, ſiue relinquant opus, ſiue non, vt ex eodem met Ariſt. 6. Ethic. citato colligi poteſt. Ampliſſimè autem ſi ſumatur, internas etiam operationes vt diſcurrere &c. comprehendi ſub illa non negamus. Cùm ergo agere ea in rigore dicamur quæ à libera voluntate pendent, efficere quæ per externas operationes promimus; Logica neque ad actionem neque ad effectiooem pertinebit, neque propriè prudentia erit, neque ars.

Logica quonam modo & ſcientia & ars.

Secunda concluſio. Si Artis nomen & Efficere D laxiori vocabulo ſumatur, ita vt etiam ſe extendat ad internas mentis operationes, Logica ſicuti ſcientia, ſic etiam ars dici poteſt: Dirigit enim noſtræ mentis operationes artificio quodam & ordine, vt iis rectè diſpoſitis ſcientiam adinueniamus. ſed de hoc non eſt quæſtio, vltrò enim hoc concedent omnes.

Ad primum reſp. Negando Min. Efficere enim propriè dicimur quæ ad externas pertinent operationes, ad quas non pertinet Logica.

Ad ſecundum, Quinam habitus ſit Logica, dicemus infrà, & quomodo Ariſt. non fuerit diminutus.

Ad tertium. Obſtare maximè quia non eſt E practica: nec ſufficit quod inducat formam in operationes, ſed requiritur vt materia in quam forma inducitur, ſit diſtincta ab intellectu eiúſque operationibus, vt dicemus infrà ſect. 5. Inde enim diſtinguitur prudentia ab arte potiſſimum quia ars inducit formam in externas operationes, prudentia in operationes voluntatis, Logica in operationes intellectus.

Dices. Ars ſculpendi eſt eadem ſiue in luto, ſiue in ære, licérque non eadem materia, eſt tamen idem habitus, ergo diuerſa licèt ſit materia harum trium facultatum, non ideo diſtincti habitus ponendi ſunt.

Reſp. neg. Anteced. licèt enim æs & lutum ſpecie differant in ratione formæ, ſunt idem in ratione obiecti, quod non contingit in operationibus intellectus, & externarum operationum & potentiarum.

Sectio IV.

An Logica ſit Facultas.

Facultas propriè quid.

QVid ſit facultas diximus ſuprà, habilitas nimirum ſeu potentia quædam ad efficiẽdas contrarias, & oppoſitas actiones. Is enim propriè poſſe dicitur qui oppoſita æquè præſtare poteſt, vt ſe mouere, & quieſcere: vnde impropriè ignis poſſe aſcendere dicitur; cœlum circulariter ſe mouere; ſic 1. Top. initio aduertit Alex. in ſuis Comment. Bud. verbo *facultas* Hoc ſuppoſito:

Alexand. Budæus.

Quidam cùm Logicam nec artem, nec ſcientiam eſſe, nobiſcum concedant, abſolutè facultatem quandam eſſe dixerunt.

Prob. primò ex 1. Rhetor. 2. vbi Ariſt. Dialecticam ſimilem ait eſſe Rhetoricæ & vtramque facultatem eſſe affirmat; cùm vtraque in vtramque partem probabiliter diſputare doceat.

Secundò, Logicæ eſt intellectus operationes dirigere, ſiue in hanc ſiue in illam partem, tum etiam ſyllogiſmum conſtruere cuicumque materiæ applicabilem, ergo.

Quidam verò diſtinguunt, ac Logicam vtentem facultatem volunt præcipuè quoad partem Topicam: docentem verò neque quoad Topicam, neque quoad reliquas partes.

Prob. Logica docens abſtrahit à quacunque materia, & Topica vt docens eſt, tantùm docet modum eruendi argumenta probabilia ex locis: ſolùm Topica vtens eſt quæ ſyllogiſmum huic vel illi materiæ applicat & locis vtitur ad oppoſitas concluſiones: ergo ſola Vtens facultas. Pro noſtra ſententia

Notandum primò: vt rectè hoc loco aduertit Zabarel. Qui Logicam facultatem quandam volunt, non inde difficultatem quam ſuprà ex aduerſariis attulimus effugêre; dum enim ex Ariſt. tantũ quinque eſſe habitus intellectuales conſtat, ad quos cæteri reducuntur, intellectum videlicet, ſapientiam, ſcientiam, prudentiam & artem: Rurſus omnem habitum aut Actiuum aut Factiuum aut contemplatiuum; dato quòd Logica appellari poſſit facultas, adhuc quærendum remanet ad quemnam intellectualium habituum pertineat, & quod ſit illius proximum genus: & cùm neque artem neque ſcientiam concedant eſſe, ſextum coguntur adſtruere habitum à cæteris diſtinctum, cuius Ariſt. hoc pacto nunquam meminit, nec Peripateticorum ſchola. Verùm vt etiam his morem geramus,

Habitus intellectuales intellectus, ſapientia, ſcientia, prudentia, ars.

Notandum ſecundò. Cùm quærimus An Logica ſit Facultas, de Logica nos loqui in vniuerſum, vtrum videlicet omnis hæc præceptorum congeries, facultas dicenda ſit in rigore. Tota autem Logica vt ſic, dici facultas non poterit, niſi omnes præcipuæ eius partes id ipſum præſtent, ac ſingulæ intellectum adiuuent ad oppoſitas partes rationibus confirmandas: quòd ſi pars quædam præcipua ſit, cui facultatis nomen nullo modo conueniat, nec tota Logica facultas appellari poterit. His poſitis, ſit

Prima Concluſio. Topica ſiue docens ſiue vtens verè eſt Facultas.

Prob. Quocunque modo ſumatur Topica, animum quaſi potentem reddit ad vtramque partem, & pro vtraque parte probabiliter docet conficere ſyllogiſmum, ergo Topica ſiue docens ſiue vtens eſt facultas.

Obiectio.

Dices. Topica docens non diſputat pro vtraque parte problematis, & in ſola ſui obiecti videlicet ſyllogiſmi probabilis ſpeculatione ſeu conſtructione verſatur, neque ad vtramque partem deſcendit, ergo non poteſt dici facultas.

Dilutio.

Reſp. Cùm loquimur de Topica intelligimus vt docet probabiliter ſyllogizare: vt ſic autem eſt habitus reddens intellectum potentem ad vtramque partem contradictionis: & illa congeries & cognitio tum locorum tum præceptorum intellectum habilitat ad oppoſitas rationes eruendas, quod ad formalem rationem facultatis ſatis eſt. Quare ad argumentum nego Anteced.

Secunda Concluſio. Sophiſtica & Analytica nullo modo Facultates appellari poſſunt.

Prob. ex vtriuſque munere & obiecto. Sophiſticæ eſt ſcopulos præmonſtrare vt in illos intellectus non impingat: Analyticæ rem tantùm veram non quamlibet demonſtrare, cùm demonſtrabilia non ſint, niſi quæ vera, ergo neutra facultas. Anteced. & Conſeq. patent.

Tertia Concluſio. Logica vt ſic non poteſt dici Facultas.

Prob. Toti Logicæ non poteſt tribui, quod toti non competit; quod ſit facultas, toti non competit: ergo. Min. patet ex dictis.

Dices. Pars multoties totum denominat, ſic hominis eſſentia & natura dicitur abſolutè materialis, licèt conſtet ex anima omnino ſpirituali. Ergo licèt alicui parti non competat, non impedit, quin tota Logica vt ſic non poſſit dici facultas.

Reſp. Partes alias dici integrales, alias eſſentiales: Pars, à qua multoties totum denominatur, eſt pars eſſentialis, nunquam verò integralis: ſic nec domus abſolutè dicitur lignea, licèt integretur ex trabibus.

Argumentorum in oppoſitum dilutio.

Ad argumenta in oppoſitum, &c. Ad primum primæ ſententię reſpondetur Ariſtotelem ibi Dialecticæ nomine non totam Logicam, ſed Topicam intelligere, hanc appellat ſimilem Rhetoricæ & facultatem; quod nos non negamus.

Ad ſecundum Nego Anteced. Per ſe enim operationum directio ad ſcientiam ordinatur, non verò ad vtramque partem problematis confirmandam: quod ſi interdum probabiliter diſputat Logica, eſt quatenus hoc diſputandi genus ad ſcientiam conducit, vnde etiam ſyllogiſmi conſtructio primò & per ſe ad ſcientiam ordinatur, & ad rei veritatem; ſecundariò ad opinionem. Vel

Secundò reſponderi poſſet. Licèt aliqua pars ſyllogiſmum doceat quomodo conficiendus ſit non ex inde inferri Logicam omnem eſſe facultatem, dum Analytica & Sophiſtica ſic appellari nullo modo poſſunt.

Ad rationem ſecundæ ſententiæ. Topicam

vtroque modo ſumptam ad vtramque partem contradictionis animum potentem reddere, &c. vt diximus ſuprà.

Sectio Qvinta.

An Logica ſit habitus practicus.

SVppONENDVM *eſt* Logicam non inquirere, quid ſit intellectus; nec eius operationes ſecundùm ſuam naturam ſpeculari, neque obiectum circa quod potentia intellectiua verſatur, ſed modum dumtaxat operandi eiuſdem intellectus; docet enim quonam pacto dirigendæ operationes, quomodo ſyllogizandum &c. Cùm ergo certiſſimum ſit, cognitionem illam quæ tantummodo fertur in obiectum, dici ſpeculatiuam ſcientiam in rigore, cùm ſola ſit gratiâ ſui vt Metaphyſica; illam verò dici in rigore practicam, quæ conſiderat & obiectum & modum operandi illud, quia vtraque conſideratio ordinatur ad opus, ſic in arte architectonica tam cognitio domus, quàm modi ædificandi illam, ad ædificium ordinatur, & in habitibus moralibus tam cognitio honeſti, quàm cognitio modi appetendi honeſtum ad actum dirigitur appetendi. Dubium tantùm eſſe poteſt de cognitione quæ fertur tantummodo in modum operandi, qualis eſt Logica vt diximus. An etiam iſta cognitio cùm non poſſit dici ſpeculatiua, neque ad artem & prudentiam pertineat, vt hactenus probauimus, poſſit dici practica.

Ratio dubitandi. Et ratio dubitandi eſt, quia licèt differat à ſpeculatiuis vt vidimus, multum etiam differt ab iis, quæ in rigore dicuntur practicæ. In aliis enim diſciplinis quas conſtat eſſe practicas, cognitio obiecti, & modus operandi non referuntur ad opus, ſed ad ſcientiam quam media demonſtratione adipiſcimur. Rurſus in practicis operatio quæ dirigitur ab intellectu, eſt alterius potentiæ, quàm intellectiuæ; vel enim erit voluntatis, vt amare, odiſſe &c. vel memoriæ, vt reminiſci, vel potentiæ motiuæ, vt ſaltare; in Logica operatio quæ ab intellectu dirigitur, eſt eiuſdem intellectus qui ſuaſmet operationes regulat. Nodus ergo omnis difficultatis is eſt, An ad cognitionem practicam in rigore requiratur, vt operatio quæ ab ea dirigitur, ſit alterius potentiæ quàm intellectiuæ.

Gabriel. Otham. Paulus Venetus. Fonſeca. Mirand. Scaliger. Agricola. *Prima ſententia* videtur eorum, qui volunt Logicam eſſe ſcientiam omninò practicam, ac per conſequens nil referre an operationes quas dirigit ſint intellectiuæ, an alterius potentiæ. Ita Gab. quæſt. 11. Proleg. Ocham in 1. Diſtinct. 39. quæſt. 6. Venet. initio ſuæ Log. Fonſec. 2. Metaph. 3. quæſt. 7. ſect. 4. Mirand. 4. Apolog. ſect. 1. Scaliger Exercit. 307. num. 23. Agricol. lib. 2. de Inuent. & alij complures.

Heruæus. Capreol. Soncinas. Scotus. *Secunda ſententia* eſt eorum, qui volunt Logicam eſſe omninò ſpeculatiuam. Ita ij quos ſuprà numerauimus ſect. 2. atque adeò ſecundum ipſos multum refert, operationem quæ ab intellectu dirigitur eſſe eiuſdemmet intellectus. Ita Heruæus quodl. 1. quæſt. 3. Capreol. quæſt. 2. Proleg. Soncin. 6. Metaph. quæſt. 2. Scot. quæſt. 4. Prologi, art. 1. qui aiunt intellectum fieri practicum ex Ariſt. per extenſionem, quod ſi praxis non eſſet operatio alterius potentiæ ab intellectu, intellectus non extenderetur, nec fieret practicus.

Suarez. Vaſquez. Rubius. Toletus. *Tertia ſententia* eſt omnium ferè recentiorum, qui cenſent Logicam eſſe habitum practicum & ſpeculatiuum, quatenus naturam ſyllogiſmi, & aliorum inſtrumentorum contemplatur & dici ſcientiam ſpeculatiuam: quatenus verò agit de re operabili, & de eiuſdem ſyllogiſmi compoſitione, aut mentalium operationum directione, dici practicam: Ita Suarez diſput. 44. Vaſquez 1. part. diſp. 9. cap. 2. num. 1. Rub. quæſt. 5. Proœm. Toletus &c. ſit

Petrus Niger. *Prima concluſio.* Logica non eſt habitus ſpeculatiuus, nec practicus: Eſt omnium Græcorum, eámque tuetur Petrus Niger quæſt. 2. & 4. ſui Clypei.

Quæ cognitio practica dicatur. Prima pars patet ex dictis ſect. 2. Secunda probatur: Ad cognitionem practicam requiritur, vt operatio quæ dirigitur ſit potentiæ diſtinctæ ab intellectu, ſed Logica dirigit operationes eiuſdem intellectus, ergo. Mai. prob. Illa cognitio dicitur practica, quæ dirigit operationem quæ eſt praxis, ſed operationes intellectus de ſe non ſunt praxes, ſed ſemper ſpeculatiuæ, & ſæpiùs ſolam ad ſpeculationem inſtitutæ, ergo earum cognitio nullomodo poteſt dici practica.

Obiectio. Dices. Conſultatio & Prudentia eſt actus intellectus & eſt praxis, ergo operatio intellectus eſt nonnunquam praxis, ergo non repugnat cognitioni quæ operationes mentales dirigit, dici practicam.

Diluitio. Reſp. diſting. Conſequens: Intellectus operatio eſt nonnunquam praxis vt intellectus operatio eſt. nego: vt operatio intellectus imperata à voluntate, vnde dicitur illa conſultatio bona vel mala moraliter, concedo; ſic enim includit operationem voluntatis, quæ eſt praxis, ab intellectu diſtincta, ratione cuius dicitur praxis.

Secundò prob. ex Ariſt. 1. Top. cap. 9. vbi tria facit problematum genera: Alia inquit eſſe actiua; alia contemplatiua; alia inſtrumentaria, ſeu dialectica.

2. Obiectio. Dices. Ariſt. 3. de Ani. tex. 49. diuidit omnem intellectum in practicum & ſpeculatiuum, ergo neceſſariò Logica ad horum alterum pertinebit.

Rurſus. Omnis cognitio quæ dirigit aliquam operationem dicitur practica, hoc præſtat Logica. ergo.

Confir. Praxis idem eſt ac operatio: Practicum idem ac operatiuum, ſed Logicæ munus eſt ſyllogiſmum conſtruere, & ſyllogiſmus eſt aliqua operatio: ergo ſyllogiſmus eſt praxis, & Logica eſt practica.

Dilutio. Logica non ſpectat ad practicum intellectum nec ad ſpeculatiuum. Reſp. Logicam non ſpectare, neque ad practicum, neque ad ſpeculatiuum, ſed ad intellectum, vt ſic; cuius operationum eſt directiua, atque inde ſumitur argumentum pro noſtra ſententia: Intellectus quantum eſt de ſe nec eſt ſpeculatiuus, nec practicus, ſed vniuerſalior quædam potentia, cui vtrumque accidit, ergo & habitus concedendus eſt, qui illam vt ſic perficiat, & dirigat ad praxim, vel ſpeculationem: hoc verò præſtat Logica abſtrahens à ſpeculatiuo & practico.

Ad ſecundum negat. Ma. ſi intelligit operationem etiam potentiæ intellectiuæ quæ de ſe

eſt ſpeculatiua, vt diximus: operationem alterius potentiæ concedimus, ſed oil contra nos.

Praxis alterius potentiæ operatio quàm intellectus.

Ad confir. Cùm dicitur, praxis idem eſt ac operatio, ſemper ſubintelligendum eſt, quod ſit operatio alterius potentiæ, quàm intellectus. Conſtruere autem ſyllogiſmum eſt operatio intellectualis, quæ nullo modo poteſt dici praxis, quia eſt operatio de ſe ſpeculatiua, rerum naturas inquirens, earúmque paſſiones & attributa.

Sectio Sexta.

Proponitur verior ſententia, de proximo genere Logices.

PRIMA *concluſio*. Logica eſt intellectualis habitus omnino inſtrumentarius mentalium operationum directiuus: illiúſque proximum genus eſt inſtrumentum, quo ad rerum notitiam, & ſcientias comparandas iuuamur. Eſt Alex. 1. Top. 9. Auer. in Epitome Metaph. initio, Ammon. in Præfat. ad Prædic. & Græcorum omnium; tum etiam D. Thom. Opuſc. ſæpè citato.

Inſtrumentum propriè quid dicatur.

Supponendum eſt, inſtrumentum illud dici ſiue ſit artificiale, ſiue naturale, ſiue corporeum, ſiue incorporeum, quod ita ad aliquid comparandum aſſumitur vt eo fine ceſſante, ſtatim nullo modo de ſe ſit expetibile, ſic calamus, gladius, &c. Hoc ſuppoſito,

Prob. Concluſio. Logica cognitio ita ad ſcientias dirigitur, tam ratione ſui, quàm ratione obiecti, vt ſcientiis ablatis ſtatim Logica fruſtretur, & de ſe ſit omninò inutilis, ergo.

Anteced. prob. Logica non eſt niſi in ordine ad directionem operationum quas nec dirigeret, niſi in ordine ad ſcientias: ergo ſcientiis ablatis ſtatim Logica tolleretur.

Confir. Quid enim referret ſcire, quod ſic formandus diſcurſus, ſic diſponendæ propoſitiones: ludicra omnia, niſi talis diſpoſitio ſcientiam pareret: ergo cognoſcere, quod ſic formandus diſcurſus, ſimpliciter ordinatur ad ſcientias, ac de ſe omnino inutile.

Corollariũ.

Ex quo colligitur Logicam, dici inſtrumentum, nedum ratione obiecti, quia videlicet operationes conſiderat, quibus ſcientificus tanquam inſtrumento vtitur ad cæteras ſcientias comparandas, ſed etiam quia ipſamet, tùm ad operationes dirigendas, cùm ad ſcientias adquirendas, tanquam inſtrumentum ordinatur.

Soluitur præcipua difficultas, quomodo Ariſtoteles non fuerit diminutus.

ARGVMENTVM tactum eſt ſuprà ſect. 3. ac ſæpiùs alibi. Si enim omnis habitus aut Factiuus, aut Actiuus, aut Contemplatiuus eſt; Logica verò ex dictis habitus eſt inſtrumẽtarius à cæteris diſtinctus, diminutus hîc fuiſſet Ariſtoteles, tum alibi, vt initio diximus, qui tantùm quinque voluit intellectualium habituum genera, nec inſtrumentarium habitum enumerauit.

Huic argumento reſpondent quidam, Ariſt. ibi locutum eſſe de habitibus qui per ſe perficiunt intellectum: Logica verò cùm ſit habi-

A tus inſtrumentarius per ſe illum non perficit, ſed tantùm prout ordinatur ad ſcientias.

Huc recidit eorum reſponſio, quam refert & explicat Zabarel. qui habitus omnes diſtinguunt in principales, & minus principales, ac de illis volunt non de his Ariſt. fuiſſe locutum.

Tertiò reſp. Ariſt. non enumeraſſe habitum hunc quem inſtrumentarium dicimus explicitè: implicitè autem enumeraſſe, tunc præcipuè cùm ſcientiam habitum dixit, demonſtrationem innuens, quaſi ſcientiæ inſtrumentum; patet ex contextu, & ex 1. Top. 9. ſuprà citato.

Dices. Si ideò non explicitè enumerandus Logicæ habitus quia ad ſcientiam ordinatur. 1. Obiectio.

B Neque Prudentia aut Ars. Conſeq. prob. Vtraque enim ad aliud ordinatur, inde enim ſcientiæ nomen, ars & prudentia non merentur, vt diximus.

Reſp. Aliud eſſe ordinari ad opus proprium: aliud ordinari tanquam ad habitum. ſecuodum dicit imperfectionem, & conſtituit habitum in genere inſtrumenti: primum dicit perfectionẽ. Et ratio à priori eſt, quia ordinari ad operationem, eſt ordinari ad ſuum complementum, cùm actus ſecundus ſit complementum habitus, qui dicitur actus primus; ſic ſcientiæ habitus ordinatur ad contemplationem, nec tamen eſt inſtrumentum: vnum verò habitum

C ordinari ad alium habitum eſt illi quaſi ſamulari, & illi deſeruire tanquam inſtrumentum, ideò dicit imperfectionem: habitus autem artis & prudentiæ nomen ſcientiæ non mereotur, non quia ordinantur, vt ſic, ſed quia ordinantur ad actionem ſeu effectionem, quod ſcientiæ, vt toties diximus repugnat.

Dices. Habitus prudentiæ & artis, imò & ſcientiæ ordinantur ad ſapientiam, ergo ſi ordinari ad aliud, tanquam ad habitum facit, vt Logicæ habitus dicatur inſtrumeotarius, & nullomodo enumerandus, &c. non modò Logica, neque ars, neque prudentia, oec ſcientia rectè enumerari poterat, vel ſi hi numerati etiam Logica numeranda. 2. Obiectio.

D Reſp. Prudeotia, Ars & ſcieotia ita ordinantur ad ſapieotiam, vt de ſe ſint expetibiles, etiam ſi ipſa ſapientia auferretur, & ideò habitus inſtrumentarij appellari non poſſunt: Logica nulla ratione de ſe expetibilis eſt niſi in ordine ad ſcientias.

Corollariũ.

Maneat ergo Logicam habitum eſſe inſtrumentarium noſtri iotellectus directiuum, nec ſpeculatiuum, nec practicum, medium inter vtrumque: differt à ſpeculatiuis, quia cognitio eſt, ſed non grana ſui; à practicis, quia operationes dirigit, ſed eiuſdem intellectus. Omnia patent ex dictis.

E

Sectio Septima.

De poteſtate & vnitate huius habitus.

QVOD quærimus eſt, An inſtrumentarius hic habitus tantùm influat in conſtructiooem ſyllogiſmi, & in intellectus operationes illas dirigendo vt ſic; vel etiam ad actus quoſlibet cuiuſlibet ſcientiæ in particulari deſcendat.

Quidam ab eo quod ſæpius Ariſt. 1. Rhetor. & 4. Metaph. 2. tex. 5. & 1. Poſter. ſæpè in-

nuit Dialecticam nimirum vagati circa res omnes: aſſerunt quòd habitus hic inſtrumentarius in omnes influat actus cuiuſque ſcientiæ ſeu Metaphyſicos, ſeu Mathematicos.

D. Thom

D. Thom. 4. Metaph lect. 4. videtur innuere actus particulares in aliis ſcientiis non procedere ab habitu hoc inſtrumentario, ſed illius ſcientiæ de qua agitur; loquitur præſertim de demonſtratione: Idipſum confirmat Scaliger. Exercit. 1. num. 3. ait enim: *Non Dialecticus de rebus omnibus diſputat, ſed Metaphyſicus dialecticè.* Dialectici ſolùm eſt inſtrumenta fabricare, non iis vti; aliarum ſcientiarum vti non fabricare, ſic vtitur nauta naui à fabro accepta, non nauigat faber.

Prima concluſio. Inſtrumentarius hic habitus in actus quoſlibet in particulari influit, cuiuſuis ſcientiæ ſit ille actus.

Omnis habitus eſſe ſuus actus.

Prob. Omnis habitus eſt propter ſuos actus, & ad illos promendos ordinatur, & in ſingulos influit, ergo omnis ſyllogizandi habitus in quoſlibet ſyllogizandi actus, in qualibet materia influit.

Confirm. Ideò enim rectè ſyllogizare addiſcimus, vt in qualibet materia rectè argumentemur, & è conuerſo, tunc rectè argumentamur in qualibet ſcientia, cùm habitum rectè comparauimus, ergo quilibet ſyllogizandi actus ab hoc habitu pendet.

Diui Thomæ doctrina exponitur.

C Auctores verò, quos ſuprà retulimus, qui quodammodo pugnare videntur, facilè conciliantur: in ſyllogiſmo enim in particulari duo conſiderari poſſunt; Materia de qua agitur, & de qua propoſitiones formantur: & modus ille quo diſponuntur inter ſe termini, & propoſitiones, figura nimirum & forma ſyllogiſtica; quoad hanc dialecticus habitus influit, quoad illam phyſicus, vel Metaphyſicus.

Dices. Cùm vterque habitus influat in ſyllogiſmum, quinam magis principaliter, Metaphyſicúſne, an Dialecticus, cùm is influat in formam quæ in compoſitis eſt pars præcipua?

D Reſp. In ſyllogiſmo, quod de facto eſt, eſt illatio talis materiæ & probatio talis concluſionis, ideò non à Logica, ſed à ſcientia cuius eſt materia, totus ſyllogiſmus denominatur, nec ſyllogiſmus ille vt ſic Logicus dici debet, ſed vel Phyſicus, vel Metaphyſicus, ſi Phyſica, ſeu Metaphyſica ſit materia: ſic qui de moderanda republica, ſeu de moderandis affectibus ſermonem haberet, licèt Græcè Grammaticéque loqueretur, quo ad verborum ſyntaxim, is tamen non Grãmaticè loqui dicitur, ſed vel politicè, vel moraliter, materiâ potiùs ſpectatâ, quàm formâ; in artificiatis enim materia nonnunquam ſuperat opus, licèt in naturalibus oppoſitum accidat.

Logica quo pacto dicitur vtens, aut docens.

E *Secunda concluſio.* Habitus hic inſtrumentarius prout influit in actus quoſlibet in particulari, appellatur Logica vtens, qui vt talis eſt, non diſtinguitur in re à docente, ſed tantùm ſecundùm diuerſos reſpectus: Vt docet conficere ſyllogiſmum, dicitur docens: vt ad actus deſcendit particulares, dicitur vtens.

Prob. Docet conficere ſyllogiſmos, ergo poteſt ſyllogiſmum conficere, ergo ad particulares ſyllogiſmos habitu diſtincto non indiget, per quem particulares ſyllogiſmos conficiat.

Obiectio.

Dices: Præter habitum muſicæ theoricum, A quo muſicus ſcit menſuram vocum, numeros &c. requiritur inſuper habitus practicus, quo ſciat voces promere, qui realiter ab eo eſt diſtinctus: ergo & habitus Logicæ docentis, realiter ab vtente diſtinguitur, cùm ille in theoria, hic in praxi quodammodo conſiſtat.

Solutio.

Reſp. neg. paritatem, & ratio eſt, quia Muſica eſt ars quæ per externa organa exercetur, ideò duplicem requirit facilitatem realiter diſtinctam, vnam in mente, tanquam in ſubiecto vt cognoſcat quomodo regulanda vox; alteram in faucibus, tanquam in inſtrumento ſeu organo. Logica autem non regulat operationes alicuius potentiæ ab intellectu diſtinctæ, ſed B operationes ipſius intellectus, ideò nec duplex requiritur habitus, ſed vnus ſufficit.

PARS SECVNDA.

De vltima differentia, ſeu de materia Logices.

QVi Logicæ naturam inquirimus, vbi proximum genus habitum eſſe vidimus inſtrumentarium; reliquum eſt vltimam differentiam C inueſtigare. Differentia autem in habitibus ſeu potentiis maximè declaratur ex obiecto, & materia circa quam verſantur: ſic nonniſi ex obiecto, Metaphyſicæ habitus ab aliis ſcientiis ſecernitur; nonniſi colore, viſiua potentia. Verùm cùm DD. plurimi Logicæ obiectum ſeu materiam Ens rationis voluerint, antequam illud in Logica pro obiecto ritè recipiamus, vel reiiciamus, videndum eſt quodnam illud ſit; quotuplex: quas cauſas habeat. atque in hoc paulisper deſudare cliuo & fuſiùs diſputationem de illo inſtituere. Quare ſit

---

D

DISPVTATIO PRIMA.

De Ente rationis.

An detur, & quid ſit Ens rationis, quæve eius radix.

SECTIO PRIMA.

IVxta nominis etymon Ens rationis quadrupliciter ſumi poteſt. Primò intranſitiuè & materialiter. ſic mens, ratio, intellectus quatenus res eſt quæ diſcurrit, ens rationis dici E poteſt. Secundò effectiuè; ſic nonnulla entia realia quæ verâ efficientiâ ab intellectu procedunt, entia dici poſſunt rationis, vt artificiata omnia: Tertiò, ſubiectiuè, atq; iſtiuſmodi eſt omne id quod rationi, ſeu intellectui ineſt & in eo ſubiectatur vt actus intellectuales, ſpecies intelligibiles; ſcientifici habitus: ſed de ente rationis his tribus modis accepto, modò non loquimur. Quartò ens rationis ſumi poteſt obiectiuè; ſic ens rationis dicitur omne id quod intellectui ſeipſum obiicit cognoſcendum. Verùm ens rationis obiectiuè ſumptum eſt etiam multiplex. quoddam, præter eſſe obiectiuum habet eſſe

Ens rationis quotuplex.

reale à parte rei completum, ſic domus in mente. quoddam, habet eſſe reale, ſed ſuo modo incompletum, vt menſura & numerus, quæ nec tales formaliter dicuntur niſi accedat ratio, ad quam dicunt relationem, tanquam ad ſuum perfectiuum. quoddam, habet quidem eſſe reale à parte rei poſitiuum & completum, ſed vt apprehendatur neceſſe eſt fingi ab intellectu, & aliter concipi, quàm ſit, vt anima, Angeli dum alati iuuenes concipiũtur. quoddam, nullũ habet eſſe reale à parte rei poſitiuum, neque cõpletum, neque incompletum, ſed tãtùm vel negatiuũ vel priuatiuum, quod licèt à ratione non pendeat; tamen vt apprehendatur debet aliter apprehẽdi quàm ſit, nimirum vt ens poſitiuum, ſic tenebræ & cæcitas. quoddam denique nullum habet eſſe reale à parte rei, nec completum, nec incompletum, nec poſitiuum, nec priuatiuum, aut negatiuum, quod nullo modo eſt, neque eſſe poteſt niſi beneficio intellectus, eámque entitatem ſolam habet, quàm ab intellectu accipit, ſic chimæra, figmenta, & impoſſibilia. Ens igitur rationis primo modo ſumptum abſolutè dici debet ens reale, quinto modo ſumptum, quia nullum habet fundamentum in re, propriiſſimè dicitur ens rationis: reliqua, quia aliquod habent fundamentum in re, entia dicuntur rationis, ſed minus propriè. Vnde ens rationis propriiſſimè ſumptum, ſic à D. Thom. Opuſc. 42. cap. 1. Caiet. de Ente & eſſentia. Durand. in 1. diſtinct. 19. quæſt. 5. oumet. 6. definitur, *Ens rationis illud eſt quod habet eſſe tantùm obiectiuè in intellectu, & vt ens concipitur, & ens non eſt.* De hoc quærimus, An poſſit dari, & in quo formalis eius ratio conſiſtat.

Ens rationis propriiſſimè dictũ. Ex D. Th. Caietano. Durando.

Prima ſententia eſt Bernardini Mirand. in Prædicam. Mayron. in quodlib. quæſt. 7. negantium huiuſmodi genus entis.

Bernard. Mirand. Mayron.

Prob. primò. Ens rationis non poteſt intelligi, ergo non poteſt habere eſſe obiectiuum in intellectu. Conſeq. eſt clara. Anteced. prob. Illud dicitur intelligi qood eſt terminus intellectionis, ſed terminus intellectionis non poteſt eſſe niſi ens reale non ens rationis, ergo ens reale poteſt intelligi, non ens ratioois. Min. prob. Terminare realiter cognitiunem non poteſt niſi ens reale, ſeu terminus realis.

Secundò. Prius eſt obiectum, quàm actio circa illud, ergo ſi ens rationis eſt obiectum intellectionis, debet eſſe prius illâ: At hoc implicat ex dictis, cùm ens rationis totum eſſe habeat ab intellectu, ergo nullo modo datur.

Tertiò. Vel ens rationis eſt aliquid diſtinctum ab opere intellectus; vel eſt ipſamet intellectio. Non ſecundum, quia intellectio eſt quid reale: Non primum, quia illud prius non erat, ounc eſt; ergo factum per aliquam cauſam, & quidem realem qualis eſt intellectus, ergu erit potiùs ens reale: fieri enim non poteſt, quod reale noo eſt.

Secunda ſententia eſt communis, & omnium ferè DD. concedentium huiuſmodi genus entis, cum quibus ſit

Prima concluſio. Dandum eſt ens rationis obiectiuè ſumptum, cuius eſſe totum ſit ab intellectu.

Prob. primò ex Ariſt. 5. Metaph. t4. qoi ait duplex dari genus entis, aliud quod ſit in re: aliud quod in apprehenſione; vnde diuiſio illa

A entis communiſſimè accepti, in reale & rationis dimanauit: idipſum plùries alibi.

Secundò. Noſter intellectus poteſt concipere aliquid, quod ſit omninò impoſſibile, vt ſi concipiat leonem riſibilem, ſed hoc nullomodo eſt ens reale, ergo ens rationis, ergo nullo modo negandum. Min. prob. Ens rationis illud eſt quod ſuum eſſe habet ab intellectu, & tunc eſt cùm concipitur; ſed leo riſibilis à parte rei implicat, & tunc tantùm eſt cùm concipitur, ergo non eſt ens reale, ſed rationis.

Confir. Neceſſariò concedendæ ſunt relationes aliquæ, vt dicemus in Prædicam. obiecti videlicet ad potentiam, Dei ad creaturas: Item B ſecundæ intentiones, vt genus, ſpecies, &c. quæ nullo modo realia, ergo entia rationis.

Ad argumenta in oppoſitum, & ad primum recentiores nonnulli concedunt totum, adduntque cùm chimęram concipimus vt ſic, non in ens fictum, ſed ad verum animal intellectio terminatur, ad inſtar cuius concipitur: Ex quo inferunt, quoties ens raoonis concipimus, id quod terminat intellectionem eſſe ens reale, ſeu realitas illa ad cuius ſimilitudinem fingitur ens rationis.

Contrà. Sequeretur enim quòd nullum eſſet ens rationis, ac omninò illud interimunt dum tuentur. Prob. ſequel. Ens rationis illud eſſe diximus, quod habet eſſe obiectiuum tantùm in intellectu, at ſi ens reale eſt illud quod C obiicitur, & terminat intellectionem, ergo ens reale eſt illud quod habet eſſe obiectiuum in mente, noo ens rationis.

Rurſus ſi chimæra non eſt ens rationis, ſed vt verum animal terminat intellectionem, & nullum aliud eſſe habet per quod cogooſcatur, quàm veri animalis, ergo chimæra erit ens reale. Conſeq. prob. Illud animal quod obiicitur non eſt ſolùm obiectiuè, ſed etiam à parte rei per aduerſarios, ergo dicendum potiùs ens reale, quàm rationis, vt ſuprà adnotauimus.

Denique. Illud formaliter intellectionem terminat, qood formaliter concipitur; at qui D tenebras conciperet, quaſi poſitiuam aëris qualitatem, certè non poſitioam qualitatem, ſed tenebras conciperet formaliter, quare oon ens reale formaliter terminat intellectionem, ſed ens rationis.

Dicent. qui tenebras concipit ad modum qualitatis poſitiuæ, poſitiuam concipit qualitatem, ergo poſitiua qualitas, non tenebræ, ſunt obiectum.

Reſp. obiectum aliud dici motiuum, aliud terminatiuum; poſitiua qualitas eſt obiectum motiuum, cur intellectus fingit illud ens rationis, tenebræ verò ad modum qualitatis conceptæ ſunt obiectum terminatiuum quæ intelle-E ctionem formaliter terminant. Sic qui vndas, Prothei gregem fingeret, fluctúſque ad ouium inſtar conciperet, oues aut greges dicuntur quidem obiectum intellectus ſed motiuum: fluctus ad inſtar ouium concepti, obiectum terminatiuum, quia tunc formaliter non gregem vel oues conciperemus, ſed fluctus. Differunt ad inuicem duo hæc obiecta, quia terminatiuum dicitur obiectum formaliter: motiuom quaſi materialiter, éſtque veluti occaſio. Terminatiuum eſt ens rationis formaliter: Motiuum eſt ens rationis fundamentaliter, quia ex eo quaſi occaſionem ſumit intellectus & figmenta fabricat.

Obiectum aliud motiuum, aliud terminatiuum.

cat. Terminatiuum habet ſuum eſſe per intellectum: Motiuum habet eſſe à parte rei, nec de ſe poteſt appellari ens rationis niſi latiſſimè.

Ad principale igitur argumentum reſp. & ad prob. Min. neg. ſimpliciter Anteced. ſufficit enim ſi terminus obiiciatur ad modum entis realis: Et ratio eſt, quia cùm terminus nihil influat in potentiam cognoſcentem, parum refert, ſitne realis vel rationis, poſſibiliſne an futurus: poſſibile enim vel futurum, cùm non adhuc exiſtant, nil influunt in intellectum, & tamen terminant cognitionem, ideò & ens rationis.

Dices. Illa eſſe cognoſcibilia, quia realia; poſſibile enim & futurum entia realia ſunt, licèt in potentia; verùm ens rationis nullo modo ens reale nec potentia, nec actu.

B

Contrà. Ens rationis conuenit cum ente reali in ratione entis communiſſimè accepti, & ens communiſſimè acceptum prout abſtrahit à reali & rationis, eſt intelligibile, ergo & ens rationis.

Ad ſecundum reſp. primò, negando Anteced. Vniuerſaliter enim ac de vera prioritate exiſtentiæ eſt falſum; Deus enim ſeipſum intelligit, nec eſt ſua intellectione prior, cùm ſit ſuum intelligere: quin etiam Angelus eodem inſtanti, quo eſſe concipitur, niſi aliunde impediatur C poteſt ex ſe amare, & cognoſcere, vt paſſim de facto Theologi aſſerunt.

Secundò reſp. negando paritatem, ac dicendo diuerſam eſſe rationem in ente rationis ac realis. Ens enim reale ab intellectu non pendet, ideò poteſt intellectionem præcedere: ens rationis ab eo fit, & quaſi producitur, ideò non poteſt præcedere.

Ens rationis eſt, quid ab ipſa ratione diſtinctum.

Ad tertium & ad Anteced. Ens rationis non ipſa intellectus operatio eſt, ſed quid ab ipſa ratione diſtinctum, non per poſitiuam entitatem, ſed per eſſe ſuum obiectiuum, ad quod fingendum non requiritur vera cauſa per verum influxum, nec vera effectio, ſed ſufficit ſi intellectus componat, ac ſimul coagmentet D plura entia incompoſſibilia, ex quibus id quod reſultat, cùm in re ſit omninò impoſſibile, ens dicitur rationis. Ad prob. verò vltimæ conſeq. reſp. Fieri non poteſt vt quod reale non eſt, per veram efficientiam realiter influat in effectum: per effitientiam lato modo acceptam, poteſt: etenim ſicuti quod non eſt laxiori vocabulo dicitur eſſe; ſic dici poteſt etiam fieri: ſic decedente ſole noctem fieri dicimus, corrumpi tenebras in aduentu lucis.

Ad ens rationis nec vera cauſa requiritur, nec vera effectio nec influxus.

Dices: compoſitio huius entis chimærici eſt realis, ergo & compoſitum reſultans erit reale.

Reſp. diſting. anteced. Compoſitio dicitur realis ex parte intellectus: concedo. eſt enim E realis intellectus operatio: Compoſitio eſt realis ex parte obiecti: nego, fictum enim eſt id quod reſultat. Vel

2. reſp. poteſt: Compoſitio eſt realis quoad entitatem: concedo, quoad terminationem: nego, cùm terminetur in ens omninò chimæricum.

Vrgebis. quod fingitur ab intellectu fingitur per compoſitionem entium realium, vt chimæra de qua illud *prima draco, poſtrema leo*, &c. quæ omnia entia ſunt realia, ergo non erit chimæra ſimpliciter ens rationis, quod totum ſuum eſſe habet ab intellectu, ſed chimæra ha-

A bet partes reales, ergo non totum ſuum eſſe ab intellectu, &c.

Reſp. neg. Conſeq. ad prob. Ad hoc vt ens rationis totum ſuum eſſe habere dicatur per intellectum, ſufficit ſi partes ſimul iunctæ, vt totum quid conſtant, non poſſint exiſtere niſi per intellectum, & hoc ſufficit ad hoc vt intellectus dicatur finxiſſe ens rationis; ſic homo hominem generare dicitur, qui tantùm concurrit ad productionem totius, vt dicemus in Generat. quare in forma ad argumentum, ens rationis debet habere totum ſuum eſſe per intellectum; totum inquam collectiuè ſumptũ concedo: diſtributiuè, nego: vel totum ſuum eſſe B debet habere per intellectum ratione partium, nego: ratione vnionis, concedo: licèt enim chimæra ratione partium ens dici poſſit reale: ratione vnionis ſimpliciter eſt ens rationis, quod ſatis eſt vt totum eſſe illius dicatur eſſe ab intellectu.

Ens rationis ratione partium reale eſt nõ ratione vnionis.

Dices: Illa vnio quam concipit intellectus eſt etiam realis, & non fictitia, ergo neque ratione vnionis chimæra dici poteſt impoſſibilis & ens rationis. Anteced. prob. quia intellectus concipit rationalitatem & hinnibilitatem vniri ad modum entium compoſſibilium, eadem videlicet vnione qua vnitur cum rationalitate riſibilitas, ergo vnio concepta erit etiam ſicut & C partes, ens reale.

Reſp. Licèt illa vnio concipiatur ad modum entis realis ex imperfectione noſtri intellectus, tamen non poteſt dici realis vt partes chimæræ, quia partes ſeorſim ſumptæ ſunt poſſibiles, vnio verò actuans has partes eſt omninò impoſſibilis, cùm dari non poſſit vnio inter incompoſſibilia; itaque totum illud, vt totum eſt, abſolutè dicitur ens rationis, & ſic chimæra totum ſuum eſſe habet obiectiuè ab intellectu.

Dices. Quod eſt poſſibile ante opus intellectus ſimpliciter dici debet ens reale, ſed chimæra vt dicit totum quid, &c. eſt poſſibilis ante omne opus intellectus, ergo dici debet ens reale: Minor prob. Adhuc nemine cogitante D verum eſt dicere; poſſibile eſt chimæram concipi, & antequam chimæra intellectui obiiciatur, poteſt obiici, ergo eſt poſſibilis ante opus intellectus.

Reſp. diſting. Mai. quod eſt poſſibile ante opus intellectus ad exiſtendum realiter poſſibilitate vera ac ſibi intrinſeca ſimpliciter eſt dicendum ens reale: concedo: quod eſt poſſibile poſſibilitate extrinſeca quæ eſt per habitudinem ad intellectum, ad exiſtendum tantùm in ratione, nego: Ens rationis dicitur poſſibile, quia intellectus poteſt illud concipere, non ideò poteſt illud concipere, quia poſſibile.

Poſſibilitas intrinſeca & extrinſeca.

E Dices. Intellectio non eſt poſſibilis, niſi per habitudinem ad intellectum, & dicitur ſimpliciter ens reale cùm ſit realis operatio, & eatenus eſt poſſibilis, quatenus intellectus poteſt illam promere; ergo licèt chimæra dicatur ſolùm poſſibilis per habitudinem ad intellectum, quia intellectus poteſt illam concipere, non ideò ſimpliciter eſt dicenda ens rationis.

Reſp. Poſſibile poteſt conſiderari dupliciter, vel vt ſe tenet ex parte obiecti cogniti, vel vt ſe tenet ex parte potentiæ cognoſcentis. Poſſibilitas quæ ſe tenet ex parte potentiæ cognoſcẽtis tantùm dicitur extrinſeca: ex parte obiecti cogniti dicitur intrinſeca. Intellectio eſt

poſſibilis non ſolùm ex parte potentiæ cognoſcentis & poſſibilitate extrinſeca, ſed etiam ex parte obiecti & poſſibilitate intrinſeca, ideò intellectus poteſt eam promere quia de ſe eſt poſſibilis: ens verò rationis quia oullam haber poſſibilitatem ex ſe, eiúſque entitas ex parte obiecti eſt omninò implicans, nec eſſe, nec cognoſci poteſt, . niſi dependear ab intellectu, ideò oullomodo reale, ſed rationis.

Secunda concluſio: Formale conſtitutiuum entis rationis eſt, vt ſit conceptus obiectiuus de re impoſſibili, & incompoſſibili ad modum poſſibilis & compoſſibilis.

Prima pars prob. Ens rationis noo poteſt habere aliud eſſe præter id quod habet io intellectu, res poſſibilis poteſt habere eſſe à parte rei, ergo neceſſariò ens rationis deber eſſe de re impoſſibdi.

Secunda pars prob. Impoſſibile dicit implicantiam & contradictionem à parte rei: ens rationis debet eſſe impoſſibile, ergo oeceſſariò debet cooſtare ex incompoſſibilibus. Conſeq. prob. Oppoſitio, repugnantia, contradictio, non oiſi inter plura; ſimplex verò conceptus ſicot nullam inuoluit multiplicitatem, ſic nullam poteſt dicere cootradictionem, repugnantiam, aut oppoſitionem. Hoc poſito. Impoſſibile dicit ſummam repugnantiam, & contradictionem, ergo neceſſariò debet conſtare ex incompoſſibilibus & ſimplex eſſe non poteſt, huiuſmodi eſt chimæra, ergo &c.

Secundò prob. De conceptu entis rationis eſt concipere non ens ad modum entis poſſibilis vel exiſtentis, ergo hæc duo ſaltem ſemper componimus, ens & non ens, ergo ens rationis nunquam omninò ſimplex.

Obiciunt recentiores quidam, qui oppoſitum tuentur: qui ſpacium imaginarium conciperet, tanquam ſpacium reale: ſeu ſi quis alium Deum conciperet diſtinctum à Deo vero, tantùm ſpecie, vel numero, hic conceptus eſſet omninò ſimplex, & eſſet ens rationis de re omninò ſimplici: ergo ad ens rationis non requiritur, vt ſit de re incompoſſibili.

Reſp. neg. antecedens: Ille enim conceptus conſtaret ex incompoſſibilibus ac proinde noo eſſer omninò ſimplex, tum quia intellectus cõciperet illum Deum compoſſibilem cum Deo vero: vel meliùs, quia fingeret & conciperet illum ad modum eotis exiſtentis, ſeu conciperet exiſtentem, cui exiſtentia repugnat.

Dicent fortaſſe. Exiſtentia ſiue poſſibilis ſiue actualis, noo facit vt res à parte rei ſimplex, dicatur compoſita, ſicut oec Angelus, nec ſpiritus dicuntur entia compoſita, ſed omninò ſimplicia licèt concipiantur exiſtentia, ergo ens rationis ſimplex conceptum ad modum entis exiſtentis non debet dici ens compoſitum, aut conſtans ex incoopoſſibilibus, ſed quid ſimplex.

Reſp. 1. Cùm dicimus ens rationis eſſe non poſſe ens omninò ſimplex omnem compoſitionem includimus, tum rigoroſam, tum latiſſimè ſumptam, qualis ea eſſer ſi conciperemus noo ens ad modum entis; & ens cui implicar exiſtere, cum exiſtentia.

Secundò, & forſan meliùs. Exiſtentia poſſibilis, ſeu realis vel actualis, ideò non facit vt res à parte rei ſimplex dicatur compoſita, quia exiſtentia iuxta communiorem opinionem non diſtinguitur ab eſſentia: ens verò rationis conceptum ac ſi eſſet exiſtens, ooo eſt idem cum exiſtentia cui iungitur, cùm ens rationis & exiſtentia re vera pugnent & ſint omninò incompoſſibilia; ideò licèt demus exiſtentiam cum eſſentia io entibus realibus, non afficere ens compoſitum, ſecus dicendum eſt in ente rationis, atque ideò oegamus paritatem.

Tertia pars concluſionis prob. quòd videlicet ens impoſſibile, ſeu incompoſſibile debeat cooeipi, vt poſſibile & compoſſibile. Obici, vt ſic, non ſufficit ad ens rationis in rigore; alioqui entia omnia realia eſſent entia rationis: ſed nec ſufficit obici vt impoſſibile, aut incompoſſibile, quia res impoſſibilis, ſi vt impoſſibilis concipitur, concipitur vt eſt à parte rei, & ſic non habebit tantùm eſſe obiectiuè in intellectu; ergo vt ens rationis habeat tantùm eſſe obiectiuum in intellectu, requiritur vt ens impoſſibile apprehendatur vt poſſibile, & incompoſſibile vt compoſſibile.

Tertia concluſio. Radix ſeu occaſio formandi ens rationis eſt ſola noſtri intellectus imperfectio. Eſt contra Suarez diſp. 54. ſect. 1. num. 8. qui præter aſſignatam, duas inſuper addit.

Prima ait ipſe, eſt ex parte obiecti, quia nimirum obiectum noſtri intellectus eſt ens, non autem nihil, & ideò ſi concipere vult negationes, aut priuatiooes, oeceſſe eſt vt illas concipiat ad modum, entis ex quo reſultat ens rationis.

Fallitur. Intellectus diuinus agnoſcit negationes & priuationes, & entia oon format rationis, ergo radix & occaſio fiogendi ens rationis non eſt obiectum. Conſeq. prob. ſi enim eſſet obiectum radix, cùm obiectum ſit idem tum reſpectu diuini intellectus, tum humani, ergo vtrobique & ab vtroque fingi deberet eos rationis. Suarez refellitur.

Radix altera, ait Suarez, entis rationis, eſt ex parte potentiæ, & noſtri intellectus perfectione & fœcunditate, quo ex veris poteſt ficta conficere & incompoſſibilia ad inuicem compooere, vt facit in compoſitione chimæræ.

Sed etiam fallitur. Primò quia perfectio potẽtiæ eſt attingere obiectũ ſicuti eſt, ſic perfectio potẽtiæ viſiuæ videre obiectum eodem colore quo eſt affectum, ac ſi de reliquis, ſed cùm intellectus fingit entia rationis, rem oon intelligit ſicuti eſt, ſed aliter ac eſt; concipit enim non ens ad modum entis, ergo rem per ſe intelligere aliter ac eſt, non eſt perfectionis, aut fœcunditatis effectus, ſed defectus.

Secundò argumentor ad hominem: intellectus diuinus per eumdem Suarez, nequit ens rationis conficere ob ſummam eius perfectiooem, & quia vt ipſe fatetur indigoum eſt Deum intelligere rem aliter ac eſt, ergo rem aliter intelligere non eſt perfectio, ſed imperfectio.

Maneat ergo noſtra concluſio. Radicem entis rationis & eius occaſionem eſſe intellectus creati imperfectionem: ideò enim intellectus fingit eos rationis, intellectus inquam creatus, quia oon poteſt concipere res prout ſunt in ſe ipſis, & ideò illas concipit comparando ad inuicem, & vnam fingit ad modum alterius, vt patet: ſic enim quia non poteſt Angelos cõcipere, prout ſunt in ſe ipſis, illos concipit quaſi alatos iuuenes & tenebras ad inſtar nigri coloris. Corollar.

SECTIO SECVNDA.

Entis rationis ſpecies, diſtinctio, numerus.

TRIA in hac ſectione viſenda, quæ entis rationis ſpecies, quot eæ ſint, quomodo adinuicem diſtinguantur.

Prima concluſio. Entis rationis ſpecies ſunt Negatio, Priuatio, Relatio. Ita colligit ex Ariſtot. 4. Metaphyſ. text. 2. & lib. 5. text. 7. & 15. D. Thom. quæſt. 25. de verit. art. 1.

Ariſtot. *D. Thom.*

Has tres ſpecies dari, & primò quoad Relationem rationis prob. per analogiam ad relationes reales ſic: Inter duo entia, quorum eſſe realiter ſit ad aliud, vt inter patrem & filium, datur relatio realis; ergo relatio concepta inter duo extrema realia, quorum eſſe non ſit ad aliud, ſiue reſpectus ille erit ens rationis, qualis eſt relatio illa Dei ad creaturas, rei viſæ ad videntem, &c.

Quod verò ſpectat ad priuationem, & negationes, quòd ſint ſpecies entis rationis probatur. Multa de his affirmamus, ac negamus, ac ſi eſſent entia realia, cùm reuera talia non ſint, vt Ioan. 1. *Sine ipſo factum eſt nihil*; ergo negatio, & priuatio ſic conceptæ ſunt entia rationis.

Dices. Negatio & priuatio ſunt à parte rei nullo intellectu cogitante; ergo non ſunt entia rationis, nec fiunt ab intellectu.

Priuatio quot modis conſideranda.

Reſp. Negationem, & Priuationem poſſe conſiderari dupliciter. Primò, vt ſunt à parte rei præcisè. Secundò, vt ſunt in noſtro intellectu, & à nobis concipiuntur. Primo modo tantùm dicunt carentiam, & defectum formæ, vel entitatis poſitiuæ, nec ſunt entia realia, nec rationis; dicuntur tamen realia non entia, quia realem formam remouent à ſubiecto, vt cæcitas, actum videndi ab oculo. Secundo modo quandam ſuperinduunt entis formam, & eſſe quoddam habent obiectiuum in intellectu, reſpectu cuius entia dicuntur rationis, vnde de illis multa negamus, & affirmamus, ac ſi vera eſſent entia, ſic Geneſ. 1. *Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi*, & Matth. *Tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram.*

Geneſ. 1. *Matth. 27. 45.*

Secunda concluſio. Relatio rationis à Negatione & Priuatione diſtinguitur eſſentialiter: Priuatio à Negatione interdum eſſentialiter, interdum accidentaliter.

Prima pars probatur. Relatio rationis concipitur per modum formæ reſpectiuæ, reſpectiuam tribuens denominationem ſubiecto: Priuatio & Negatio concipitur ad modum formæ abſolutæ; ergo relatio rationis differt ab vtriſque eſſentialiter, cæcitas enim ſiue in oculo, ſiue in lapide concipiatur, concipitur ad modum formæ abſolutæ afficientis oculum, vel lapidem: E Relatio verò Dei ad creaturas concipitur veluti forma relatiua tribuens Deo eſſe reſpectiuum, quod reuera non habet.

Obiectio 1.

Dices 1. Ideò Negatio, & Priuatio entia dicuntur rationis negatiua, quia cùm ſint non entia, concipiuntur ad modum entium, ſed hoc ipſum accidit in relatione rationis, cùm illam fingamus; ergo relatio rationis non eſſentialiter diſtinguitur à priuatione & negatione. Prob. Min. Illa relatio rationis ſignificat carentiam relationis realis; ergo relatio rationis eſt non ens conceptum ad modum entis.

Solutio.

Reſp. diſting. Antec. Relatio rationis ſignificat A carentiam relationis realis primariò, & directè, nego: ſecúdariò, & indirectè tanquam conditionem requiſitam, concedo: Relatio enim rationis primariò, & directè ſignificat ens abſolutum ſeu poſitiuam entitatem, quæ abſque illa relatione rationis perfectè concipi non poteſt. Maneat ergo quod dicimus; cùm concipimus Negationem & Priuationem, concipimus non ens ad modum entis: cùm autem concipimus relationem rationis, ens abſolutum, ſed ad modum entis relatiui; & ideo Negationem, & Priuationem eſſentialiter etiam diſtingui à relatione.

Obiectio 2.

Dices ſecundò. Priuatio definitur per reſpectum ad ſubiectum. Eſt enim negatio formæ in B ſubiecto apto; ergo priuatio eſt ens rationis relatiuum, & non eſſentialiter diſtinguitur, &c.

Solutio.

Reſp. diſting. Antecedens. Reſpectus ſeu Relatio, vt dicemus in Prædicamentis, eſt duplex: Alia ſecundùm eſſe: Alia ſecundùm dici: Relatio ſecundùm eſſe eſt inter terminos relatiuè oppoſitos: Relatio ſecundùm dici inter terminos verè abſolutos, ac proinde non vera relatio, qualis eſt illa inter duo contraria, cùm vnum cognoſcimus propter aliud: & huius generis eſt reſpectus ille quem dicit priuatio ad ſubiectum aptum, & per quem illa definitur.

Obiectio 3.

Dices tertiò. Eſſe orphanum, eſt ens rationis relatiuum, refertur enim ad patrem, quem non C habet orphanus, & eſt ens priuatiuũ, quia ſignificat carentiam patris; ergo relatio rationis, & priuatio non diſtinguuntur eſſentialiter.

Solutio.

Reſp. neg. Anteced. Eſſe enim orphanum, eſt priuatio relationis filiationis: Priuatio verò relationis, vt dicimus, non eſt relatio, ſed ens rationis ad modum qualitatis abſolutè conceptum; quare licèt eſſe orphanum concipi non poſſit abſque termino, qui eſt pater; eſt tamen ens abſolutum. Vel dici poteſt eſſe orphanum eſt ens relationis relatiuum, relatione ſecundùm dici, & concedimus: de qua nos non loquimur, ſecundùm eſſe, eam negamus, eſt enim reuera ens rationis abſolutum.

D Secunda pars concluſionis probatur: Priuatio non concipitur niſi ad modum qualitatis adiacentis, Negatio interdum concipitur ad modum per ſe ſtantis; ergo priuatio interdum diſtinguitur eſſentialiter à negatione: Anteced. patet inductione: Priuatio enim formæ ſubſtantialis non ad modum ſubſtantiæ apprehenditur, ſed ad modum formæ accidentalis, ſic etiam priuatio quantitatis non eſt quantitas, nec priuatio relationis eſt relatio, ergo priuatio non concipitur niſi ad modum adiacentis qualitatis: Quod negatio interdum concipiatur ad modum per ſe ſtantis, etiam patet, qui enim conciperet nihil, ſpatium, vel tempus imaginarium, illa non conciperet tanquam adiacentia alteri; ergo ad modum per ſe ſtantis.

Priuatio vt à negatione diſtinguitur.

Tertia pars probatur. Diuerſitas ſubiectorum non cauſat inter formas diuerſitatem eſſentialem, ſed tantùm accidentalem, licèt vni ſubiecto forma ſit connaturalis alteri violenta, vt nigredo in cygno, & coruo: Sed priuatio, & negatio eiuſdem formæ ſi concipiantur ad modum qualitatis adiacentis, vt negatio viſus in homine, & lapide, nullo modo differrent formaliter, ſed tantùm per reſpectum ad diuerſa ſubiecta quibus concipiuntur accidere; ergo non differrent eſſentialiter, ſed tantùm accidentaliter. Dixi eiuſdem formæ: ſi enim ſint priuationes diuer-

ſarum formarum, tunc vltrò concedendum eſt (A) differre eſſentialiter, non quidem ſecundùm eſſe obiectiuum in quo conueniunt, ſed ob diuerſas formas quas remouent, vt adnotauit D. Thom. 1.2. quæſt. 71. art. 1. ad 1. & ex eo Suarez diſput 54.

D. Thom.

Obiectio. Dices ex eodem Suare, lapis eſt non videns, & homo eſt non videns: hæ propoſitiones eſſentialiter differunt; ergo negatio viſus in homine, & lapide differunt eſſentialiter.

Solutio. Reſp. ex eodem diſting. conſeq. Negatio poteſt ſumi dupliciter ſicut & priuatio, vt forma incomplexa, & ſic nego conſeq. differunt enim ſic accidentaliter, & tantùm ratione ſubiecti. Secundò poteſt ſumi, vt forma complexa, & ſic differunt (B) eſſentialiter, vna enim propoſitionum illarum eſt contingens, altera neceſſaria.

Tertia concluſio. Ens rationis cùm illud quod tantùm eſſe obiectiuum habet in intellectu, tum illud quod habet fundamentum aliquod à parte rei adæquatè, & ſufficienter diuiditur in has tres ſpecies, ita vt nec dari poſſint plures, nec pauciores. Eſt communis omnium ſcholaſticorum; diſcrimen tantùm eſt in aſſignanda ratione, & ſufficientia.

Pluribus Suarez, nos aliter ac breuiter vnicâ tantùm ratione: Nequit fingi ens rationis poſitiuum abſolutum, ſed neceſſariò ſi concipitur, relatiuum concipitur, ergo fingi non poteſt ens (C) rationis quod in tribus ſpeciebus non comprehendatur: etenim vel hoc ens rationis abſolutum concipitur ad modũ ſubſtantiæ, & cùm non ſit reuera ſubſtantia, dicit negationem ſubſtantiæ, & ſic erit ens rationis negatiuum, conceptum ad modum per ſe ſtantis, vt chimæra; vel concipitur ad modum alicuius accidentis, quod cùm in re non ſit illud accidens quod concipitur, ſed quid fictum ad modum accidentis ad cuius inſtar concipitur, & erit vel ens negatiuum, vt ſi quis concipiat tempus, vel ſpatium imaginarium ad inſtar ſpatij, vel temporis realis; vel priuatiuum cum quis conciperet tenebras ad inſtar nigredinis, ergo concipi non poteſt (D) ens rationis poſitiuum, quod etiam ſit abſolutum, ſed vel negatiuum, vel priuatiuum.

Obiectio. Dices, ſi quis conciperet paternitatem, quæ in re eſt forma relatiua, tanquam formam abſolutam, ille conceptus eſſet ens rationis, & rei poſitiuæ, & abſolutæ, ergo concipi poteſt ens rationis, quod ſit poſitiuum, vel abſolutum.

Reſp. vel hic ſciret quid nomen paternitatis importet vel non. Si ſciret, tunc ille conceptus eſſet ens rationis negatiuum; conciperet enim non ens ad modum entis, conciperet enim relationem prædicamentalem abſolutam, quod omnino repugnat; ſicut qui conciperet hominem hinnibilem. Vel neſciret quid ſignificet hæc vox paternitas, ac putaret quod formã aliquam ſigni- (E) ficet abſolutam, & ſic ille conceptus eſſet realis, entis nimirum illius quod ſignificari putaret per paternitatem.

Coroll. 1. Ex his ergo collige. 1. Cùm negatio, vt ſpecies eſſentialiter à negatione diſtincta, dicat defectum entitatis ad modum per ſe ſtantis, & accidentaliter diſtincta dicat defectum entitatis ad modum qualitatis aduenientis, ſed in ſubiecto non apto; ad negationem reducuntur omnia entia rationis, quæ fingi poſſunt in genere ſubſtantiæ, cùm omnia in re ſint non entia, ſed tantùm concepta, vt entia, vt eſſent chimæræ, & entia (A) ſubſtantialia ficta: ad negationem reducuntur ob eandem rationem, omnia accidentia abſoluta, quæ fingi poſſunt in cæteris prædicamentis, ſiue fundamentum habeant à parte rei, ſiue non.

Coroll. 2. 2. Cùm priuatio dicat carentiam in ſubiecto apto ad modum qualitatis adiacentis, ad hanc reducuntur priuationes omnes, quæ connotant in ſubiecto aptitudinem aliquam ſiue proximam, ſiue remotam, vt cæcitas in homine, tenebræ in aere.

Coroll. 3. 3. Cùm relatio rationis ſit reſpectus quem intellectus fingit in re abſoluta, ſiue res abſoluta ſit realis, ſiue rationis, vt eſſet relatio eiuſdem ad ſeipſum, relatio diſtantiæ inter ſpatia imagi- (B) naria, ad hanc ſpeciem entis rationis reducuntur omnia entia rationis Logica, vt ſubiecti & prædicati, generis & ſpeciei. Ad hanc ſpeciem etiam reducitur poteſtas, & iuriſdictio, quæ non concipitur à nobis niſi ad modum relationis ſuperioris, & inferioris, fama & honor, quæ licèt præciſè, & à parte rei ſint extrinſecæ denominationes, vt à nobis tamen concipiuntur, concipiuntur vt entia rationis relatiua.

Obiectio. Dices. Relatio rationis, quæ concipitur afficere rem abſolutam, ſed fictam, qualis eſſet relatio ſimilitudinis, ſeu diſſimilitudinis inter duas chimæras, non referret quid poſitiuum, ſed quid negatiuum, qualis eſt chimæra: ergo relatio ra- (C) tionis erit tunc ens rationis negatiuum; ideo enim aliàs ens dicitur rationis poſitiuum, quia poſitiuum concipitur afficere ſubiectum.

Solutio. Reſp. Relationem rationis, quæ per ſe non eſt apta niſi referre ens rationis poſitiuum, tunc per accidens refert ens rationis negatiuum (de ſe enim non niſi quid poſitiuum ſignificat) illum videlicet reſpectum. Priuatio verò, & Negatio ex ſe non niſi carentiam defectúmque; ideò entia dicuntur rationis negatiua, relatio ens rationis poſitiuum.

Verùm hæc omnia tanquam probabilia dicta velim, ne à communi ſententia ſcholaſticorum omnium abhorrere videar: ſit nihilominus

Propria ſententia. *Quarta concluſio.* Relatio rationis non eſt ens (D) rationis poſitiuum: atque adeò qui ſpecies entis rationis, duas tantùm poneret Negationem, & Priuationem, veriùs loqueretur. Eſt expreſsè contra D. Thom. quæſt. 21. de verit. Caietan. 1. par. quæſt. 28. art. 1. Suarez diſput. 54. ſect. 4. num. 6. & omnes quos hactenus viderim.

D. Thom. Caiet. Suar.

Prob. Relatio rationis eſt conceptus non entis ad modum entis, & eſt reſpectus quidam à noſtro intellectu confictus ad modum reſpectus realis; ergo relatio rationis non eſt ens rationis poſitiuum, ſed negatiuum. Antecedens prob. Relatio rationis Dei ad creaturas eſt reſpectus omnino fictus, ergo eſt conceptus non entis ad modum entis. Conſeq. prob. Ideò chimæra, per (E) aduerſarios, eſt ens rationis negatiuum, quia eſt non ens ad modum entis, ita Suar. ſect. 4. n. 10. ſed relatio rationis eſt non ens conceptum ad modum entis, ergo relatio rationis eſt ens rationis negatiuum.

Reſp. Caiet. In relatione reali duo poſſe concipi. Eſſe in, & eſſe ad: eſſe in, neceſſariò dicere realitatem: Eſſe ad, abſtrahere ab eſſe reali, & rationis; & ideò relatio rationis non ſignificat quid negatiuum ad modum poſitiui, ſed illud ad quod à nobis apprehenditur, & affigitur huic vel illi ſubiecto ſiue reali ſiue ficto; atque inde concludit ens rationis nihil ſignificare niſi ſolùm

illud ad affixum rebus per intellectum, ſignificans abſolutum per modum reſpectiui.

Sed contra eſt: Eſſe ad in relatione reali eſt ille reſpectus realis, quem dicit vnum extremum ad aliud, ſed ille reſpectus eſt realis, inde enim dicitur relatio realis; ergo eſſe ad, in relatione reali præcisè ſumptum non abſtrahit ab eſſe reali, & rationis.

Reſpondet Suarez, relationem realem, quæ eſt accidens, duo includere, & habitudinem ad ſubiectum cui inhæret; & habitudinem ad terminum quem reſpicit; & licèt habitudo ad terminum includat habitudinem ad ſubiectum, poteſt tamen intellectus præcisè conſiderare habitudinem ad terminum, non conſiderando expreſsè habitudinem ad ſubiectum; & hæc præciſio ſufficit, vt intellectus poſſit concipere aliquid per modum relatiui, etiam ſi in illo non ſit reuera talis reſpectus, atque eſt hæc peculiaris ratio, ob quam poſſint entia rationis poſitiua concipi per modum relationis. Sunt hæc ipſiſſima eius verba.

Sed contra etiam eſt primò, quia reſponſio hæc ſolùm verbis differt à Caietano.

Secundò. Relatio realis non dicitur realis ob ſolam habitudinem ad ſubiectum, ſed præſertim dicitur realis ob habitudinem ad terminum, nec vna minùs realis, quàm altera; ergo quod habitudo ad terminum poſſit præſcindi ab habitudine ad ſubiectum, & eſſe ad, poſſit abſtrahi ab eſſe in; non inde infertur quod habitudo ad terminum poſſit etiam abſtrahere ab eſſe reali, ſed ſemper erit realis, & cùm concipimus Deum dicentem relationem ad creaturas, illud eſſe ad, nullo modo erit reale, ſed fictum ad ſimilitudinem reſpectus realis, ergo erit non ens, ad modum entis.

Secundò probatur concluſio. Deum reſpectu creaturarum eſſe relatiuum, eſt ens rationis: componitur enim Deus ſimul cum relatione, quæ illi repugnat, ergo Deum relatiuum concipere, eſt ens rationis negatiuum. Antecedens patet. Conſeq. prob. Si quis conciperet Deum album, non diceretur concipere ens rationis poſitiuum, ſed negatiuum, quia conciperet id quod non eſt poſsibile à parte rei, & quod Deo repugnat, ſed reſpectu creaturæ qui Deum conciperet relatiuum, conciperet ille quod in re repugnat, ergo conficit ens rationis negatiuum, conflatum nimirum ex Deitate, & relatione accidentali.

Obiectio.

Dices. Eſſe maximam diſparitatem, concipere enim Deum album eſt conceptus abſque vllo fundamento, & ideo ens rationis negatiuum: concipere verò Deum relatiuum reſpectu creaturæ eſt, cum maximo fundamento in re, fundatur enim in actione creationis.

Solutio.

Contrà. Quod adſit aliqua ratio fundandi ens rationis, vel quod non adſit, non efficit vt ens rationis non ſit quid fictum, & non ens ad modum entis; ſed quolibet poſitiuo fundamento in re, conceptus ille ſeu reſpectus ſemper erit quid fictum, & non niſi per intellectum ſic concipientem, ergo ſemper non ens ad modum entis.

Tertiò probatur concluſio. Ideò per aduerſarios, vt ipſemet Suarez explicat. Relatio rationis inter Deum, &c. eſt ens rationis poſitiuum, quia relatio rationis inter Deum, &c. non ſignificat primariò carentiam relationis realis, cùm carentia illa ſit quid abſolutum, relatio verò rationis quid reſpectiuum, ſed quia ſignificat tantùm quendam reſpectum poſitiuum affixum rebus per intellectum, & reſpectus ille non eſt quid poſitiuum, vt ſuprà probatum eſt, ergo relatio rationis non eſt ens rationis poſitiuum.

Corollar.

Maneat ergo relationem rationis eſſe ens omnino negatiuum, poſitiuum nullo modo, ideóque nec ſpecies multiplicandas eſſentialiter diſtinctas in ente rationis ſupra negationem, & priuationem, nec eſſe plures duabus.

SECTIO TERTIA.

Cauſæ entis rationis aſſignantur.

Duplex cauſarum genus.

NOTANDVM *primò*. Duplicem in qualibet re naturali poſſumus aſſignare compoſitionem, & duplicis generis cauſas: Phyſicas, videlicet & Metaphyſicas; cauſæ Phyſicæ ſunt quatuor, vt alibi Materia, Forma, Efficiens, Finis: Metaphyſicæ duæ Genus, & Differentia. Et quidem ens rationis eo modo quo eſt, ſuas etiam habet cauſas, tum Phyſicas, tum Metaphyſicas. Et quod ſpectat ad cauſas Phyſicas, certum eſt ens rationis habere cauſam efficientem à qua producatur, cùm enim de nouo fiat, & priùs non erat, ergo ab aliquo factum eſt. De cauſa verò materiali, & formali nec nimis laborandum eſt, cùm enim ens rationis eſſe tantùm habeat obiectiuum, nullam habebit nec materiam, nec ſubiectum præter illud quod in re denominat, cuius veluti forma ens rationis concipitur. Formalis cauſa nulla alia aſſignari poteſt, quàm ipſummet ens rationis. Finalis etiam cauſa concedi poterit enti Rationis Logico, quod ad diſcurſum, & ſcientias aliquo modo ordinatur: qui tiedum, vt ait Suarez, finis dici poteſt artificis, ſed inſuper eiuſdem entis rationis, non quia ens rationis operetur aliquid ex fine, cùm nihil ſit, ſed dici poteſt eius finis ſyllogiſmus ſeu ſcientia, ſicuti finis dicitur mallei vſus, ſeu finis ille ad quem ex natura ſua ordinatur.

Entis rationis partes Phyſicæ quæ.

Eiuſdē partes Metaphyſicæ.

Notandum ſecundò. Ex iis, quæ præcedenti ſect. agitauimus facilè conuici poteſt, nec enti rationi ſuas deeſſe partes Metaphyſicas, Genus videlicet, & Differentiam: habet enim per quod conſtituitur, vt ſect. præcedenti vidimus. Item habet id per quod à cæteris diſtinguitur: ergo id per quod conſtituitur, ergo genus, & differentiam. Rurſus dantur entis rationis ſpecies, ergo habent in quo conueniunt, & in quo differunt, ergo & partes Metaphyſicas.

Entis rationis cauſæ efficiens quæ?

Notandum tertiò: Hæc quidem cùm clara ſint, nec in dubium verti ſoleant, ſolùm de cauſa efficienti, quæ cùm neceſſariò ſit concedēda, dubitari poteſt quænam illa ſit. An videlicet ſit tantùm intellectiuæ potentiæ ens rationis conficere, vel etiam reliquarum potentiarum: Non deſunt enim præcipuè recentiores quidam, qui entis rationis compoſitionem etiam cæteris potentiis tribuant, ac velint poſſe illud efficinedum ab intellectu, ſed & à voluntate; quin etiam à memoria, ab imaginatione inſuper, & à ſenſibus; cùm autem ens rationis ſit, vt diximus, conceptus quidam de re impoſſibili, & incompoſſibili ad modum poſſibilis, & compoſſibilis; ſeu cuius eſſe ſit tantùm illud, eſſe obiectiuè in intellectu; vt difficultas omninò diſſoluatur

videndum eſt an conceptus huiuſmodi efformari poſſit ab alijs potentijs; ſi enim poteſt, & cæteris potentijs concedendum; ſecùs, minimè.

Actus quo ens rationis formatur neceſſariò reflexiuus, ſeu comparatiuus.

Notandum quartò. Cùm ens rationis ſit conceptus non entis, ad modum entis: ſeu conceptus rei impoſſibilis ad modum poſſibilis, &c. Actus per quem ens rationis formatur neceſſariò debet eſſe reflexiuus, ſeu comparatiuus ex omnium ſententia: Reflexiuum verò illum actũ intellige qui vel ſupra præcedentem actum ſe ipſum reflectit, vel qui ſaltem ſupponit aliam cogitationem præcedentem entis realis, ad cuius ſimilitudinem ens rationis formatur: dum enim concipimus tenebras ad modum nigredinis, ſupponitur cognitio luminis, & nigredinis, & dum concipitur cæcitas, ſupponitur cognitio viſus, & cùm hircoceruus hirci neceſſariò præceſſit cognitio & cerui. Hic autem actus reflexiuus, cùm nullo modo contingat in ſenſibus, nec cæteris potentijs competet aliquo modo concipere aliquod impoſſibile ad modum rei poſſibilis, ſenſus enim non verſatur niſi circa obiecta, vt à parte rei exiſtunt, nec ſupra ſe ipſum reflectit, ſic etiam memoria, ſic imaginatio, ſic appetitiuæ potentiæ, vt ex reſponſione ad argumenta in contrarium patebit. Ideò ſit

Vnica concluſio. Nulla potentia præter intellectum poteſt conficere ens rationis: non ſenſus: non memoria: non imaginatio: non voluntas: Eſt contra recentiores nonnullos.

Probatur primò ex dictis, tum ex ipſomet entis rationis nomine; ideò enim ens dicitur rationis, quia à ſola ratione fit.

Secundò: ens rationis illud eſt quod obiectiuè tantùm habet eſſe in intellectu, ergo non illud quod habet eſſe obiectiuum in imaginatione, aut in voluntate, aut in ſenſibus.

Obiectio.

Obijcies contra primam partem concluſionis. Ens rationis illud eſt, quod aliter apprehenditur ac eſt, ſed multoties quædam ſenſibus videntur plana, quæ profunda; ſæpè quædam fracta, quæ integra, quædam curua, quæ recta, ſic virga cuius medietas ſit in aqua; & ea, quæ in arte proſpectiuæ finguntur, ergo ſenſus, eſt, interdum ens rationis conficere.

Solutio.

Reſp. Ens rationis præter illud aliter apprehendi ac eſt, requirit, vt quod apprehenditur, ſit omninò impoſſibile. Virga autem curua, &c. quæ oculus videt, &c. impoſſibilia non ſunt, quare nec entia rationis. Sed

Contrà. Sufficit ſi hîc, & nunc ſint impoſſibilia: virgam autem nunc integram fractam eſſe eſt impoſſibile.

Reſp. Impoſſibilitas, quæ ad ens rationis requiritur eſt vera impoſſibilitas, quæ debet eſſe in omne tempus, talis non eſſet illa in virga, &c. Vel

Secundò reſp. poteſt ad primam obiectionem. Virgam curuam nequaquam aliter apprehendi ac eſt, ſed vt realiter eſt, nimirum ſic à medio realiter modificatam; quia enim medietas virgæ eſt cum aqua coniuncta, quæ eſt craſſa, & medietas cum aëre qui eſt purior, virga ita realiter affecta ſic repræſentatur, & dici poteſt curua realiter in repræſentando, licèt recta in eſſendo, & hoc ſufficit vt obiectum aliter non apprehendatur: patet id ipſum forſitan cui deotiùs in conſpicilijs omnia vel rubra, vel viridia repræſentantibus.

Obiectio 1.

A Dices contra ſecundam partem concluſiònis. Præteritum apprehendere, eſt ens rationis conficere, Memoria præteritum apprehendit, ergo ens rationis conficit. Maior prob. Apprehendere præteritum eſt apprehendere id quod non eſt nec eſſe poteſt. Min. etiam patet, quia memoria apprehendit rationem præteriti in rebus circa quas aliæ potentiæ operatæ ſunt, recordatur enim intellectum intellexiſſe, &c.

Solutio 1.

Reſp. 1. Apprehendere præteritum, vt præteritum formaliter, & reduplicatiuè, eſt conficere ens rationis, concedo: ſpecificatiuè, & materialiter: nego. Memoria autem cùm apprehendit res circa quas aliæ potentiæ operatæ ſunt, B non apprehendit præteritum, vt præteritum, ſed res factas tempore præterito: ad apprehendendum præteritum, vt præteritum reflexio requiritur, & comparatio, cognitio nimirum temporis præteriti, quod præſtare non poteſt potentia memoratiua. Vel

Solutio 2.

Secundò reſp. poteſt, negando ſimpliciter Maiorem; non enim, apprehendere ens rationis, eſt cõficere ens rationis. Sic Deus cognoſcit entia rationis, quæ à nobis conficiuntur, quæ non cõficit: imò & nos cùm entia rationis cognoſcimus, quæ conficimus, nec illa dicimur cõficere.

Obiectio 3.

Vrgebis, per memoriam ſæpè entia rationis incipiunt eſſe obiectiuè in intellectu, ergo memoria C nedum apprehendit, ſed etiam efficit ens rationis. Anteced. patet: cùm recordamur alicuius entis rationis, quod præterito tempore confecimus. Conſeq. prob. quia per memoriam ens rationis incipit de nouo eſſe in intellectu obiectiuè, & intellectus illud cognoſcit, ergo & illud memoria efficit.

Solutio.

Reſp. neg. Conſeq. & ad prob. diſting. Anteced. Ens rationis obiectiuè, incipit eſſe in intellectu per memoriam, & fit de nouo formaliter. nego. fundamentaliter: concedo; ratione videlicet illius ſpeciei realis relictæ, in memoria in qua elucet ens rationis, aliàs factum ab intellectu. Etenim poſt efformationem entis D rationis ſtatim relinquitur in memoria realis ſpecies illius, quam ſpeciem memoriâ poſtea intellectui offerente, cognoſcit intellectus ens rationis aliàs fictum. Ex quo patet nec memoriam conficere ens rationis tunc, nec intellectum de nouo formaliter, ſed tantùm fundamentaliter, ratione illius realis ſpeciei oblatæ à memoria in qua intellectus imaginem, vt ſic dicam illius entis rationis ſtatim cognoſcit; quo modo autem hæc ſpecies in memoria remaneat, quomodo ab eadem intellectui repræſentetur, in libris de Anima.

Obiectio 4.

Dices contra tertiam partem concluſionis; imaginari poſſumus rem omninò impoſſibilem, ignìuomentem taurum, volantem Pegaſum, E &c. & vt ſæpè viſum eſt in amentibus, qui res aliter ac ſunt imaginãtur, vt ille Pentheus amentiâ inſignis qui duplicem ſolem videre ſolebat, ac duplices Thebas imaginabatur.

Solutio.

Reſp. Imaginaria hæc entia ab amentibus, ex vi ſolius imaginationis fiũt: nego, cùm illius non ſit neque reflectere neque comparare, quod ad rationem entis rationis requiritur: ex vi imaginationis, cum aliqua ratione coniunctæ, cuius ope, & imaginatio impoſſibilia agglutinat: concedo: ſemper enim in mente captis aliquis remanet rationis igniculus, cuius luce ea fingunt, quæ ſibi videre videntur.

Digitized by Google

Obiicies contra quartam partem concluſionis, ex Scoto in 1. diſtinct. 45. quæſt. vnic. Voluntas amat impoſſibilia, quæ pûtat poſſibilia; ita deſiderat ſæpè tanquam bonum, quod reuera malum, &c. ergo voluntatis eſt, conficere ens rationis. Conſeq. prob. Amare enim impoſſibilia tãquam poſſibilia, neceſſariò ſupponit reflexionem, &c. eiuſdem voluntatis, ergo, &c.

Solutio.

Reſp. negando Conſeq. & ad prob. Anteced. Actus enim reflexiuus, & comparatiuus, quos ſupponit voluntas dum amat impoſſibilia, vt poſſibilia, eſt actus intellectus. Intellectus enim eſt qui apprehendit impoſſibile, vt poſſibile quod voluntati repræſentans, voluntas illud deſiderat, eſt enim voluntas potẽtia cæca de ſe, quæ ſicut nõ cognouit, ſic nec poteſt reflectere & comparare fingẽdo aliquid, licèt poſſit reflectere in proprium obiectum amando, vel deſiderando amorem, vel deſiderium aliàs promptum, quod quidem non eſt fingere ens aliter ac eſt, quod in formatione entis rationis requiritur.

Obiectio 6.

Obiicies concipere ens poſſibile ad modum poſſibilis, eſt concipere ens rationis: ergo velle impoſſibile, vt poſſibile, eſt conficere ens rationis.

Reſp. Voluntati ens impoſſibile proponitur, non illud fingit.

Solutio.

Contrà. Sequeretur quòd neque multoties intellectus formaret ens rationis, ideò enim concipit tenebras ad modum nigredinis, quia ſic ſenſus illas repræſentat, ac forſan intellectus nunquam conficeret ens rationis, niſi dependenter à ſenſibus.

Reſp. neg. paritatem: Senſus enim non apprehendit non entia, tanquam entia, nec tenebras ad modum nigredinis, ſed res, vt ſunt à parte rei; intellectus autem eſt qui res repræſentatas comparando, & reflectendo conficit entia rationis: non ſic accidit in voluntate cui ens rationis, fictum per intellectum proponitur.

Inſtabis: verè voluntas non poteſt ferri in impoſſibilia, vt poſſibilia: ergo verè illi obiicitur ens impoſſibile, vt poſsibile.

Reſp. Concedo totum: ergo conficit impoſſibile poſſibile. Neg. Conſeq. cùm enim voluntatis non ſit cognoſcere, nec voluntatis erit conſiderare poſſibilitatem, vel impoſſibilitatem, ſed tantùm rem poſsibilem, vel impoſsibilem amare, vel odiſſe.

Corollar.

Ex his ergo colligitur tantùm intellectum poſſe entia rationis conficere, cæteras potentias nullo modo, cùm nulla præter intellectum poſſit fingendo reflectere, &c. & ſingulæ ferantur in obiecta, vel vt ſunt à parte rei, vel vt purè obiiciuntur ab intellectu.

SECTIO QVARTA.

Cuius intellectus ſit formare ens rationis.

VT paucis difficultas omnis enodetur: Notandum eſt quod etiam ſuprà adnotauimus, radicem entis rationis, nullo modo eſſe intellectus fœcunditatem; neque obiecti conditionem, vt volebat Suarez, licèt enim non ens non poſsit eſſe intellectus noſtri obiectum, id non euenit, quia non ens non poſsit intellectionem terminare, ſed tantùm, quia noſter intellectus non poteſt non ens attingere, niſi ſub ratione entis; omne enim ens ſicuti eſt à parte rei cognoſci poſtulat, ſic enim abſolutum non poſtulat cognoſci ad modum relatiui, nec relatiuum ad modum abſoluti, ita nec ens negatiuum ad modum poſitiui; quod ergo intellectus cogatur rem quandoque concipere aliter ac eſt, ac per ſpecies alienas, radix ſola erit intellectus imperfectio non obiecti conditio, aut intellectus fœcunditas.

Radix entis rationis ſola intellectus imperfectio, ſiue neceſſariò, ſiue liberè illud concipiat.

Quod etiam cogatur per alienas ſpecies obiectum concipere duplex motiuum eſſe poteſt: vel ſimplex neceſſitas, cùm intellectus rem aliter apprehendere non poteſt: vel libera voluntas; vt ſi quis poſſet tenebras concipere, vt in ſe ſunt, vellet tamen illas ex libito concipere ad modum nigredinis, vtrumque autem arguit in intellectu imperfectionem: Primum, intellectum non poſſe cognoſcere obiectum, vt in ſe eſt, & vt cognoſci poſtulat; ſecũdum etiam indicat imperfectionem, quod ſic probatur. Poſſe diſcedere à propria perfectione non eſt perfectio, ſicuti non eſt volũtatis perfectio poſſe peccare: ſed attingere obiectum aliter ac eſt, eſt diſcedere à propria perfectione, atque adeò imperfectio; ergo: perfectio enim viſus eſt videre obiectum album ſi album eſt, & imperfectio eſt guſtus, rem dulcem amaram guſtare.

Denique idipſum probatur: Tunc intellectus format ens rationis, cùm eſt inadæquatus, & improportionatus reſpectu obiecti, ſeu potentia ſuperatur ab obiecto, ergo ad inſtar pulcherrimi iuuenis Angelum fingimus, quia non poſſumus ſpiritum immediatè, & per proprias ſpecies concipere, & ſic de cæteris; ergo radix entis rationis, non eſt intellectus perfectio, aut fœcunditas, ſed eiuſdem imperfectio. Perfecta namque cognitio, non conſiſtit in cognoſcendo non ens ad modum entis, & quæ non ſunt ac ſi eſſent, ſed in adæquatione cognitionis ad rem cognitam, ſeu in cognitione, vt in ſe ipſa eſt; cognoſcere videlicet abſoluta, vt abſoluta; negationem, non quaſi ens poſitiuũ, &c. Hoc poſito.

Perfecta cognitio in quo conſiſtat.

Prima concluſio. Deus nullo modo conficit ens rationis, ſed nec poteſt conficere.

Prima pars probatur. Dei intellectus eſt puriſſimus actus, ergo ſummè perfectus, infinitus, immenſus, ergo nullo modo ab obiecto exceditur, ergo quæ cognoſcit comprehenſiuè cognoſcit; ergo vt in ſe ſunt, ergo non per alienas ſpecies, ergo non conficit ens rationis.

Secunda pars videtur contra Suarez, & probat. ex eodem principio. Eſt Dei intellectus de eſſentia puriſſimus actus, ergo neceſſariò perfectiſſimus, ergo nec poteſt à perfectione deficere, ergo non poteſt rem aliter concipere ac eſt, ergo nec poteſt ens rationis conficere. Patent omnia ex dictis.

Petes quomodo non ens, vt non ens poſſit intelligi: cùm enim ſit nihil, nec proprias ſpecies habeat per quas poſtulet cognoſci, nec repræſentari poteſt per cognitionem, nec intellectionem terminare.

Reſp. Repræſentari ſtat dupliciter: Directè, vt cùm cognitio repræſentat obiectum aliquod reale, & poſitiuum in quod directè intellectio terminatur, & ſic non repræſentatur non ens diuino intellectui: ſecundò indirectè, & ſic concedimus non ens intellectui diuino repræ-

ſentari: qnod idem eſt dicere ac: Deus intuendo res pnſitiuas cognoſcit vnam nó eſſe aliam, terminatúrque diuina intellectio directè in res ipſas poſitiuas, indirectè in negationes, & priuationes. Diſcrimen ergo inter intellectionem diuinam, & creatam, quod ad hoc conſiſtit, vt intellectus creatus poſsit non entia intelligere, cogitur illa concipere aliter ac ſunt, & ad hoc, vt concipiat aërem nnn eſſe luminoſum, cogitur concipere tenebras ad modum nigredinis, &c. Ad perfectam autem non entis cognitionem non requiritur, vt concipiatur ad modum entis, ſed vt concipiatur non ens, vt in ſe eſt. Sic Deus concipit aërem non eſſe luminoſum, cæcum eſſe non videntem, abſqne quod concipiat tenebras ad modum nigredinis.

Diſcrimen inter intellectionem diuinam, & creatam.

Petes ſecundò. An Deus qui non conficit entia rationis ſaltem poſſit illa cognoſcere.

Reſp: quod ſic. Entia enim rationis vt ficta à noſtro intellectu intelligibilia ſunt, ergo & ab intellectu diuino, qni obiectum non haber à quo ſuperetur. Tnm quia Deus comprehendit ſingulos actus noſtrarum potétiarum, ergo cognoſcit eorumdem actuum terminos, & obiecta.

Obiectio. Obiicies ex Suar. hic. Deus cognoſcit mutabilia immutabiliter, & compoſita ſimplicisſimè, ergo cognoſcit res aliter ac ſunt, ergo conficit ens rationis.

Confirm. ex ſacris, in quibus habetur Deum vocare ea, quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.

Solutio. Reſp. Vtrobique eſſe fallaciá diuiſionis, cùm enim dicitur in conſequenti Deus cognoſcit res aliter ac ſunt, ſi illud, aliter, cadat ſupra ipſum actum & cognitionem, facit ſenſum compoſitum & verum. Si autem cadat ſopra obiectum, & modum repræſentandi, ſic facit ſenſum diuiſum, & falſum.

Eodem modo reſpondendum ad id qnod allegāt ex Scriptura: Etenim ∾ tanquā, debet cōponi cum diuina cognitione non cum obiectis. Vel

Reſp. poteſt cum Snarez, ſcripturam voluiſſe ſignificare certitudinem, & euidentiam, quâ Deus ſingula proſpicit, non quod non entia concipiat ad modum entium.

Secunda concluſio. Ens rationis fingere, eſt ſolius intellectus creati, ſiue Angelici, ſiue humani.

Mens Angeli, & hominis limitata, & finita. Prob. Hominis mens, ſicut etiam Angeli eſt limitata, & finita; ergo multa Angelum, plurima hominem, latent; ergo ſæpè coguntur res aliter concipere, ac ſunt; ergo vterque fingere poteſt ens rationis, vterque enim illorum ſi naturali cognitione Deum veller concipere, aliquid ſibi fingeret ad cuius inſtar illum conciperet.

An beati in cælo poſſint cōficere ens rationis. Quid de iiſdem in patria gloriæ lumine circumfuſis? an cùm intuitiuè Deum vident, cúmqne illum non attingant, vt attingibilis eſt, ens rationis conficiant, ſatius eſt nihil aſſerere; donec intremus in ſanctuarium Dei: in via interim fidei fræno reſultantem rationem inhibere.

Sectio Qvinta.

Cuius operationis ſit conficere ens rationis.

NON ambigitur de ſecunda, & tertia; per ſe enim euidens eſt ens rationis poſſe conficere: cùm enim tenebras affirmamus eſſe nigras, ſeu hoc ipſum ſyllogizando deducimus ens rationis per ſecundam & tertiam operationem formamus: ſola difficultas eſt de prima. An vi-

A delicet à ſimplici apprehenſione ens rationis confici poteſt.

Ratio difficultatis eſt: quia ens rationis eſt conceptus entis impoſsibilis, & incompoſsibilis ad modum poſsibilis, &c. quod in ſuo formali conceptu dicit compoſitionem, ergn non poteſt eſſe obiectum primæ operationis, quæ tantùm eſt rerum ſimplicium.

Augetur difficultas ex parte entis relatiui: nullum enim ens rationis, quod ſit relatio, poteſt fieri, niſi factâ collatione inter extrema, vnum comparando ad aliud: ſed hoc ſine enunciatione fieri nequit, ergo ens rationis quod eſt relatio nullo modo eſt obiectum primæ operationis. Hac poſteriori ratione permotus Vaſq.

B diſp. 76. cap. 2. num. 6. in 1. part. docuit ens rationis abſolutum, vt chimæra, formari poſſe per ſimplicem apprehenſionem: ens verò rationis relatiuum pertinere ſolùm ad ſecundam, vel tertiam. Pro noſtra ſententia

Notandum eſt, primam intellectus operationem dici ſimplicium apprehenſionem, non ex parte obiecti, quaſi ſit tantùm entium ſimplicium, ſed ex parte modi cognoſcendi: dicitur enim prima intellectus operatio ſimplicium apprehenſio, quia quod ſibi obiicitur abſque affirmatione & negatione, ſimpliciter apprehendit, ſiue obiectum ſit ſimplex, ſiue compoſitum: ſicut ſecunda intellectus operatio compoſitio dicitur, non quia tantùm de rebus compoſitis

Prima intellectus operatio cur ſimplicium dicitur apprehenſio.

C ſit, ſed quia aliquid affirmat, vel negat de aliquo. Si ergo ens rationis, tum relatiuum, tum abſolutum ſine enunciatione concipi poteſt, nec primæ negandum operationi. Quare ſit

Concluſio. Ens rationis conficere poteſt, nedum ſecunda & tertia, ſed etiam prima intellectus operatio, ſiue illud abſolutum ſit, ſiue relatiuum. Eſt contra Vaſquez citato loco.

Prima pars probatur. Homo albns eſt obiectum primæ operationis, ergo & hircoceruus, ergo & ens rationis abſolutum, obiectum eſſe poteſt primæ operationis intellectus.

Secunda pars prob. ex Ariſtot. cap. 5. in Anteprædicament. vbi enumerauit relationem in-

D ter res incomplexas, & vnum poſuit ex decem prædicamentis, non aliâ ratione, niſi quia concipi poteſt abſque enunciatione.

Explicatur & confirmatur magis, poteſt relatio realis concipi inter duo extrema realiter relata abſque enunciatione, vt qui conciperet ſimilitudinem inter duos parieres, &c. ergo nec relatio rationis includit in ſuo formali conceptu enunciationem, ergo obiectum eſſe poteſt primæ operationis.

Secundò. Poſſumns per primam intellectus operationem concipere plnra vnita, quæ ſunt omnind diuiſa, vt contingit in formatione chi-

E mæræ, ergo etiam poſſumus per primam operationem concipere vt relata quæ relata non ſunt, abſqne quòd aliquid affirmemus, vel negemus. Ex his patet ad oppoſita reſp.

Per primam intellectus operationē poſſumus plura concipere.

Sectio Sexta.

Qualis actus conficiat ens rationis.

NOTANDVM *primò*. Quælibet intellectus operatio poteſt eſſe tum directa, tum reflexa, tum comparatiua. Directa eſt, cùm nullâ præcedente cognitione ſuppoſitâ fertur in obiectum ſuum, vt cùm parietem concipimus. Re-

flexa cùm præcedentem ſupponit cognitionem à qua aliquo modo dependeat. Comparatiua cùm rem vnam iam cognitam cum alia conferimus Reflexa cognitio eſt etiam duplex. Impropria cùm quis reflectit ſupra obiectum priùs cognitum, propria cùm ſupra cognitionem.

Operatio intellectus directa, reflexa comparatiua.

Notandum ſecundò, Quamlibet trium mentalium operationum poſſe eſſe directam, reflexam & comparatiuam. Prima operatio eſt, actus directus, cùm ſimpliciter fertur in obiectum, illud apprehendendo: eſt actus comparatiuus, cùm apprehendit ſimilitudinem duorum obiectorum: eſt reflexus, cùm ſimpliciter apprehendit ſe cognouiſſe. Sic etiam ſecunda operatio poteſt eſſe actus directus cùm affirmat parietem eſſe album; comparatiuus cùm affirmat eoſdem eſſe albos. Denique tertia operatio actus dicitur directus, cùm directè vnum infert ex alio; reflexus, cùm ex vna directa illatione infert aliam: comparatiuus cùm ex ſimili illatione infert ſimilem. Inter hos actus hoc eſt diſcrimen quòd directus opponitur reflexo: comparatiuus modo directus, modo reflexus eſſe poteſt.

Quomodo cuilibet operationi intellectus id cōpetit.

Diſcrimen inter actum reflexū directum, & comparatiuum.

Vnica concluſio. Quælibet operatio poteſt conficere ens rationis per qualemcumque actum tum directum, tum reflexum, tum comparatiuum.

Prima pars patet ex dictis ſect. præcedenti. Poteſt enim quilibet rem aliter ac eſt apprehendere, affirmare, vel inferre.

Secunda pars etiam patet præſertim in entibus rationis aliquod fundamentum habentibus in aliquo actu intellectus, vt cùm quis concipiendo parietem à ſe intellectum, fingit relationem cogniti inter intellectum, & parietem, tunc ſi ſimpliciter relationem apprehendit, erit actus reflexus primæ operationis: ſi actu parietem referat ad intellectum, affirmando eſſe relatiuos, eſt actus reflexus ſecundæ operationis, ſi hoc ipſum ſyllogizando inferat eſt actus tertiæ. Tertia pars prob. eodem pacto.

SECTIO SEPTIMA.

De ente rationis Logico, ſeu de ſecundis intentionibus: an ſint verè entia rationis, vel ſolùm denominationes extrinſeca.

Ens rationis Logicū, & ſecundæ intētiones pro eodem.

AD totius quæſtionis intelligentiam, & nominum terminorúmque notitiam ſupponendum eſt, ens rationis Logicum, & ſecundas intentiones idem eſſe: appellantur enim ſecundæ intentiones, entia rationis Logica, quia de illis peculiariter agit Logicus. Quid verò prima, quid ſecunda intentio, habuiſtis alibi. Intentio enim tendentia eſt potentiæ in proprium obiectum. Apud dialecticos nomine primæ, & ſecundæ intentionis antonomaſticè pro tendentia intellectus accipitur. Intentio autem ſic accepta eſt duplex, Formalis, & Obiectiua: Intentio formalis eſt ipſa cognitio directa intellectus. Obiectiua dicitur ipſum obiectum, quod per formalem intentionem attingitur: Vtraque autem eſt duplex, prima, & ſecunda. Prima intentio formalis, eſt actus intellectus quo cognoſcitur res, vt à parte rei eſt; vt cùm concipimus hominem: res quæ per hanc cognitionem attingitur, nempe homo, dicitur prima intentio obiectiua; ſecunda intentio formalis, eſt actus intellectus reflexus quo res cognoſcitur non vt à parte rei eſt, ſed vt obiicitur intellectui: Secunda intentio obiectiua eſt res, quæ vt ab intellectu affecta, cognoſcenda obiicitur: Intentio formalis ab aliis appellari ſolet conceptus formalis, & intentio obiectiua, conceptus obiectiuus. Quare

Intentio quid.

Eadē formalis, & obiectiua.

Quid prima intētio, quid ſecunda.

Ens rationis Logicum apud Dialecticos eſt ſecunda intentio obiectiua, quæ triplex eſt, ſicut triplex noſtri intellectus operatio, cui poteſt obiici. Primæ enim operationi reſpondet eſſe cognitum, apprehenſum, intellectum, cogitatum: Secundæ quæ eſt enunciatio, correſpondet eſſe prædicatum, ſubiectum, affirmatum, negatum. Tertiæ quæ eſt diſcurſus, correſpondet Antecedens, Conſequens, Maior, Minor, &c.

Secunda intētio obiectiua triplex.

Cùm ergo certiſſimum ſit primas intentiones formales, & obiectiuas, tum etiam ſecundam formalem, eſſe reales: Quæritur tantùm an ſecundæ intentiones obiectiuæ omnes ſint entia rationis, ſeu quod idem eſt, an ſecunda intentio obiectiua, qua paries videlicet dicitur cognitus, ſit tantùm terminatio extrinſeca, an verò ſit verum ens rationis. Aliis verbis: An ens rationis fiat neceſſariò per notitiam comparatiuam, & reflexam, vel ſufficiat ſimplex notitia.

Pūctus difficultatis.

Prima ſententia eſt dicentium, omnes ſecundas intentiones obiectiuas eſſe ens rationis, quod ſic explicant. Aiunt enim: Secundam intentionem obiectiuam duo includere, Materiale, & eſt res illa quæ cognoſcitur; & Formale, & eſt relatio quædam rationis, quæ ex ſimplici, & directa illa cognitione conſurgit. Eſt multorum recentiorum, quam priùs docuit Mirandulanus. *Mirandul.*

Prob. 1. Potentia immanens, vt à tranſeunte contrà diſtinguitur, ea eſt, quæ non immutat obiectum realiter, atque adeò denominationes, quæ ex talis potentiæ actione oriuntur, non ſunt reales, ergo entia rationis.

Secundò. Cùm intellectus intelligit hominem non intellectis ſingularibus, homo eſt vniuerſalis, & non eſt neceſſarium, vt homo ſit vniuerſalis, cognoſcere ſe abſtraxiſſe hominem à ſingularibus; ſed homo ſic abſtractus à ſingularibus eſt ens rationis; ergo ſecunda intentio eſt ens rationis.

Secunda ſententia eſt huic contermina, ac volunt, eſſe cognitum eſſe ens rationis formatum, non per actum directum quo parietem cognoſcimus, ſed per actum reflexum, quo cognoſcimus parietem cognitum, quod eſt quid omnino fictum. Tribuitur Caietan. 1. p. quæſt. 14. artic. 5. Sot. quæſt. 3. vniuerſal. Soncinati 6. Metaph. Petro Nigro in ſuo Clypeo quæſt. 4. & aliis.

Caiet. Sotus. Socin. Petr. Niger.

Probatur 1. ſic. Eſſe intellectum, & eſſe cognitum ſignificat cognitionem veluti inhærentem obiecto, hoc autem non eſt quid reale, nec inhærentia huius cognitionis ad obiectum, ergo eſſe cognitum erit ens rationis.

Confirm. quia cognitum eſt aliquid vnum, & ſignificat cognitionem ſimul vnitam cum re cognita, ergo per aliquam vnionem non realem, ergo rationis.

Secundò. Non poteſt intelligi aliquod obiectum potentiæ, niſi intelligatur relatiuè ad illam, ſed hæc relatio non eſt realis; ergo rationis, ſed

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

relatio rationis non poteſt eſſe in primo actu directo, quia tantùm cognoſcitur obiectum, ergo erit per reflexum. Differt hæc ſecunda ſentẽtia à prima, quia illa ponit ens rationis per ſimplicem notitiam, & actum directum, hæc nonniſi per notitiam reflexam, & comparatiuam.

Tertia ſententia eſt aſſerentium ſecundas intentiones, & entia rationis Logica eſſe meras denominationes. Pro qua

Omnis denominatio à forma denominante.

Notandum primò, denominationem omnem in re qualibet denominata ſumi debere à forma aliqua denominante. Forma autem denominans poteſt eſſe duplex realis, & rationis: Realis etiam duplex. Intrinſeca vt albedo reſpectu parietis albi. Extrinſeca vt viſio reſpectu viſi. Denominatio rationis ſumitur à forma conficta per intellectum, ſic ſpecieitas denominat naturam præciſam à pluribus indiuiduis, ſpeciem; & genereitas naturam præciſam à pluribus ſpeciebus, Genus. Hîc autẽ nos non loquimur de denominationibus illis, quæ reſultant à formis rationis; certum eſt enim has formas, non poſſe realiter denominare naturam, ſed tantùm ratione; & certum eſt etiam denominationes haſce eſſe entia rationis: ſed loquimur de denominationibus, quæ ſumuntur à formis realibus, vt eſſe apprehenſum, cognitum, &c.

Notandum ſecundò: Vt certa ab incertis ſeparemus, duo aduerſarij adſtruunt: primum nos vltrò concedimus, ſecundum eſt omnino falſum: Volunt enim non poſſe nos concipere parietem cognitum niſi concipiamus illum relatiuum, quod nos toties diximus, cùm ob noſtri intellectus imperfectionem non poſſimus illum concipere, vt in ſe eſt: ſecundum quod ſupponunt eſt, denominationem omnem eſſe per formam inhærentem intrinſecè, quod vt diximus eſt omnino falſum. Agens enim dicitur agens nullo intellectu cogitante per actionem inhærentem non ſibi, ſed paſſo: & Deus denominatur creator, per creationem videlicet, quæ eſt in creaturis, & nemine cogitante verè Deus eſt creator, ſicuti nemine cogitante creat, vt docet D. Thom.

Prima concluſio. Ens rationis Logicum, & ceteræ ſecundæ intentiones, vt eſſe cognitum, apprehenſum, prædicatum, ſubiectum, illatum, &c. non includunt in ſe relationem aliquam rationis, vt volebat prima ſententia quaſi fluentem per ſimplicem notitiam, neque per actum reflexum, vt poſterior.

Prima pars prob. Formale illud ſeu relatio, quæ ex cognitione conſurgit, vel eſt aliquid à parte rei, & tunc erit quid reale, & realis relatio, vel nihil, & ſic, vt ſit, neceſſariò debet concipi; ergo nec conſurget, vt ipſi volunt poſita ſimplici, & directa cognitione.

Secunda pars patet ex Notab. ſecundo: ſupponit enim denominationem omnem realem fieri per intrinſecam formam, quod falſum probauimus.

Secundò prob. Cùm volunt obiectum cognitum dicere relationem ad formam quaſi inhærentem, vel iſta relatio eſt cognitio: vel non. Si primum, contrà, quia hæc relatio reſultat poſita cognitione accedente actu reflexo: Vel non eſt cognitio; ergo non poteſt denominare obiectum cognitum. Conſeq. prob. Sicuti cognitionis eſt facere obiectum cognitum, ita relationis eſt reddere obiectum relatum; & ſicut cognitio non poteſt denominare obiectum relatum, nec relatio, vt ſic, poteſt denominare obiectum cognitum. Obiectum ergo cognitum non erit quid conflatum ex relatione rationis, & obiecto.

Secunda concluſio. Secundæ intentiones, & entia rationis Logica, & denominationes omnes, quæ à forma reali prodeunt, non ſunt verè entia rationis, ſed extrinſecæ denominationes reales, ſaltem ex parte cognitionis, quæ eſt realis actus intellectus.

Probatur. Eſſe cognitum, apprehenſum, &c. nihil aliud dicit niſi obiectum fuiſſe terminum realis cognitionis, ſed hoc eſt nullo intellectu, vel reflectente, vel cogitante, ergo eſſe cognitum nullum inuoluit ens rationis.

Confirm. Nemine cogitante Deus dicitur videri à beatis, tantùm quia eſt obiectum beatificæ viſionis, & nemine cogitante beati Deum vident, ergo nemine cogitante Deus eſt viſus.

Reſpondebis. Eſſe cognitum à parte rei nemine reflectente aut cogitante non dicit obiectum formaliter cognitum, ſed tantùm fundamentaliter; ita vt ſi reflectat intellectus, ſtatim dicatur cognitus, ſicut à pari, vnus paries albus non exiſtente alio pariete albo dicitur ſimilis fundamentaliter, cùm alter ſit albus dicitur ſimilis formaliter.

Contrà. In rigore dicitur Deum videri à beatis; ergo in omni rigore dicitur viſus, ergo etiam formaliter.

Confirm. Eſſe genitum dicitur formaliter, quod fuit generationis terminus; & formaliter creatum, quod fuit creationis terminus, nemine cogitante, ergò & formaliter dicetur viſum, quod fuit terminus viſionis.

Reſpondebis, eſſe diſparem rationem, quia eſſe creatum, genitum, &c. eſt per creationem, & generationem ſibi intrinſecè inhærentem, non per formam extrinſecam, vt accidit in cognitione, & viſione.

Contrà. Actus exterior dicitur formaliter, & perfectè volitus, ſi ſemel volitus eſt à voluntate, licèt voluntatis actus ſit exterior ſeu extrinſecus actui exteriori, ergo & obiectum dicetur formaliter cognitum licèt realis forma, cognitio nimirum, ſit illi extrinſeca. Anteced. prob. quia ſi ille actus exterior eſt formaliter malus, facit hominem malum formaliter, nec homo dicitur formaliter malus, niſi actum malum formaliter volitum: Quòd ſi actus ille exterior eſſet tantùm fundamentaliter volitus, vt accidit in actibus non perfectè volitis, & non ex plena libertate, faceret hominem tantùm fundamentaliter malum, quod eſt omninò falſum.

Denique probat. concluſio. Relatio quælibet inter obiectum, & potentiam poſitâ cognitione conſurgit, ergo eſſe cognitum non includit formaliter relationem.

Tertia concluſio. Entia rationis Logica, & ſecundæ intentiones ob noſtri intellectus imperfectionem, non quidem ex earum natura, non poſſunt à nobis perfectè concipi niſi cum reſpectu aliquo, & aliqua relatione rationis ad formam realem extrinſecam denominantem.

Probatur, quia cùm concipimus parietem cognitum, illum concipimus tanquam ab alio cognitum, & illum referendo ad cognoſcentem quod eſt quid fictum; Fingere autẽ prouenit ex imperfectione potentiæ, non ex obiecti ratione.

Digitized by Google

Ad argumenta in oppoſitum, & ad primum primæ ſentcntiæ neg. Anteced. Licet enim actus immanentes non immutent realiter obiectum, realiter tamen denominant, ob realem habitudinem formæ realis in obiectum tanquam in ſuum terminum, quod ſufficit, vt denominationes illæ entia non ſint rationis. A

Obiectio.

Dices ex Suar. Omnis denominatio eſt opus rationis, ergo omnis denominatio eſt ens rationis.

Solutio.

Reſp. ex eodem. Denominatio duo ſignificat, & impoſitionem nominis denominatiui, & hæc eſt opus rationis: res autem ſignificatæ per tale nomen, quæ eſt realis habitudo formæ in obiectum, tanquam in ſuum terminum, eſt realis. B

Ad ſecundum. Homo apprehenſus poteſt concipi dupliciter, vel vt terminus cognitionis reflexæ, & vt à nobis apprehenſus, & ſic eſt ens rationis, quia nos illum concipimus dicentem reſpectum, vel ad intellectum à quo apprehenditur, vel ad ſingularia à quibus abſtrahit, vt dicemus: Vel homo apprehenſus ſumitur, vt eſt terminus; vel obiectum ſimplici notitiæ, & ſic non eſt rationis ens, ſed quid per extrinſecam formam, nempe per apprehenſionem, realiter denominatum.

Ad argumenta ſecunda ſententia, & ad primum neg. Anteced. Non enim omnis realis denominatio ſignificat formam intrinſecam, & realiter inhærentem, vt probauimus in ſecundo notabili. C

Ad confirmat. Eſſe cognitum, dicit aliquod vnum fundamentaliter, concedo: formaliter, nego. Dixi fundamentaliter, quia accedente actu reflexo poteſt illud obiectum ſimul cum cognitione concipere vt aliquod vnum.

Ad ſecundum concedimus totum: nil contra nos, qui tantùm volumus eſſe cognitum, vt ſic, nullum includere ens rationis, non verò, vt eſt obiectum actus reflexi.

Corollaria præcedentis diſputationis. D

EX his, quæ hactenus diſputauimus *colligitur primò*. Ens rationis, non eſſe ens per ſe, & formaliter intellectum, ſed tãtùm per accidens, & indirectè, cùm ſemper ſit non ens conceptum ad modum entis. Quid autem ſit non ens concipi ad modum entis diximus toties, non quod non ens repræſentetur per ſpeciem propriam ſimilem enti, ſicuti cùm vnum album concipitur ſimile alteri: ſed dicitur conceptum ad modum entis, quia ſemper, & neceſſariò à nobis concipitur per alienam ſpeciem, quæ de ſe eſt repræſentatiua entis realis, eáque vtitur intellectus, vt per quandam analogiam, & proportionem ens rationis intelligat. E

Coroll. 1. Quomodo ens rationis dicatur cõcipi ad modum entis.

Colligitur ſecundò. Ens rationis non efficit per veram efficientiam, ſed per quandam reſultantiam hoc pacto: Fingit intellectus hircoceruum, illúmque apprehendit ad modum entis. Intellectio illa quatenus quædam realis productio habet ſuum realem terminum, & effectum nempe mentale verbum, & ibi ſiſtit, ex hoc autem reſultat deinde ens rationis, quare intellectio, vt eſt realis productio non terminatur ad ens rationis, vt terminus productus, ſed ad ens rationis, vt obiectum termini producti: Ipſa autem intellectio, vt realis productio terminatur ad verbum mentis, ſeu ad formalem illum conceptum, nec vltra progreditur. Ex quo patet quod ſect. prima diximus, in fictione entis rationis duplex dari obiectum, motiuum, & vt quo, & eſt illud verbum mentis, & illa realis imago de ſe repræſentatiua entis realis, nunc per accidens repræſentatiua entis rationis: & obiectum vltimum, & terminatiuum, ſeu vt quod, & eſt ens rationis, quia ad illud tanquam ad vltimum terminum vltimò terminatur illa intellectio, & formalis conceptus, & verbum mentis. A

Coroll. 2. Ens rationis effici per reſultantiã.

In ente rationis, obiectũ duplex, motiuum, & terminatiuum.

Colligitur tertiò. Cùm ens rationis poſſit confici per quamlibet mentalium operationum, quod per primam operationem, formatur abſque vlla falſitate & intellectus deceptione, ſiue illud ens rationis ſit omnino fictum, ſiue aliquod habeat fundamentum; dum enim apprehendo chimæram nil intellectus affirmat, aut negat, dum tantùm concipit, nullo modo fallitur. Quod verò per ſecundam, & tertiam operationem fit, quia neceſſariò intercedit iudicium aliquod quo affirmamus ita eſſe, ſemper eſt cum eiuſdem iudicij, & intellectus deceptione: decipitur enim ſi quis, Deus, eſſe relatiuum affirmat. B

Coroll. 3. Ens rationis in prima operatione ſine deceptione, ſecus in ſecunda & tertia.

Dices. Qui prolata hac propoſitione, homo eſt animal, affirmaret: homo eſt ſubiectum, animal, prædicatum, conficeret ens rationis, & non falleretur, quia verè in hac propoſitione, homo eſt ſubiectum, animal prædicatum; ergo non ſemper in ſecunda intellectus operatione, cùm conficitur ens rationis, eſt falſitas. C

Obiectio.

Reſp. Quidam ex noſtris, & concedit, quod conficeret ens rationis, qui inſuper affirmat, denominationes extrinſecas, non eſſe entia rationis: ſed mirum, quàm egregiè labitur, putans eſſe ens rationis, quod eſt extrinſeca denominatio, in hac enim propoſitione homo eſt animal, animal affirmatur de homine, & homo ſubiicitur animali nemine penitus cogitante, vnde & nemine cogitante, homo eſt ſubiectum, animal prædicatum. D

Prima ſolutior, eiecta.

Reſp. ergo neg. Mai. quia eſſe ſubiectum, & prædicatum ſunt extrinſecæ denominationes, quæ de ſe nullum includunt ens rationis. Quamquam non negandum, hominem concipiendo, vt ſubiectum, quia neceſſariò conciperemus illum relatiuum, vt toties diximus, ſi deinde affirmaremus hominem, vt ſubiectum referri ad animal, vt prædicatum, tunc per ſecundam intellectus operationem ens rationis fingeremus, ſed non abſque falſitate dum affirmaremus, id quod in re non eſt, ſicut falleretur qui affirmaret parietem viſum relationem dicere ad potentiam videntem.

2. Solutio.

E

DISPVTATIO SECVNDA.

De obiecto Logices.

SECTIO PRIMA.

Variæ referuntur opiniones.

IMPLEXA nimium diſputatio, & emergentium ſententiarum varietate hydra multiplicior. Supponendum verò eſt, obiectum illud eſſe, quod quælibet ſcientia ſibi ſpeculandum pro-

Obiectum quid & quotuplex.

ponit: alirer dicirur ſubiectū, ſubſtratū, mareria. Obiectum autem hoc communiter diuiditur in materiale, & formale, vt ex Ariſt. 2. Phyſ. tex. 26. colligi poteſt, & ex Auer. 1. Poſter. comment. 169. Materiale obiectum eſt res, quæ conſideratur: Formale eſt ratio ſub qua conſideratur: Obiectum formale etiam ex Ariſt. diuiditur in totale, ſeu adæquatum, & eſt illud ad quod reducuntur omnia, quæ tractantur in illa ſcientia tanquam principia, partes & paſsiones; & in obiectum partiale, ſeu inadæquatum, & eſt illud quando in ſcientia plus conſideratur, quàm illud contineat. Sic in Phyſica, obiectum formale adæquatum, vt communiter aſſerunt, eſt corpus naturale; partiale cælum, elementa, &c. Cùm quærimus, quodnam ſit obiectum Logicæ, de formali, & adæquato loquimur: In hac verò controuerſia ſententiæ omnes ad duas claſſes reuocari poſſunt, iuxta duplicem ſcholaſticorum philoſophandi modum Nominalium videlicet, & Realium.

Ariſtot.
Auerroes.

Prima igitur claſſis eſt, aſſerentium Logicæ obiectum eſſe voces ſignificatiuas, ita docuere Nominales, qui inde ſuæ ſcholæ nomen inuenere, & originem traxere à quodam Rucelino natione Britanno, vt eo è verſu colligitur:

Quas Ruceline doces, non vult Dialectica voces.

Vel vt affirmat Viues, à Gulhelmo Ocham. ſic lib. 1. de cauſis corruptel. artium. Hanc ſententiam innuere videntur Græci ferè omnes, & expreſsè, ex Latinis illam docuit Flaminius de nob. diſp. de obiect. Log. Ad hanc reducuntur ij, qui volunt Logicæ obiectum eſſe orationem philoſophicam, ſeu ſermonem cum ratione concluſum.

Sectæ Nominalium author quis.
Flamin. de Nobilibus.
Agricol.

Secunda claſsis eſt eorum qui dicuntur Reales, vt à Nominalibus contrà diſtinguuntur, ſed hi etiam in plures abiere ſententias, ac

Prima eſt eorum qui volunt Logicæ obiectum eſſe res omnes: illam docuere Agricola lib. 2. de inuent. Eandem verbis magis, quàm verè tuetur Zabarel. de natur. Logic. cap. 14. lib. 1.

Zabarel.

Secunda eſt dicentium, eſſe omne ens rationis Logicum, ſeu omnes ſecundas intentiones: citatur Auer. 4. Metaph. comm. 2. & eſt Latinis ferè communis: ſupponit autem hæc opinio genus, ſpeciem, differentiam, ſubiectum, prædicatum, ſyllogiſmum, & nomina ſimilia, quæ ſecundæ intentiones dici ſolent, eſſe verè entia rationis, quod nos ſuprà partim negauimus, cúmque de his omnibus agat Logicus, Logicæ obiectum autumant eſſe omne ens rationis.

Auerr.

Tertia affirmat eſſe ens rationis, non quidem omne, ſed aliquod; & hæc plures continet dicendi modos. Quidam enim volunt Logicæ obiectum eſſe tantùm ens rationis diſcurſiuum nempe ſyllogiſmum, ita Sot. quæſt. 2. in Prædicab. quidam prout ens rationis ſignificat tantùm duo inſtrumenta ſciendi, argumentationem, & definitionem, quidam prout ſimul & reſolutionem, & diuiſionem. Quidam prout tantùm demonſtrationem. Ita Alexand. Philop. Albert. in Prædicab. Lemoſius lib. 1. cap. 6. Tandem quidam, vt ens rationis eſt directiuum noſtri intellectus, alij, vt eſt modus ſciendi, ſic recentiores nonnulli, præſertim Ruuius quæſt. 6. Procem. concluſ. 2.

Sotus.
Alexand. Philop.
Albert.
Lemoſius.
Ruuius.

Quarta docet Logicæ obiectum eſſe ens reale non quidem omne, vt volebat prima; ſed aliquod, intellectus nimirum operationes. Eſt ferè communis recentiorum, qui tamen nec inter ſe conſentiunt. Alij enim volunt eſſe Logicæ obiectum tantùm tertiam operationem: citatur Auicen. 1. part. ſuæ Log. Alij tantùm ſecundam, ſic Conimb. qui primam, & tertiam negant per ſe conſiderari in Logica, ſed primam conſiderari tãquam diſpoſitionem neceſſariam. tertiam vt quid neceſſariò conſequens. Alij tres omnes ſimul. Citant D. Thom. lib. 1. Periher. lect. 1. ſed etiam hi inter ſe differunt, quidam enim tres operationes appellant obiectum materiale; formale verò dirigibilitatem, ſeu tres operationes, vt dirigibiles. Quidam omnes tres operationes particulares, ſed vt directiuæ ſingularum ſcientiarum, & omnium actuum in particulari. Quidam tandem tres operationes directiuas, ſed vt abſtractas à quacunque materia, & directiuas ad modum ideæ operationum particularium, vt factibiles ſunt. Eſt aliquorum recentiorum: colligi poteſt ex Fonſeca lib. 2. Metaph. cap. 3. quæſt. 1. ſect. 5.

Auicen.
D. Thom.
Fonſeca.

Quinta & ſexta ſententia ſunt veluti mediæ ac docent: Omne ens rationis, & omne ens reale eſſe Logicæ obiectum, ſed cum hoc diſcrimine. Quinta vult primò, & principaliter agere de rebus: ſecundò de ſecundis intentionibus, ita Iand. 2. Metaphyſ. quæſt. 12. & 4. Metaph. quæſt. 7. Sexta vult principaliter agere de ſecundis intentionibus, minus principaliter de rebus, prout videlicet res ſunt conditio ſine qua non explicarentur entia rationis Logica. Hæ igitur ſunt quas videre potui de Logicæ obiecto celebriores ſententiæ: nonnullas alias malui præterire. Quoniam verò, vt ait Zabarel. vno atque eodem argumento fermè omnes vſi ſunt ad ſuam ſententiam tuendam, ſumpto à conditionibus ad obiectum requiſitis, ſatis ſit illas enumeraſſe.

Iandun.

Sectio Secunda.

Fertur de ſingulis iudicium.

PRIMA *concluſio.* Voces omnes ſignificatiuæ non ſunt Logicæ obiectum.

Prob. Ideò voces ſunt Logicæ obiectum, per auctores primæ claſsis, quia omnia per voces in Logica explicantur, ſed non magis Logica, quàm cæteræ ſcientiæ omnia tradit per voces, ergo voces non magis dicuntur Logicæ obiectum quàm cæterarum ſcientiarum. Idipſum de ſermone, & oratione philoſophica eſt concludendum.

Secunda concluſio. Sed neque res omnes ſunt formaliter obiectum.

Prob. Cùm enim Logica certa quædam cognitio ſit, & determinata, determinatum debet habere obiectum.

Secundò. Logica non agit de rebus omnibus demonſtratiuè, & ſcientificè, quia hoc ſpectat ad alias ſcientias ex Ariſt. 6. Metaph. text. 31.

Confirm. Logicæ eſt tradere modum, quo dirigantur intellectus operationes, cæterarum ſcientiarum eſt promere operationes rectas circa res: ergo aliæ ſcientiæ verſantur circa res, non Logica.

Tertia concluſio. Res omnes nec ſunt obiectum materiale præſertim contra Zabarel.

Probatur: ſubiectum materiale eſt illud in

quo

Digitized by Google

quo immediatè recipitur forma introducenda per artem, ſicut ſubiectum materiale ſtatuarij eſt marmor in quo ſtatuę figura recipitur: forma autem quæ per Logicam introducitur, quæ eſt directio operationum, non recipitur in res, ſed in operationes, ergo res non ſunt obiectum materiale Logicæ.

Ens rationis & ſecundæ intentiones reiiciuntur.

QVI volunt Logicæ obiectum eſſe ens rationis, non eodem modo ſuam ſententiam explicant. Primus modus eſt. Ideo ens rationis & ſecundæ intentiones ſunt Logicæ obiectum, quia omnia in quibus Logica inſumitur, ſunt Prædicatum, ſpecies, vniuerſale, ſubiectum, quæ entia ſunt rationis eorumque paſſiones conſiderat; Vniuerſale nimirum, prædicari de pluribus: definitionem eſſe medium demonſtrationis: Ita communiter argumentantur Thomiſtæ exRecentioribus Vincent. Iuſtinian. lib. 2. cap. 1. ſuæ Log. Iuſtinian.

Impugnatur, ac primò ſupponunt omnino falſum prædicatum ſcilicet ſubiectum, ſyllogiſmum, & cæteras ſecundas intentiones eſſe verè entia rationis, cùm ſint tantùm denominationes extrinſecæ.

Secundò: Logicæ eſt dirigere intellectus operationes ſiue vt abſtractas, ſiue vt materiæ applicatas, quæ entia non ſunt rationis, ergo non omnia quæ tractat Logicus entia ſunt rationis.

1. Secundus modus eſt Ruui. quæſt. 6. Proœm. qui ſic ſuam ſententiam explicat, tria nos poſſe in operationibus intellectus conſiderare: Dirigibilitatem earumdem operationum: Directionem actiuam intellectus, & Directionem paſſiuam reſultantem ex actiua: ex quo colligit obiectum materiale Logicæ eſſe tres operationes intellectus, formale verò ens rationis prout & dirigibilitatem connotat, & relationem reſultantem ex paſſiua directione, quæ entia ſunt rationis. Sed Auctor iſte dum hanc ſententiam ſic explicatam præcipuè quoad dirigibilitatem dicit eſſe communem, nec verus cenſendus eſt, interea etiam refellitur ſic. Dirigibilitas in operationibus mentis eſt potentia obedientialis realis, ſicut realis eſt potentia obedientialis ligni ad formam cathedræ vt ipſemet fatetur: eſt enim ſyllogiſmus realis quædam denominatio reſultans ex directione actiua in operationibus intellectus: Relatio autem illa reſultans ex directione paſſiua non reſultat niſi ſecundùm noſtrum modum concipiendi imperfectum, vt diximus ſect. præcedenti.

Tertius modus eſt. Ens rationis eſt obiectum quia eſt directiuum mentalium operationum & cognoſcendi inſtrumentum. Hoc autem ſic explicant. Logicæ finis eſt duplex: Remotus ſeu mediatus & eſt dirigere operationes: Proximus & immediatus & eſt conficere inſtrumentum quo dirigantur, deinde operationes in particulari; hoc autem inſtrumentum volunt eſſe ideam quandam ſeu idolum mente conceptum, ad quod reſpiciens ſcientificus dirigat ſuas operationes faciens ideæ illi conformes. Logica ergo dum docet, quæ ſit bona definitio, dum regulas tradit ſyllogiſmorum, &c. docet conficere ideam, ſeu

A hoc inſtrumentum quod eſt ens rationis, vt ad illud reſpiciendo mente operemur. Quare hoc ens rationis vt directiuum operationum, ſeu vt inſtrumentum cognoſcendi erit Logicæ obiectum.

Prob. Logicæ eſt dirigere intellectus operationes, errores corrigendo, hoc fit per illam ideam, quam ſinguli mente gerimus recti ſyllogiſmi ſeu rectæ definitionis, quam per Logicæ præcepta comparauimus, ergo hæc idea eſt quam Dialectica tot præceptionibus molitur, Logicæ obiectum.

Tertius hic explicandi modus licèt recentioribus quamplurimis plauſibilis viſus ſit, tamen

B Reiicitur primò ſic, Hæc idea & hæc inſtrumenta mente concepta ideo finguntur vt iis intellectus operationes dirigantur, ſed poſſunt ſine his ideis dirigi, imo de facto & meliùs diriguntur, ergo non ſunt concedendæ vt Logicæ obiectum. Prob. euidentiſſimè: Intellectus operationes de facto, & meliùs diriguntur vel per præcepta Logicæ, vel per ipſaſmet res per ſecundas intentiones ſignificatas, ergo dirigi poſſunt, & de facto diriguntur, &c. Prima pars Anteced. prob. Sumamus v.g. ſyllogiſmi ideam per quam diriguntur operationes ad ſyllogizandum: peto vel illa idea eſt recta; vel non. Si non eſt recta, per quid

C dirigetur? dices per præcepta Logicæ, ergo per hæc poſſunt dirigi operationes ad ſyllogizandum nec ideâ indigebimus, eſt enim eadem ratio. Si eſt recta per quid cognoſcimus operationes quas promit ſunt rectę quam idea? ergo non indigent idea vt dirigantur. Vel cognoſcimus ideam eſſe rectam per præcepta Logicæ, quia videlicet illis conformatur, ergo per eadem pręcepta poteſt dirigi intellectus operatio abſque quod formetur hæc idea.

Confir. Nil poteſt aſſignari quod præſtet hæc idea ſeu hoc ens rationis ad ſcientias, quod non poſſint præſtare ipſa Logicæ præcepta in memoria retenta: ſi enim occurrat definiendum

D quid ſufficit bonæ definitionis regulas reſpicere, nec bonæ definitionis idea requiritur.

Secunda pars Anteced. principalis probatur. Quod videlicet dirigantur meliùs operationes per ipſaſmet res. Ex ſola terminorum connexione prout illa eſt rebus conformis, poſſumus cognoſcere rectè apprehendiſſe, vel affirmaſſe, ergo non requiritur ens rationis, vel idea dirigens has operationes: Et de facto priùs homines cognouerunt operationes rectas, deinde nominarunt hoc ſubiectum, illud prædicatum, &c.

Confir. Intellectus operationes pendent ab

E obiecto in eſſe & in cognitione, ergo & in rectitudine & cognitione rectitudinis, ergo non ab ente rationis, ſed ab obiecto & rebus.

Rurſus. Res omnes ſunt ſecundis intentionibus notiores, ergo operationes meliùs diriguntur per res quàm per ſecundas intentiones. Anteced. prob. vel enim per ſecundas intentiones intelligimus res cum operatione intellectus extrinſecè illas denominante: vel verum ens rationis & relationem illam quam intellectus concipit cùm reflectit ſupra prædicatum & ſubiectum, &c. Vtrumque eſt ignotiſſimum, etenim quid ſit prædicatum ſubiectum, &c. explicamus per ipſaſmet res, & per realem illam connexio-

oem ſolùm, quia res ſunt ſecundis intentionibus A notiores.

Obiectio 1. Dices: Secundæ intentiones à Logica non ſunt reiiciendæ, plurimùm enim illis terminis Dialecticus adiuuatur.

Solutio. Reſp. Conceſſo Anteced. ergo Logicæ obiectum. Neg. coonſeq. Dato enim quod aliquo modo ſecundæ intentiones intellectum adiuuent, non inde erunt Dialecticæ obiectum: ſic oec ſcientiæ habent pro obiecto modum quo ſuum finem conſequuntur; aſſequuntur enim cognitionem rerum per operatiooes intellectus, & hæ oon ſunt ſcientiarum obiectum: Artes ab inſtrumentis adiuuaotur ad formam inducendam B in materiam, nec ſunt obiectum.

Obiectio 2. Dices: Per definitioocm rectè factam poſſumus ad inſtar illius aliam conficere, ergo ens rationis poteſt operationes dirigere.

Solutio. Reſpond. primò. Concedo totum nil contra nos.

Secundò. Neg. conſequ. Illa enim definitio rectè facta non eſſet ens rationis, ſed operatio iam recta.

Tertiò. Conceſſo etiam conſeq. Non tamen ſic operari eſſet ex arte: ſicut non ex arte diceretur artifex operari ſi interrogaretur cur ſic faceret, arcam reſponderétque quia eſt conformis C Ideæ, ſed quia ſic ex arte facieoda erat.

Ad rationes in contrarium patet ex dictis.

Reiiciuntur reliquæ omnes ſententiæ ſuperiùs allatæ.

VNVM omnium argumentum eſt, ac quiſque ex citatis auctoribus ſuum obiectum prob. eſſe illud ad quod reducuntur omnia quæ tractantur in Logica, & cuius principia partes & paſſiones inueſtigantur. Ita illi argumentantur qui ſyllogiſmum, qui inſtrumenta ſciendi, qui argumentationem, qui obiectum volunt intellectus operationes. Quare omnes vnico etiam nos D argumento refellemus. Obiectum illud eſt quod ſcientia quælibet ſibi ſpeculandum proponit, vt initio adnotauimus, nullum iſtorum ſibi contemplandum proponit Logica, ergo nullum iſtorum eſt obiectum. Min. patebit ex dicendis infrà.

SECTIO TERTIA

Propria ſententia & totius diſputationis enodatio.

PRIMA *concluſio.* Logica oullum habet obiectum. Pro totius diſputationis reſolutione. E

Notandum primò. Obiectum licèt ab auctoribus pro eodem ſumatur ac ſubiectum. Subſtratum materia, multum tamen inter ſe diſtant: Obiectum enim in rigore ſolum illud eſt quod tantùm obiicitur, & in illud nil efficit poteoria cui repræſentatur, ſed tantùm ad illud terminatur. Subiectum verò, ſubſtratum, materia præter illud obiici quod ſignificat obiectum, etiam indicant, quod à potentia recipiant aliquid cui veluti ſubiiciuntur, & ſubiectantur. Sic paries viſus reſpectu potentiæ viſiuæ non dicitur ſubiectum, ſed tantùm obiectum, quia nil potentia viſiua in illud imprimit: Ferrum dicitur ſubiectum, & materia fabri, non obiectum, A quia in illud faber entis vel gladij formam inducit.

Diſcrimen inter obiectũ & ſubiectum ſubſtratum ſiue materiam.

Notandum ſecundò. Cùm Logica licèt media ſit inter artem & ſcientiã, tamen arti ſimilior ſit quàm ſciẽtię, facilius dignoſcetur per analogiam & proportionẽ ad artes quàm ad ſcieotias. Ideo videndum eſt, An artes ſicut & ſcientię ſuum habeot obiectum: ſi habẽt nec Logicæ negandum, ſi non habent nec Logicæ concedendum. Differentia autem inter artem & ſcientiã potiſſimum ea eſt, quam ex Ariſt. 2. Metaph. tex. 7. 1. parte harum Procem. Diſp. docuimus: nimirum finis artis vt ſit opus, ſcientiæ veritas, ex quo fit vt ſcientia nil in ſuum obiectum operetur, ſed il- B lud tantùm ſibi ſpeculandum propooat: Contrà ars cũ illius finis non ſit ſcire, ſed operari, quod ſibi proponit, ideò proponit vt aliquid in illud operetur & formam aliquam inducat: patet inductiooe: Arti ſimillima eſt moralis Philoſophia, Medicina, Ars ędificatoria: ars ædificandi ſibi lapides & ligna proponit vt in illa formam domus inducat: circa humanum corpus medicina verſatur vt ſanitatem in illo efficiat: Moralis Philoſophia humanum animum vt in illum virtutis formam introducat: Scientia verò ſi corpus naturale conſiderat, nil in illud producit, ſed C tantùm ſpeculatur. His adnotatis,

Logica arti ſimilior quã ſcientiæ.

Diſcrimen inter ſcientiam & artem.

Prob. concluſio. Logicæ finis ooo eſt cognitio, ſed opus, ſyllogiſmum nimirum conficere, vel operationes dirigere, ergo nullum habet obiectum. Anteced. patet ex iis quæ diximus 1. Par. ſect. 2. Conſeq. ex Notabili primo.

Secunda concluſio. Logica tantùm habet materiam & finem. Ad huius ſecundæ concluſionis intelligentiam.

Notandum primò. Qui Logicę obiectum negauimus finem & materiam concedimus, litem, noo agimus de nomine, multum enim intereſt in re: ex eo enim illa Dialecticorũ plurimorum caligo emerſit, qui in obiecto Logicæ omnes il- D las conditiones quas Ariſtoteles obiectis ſcientiarum ſpeculatiuarum neceſſarias deſcribit probare conãtur, & obiectum & ſubiectum, & materiam confundentes, Logicę tribuunt eiúſque materię quod proprium eſt ſcientiarum ſpeculatiuarum: Cùm enim inter obiectũ & materiam maxima ſit differentia: obiectum in ſcientia ſolum vt cognoſcatur obiicitur: materia artifici proponitur, vt in ipſam formam aliquam inducat, ex eo fit quamlibet ſcientiam de ſuo obiecto debere demonſtrare, & cognoſcere omnia accidentia, principia, paſſiones, & proprietates nullâ prætermiſsâ: materia verò ſufficit ſi ſit tantùm ſuperficialiter cognita, ſofficit enim ſi faber ferrum cognoſcat quod poſſit igniri, & in plures formas contorqueri: & vt moralis Philoſophia E animæ partes quaſi per tranſennam cognoſcat, tantùm quia & fabro ferrum, & anima morali Philoſopho eſt materia, non obiectum. Secundò, Materia & obiectum differunt, quia ſcientiæ pendent formaliter ab obiecto: artes non formaliter à materia, ſed à fine cuius generationem quærunt; ſic eadem ars ſtatuaria modò circa æs, modò circa marmor verſatur, neque ob hoc à ſe ipſa diuerſificatur formaliter. Tertiò differunt, quia obiectũ tribuit ſcientiis vnitatem, & diſtinctionẽ à cæteris, materia minimè, ſic ars clauifactoria & frænifactoria circa eãdem materiã ferrũ videlicet verſantur, & ſpecie tamen diſtinguũtur. Quartò differũt, quia obiectũ in ſcientiis ha-

Logicæ nullum obiectum.

Obiectum & materia in quo differunt.

bet partem materialem & formalem, & vtraque conſideratur vt exiſtens, & vnum quid cõſtans. in materia verò cuiuſuis artis non requiritur pars materialis, quam conſideret artifex, nec formalis per quam diſtinguatur ab aliis artibus, vt patet in ferro diuerſarum artium: Hæc quoad diſtinctionem materiæ & obiecti.

Diſcrimen inter obiectum & finem.

Notandum ſecundò. Nec minorem differentiam eſſe inter obiectum & finem, vt optimè hoc ipſum probat Zabarel. De obiecti enim ratione eſt vt ſit exiſtens, & vt exiſtens conſideretur: & de ratione finis vt intendatur non vt exiſtens, ſed vt faciendus. De obiecto debet cognoſci, quod, & quid ſit: de fine quod fieri poſſit: Finis reperitur tum in artibus tum in ſcientiis: Obiectum B tantùm in ſcientiis, non in artibus, vt diximus.

Coroll. 1.

Ex his colligitur primus error Recentiorum quorumdam, qui cùm Logicam à ſcientiarum numero remouerint, tamen adhuc quodnam ſit eius obiectum requirunt, cùm obiectum in rigore ſit tantùm ſcientiæ, non artis.

Coroll. 2.

Secundus error eorumdem, qui cùm materia ex ſe abſtracta à fine non ſit formaliter diſtinctiua artis, nec formaliter conſtitutiua vt vidimus, tamen in materia & ſubiecto Logicæ partem materialem & formalem inquirunt.

Coroll. 3.

Tertius error. Dum finem cum obiecto confundunt, Logicæ finem eiuſdẽ putant obiectum.

Coroll. 4.

Quartus error. Cùm vt probent Logicæ obiectum C eſſe vel operationes intellectus, vel ſyllogiſmum, vel ſecundas intentiones; probant, quia Dialectica aut ſyllogiſmos ſpeculatur, aut operationes, cùm nec ſyllogiſmus ſit obiectum ſpeculabile, vt prima Parte ſect. 2. vidimus, nec operationes conſiderentur, vt infrà etiam dicturi ſumus; ſed tantùm eaſdem operationes Logica ſupponat, vt in eas rectitudinem inducat. Maneat ergo cùm Logica nullomodo ſit ſcientia, nullum habere obiectum, (quod vt vidimus tantũ ſcientiarum eſt) ſed tantùm materiam, quæ eſt propria artium, & finem. Quinam verò hic finis ſit, & quæ hæc materia, ſectionem ſequentem inſtituendo de eius materia & fine, explicabimus. D

Sectio Qvarta.

Quæ ſit Logicæ materia, & qui finis.

NOTANDVM *primò.* Cùm materiam Logicæ inquirimus nos proximam non remotam intelligere: id ipſum ſupponendum de fine: Vltro enim concedimus materiam remotam eſſe res omnes, & finem remotum ſcientiam, aut aliquid aliud. Vt autem finis proximus & materia proxima in qualibet diſciplina cognoſcatur, certiſſima via eſt inquirere ad quid ea adinuenta ſit. Logica autem non niſi ad noſtri intellectus operationes dirigendas adinuenta eſt; cùm enim intellectus aliter & aliter operari poſſit, rectè & malè, indigebat aliqua arte qua dirigeretur, & ad id adinuenta eſt Logica: cæteræ enim ſcientię ſupponunt operationes rectas, ergo has ſola Logica dirigit, alioquin daretur proceſſus in infinitum; Rurſus Logica tradit modum rectè definiendi, diuidendi, & ſyllogizandi, hoc autem nil aliud eſt, quàm operationes dirigere, & rectas promere, intelligendo res vt ſunt.

Logica ad quid adinuenta.

Notandum ſecundò. Patet ex his Logicæ finem proximum & formam quam intendit Logica introducere, eſſe directionem. Verùm vt mate- A riam inueniamus videndum eſt in quodnam ſubiectum directio hæc introducatur, An in res; An in ſecundas intentiones; An in operationes; An in ſyllogiſmum. Non poteſt autem Logica introducere directionem in res, quia res omnes extra animam ſupponuntur rectæ, nam conſtant ſua eſſentia & paſſionibus, nec poteſt aſſignari in quod deflectant, & rectificari poſſint à Logica. Item res ſupponuntur à Logica, non illas dirigit: Rurſus Logica docet quomodo intellectus conformandus ſit rebus, non res intellectui: Non in ſecundas intentiones, iis enim Logica vtitur ad operationes dirigendas, ergo non poſſunt eſſe materia, non enim artis ſubiectum poteſt eſſe id quo ars vtitur ad formam introducendam; Non in ſyllogiſmum vt patet.

Logicæ finis directio.

Notandum tertiò. Nec operationes dirigibiles prout indicant operationem tanquam rationem materialem, & dirigibilitatem tanquam formalem. Quæ quaſi dirigibilitas operationum ſit ratio formalis quæ in materia Logicæ.

Prob. Ratio enim formalis eſt forma quæ introducitur, vt reſpectu artis frænifactoriæ ratio formalis quæ eſt forma fræni, ſed dirigibilitas in operationibus non eſt forma quæ à Logico introducatur, vt ex ſe patet, quia ſupponitur; ergo dirigibilitas non eſt ratio formalis quæ, &c. ergo non ſunt Logicæ materia operationes intellectuales & dirigibiles.

Neque intellectus operationes vt dirigibiles ſunt Logicę obiectũ prout τὸ dirigibiles reduplicat dirigibilitatem, tanquam rationem ſub qua.

Prob. Ratio formalis ſub qua eſt illa ratio, ſub qua res conſideratur; ſed hæc dirigibilitas non conſideratur à Logico in operationibus, ſed pertinet ad animaſticum, ergo dirigibilitas in operationibus reſpectu Logicæ nõ eſt ratio formalis ſub qua: Min. prob. Eſſe dirigibile dicit potentiã realem, ſiue phyſicam, ſiue obedientialem, & dimanat ab eſſentia & natura operationum, pręciſo enim quocunque actu intellectus operationes ſunt dirigibiles: ergo dirigibilitatem conſiderare pertinet ad animaſticam. Conſeq. prob: Illius enim ſcientifici eſt ſpeculari & cognoſcere paſſiones, & proprietates reales, ad quem ſpectat ſpeculari naturam; ad animaſticum ſpectant intellectus operationes quoad ſubſtãtiam, ergo etiam quoad dirigibilitatem, qua eſt paſſio mentalium operationum. His adnotatis ſit

Ratio formalis, quæ & ſub qua.

Prima concluſio. Logicæ materia non ſunt intellectus operationes vt dirigibiles, patet ex dictis.

Secunda concluſio. Logicæ materia ſunt ſingulæ intellectus operationes dirigibiles. Eſt D. Th. lib. 1 Periher. & 1. Poſter. lect. 1. Vtrobique

D. Thom.

Prob. Illud eſt materia in qualibet arte in E quam artifex formam inducit, & circa quam operatur, ſed Logicus, qui intendit hanc directionem operationum tanquam finem intrinſecum non inducit hanc rectitudinis formam niſi in ſingulas operationes intellectus, ergo ſingulæ operationes intellectus ſunt materia in Logica.

Secundò. Sicut ſe habet Philoſophia moralis ad operationes voluntatis, ita Logica ad operationes intellectus: ſed ex communi Philoſophorum ſententia materia moralis Philoſophiæ ſunt operationes voluntatis, ergo & operationes intellectus in Logica.

Tertiò. Artes omnes quæ poſt ſe non relinquunt opus, habent pro materia eaſdem operationes, ſic ars cantandi, ſaltandi, &c.

ſed logica ſimillima eſt artibus his quæ opus A poſt ſe non relinquunt, ergo logica habet pro materia operationes.

Quartò. Auctoritate Ariſt. 2. Metaph. tex. 15. appellantis Logicam modum ſciendi, quia dirigit operationes, quarum directione ſcientiam acquirimus: ita locum hunc & Auer. & Peripatetici omoes interpretantur. Item auctoritate D. Th. 1. Poſter. & Periher. lect. 1. qui diſertis verbis habet Logicam verſari circa actus rationis tanquam circa propriam materiã, probátque vniuerſum Logicæ opus ad tres operationes dirigendas inſtitutum: primam namq; apprehenſionem dirigi per lib. Prædicam. ſecũdam operationem per lib. Periher. tertiam per reliquos Analyticos, Topicos, & Elenchos.

Ariſtot. Auer. D. Thom.

Tertia concluſio: Logicæ intrinſecus finis ſunt operationes rectæ non vt abſtractæ à materia, vt Recentiores quidam: ſed vt materiæ applicatæ, prout definitionem, diuiſiooem & argumentationem comprehendunt.

Prima pars concluſionis prob. Finis intrinſecus in qualiber arte ille eſt qui immediatè coniungitur cum fine extrinſeco, ſeu quod idem eſt B quo immediatè finem aſſequimur extrinſecum. Sed finis extrinſecus Logicæ ſunt ſcientiæ, & ſcieotias aſſequimur per operationes rectas, ergo operationes rectæ ſunt finis intrinſecus. Mai. patet inductiooe in cæteris artibus, ſic finis intrinſecus reſpectu frænifactiuæ eſt forma fræni quo equitando vtimur; forma domus, finis architectonicæ, qua ad habitandum, &c.

Secuoda pars prob. Per Logicæ habitum efficimus rectitudinem in qualibet cognitiooe ſcientifica, vt diximus 1. Parte ſect. vltima.

Secundò: Actus ſcientificus poteſt eſſe à duplici habitu tum Logicæ tum Phyſicæ; Phyſicæ quoad ſubſtantiã; Logicæ quoad modum, ſicut idem actus fidei & rationis, ergo operationes rectæ quoad modum erunt finis intrinſecus habitus Logici.

Confir. illa enim rectitudo in ſcientia, v. g. Phyſica, quam habét operationes, debet fieri ab aliquo habitu. oon à Phyſico, nam vt Phyſicus eſt, non habet vnde benè ſyllogiſetur, ergo à Logico.

Confir. ſecundò: Qui Logica caret, etiam ſi A Phyſicam calleat male argumentabitur, ergo quia Logica influit, &c.

Tertia pars patet. Tunc enim rectè operari dicimur, cùm rectè defiuimus, diuidimus, argumentamur, &c.

Dices. Non ſingulæ operationes ſunt dirigibiles, ergo non ſunt ſingulæ Logicæ materia. Anteced. prob. illæ operationes ſunt dirigibiles in quibus poteſt error contingere, ſed in prima non poteſt error contingere, ergo prima non eſt dirigibilis. Obiectio 1.

Reſp. Triplex poteſt in prima operatione error contingere. Primus cùm applicatur definitio non definito, vt ſi hominem apprehenderem animal hinnibile. Secundus cùm concipimus vt vnum quid conſtans ex partibus incompoſſibilibus, vt hircoceruum. Tertius, cùm gradus eſſentiales non apprehendimus eo ordine quo apprehendi debent, concipiendo videlicet corpus naturale viuens ſenſitiuum, quod inuerſo ordine apprehendi deberet. in his caſibus res apprehendit intellectus aliter quàm debet, & ideo errat. Solutio.

B Dices. ex Ariſt. 3. de anima & ex dictis ſect. vltima præcedentis diſp. in prima operatione nulla poteſt reperiri falſitas. Obiectio 2.

Reſp. 1. Ariſt. 4. Metaph. tex. 22. & 3. de anima tex. 26. docet in prima operatione poſſe eſſe errorem, ideo ne ſibi ipſi contrarius, neceſſariò diſtinguendus. Falſitas enim eſt duplex, ſimplex, & enunciatiua. Simplex abſque iudicio, quia noo ita iudicat, &c. Enunciatiua ſemper cum iudicio. Cùm primæ operationi negat veritatem & falſitatem, intelligendus eſt uon de ſimplici, ſed de eounciatiua. Vel

Secundò cum D. Th. 1. Periher. lect. 3. quòd veritas & falſitas reperitur in aliquo dupliciter, vno modo tanquam in eo quod eſt: Alio modo tanquam in cognoſcente: in prima apprehenſione primo modo eſt veritas & falſitas, ſecundo modo in reliquis. Ex his patet reſp. ad omnes ferè obiectiones quæ fieri poſſunt contra noſtras aſſertiones. Denique non requiritur vt operationes intellectus in Dialectica definiantur, quia ſunt materia, non obiectum, ob eamdem rationem oon aſſignanda in iis aliqua ratio formalis.

IN PORPHYRII ISAGOGEN
SEV DE VNIVERSALIBVS
DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

METAPHYSICAM meſſem ſpinis obſitam, ſanguinem potiùs elicituram, quàm præbituram delicias aggredimur, & quidem coacti: non enim Iſagogicus hic Porphyrij liber explicari omnino poſſet, niſi cognita priùs entis vniuerſalis natura, eiuſdémque cauſis & conditionibus inſpectis. Diſputationes omnes hoc tempore in ſcholis controuerti ſolitas duplicem in partem diuidemus; in prima, agemus de Vniuerſalibus in communi: in ſecunda de iiſdem ſigillatim, & vt methodo faciliori procedamus, entis vniuerſalis quatuor cauſas inueſtigabimus, materialem, formalem, efficientem, finalem, ſic enim facilior ad ea quæ inferiùs dicentur patebit aditus.

PARS PRIMA.
De vniuerſalibus in communi.
DISPVTATIO VNICA.
De cauſis conſtituentibus vniuerſale.
SECTIO PRIMA.
Quot modis vniuerſale ſumatur.

NOTANDVM *primò*. Communiter vniuerſale diuiditur in Complexum, & Incomplexum: complexum eſt propoſitio cum ſigno vniuerſali, vt omnis homo eſt riſibilis: incomplexum dicitur vox ſimplex pluribus communis, vt Homo, Animal. Vniuerſale autem incomplexum, de quo & loquimur, etiam multipliciter accipi poteſt: Primo modo dicitur vniuerſale in cauſando, & ſic dicitur illa cauſſa quæ plures effectus poteſt producere, vt Deus Opt. Max. ſol, cœlum, &c. Secundo modo dicitur vniuerſale in ſignificando, ſic dicuntur voces naturam pluribus communem ſignificantes, vt vox illa, Homo, Animal: ſignificant enim conceptus communes, quos in mente formamus. Tertio modo dicitur vniuerſale in repræſentando, ſic Ideæ in mente artificis, vel etiam in mente diuina plurium rerum ſeu imaginum repræſentatiuæ: Quarto ſumitur vniuerſale in eſſendo, & hoc vel eſſet quædam natura ſi daretur ſeparata à ſingularibus, pluribus tamen communis, quales finxit Plato ſuas Ideas, & Aner. intellectum, ſeu animam quam putauit

Vniuerſale quotuplex.

A eſſe eamdem in omnibus: vel natura aliqua vniuerſalis, exiſtens in pluribus, & in plura indiuidua particulariżata, vt eſt natura hominis. Quinto modo dicitur vniuerſale in prædicando; ſic eadem natura hominis in pluribus particulariżata, & de pluribus prædicabilis, appellatur vniuerſalis.

Notandum ſecundò. Rurſus vniuerſale etiam tripliciter diuiditur in Metaphyſicum, Phyſicum, & Logicum. Vniuerſale metaphyſicum eſſet illa natura vniuerſalis à ſingularibus ſeparata, quam volebat Plato, & Ariſt. 7. Metaph. reiicit: Phyſicum dicitur natura illa vniuerſalis, quæ in pluribus ſingularibus exiſtit particulariżata. Logicum eſt illud, quod per intellectus B operationem à rebus conſurgit, & poteſt prædicari de multis, vt eſt natura humana abſtracta ab indiuiduis. Vniuerſale metaphyſicum aliis vocibus appellari ſolet. Vniuerſale ante rem: Phyſicum vniuerſale in re: Logicum vniuerſale poſt rem: quod quidem in quinque membra diuiditur, & ea ſunt quæ à Porphyrio hîc explicantur, & à nobis examinatur. Genus nimirum, Species, Differentia, Proprium, & Accidens.

Vniuerſale metaphyſicum, phyſicum, & logicum.

Notandum tertiò. Vniuerſale hoc ſic definitur ab Ariſt. 7. Metaph. tex. 45. Vniuerſale eſt id, quod pluribus naturâ aptum eſt ineſſe: hoc eſt vniuerſale eſt id quod poteſt eſſe in pluribus: primo tamen Periher. cap. 5. ſic definit. Vniuerſale eſt id quod de pluribus prædicari natum C eſt: ipſæ quidem definitiones idem ſonant, niſi quod vna traditur per aptitudinem qua prædicari poteſt de pluribus, inuoluens aliquod opus intellectus, alia verò per aptitudinem ad exiſtendum, quæ non ita explicitè connotat intellectus operationem.

Vniuerſale quid.

Dicitur autem vniuerſale eſſe *id*, vt ſignificetur debere eſſe vnum: vnum autem tripliciter contingit eſſe. Primò perfecto modo, & vniuocè: ſecundò analogicè: tertiò æquiuocè. Vnitas autem vniuerſalis non debet eſſe æquiuoca aut analoga, vt docet idem met Ariſt 1. Poſter. tex. 81. & 4. Metaph. cap. 2. ſed vni- D uoca.

Dicitur. *Aptum eſt*, vt ſit, ſeu prædicetur, non quod prædicatur ſeu eſt: Nam non eſt neceſſarium ad conſtitutionem vniuerſalis, vt actu prædicetur, vel ſit in multis, ſufficit tantùm, vt poſſit eſſe, vt dicemus.

Dicitur deinque *in multis*: Vt ſenſus ſit: vniuerſale eſſe, vel prædicari de pluribus, quæ plura ſunt, ſecundùm idem nomen commune: plurificantia eamdem naturam realiter, ſecundùm quod ſunt vnum, vt animal reſpectu hominis, leonis, &c. Et ideo Deus non dicitur vniuerſalis in prædicando reſpectu trium perſonarum,

quamuis de illis prædicetur, nam tres diuinæ perſonæ non ſunt plures realiter, ſecundùm naturam diuinam: non enim tres perſonæ dicuntur tres Dij, ſed vnus Deus, ob naturæ vnitatem.

Obiectio.

Dices ex Ariſt. 5. Metaph. cap. 3. Ens, & vnum eſt maximè vniuerſale, ens autem eſt analogum, ergo non requiritur vnitas vniuoca.

Solutio.

Reſp. Ariſt. intelligere, ens eſſe maximè vniuerſale, quia tranſcendit omnia entia: ſicut vniuerſale dicitur diluuium, quia omnes, &c.

SECTIO SECVNDA.

An vniuerſalia ſint reale aliquid, vel ſola nomina.

NOMINALES antiquum quoddam genus philoſophorum ſecuti, putarunt nullum dari vniuerſale in re, ſed eſſe ſola nomina, ſeu mentales conceptus multis communes: ex quo inferunt, quod natura omnis poſsibilis, & rerum eſſentiæ, nullum eſſe reale habeant, præter eſſe obiectiuum in mente diuina.

Nominalium opinio.

Probant primò ſuam ſententiam: Quia non datur cauſa potens producere huiuſmodi entia vniuerſalia, & eſſentias poſsibiles, ergo non dantur à parte rei: nihil enim poteſt eſſe quin ſit productum ab aliquo, alioquin daretur ens omninò independens, quod præter Deum implicat. Anteced. prob. Quia omnis cauſa terminat ſuam actionem in particulare.

Secundò. Vel hæc vniuerſalia ſunt natura aliqua à ſingularibus ſeparata ſubſiſtens; & non, quia eſſet Idea Platonis, quæ implicat: vel eſſent ipſa ſingularia, & neque: Vniuerſale enim, & ſingulare opponuntur: vel quid à ſingularibus diſtinctum; & neqoe, quia ens ſingulare haberet duas eſſentias, vnam quæ eſſet ſingularis natura: alteram quæ eſſet vniuerſalis, quod implicat.

Tertiò. Nullum eſt ens quod in re non ſit particulare: omne enim quod in re eſt, certo & loco & tempore eſt: vniuerſale autem nec loco, nec tempore circumſcribitur, oſtendi enim non poteſt vbinam ſit, ergo in re dari non poteſt eſſentia, & natura vniuerſalis.

Quartò. Sequeretur, quòd Deus non crearet res ex nihilo, nec res in nihilum poſſet reducere, quia ſemper eſſentiæ vel præexiſterent, vel ſupereſſent cùm ſint omnino incorruptibiles.

Quintò auctoritate Ariſt. 7. Metaph. 25. vbi multis probat vniuerſale non eſſe ſubſtantiam, & 1. de Anima 8. ait vniuerſalem animam aut nihil eſſe, aut poſterius eſſe. Auctoritate SS.

D. Thomas.

PP. ac præcipuè D. Th. qui quæſt. 3. de Poten. ar. 5. & alibi ait, rerum eſſentias antequam exiſtentiam accipiant, nihil eſſe: & cùm res creari dicuntur non ſolùm exiſtentiam accipiunt, ſed & ipſummet eſſe, ergo eſſentiæ rerum ex ſe nihil habent reale præter eſſe obiectiuum.

Opinio Realium.

Secunda ſententia eſt omnium rectè philoſophantiũ, qui licèt concedant eſſentias antequã exiſtant, nullum habere eſſe actuale, dicunt tamen eſſe entia realia, poſitiua, & intrinſecè, itaut non ſolùm denominentur poſſibiles à potentia creatoris, ſed ipſæ in ſe vt contrà diſtinguuntur à creatore ſint entia realia: cum qua ſit

Prima concluſio Rerum eſſentiæ ſeu naturæ vniuerſales non ſunt nuda nomina, aut nudi conceptus.

Prob. primò: cùm rerum naturas definimus, & de iis paſsiones demonſtramus, nec nomina definimus, nec de conceptibus tantùm demonſtrationem facimus, ergo rerum naturæ non ſunt nuda nomina. Anteced. prob. Quia rerum ſcientiæ in Ariſt. 1. Metaph. 6. habentur de rebus.

Secundò. Cùm dicimus, Homo eſt ſubſtantia: vel ſenſus eſt, ea res quæ eſt homo eſt ſubſtan- [B] tia: vel ea vox quæ eſt homo, eſt ſubſtantia: ſi primum, ergo vniuerſalia non ſunt tantùm nomina: ſi ſecundum falſum, dicimus, quia illa vox, ſeu conceptus non eſt ſubſtantia.

Tertiò. Cùm dicimus, Eliotropium ſæpè naſcitur in terra pingui, non intelligimus quòd naſcatur hæc vox, quod eſſet ridiculum: neque naſci hoc indiuiduum, quia hoc non ſæpè naſcitur, ſed ſemel: ergo ſignificatur ſæpè naſci Eliotropium in communi, ergo Eliotropium vt ſic eſt aliquid vniuerſale, & reale, & non nuda vox.

Obiectio 1.

Dices, ergo quando naſcitur Eliotropium in horto, naſcitur aliqua natura vniuerſalis rea- [C] lis.

Solutio.

Reſp. neg. Conſeq. ſi intelligatur de vniuerſali in eſſe completo: ſi autem intelligatur naſci quandam naturam, qoæ ſit vniuerſalis ſecundùm eſſe inchoatum: concedo. Quodlibet enim indiuiduum continet naturam vniuerſalem non cum vniuerſalitate, ſed eamdem naturam vniuerſalem factam particularem.

Obiectio 2.

Contrà. Ergo datur vniuerſale, quod & ſimul ſit particulare, & è contrà.

Solutio.

Reſp. ex Conimb. quæſt. 2. Proœm. Quædam eſſe ſingularia per ſe, quædam per accidens: ſingularia per ſe ſunt ea quæ per nomina ſignificantia res ſingulares exprimimus, vt Petrus: [D] ſingularia verò per accidens, ſunt ea quæ exprimimus per nomina non ſignificantia differentias indiuiduales, vt homo. Quare quæ ſunt ſingularia per ſe, non poſſunt eſſe vniuerſalia, nec poſſunt exiſtere naturaliter, niſi ſemel: Quæ verò ſunt ſingularia per accidens, non implicat quin ſint ſingularia ſimul, & vniuerſalia, & ſæpiùs enaſcantur, & generentur, & hac ratione homo quod eſt ſingulare per accidens, & illi accidit eſſe cum hac vel illa indiuiduatione, poteſt pluries eſſe.

Secunda concluſio. Rerum naturæ, & eſſentiæ ſecundùm eſſe poſsibile habent aliquod eſſe reale.

[E] Prob. Rerum naturæ, & eſſentiæ ſecundùm eſſe poſsibile conſideratæ, habent eſſe ante omnem intellectus operationem, ergo ſecundùm eſſe poſsibile conſideratæ, habent aliquod eſſe reale.

Confir. Impoſsibilia diſtinguuntur à poſsibilibus, hoc eſt, non entia ab entibus non ſolùm extrinſecè, & per potentiam creatoris, ſed etiam intrinſecè quia potentia creatoris ſupponit rem non implicare contradictionem, ergo poſsibilia diſtinguuntur ab impoſsibilibus ſecundùm illud eſſe quod habent in ſe nemine cogitante, per quod non implicant contradictionem.

Tertia concluſio. Rerum eſſentiæ, & naturæ

ſen vniuerſale provt eſt in ſingularibus veluti diſperſum, ſiue exiſtentibus, ſiue poſſibilibus, eſt ante omnem intellectus operationem.

Prob. primò. Eſſentia poſſibilis eſt aliquid reale, ergo & hæc eadem in ſingularibus exiſtens eſt quid reale.

Secundò. Cùm dicimus Petrus eſt homo, aliquid affirmamus de Petro: vel ergo ſenſus eſt, Petrus eſt aliquod indiuiduum quod dicitur Petrus, & hoc eſt falſum, quia Petrus non eſt aliud à ſe. Vel ſenſus eſt, Petrus eſt Petrus, & hoc eſſet nugatio, & eſſet falſa, quia ſic non poſſet dici Paulus eſt homo, Vel ſignificat aliquod commune Petro, & Paulo in vtriſque ſingularizatum, & veluti diſperſum, & hoc eſt vniuerſale quod aſſerimus.

Tertiò. Homo, & equus habent aliquod in quu realiter conueniuot, & aliquod in quo realiter differunt, ſed id in quo conueniunt non poteſt eſſe particulare, alioquin per illud potiùs differrent ad inuicem, ergo poteſt eſſe tantùm vniuerſale.

Ad argumenta verò primæ ſententiæ, & ad primum, vniuerſalia habent cauſam, noo vt ſunt ſub vniuerſalitate, ſed vt particularizata, vt dicemus infrà.

Ad ſecundum. Vniuerſalia eſſe ipſas naturas quæ ſunt in ſingularibus: vniuerſale autem, & ſingulare repugnant, ſi accipiantur vniuerſale per ſe, & ſingulare per ſe, non tamen repugnant vniuerſale per ſe, ſingulare per accidens, vt diximus.

Ad tertium. Omne quod eſt, certo & loco & tempore eſt: quod eſt ſingulariter, concedo: quod eſt vniuerſaliter: oego: quæ enim vniuerſalia ſunt, & per ſe ſpectata, nec digito oſtendi, nec loco aut tempore circumſcribi poſſunt: vniuerſalia autem vt ſingularia per accidens conſiderata ſic per accidens ratione ſingularium loco tempore digito circumſcribi, & oſtendi poſſunt.

Ad quartum. Duplex dari eſſe actuale, & poſſibile: creatio eùm dicitur eſſe ex nihilo, & nullum ſupponere eſſe, intelligendum eſt actuale, noo poſſibile id ipſum de annihilatione.

Ad Ariſt. verò reſp. illum citatis in locis argumentari cootra Platonem qui volebat rerum naturas remouere eſſe diuiſum, & ſeparatum à ſingularibus, ad eum modum, quo ſigillum retinet eſſe ſeparatum à ceris, quibus eius imago impreſſa fuerat.

Ad textum allatum ex lib. de Anima reſp. Conn. & Tolet. Ariſtotelem ibi agere de vniuerſali, quales ſunt Ideæ Platonis, & de hoc dicit aut nihil eſt, aut poſterius eſt collectione videlicet facta per intellectum.

Obiectio. Contrà: Vbicumque Ariſt. Platonis Ideas impugnat, ſupponit illas non fieri per intellectum, & per collectionem, ſed eſſe iuxta mentem Platonis extra animam, ſi enim fieri poſſet collectione vniuerſale Platonicum, non differret ab vniuerſali Peripatetico, quod ex eodem colligitur eſſe apertè falſum.

Solutio. D. Thomas. Sueſſanus. Reſp. ergo cum D. Th. Sueſſ. & aliis, Ariſt. ibi agere quidem de vniuerſali Platonico, & de illo dicere aut nihil eſt, aut poſterius eſt, noo collectione ſed cognitione. Proponit enim Ariſt. ibi ſe acturum de anima in communi, & pollicetur vniuerſalis animæ defioitionem; ſi autem daretur Idea animæ ad mentem Platonis, quia illa eſſet intra latitudinem animæ vt ſic, & ſpecies illius, & genus eſſet prius cognitione, quàm ſpecies, ideo Idea illa animæ eſſet poſterior cognitione reſpectu animæ in communi.

Ad D. Th. & PP. reſp. illos locutos fuiſſe de eſſe actuali, non poſſibili.

SECTIO TERTIA.

De cauſa, & ratione formali conſtitutiua vniuerſalis.

SVPPONENDVM *eſt primò*, Formalem ratiooem vniuerſalis non in intellectus abſtractione vt Recentiores nonnulli perperam contendunt: ſed in vnitate, & aptitudine ſeu communicabilitate: cùm enim in definitiooibus oon ponantur niſi rationes formales, & vniuerſale ſit definitum ab Ariſt. per aptitudinem, & vnitatem; vnitas, & aptitudo erit formalis ratio: quod etiam patet, quia ſi vniuerſale careret vnitate, non eſſet vniuerſale, ſed multitudo, & aggregatio plurium rerum, vt lapidum aceruus, quia ex eo quod non eſt formaliter vnus, nec eſt, nec dicitur vniuerſale, ſed cotium congeries. Rurſus, ſi careret aptitudine ad eſſendum in multis, noo eſſet vniuerſale; ſed indiuiduum, & ſingulare ex Ariſt. 4. Metaph. tex. 14. Illud dicitur, quod eſt voum numero, & nulli communicabile, quia non eſt in plura diuiſibile, in quo ab vniuerſali diſtinguuntur. Requiruntur ergo ad vniuerſale vnitas, & aptitudo tanquam ratio formalis.

Formalis ratio vniuerſalis in quo conſiſtat.

Supponendum ſecundò, Abſtractionem ſeu præciſionem naturæ à ſingularibus eſſe conditiooem neceſſariò requiſitam ad conſtitutionem vniuerſalis, intellectus enim mediante ſuo actu quo naturam præſcindit à conditionibus iodiuiduātibus efficit vniuerſale, tribuendo per ipſum actum vnitatem, & aptitudinem naturæ, & ſic iſta præciſio eſt id, quo vniuerſale conſtituitur, non autem eſt id quod conſtituit Sicut enim per contractionem, & indiuiduationem ponitur indiuiſio, & tollitur aptitudo: ſic per abſtractionem aufertur indiuiduatio, & ponitur vniuerſalitas formalis.

Abſtractio & præciſio conditio requiſita ad vniuerſale.

Supponendum tertiò. Cùm dicimus rationem formalem vniuerſalis conſiſtere in vnitate, & aptitudine, abſtractionem verò, & præciſionem eſſe conditionem oeceſſariò requiſitam, quæſtionem eſſe non de re ipſa, ſeu de natura quæ eſt à parte rei, & dicitur vniuerſale fundamentale, ſeu vniuerſale phyſicum, ſed quæſtionem eſſe de ipſa vniuerſalitate, vt ſic, ſeu de formâ illâ quæ facit, & denominat naturam vniuerſalem: & hæc dici ſolet vniuerſale formaliter, & in abſtracto, ſeu vniuerſale logicum.

Quæ vnitas, qualiſue ea ſit, quæ vniuerſalis eſt conſtitutiua.

CVM vnitas ſit ratio conſtitutiua vniuerſalis formaliter, vt hactenus ſuppoſuimus, videndum eſt modò, Quæ ſit hæc vnitas, & qualis. Ideò

Notandum primò, Quòd vnitas non conſiſtit in aliquo poſitiuo, quod addatur ſupra rationem entis, ſed in aliqua negatione, vt latè Suarez in Metaph. diſp. 6. ſect. 2. ex communi DD. ſententia. Eſt enim vnitas indiuiſio ſeu diuiſionis

Vnitas an quid poſitiuum ſuperadditum.

negatio in eo in qoo eſt: Et vnum illud dicitur quud eſt indiuiſum in ſe ac diuiſum à quocunque alio: ſic lapis ille dicitur vnus, quia dum ſuis extremitatibus veluti clauditur à cæteris lapidibus qui ipſe non ſunt, diuiditur.

Vnum numero, eſſentiâ, præciſione.

Tripliciter autem aliquid conſiderari poteſt eſſe indiuiſum in ſe, & diuiſum à quocunque alio, Numero, Eſſenoa, & Præciſione. Vnum numero dicitur illud, quod non eſt diuiſum in plura particularia quæ ſint ipſum, ſic lapis dicitur vnus: vnum eſſeotia ſeu eſſentialiter dicitur illud quod habet ſuam eſſentiam, & ſecundùm illam eſt indiuiſum in ſe, hoc eſt, non eſt in plures eſſeotias diuiſum, & per eandem eſſentiam eſt diuiſum à quocunque alio, quod talem eſſentiam non participat: hoc pacto, Petrus, vt homo diuiditur eſſentialiter ab omni eo quod habet diuerſam naturam. vnum præciſione ſeu ratione dicitur illud quod ab intellectu ſumit ſuam vnitatem, & indiuiſiunem; poteſtque tribui pluribus tanquam inferioribus eo modo quo infrà explicabimus.

Differunt aotem iſtæ vnitates: nam vnitas vniuerſalis conſiſtit in diuiſiooe naturæ in plures eſtentias ſimiles ſeu naturas ſub eodem nomine, & ratione particularizatas cum aptitudioe, vt in eas diuidi poſſit, ita vt indiuiſio, & vnitas ſint in ipſa natura vniuerſali actu, diuiſio verò, & pluralitas ſint io ipſa potentiâ. Vnitas indiuidualis, ſeu numerica non ſolùm dicit indiuiſiooem actu, ſed etiam potentiâ in plura quæ ſit talis, quale eſt ipſum iodiuiduum, & hæc dicitur indiuiſio in entitate. Vnitas verò formalis differt ab vtroque; nam quamuis illa aptitudu ad plura ipſi non repugnet, non tamen illam requirit, vnde in Deo poteſt intelligi vnitas formalis cum incommunicabilitate ad plures naturas, & hæc dicitur indiuiſio in prædicatis eſſentialibus.

Natura tripliciter conſiderari poteſt.

Notandum ſecundò. Secundùm hanc triplicem vnitatem poteſt tripliciter natura quælibet conſiderari. Primò prout eſt omninò contracta per differentias indiuiduales, ſeu hæcceitatem, & hæc dicitur vna numero. Secundò: ſecundùm ſua prædicata eſſentialia, genus videlicet, & differentiam, & hæc dicitur vna eſſeotialiter, & formaliter; ſicut vnitas eſſentialis vocatur etiam formalis. Tertiò, vt præciſa, & abſtracta à conditionibus indiuiduantibus exiſtens tamen in intellectu illam conſiderante, & præſcindente, & hæc dicitur vna vnitate præſciſionis. Per primam vnitatem vnum indiuiduum diſtinguitur ab alio eiuſdem naturæ, & dicit negationem diuiſionis in plura indiuidua eiuſdem naturæ. Per ſecundam, vnum indiuiduum diſtinguitur formaliter ab indiuiduo alterios naturæ, ac dicit negationem diuiſionis in plures naturas. Per tertiam verò omnia indiuidua conueniunt in ſpecie vniea, & omnes ſpecies in vno genere.

Notandum tertiò. Certum eſt à parte rei dati vnitatem numericam: Petrus enim eſt hic numero vnus, & non alius per ſuam entitatem numericam, & vnitatem indiuidualem: Rurſus ex dictis præcedenti ſectione certum eſt dari vnitatem formalem ſeu eſſentialem in rebus nullo intellectu cogitaote, per quam res ſit eſſentialiter diſtincta à quolibet alio quòd noo ſit ipſa eſſentialiter: Animal enim rationale non eſt diuiſum eſſentialiter, & ideò vnum eſſentialiter, cùm vnitas non ſit niſi carentia diuiſionis,

A vt diximus: Ita etiam ſicut Petrus quia non eſt diſtinctus ſed vnus numero, caret diuiſione numerali, ita etiam caret diuiſione eſſentiali, quia non eſt à Paulo diſtinctus, & diuiſus eſſentialiter.

Nec valet dicere, Paulus eſt vna eſſeotia, & Petrus eſt alia eſſentia, & Petrus, & Paulus ſunt diſtincti, ergo & eſſentiæ diſtinctæ: Nam hoc tantùm probat eſſeotias eſſe diſtinctas, non eſſentialiter, ſed numericè, eo modo quo diſtinguuntur inter ſe indiuidua eiuſdem naturæ, quæ diſtincta ſunt realiter, & materialiter, & ſecundùm entitatem, non verò eſſentialiter. Demum hoc ipſum patet, quia quæ ſunt ſimilia habent
B vnitatem inter ſe ex 5. Metaph. tex. 20. Sed Petrus, & Paulus ſunt ſimiles in oatura, ergo habent aliquam vnitatem in eadem natura: hæc autem eſt vnitas eſſentialis quæ etiam formalis dicitur, prout ab eadem forma reſultat. His adnotatis,

Difficultas nunc eſt, quænam vnitas conſtituat vniuerſale formaliter, & cùm certum ſit non poſſe conſtitui per vnitatem iodiuidualem, vt patet cùm de ratione vniuerſalis ſit communicabilitas, & aptitudo eſſendi in pluribus tanquam in ſuis inferioribus, de ratione verò vnitatis indiuidualis incommunicabilitas: Ideo ſu-
C pereſt difficultas tantùm de vnitate formali, & præſciſionis, An videlicet ad vniuerſale formaliter ſufficiat vnitas formalis, an præſciſionis, & opus intellectus. Ideò

Punctus difficultatis.

Notandum quartò: Indiuidua omnia quæ conueniunt in natura aliqua, & ſunt vnum vnitate formali ſeu eſſentiali, noo eſſe vnum verâ, & perfectâ vnitate commuoi à parte rei, ſed tantùm fundamentaliter. Ratio eſt, quia hæc vnitas in qua dicuntur plura indiuidua eſſe vnum à parte rei non dicit indiuiſionem realem in entitate ita, vt naturæ ipſæ ſingulorum ſint identificatæ inter ſe, & habeant vnam entitatem eſſenoæ in qua confluat vnitas realis à parte rei, eo modo quo accidit in Natura Diuina quæ eſt
D in tribus perſonis, & eſt vna entitas in omnibus, & ideo tres Diuinæ Perſonæ veram habent vnitatem in eſſentia ſingulari quamuis inter ſe diſtinctæ ſint in ratione perſonæ: hoc autem in rebus creatis eſſe noo poteſt, quia ſicut qood eſt indiuiduum eſt diſtinctum à quolibet, ita & natura cuiuſcunque eorum eſt diſtincta à qualibet, & eorum eſſentia ab inuicem ſeparata non in ratione eſſentiæ formali & eſſentiali, ſed in ratione eſſentiæ realiter, & entitatiuè: ex quo patet cùm indiuidua noo habeant inter ſe omnimodam identitatem, neque veram habent ac realem vnitatem, quæ per ſe, & perfectè vnitas ſit, ſed quæ tantùm inchoatiuè, & fundamentaliter vnitas vocari poſſit. Quare ſit
E *Prima concluſio*: Vnitas formalis non ſufficit ad vniuerſale formale: ſeu quod idem eſt: Vniuerſale formale non eſt à parte rei.

Prob. Vniuerſale enim concipimus, concipimus plures naturas diuiſas identificatas ad modum vnius, & tanquam ſingulare quoddam exiſtens in pluribus, & aptum prædicari de pluribus, ergo vnitas formalis non ſufficit ad vniuerſale formale, ſed requiritur natura vna in entitate: Ant. prob. In entitate enim vniuerſalis non cõcipimus pluralitatem entitatum, & naturarũ, ſed omnimodam vnitatem, hoc non habent indiuidua à parte rei. Conſeq. prob. Vnitas enim

formalis ſeu eſſentialis eſt vnitas diſperſa in ſingularibus, & in indiuiduis particularizata, ergo, &c.

Prob. ſecundò. Natura vniuerſalis debet eſſe intrinſecè & realiter conſtitutiua ſuorum particularium, quæ ſunt vnum in ipſa natura: ſed natura humana prout tantum habet vnitatem formalem non eſt intrinſecè conſtitutiua ſuorum particularium, ergo vnitas formalis non ſufficit ad conſtituẽdum vniuerſale. Mai. prob. Quia ſi reſpectu & Petri & Pauli daretur aliqua natura in re verè vna, deberet vtrumque realiter conſtituere, alioquin non eſſet verè vna. B Min. etiam prob. Quia natura humana prout dicit vnitatem formalem nil aliud dicit niſi naturam particularizatam & diuiſam in Petro & in Paulo, & non dicit naturam quæ eſt conſtitutiua Petri eſſe realiter conſtitutiuam Pauli, cum natura Petri non poſſit realiter conſtituere Paulum: ergo natura humana prout tantùm dicit vnitatem formalem, non eſt conſtitutiua realiter & intrinſecè ſuorum inferiorum, ergo non ſufficit ad conſtituendum vniuerſale formale.

Dices. Licèt natura Petri ſecundùm ſe conſiderata non conſtituat Paulum, & in vtriſque diuiſim ſumptis non ſit vna & eadem natura realiter, nec habeat vnitatem ſufficientem ad conſtituendũm vniuerſale, tamen natura Petri prout C comparatur ad naturam Pauli, dicit quandam vnitatem, & conuenientiam quæ ſufficit ad conſtitutionem vniuerſalis.

Contrà. Vnitas vniuerſalis in hoc differt à ſingularibus quia ſingularia habent inter ſe diuiſionem actu, indiuiſionem in potentia, in ordine videlicet ad intellectum qui poteſt illa omnia vt vnum concipere: Vniuerſalis verò vnitas habet indiuiſionem actu, diuiſionem in potentia. Sed natura Petri & natura Pauli etiam ad inuicem comparatæ dicunt actualem diuiſionem; quia licèt conueniant, tamen actualiter diuiduntur, ergo non ſunt perfectè vnum. Vnitas autem vniuerſalis quia eſt intrinſecè conſtitutiua ſuo- D rum particularium, eſt perfectè vna, & non conſtituitur per diuerſas entitates perfectè diſtinctas, ſed per vnitatem quæ dicat indiuiſionem actualem.

Dices. Illas naturas Petri & Pauli eſſe diuiſas tantum ratione indiuiduorum, ſunt tamen inter ſe indiuiſæ in ratione naturæ in qua verè conueniunt.

Contrà. Cùm dicis naturas illas eſſe diuiſas ratione indiuiduorum, non ratione naturæ. Vel intelligis illam diuiſionem non peti ex intrinſeca ratione naturæ: & hoc eſt impertinens, quia non quærimus nunc qua ratione conueniat naturæ huiuſmodi diuiſio, ſed tantùm an ſit diui- E ſa. Vel intelligis naturas illas in ſua entitate non eſſe diuiſas: & hoc eſt falſum, quia natura realis Petri, vt eſt entitas quædam, eſt diſtincta realiter ab entitate Pauli.

Confir. Vel natura quæ eſt in Petro eſt eadem quæ eſt in Paulo; vel diuerſa: non eſt eadem realiter, quia Petrus & Paulus non ſunt idem inter ſe, ergo diuerſa, ergo non ſunt vnum à parte rei, & formaliter: omnia enim quę ſunt vnum à parte rei, per formalem & completam vnitatem, habent realem coniunctionem & identitatem præſertim in creatis.

Dices: Eſſe vnum in natura non tamen realiter.

A Contrà. Quia hoc non eſt eſſe vnum vnitate quæ dicat indiuiſionem formaliter & completam, ſed tantùm fundamentaliter: nil enim aliud eſt Petrum habere eamdem naturam cum Paulo, quam illos habere ſimilem naturam, hoc autem nõ facit niſi vnitatem fundamentalem, quæ ſit talis vt poſſit concipi per modum perfectæ vnitatis vniuerſalis quæ fit per intellectum.

Confir. Quia ita vnus eſt Petrus cum Paulo qui poteſt eſſe, & nunquam erit quàm cum Franciſco qui iam eſt, ſed Petrus cum Paulo poſſibili non ſunt vnum à parte rei, quia duo non poſſunt eſſe idem à parte rei niſi ſimul exiſtant, B ſeu ſint ſimul poſſibiles, ergo neque erit vnum cum Franciſco actu. Maior prob. quia tam poſſibile, quàm exiſtens eadem prædicata quidditatiua participant, ergo eodem modo vnum.

Vltimò. Entitas naturæ humanæ multiplicatur à parte rei, ergo & vnitas. Anteced. patet quia dantur plures homines realiter, ergo datur pluritas realis entitatũ. Conſeq. prob. Ens & vnum ſunt idem realiter, multiplicatur entitas, ergo multiplicatur vnitas, ergo Petrus & Paulus non ſunt omnino idem in ratione naturæ.

Secunda concluſio. Vniuerſalis vnitas non fit niſi per abſtractionem & præciſionem intellectus: ſeu ad vniuerſale formaliter neceſſariò re- C quiritur vnitas præciſionis: Pro explicatione

Notandum eſt. Abſtrahere aliquid ab alio nil aliud eſt niſi ſeparare vnum ab alio: quod dupliciter poteſt contingere: Realiter, vt cùm lignum ſeparatur à ligno, forma à materia. Vel per intellectum, cùm vnum conſideratur ſine alio, vt cùm concipimus riſibilitatem in homine non concipiendo quod ſit animal. Hoc poſito, facilè intelligitur quomodo Vniuerſale ab intellectu concipiatur. Accedit enim intellectus ad plura indiuidua, hominum v.g. & concipiendo naturam humanam, quæ eſt in Petro & Paulo in qua conueniunt, non concipit eorum conditiones indiuiduantes, quibus differunt; vt ſic D autem concepta, non eſt ipſa natura particularizata, nec determinata: quia determinatio naturæ ſpecificè eſt per coniunctionem indiuiduationis à qua non ſeparatur natura cùm concipitur particularis, ſed vna non magis vnius quàm alterius. quare ea quæ erat diuiſa & facta iſtius vel alterius opere intellectus, fit non magis huius quàm illius, & fit communis & indeterminata ad omnes, & hoc eſt fieri vniuerſale per intellectum quod ſit omnimodè vnum omnem excludens diuiſionem. Quod autem dicimus de natura ſpecifica reſpectu indiuiduorum, idem intelligendum eſt de natura generica reſpectu ſpecierum, quando videlicet concipitur gradus E genericus non conceptis differentiis. Ita autem explicata propoſitio, Vniuerſale videlicet fieri per intellectum,

Abſtrahere quid

Prob. primò. Non eſt completum vniuerſale à parte rei in ſingularibus, nec omnimodam habet vnitatem, ergo ſolum completur per intellectum. Anteced. patet ex dictis concluſione præcedenti.

Secundò. Vniuerſale completum debet excludere determinationem ad vnum, & includere in ſuo formali conceptu indeterminationem. Animal enim v.g. ad hoc vt concipiatur vt vniuerſale, debet concipi vt quid à ſingularibus omnino abſtractum, & ad quamlibet ſpeciem ſeu indiuiduum indeterminatum, alioquin non erit

omnino vnum & vniuerſale, ſed hoc non habet niſi abſtractum per intellectum, ergo vnitas vniuerſalis nnn ſit niſi per intellectum. Min. prnb. Quia animal à parte rei & homo ſeu humana natura eſt in hoc & in illn indiuiduo, quare eſt determinata ad hoc vel illud, ergo vt nullomodo ſit determinata, debet abſtrahi ab illis, hoc autem fieri onn poteſt realiter, ergo per intellectum.

Obiectio. 1

Dices. Natura humana etiam à parte rei ſpectata eſt diſtincta à cnnditionibus indiuiduantibus, & vt ſic eſt indeterminata, ergn non includit determinationem, ergo completè eſt vniuerſalis.

Solutio.

Reſp. Tranſeat Anteced. de quo forſitam in Metaph. Neg. vtraque conſequentia, nam natura illa à parte rei eſt determinata ad ſuum indiuiduum, & ſi eſt in Petro eſt determinata ad Petrum, ita vt ſit impoſſibile naturam illam determinatam ad Petrum ſimul conſtituere Paulum, cùm non poſſit eadem natura numero eſſe in pluribus indiuiduis & perſonis. Licèt ergo admittatur quòd natura diſtinguatur realiter à conditinnibus indiuiduantibus, quia iam in ſe, & quoad entitatem, vt ſuprà dixi, eſt particularizata & ſingularis, & nnn poteſt exiſtere niſi ſingularis, nullo pacto erit vniuerſalis.

Tertiò prob. auctnritate Ariſt. qui pluribus in locis, ac præſertim 2. de Anima tex. 6. & 1. Poſter. tex. 33. 39. & 43. vbi habet, Vniuerſale abſtrahi à ſingularibus.

D. Thomas.

Tandem etiam patet auctoritate D. Th. de Ente & Eſſent. & omninm Thomiſtarum, exceptis Scoti ſectatoribus & Recentioribus nonnullis, qui ſi vel difficultatem ipſam vel etiam Scotum expendiſſent intimiùs, nec nominum quæſtionem adſtruerent, nec à communi rectè philoſophantium ſchola abhorrerent. Scotus enim in 2. Diſtinct. 3. quæſt. 1. & alibi nil aliud intendere videtur quàm vnitatem formalem in rebus, quam nos vltro conceſſimus, & à nnſtra ſententia tantùm vocibus differt.

Afferuntur argumenta in contrarium, & ſoluuntur.

PRÆCIPVÆ rationes quas pro Scoto Recentiores nonnulli adſtruere conantur, eæ ſunt quas ſuprà retigimus cùm de vniuerſali fundamentali, & de vnitate formali quam natura habet à parte rei: quod videlicet Petrus & Paulus non differunt in ratione naturæ, & quia natura eſt vna eſſentialiter à parte rei, quare & vna, &c. Sed hæc omnia non probant niſi vnitatem formalem, non vniuerſale formale dari à parte rei: tamen hoc ipſum

Probari poteſt primò. Homini quatenus homo eſt nnn repugnet vt ſit in multis & à parte E rei habet vnitatem fnrmalem, ergo à parte rei eſt vniuerſalis. Mai. quoad ſecundam partem patet, quoad primam prob. ſi homini quatenus homo repugnaret eſſe in multis nnn poſſet à parte rei eſſe in multis, ſed eſt in multis, ergn onn repugnat homini quatenus homn eſt eſſe in multis.

Secundò. Cuicunque conuenit actus debet conuenire potentia: huic v. g. conuenit videre, conuenit etiam poſſe videre. Sed naturæ humanæ nemine cogitante conuenit eſſe in pluribus, ergo poſſe in pluribus. Sed poſſe eſſe in pluri- A bus proprium eſt vniuerſalis, ergo, &c.

Confir. Quia verè à parte rei eſt vera iſta propoſitio, Petrus eſt homn, Franciſcus eſt homo: ſed hnmo nnn ſupponit pro ſingulari, ergo pro vniuerſali, ergo datur homo vniuerſalis.

Tertiò. Obiectum ſupponitur à potentia ſic viſibile ab oculo, ſed ex 1. Phyſ. tex. 50. Vniuerſale eſt nbiectum intellectus, ergo antequam concipiatur ſupponitur.

Quartò: à parte rei natura humana eſt communicabilis pluribus, in quo conſiſtit ratin vniuerſalis, ergo eſt vniuerſalis. Anteced. prob. Quia indiuidua multiplicantur, ſed hæc non poſſunt multiplicari, niſi illis natura communicetur, quod totum ſit nemine cogitante.

B Quintò. Eſſentiæ ſunt æternæ & vniuerſales, ergo vniuerſale ſine opere intellectus.

Sextò. Ideò non poteſt dari vniuerſale reale quia non poteſt dari vnum ens quod ſit verè & realiter vnum in pluribus, ſed hoc eſt falſum, ergo. Min. prob. Omnis realatio realis, quæ non eſt niſi inter plura, debet habere fundamentum reale, ſed dantur realationes reales, quarum fundamentum eſt vnitas inter plura, ergo datur ens quod ſit vnum in pluribus, ergo & vniuerſale.

Ad primum Neg. conſequ. Vt enim natura non ſit vniuerſalis non eſt neceſſe vt quatenus talis & ſecundùm ſua eſſentialia poſcat repugnantiam ad eſſendum in multis, vt videtur argumentum ſupponere; ſed ſufficit ſi à parte rei C hnmini repugnet eſſe in multis: licèt ergo homini quatenus homo non repugnet eſſe in multis, tamen realiter & à parte rei non ſit vniuerſalis: ſicuti licèt per ſe natura humana ſecundùm ſua prædicata eſſentialia non generetur nec producatur, ſimpliciter tamen producitur non ratione ſui, ſed ratione indiuidui exiſtentis: ita quamuis per ſe non dicat repugnantiam ad eſſendum, in multis tamen vt eſt à parte rei repugnat illi eſſe in multis, nam eſt indiuiduata.

Ad ſecundum: Eo modo quo conuenit actus conuenit & potentia: à parte rei autem non conuenit naturæ vt vni realiter eſſe in multis, D ſed pluribus naturis diſtinctis eſſe in multis indiuiduis; cuilibet ergo quæ actu eſt in vno conuenit poſſe eſſe in illn, ſed quoniam vna natura ſub ratione communi non eſt in multis, nec debet eadem natura poſſe eſſe in multis.

Ad confir. Si propoſitiones ſunt, iam ſupponunt opus intellectus & ſupponunt hominem vt ſpeciem & factum iam vniuerſale: quare implicat in terminis dicere propoſitionem & non includere npus intellectus.

Obiectio 1.

Dices. Propoſitiones non ſupponunt hominem vniuerſalem. Prob. quia id ſupponũt quod prædicant, ſed non prædicant vniuerſale, ergo, &c. Min. prob. Quia vniuerſale includit naturam cum indifferentia, ſed natura cum indifferennia non prædicatur, ergn, &c. Prob. Min. Id prædicatur quod eſt in inferinribus, ſed in inferinribus non eſt natura indifferens, ergo natura indifferens non prædicatur.

Solutio.

Reſp. quando affirmamus vniuerſale de inferinribus, nos non affirmare illam naturam eſſe in illis cum modo indifferentiæ quam haber, ſed tantùm prædicam quidditatiua abſtrahendo ab omni modo: quare in illa prædicatione prædicatur vniuerſale cum illo modo, id eſt vniuerſale habens illum modum, non tamen vt dicēs illum modum, neque enim vt ſic eſt in in-

ſerioribus. Ex quo vlterius patet, licèt prædicata naturæ in inferioribus ſint diuiſa, vt prædicata hominis in Petro & Paulo, non tamen prædicate nos naturam vt diuiſam, ſed illam quæ eſt vna in mente & diuiſa à parte rei.

Obiectio 1. Dices: Tota natura eſt in Paulo, ergo eadem non eſt in Franciſco. Conſeq. prob. Quia qui dicit totum nil relinquit.

Solutio. Reſp. Licèt Paulus participet totam naturam non tamen adæquatè; per conditiones enim indiuiduantes Paulus non acquirit ſuum terminum adæquatum, qui illam poteſt terminare, ſed inadæquatum: quare poteſt eſſe in alio. Adæ- B quatus enim terminus naturæ humanæ ſunt omnia indiuidua quibus communicari poteſt; ſicut adæquatus terminus materiæ ſunt formæ omnes quas eſſentialiter reſpicit.

Ad tertium. Eodem modo quo diximus de ente rationis. Obiectum enim ſupponitur à potentia quandocunque non fit ab eadem potentia: modò vniuerſale formale fit ab eadem potentia, ideo non ſupponitur: Quare de obiecto reali concedo mai. de obiecto quod ſit ens rationis nego, cuiuſmodi eſt vniuerſale, ideo, &c.

Ad quartum. Diſting. Anteced. Si per illam naturam pluribus communicabilem intelligatur vna natura quæ tanquam quid indifferens & ſuperius ſit communicabilis pluribus inferioribus. Neg. Anteced. Quia hoc non niſi per opus intellectus. Si verò intelligatur quod vni naturæ particularizatæ non repugnet producere aliam naturam particularem ſibi ſimilem, & diſtinctam realiter; concedo: Sed illa non erit formaliter vniuerſalis, quia iſta communicabilitas non eſt communicabilitas ſuperioris naturæ quæ ſit verè vna ad inferiora, ſed non repugnantia eiuſdem naturæ indiuiduatæ ad producendum ſibi ſimilem: Communicabilitas ergo vnius naturę particularis ad producendum ſibi ſimilem non ſufficit ad vnitatem vniuerſalem, ſed requiritur vt ſit communicabilitas naturæ ſuperioris ad inferiora; naturæ, inquam, quæ ſit verè vna vt generis ad ſpecies, ſpeciei ad indiuidua, quę non reperitur in natura humana à parte rei. Sed de hoc meliùs infrà.

Ad quintum & ad min. Eſſentię ſunt vniuerſales fundamentaliter, concedo: formaliter, nego: & ratio eſt, quia eſſentię prout ſunt poſſibiles vel non abſtrahunt à conditionibus indiuiduantibus, & ſic non ſunt vniuerſales formaliter, ſed ſunt indiuidua poſſibilia, quia quicquid eſt poſſibile non abſtrahens à conditionibus indiuiduantibus indiuiduum eſt. Vel abſtrahunt: & tunc peto vel abſtrahunt à parte rei, vel per intellectum: non à parte rei quia eſſentię non ſunt poſſibiles ſine conditionibus indiuiduantibus, eo enim modo quo fiunt ſunt poſſibiles, ergo poſſibiles erunt cum conditionibus poſſibilibus. Si per intellectum, ergo ſunt vniuerſales per operationem mentis quod nos intendimus: ante enim intellectus operationem nunquam reperitur eſſentia aliqua quę ſit verè vna participabilis à multis, ſed ſunt multa indiuidua quæ fieri poſſunt, ſicut enim eſſentia in actu à parte rei non abſtrahit ab indiuiduis, ita neque in potentia, ſed in vtroque ſtatu tum vt exiſtens tum vt poſſibilis illa in ſe indiuit, atque ideo non dicit omnimodam indiuiſionem, &c.

Ad ſextum neg. min. Ad prob. Et dari relationes reales & fundamentum nonnunquam

A eſſe vnitatem realem quæ ſit inter plura vltrò concedimus. Quod dicimus, eſt vnitatem illam non dicere omnimodam indiuiſionem, ſed neceſſariò includere pluralitatẽ extremorum, quæ pluralitas à perfecta vnitate quæ vniuerſali tribuenda eſt neceſſariò ſecludenda, vt iam patet ex iis quæ ſuprà diximus.

Sectio Quarta.

De Aptitudine prout eſt ratio formalis conſtitutiua vniuerſalis, quid, qualis & quotuplex ſit.

HACTENVS de vnitate, mox de aptitudine ſic ea quæ ad rationem formalem vniuerſalis pertinere videntur expediemus. Ideo

Supponendum eſt, aptitudinem nil aliud importare quàm communicabilitatem naturæ: vnde illa natura dicitur apta ad eſſendum in pluribus, quæ pluribus poteſt communicari. Hæc autem communicabilitas ſeu aptitudo eſt duplex Logica & Phyſica communicabilitas, ſeu aptitudo Phyſica eſt illa qua natura quælibet per generationem multiplicatur. Communicabilitas Logica eſt qua natura præciſa à pluribus ſpe- C ciebus vel indiuiduis per intellectum ſit communis. Differunt ad inuicem, quia illa ſemper eſt cum diuiſione & multitudine, vt patet in natura humana multiplicata & diuiſa in plura indiuidua, nullam in ſe retinens completam vnitatem; Logica verò aptitudo quæ reperitur in natura per intellectum ſtat cum omnimoda indiuiſione & vnitate, natura enim præciſa eſt tantùm per intellectum vna in omnibus inferioribus. Hoc ſuppoſito ſit

Aptitudo quid?

Aptitudo Logica & Phyſica.

Prima concluſio. Aptitudo phyſica naturæ ad eſſendum in multis conuenit naturæ per non repugnantiam poſitiuam & realem. Eſt contra Suarez diſp. 6. ſect. 4. num. 2. & 6.

D Prob. Natura v. g. humana realiter & poſitiuè & omnino independenter ab intellectu in pluribus à parte rei multiplicatur & diuiditur, ergo poſſe tali modo multiplicari & diuidi, eſt etiam in ea quid reale & poſitiuum. Conſequ. prob. Qualis eſt actus, talis eſt potentia tali actui correſpondens, ſed natura actu poſitiuo multiplicatur, ergo in potentia eſt poſitiuè multiplicabilis.

Prob. ſecundò. Plura indiuidua poſſe ſub eadem ſpecie multiplicari non eſt opus intellectus, ſed prouenit ex ipſa natura realiter, ergo & aptitudo eſſendi per ſe conuenit ipſi naturæ. Conſequ. prob. Nam eſt idem indiuidua poſſe E ſub eadem ſpecie multiplicari & naturam ſpecificam poſſe illi communicari. Anteced. prob. Ideò enim natura Angeli non poteſt ſecundùm multos communicari, quia ex ſe non eſt poſitiuè & realiter, ſecundùm ipſos multiplicabilis, ergo quod poſſit multiplicari quælibet natura prouenit ex poſitiua & reali non repugnantia, non ex operatione intellectus.

Reſp. Suarez, & conceſſo Anteced. Diſting. Conſeq. Aptitudinem videlicet eſſendi in multis conuenire ex ſe: duplicem enim ait dari poſſe aptitudinem, Proximam nimirum & Remotam, Aptitudo proxima eſſet quæ à nobis conciperetur præciſa ab omnibus differentiis contrahentibus per modum cuiuſdam capacitatis actuabi-

lis per differentias, & hoc modo negat conſequ. quia ad hoc vt indiuidua poſſint in re multiplicari non eſt neceſſaria talis capacitas quæ realiter præcedat in natura, ſed ſufficit vt in indiuiduis nulla ſit proprietas ratione cuius repugnet illis habere alia ſimilia: Aptitudo autem Remota eſt quædam capacitas, ſeu proprietas naturæ qua illi non repugnat multiplicatio indiuiduorum intra eamdem ſpeciem, & hoc modo concedit conſequentiam & dari huiuſmodi aptitudinem, ſed ait hanc aptitudinem non eſſe poſitiuam aliquam proprietatem communem, ac ſi eſſet quædam potentia actuabilis, ſed ſolùm perfectio & limitatio naturæ. Ex quo primo infert hanc aptitudinem poſſe reperiri non ſolùm in natura communi, ſed etiam in quolibet indiuiduo in particulari. Secundò infert hanc aptitudinem nihil aliud eſſe quàm vnū indiuiduum non habere repugnantiam ad poſſe habere aliud ſibi ſimile in ſpecie. Tertiò infert in multiplicatione indiuiduorum in re multiplicationem illam nil aliud eſſe quàm aſſimilationem quamdam naturæ inter ipſa indiuidua, nec ſupponere aliud quàm non repugnantiam habendi alia ſimilia. Hæc omnia ex Suarez ſect. 4. num. 12. & 13.

Sed anguſta nimis reſponſio ne dicam æquiuoca & parum vera. Per capacitatem enim & aptitudinem naturæ vt poſſit pluribus communicari & in indiuiduis multiplicari, intelligimus quidem naturalem conditionem ipſius naturæ ſecundùm quam eſt poſitiuè multiplicabilis ſicut de facto poſitiuè multiplicatur. Neque ad hoc requiritur vt natura in aliqua temporis differentia ante omnem multiplicationem realiter exiſtat tanquam ſeſe diffundens multis per modum ſuperioris aptitudinis naturę alicuius communis, hoc enim ex omnium ſententia non requiritur, ſed ſufficit quod ipſa ante omnem indiuiduationem in intrinſecis & eſſentialibus per ſe & independenter ab omni intellectu talem multiplicationem requirat per aliquod reale poſitiuum per quod illi non repugnet multiplicari.

Atque in hac reſponſione duo præcipuè docet Suarez, quæ mihi omnino falſa videntur. Primum eſt, dum ait talem aptitudinem & multiplicationem ſufficere quod nulla ſit in indiuiduis proprietas ratione cuius repugnent eis talia ſimilia, quod manifeſtum fit.

Primò. Non enim natura humana v. g. poteſt multiplicari in Paulo quia exiſtit Petrus cui non repugnat habere indiuiduum ſibi ſimile in natura, ſed potiùs econtrà, ideo non repugnat Petro habere alium ſibi ſimilem natura, quia ipſi naturæ ſecundùm ſe non repugnat poſſe multiplicari. Quod ſic oſtenditur. Vera eſt iſta cauſalis, ſi natura humana ex ſe non eſſet pluribus cōmunicabilis, & in illis multiplicabilis, communicata Petro non poſſet Paulo communicari, ergo quòd communicata Petro poſſit Paulo communicari non prouenit ex coexiſtentia Petri, ſed hoc ſupponitur potiùs conuenire naturæ ex ſe etiam antequam Petro communicetur.

Confir. primò. Ablato quocunque indiuiduo ſiue per diuinam potentiam, ſiue per intellectum, natura humana v. g. eſt de ſe pluribus communicabilis, & in iis multiplicabilis, natura autem Michaëlis minimè ſecundùm aliquos, ergo ſignum eſt, hoc formaliter non prouenire ex compoſſibilitate & coexiſtentia vnius indiuidui cum alio, ſed ex natura ſecundùm ſe.

Confir. ſecundò. Cùm duo ſint in quolibet indiuiduo, indiuiduatio videlicet, & natura: peto à quo habet indiuiduum vt illi non repugnet habere ſimilem in natura: non ab indiuiduatione quia per indiuiduationem Petrus eſt diſſimilis Paulo, & natura Petri redditur incommunicabilis, ergo hoc prouenit à natura ſecundùm ſe; & non ideo natura humana eſt multiplicabilis, quia vni indiuiduo non repugnat aliud ſimile, ſed quia natura eſt de ſe multiplicabilis per non repugnantiam poſitiuam.

Secundum, quod docet Suarez ibidem eſt inſuper falſum quod cōmunicatio naturæ & multiplicatio indiuiduorum in re aliud non eſt quàm aſſimilatio & conuenientia quædam inter indiuidua.

Prob. Nam actio qua indiuiduum naturæ humanæ producitur eſt vera generatio per ſe primò inſtituta & ordinata ad communicationem naturæ & realem multiplicationem eiuſdem: aſſimilatio autem eſt quid conſequens & reſultans ex multiplicatione & communicatione reali ipſius naturæ; ergo multiplicatio indiuiduorum non eſt formaliter aſſimilatio.

Confir. Formalis terminus dealbationis non eſt aſſimilatio alborum, ſed ipſum album quod de nouo fit, aſſimilatio autem reſultat: ergo & à pari formalis terminus multiplicationis & communicationis naturę non eſt aſſimilatio, ſed natura quæ producitur de nouo, aſſimilatio verò tantùm quid conſequens.

Coroll. Maneat ergo aptitudinem ad eſſendum in multis cum diuiſione & multitudine, quæ dicitur aptitudo phyſica, conuenire naturæ non per non repugnantiam negatiuam, ſed per non repugnantiam realem & poſitiuam, cùm iſta multiplicatio ſit conformis eſſentiæ & naturæ quæ phyſicè multiplicatur, vel eſt à parte rei multiplicabilis.

Obiectio 1. Dices: Si iſta aptitudo eſt proprietas conſequens naturam ante omnem indiuiduationem, eſt ergo à natura inſeparabilis, ergo natura quælibet vt exiſtens & indiuidua erit multiplicabilis, ſeu habebit hanc non repugnantiam quod implicat.

Solutio. Reſp. Argumentum eſſe fallax & fieri tranſitum à ſimpliciter ad ſecundùm quid: omnirum à natura ſecundùm ſe, ad naturam exiſtentem & particularem, & ideò conceſſo Anteced. & prima conſeq. qua dicitur aptitudinem & non repugnantiam ad multiplicari eſſe inſeparabilem, negatur vltima conſequ. Illa enim reduplicatio non cadit ſupra naturam vt ſic, ſed ſupra naturam indiuiduam, quare ſi ſic formatur ſyllogiſmus; ergo natura quælibet exiſtens vt natura eſt, & non vt indiuidua, eſt multiplicabilis, ſic totum concederemus.

Obiectio 2. Vrgebis. Natura ſecundùm ſe, ſecundùm ſuam entitatem, & vnitatem formalem, eſt vna à parte rei omnino contracta, & particularis, ergo etiam ſi conſideretur ſecundùm ſe non poterit habere illam non repugnantiam ad poſſe multiplicari.

Solutio. Reſp. neg. conſeq. Licèt enim natura à parte rei ſit indiuidua per conditiones indiuiduantes, vel etiam ſit particularizata per ſuammet entitatem, tamen adhuc verum eſt quod illa contractio, ſiue per conditiones indiuiduantes, ſiue per ſuammet entitatem eſt naturę vt ſic extrinſeca,

ſeca, vnde intelligitur aduenire naturæ ſecundùm ſe, & veluti accidere; & ideò ſemper verum manet naturâ particularizatam non vt particularis eſt, ſed vt natura eſt, habere hanc non repugnantiam & communicabilitatem ſicut naturæ humanæ particulari non vt particularis eſt, ſed vt natura humana eſt, conuenit rationalitas; & ſicut eſſe rationale habet naturâ ex ſe ante omnem indiuiduationem, ita & eſſe communicabile.

Conf. primò. Hæc reſponſio ex ipſomet Suarez, qui dum noſtram ſententiam impugnare nititur ſibi ipſi aduerſatur. Etenim ſect. 4. num. 10. ait quod natura etiam prout in re exiſtens, ex vi ſuæ vnitatis formalis non eſt indiuidua, aut incommunicabilis, ſed hoc illi conuenit ex vi ſuæ vnitatis indiuidualis; vnde ſubdit incommunicabilitatem prouenire ex indiuiduatione, communicabilitatem ex natura. Hæc Suarez quibus nil apertius contra ſe ipſum afferre poterat.

Confir. ſecundò. Tota ratio cur Suarez dicebat non poſſe per ſe competere naturæ, hanc non repugnantiam poſitiuam, erat, quia natura prout in re exiſtens, eſt indiuidua: ſed ſecundùm ipſummet Suarez ibidem natura prout in re exiſtens ſecundùm ſuam formalem vnitatem habet per ſe illam non repugnantiam, nam etiam ſecundùm ipſum incommunicabilitas non prouenit ex vnitate formali, ſed ex indiuiduatione quam non dicit natura ſecundùm ſe, ergo neceſſariò etiam ſecundùm ipſum natura à parte rei exiſtens eſt intrinſecè multiplicabilis ſecundùm ſe ratione prædicatorum eſſentialium, quæ in ipſa natura ſunt multiplicabilia extrinſecè ratione indiuiduationis, ſecundùm quam eſt indiuidua, & cum qua eſt coniuncta.

Dixi, Extrinſecè: quia talem indiuiduationem non dicit ipſa natura ſecundùm ſe, ſed eſt illi extrinſeca vt diximus ſuprà: ſi ergo indiuiduatio eſt extrinſeca naturæ, ergo & incommunicabilitas quæ ex ipſa indiuiduatione fluit, erit extrinſeca. Et ex his facilè ſolui poſſunt rationes omnes quas pro ſe affert Suarez ſect. citata contra hanc ſententiam: tota namque controuerſiæ difficultas inde orta eſt, quia Suarez non diſtinguit Phyſicam aptitudinem quæ fit cum diuiſione, ab aptitudine Logica quæ fit cum indiuiſione per intellectum.

Obiectio 3. Dices: Si natura eſt de ſe per poſitiuam non repugnantiam multiplicabilis, pluribúſque communicabilis datur vniuerſale à parte rei, quod eſt abſurdum. Prob. ſequel. mai. Vniuerſale eſt illud quod aptum eſt eſſe in pluribus, ſed per nos natura à parte rei, nullo intellectu cogitante, apta eſt eſſe in pluribus, ergo, &c.

Solutio. Reſp. neg. ſequel. Ad prob. Licèt natura ſit communicabilis pluribus, & in illis multiplicabilis à parte rei, non tamen eſt vniuerſalis, quia non multiplicatur quid ſuperius ratione inferiorum, neque per illam multiplicationem retinet in indiuiduis veram & omnimodam vnitatem excludentem omnem diuiſionem, ita vt ſit vna formaliter in omnibus, quod requiritur ad conſtituendũ vniuerſale, vt ex mente Ariſt. & ex omnium ſententia docuimus. Sed natura multiplicatur & eſt apta eſſe in multis cum diuiſione & multiplicatione, in quo præcipuè differt aptitudo Phyſica à Logicâ, tot enim multiplicantur naturæ à parte rei quot indiuidua, & ſic in quolibet indiuiduo eſt natura omninò contracta & determinata ad vnum & conſequenter non formaliter vna & pluribus communis.

Petes. Vnde prouenit iſta aptitudo in natura; & quænam eſt radix huius communicabilitatis.

De hac re videatur Suarez ſect. 4. num. 12. Qui ait prouenire ex finitudine & limitatione naturæ, quia quod eſt infinitum non poteſt multiplicari vt patet in natura diuina. Secundò ait prouenire ex naturali conditione naturæ creatæ ſecundùm ſua eſſentialia non ſecundùm naturam indiuiduorum, quorum ratione naturæ potiùs repugnet multiplicatio.

Secunda concluſio. Aptitudo eſſendi in multis cum indiuiſione & vnitate, ſeu aptitudo Logica non conuenit formaliter naturæ à parte rei, ſed tantùm fundamentaliter, per intellectum verò formaliter. Ita communiter DD. omnes.

Prima pars patet ex dictis; quia quælibet natura à parte rei exiſtens reperitur multiplicata & diuiſa, ergo indiuiſio & vnitas non poteſt ei conuenire.

Secunda & tertia pars prob. Natura non eſt vna in pluribus formaliter niſi per intellectum, ergo non poteſt eſſe apta formaliter in pluribus per aptitudinem Logicam niſi per intellectum. Conſeq. prob. nam aptitudo conſequitur vnitatem, vnde eodem modo competere debet aptitudo, quomodo conuenit vnitas quæ præcedit aptitudinem.

Sectio Qvinta.

De cauſa efficiente vniuerſalis, an vnitas omnis vniuerſalis conſurgat ex operatione intellectus.

VBI cauſam formalem vniuerſalis exactè vt reor examinauimus, videndum nunc quæ & qualis ſit eius cauſa efficiens: in qua quidem re duo ſunt quæ difficultatem faciunt. Primum: An detur aliqua à parte rei vniuerſalis vnitas, ſeu An omnis vnitas vniuerſalis ſit ex operatione intellectus. Secũdum, quænam ea operatio ſit Directáne an Reflexa. Quoad primum

Socin. Capreol. Fonſec. *Prima ſententia* eſt Socin. 7. Metaph. quæſt. 40. Capreol. in 3. Diſtinct. 5. quæſt. 3. Fonſc. 5. Metaph. cap. 28. quæſt. 3. ſect. 2. 3. & 4. Qui putant naturæ ſecundùm ſe ſpectatæ hoc eſt ſolitariè & præcisè ſumptæ, ante omne opus intellectus, & ante omnem indiuiduationem conuenire vnitatem quamdam quam ſuis inferioribus non communicat, quam volunt eſſe diſtinctam ab vnitate formali, quia illa multiplicatur in indiuiduis, hæc minimè: & ab vnitate vniuerſali quam natura habet per intellectum, quia vnitas vniuerſalis non eſt niſi per abſtractionem: Vocant hanc vnitatem, vnitatem præciſionis, ſeu vnitatem numeralem naturæ communis.

Prob. hæc ſententia ab ipſis. Quia natura ante omnem contractionem & ante quam fiat hæc, eſt vna, ergo ante omnem contractionem, & ante omne opus intellectus datur quædam vnitas quæ conueniat eſſentiæ ſecundùm ſe ſpectatæ, quæ cùm non ſit vnitas numerica & ſingularis, neque vnitas formalis, neque vniuerſalis quæ ſit per intellectum, erit vnitas numerica naturæ communis.

Secunda ſententia eſt quorumdam Recentiorum qui volunt non requiri cauſam aliquam particularem ad hoc vt fiat vniuerſale, ſed ſufficere

cauſam illam quæ indiuidua ipſa producit. Volunt enim naturam eſſe vniuerſalem ratione ſimilitudinis quæ reperitur inter ipſa indiuidua eiuſdem naturæ: naturam ex. g. humanam eſſe vniuerſalem ratione ſimilitudinis, & conuenientiæ quæ inter indiuidua eiuſdem ſpeciei reperitur, quę ſimilitudo cùm ſit in ipſis indiuiduis ante omnem intellectum, aiunt reperiri veram vnitatem formalem.

Probatur ſic, Plura indiuidua nullo intellectu cogitante, & à parte rei ſunt ſimilia, vel quia participant eamdem qualitatem vt patet in duobus parietibus albis: vel quia participant eamdem eſſentiam & naturam vt patet in duobus indiuiduis eiuſdem ſpeciei, ergo datur à parte rei nemine cogitante aliquod vnum in quo plura conueniant, illud autem erit pluribus commune & vniuerſale.

Confir. Nam indiuidua eiuſdem ſpeciei ratione ſimilitudinis vnica definitione definiuntur, & hæ propoſitiones, Petrus eſt homo, Paulus eſt homo ſunt veræ, ergo datur aliquod vnum à parte rei quod eſt in pluribus ſimilibus & de illis affirmatur.

Tertia ſententia eſt communis. Vniuerſale videlicet formaliter ſumptum non eſſe niſi per opus intellectus, nullamque dari vnitatem vniuerſalem & communem in re. Ideo ſit

Prima concluſio. Non datur vnitas præciſionis ſeu vnitas numeralis naturæ communis, quam finxit ex Soncin. & Capreolo Fonſeca.

Soncinus. Capreolus. Fonſeca.

Prob. Nil poteſt realiter naturæ conuenire ſecundùm ſe, niſi quod poteſt conuenire eidem naturæ exiſtenti in aliquo indiuiduo: ſed per eoſdem DD. hæc vnitas præciſionis quam adſtruunt non poteſt conuenire naturæ exiſtenti in aliquo indiuiduo, ergo non poteſt naturę ſecundùm ſe realiter conuenire.

Obiectio 1. Dices: Natura antequam exiſtat habet aptitudinem ad exiſtendum, quam aptitudinem non habet dum actu exiſtit, ergo non omne id quod conuenit naturæ ſecundùm ſe & ſecundùm eſſe potentiale debet eidem exiſtenti conuenire in aliquo indiuiduo.

Solutio. Reſp. neg. ſecundam partem anteced. Diximus enim naturam dum exiſtit non amittere aptitudinē quam habet ad exiſtendum ſecundùm eſſe potentiale. Sicut ignis antequam comburat habet potentiam ad comburendum, quam non amittit dum comburit: ſic etiam dum quis ambulat non amittit potentiam ad ambulandum nedum futuram, ſed ad eam quam actu promit deambulationem, quia ſicut ignis ſine potentia non combureret, nec animal ſine potentia loco motiua moueretur, ita ſine potentia ad exiſtendum natura actu non exiſteret.

Obiectio 2. Dices ſecundò. Naturę ſecundùm ſe conuenit vt ſit ingenerabilis & incorruptibilis, quod non poteſt eidem conuenire exiſtenti in indiuiduis, ergo aliquid poteſt conuenire ex ſe naturæ ſecundum eſſe potentiale quod non poteſt eidem exiſtenti conuenire.

Solutio. Reſp. ex Suarez neg. anteced. Non enim natura ſecundùm ſe eſt ingenerabilis & incorruptibilis ſecundùm eſſe præciſiuum quod habet per intellectum. & ideo mirum non eſt ſi hoc eſſe ingenerabile & incorruptibile non reperiatur in natura exiſtenti in indiuiduis. Quam veritatem contineat reſponſio hæc non libet nunc examinare. Ideo meliùs

A Reſp. ex eodem ſic. Si illud anteced. ita recipiatur vt natura nullo modo generetur & corrumpatur, ſic eſt falſum: etenim ex ſe eſt ingenerabilis & incorruptibilis: corruptibilis & generabilis reſpectu indiuiduorum: & hoc ipſum omnino accidit naturæ exiſtenti quæ etiam ſecundùm ſe nec generatur nec corrumpitur, ſed corrũpitur & generatur ratione indiuiduorum.

Secunda concluſio. Natura non eſt formaliter vniuerſalis ratione ſimilitudinis quæ eſt & reperitur inter indiuidua eiuſdem ſpeciei. Eſt contra quoſdam ex noſtris.

Prob. Vniuerſale formaliter conſtituitur per
B perfectam & formalē vnitatem, ſed vnitas perfecta & formalis non conuenit ſimilitudini & conuenientiæ quæ eſt & reperitur inter indiuidua à parte rei, ergo ſimilitudo non ſufficit ad conſtituendum vniuerſale formale. Prob min. Quia ſimilitudo neceſſariò eſt inter plura: nil enim dicitur ſibi ipſi ſimile, ergo ſimilitudo ex ſe non dicit omnimodam indiuiſionem; hæc autem ſimilitudo nunquam poterit habere omnimodam vnitatem niſi accedente intellectu, qui concipiendo illud vnum in quo conueniant, non concipiat indiuidua, &c.

Conf. Similia verè in re ſunt plura, ergo reuera dicunt multiplicitatē, ergo non indiuiſionem.

C *Tertia concluſio.* Solus intellectus eſt cauſa efficiens vnitatis vniuerſalis. Eſt omnium ferè ſcholaſticorum.

Prob. Formalis vnitas & aptitudo ſolùm conſurgunt per operationem intellectus depurantis naturam à conditionibus indiuiduantibus, ergo cauſa efficiens formalis & perfectæ vnitatis eſt ſolùm intellectus. Qui plura deſiderat pro hac ſententia videat Suarez Diſp. 6. ſect. 5. num. 3. *Suar.*

Ad rationem primæ ſententiæ reſp. vel enim per naturam illam ante omnem contractionem intelligit Fonſeca eſſentiam aliquam exiſtentem realiter & ſic falſum antecedens: natura enim ante omnem contractionem non exiſtit vt vna
D quia hoc tantùm habet per intellectum, neque vt plures quia hoc habet per Phyſicam multiplicationem: Si verò intelligatur eſſentia ſecundùm eſſe potentiale vt potens eſt videlicet exiſtere in indiuiduis & tunc neque eſt vna ſimpliciter, ſed eſt in pluribus indiuiduis poſſibilibus.

Ad rationes ſecundæ ſententiæ & ad primam. Cùm plura indiuidua participant eamdem eſſentiam; illa eſſentia non eſt omnino eadem ſecundùm omnimodam vnitatem, ſed tantùm ſecundùm vnitatem formalem quæ vt toties diximus non ſufficit ad vnitatem vniuerſalis.

Ad ſecundam. Cùm Petrus dicitur homo, & Paulus homo: Homo eſt quid vtriſque commu-
E ne, & vniuerſale, non tamen abſque intellectua operatione: Et indiuidua eiuſdem ſpeciei eamdem habent definitionem fundamentaliter dum ſunt ſimilia in natura, non verò formaliter quia nonniſi per intellectus operationem illam habere poſſunt, dum illa à conditionibus indiuiduantibus præſcindit, & ſecundùm illam vnicum conceptum definit.

SECTIO SEXTA.

Per quam intellectus operationem fiat vniuerſale formale.

QVOAD ſecundum quod ſectione præcedenti polliciti ſumus: Notandum eſt mul-

Quomodo intellectus conſideret naturas & eſſentias vt vnum quid.

upliciter nos poſſe imaginari noſtrũ intellectum naturas & eſſentias cognoſcere tanquam aliquud vnum. Primò abſtrahendo naturam ab aliquo indiuiduo cognoſcendo ſcilicet eius eſſentiam, ooo cognoſcendo conditiones quibus ſit tale indiuiduum, & hæc cognioo vocatur abſtractiua; quia ſcilicet abſtrahit oaturam à conditionibus quibus à parte rei coniuncta eſt; & dicitur etiam cognitio directa. Secundo modo poteſt intellectus cognoſcere cognitione comparatiua: hæc autem comparatio prout ad rem facit dupliciter fieri poteſt. Primò vt cognitio comparatiua præcedat ipſam abſtractionem: Secundò vt ſubſequatur. Primum contingit ſi v. g. intellectus cognoſcat & intelligat plura indiuidua quæ inter ſe conferat & intelligat illa eſſe ſimilia, & tunc abſtrahat naturam in qua ſimilitudinem habent. Secundum fiet ſi poſtquam abſtraxero naturam ab indiuiduis conſiderem illam quomodo ſe habeat ad hæc: illam vt quid ſuperius: hæc vt quid inferius: illam aptam ad ſe communicandum; hanc ad contrahendum, &c. Tandem concipiam & fingam in ipſa natura vniuerſalitatem quandam & communitatem per quam dicatur vniuerſalis & communis, & hic actus eſt comparatiuus de quo ſit quæſtio inter DD, An ſit oeceſſarius ad conſtituendum vniuerſale, necne, & an ſufficiat cognitio prima abſtractiua. De primo autem modo cognoſcendi per comparatiooem, quæſtionem non facimus, quia nil refert ſi natura abſtrahatur ab indiuiduis ſimul comparatis, necne, quia hoc antecedit vniuerſale & abſtractionem naturâ.

Geminus punctus quæſtionis.

Notandum ſecundò. Tota quæſtio in duobus ſita eſt, quorum cognitione totius quæſtionis pendet probatio & ſolutio. Primum eſt, An natura in prima abſtractione habeat aliquam vnitatem, & quænam illa ſit, & an ſufficiens vt dicatur vniuerſalis. Secundum, An præter vnitatem habeat aptitudinem vt poſſit eſſe in multis: ſi enim hæc duo habet illa natura ſic abſtracta, vniuerſalem eſſe fatendum eſt, cùm vniuerſale illud ſit quod eſt vnum in multis, &c. Sin minus ad actum comparatiuum recurrendum.

Prima ſententia eſt Anton. Andreæ quæſt. 17. & Anton. Tromb. quæſt. 2. Metaph. art 1. citant pro ſe Scot. in 2. Diſtinct. 3. quæſt. 1. qui ſicut ponunt vniuerſale à parte rei, ſic illud etiam ponunt in notitia comparatiua potiùs quàm in directa id ipſum volunt plures Recentiores.

Secunda eſt Soncin. 7. Metaph. quæſt. 40. D. Th. 1. Par. quæſt. 85. art. 1. ad 1. Qui declarans quomodo intellectus faciat vniuerſale ait per ſimplicem abſtractionem: ſic Caiet. de Ente & Eſſent. cap. 4. quæſt. 6. §. quoad quartùm Scoti. pro noſtra ſententia

Vnitas cur in vniuerſali requiritur.

Aduertendum eſt. Vnitatem in vniuerſali non aliâ ratione requiri niſi vt inferiora in illo perfectè conueniant, & ſint vnum quid ſine vlla diuiſione; cùm enim à parte rei inter ſe diuiſa ſint indiuidua, naturam vnam perfectam non habent. Si ergo per primam abſtractionem habeat natura talem vnitatem per quam inferiora ſiot indiſtincta & perfectè vnum, ad quam ſequatur aptitudo, indifferentia, & communicabilitas ad plura, ſatis ſufficienter conſtituet vnitatem vniuerſalem, vnde fruſtratoria eſſet quælibet

A alia vnitas, quæ excogitari poſſit, præter illam in qua natura eſt perfectè vna & indiuiſa in ſe, cum qua ſimul etiam ſit annexa aptitudo, non enim requiritur vnitas vt natura ſit communis, ſed vt ſit indiuiſa, nam hoc eſt de eſſentia vnius.

Prima concluſio. Natura in prima abſtractione eſt vna vnitate quæ ſufficit ad vniuerſale.

Prima pars prob. Quia quæcunque non habent diuiſionem ſunt vnum, ſed natura in prima abſtractione non habet diuiſionem, ergo, &c. Maior patet, quia vnum illud eſt quod eſt indiuiſum in ſe. Min. prob. Quia natura ſic con- B cepta non concipitur diuiſa, ergo caret diuiſione, carere autem diuiſionem in conceptu eſt concipi ſine diuiſione & multiplicitate; ſed in illa abſtractione nulla eſt multiplicitas, cùm concipiantur tantùm prædicata eſſentialia naturæ, ergo, &c.

Confir. Natura abſtracta à Petro in conceptu dicit prædicata eſſentialia, ſed iſta ſunt vnum, ergo, &c. Min. prob. Quia ad omnia prædicata quidditatiua ſequitur vnitas formalis & eſſentialis, vt diximus ſect. 2. ergo illa natura habet ſaltem vnitatem formalem, ergo erit vna.

Confir. ſecundò. Quia illa natura vt ſic non C eſt diſtincta eſſentialiter, ergo habet vnitatem eſſentialem.

Dices: Eſt vna fundamentaliter.

Contrà. Vel vnitas illa eſt vna fundamentaliter reſpectu vniuerſalis vel reſpectu vnitatis: Non primum quia eſt impertinens, non enim quæritur vnitas vniuerſalis, neque hoc probant argumenta. Neque ſecundum, quia illa natura verè habet vnitatem formalem, ſi enim habebat illam vnitatem dum erat in Petro, non eſt neganda in intellectu per quem abſtrahitur à conditionibus indiuiduantibus, quæ ſicut non habent, ſic nec tollunt vnitatem formalem ſi ſeparentur à natura.

D Prob. ſecundò. Ex Ariſt. 3. Metaph. 10. quia nil cõtingit intelligi non vnum, & ratio eſt, quod intellectus noſter, quia finitus, non poteſt intelligere vnica intellectione plura niſi conueniant in vna ratione formali vnitatis, ergo intelligendo naturam non intelligit plura, ergo vnum.

Reſpondebis. Ariſt. ait nil contingit intelligere non vnum, non tamen inde ſit vt res quæ intelligatur ſit vna.

Contrà: Si vniuerſale non intelligitur non vnum, ergo intelligitur vt vnum; hæ enim propoſitiones æquipollent ad inuicem; ſicut, homo non eſt non animal, æquipollet huic, homo eſt animal.

E Dices: Qui naturam concipit tantùm, verè concipit prędicata eſſentialia, ergo non concipit naturam vt vnam aut vt plura, ſed neque vt vnum neque vt plura. *Obiectio 1.*

Contrà: Nos non dicimus, an concipiatur vnitas vel multiplicitas; poteſt enim intellectus concipere aliquid non concipiendo illud formaliter vt vnum neque vt plura: Quod dicimus eſt, non concipi naturam non vnam ſeu naturam illam conceptam habere veram & perfectam vnitatem, quia ex Ariſt. nil vnica intellectione poteſt concipi non vnum. *Dilutio.*

Dices: Natura ab intellectu id habet quod concipitur ab ipſo, ſed vnitas non concipitur ab intellectu, ergo non habet illam vnitatem. *Obiectio 2.*

Dilutio. Reſpond. neg. mai. Quia poteſt habere aliquid ab intellectu quod non concipiatur ab ipſo, vt cùm non concipitur cum oppoſito contrario, ſicut cùm natura non concipitur multiplex, concipitur vna, & dum non cóncipitur cum diuiſione, concipitur cum indiuiſione ſeu vnitate. Et ideo dicimus naturam non concipi vt vnam; ſed vnam quia multiplex & vnum, negatio indiuiſionis & indiuiſio pugnant etiam in intellectu, & illa natura mente concepta cùm non ſit multiplex & diuiſa, erit indiuiſa & vna neceſſariò. Et etiam viſto. Neque natura in prima abſtractione diceretur abſt[illegible]a, quia in illo primo conceptu non apprehenditur poſitiuè abſtractio, ſed tantùm natura non conceptis indiuiduis: ergo id quod ab intellectu concipitur poteſt habere aliquid quod non concipiatur poſitiuè & directè.

Secunda pars concluſionis prob. nimirum quòd iſta vnitas ſufficiat ad vniuerſale: cum iſta vnitate poteſt ſtare aptitudo vniuerſalis & ad illam ſequitur, ergo hæc vnitas eſt ſufficiens. Prob. antecedens, quia eo ipſo quod natura ſit abſtracta ſequitur, non repugnantia bene poteſt concipi, cum indifferentia & communicabilitate, quia diuiſio & communicabilitas in actu primo non repugnant cum indiuiſione & vnitate.

Secundò. Quidquid eſt definibile vnica definitione habet vnitatem vniuerſalem, ſed natura in prima abſtractione eſt definibilis vnica definitione, ergo, &c. Mai. patet, quia vera definitio non cadit in particularia, ſed in vniuerſalia ex Ariſt. 7. Metaph. tex. 37. & 53. & 5. Metaph. 11. Illa ſunt vnum ſpecie quorum definitio eſt vna. Min. etiam patet, quia ſi abſtrahatur natura à Petro, verè de illa dicere poſſumus eſt animal rationale.

Obiectio. Dices: Iſta vnitas vel eſt negatio vnitatis numericæ, vel aliquid reale. Sed negatio vnitatis numericæ non facit naturam illam vnam poſitiuè, ſed tantùm negatiuè quæ ſit negata tali vnitate; & vniuerſale dicitur verè vnum: Nec dici poteſt quòd ſit aliquid reale quia vnitas vniuerſalis non eſt niſi per opus intellectus.

Solutio. Reſpond. Quæ ſit iſta vnitas dicam concluſione ſequenti: Nunc dico illam vnitatem non eſſe meram negationem conditionum, ſed eſſe veram vnitatem vniuerſalem quæ fluit ab ipſa natura poſita abſtractione quæ eſt conditio ſine qua non: poſita enim abſtractione natura ſtatim fit vna, ſeu vnitas vniuerſalis ſtatim dimanat tanquam paſſio ab ipſa natura, ſicut natura abſtracta per intellectum à ſingularibus dicitur incorruptibilis quę in illis erat corruptibilis, non quod intellectus tribuat naturæ incorruptibilitatem, ſed quia poſita abſtractione tanquam conditione, ſtatim incorruptibilitas tanquam paſſio dimanat.

Secunda concluſio. Vnitas hæc quæ in prima abſtractione ſufficit ad vniuerſale non eſt vnitas diſtincta ab vnitate formali: ſed quod idem eſt ad vnitatem naturæ vniuerſalis ſatis eſt vnitas formalis, ſeu eſſentialis, abſtracta tamen & vt ſic dicam deputata à conditionibus indiuiduantibus. Eſt contra Suarez Diſp. 6. ſect. 2. num. 10.

Prob. Vnitas vniuerſalis ex dictis & per eumdem met Suarez fit per primam abſtractionem, ergo vnitas vniuerſalis non eſt diſtincta ab vnitate formali. Conſequ. prob. Vel enim vnitas vniuerſalis fingitur & obiicitur intellectui: vel non: Non primum. Quia ſect. 6. num. 8. per primam abſtractionem ait ipſe fieri vniuerſale, ſed in prima operatione non intelligitur vnitas directè, ſed tantùm natura, ergo vnitas vniuerſalis non fingitur & obiicitur intellectui. Si ſecundum, ergo natura erit vna ex vnitatibus quæ ſunt à parte rei, & non fiunt ab intellectu, ſed à parte rei duæ ſunt tantùm vnitates, vt ipſemet concedit formalis, & numeralis, ergo vnitas vniuerſalis erit vna ex iſtis non alia tertia.

Secundò. Per Suarez ideo danda hæc vnitas diſtincta à formali numerica, quia hæc vnitas includit præter indiuiſionem naturæ aptitudinem ad diuiſionem, ſed per vnitatem præciſè non habet natura vt poſſit diuidi, ſed per aptitudinem, ergo non ex eo eſt fingenda tertia, quia non ſequitur ad illam vnitatem formaliter aptitudo.

Confir. quia ſi eſſe aptum ad plura haberetur formaliter per vnitatem, fruſtra diceretur vniuerſale includere duo & Vnitatem, & Aptitudinem; ſed ſatis eſſet dicere vnitatem: at cùm dicimus vnum & Aptum duas volumus ſignificare rationes formales quarum vna non ſit alia, ergo nulla vnitas dicet formaliter aptitudinem.

Confir. ſecundò. Vnitas vniuerſalis per ipſum requiritur vt natura habeat communitatem, ſed communitas non habetur formaliter per vnitatem, ergo vnitas non dicit formaliter communitatem. Min. prob. Quia communitas habetur per illam non repugnantiam poſitiuam ad plura, ſed illa non repugnantia formaliter non eſt vnitas, ſed aptitudo, ergo communitas non habetur formaliter per vnitatem. Min. hæc prob. Quia propter non repugnantiam natura non conſtituitur indiuiſa in ſe, ſed fit communicabilis & diuiſibilis pluribus & potiùs remouetur ab vnitate.

Petes: An vt fiat vniuerſale formaliter ſufficiat abſtrahere naturam ab vnico indiuiduo vel neceſſe ſit à pluribus ad inuicem collatis. Si ſecundum ſequitur, quod vnitas formalis non ſufficiat, quia vnitas formalis requiritur in vno tantùm indiuiduo. Si primum, ergo datur vnitas vniuerſalis in quolibet indiuiduo.

Reſpondetur. Sufficit ad vniuerſale ſi natura abſtrahatur tantùm à Petro nec requiritur vt abſtrahatur à pluribus indiuiduis facta collatione. Et ratio eſt. Quia natura humana abſtracta ab vnico indiuiduo licèt cætera indiuidua non comparentur, verè eſt vniuerſalis & apta eſſe in multis & vna per ſuam vnitatem formalem, quod ſufficit ad vniuerſale conſtituendum. Cùm verò infert, ergo datur vnitas vniuerſalis in quolibet indiuiduo, neg. conſeq. quia illa vniuerſalis natura in indiuiduo à parte rei non eſt niſi particularizata.

Obiectio 1. Obicit primò Suarez. Vnitas vniuerſalis debet eſſe propria vniuerſalis & nulli indiuiduo conuenire, ſed formalis vnitas conuenit indiuiduis, ergo formalis vnitas non poteſt eſſe vniuerſalis.

Secundò Vnitas formalis multiplicatur ad multiplicationem indiuiduorum, ſed vnitas vniuerſalis non multiplicatur, ergo, &c. Mai. patet ex dictis: vnumquodque enim indiuiduum

A eſt io ſe non ſolùm vnum numericè, ſed etiam formaliter per formalem vnitatem qua indiuiduum v. g. hominis contradiſtinguitur ab indiuiduo leonis. Min. prob. Quia ſi multiplicaretur vnitas vniuerſalis in indiuiduis, plures homines eſſent plures ſpecies, &c.

Obiectio 3. Tertiò. Vnitas formalis abſtrahit ab vnitate ſingulari, & communi, non ſolùm enim dicit indiuiſionem eſſentiæ in ipſa re. Vnitas vniuerſalis licèt abſtrahat à ſingulari non abſtrahit à communi, ergo vnitas formalis non eſt vnitas vniuerſalis.

Ad primum reſpond. Vnitas vniuerſalis in ſenſu diuiſo non poteſt conuenire alteri quàm vniuerſali: Nego: B Vnitas vniuerſalis vt vniuerſalis eſt in ſenſu compoſito non poteſt conuenire alteri quàm vniuerſali. Concedo Mai. Sed nil contra nos. Sicut album poteſt fieri nigrum in ſenſu diuiſo eſt verum, in ſenſu compoſito eſt falſum. Et animal quod eſt in homine in ſenſu diuiſo poteſt eſſe leo; in ſenſu compoſito prout dicit ſimul rationalitatem non poteſt, &c. Sic à pari vnitas vniuerſalis poteſt fieri particularis in indiuiduis & illis conuenire non remanens vniuerſalis, ſed facta particularis. Itaque in Petro eſt natura vniuerſalis, non quidem vt vniuerſalis, ſed vt particularis.

Ad ſecundum eodem modo, non enim multiplicatur vt vniuerſalis, &c. & vt connotat communitatem reſpectu indiuiduorum, ſi enim ita deſcenderet, multiplicarentur vniuerſalia, C itaque. neg. ſequel. maioris.

Ad tertium. Negamus vnitatem vniuerſalem non abſtrahere à communi. Diximus enim ſupra vnitatem vniuerſalem formaliter dicere indiuiſionem non verò aptitudinem. Quare ſicut vnitas formalis abſtrahit à numerali & communi, ſic etiam vnitas vniuerſalis.

Tertia concluſio. Natura per priorem abſtractionem nedum habet vnitatem ſufficientem ad vniuerſale, ſed etiam aptitudinem & non repugnantiam qua ſit communicabilis pluribus.

D Prob. Ad hoc vt natura dicatur apta non eſt neceſſe vt intellectus concipiat illam aptitudinem, ſed ſufficit ſi abſtrahat naturam ab indiuiduis, ergo per primam abſtractionem natura habet aptitudinem. Anteced. prob Nemine enim cogitante de aptitudine verè illa natura ſic abſtracta talis eſt vt prædicari poſſit de ſuis indiuiduis à quibus abſtrahitur, ergo vt natura dicatur habere aptitudinem non eſt neceſſe vt intellectus illam aptitudinem concipiat. Conſeq. hæc prob. Quia poſſe prædicari de pluribus tanquam de inferioribus eſt quid poſterius ad aptitudinem ſeu eſt paſſio fluens ab illa.

Confir. Quia vera eſt iſta cauſalis, ideo animal poteſt prædicari de homine & leone quia E aptum eſt eſſe in homine & leone, ergo prædicabilitas ſupponit aptitudinem: ſed nemine cogitante in prima abſtractione natura eſt prædicabilis de ſuis inferioribus à quibus abſtrahitur, ergo nemine cogitante eſt etiam apta; hinc axioma illud: *Eſſe in* fundat Dici de, hoc eſt prædicabilitas ſupponit aptitudinem, & in ea fundatur; aptitudinem, inquam, qua natura eſt in multis.

Confir. ſecundò. Quia intellectus per actum reflexum non facit naturam vnam & aptam eſſe in pluribus, ſed illam ſupponit factam per actum directum, etenim per actum reflexum illam refert in inferiora, ergo actus reflexus eſt cognitio potiùs vniuerſalitatis, non vniuerſalis effectio.

Obiectio 1. Dices: Quod ponitur in definitione vniuerſalis illud debet eſſe de eſſentia illius, ſed relatio ad plura ponitur in eius definitione, definitur enim per ordinem ad plura, ergo eſt de eius eſſentia, ſed relatio hæc non eſt realis, ergo rationis. Sed relatio rationis non habetur per notitiam abſolutam, ſed per comparatiuam, ergo vniuerſale non fit per primam abſtractionem, ſed per actum reflexum.

Solutio. Reſpond. Licèt nomen vniuerſalis videatur traditum per reſpectum & modum ſignificandi relatiuum, tamen hoc nomen non ſignificare relationem, ſed rem abſolutam. Et ratio eſt, quia natura non eſt vniuerſalis ex eo quòd ego intelligo illam referri, ſed refertur ad plura quia eſt vniuerſalis: vnde ſatis benè concipitur vniuerſale ſi intelligatur natura vna negata conditionibus indiuiduantibus, in qua conceptione tantùm abeſt vt concipiantur inferiora, vt potiùs negentur.

Obiectio 2. Dices: Aptitudo eſt ratio formalis vniuerſalis, & dicit reſpectum ad indiuidua, ergo vniuerſale eſt quid reſpectiuum: ergo non fit per primam abſtractionem, ſed per actum comparatiuum.

Solutio. Reſpond. primò. Aptitudinem illam non eſſe quid relatiuum, ſed abſolutum, licèt à nobis concipi non poſſit ſine relatione, vt infrà dicemus.

Secundò. Licèt aptitudo eſſet relatiua, quia tamen dum conficimus vniuerſale non neceſſariò concipienda vt diximus, ideo non ſequitur quod vniuerſale non poſſit fieri per primam abſtractionem, ſufficit enim concipere naturam abſtractam vt diximus, &c.

Obiectio 3. Dices: Vniuerſale vt vniuerſale eſt quid ſuperius, ſed ſuperius dicit reſpectum ad inferiora, ergo & vniuerſale dicet ordinem ad inferiora & erit quid reſpectiuum.

Reſp. Conceſſa mai. Diſting. min. Superius vt ſuperius eſt, non dicit relationem ad inferiora, licèt ſuperius conceptum vt ſuperius illam dicat. Modò illa natura abſtracta eſt quid ſuperius, ſed in prima abſtractione non eſt concepta vt quid ſuperius, & ideo non dicit ad inferiora relationem, tunc enim tantùm intelligimus naturam vniuerſalem quæ vt ſic non indiuiduata, vt ſic autem non eſt relatiua.

Contrà. Illud eſt eſſentiale alicui ſine quo res non poteſt concipi, ſed vniuerſale non poteſt concipi ſine relatione ad indiuidua, nec ſuperius ſine relatione ad inferiora, ergo, &c. Min. prob. Quia non poteſt intelligi definitio vniuerſalis ſine ordine ad indiuidua, etenim eſt vnum in multis.

Reſp. Aliud eſſe Vniuerſale non poſſe intelligi: aliud non poſſe confici. Vniuerſale non poteſt intelligi ſine ordine ad inferiora concedo. Non poteſt confici niſi intelligatur ordo ad inferiora, nego. Definitio autem vniuerſalis tradita non eſt vniuerſalis illius quod fieri debet, ſed illius iam facti, ideò traditur per reſpectum ad indiuidua. Ad id autem quod aſſumitur illud eſt eſſentiale alicui ſine quo res intelligi non poteſt, non eſt ſemper verum; tunc enim verum, cùm vnum intelligi non poteſt ſine alio

ob eſſentialem connexionem, quæ in illis eſt falſum, cùm ob imperfectionem noſtri intellectus. Modò vniuerſale non poteſt intelligi ſine ordine ad indiuidua, non quia ordo ad indiuidua neceſſariò requiratur ad conficiendum vniuerſale, ſed quia ob noſtri intellectus imperfectionem non poteſt intelligi vniuerſale niſi cum relatione, ſic nec obiectum viſum poteſt intelligi ſine relatione ad videntem, nec creator ſine relatione ad creaturam, & tamen relatio non eſt de eſſentia illorum.

Sectio Septima.

Quæ ſit cauſa materialis & finalis vniuerſalis formalis.

Prima *concluſio*. Cauſa materialis ſeu fundamentum proximum vniuerſalis formalis eſt natura ſecundùm ſe exiſtens in pluribus: cauſa materialis remota ipſa indiuidua.

A Prima pars prob. Quia vniuerſale formale à pluribus indiuiduis præſcinditur participantibus eamdem naturam, ergo natura illa eſt fundamentum proximum, &c. hinc appellatur natura illa vniuerſalis fundamentaliter.

Secunda pars prob. Ex Ariſt. cap. de ſubſtant. Qui ait deſtructis primis ſubſtantiis impoſſibile eſſe aliquod eorũ remanere, nimirum naturâ: ergo indiuidua ſunt fundamentum remotum vniuerſalis formalis ſicut reſpectu naturæ fundamentum proximum.

Secunda concluſio. Cauſa finalis vniuerſalis eſt rerum cognitio. Cùm enim intellectus ob imperfectum modum intelligendi non poſſit B res diſtinctè & à parte rei cognoſcere; vtitur Logicis inſtrumentis Argumentatione, Diuiſione & Definitione, &c. quæ fieri non poſſunt niſi mediis vniuerſalibus: hinc intellectus diuinus nec vniuerſalia conficit nec vniuerſalibus indiget.

IN PORPHYRII ISAGOGEN

PARS SECVNDA,

DE VNIVERSALIBVS IN PARTICVLARI.

A

PRIMI CAPITIS *Propoſitiones & theoremata.*

1. Genvs tripliciter ſumitur. Primò pro collectione & multitudine ab vno principio originem trahente, ſic Romanorum gentem Genus Romanorum appellamus, quia ab vno Romulo eorum duce deſcendunt. Secundò ſumitur pro principio generationis, ſeu pro eo à quo origo ducitur, & ſic Pater & Patria genus ſæpe dicuntur, & Plato genere Athenienſis, & Oreſtes à Tantalo genus ducere dicitur. Tertiò genus ſignificat genus Logicum cuius duę ſunt definitiones.

2. Prima, *Genus eſt cui ſubiicitur ſpecies*: Secunda, *Genus eſt id quod de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid eſt prædicatur*, vt Animal de homine, leone, &c.

DISPVTATIO PRIMA.

De Genere.

Qvatvor hìc examinanda. Primò, An poſterior hæc definitio ſit quidditatiua vel deſcriptiua. Secundò, An adęquatè explicet genus. Tertiò, quid ea definitione definiatur, Naturáne, an ſecunda intentio. Quartò, An Genus requirat actu plures ſpecies. Ideò ſit

Sectio Prima.

An Generis definitio ſit quidditatiua an deſcriptiua.

Prima ſententia eſt Scoti quæſt. 14. & 15. in Prædicab. Caiet. ibidem quæſt. 1. & aliorum aſſerentium eſſe quidditatiuam. *Scotus.* *Caiet.*

Prob. Hæc definitio eſt per genus & differentiam, ergo quidditatiua. Anteced. prob. Quia prædicabile eſt genus, tale prædicabile vt differentia, vtrumque in definitione explicatum.

Secunda ſententia eſt Tolet. quæſt. 2. hîc. *Toletus.*
B Ruu. quæſt. 5. dicentium Genus potuiſſe quidem quidditatiuè definiri, vt ſi definiretur: Genus eſt vniuerſale quod ineſt multis ſpecie differentibus: Verùm definitionem traditam eſſe deſcriptiuam, quia traditur per Prædicari quæ eſt paſſio vniuerſalis, & non per propriam differentiam. *Ruuius.*

Tertia ſententia eſt Ammon. Albert. tract. 3. cap. 3. Villalpandi hîc, qui volunt ne dum illam definitionem eſſe quidditatiuam, ſed nec poſſe genus quidditatiuè definiri. *Ammonius.* *Albertus.* *Villalpand.*

Prob. Genus vt genus eſt non conſtituitur per genus & differentiam, ergo non poteſt genus definiri. Conſeq. eſt clara. Quia quod definitur, neceſſariò per genus & differentiam defi-
C nitur. Anteced. prob. Quia genera quæ aliud genus habent ſupra ſe, non ſunt genera, ſed ſpecies, ſunt autem genera comparata ad inferiora tantùm; ergo genus vt genus eſt non conſtituitur per genus. Pro noſtra ſententia

In generis definitione contineri ſubalternũ & generaliſſimum.

Notandum primò. Definitionem generis non tantùm continere ſub ſe genera ſubalterna, ſed etiam genera generaliſſima, nempe decem prædicamenta, & vtrumque genus generaliſſimum & ſubalternum, vt ſic, in confuſo definiri: vt ergo videamus, An genus vt genus poſſit definiri videndum priùs, An habeat genus aliquod ſupra ſe.

Genus commune generaliſſimo & ſubalterno eſt ſecunda intentio.

Notandum ſecundò. Cùm quærimus An generi ſubalterno & generaliſſimo detur genus aliquod ſuperius & commune, ſupponendum eſt tanquam certum genus illud commune non poſſe eſſe naturam aliquam primò intentionaliter ſumptam, quia decem prædicamenta, & B decem genera generaliſſima non poſſunt habere aliquod commune vniuocum cùm ſint omnino diuerſæ quidditates: quare ſi aliquod commune habent vniuocum, illud erit quid ſecundò intentionaliter ſomptum, nempe eſſe Genus vel ſpeciem, quod æqualiter participatur ab omnibus generibus & prædicamentis. Hoc poſito ſit

Genus cõmune generaliſſimo & ſubalterno non eſt genus, ſed quid ſpecificum.

Prima concluſio. Genus ſecundò intentionaliter ſumptum prout eſt quid commune ad omnia genera tum ſubalterna, tum generaliſſima & ad decem prædicamenta non eſt genus, ſed potiùs quid ſpecificum commune multis indiuiduis. Eſt contra Tolet. quæſt. 2.

Prob. Quia omnia genera ſub ratione generis non differunt ſpecie, ſed ſolùm numero, ſicut plura indiuidua inter ſe eiuſdem ſpeciei, ergo Genus commune ad omnia genera non eſt genus, ſed potiùs ſpecies. Anteced. prob. Omnia genera ſiue ſubalterna, ſiue generaliſſima in ratione generis ſecundò intentionaliter ſumpti vnica definitione ſunt definibilia vt patet, ergo omnia genera inter ſe differunt tantùm numero, & non ſpecie, ergo genus ſecundò intentionaliter ſumptum quod abſtrahit ab omnibus generibus reſpectu eorum non eſt genus, ſed ſpecies. Huius rei occaſio ex eo oritur, quia intellectus poteſt abſtrahere rationem aliquam communem & ſuperiorem, ſpecificam videlicet & genericam ne dum à diuerſis naturis & indiuiduis realibus, ſed etiam à diuerſis entibus rationis, qualia ſunt omnia genera & vniuerſalia, ergo genereitas non participatur à generibus tanquam genus, ſed tanquam ſpecies.

Vniuerſale nõ eſt genus ad quinque prædicabilia.

Secunda concluſio. Neque vniuerſale vt ſic eſt genus ad quinque prædicabilia, ita vt vniuerſale ſit genus ad ipſum genus ſiue ſubalternum, ſiue generaliſſimum. Eſt contra Ruu.

Prob. Si vniuerſale eſt genus ad omnia prædicabilia, ergo vniuerſale vt ſic eſt genus generaliſſimum & non ipſum ſummum genus, quod continetur ſub primo prædicabili, quod eſt abſurdum.

Genus non eſt definibile.

Tertia concluſio. Genus quod eſt primũ prædicabile nedum hîc definitione quidditatiua definitur, ſed neque eſt definibile.

Prima pars prob. ex eodemmet Porphyrio. Qui definitionem hanc tradens ait, Genus igitur deſcribitur, &c.

Secunda pars prob. Genus quod hîc definitur eſt genus abſtrahens ab omnibus generibus tum ſupremis, tum ſubalternis, & non habet ſupra ſe genus, ergo non poteſt definiri. Anteced. prob. Si haberet ſupra ſe genus maximè eſſet vniuerſale, ſed vniuerſale non eſt genus ad ipſum genus vt vidimus, ergo genus quod A eſt primum prædicabile non habet ſupra ſe genus.

Secundò prob. Genus vt genus eſt non poteſt definiri, ergo nec genus quod eſt primum prædicabile. Anteced. prob. Quia ſi genus vt genus eſt poſſet definiri, daretur proceſſus in infinitum. Sequel. prob. Omne quidditatiuè definibile per verum genus & veram differentiam eſt definibile, ergo ſi genus vt genus eſt quidditatiuè definibile, per aliud verum genus eſt definibile, & ſic dabitur proceſſus in infinitum.

Afferuntur obiectiones in contrarium & diluuntur.

OBIICIES primò. Species eſt quæ ponitur ſub aſſignato genere, ſed genus quod abſtrahit ab omnibus generibus tum ſupremis tum ſubalternis eſt ſpecies, vt prima concluſione diximus, ergo genus quod abſtrahit ab omnibus generibus & eſt primum prædicabile, habebit genus.

Secundò. Sola ſpecies definitur ex Ariſt. 7. Metaph. 17. Sed illud genus quod abſtrahit ab omnibus generibus eſt ſpecies, vt ſtatuimus contra Toler. ergo optimè poterit definiri.

Tertiò. Vniuerſale prædicari poteſt de genere, C quod eſt primum prædicabile, vt ſi dicas: genus eſt vniuerſale, ſpecies eſt vniuerſalis, &c. ergo vniuerſale eſt genus ad ipſum genus.

Quartò. Si genus quod hîc definitur eſt quid abſtrahens ab omnibus generibus tum ſupremis tum ſubalternis, ergo genera ſuprema non ſunt ſuprema, quia habent aliquod ſuperius.

Quintò. Licèt genera generaliſſima differant numero, genera tamen ſubalterna à generaliſſimis differunt pluſquam numero, ergo ſpecie, ergo genus abſtrahens ab omnibus generibus, non eſt quid ſpecificum, ſed genericum. Pro ſolutione

Quod prædicatur de inferioribus aut vniuocè aut denominatiuè.

Notandum primò. Dupliciter aliquod com- D mune poſſe prædicari de ſuis inferioribus. Primò vniuocè & eſt quando illud prædicatur eſſentialiter & in quid de ſuis inferioribus. Secundò: Denominatiuè & eſt quando accidens prædicatur de ſubiecto: intereſt inter illud commune eſſentiale & commune denominatiuũ: quod ſi definitio debet eſſe quidditatiua, genus debet eſſe eſſentiale, ſi erit genus denominatiuum, erit deſcriptio, vt ex Ariſt. 7. Metaph. colligitur.

Genus & vniuerſale quando eſt quid commune denominatiuum, quando eſt quid commune eſſentiale vniuocum.

Notandum ſecundò. Genus & vniuerſale poſſe conſiderari dupliciter. Primò prout genus abſtrahit ab omnibus generibus dicentibus ſimul naturam & genereitatem; & vniuerſale prout abſtrahit ab vniuerſalibus dicentibus vniuerſali- E tatem & naturam: & ſic genus reſpectu generum inferiorum & vniuerſale reſpectu vniuerſalium eſt quid commune denominatiuum. Si verò conſideretur genus & vniuerſale non prout abſtrahunt à generibus & vniuerſalibus dicentibus naturam ſimul cum genereitate aut vniuerſalitate, ſed à generibus vt ſic, aut vniuerſalibus vt ſic; tunc genus & vniuerſale reſpectu generum & vniuerſalium eſt quid commune eſſentiale vniuocum, v. g. ſi abſtrahatur ratio coloris à pariete & coruo, color reſpectu parietis & corui erit quid commune denominatiuum; reſpectu albedinis & nigredinis erit quid commune eſſentiale: ſic vniuerſale prout conuenit quinque prædicabilibus ſignificantibus plures natu-

ras vniuerſales in coofuſo & geous prout ſignificat decem prædicameota & genera ſubalterna eſt quid commuoe denominatiuum, formaliter verò proot ſignificat genus quoddam abſtractum à pluribus generibus non iouoluentibus oaturas, eſt quid commune eſſentiale vniuocum.

Coroll.

Ex his colligitur, cùm diciuoos vniuerſale non eſſe genus ad quinque prædicabilia oeque ad ipſum genus, nos intelligerenoo eſſe genus vniuocum & eſſentiale comparando illud ad prædicabilia prout inuoluunt cum vniuerſalitate naturas: ſic eodemmodo cùm dicimus, Genus quod eſt primum prædicabile quod abſtrahit ab omnibus generibus non poſſe definiri, intelligimus genus quod abſtrahit ab omnibus generibus & ſupremis, & ſubalternis inuoluentibus naturas, quia reſpcctu illorum genus eſt quid denominatiuum. Sicut enim omnibus prædicamentis conuenit genus eſſe denominatiuè; ita omnibus oaturis quæ ſunt ſpecies vel genera conuenit denominatiuè eſſe vniuerſale: & ſicut ab omnibus naturis quæ dicuntur de pluribus abſtrahitur ratio generica vel ſpecifica; ita ab omnibus iſtis prædicabilibus abſtrahitur ratio vniuerſalis, & conſequenter ratio vniuerſalis erit genus denominatiuum ad iſta quinque prædicabilia.

Genus abſtrahens ab omnibus generibus non eſt definibile.

Ad primum reſp. Concedo totum & genus illius ſpeciei eſſe vniuerſale, quod quidem vniuerſale reſpectu primi prædicabilis eſt genus denominatiuum; reſpectu generis abſtrahentis ab omnibus generibus non inuolueotibus naturas eſt genus eſſennale vniuocum.

Ad ſecundum. Geous quod eſt primum prædicabile non poteſt definiri quidditatiuè, quia non habet genus eſſentiale vniuocum, ſed tantùm deoominatiuum quod non ſufficit: Genus autē quod abſtrahit ab omnibus generibus non inuoluentibus naturas, licèt habeat genus quidditatiuū & vniuocum, nempe ipſum vniuerſale, adhue non eſt quidditatiuè defioibile, quia eſt ens ratioois quod cùm non habeat veram eſſentiam oec potent definiri.

Ad ternum. Vniuerſale eſt genus ad primum prædicabile Deoominatiuum, concedo: vniuocum, nego.

Ad quartum. Non repugnat ſupremis generibus habere genus denominatiuum, ſed eſſentiale vniuocum, illud enim genus quod abſtrahit ab ipſis ſupremis geoeribus & ſubalternis non eſt genus eſſentialiter deſcendens, ſed tantùm illa denominans; cuius deinde genus denominatiuum eſt vniuerſale.

Ad quintum. Neg. conſeqo. Differunt enim penes diuerſa connotata, quia ſupremum genus non connotat aliud genus eſſentiale ſupra ſe; ſubalternum maximè; hoc autem non infert eſſentialem differentiam.

Corollarium præcedentis ſectionis.

Maneat ergo, Genus quod eſt primum prædicabile nedum noo definiri quidditatiuè, ſed nec eſſe definibile, quia nō habet quidditatiuum genus, &c. ſed tantùm denominatiuum quale eſt vniuerſale reſpectu omniom prædicabilium. Item nec genus abſtrahens ab omnibus generibus eſſe definibile, prout illa genera inuoluunt naturas, licèt habeat geous eſſeotiale vniuocum, quia eſt ens rationis

---

Sectio Secvnda.

An tradita deſcriptio adæquatè genus explicet.

DVo hac ſectione breuiter expediemus: Primum, quomodo genus prædicetur in quid: Secundum, quomodo de differentibus ſpecie.

Quoad primum. Non videtor genus poſſe prædicari in quid de ſpeciebus. Præcipua ratio eſt. Genus eſt pars ſpeciei, ſed nulla pars poteſt prædicati de toto, noo enim dicimus. Homo eſt eorpos, Anima eſt intellectus, ſed homo eſt corporeus, Anima intellectualis. Pro totius diſputationis enodatione

Notandum eſt, genus mulriplieiter poſſe conſiderari. Primò vt eſt totum actuale. Secundò vt eſt totum potentiale. Tertiò vt eſt pars actualis. Quattò vt eſt pars poteotialis. Genus dicitur totum actuale quandò concipitur vt conſtans ſuis partibus eſſentialibus, vt Animal conſtans ex viuente tanquam genere, & ſenſibili tanquam differeotia. Tunc dicitur genus pars actualis quando concipitur ſimul cum differentia ſpeciem componere: animal v. g. ſimul cum rationali componere hominem. Tunc dicitur pars potentialis quando intelligitur non actu, ſed potentia poſſe componere ſimul eum differentia ſpeciem. Tunc dicitur totum potentiale quando coocipitur à pluribus ſpeciebus abſtractum potens ad ſingulas contrahi per differentias eſſeotiales. Differt à ſeipſo prout eſt totum actuale quia, vt totum actuale eſt ſpecies, vt totum potentiale eſt genus.

Genus totum actuale & potentiale, item pars actualis & potentialis.

Notandum ſecundò, vt aliquid prædicetur in quid, tria eſſe neceſſaria. Primum vt ſignificet totam naturam ſubiecti ſiue totam explicitè ſiue ſaltem partem: ex quo excluditur quælibet pars phyſica, non enim poteſt dici Homo eſt corpus: Secundum, vt ſit illi eſſentiale, hinc excluduntur omnia denominatiua & accidentalia. Tertium, vt prædicetur per modum per ſe ſtantis: hinc excluditur differeotia quæ licèt habeat prima duo, tamen prædicatur per modum adiacentis.

Ad prædicari in quid tria requiri.

Notandum tertiò. Ex Ariſt. 2. Poſt. tex. 17. Prædicari in quid poſſe contingere dupliciter Totaliter, & Partialiter. Illud prædicatur in quid totaliter quod dicit totam eſſentiam adæquatè: illud prædicatur in quid partialiter quod dicit partem eſſentiæ ſeu eſſentiam inadæquatè explicitè, licèt totum implicitè. His poſitis ſit

Prædicari in quid quot modis contingat.

Prima concluſio. Prædicari in quid de pluribus differentibus ſpecie non coouenit generi vt eſt totum actuale.

Prob. Quia vt totum actuale oon eſt genus, ſed ſpecies & vt ſic non prædicatur de plutibus, ſed potiùs alteri generi ſubiicitur.

Secunda concluſio. Neque prædicari in quid ſiue totaliter, ſiue partialiter competit generi vt eſt pars potentialis.

Prima pars prob. Quod non eſt tota ipſa quidditas non poteſt prædicari in quid totaliter, ſed genus vt eſt pars potentialis non eſt tota ipſa quidditas, ergo non poteſt prædicari in qoid totaliter, quandoquidem ad prædicatiooem tota-

lem requiritur vt prædicatum contineat totum id quod eſt in ſubiecto.

Secunda pars prob. De ratione generis vt genus eſt, eſt continere omnes ſpecies in potentia cum indifferentia & indeterminatione tam actuali, quàm potentiali ad illas, ſed vt pars potentialis conſideratur, genus eſt determinabile & contrahibile per vnam tantùm differentiam, ergo cùm conſideratur vt pars potentialis non conſideratur genus, vt genus eſt, ergo prædicari in quid vt genus non competit generi vt pars potentialis eſt.

Tertia concluſio. Animal vt pars actualis nec totaliter, nec partialiter prædicatur vt genus in quid de ſpecie.

Prob. primò iiſdem rationibus quibus ſecunda concluſio. Quia genus conſideratum vt pars ſiue actualis, ſiue potentialis amittit eſſe genus, ergo vt pars actualis non prædicatur in quid vt genus. Dixi notanter. Non prædicatur vt genus: concedimus enim prædicari in quid vt eſt pars definitionis.

Secundò prob. Animal iam contractum per differentiam eſſentialem, id eſt per rationalitatem potiùs ſe habet vt pars eſſentiæ conſtitutæ, id eſt ſpeciei humanæ, quam vt genus ipſius eſſentiæ, ergo genus vt pars actualis non prædicatur in quid vt genus de ſpecie.

Confir. à pari. Sicut genus vt totum actuale eſt ſpecies, & non genus vt diximus, ergo vt pars actualis eſt potiùs pars ſpeciei non generis illius.

Confir. ſecundò. Quod prædicatur vt genus prædicatur vt quid ſuperius, ſed genus vt pars actualis non eſt quid ſuperius, ergo vt pars actualis non prædicatur in quid vt genus.

Quarta concluſio. Neque prædicari in quid conuenit generi vt eſt quid abſtractum ab omnibus ſpeciebus.

Prob. Quia ſic non continet v. g. Animal ipſum hominem de quo prædicatur, ergo non poteſt de illo in quid prædicari.

Quinta concluſio. Genus in concreto ſumptum prout in confuſo dicit ſpecies, prædicatur in quid totaliter de ſpeciebus vt genus. Eſt D. Th. Opuſc. 42. cap. 9. & 10.

D. Thom.

Prob. Illud prædicatur in quod de aliquo per quod reſpondetur ad interrogationem factam per quid de illo; ſed interroganti, quid eſt homo, reſpondetur eſt animal quod eſt genus, ergo genus prout in confuſo continet omnes ſpecies quæ ſub ipſo ſunt, eſt quod prædicatur in quid de illis.

Obiectio 1. Dices: Animal illud in concreto quod prædicatur de homine, vel eſt indifferens ad hominem, vel idem cum homine. Si idem ergo non prædicatur vt genus quia non prædicatur vt quid ſuperius de inferiori, & eſt totum actuale. Si indifferens, ergo erit illud animal abſtractum quod non eſt homo, & ſic prædicatio erit falſa.

Solutio. Reſpond. Illud animal prædicari in quid tanquam genus de homine, quod non eſt omnino idem neque diuerſum omnino ab homine, ſed quod ſimul ſit indifferens & contineat hominem, & leonem & bouem in confuſo, hac ratione vt in prædicatione de homine poſſit ſtare pro homine, & in prædicatione de equo poſſit ſtare pro equo.

Obiectio 2. Dices: Hæc duo ad inuicem pugnare. Quod illud animal prædicetur de homine, quod ſit idem cum homine, & quod ſit indifferens ad leonem, bouem, &c.

Solutio. Reſpond. Realis identitas pugnat cum reali indifferentia: concedo. Cum indifferentia per intellectum: nego. non enim repugnat naturæ à parte rei exiſtenti concipi abſtractum à conditionibus indiuiduantibus communem & indifferentem, vt toties docuimus.

Corollariũ præcedentis doctrinæ. Genus non prædicatur vt pars, ſed implicitè vt totum.

Ex his patet ad rationem dubitandi in principio. Genus enim non vt pars, ſed vt totum prædicatur; dicit enim totum hominem, etſi implicitè, quod non contingit partibus phyſicis.

Quoad ſecundum ratio dubitandi eſt, quia non videtur quod τὸ prædicari de pluribus differentibus ſpecie contradiſtinguat genus à cæteris prædicabilibus. Rurſus, quia differentia etiam prædicatur de pluribus differentibus ſpecie ſic ſenſibile de homine & equo. Secundò. Neque adæquatè explicat genus. Quia animal prædicatur etiam de pluribus differentibus numero, Petrus enim & Paulus eſt animal. Tertiò. Genus prædicari poteſt de differentiis vt rationale eſt animal, ergo non tantùm de ſpeciebus, ergo inadæquatè deſcribitur.

Prędicatio alia mediata, alia immediata.

Ad primum reſp. Quod prædicatio eſt duplex immediata, & ſic prædicatur genus de ſuis ſpeciebus: Mediata & ſic prædicatur genus differentiæ de iiſdem ſpeciebus nimirum mediante genere: Senſibile enim prædicatur de homine mediante rationali. Porphyrius loquitur de prędicatione immediata: & ſic patet etiam ad ſecundum. Vel

Genus prędicatur ad modum per ſe ſtantis. Differentia ad modum adiacentis.

Secundò reſp. Differentias prædicari de pluribus differentibus ſpecie in quale quid hoc eſt per modum adiacentis, Genus ad modum per ſe ſtantis.

Ad tertium. Nos hîc loqui de prædicatione completa & quidditatiua, ſic prædicatur genus de ſpeciebus, non de incompleta qua genus prædicatur de differentiis.

SECTIO TERTIA.

Quid ea definitione definiatur naturáne an ſecunda intentio.

HACTENVS de definitione, mox de definito. Ideò. *Notandum primò.* Genus quod eſt primũ prædicabile duo includere, Naturam ſeu primam intentionem quæ eſt aliquid reale. Et Genereitatem ſeu ſecundam intentionem quæ eſt aliquid rationis: Genereitas enim idem eſt ac vniuerſalitas, ſeu prędicabilitas qua natura habet formaliter vt conſtituatur in eſſe prædicabilis ſeu vniuerſalis. Cùm ergo quærimus, An hîc definiatur natura, An ſecunda intentio, ſenſus quæſtionis eſt an definiatur formaliter ipſa vniuerſalitas ſeu genereitas, materialiter verò & connotatiuè ipſa natura realis, vel è contrà, An formaliter definiatur natura, vniuerſalitas verò ſit tantùm conditio ſine qua natura definiretur.

Genus cõpoſitũ quid ex prima intentione & genereitate.

Notandum ſecundò. Cùm genus vt modò diximus ſit quaſi compoſitum quoddam accidentale ex genereitate & natura eodem pacto, ratiocinandum eſt in huiuſmodi compoſitis accidentalibus fictis per intellectum ac in accidentibus concretis quæ ſunt à parte rei inuoluentibus

Genus definibile in abſtracto & in concreto.

formam accidentalem & ſubiectum. Accidens A autem quod eſt in ſubiecto duobus modis definiri poteſt: vel in abſtracto, vel in concreto. In abſtracto definitur, cùm ponitur accidens in recto, ſubiectum in obliquo, & tantùm connotatiuè vt ſi definiam riſibilitatem, dicámque quod eſt aptitudo hominis ad ridendum: in concreto eſt definitio cùm ſubiectum ponitur in recto, vt ſi dicam, Riſibile eſt id quod aptum eſt ad ridendum.

Definitum vt quod, & definitum vt quo.

Notandum tertiò. Quòd hæ duæ definitiones differunt inter ſe, quia in prima definitur accidẽs vt Quo & vt Quod: ſubiectũ verò tantummodò connotatur. In ſecunda definitur accidens B vt Quo, ſubiectum vt Quod: Definiri autem vt Quod illud dicitur, cui abſolutè adæquatur definitio: vt Quo dicitur definiri illud, quod eſt ratio cur alicui conueniat definitio: ſic in hac definitione, Riſibile eſt id quod aptum eſt ad ridendum, homo dicitur definitum vt Quod, quia illi adæquatur definitio: Riſibilitas dicitur definitum vt Quo, quia eſt ratio cur homo dicatur aptus ad ridendum. His poſitis ſit

Prima concluſio. Cùm definitur genus non definitur genereitas vt ſic in abſtracto ſeu ſecunda intentio obiectiua. Eſt contra Scot. Caiet. & plures recentiores.

Prob. Quia id quod definitur debet poſſe prædicari de pluribus differentibus ſpecie, ſed genereitas non prædicatur, nec poteſt prædicari, ergo non definitur. C

Secundò. Id quod definitur eſt genus, ergo non geneteitas vt ſic. Conſequ. prob. Quia hæc non eſt genus, ſed ratio generis. Confir. à pari. Cùm dicitur riſibile eſt id quod aptum, &c. non definitur riſibilitas in abſtracto; ergo cùm dicitur genus eſt id, &c. definitur genus in concreto.

Secunda concluſio. Neque definitur natura quæ eſt ſubiecta genereitati, ita vt definitio ſimpliciter conueniat naturæ, genereitati tantùm vt conditioni.

Prob. Quia Logicus non conſiderat naturas genericas ſecundùm ſe, ſed quatenus ſunt aptæ D vt prædicentur & inſeruiant ſyllogiſmo: conſiderat enim genus vt prædicabile, ergo non definitur tantùm natura. Confir. Ita ſe habet definitio generis ad genus, ſicut definitio albi ad album: ſed in definitione albi albedo non eſt tantùm conditio, ergo non definitur tantùm ſubiectum, ergo, &c.

Tertia concluſio. Hìc definitur natura affecta genereitate, ſeu natura ſimul & genereitas, non ſimul & per ſe ſpectatæ, neque æqualiter, ſed vt faciunt vnum concretum, ſeu Natura vt Quod: Genereitas vt Quo. Eſt D. Th. de Ente & Eſſent. cap. 4.

D.Thom.

Prob. Illud definitur in hac definitione vt E Quod quod prædicatur: & illud vt Quo, quod eſt ratio cur prædicetur, ſed natura vt patet prædicatur, vt cùm dicitur, homo eſt animal, prædicatur enim natura animalis de homine: Genereitas verò eſt ratio cur natura prædicetur, ergo genereitas eſt ratio formalis vt Quo.

Obiectio.

Dices: Id definitur quod prædicatur, ſeu cui conuenit definitio, quæ eſt prædicari vel poſſe prædicari, ſed definitio non conuenit naturæ & prædicabilitati vt ton concreto, ergo concretum non definitur. Min. prob. Quia id prædicatur quod eſt in ſubiectis, ſed tantùm natura eſt in ſubiectis, & non concretum, ergo, &c.

Solutio.

Reſpond. Neg. min. Nam definitio conuenit naturæ non quomodocumque ſpectatæ, ſed vt prædicabilis eſt. Verum eſt enim dicere; prædicabile eſt id quod prędicatur, quod prædicatur autem eſt natura cum prædicabilitate, & hæc natura cum prædicabilitate eſt genus abſtrahens ab omnibus generibus tum ſubalternis, tum generaliſſimis, & deſcendit ad omnia genera ſiue ſubiecta, quia omne genus tum ſupremum, tum ſubalternum prædicatur de pluribus differentibus ſpecie.

Sectio Qvarta.

An Genus requirat actu plures ſpecies.

RATIO dubitandi eſt particula illa, de pluribus, ſubindicat enim ad genus requiri plures ſpecies: ſed hîc duplex latet ſcopulus. Primus reſpectu naturæ genericę ſecundùm ſe ſpectatę, An videlicet genus vt conſeruetur requirat in natura potẽtiam per quam poſſit multiplicari in pluribus ſpeciebus, ita vt ſi tantùm eſſet vnica ſpecies, & nullomodo poſſet multiplicari in aliis, non eſſet genus. Secundus eſt reſpectu noſtri intellectus, An genus ſecundùm ſuam exiſtentiam obiectiuam tantùm ab vnica ſpecie poſſit abſtrahi.

An Genus poſſit conſeruari in vnica tantùm ſpecie.

SVPPONENDVM tanquam certum nullum poſſe dari genus, cui repugnet habere plures ſpecies: habere enim plures ſpecies eſt ratio eſſentialis generis vt genus eſt, qua ſublata neceſſe eſt tolli eſſentiam generis: licèt enim concedamus, quod poſſit dari natura aliqua cui repugnet eſſe in pluribus ſpeciebus, & ſit illi eſſentiale eſſe in vna ſpecie, huiuſmodi natura non eſſet genus, quia non eſſet communicabilis pluribus ſpeciebus; etenim per genus Logicum naturam concipimus abſtractam à pluribus ſpeciebus, vt ex Porphyrio patet.

Genus Logicum naturæ eſt abſtracta à pluribus ſpeciebus.

Supponendum ſecundò etiam vt certum, ad hoc vt genus à parte rei exiſtat ad modum generis & vt totum vniuerſale ſeu potentiale requirere plures ſpecies exiſtentes actu. Ratio eſt euidens, quia cùm intrinſecum & eſſentiale ſit generi poſſe habere plures ſpecies, neceſſe eſt vt exiſtat ſecundùm ſuum actum proportionatum ſuæ eſſentię & potentiæ vt exiſtat cum pluribus ſpeciebus, alioquin non exiſteret vt genus, ſed tantùm vt totum actuale. Quin etiam addo, ad hoc vt tale genus adæquatè exiſtat neceſſe eſt vt habeat omnes ſpecies quas poſſibile eſt habere. Omnis enim potentia ad aliquẽ actum tunc ſolum exiſtit modo ſibi adæquato, quando habet actum quem poteſt habere: Omnis enim potentia ad aliquem actum tunc ſolùm exiſtit modo ſibi adęquato, quando habet actum quem poteſt habere. Cùm ergo genus ad hoc vt actu exiſtat vt genus requirat plures ſpecies actu, & vt ſit genus requirat neceſſariò plures ſpecies poſſibiles ſaltem in potentia; difficultas eſt quęnam ſpecies illę debeant eſſe potentia poſſibiles. Poſſibileſne potentiâ Phyſicâ an Logicâ. Poſſibile enim potentiâ Phyſicâ illud dicitur quod eſt

Vt exiſtat genus a parte rei requirit plures ſpecies.

A producibile ab agente phyſico & oaturali vt colot ab igne: Poſſibile potentia Logica eſt quod oon poteſt fieri virtute cauſę naturalis, ſcd tantùm vi cauſę ſupernaturalis aut violentæ. Differunt in ſe hæ potentiæ, quia Phyſica dicit quamdam proportionem & aptitudinem realem qua res dicitur producibilis Phyſicè · Potentia verò Logica dicir tantùm quamdam non repugnantiam negatiuam. His ſuppoſitis,

Potentia Logica & Phyſica quæ?

Prima ſententia eſt communis; citantur pro ea Scot. quæſt. 18. Anton. Andr. cap. de Gener; Gratiad. lect. 4. dub. 2. Eſt omnium ſerè Recentiorum quos hactenus vidi. Hi volunt ſufficere generi ſpecies poſſibiles potentiâ Logicâ.

Scotus. Ant. Andr. Gratiad.

B Prob. primò. Si accipiatur natura potens habere plures ſpecies potentiâ Logicâ & alia potens habere ſpecies poſſibiles potentiâ phyſicâ, hæ naturæ nollo modo differrent in ratione generis, ergo ſi vna eſt genus, etiam altera.

Secundò. Verè natura illa quæ habet ſpecies poſſibiles porentiâ Logicâ eſt multiplicabilis in illis, ergo eſt genus.

Secunda ſententia eſt Albert. Tract. 4. Prædicab. cap. 6. eum qua ſit

Albertus.

Vnica concluſio. Genus & quodlibet vniuerſale debet eſſe naturâ ſuâ aptum eſſe in multis aptitudine & potentiâ Phyſicâ, nec ſufficit Logica.

C Prob. primò. Genus debet eſſe aptum eſſe in multis, ſed niſi ſit poteotiâ Phyſicâ aptum, non poteſt dici verè & naturâ ſuâ aptum, ergo, &c. Mai. eſt eerta ex Ariſt. 5. Metaph. tex. 45. Min. prob. Genus poſſe habere ſpecies per oon repugnantiam non facit vt poſſit dici naturâ ſuâ aptum ad habendas plures ſpecies. Prob. à pari. Mortuorum corpora habent potentiam Logicam ad vitã, & tamen non dicuntur habere aptitudinẽ: ignis habet non repugnantiam ad mooeri circulariter, vt patet in igne qui eſt in concauo orbis Lunæ, & tamen non dicitur aptus ad moueri circulariter, ergo noo repugnantia non ſufficit ad aptitudinem.

D Secundò probatur: quando entia incompleta diſſimilia naturâ vt mareria & forma, genus & differeotia, faciunt vnum compoſitum per ſe, neceſſe eſt vt partes ex ſua natura & poſitiuè ſint aptæ, ad faciendum illud compoſitum non ſolùm per non repugnantiam, ſed genus facit compoſitum metaphyſicum cum multis differeotiis, hoc eſt componit multas ſpecies, ergo neceſſe eſt vt naturaliter inclinet ad componendas huiuſmodi ſpecies, & non ſufficit noo repugnantia.

E Confir. Ita ſe habet genus ad differeotiam in compoſito metaphyſico qualis eſt ſpecies, ſicut materia ad formam reſpectu corporis naturalis: ſed materia non dicitur apta ad cooſtituenda plura compoſita per non repognantiam, ſed per potentiam phyſicam, ergo & geous.

Tertiò. Quòd natura vniuerſalis ſit diuiſibilis in plures ſpecies id habet ex natura ſua, ergo per aliquod principium ſibi intrinſecũ & poſitiuum quod ſit potentia diuiſibilitatis. Prob. conſequ. Quia differentiæ vltimæ ſunt omnino indiuiſibiles, inde atomæ dicuntur & iſta indiuiſibilitas conuenit illis, ſecundùm ſua eſſentialia, ergo quod genus diuidi poſſit per differentias ſibi proportionatas, eſt per aliquod principium ſibi intrinſecum & conſequenter à potentia phyſica.

A Ad oppoſitas rationes reſp. Natura quæ haberet ſpecies poſſibiles potentiâ Logicâ, differret ab ea quæ haberet ſpecies poſſibiles potentiâ phyſicâ in hoc quia illa non eſſet apta ad eſſendũ in multis, hęc maximè. Et cùm genus debeat eſſe aptum exiſtere in multis, natura illa cuius ſpecies eſſent poſſibiles potentia Logica non eſſet genus quia non eſſet aptum: ſicut nec corpus naturale eſſet quidquid conſtaret ex materia quæ non diceret aptitudinem & potentiam phyſicam ad formam.

Obiectorũ dilutio.

An poſſit abſtrahi genus per intellectum ab vnica tantùm ſpecie.

B PRIMA *concluſio.* Genus vt eſt totum actuale ſeu eſſentiale poteſt abſtrahi ab vnica tantùm ſpecie.

Prob. Quia poteſt quis concipere in homine animal oon concipiendo rationale, concipiendo nimirum hominem vt corpus viuens ſenſibile, tunc autem conciperet animal tantùm, vt totum actuale conſtans ex ſuis partibus eſſentialibus.

Genus vt totũ actuale & vt totum vniuerſale vt genus eſt poteſt abſtrahi ab vnica tantùm ſpecie.

Secunda concluſio. Genus vt eſt totum vniuerſale ſeu potentiale, hoc eſt genus vt genus eſt, poteſt abſtrahi ab vnica tantùm ſpecie. Eſt contra quemdam ex noſtris.

C Prob. Si aliqua natura verè eſt communicabilis pluribus ſpeciebus exiſtens, ſiue in vnica ſpecie, ſiue in pluribus, ſemper retinet ſuam aptitudinẽ ad eſſendum in multis, ergo ſi intellectus illam abſtrahat ab ea ſpecie in qua exiſtit & illum concipiat communicabilem pluribus ſpeciebus, concipiet illam vt geous. Conſeq. prob. Quia ad concipiendum genus ſufficit ſi coocipiamus naturam communicabilem pluribus ſpeciebus, ſed poteſt abſtrahi natura generica ab vnica ſpecie, & poteſt inſuper concipi vt communicabilis, ergo & abſtrahi poteſt & concipi vt genus.

D
SECVNDI CAPITIS de ſpecie propoſitiones & theoremata.

1. *SPECIES dupliciter ſumitur. Primò pro cuiuſcumque rei forma & pulchritudine: ſic Primi ſpecies id eſt Pulchritudo: ſecundo pro ſpecie Logica.*

2. *Species Logica alia infima, & eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in quid: Alia ſubalterna, & eſt quæ ſubiicitur generi, & de qua genus in quid prædicatur.*

E 3. *In vnaquaque Categoria (eſt enim Categoria coordinatio generum & ſpecierum) tria ſunt: Genus ſupremum quod ita eſt genus vt non poſſit eſſe ſpecies: ſpecies infima quæ ita eſt ſpecies vt non poſſit eſſe genus Genera ſeu ſpecies intermedia quæ ita ſunt genera vt poſſint eſſe ſpecies, & econtrà.*

4. *Genera & ſpecies intermedia duplicem habent aptitudinem: Relata enim ad ſuperiora dicuntur ſpecies. Genus ſupremum tantùm vnicam habet habitudinem ad inferiora: Species infima tantùm vnicam ad ſuperiora.*

5. *In quolibet prædicamento & categoria ſic aſcendendum ſemper collectiuè, vt, eſt homo, ergo eſt animal viuens animatum, corpus ſubſtantia:*

Si deſcendendum ſemper diuiſiuè: ſic ſi eſt ſubſtanſia vel corporea, vel incorporea, &c. A

6. *In Prædicatione is Ordo ſeruandus eſt, vt ſuperiora de inferioribus, æqualia de æqualibus nunquam inferiora de ſuperioribus prædicentur, vt Animal eſt homo.*

7. *Indiuiduum illud eſt, quod tantùm de vno prædicatur, cuius indiuiduantium conditionum collectio in alio non reperitur.*

8. *Continetur indiuiduum ſub ſpecie; ſpecies ſub genere, quia genus eſt quoddam totum poteſtatiuum, indiuiduum quaſi pars ſubiectiua: ſpecies & totum & pars. Hæc in hoc ſecundo capite Porphyrius.* B

DISPVTATIO SECVNDA.

De Specie.

SECTIO PRIMA.

De conſtitutiuo ſpeciei.

Speciei duplex habitudo.

CVM duplex ſit ſpeciei habitudo, C vna ad genus quæ explicatur per ſubiicibilitatem: Altera ad indiuidua quæ explicatur per prædicabilitatem; *Dubitatur primò*, An habitudo ſpeciei ad genus ſit diſtincta ab habitudine eiuſdem ad indiuidua.

Reſpond. Licèt oppoſitum videatur ſentire Porphyrius, communiter tamen affirmant DD. eſſe diſtinctum & rectè. Sicut diuerſa eſt relatio Petri qua pater eſt, à relatione qua idem Petrus eſt filius; ſic diuerſa habitudo ſpeciei qua dicitur genus, ab ea qua dicitur ſpecies. Item per habitudinem ad genus ſpecies fit inferior & concipitur vt pars ſubiectiua; per habitudinem D ad indiuidua fit ſuperior, & concipitur vt totum poteſtatiuum, ergo diſtinctæ. Porphyrius illas ad inuicem non contradiſtinxit fortaſſe, quia ſunt eiuſdem rationis vt ſemper relinquant ſpeciem in eſſe ſpeciei.

Secunda difficultas eſt quænam habitudo conſtituat ſpeciem, habitudóne ad genus, an ad indiuidua.

Species quot modis ſpectari poteſt.

Reſpond. Speciem tripliciter ſpectari poſſe. Primò vt vniuerſale quoddam prædicabile: Secundò vt hoc vniuerſale eſt ſpecies & prout dicit reduplicatiuè rationem ſpeciei. Tertiò vt dicit rationem nedum ſpeciei vt ſic, ſed talis ſpeciei. Hoc poſito, E

Dico primo. Ad intelligendam ſpeciem, vt ſpecies eſt, ſatis eſt ſi intelligatur per relationem ad genus, nec eſt neceſſarium vt relatio ad inferiora explicitè concipiatur, ſed ſatis eſt ſi ſupponatur.

Prob. primò. Species ſubalterna eſt verè ſpecies, & tamen non inuoluit in ſuo formali conceptu reſpectum ad inferiora, vniuerſalitatem videlicet, ſed tantùm ſubiicibilitatem, ergo conceptus proprius & explicitus ſpeciei non eſt vniuerſalitas & reſpectus ad inferiora, ergo reſpectus ad inferiora non requiritur ad conceptum ſpeciei vt ſpecies eſt. Anteced prob. Quia ſpecies ſubalterna definitur: Eſt quæ ſubiicitur generi.

A Secundò. Si concipiatur genus & differentia contrahens non conceptis inferioribus, concipietur ſpecies, ergo ſpecies non inuoluit neceſſariò explicitè in ſuo conceptu, vt ſpecies eſt, reſpectum ad inferiora.

Species vt vniuerſale, per quem reſpectum conſtituitur.

Dico ſecundò. Species vt vniuerſalis & vnum ex quinque prædicabilibus, conſtituitur per reſpectum ad inferiora, & ille reſpectus ſatis eſt.

Prob. Quia vt conſtituatur vniuerſale ſatis eſt ſi conſideretur vt ſuperius & vt quid participabile ab inferioribus: ſufficit ergo reſpectus ad inferiora.

Confir. Si daretur natura aliqua quæ eſſet B prædicabilis de pluribus differentibus numero & ſub nullo genere, eſſet vniuerſalis, ergo ſpecies vt vniuerſale eſt, conſtituitur per reſpectum ad inferiora.

Obiectio.

Obiicies. Ex hac hypotheſi poſſet quis ſic arguere, ſi daretur huiuſmodi natura, eſſet ſpecies, ergo vt ſpecies concipiatur vt ſpecies, ſufficit reſpectus ad inferiora.

Solutio.

Reſpond. neg. anteced. Etenim natura illa non eſſet ſpecies, ſed tantùm vniuerſale quæ natura cùm implicet, etiam impoſſibile eſt huiuſmodi vniuerſale, quod non ſit genus nec ſpeciès. Addo tamen ex prædicatione ad indiuidua in quid, intelligi eſſe ſpeciem, ſicut ex eo quod eſt C riſibile, intelligitur etiam homo.

Dico tertiò Species ſubalterna, vt ſubalterna eſt, conſtituitur per duplicem reſpectum: nimirum ad inferiora & ad genus ſuperius.

Species ſubalterna duo ſignificat,

Prob. Quia ſpecies ſubalterna, vt ſubalterna, dicit duo, eſſe ſpeciei & eſſe generis, ſed per reſpectum ad inferiora eſt tantùm genus, & per reſpectum ad ſuperius eſt tantùm ſpecies, ergo vt concipiatur tantùm vt genus requiritur reſpectus ad inferiora, & vt ſpecies ad ſuperius & ſic duplicem reſpectum requirit ſpecies ſubalterna.

Speciei infimæ reſpectus vnicus.

Dico quartò. Vt ſpecies infima intelligatur vt infima, non eſt neceſſe concipi duplicem relationem ad genus & ad indiuidua, ſed ſufficit reſpe- D ctus ad indiuidua.

Prob. Si concipiatur vt prædicabilis in quid de pluribus differentibus numero, concipitur ſpecies infima, ergo non requiritur reſpectus ad genus ſuperius.

Tertia difficultas. Species infima & ſubalterna ſunt ambæ ſpecies, ergo debent habere aliquod commune in quo conueniant, & aliquod proprium in quo differant. Sed ſi aliquod habent commune in quo conueniant, eſt ſubiici generi: ſi habent aliquod peculiare, illud videtur, quod ſpecies ſubalterna prædicetur de pluribus differentibus ſpecie, infima de pluribus differentibus numero, ſed hoc non rectè vide- E tur dici. Prob. Quia cùm ſpecies ſubalterna prædicatur de pluribus differentibus ſpecie eſt genus non ſpecies, ergo prædicari de pluribus differentibus ſpecie non eſt differentia ſpeciei ſubalternæ, ſed quid conſtitutiuum generis.

Ratio difficultatis.

Speciei conſtitutiuum, quodnam ſit.

Reſpond. Eſſentiam ſpeciei vt ſic prout abſtrahit ab infima & ſubalterna, conſtitui formaliter per id quod eſt natura quædam conſtans ex perfectiuo & perfectibili, & hoc conuenit vtrique ſpeciei. Differunt ad inuicem quia perfectiuum ſpeciei ſubalternæ non eſt adæquatum perfectiuũ: poteſt enim vlterius perfici: ſic ſenſibile poteſt perfici per rationale: Perfectiuum ſpeciei infimæ eſt adæquatè perfectiuum nec vlterius poteſt perfici. Eſſe autem ſubiicibile generi,

neri; vel prædicari de pluribus differentibus numero (ſi in rigore loquamur) eſt paſſio ſequens ad tales naturas, non ratio eſſentialis conſtituens ſpeciem: hæc de ſpecie dicta ſufficiant.

Sectio Secvnda.

De Indiuidus.

Indiuiduum quadruplex

INDIVIDVVM aliud ſubſtantiæ; aliud accidentis ſubſtantiæ, vt Petrus: Accidentis, vt hoc album. Rurſus indiuiduum quadruplex vagum & eſt quod vagè & indeterminatè ſignificat hoc vel illud indiuiduum, vt quidam homo. Signatum & eſt cùm demonſtramus aliquid termino communi cum pronomine demonſtratiuo, vt hic homo. Nominatum, vt Petrus: circumlocutum, vt Sophroniſci filius; hac enim circumlocutione ſignificatur Socrates.

Indiuiduum quod ſit. Caiet.

Quoad prædicationem, cùm indiuiduum illud ſit quod tantùm de vno prædicatur vt diximus ex Porphyrio, quæri poteſt, primò an cùm prædicatur idem de ſe ipſo, vt homo eſt homo, ſit prædicatio nedum vera, & naturalis, vt concedit Caietanus, ſed etiam vtilis & artificioſa.

Secundò. An cùm prædicatur indiuiduum accidentis de indiuiduo ſubſtantiæ, ſit recta prædicatio.

Tertiò. An hæc definitio etiam competat indiuiduo vago.

Prædicatio identica an vtilis & artificioſa nedum naturalis & vera

Ad primum reſpondetur. Quòd prædicatio illa licèt identica eſt artificioſa & vtilis. Etenim ad vtilem & artificioſam prædicationem ſufficit ſi prædicatū ſignificet aliquid diſtinctum quod in conceptu ſubiecti erat in confuſo: eſt enim prædicatum veluti forma determinans ſubiectum: cùm ergo dicimus Homo eſt homo: prædicatum licèt in voce non dicat aliquid diſtinctum à ſubiecto, ſecundùm noſtrum modum concipiendi dicit aliquid aliud quod non dicit ſubiectum, ſignificat enim quod homo ſit homo, id eſt non diuerſum ab homine, & quidem huiuſmodi propoſitionibus frequenter vtimur, ergo ſignum eſt, quod iis aliquid aliud innuitur.

Ad ſecundam, eſſe rectam prædicationem vt patet.

Indiuiduum vagum dupliciter ſumitur.

Ad tertium, ſi indiuiduum vagum ſumatur perſonaliter pro ſuo immediato ſignificato non prædicatur niſi de vno, ſic aliquis homo non prædicatur niſi vel de Petro vel de Paulo, & illi competet allata definitio. Si tamen indiuiduum ſupponat ſuppoſitione ſimplici videlicet pro aliquo homine vt ſic, abſque quod deſcendat ad aliquod indiuiduum determinatum, tunc non prædicabitur de vno, ſed in pluribus.

Dices ergo, indiuiduum vagum eſt vniuerſale & prædicabile, & cùm non ſit vnum ex aſſignatis à Porphyrio, dabitur ſextum prædicabile, vt vult Caiet. Sed ad hoc infrà.

TERTII CAPITIS de differentia Propoſitiones & Theoremata.

1. DIFFERENTIA *eſt triplex: communis & eſt accidens quod ſubiecto accidit ſeparabiliter, vt albedo in cycno. Propria & eſt accidens quod inſeparabiliter accidit ſiue conueniat omni ſoli & ſemper, vt riſibilitas; ſiue non, vt naſi curuitas. Propriiſſima & eſt quæ ſpeciem conſtituit & eſt de eſſentia illius, vt rationalitas.*

2. *Conueniunt inter ſe quia ſingula faciunt differre: differunt primò, Quia duæ primæ tantùm faciunt alterum diſtinctionem videlicet accidentalem, poſtrema facit alterum, & aliud diſtinctionem videlicet eſſentialem formaliter, virtualiter accidentalem. Secundò, Quia differentia propriiſſima diuidit genus; communis & propria minimè. Tertiò, quia propriiſſima ingreditur definitionem eſſentialem, reliquæ minimè.*

3. *Differentia alia ſeparabilis, vt ſanitas alia inſeparabilis, vt ſimitas. Alia dicitur per ſe & eſſentialis vt rationalitas: Alia accidens, id eſt non eſſentialis, vt eſſe aquilinum ſeu riſibile. Differentia per ſe & eſſentialis ſubſtantiarum non ſuſcipit magis & minus, vt rationalitas. Differentiis per accident id non repugnat.*

4. *Differentiæ eſſentialis munera tria ſunt. Diuidere genus; conſtituere ſpeciem & ſpecies contradiſtinguere ab aliis ſpeciebus.*

5. *Differentia eſſentialis tot modis deſcribitur. In ordine ad ſpeciem ſic, differentia eſt qua ſpecies abundat à genere. In ordine ad effectum formalem ſic, Differentia eſt quæ nata eſt, ea quæ ſunt ſub genere diuidere. Et in ordine ad eundem effectum formalem ſic. Differentia eſt quæ inter ſe ſingula differunt, intellige eſſentialiter. In ordine ad genus. Differentia eſt, quæ diuidit genus. In ordine ad ſua inferiora ſic, differentia eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale quid.* Hæc Porphyrius.

DISPVTATIO TERTIA.

De Differentia.

Sectio Vnica.

Expenduntur ſingulæ differentiæ definitiones.

PRIMA *difficultas* eſt quomodo differentiæ diuidant genus.

Differentia non diuidit genus quoad eſſentiam, ſed quoad poteſtatem.

Reſpondetur. Differentia diuidit genus ſeu poteſtatem generis (hoc eſt) facit vt genus ſit contractum per aliam differentiam. ſic rationale facit vt animal à ſe contractum ſit tantùm homo, & non ſit neque eſſe poſſit rugibile. Non tamen dicitur diuidi genus quoad eſſentiam, genus enim quoad eius prædicata quidditatiua non diuiditur, ſed ſolùm contrahitur per ſingulas differentias.

Secunda difficultas. Quomodo differentia eſt qua ſpecies abundat à genere, ſi poteſtate continet omnes differentias?

Genus quomodo potentiâ omnes ſub ſe differentias contineat.

Reſpond. Licèt enim genus potentiâ contineat omnes differentias, & illarum origo ſit, tamen non actu illas continet, ſed tantùm dicit actu ſuam eſſentiam: ſpecies verò & differentias tantùm in confuſo. Econtrà ſpecies & actu dicit eſſentiam generis & aliquid amplius, id eſt differentiam: Cùm ergo

differentia ſit cauſa formalis cur ſpecies amplius aliquid habeat quàm genus rectè dicitur quod per differentiam ſpecies abundat à genere.

Tertia difficultas, qua ratione dicitur, Differentia eſt, quæ nata eſt, ea quæ ſunt ſub genere diuidere: Ratio difficultatis eſt, quia etiam genus hoc ipſum præſtat. Genus enim conſtituit ſpeciem intrinſecè vt patet. Deinde illum ſeparat. Prob. Omnes res finitæ habent hoc vt rem quam conſtituunt etiam finiant & limitent. Genus eſt res finita & limitata, ergo ſpeciem quam conſtituit limitat, ergo diſtinguit. Rem enim limitare & finire eſt illam diſtinguere.

Confir. Quia ſicut differentia facit differre ſpeciem ab omni re quæ non participat eamdem eſſentiam & differentiam; ita & genus facit differre eamdem ab omni re quæ non eſt genus.

Differentia aliter accipitur vt ens, aliter vt tale ens.

Reſp. Differentia ſumi poteſt dupliciter & vt ens eſt & vt tale ens. Vt ens eſt non contrahit genus, distinguitur à genere nec contrahit ipſum: Vt tale ens eſt habet aliquid quod non habent talia entia, & per conſequens quod non habet genus; eſt enim quædam ratio perfectiua & determinatiua generis, ſicut ipſum genus eſt quid perfectibile & indeterminatum, ex quo fit vt indigeat alia re per quam determinetur, & contrahatur; hæc eſt differentia. Ad argumentum igitur diſting. Maior. res omnes finitæ rem quam conſtituunt diſtinguunt complerè, nego; incompletè, concedo: ſic genus non ſeparat ſpeciem ab alia ſpecie, ſed tantùm à re quæ non eſt genus, & relinquit illam in ratione communi: differentia verò facit ſpeciem differre à quauis alia ſpecie ſecundùm rationes vltimas eſſentiales & poſitiuas.

Differentia eſt ratio perfectiua & determinatiua.

Quoad vltimam definitionem qua dicitur Differentia eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quale quid. Sit

Quarta difficultas. Quomodo differentia ſit prædicabilis: ſenſibilitas enim quæ eſt differentia animalis non prædicatur de ipſo animali, nec de ſpeciebus ſub ipſo contentis. Non enim dici poteſt, animal ſeu bos eſt ſenſibilitas.

Ægid.

Reſp. Ægid. Differentiam non eſſe rationalitatem aut ſenſibilitatem, ſed rationale & ſenſibile, & hoc prædicatur de animali & de ſpeciebus.

Fallitur, rationale enim & ſenſibile non ſunt differentiæ contrahentes genus, ſed aggregatum ex differentia & genere, vt optimè Areſius noſter, non enim eſt album differentia, ſed albedo.

Differentia prædicatur vt quo.

Reſp. igitur: Differentia quidem prædicatur non vt quod, ſed vt quo: hoc eſt differentia eſt ratio formalis vt aliquid prædicetur, licèt non ſit ipſa prædicatum, ſicut anima rationalis eſt cauſa cur homo ſit homo, licèt ipſa non dicatur homo.

Quinta difficultas, circa *τὸ differentibus*, Quid ſit differre aut differens: an idem ſignificet quod diuerſum.

Differens & diuerſum an idem.

Reſp. Minimè. Propriè enim differens illud dicitur quod habet aliquod commune cum eo à quo differt, ſic homo à leone. Diuerſum illud dicitur quod ita contradiſtinguitur ab alio, vt in nullo genere eſſentialiter vniuocè cum illo conueniat, ſic ſubſtantia & Accidens.

Sexta difficultas. An omnis differentia prædicetur de pluribus differentibus ſpecie. Ratio difficultatis eſt, quia differentia infima non prædicatur niſi de pluribus differentibus numero.

A

Reſp. hic definiri differentiam ſubalternam tantum, omiſit vltimas Porphyrius, quia vel illas negabat, vel vt obſcuritatem vitaret quia Iſagogicum agebat, qui plura volet videat Tolet. Hic

Septima difficultas. Quid eſt differentiam prædicari de pluribus in quale quid.

Prædicari in quale quid, quid id ſit.

Reſp. eſſe prædicari de ſpeciebus ad modum qualitatis ſubſtantialis eſſentialiter; ſeu ad modum adiacentis. Differentia enim poteſt comparari ad genus quod contrahit & ad ſpeciem

B

quam conſtituit. Reſpectu vtriuſque eſt veluti forma determinans & velut adiacens, ideo reſpectu vtriuſque eſt veluti qualitas, ideo prædicatur in quale; quia eſt qualitas eſſentialis ideo in quid.

Octaua difficultas. An ſicut differentia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quale quid, etiam in quale quid prædicetur de genere quod contrahit.

Differentia eſt veluti qualitas eſſentialis.

Reſp. Minimè. Differentia enim licèt ſit veluti qualitas reſpectu vtriuſque, tamen reſpectu ſpeciei, quia illam conſtituit eſt de eſſentia. Reſpectu generis quia eſt extra naturam illius, illi veluti accidit; ſicut forma eſt extra eſſentiam

C

materiæ & de eſſentia compoſiti: Hinc fit vt differentia prædicetur de genere tantùm in quale; de ſpecie & indiuiduis in quale quid.

Gemina differentiæ habitudo.

Nona difficultas. Cùm differentia dicat duplicem habitudinem, & ad genus quod diuidit & ad ſpeciem & indiuidua quæ conſtituit, quæri poteſt, An vtraque habitudo debeat concipi ad intelligendam differentiam totaliter vt differentia eſt.

Reſp. quòd ſic. Eſt enim differentia conſtitutiua ſpeciei & diuiſiua generis, & vtrumque formaliter includit, non enim poteſt intelligi quod conſtituat ſpeciem niſi concipiatur diuidere genus, & econtrà.

D

Decima difficultas. Si ex eo quod genus prædicatur in quid de pluribus differentibus ſpecie conſtituit diſtinctum prædicabile à prædicabili ſpeciei: quia hęc prædicatur de pluribus differentibus numero, cur differentia ſubalterna quę prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, non conſtituit diſtinctum prædicabile à differentia infima, quæ de pluribus differentibus numero prædicatur?

Cur differentia ſubalterna & infima duo non conſtituant prædicabilia.

Reſp. Quia genus prædicatur explicitè vt pars per ſe ſubſiſtens; ſpecies vt dicit totam naturam ideo diſtincta prædicabilia; differentia verò ſubalterna prædicatur, vt adiacens, ſicut infima, & vtraque prædicatur explicitè, vt pars.

E

QVARTI ET QVINTI capitis, *De Proprio & Accidente, propoſitiones & Theoremata.*

1. **P**ROPRIVM *prout opponitur communi dicitur quatuor modis. Proprium primo modo eſt quod ſoli conuenit, & ſi non omni, hoc eſt ſoli ſpeciei licèt non omni indiuiduo contento ſub illa, vt eſſe medicum.*

2. *Proprium ſecundo modo eſt quod omni indiuiduo conuenit, etſi non ſoli ſpeciei, vt Eſſe bipe-*

dem. Vocatur hoc ab Ariſt. 1. Top. 4. Proprium ad aliquid, quia proprium non eſt, niſi ſubiectum alius comparetur, eſſe enim bipedem non eſt homini proprium niſi collato cum quadrupedibus.

3. *Proprium tertio modo eſt. Quod ſoli conuenit & omni etſi non ſemper, ſed certo tempore, vt caneſcere. Dicitur ab Ariſtotele. Proprium aliquando.*

4. *Proprium quarto modo eſt accidens quod conuenit omni ſoli & ſemper, vt Eſſe riſibile.* Dicitur à Porphyrio Propriè proprium; quia hoc tantùm eſt connaturale ſpeciei, & cum illa conuertitur: Ab Ariſt. appellatur Proprium abſolutè, & de hoc hîc loquemur.

5. *Accidens eſt Quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Eſt duplex: Aliud ſeparabile in re vt ſedere, ſtare: Aliud in re inſeparabile vt nigredo in coruo, licèt ſeparabile per intellectum.*

Inſuper ſic definitur. Accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe & non ineſſe. Hæc ex Ariſtotele 1. Topicorum, cap. 4. tradidit hîc cap. 4. & 5. Porphyrius.

DISPVTATIO QVARTA.

De duobus vltimis prædicabilibus.

HACTENVS de iis prædicabilibus, quæ rei eſſentiam ſeu ſpeciem conſtituunt, qualia ſunt genus & differentia: nunc de iis, quæ eidem eſſentiæ iam conſtitutæ adueniunt; ſunt autem Proprium & Accidens. De vtriſque ſingillatim.

SECTIO PRIMA.

De Proprio.

Proprium quadruplex.

NOTANT communiter Proprium poſſe ſumi dupliciter. Et prout opponitur improprio, & ſic, de illo non agimus. Et prout contradiſtinguitur à communi, & hoc à Porphyrio diuiditur & definitur: de illo igitur ſic accepto ſit,

Prima difficultas. Quodnam eſt diuiſum quando quadrupliciter diuiditur proprium à Porphyrio? & qualis eſt illa diuiſio?

Reſpondent quidam. Diuiſum non eſſe rem aut naturam communem omnibus propriis, ſed tantùm nomen quoddam quod æquiuocè dicitur de illis, ac proinde diuiſionem hanc eſſe nominis, ſeu vocis in ſuas ſignificationes, &c.

Diuiſio proprij eſt Analogi in ſua Analogata.

Rectiùs: Eſt Analogi in ſua analogata; Proprium enim vt ſic prout eſt quoddam nomen commune deſcendit ad omnia propria per prius & poſterius, non per quandam metaphoram, ſed verè & propriè quod ſufficit ad analogiam, vt infrà dicemus.

Secunda difficultas. Quodnam proprium conſtituit quartum prædicabile? aliquodne ex illis quatuor an omnia ſimul?

Reſpond. Proprium quod eſt Quartum prædicabile in hoc contradiſtinguitur à quinto; quia Quintum tantùm dicit accidens quoddam commune: Accidens autem omnino proprium eſt illud quod fluit ab eſſentia, & accidens fluens ab eſſentia eſt tantùm proprium quarto modo, ergo accidens quarto modo proprium, eſt quod conſtituit quartum prædicabile. Proprium enim primo, ſecundo & tertio modo, licèt proprium aliquo modo videatur, reuera tamen eſt aliquid commune, non enim fluit ab eſſentia, ſed à conditionibus indiuiduantibus, quæ cùm ſint extra eſſentiam rei & illi extrinſecus accidant, ſicut conditiones ſparſim poſſunt reperiri in aliis, ſic etiam accidentia quæ ab illis fluunt.

Proprium quarto modo quartum prædicabile.

Tertia difficultas. Qua ratione Proprium quarto modo conuenit omni ſoli & ſemper.

Reſpond. Quia eſt accidens quod habet neceſſariam connexionem cum eſſentia quia ab illa fluit. Etenim quod fluit ab eſſentia neceſſariò eſt à natura illa inſeparabile, & conuenit omni ſoli & ſemper. Conuenit omni, quia quod habet eſſentiam neceſſariò habebit proprietates, quæ ab illa neceſſariò fluunt, omnis enim homo neceſſariò eſt riſibilis dum eſt homo: Conuenit ſoli, quia quod fluit ab eſſentia non poteſt conuenire niſi illi, quod habet illam eſſentiam, & conſtituitur ſub illa ſpecie, conuenit ſemper, quia eſſentia rei ſeparari non poteſt ab eo quod eam participat, quare nec proprietates quæ ab ea fluunt: hinc homo ſemper riſibilis.

Obiectio 1.

Dices ex Fonſ. lib. 1. cap. 28. ſect. 3. Intellectus ab eſſentia hominis fluit & non eſt proprium quarto modo, conuenit enim omni & ſemper non autem ſoli, ſed etiam Angelis, ergo non omne proprium quod fluit ab eſſentia, eſt proprium quarto modo, nec ideo proprium quarto modo conuenit omni ſoli & ſemper quia fluit ab eſſentia.

Solutio.

Reſpond. Vel homo & Angelus conueniunt in natura generica, vt innuit Porphyrius, cùm ait, Animalia ſumus nos & Dij: Tunc dico intellectum eſſe proprietatem naturæ genericæ abſtrahentis ab homine & Angelo. Vel non conueniunt vt omnino verius eſt: & tunc dico; neque intelligere eſt vna & eadem proprietas communis homini & Angelo, ſed diuerſa omnino ſicut diuerſæ inter ſe naturæ.

Obiectio

Dices: Senſibile fluit ab eſſentia generis, nempe animalis: ſenſibile autem non conuenit tantùm generi quia conuenit Petro & Ioanni, ergo non omne quod fluit ab eſſentia eſt proprium quarto modo, & conuenit omni ſoli & ſemper, ſed etiam aliis non poteſt conuenire.

Solutio.

Reſpond. Cùm dicitur, Quod proprium quarto modo conuenit omni ſoli & ſemper, non intelligendum quòd paſſio quæ competit alicui naturæ, ita illi conueniat vt non poſſit deinde conuenire inferioribus participantibus illam naturam, alioquin fruſtra additum eſſet, Omni, ſed ſatis erat dicere Proprium eſt, quod conuenit vni ſoli & ſemper. Quare licèt ſenſibile proprietas animalis conueniat etiam Petro & Ioanni, adhuc ſoli animali conuenit, quia ſoli illi immediatè ineſt & nulli alteri niſi ratione ſui, Petrus enim eſt ſenſibilis non ratione ſui, ſed animalis.

Quarta difficultas. An proprium quarto modo poſſit fieri proprium aliis modis?

Recentior quidam ex Burlæo reſpondet, Quòd proprium quarto modo naturæ genericæ ſeu ſpecificæ poteſt fieri proprium primo & ſecundo modo reſpectu alterius, licèt non poſſit eſſe proprium tertio modo. Si ſenſibile proprium animalis quarto modo reſpectu hominis erit proprium ſecundo modo, conuenit enim omni & ſemper, ſed non ſoli. Rationale eſt proprium quarto modo, ſed reſpectu indiuiduorum eſt proprium ſecundo modo, conuenit enim omni indiuiduo, ſed non ſoli illi. Econtrà ſi comparetur rationale ad animal, reſpectu animalis eſt proprium primo modo, conuenit enim ſoli, ſed non omni.

Proprium quarto modo nequit alio modo alteri conuenire.

Fallitur. Proprium enim quod eſt verè proprium contradiſtinguitur à communi, ergo ſi ſemel proprium eſt paſſio aliqua quæ conueniat naturæ alicui quarto modo, nunquam conuenire poterit alteri naturæ primo aut ſecundo modo, alioquin hoc non eſſet in rigore proprium, ſed aliquo modo commune, cùm ergo dicitur ſenſibile eſt proprium hominis, ſenſibile nullo modo erit proprium prout proprium eſt, quia neque homo eſt ſenſibilis vt homo eſt, ſed vt animal eſt. Quare abſolutè negandum ſenſibile eſſe proprium primo aut ſecundo modo, rationale eſſe proprium aliis ſecundo modo.

Obiectio.

Dices: Eſſe diſgregatiuum viſus eſt proprium albedinis quarto modo, & tamen reſpectu cycni eſt proprium ſecundo modo, conuenit enim omni cycno licèt non ſoli. ergo quod eſt proprium quarto modo poteſt fieri proprium aliis modis.

Solutio.

Reſpondetur. Concedo totum in accidentibus reſpectu ſubiecti: quod negamus eſt, Proprium quarto modo poſſe fieri proprium ſecundo & primo modo reſpectu naturæ ſuperioris aut inferioris, ita vt illi naturæ quod eſſet proprium quarto modo conueniat immediatè primo & ſecundo modo. Eſſe verò diſgregatiuum viſus quod eſt proprium albedinis quarto modo, eſt proprium cycni ſecundo modo non immediatè, ſed mediatè, nimirum mediante albedine, quæ ſecundo modo illi eſt propria. Noſtra ergo ſententia eſt, quod immediatè conuenit alicui naturæ quarto modo, non poteſt conuenire alteri immediatè primo aut ſecundo modo, aut tertio. Quod autem eſt proprium naturæ quarto modo, poteſt alteri eſſe proprium primo, ſecundo & tertio modo mediatè. Hinc autem non colligitur, quòd idem eſſet proprium ſimul & commune, vt intimiùs intuenti patebit.

Quinta difficultas colligitur ex ſenſu Porphyrij, qui ait in fine Proprium eſſe ſpeciei: & rurſus Proprium eſſe quod accidit ſpeciei, ergo natura generica nullas habet proprietates.

Auicenna.

Reſpondet. ex Auicen. in 1. Part. ſuæ Log. id dixiſſe Porphyrium, non quia natura generica non habeat ſuas proprietates, ſed quia proprium naturæ ſpecificæ eſt magis proprium, quia non conuenit pluribus naturis, ſed tantùm vni, ſicut differentia vltima magis ſibi vſurpat differentiæ nomen quàm ſubalterna.

Vltima difficultas: Quomodo hoc proprium conſtituat quartum prædicabile?

Reſpondetur, conſtitui hoc quartum prædicabile non vt vniuerſale quoddam abſtractum à ſuis inferioribus, quia ſic vel eſt ſpecies vel genus, nec diſtinctum prędicabile ab illis conſtituit, ſed prout prædicatur de ſubiecto: eſt enim prædicabile, quia prædicatur de homine v.g. riſibile, non quia prædicatur de hac vel illa riſibilitate, ideo definitur etiam in ordine ad ſubiectum.

Sectio Secunda.

De accidenti.

Accidens tripliciter accipi poteſt. Primò pro omni eo quod eſt in alio, & non eſt de eſſentia illius ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens, & ſic differentiæ dicuntur accidentia reſpectu generis, forma ſubſtantialis reſpectu materiæ, veſtis reſpectu corporis, & ab aliis dicitur accidens verbale. Secundò ſumitur accidens pro omni eo, quod contradiſtinguitur à ſubſtantia & non reciprocatur cum illa, & ſic tantùm comprehendit nouem prædicamenta, & hoc appellari ſolet accidens nominaliter ſeu accidens prædicamentale. Tertiò ſumitur pro eo quod accidit alteri non quomodocumque, ſed prout contradiſtinguitur ab eo quod accidit per ſe, & hoc appellatur accidens prædicabile: Per ſe enim dicitur accidere Accidens Proprium quia fluit ab eſſentia rei, vt riſibilitas: Accidens verò commune per accidens dicitur accidere, quia extrinſecus aduenit, vt eſſe album. Hoc poſito ſit

Accidens verbale, accidens prędicamentale, & accidens prędicabile.

Prima difficultas. Quodnam accidens hic à Porphyrio definiatur, cùm ait, Accidens eſt quod adeſt, &c.

Caiet.

Putat Caiet. definiri hîc accidens primo modo, illud nimirum quod quomodocumque accidit, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidens dummodo non ſit de eſſentia ſubiecti, nec de eſſentia fluat.

Prob. Poteſt ſubſtantia prædicari in quale de aliqua re, vt veſtis de veſtito, vt Petrus eſt veſtitus.

Fallitur. Quia accidens definitur per adeſſe & abeſſe; adeſſe autem inhærere ſignificat, veſtis autem non ineſt.

Dicendum igitur, hîc definiri accidens tertio modo, quod contradiſtinguitur à ſubſtantia, & ab omni eo quod accidit per ſe.

Quod accidens à Porphyrio hîc definiatur.

Prob. Porphyrius hîc agit de prædicabilibus quę prædicari poſſunt prædicatione directa, ſed ſubſtantia non poteſt prędicari directè niſi in quid non in quale de ſubiecto, ergo ſubſtantia non poteſt ad hoc quintum prædicabile pertinere, veſtis enim non prædicatur directè de Petro, ſed eſſe veſtitum: hoc autem pertinet ad prædicamentum habitus, vnum ex nouem prædicamentis accidentalibus. Quod inſuper patet. Quia non propriè ſubiecto inhæret nec per ſe pertinet ad hoc prædicabile, ſed tantùm ſecundariò & reductiuè, ne ſextum cogamur adſtruere prædicabile.

Secunda difficultas. An cùm ait Porphyrius: accidens eſt quod adeſt & abeſt, intelligat de inhærentia reali in ſubiecto, vel tantùm de inhærentia ſecundò intentionaliter ſumpta, nimirum de affirmatione & negatione, ita vt ſenſus ſit, accidens eſt id quod affirmari vel negari poteſt de ſubiecto.

Adeſſe in Accidente de inhęrentia reali.

Reſpond. loqui Porphyrium de inhærentia reali. Patet, quia accidens quod hîc definitur, eſt accidens quod eſt in ſubiecto, ſed in hoc inhæ-

Digitized by Google

Adeſſe in accidente de inhærentia reali.

ret ſecundo intentionaliter non eſt in ſubiecto, ergo non hîc definitur. Min. prob. Quia vt explicaret definitionem à ſe traditam tradit diuerſos modos ſeparationis accidentis à ſubiecto, ergo loquitur de inhærentia reali.

Tertia difficultas. Qua ratione omne accidens commune poteſt adeſſe & abeſſe ſubiecto illud non corrumpendo. Calor vitalis ſi abſit ſtatim moritur homo, ſi adſit letalis morbus ſtatim corrumpitur, combuſtio domus domum deſtruit; mors, &c.

Subiecti corruptio quoad eſſentiâ non quoad exiſtentiam.

Reſpond. Subiecti corruptio poteſt intelligi dupliciter, vel quoad exiſtentiam, vel quoad eſſentiam, cùm ait Porphyrius, Accidens eſt quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem, intellige ſine corruptione eſſentię non exiſtentiæ, ſic lignum non corrumpitur à calore eſſentialiter, quia poteſt intelligi eſſentia ligni cum calore, & eſſentia hominis abſque calore vitali, ſic mors etiam eſſentiam hominis non corrumpit, ſed tantùm exiſtentiam: exiſtat enim homo vel non exiſtat ſemper eſt animal rationale. Vel etiam dici poteſt, huiuſmodi accidentia ſicut & cæteras priuationes non eſſe vera accidentia, ideo neque hîc definiri.

Quarta difficultas circa verbum illud Abeſſe; Abeſſe enim vel accipitur de ſeparatione reali. Vel de ſeparatione per intellectum: Si primum non conuenit omnibus accidentibus communibus, multa enim ſunt inſeparabilia à ſubiectis vt candor à niue, &c. Si ſecundum, definitio latiùs patebit quàm definitum, quia conueniet etiam proprietatibus quarto modo, quæ ſeparari poſſunt per intellectum, licèt non realiter, poſſumus enim concipere hominem abſque riſibilitate, & tunc homo non deſtruitur.

Abeſſe de ſeparatione per intellectum.

Reſpond. Abeſſe intelligi de ſeparatione per intellectum, cùm auté Porphyrius ait, Accidens commune eſt quod adeſt & abeſt, &c. Mens illius eſt Accidens commune non pertinere ad eſſentiam rei tanquam ad eius formale conſtitutiuum, nec ab ipſa eſſentia neceſſariò fluere, ſed eſſe illi omnino extrinſecum ita vt ſi tale accidens adſit nil eſſentiale addat ſubiecto, ſi abſit nil eſſentiæ detrahat ab ipſa natura. Accidens enim commune, vt diximus, non fluit ab eſſentia, ſed à conditionibus indiuiduantibus, à materia videlicet, vel temperamento & miſtione elementorum: inde accidens commune tantùm eſt inſeparabile ratione materiæ ſiue temperiei, accidens proprium inſeparabile ratione naturę à qua fluit.

Cùm autem obiiciunt poſſe nos concipere hominem, illum non concipiendo riſibilem, ergo riſibilitas eſt ſeparabilis per intellectum, & in hoc non differt ab accidente communi.

Conceptio abſtractiua & negatiua in quo differant.

Reſpondetur: Aliquid poteſt concipi ſine alio dupliciter: Vel abſtractiuè, vel negatiuè. Abſtractiuè, quando vna res concipitur non concepta alia, vt cùm concipimus animal in homine non concepta rationalitate. Negatiuè, quando concipitur vna res cum negatione alterius, vt ſi conciperem hominem hinnibilem, aut ſaltem non riſibilem. Quando igitur dicitur quod poteſt intelligi ſubiectum abſque propria paſſione, & quod paſſio poteſt abeſſe intelligitur de abſentia abſtractiua non negatiua. Accidens autem poteſt abeſſe etiam abſentiâ negatiuâ: poteſt enim concipi homo non conceptâ riſibilitate, non poteſt autem concipi ineptus ad ridendum negando illi riſibilitatem fundamentaliter; idem enim eſt riſibilitas fundamentaliter ſeu aptitudo ad ridendum ac ipſa rationalitas: E contrà poteſt ſubiectum concipi ſine accidente communi, & ſine aptitudine ad illum, quia nec formaliter nec fundamentaliter eſt de eſſentia ſubiecti.

Quinta difficultas. Cùm duplex ſit inhærentia accidentis in ſubiecto, Actualis & Aptitudinalis: quænam eſt de eſſentia illius?

D.Thom.

Inhęrentia accidentis in ſubiecto aptitudinalis.

Reſpond. Non Actualis, ſed Aptitudinalis. Ita D.Th. in 4. Diſtinct. 18. quæſt. 1. art. 1. Ratio eſt, quia ſubſiſtere per ſe & inexiſtere alteri, ſunt modi intrinſecè diuidentes ſubſtantiam & accidens: ſed ſubſiſtere aptitudinaliter non actualiter eſt de eſſentia ſubſtantiæ, vt probant Theologi, ergo & inhærere aptitudinaliter erit de eſſentia accidentis non actualiter.

Sexta difficultas. Tota hæc definitio non videtur rectè tradita. Ratio eſt, quia quod adeſt & abeſt ſubiecto non poteſt prædicari de illo, ergo vel hîc non definitur quintum prædicabile, vel definitio non recta. Anteced. prob. Quia albedo eſt quæ adeſt & abeſt &c. & non prædicatur de ſubiecto, non enim dicitur paries eſt albedo.

Proprium & accidens quartum & quintū, prędicabile vt cõſtituunt.

Reſp. Quintum prædicabile ſicut & quartum poteſt accipi dupliciter in abſtracto, & ſic non hîc conſideratur: & in concreto, & ſic conſtituitur vt quintum prędicabile, Abſtracta enim prædicari non poſſunt.

In quo inuicem conueniant aut differant.

Ex his colligitur in quo quartum & quintum prædicabile ad inuicem differant aut conueniant: Conueniunt enim quia vtrumque conſtituit ſuum prædicabile in concreto: Quòd vtrumque ſit extra eſſentiam: Quòd non ſint prædicabilia reſpectu inferiorum, ſed reſpectu ſubiecti: Differunt primò, quia proprium dimanat à principiis ſubiecti & ab eſſentia illius; accidens verò commune non ab ea dimanat, ſed ex aliis cauſis prouenit quę ſunt extra eſſentiam, & ex hoc oritur ſecundum diſcrimen: Quòd paſſio primò conuenit ſpeciei, ſecundariò indiuiduo: accidens verò commune primariò indiuiduo, ſecundariò ſpeciei. Tertium diſcrimen eſt, Quia proprium prædicatur per ſe, accidens verò per accidens.

DISPVTATIO QVINTA.

De numero vniuerſalium & prædicabilium.

SECTIO PRIMA.

Quot ſint vniuerſalia.

Vniuerſale Logicum.

SVPPONENDVM eſt dum inquirimus numerum vniuerſalium, nos non intelligere niſi vniuerſale in eſſendo & Logicum, quod eſt vnum in multis per opus intellectus; non de vniuerſali illo Metaphyſico quod adſtruebat Scot. à parte rei enim huiuſmodi vniuerſale non datur vt vidimus. Rurſus cùm quærimus quot ſint vniuerſalia, non

A inquirimus multiplicitatem numericam vniuerſalium, ſed ſpecies vniuerſalium: certum enim eſt tot eſſe vniuerſalia quot ſunt genera vniuerſaliſſima, & ſubalterna; & ſpecies in decem prædicamentis: ea autem ſunt plura vniuerſalia, ſed ſolo numero diſtincta. Quæſtio ergo eſt quot ſint ſpecies vniuerſalis in eſſendo Logici non Metaphyſici. Omiſſis igitur iis qui volunt vniuerſalia tot eſſe quot ſunt genera & ſpecies in prædicamentis quandoquidem quoad diſtinctionem numericam ſit extra controuerſiam.

Quot ſint ſpecies vniuerſalis.

Prima ſententia eſt quorundam qui volunt Vnum eſſe vniuerſale: quæ verò ſub hoc vniuerſali continentur non differre ſpecie, ſed tantùm ſecundùm magis & minùs, prout videlicet continet plures vel pauciores ſpecies, plura vel pauciora indiuidua. B

Secunda ſententia eſt aliorum qui volunt Vniuerſalia eſſe quinque quot ſunt prædicabilia.

Tertia eſt. Vniuerſalia eſſe tantùm duo, Genus & ſpeciem eáque inter ſe ſpecie & eſſentialiter differre: quæ mihi videtur omnino euidens: Pro qua

Vniuerſalia tantùm duo Genus & Species.

Notandum primò. Quòd duplex abſtractio, Vniuerſalis & Formalis. Vniuerſalis eſt cùm abſtrahimus naturam à ſuis ſingularibus, & tunc res abſtracta eſt veluti quoddam totum poteſtatiuum poteſtate continens ea à quibus abſtrahit, & eſt quod vniuerſale & eſſentialiter prædicatur de inferioribus. C Formalis verò eſt cùm abſtrahimus formam à materia vel ſubiecto; & tunc res abſtracta eſt forma quædam ſimplex, nec neceſſariò eſt vniuerſalis nec eſſentialiter prædicatur de iis à quibus abſtrahit, ſed denominatiuè. Ex hoc patet cùm ſit vnum poteſtatiuum in multis & quod eſſentialiter prædicatur de iis à quibus abſtrahit, neceſſariò ad illud requiritur abſtractio vniuerſalis nec ſufficit formalis. Vt ergo videamus An tot ſint vniuerſalia quot prædicabilia, videndum eſt, An omnia prædicabilia abſtrahant abſtractione vniuerſali.

Notandum ſecundò. Certum eſſe genus & ſpeciem abſtrahere à ſuis inferioribus abſtra- D ctione vniuerſali quia prædicantur eſſentialiter de ſuis inferioribus, & vtrumque eſt quid poteſtatiuum continens ſua inferiora. Difficultas ergo eſt tantùm de Differentia, Proprio & Accidente. Hæc autem duplici modo poſſunt præſcindere à ſuis inferioribus: Primò abſtractione vniuerſali, vt cùm præſcindimus differentiam ab omnibus differentiis: Proprium ab omnibus propriis: Accidens ab omnibus accidentibus: & tunc non conſtituunt diſtinctum prædicabile & vniuerſale à genere & à ſpecie, quia differentia reſpectu omnium differentiarum eſt veluti quoddam genus: ſic proprium & accidens reſpectu omnium propriorum & accidentium. E Secundo modo poſſunt abſtrahere à materia & ſubiecto abſtractione formali, ſic differentia à ſpecie, proprium & accidens à ſubiecto à quo dimanant & hac ratione conſtituunt tertium, quartum & quintum prædicabile, ſic autem non ſunt vniuerſalia cùm ad vniuerſale vt diximus requiratur abſtractio vniuerſalis; & cùm proprium, differentia & accidens vt tria prędicabilia ſunt, non abſtrahant abſtractione vniuerſali neque ſunt vniuerſalia. His poſitis ſit

Differentia Proprium & Accidens quomodo præſcindāt à ſuis inferioribus.

Prima concluſio. Non tot ſunt vniuerſalia quot prædicabilia.

A Prob. primò. Quia licèt omne vniuerſale ſit prædicabile, non tamen omne prædicabile eſt vniuerſale, ergo vniuerſalia non tot ſunt quot prædicabilia. Anteced. patet ex dictis, conſequ. eſt euidens.

Quinque prędicabilia, ſed non quinque vniuerſalia.

Secundò. Si quinque prædicabilia eſſent quinque ſpecies vniuerſalis, vniuerſale eſſet genus reſpectu eorundem prædicabilium, ſed hoc eſt falſum, ergo & primum. Min. prob. Quia genus debet participari à ſuis inferioribus at differentia, proprium & accidens non participant naturam vniuerſalis, ergo nec vniuerſale reſpectu illorum eſt genus, nec differentia, pro- B prium & accidens ſunt ſpecies. Min. Hæc patet quia hæc tria prædicabilia non abſtrahunt ab inferioribus abſtractione vniuerſali, ergo neque ſunt vniuerſalia, ergo nec naturam participant vniuerſalis.

Secunda concluſio. Genus & ſpecies vt conſtituunt primum & ſecundum prædicabile, ſunt vniuerſalia & inter ſe omnino eſſentialiter & ſpecificè diſtincta.

Prima pars prob. quia etiam vt prædicabilia ſunt, abſtrahunt abſtractione vniuerſali & tanquam totum poteſtatiuum ab inferioribus.

Secunda pars prob. Quia licèt tam Genus, quàm ſpecies ſint vnum in multis & vnum poteſtatiuum commune multis, & prædicentur in quid de ſuis inferioribus, & vtrumque ſignificet totam naturam ſui inferioris, & vtrumque C poſſit abſtrahi ab vnico indiuiduo: differunt tamen ratione inferiorum, quia genus eſt immediatè in ſpeciebus de quibus prædicatur; ſpecies in indiuiduis: ſpecies explicitè dicit totam naturam inferiorum; genus verò tantùm implicitè dicit totum, explicitè verò tantùm vnam partem; ſunt ergo genus & ſpecies diuerſimodè in ſuis inferioribus, ergo & diuerſas conſtituunt ſpecies.

Ex his colligitur primò contra Scot. hîc quæſt. 8. Vniuerſale non eſſe genus ad quinque prædicabilia vniuocum, ſed neque analogum contra Alber. hîc tract. 2. cap. 9 cùm vltima tria nullo D modo ſint vniuerſalia, nec per attributionem, nec per proportionem, cùm nullam participent rationem vniuerſalis, ſed tantùm ſint prædicabilia.

Coroll. 1. Vniuerſale non eſt genus ad quinque prędicabilia neque vniuocum, neque analogum.

Colligitur ſecundò. Vniuerſale eſſe genus vniuocum ad Genus & ſpeciem: eſſe enim vnum in multis æqualiter participatur à genere & à ſpecie, ergo genus & ſpecies ſunt ſpecies vniuocæ vniuerſalis.

Coroll. 2. Vniuerſale Genus vniuocum tantùm ad Genus & Speciem.

Colligitur tertiò. Neque veram eſſe primam ſententiam inferiora videlicet ſub vniuerſali differre tantùm ſecundùm magis & minùs cùm ſpecies & genus differant inter ſe per modum eſſendi in ſuis inferioribus omnino diuerſum.

Coroll. 3. Genus & Species differunt inter ſe penes modum eſſendi.

E Obiicies primò. Si genus eſt ſpecies vniuerſalis & vniuerſale eſt genus, vniuerſale erit ſpecies vniuerſalis & genus continebitur ſub ſpecie: hæc autem implicant, ergo vniuerſale nullo modo genus.

Obiectio 1.

Reſpond. Genus nequit contineri ſub ſpecie de qua eſſentialiter prædicatur; poteſt tamen genus contineri ſub ſpecie de qua accidentaliter prædicatur: Modò iſta prædicatio, Genus vniuerſale eſt genus, eſt prædicatio accidentalis & denominatiua, ſicut eſt iſta; Animal eſt genus, animal enim prout abſtrahit à pluribus ſpeciebus dicitur genus denominatiuè, licèt animal

Solutio.

Vniuerſale quomodo poſſit eſſe ſpecies ſui ipſius.

prædicetur eſſentialiter de iiſdem ſpeciebus: ſic licèt vniuerſale eſſentialiter prædicetur de genere; & ſpecie dicitur tamen genus denominatiuè & accidentaliter, ideo non implicat quòd ſit ſpecies ſuæ ſpeciei, & ſui ipſius.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò. Quod participatur ſecundùm magis & minùs nequit eſſe ſpecies vniuoca, ſed analoga, vniuerſale autem ſic participatur: genus enim dicitur magis vniuerſale quàm ſpecies, & ſpecies minùs vniuerſalis quàm genus, ergo nequeunt eſſe ſpecies vniuocæ.

Solutio. Genus non eſt magis vniuerſale quàm ſpecies.

Reſpond. Vniuerſale æqualiter participare à genere & à ſpecie, quia ratio formalis vniuerſalis in hoc conſiſtit vt ſit vnum in multis, tam enim ſpecies, quàm genus ſunt vnum in multis, ideò vniuocè participatur. Maior verò pluralitas inferiorum eſt extra rationem eſſentialem vniuerſalis & tantùm illi accidit.

SECTIO SECVNDA.

Quot ſint prædicabilia.

DIFFICVLTATEM hæc faciunt, definitio; Partes; Priuationes; Indiuiduum vagum; & ens, vnum, bonum: hæc enim ſunt prædicabilia de pluribus quæ non continentur ſub his quinque: Definitio enim prædicatur de definito, vt homo eſt animal rationale: Partes de toto ſaltem denominatiuè, vt homo eſt corporeus; Indiuiduum vagum de hoc & illo, ens & vnum de omnibus. Econtrà prædicabile eſt id quod poteſt prædicari, ſeu quod poteſt eſſe prædicabile. Ex Ariſtot. verò prædicata tantùm quatuor 1. Top. cap. 3. Præterea duo ſunt vniuerſalia quæ ſunt in pluribus, ergo duo prædicabilia quæ poſſunt prædicari de pluribus. Denique decem prædicamenta, ergo decem prædicabilia. Ideo

Notandum primò. Hæc tria differre inter ſe Prædicabile, Prædicatum & Prædicamentum.

Prædicabile. Prædicatum. Prædicamentum in quo differant.

Prædicamentum enim eſt natura illa quæ prædicatur de omnibus quæ continentur ſub eodem prædicamento. Prædicabile verò præter naturam dicit etiam vniuerſalitatem, ratione cuius ea quæ ſunt in eodem prædicabili eodem modo prædicantur: ſeu prædicamenta deſumuntur ex diuerſis modis eſſendi qui ſunt tantùm decem; primus eſt modus eſſendi per ſe: reliqui nouem ſunt modi eſſendi in alio: Prædicabilia verò ex diuerſis modis prædicandi qui ſunt tantùm quinque vt infrà oſtendemus. Prædicatum verò prout illud ſumpſit Ariſt. 1. Top. eſt ratio aliqua quę de ſpecie poteſt prædicari, quæ cùm ſit quadruplex, ideo quatuor prædicata. Definitio in qua includitur differentia, Genus, proprium, & accidens. Non appoſuit ſpeciem Ariſtot. quia ſpecies non prædicatur de ſe ipſa. Prædicabilia verò referuntur non ad ſpeciem, ſed ad indiuiduum de quo cùm quinque poſſint diuerſimodè prædicari, Genus nimirum, ſpecies, differentia, proprium & accidens, ideo quinque prędicabilia. Quòd verò ea quinque ſint:

Ratio formalis & materialis in prædicabili quæ.

Notandum ſecundò. Prædicabile duo dicit vnum materiale: formale alterum. Materiale eſt natura illa quę prędicatur. Formale eſt conuenientia ſeu ratio communis, in qua omnia quę ſunt in eodem prędicabili conueniunt quatenus eodem modo prędicantur de pluribus quę quintuplex eſt. Quod enim prędicatur de alio tanquam vniuerſali vel prædicatur in Quid vel in Quale. Si in Quid vel de pluribus differentibus ſpecie, & eſt Genus: vel de pluribus differentibus numero; & eſt ſpecies. Si in Quale vel in quale eſſentialiter, ſeu quod idem eſt in Quale quid; & eſt differentia; vel in quale conuertibiliter & inſeparabiliter & eſt Proprium: vel ſeparabiliter & eſt accidens. Rurſus omne prædicatum quod conuenit ſubiecto vel conuenit illi eſſentialiter vel accidentaliter. Prædicatum eſſentiale vel conuenit ſubiecto ad modum prędicati potentialis & materialis & hoc eſt genus: vel eſt aliquid actuale & formale & completum, & eſt ſpecies reſpectu indiuiduorum; vel vt aliquid formale incompletum & eſt differentia. Quod verò prædicatur accidentaliter, aut prædicatur conuertibiliter & neceſſariò & eſt Proprium; vel contingenter & inconuertibiliter & ſic eſt accidens. Sit igitur

Vnica concluſio. Prædicabilia ſunt tãtùm quinque: Genus, Species, Differentia, Proprium & Accidens. Eſt Porph. & omnium ferè expoſitorum, duobus exceptis Balduino & Caiet. in Prædicab. cap. de Specie. Patet ex dictis.

Satisfit rationibus dubitandi initio poſitis.

Ad rationes verò dubitandi reſpond. Definitio non conſtituit diſtinctum prædicabile, quia loquimur hîc de prædicabilibus ſimplicibus & incomplexis: definitio prædicabile complexum. Partes eſſentiales neque prædicabile cõſtituunt diſtinctum; reducuntur enim ad differentiam & ad genus: integrales verò ad accidens. Sed neque priuationes, loquimur enim hîc de ente reali à quo prædicationes deſumuntur. Ens vnum & bonum non dicuntur vniuocè de ſuis inferioribus, ideo nec prædicabile faciunt diſtinctum: dicuntur enim analogicè. Genus verò vniuocè, de iis quæ prædicantur de pluribus differentibus numero: Sic vniuocè etiam differentia de omnibus differentiis: Proprium de omnibus propriis; accidens de omnibus accidentibus.

Obiectio.

Obiicies. Subſtantia & accidens continentur ſub genere, inter ſe tamen non ſunt ſpecies vniuocè, ergo genus non eſt vniuocum ad omnia genera, nec ſpecies ad omnes ſpecies.

Subſtantia & accidens vt materialiter differũt, formaliter in quo conueniant.

Reſpondetur: Subſtantiam & accidens materialiter differre analogicè: Formaliter verò quatenus conueniunt in hac ratione vt prædicentur de pluribus differentibus ſpecie, conueniunt vniuocè, quam vniuocationem formalem videlicet debet habere vnumquodque prædicabile erga ſua prædicabilia.

Ruuius.

Ad id verò quod obiicitur de indiuiduo vago cum Caiet. & Balduino. Ruuius concedit illud prædicari de pluribus ad inſtar ſpeciei: licèt enim non ſit prædicatum naturæ, eſt tamen prædicatum modi eiuſdem naturæ, ideo non conſtituit diſtinctum prædicabile, ſed ad ſpeciem reducitur.

Reſpondet Recentior quidam, Indiuiduum vagum non conſtituere diſtinctum prædicabile: quia non eſt aliquid commune vniuocum, ſed analogũ analogiâ proportionis; dicit enim conceptum diſſimilem; indiuiduum enim non habet cum altero eamdem ſubſtantiæ rationem, ſed diuerſam, & indiuiduatio vt ſic eſt cauſa diſtinctionis & appoſitionis inter indiuidua: ad conſtituendum autem prædicabile requiritur vniuocatio, vt & nos diximus.

Neutrum placet. Si enim non eſt vniuocatio inter indiuidua reſpectu indiuidui vagi, vt certè non eſt, neque eſt analogia, etſi omnino inter ſe diſtinguuntur in ratione indiuidui in ea ratione in nullo conueniunt.

Indiuiduũ vagum æquiuocè prędicatur de pluribus.

Dicerem cum aliis: Si indiuiduum vagum ſupponat ſuppoſitione ſimplici pro homine aliquo vt ſic, abſque quod deſcendat ad aliquod indiuiduum indeterminatum, prædicatur certè de pluribus non vniuocè neque analogicè, ſed æquiuocè: quando enim prędicatur indiuiduum vagum, non prędicatur aliquod commune niſi tantùm nomen; ſicut & æquiuocè prædicatur Franciſcus de omnibus Franciſcis qui non habent niſi nomen commune; quod in confuſo ſignificat omnes Franciſcos: quod verò non ſit A niſi nomen commune, patet quia indiuiduum vagum non eſt neque ſubſtantia neque accidens, & ideo nec genus nec ſpecies. Atque adeo nullomodo prædicabile.

Prędicabilia reſpectu indiuidui, prędicata reſpectu ſpeciei.

Modi prędicabilitatis quinque, vniuerſalitatis duo.

Denique prædicabilia nec minus quinque reſpectu videlicet indiuidui, de his enim loquimur. Prędicata verò ſecundùm Ariſt. ideo tantùm quatuór prædicata conſiderantur reſpectu ſpeciei vt diximus. Cur autem vniuerſalia tantùm duó non duo item prædicabilia toties etiam diximus, quia videlicet quinque ſunt modi prædicabilitatis ſpecie diſtincti. Vniuerſalitatis tantùm duo ad quæ omnia prædicabilia reducuntur, vt ſectione præcedenti docuimus. Hæc de prædicabilibus.

IN ARISTOTELIS CATEGORIAS SIVE PRÆDICAMENTA DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

CVM Logica tota in dirigendis noſtri intellectus operationibus inſumatur, & intellectus ſecundas notiones non conſideret niſi adiunctis primis, Categorias haſce initio ſuæ Logices propoſuit Ariſtoteles ea ratione, vt primò ageret de terminis ſimplicibus & realibus, qui primæ operationi deſeruiunt: acturus mox in lib. Perihermen. de propoſitionibus, vt ſecundam dirigat operationem; tandem in libris Analyticorum de ſyllogiſmo & argumentatione, vt tertiæ operationi conducunt; atque is huius libri finis, & ea Ariſtotelis intentio.

Subiectum autem & materia huius libri ſunt res reales in decem claſſes diſtributæ, quas claſſes Categorias appellauit. Categoria enim Græcè prædicationem ſignificat. Prædicatio autem dupliciter ſumi poteſt, vel pro actu ipſo quo prædicamus vnum de alio. Vel pro re quæ prædicatur ſeu apta eſt prædicari: ſic interdum res concepta conceptio appellatur, & res congregatas congregationem ſæpè dicimus. Categoria hîc ſeu prædicatio non ſignificat actum quo prædicamus vnum de alio, ſed res quæ prædicatur: ad tollendam autem hanc æquiuocationem, Latini interpretes Categorias & Prædicationes appellarunt Prædicamenta prout ſignificant claſſes & rerum ſeries quæ prædicari poſſunt.

Differunt inter ſe Categorema & Categoria; Prædicamentum & Prædicabile in hoc: Qui enim Categoriam dicit ſeriem illam intelligit, ac coordinationem multorum prædicatorum ſub eodem genere ſummo; qui dicit Categorema, tantùm vnum prædicatum ſignificat. Prædicamentum ſignificat vt diximus ſeriem primarum intentionum, vt Subſtantiam, Qualitatem, &c. Prædicabile verò ſignificat ipſas ſecundas intentiones, Genus, ſpeciem, &c.

Categorias has triplicem in partem diuiſit Ariſt. Prima pars cõtinet principia quædam quę earumdem Categoriarum notitiæ prærequiruntur: dicuntur autem hæc principia ab expoſitoribus Protheoriæ ſiue Antepprædicamenta. Secunda continet ipſas categorias. Tertia Hypotheorias ſiue poſtprædicamenta; quædam non tamen omnibus prædicamentis communia. Hunc ordinem & nos ſeruabimus.

PRIMI CAPITIS de Antepprædicamentis propoſitiones & theoremata.

1. *ÆQVIVOCA dicuntur, quorum nomen ſolum commune eſt, ſecundum nomen verò ratio ſubſtantiæ eſt diuerſa vt canis reſpectu piſcis & ſideris.*

2. *Vniuoca ea ſunt, quorum nomen commune eſt, & ſecundum nomen ratio ſubſtantiæ eſt eadem, vt animal reſpectu hominis & leonis.*

3. *Denominatiua dicuntur quæ ab aliquo ſolo differentia caſu & terminatione ſecundum nomen habent appellationem: ſic Iuſtus dicitur à Iuſtitia.*

PARS PRIMA.

De Categoriarum principiis ſeu de Antepprædicamentis.

DISPVTATIO PRIMA.

De æquiuocis, vniuocis & denominatiuis.

SECTIO PRIMA.

De æquiuocis.

SVPPONENDVM primò, rem quamlibet dupliciter ſignificari poſſe, Nomine videlicet & Definitione. Nomen autem & definitio his modis ad inuicem comparari poſſunt. Primò, cùm plures res habent idem nomen & eamdem definitionem, & ſic dicuntur vniuoca. Secundò, cùm habent idem nomen & diuerſam definitionem, & dicuntur æquiuoca. Tertiò, ſi habeant eamdem definitionem & non idem nomen, & dicuntur Multiuoca. Quartò, cùm non habent nec idem nomen nec eamdem definitionem, & dici poſſunt Diuerſiuoca. Quintò, quando plura partim habent idem nomen & eamdem definitionem

> Quę æquiuoca, vniuoca, multiuoca.

partim differ ͫt Iuſtus & Iuſtitia & dicuntur A
Denominatiu. ſit Ariſt. tantùm de Vniuocis æquiuocis & denominatiuis, quia reliqua non ſunt neceſſaria, & ſit primò de æquiuocis, quia ſunt ſimpliciora cùm tantùm communicent & conueniant in nomine.

Æquiuocũ, æquiuocans & æquiuocatum.

Supponendum ſecundò, differre inter ſe hæc duo, Æquiuocum æquiuocans, & Æquiuocum æquiuocatum. Quia æquiuocans eſt ipſummet nomen, v. g. Canis reſpectu ſideris & marini. Æquiuocatum dicitur res ipſa ſignificata per nomen, vt piſcis & ſidus. Ariſtot. hîc non depingit nomen ipſum commune, ſed rem ſignificatam per nomen, vt ex contextu patet, ait enim Æquiuoca dicuntur, dicuntur autem æquiuoca B
æquiuocata. His poſitis ſit

Prima difficultas. Quid ſignificent illa verba quorum ſolum nomen commune eſt.

Nomen pro omni categoremate.

Reſpond. Nomen hîc non ſignificat quod à verbo contradiſtinguitur, ſed omne categorema ſiue nomen ſit, ſiue verbum, ſiue nomen proprium, ſiue appellatiuum, dummodo aliquid ſignificet. Vnum autem nomen dicuntur habere æquiuoca, ſeu vnam appellationem: Ad vnitatem verò vocis quatuor requiruntur, idem ſpiritus; eadem quantitas & menſura; eadem collocatio ſyllabarum & eædem literæ: quorum ſi vnum deſit iam non eſt nomen æquiuocum.

Ad nominis vnitatem quæ requirantur.

Obiectio.

Dices: Non videtur poſſe dari nomen vnum commune pluribus rebus quæ eſſentialiter differant; vnitas enim nominis deſumitur ab vnitate ſignificationis & conceptu quem formamus audito illo nomine, ſed non datur ſignificatio & conceptus communis; alius enim conceptus eſt quem formamus de piſce, alius de ſidere, ergo non datur nomen vnum commune rebus eſſentialiter diuerſis ſeu differentibus ſpecificè.

Solutio.

Reſpond. Vnitas vocis ſeu nominis eſt duplex, formalis & materialis. Vnitas nominis materialis non ſumitur ab vnitate ſignificationis & conceptus. Formalis maximè. Cùm æquiuoca dicuntur habere nomen vnum commune, intelligitur de vnitate materiali non formali.

Secunda difficultas. Quid ſignificent illa ver- D
ba: *Et ratio ſubſtantiæ diuerſa.*

Ratio idem ac definitio.

Reſpond. Ratio hîc idem ſignificat ac definitio. Colligitur ex Ariſt. 2. Phyſ. cap. 3. & 5. Verùm definitio dupliciter ſpectari poteſt. Formaliter & Fundamentaliter: Formaliter ſumpta eſt conceptus mentis prout eſt ſignificatiuus eſſentiæ: Fundamentaliter verò eſt ipſamet eſſentia. Boët. & Amon. & Recentiores nonnulli volunt hîc intelligendam eſſe definitionem formaliter ſumptam, quam vocant definitionem mentalem. Alij volunt intelligendam eſſe definitionem obiectiuam ſeu fundamentalem, quod idem eſt. Et rectiùs, quia nomen eſt impoſitum ad ſi- E
gnificandas primariò res ipſas, non res vt ſunt à nobis apprehenſæ: ſic canis primariò ſignificat canem illum marinum, vel terreſtrem ſecundùm ſe, non vt à me apprehenſum.

Definitio mentalis & obiectiua.

Substantia pro eſſentia.

Additur. *Et ratio ſubſtantiæ diuerſa:* ad indicandas definitiones diuerſas æquiuocorum, debere eſſe diuerſas eſſentialiter; ſubſtantia enim hîc non ſumitur pro re ſubſiſtente, quæ pertinet ad primum prædicamentum, ſed pro eſſentia.

Secunda difficultas. Quid ſignificent illa verba, *ſecundùm idem nomen.*

Speuſippus ex Simplicio ſuperflua illa exiſtimauit.

Æquiuoca quomodo poſſunt eſſe vniuoca.

Contrà Simpl. omninò neceſſaria, & rectiùs: Æquiuoca enim ſub alio nomine poſſunt eſſe vniuoca; ſic canis terreſtris & marinus ſunt vniuoca ſub nomine animalis, æquiuoca tantùm ſub nomine canis.

Quarta difficultas. Æquiuoca omnia in hoc conueniunt, vt ſint æquiuoca & participent eamdem definitionem nominis æquiuoci: de omnibus enim verum eſt dicere quòd nomen habeant commune, & rationem ſubſtantiæ diuerſam. Sed

Æquiuoca primæ intentionis, & Æquiuoca ſecundæ intentionis.

Reſpondetur concedendo conſequ. nec id eſſe abſurdum ſecundùm diuerſos reſpectus. Æquiuoca enim ſpectari poſſũt dupliciter. Primò vt ſunt ſub nomine peculiari æquiuoco, quod ſolet eſſe terminus primæ intentionis, & ſecundùm hoc nomen peculiare, æquiuoca dicuntur æquiuoca, quia participant idem nomen, & ſecundùm illud nomen diuerſas definitiones. Secundò vt ſunt ſub nomine communiſſimo æquiuoco, quod eſt terminus ſecundæ intentionis, in quo omnia æquiuoca cõueniunt & appellantur æquiuoca: & dicuntur vniuoca quia participant idem nomen & eamdem definitionem.

Quinta difficultas. Cùm æquiuocorum alia dicantur à caſu, vt ſunt ea quæ fortuitò idem nomen participant, vt Mori pro arbore & è vita decedere. Alia à conſilio, vt cùm ob ſimilitudinem, vel ob recordationem, vel metaphoram res plures eodem nomine nuncupantur, ſic Franciſcus dictus eſt ob memoriam proaui: quæritur nunc, an æquiuoca à conſilio ſint verè æquiuoca?

Æquiuoca à conſilio verè æquiuoca: vel analoga quomodo interdum etiam vniuoca.

Dicendum. Æquiuoca à conſilio verè eſſe æquiuoca, & poſſunt etiam dici analoga. In iſtis enim æquiuocis duo poſſunt conſiderari; & Ratio cur illud nomen imponitur: & Res quæ illo nomine ſignificatur. Si nomen æquiuocum eſt impoſitum ad ſignificandas res, vt Taurus ad ſignificandum ſtellas & animal; tunc licèt à conſilio adhuc tamen eſt æquiuocum. Si conſideratur prout eſt impoſitum ad ſignificandam ſimilitudinem & rationem ob quam imponitur illud nomen; tunc non eſt æquiuocum, ſed vel vniuocum vel certè analogum. Ratio eſt, quia id quod ſignificatur per nomen eſt vnum; ſimilitudo videlicet in qua conueniunt, & nomen eſt vnum, ergo non ſunt merè æquiuoca. Conſequ. prob. Quia æquiuoca in rigore illa ſunt, quorum ſolum nomen commune eſt, & non participant eamdem rationem ſignificatam per nomen, ideò riſus reſpectu prati & hominis, non eſt omnino æquiuocum, ſed analogum vt dicemus.

SECTIO SECVNDA.

De denominatiuis.

Nomen denominatiuum vel pro concreto ſeu connotatiuo: vel pro forma quę non eſt de eſſentia rei.

SVPPONENDVM eſt, Nomen denominatiuum poſſe ſumi pro omni nomine concreto ſeu connotatiuo, vt ſignificat rem tantùm exiſtentem in alio, ſiue ſit ſubſtantia ſiue accidens, & ſic homo eſt nomen denominatiuum, dicitur enim ab humanitate, album ab albedine. Secundò ſumi poteſt magis ſtrictè prout ſignificat formam aliquam accidentalem, quæ non ſit de eſſentia illius, quod denominatur, & hoc pacto hîc ſumitur ab Ariſtot. denominatiuum.

Simplic. Boetius

Supponendum ſecundò ex Boët. & Simpl. tria requiri ad nomen denominatiuum: Primum

A vt per nomen ſignificatur participatio rei; inde fit vt Alexander & Alexandria, non ſint verè denominatiua, quia non participatur res, ſed tantùm nomen: ſecundùm vt ſit participatio nominis; inde ſtudioſus & virtus non ſunt denominatiua, quia non participant idem nomen. Tertium vt ſit varietas caſus & terminationis, inde muſica prout cantatricem ſignificat, & artem canendi non ſunt denominatiua, quia non eſt inflexio nominis.

Ad denominationem quæ requiſita?

Dices. Quid ergo? Muſica prout dicitur de muliere & de arte non eſt vniuocum, quia non omnino idem ſignificatur, non æquiuocum; quia conueniunt tantùm in nomine: ergo denomi- B natiuum.

Reſp. concedit conſeq. Ægid. nec inflexionem neceſſariò requiri: ſed Ariſt. eſt in oppoſitum: Lichettus ait eſſe denominatiuum, quod ſi deeſt inflexio, id eſt per accidens. Rectiùs alij: Denominationem aliam eſſe ſecundùm rem tantùm vt ſtudioſus à virtute, aliam ſecundùm nomen tantùm, vt Alexandria ab Alexandro. Aliam ſecundùm rem & ſecundùm vocem vt iuſtus à iuſtitia. Quare muſica erit denominatiuum ſecundùm rem non ſecundùm vocem quia deeſt inflexio.

Ægidius. Lichettus.

Denominatio alia ſecũdùm rem, alia ſecundùm nomẽ.

Vnica hîc *difficultas*, An denominatiua ſint vniuoca. Prima ſententia eſt Soti quæſt. 5. Vult C nomen denominatiuum eſſe etiam vniuocum ſecundùm diuerſos reſpectus: ſunt denominatiua quatenus ab alio habent denominationem, vt album ab albedine, ſunt vniuoca in ordine ad res denominatas, ſic album reſpectu cycni & parietis.

Sotus.

Secunda ſententia eſt Caiet. hîc. Ruu. & aliorum qui negant.

Caietanus. Ruu.

Probant: vniuoca ſunt illa quorum nomen eſt commune & ratio ſubſtantiæ eadem: per rationem autem ſubſtantiæ exponunt communiter aut definitionem quidditatiuam aut quidditatiuum conceptum: ſed res ſignificata per nomen denominatiuum, nec dicit quidditatiuam de- D finitionem, nec quidditatiuum conceptum, ſed formam accidentalem: ergo denominatiua non ſunt vniuoca in ordine ad res denominatas de quibus prædicantur. Sit

Vnica concluſio. Forma accidentalis denominans eſt vniuoca reſpectu ſubiectorum ſi ſubiecta ſupponuntur reduplicatiuè & in ſenſu compoſito, prout videlicet dicunt formam, ſic albedo vniuocè dicitur de pariete & cycno vt albi ſunt. Eſt verò denominans ſi ſubiecta ſupponantur in ſenſu diuiſo.

Forma denominans in ſenſu cõpoſito & in ſenſu diuiſo.

Prima pars prob. Paries & cycnus dicuntur albi & non differunt in ratione albedinis, ergo idem nomen participant & eamdem rationem: E ergo albedo vniuocè deſcendit ad vtrumque. Cõſeq. vltima prob. Quia vniuoca ſunt quorum nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ ſecundùm illud nomen eſt eadem. Nec refert quòd cycnus & paries differant inter ſe: animal enim vniuocè deſcendit ad hominem & leonem, & tamen homo & leo eſſentialiter differunt, & ſufficit quod ſecundùm nomen animalis eamdem habeat rationem: ſic ſufficit quòd paries & cycnus eamdem habeat rationem ſecundùm nomen albi & in ratione albi non differunt.

Secunda pars patet ex Ariſt. in Prædicam. ſubſtantiæ: vbi negat accidentia, dici vniuocè de ſubiectis.

A

SECTIO I.

De vniuocis, an ad concipiendam rationem vniuocam ſit ſatis concipere indiſtinctionem, & vnitatem, vel etiam vt æqualiter participetur.

QVID ſit vniuocum diximus ſuprà. Pro totius difficultatis intelligentia: Notandum eſt quòd in vniuocis duo ſunt. Et ratio B communis quæ vniuocè participatur: & res quæ illam participat. Ratio communis quæ participatur dicitur res vniuoca participata: Res quæ illam participant dicuntur vniuoca participantia: vt animal dicitur ratio communis, vniuoca participata. Bos, Leo, &c. res dicuntur vniuocè participantes. Et licèt hæc duo ſe mutuò inferant: rationem videlicet vniuocam eſſe vnam & æqualiter, & eodem modo participari à partibus ſubiectiuis, tamen poſſumus inquirere, an ad concipiendam rationem vniuocam ſatis ſit ſi concipiatur ratio vniuoca ſecundùm ſe vnam omninò. An præter hanc indiſtinctionem neceſſe ſit vt concipiamus etiam æqualiter participari.

In vniuocis ratio communis participata, & res participantes.

Suarez.

C Prima ſententia eſt quorumdam Recentiorum, præcipuè Suarez Diſput. 2. ſect. 2. exiſtimantium ad vniuocationem non ſufficere vnum conceptum præciſum, ſed requiri vt ratio illa communis non participetur cum habitudine, id eſt vt non deſcendat ad inferiora inæqualiter & cum ordine aliquo per quem ſit prius in vno membro participante, poſterius in altero.

Prob. Ens in ſuo conceptu obiectiuo, eſt perfectè vnum, & tamen non eſt vniuocum: ergo ad rationem vniuocam requiritur nedum perfecta vnitas, ſed etiam quod æqualiter participetur.

D Secunda ſententia eſt D. Th. 4. Metaph. lect. 1. & 1. Cœl. 2. Caiet. & Albert. hîc, & Thomiſt. qui putant ad vniuocationem ſatis eſſe, ſi ratio ſit vna ſecundùm ſe, nec dicat diſtinctionem in ſuo conceptu, cum qua ſit

D. Thomas. Caietanus. Albertus.

Prima concluſio. Ad rationem vniuocam ſatis eſt ſi conceptus communis obiectiuus nullam in ſe dicat diuerſitatem, & habeat omnimodam indiuiſionem, ita vt ex eo ſolo quod concipiamus vniuoca participantia perfectè conuenire in ratione ſuperioris, illa ratio ſit vniuoca.

Ad vniuocationem ſatis eſt cõmunis conceptus obiectiuus.

Prob. primò ex Ariſt. qui nil aliud requirit ad vniuocationem niſi vnum nomen & eamdem ſubſtantiæ rationem, & nil addit de deſcenſu illo per prius & poſterius, quem Suarez adE ſtruit.

Secundò, ſi conceptus obiectiuus nullam dicit diuerſitatem & inferiora non ſunt vniuoca, idem eſſet eadem ratione perfectè vnum, & non vnum. Sequel. prob. Quia non vniuoca in eo in quo ſunt non vniuoca, includunt diuerſitatem, & non ſunt vnum, quia vniuocatio eſt acceſſus ad vnitatem, non vniuocatio receſſus ab vnitate: ergo ſi conceptus obiectiuus nullam dicit diuerſitatem, & inferiora non ſunt vniuoca idem eſſet eadem ratione vnum & non vnum.

Confir. Quia analoga ſunt media inter æquiuoca & vniuoca; quia æquiuoca nullo modo

ſunt vnum in ratione eſſentiæ; analoga verò aliquomodo vnum & quomodo diuerſa, vt dicemus infrà, ideo vniuoca quæ ſunt extremè oppoſita debent habere rationem omnino vnam. Hinc ſic argumentor: oppoſitio vniuocorum cum æquiuocis eſt in vnitate perfecta, ergo non poteſt intelligi perfecta vnitas niſi intelligatur vniuocum. Conſeq. prob. Quia eo ipſo quod intelligitur aliquid perfectè vnum in ratione eſſentiæ intelligitur extremè oppoſitum æquiuocorum, quod eſt vniuocum: ergo &c.

Tertiò. Animal eſt vniuocum & tamen ſub ſe habet æquiuocationes, vt 7. Phyſ. tex. 31. fatetur Ariſt. qui ait ſub genere eſſe æquiuocationes, hoc eſt extra rationem generis vniuoci eſſe ſpecies inæquales quantum vna ſit altera perfectior. Sed hoc non tollit vniuocationem generis, quia iſta maior perfectior eſt ſub genere non ratione generis, vt ſic ergo ex eo quod intelligatur tantùm rationem communem non includere diuerſitatem, intelligentur vniuoca & non, nec eſſe rationem communem æqualiter participari.

Suarez adducitur & refellitur.

Dices. Prob. Suarez, vt colligitur ex eo ſect. 2 num 15. ſub genere vniuoco eſſe æquiuocationes non reſpectu generis ſecundùm ſe, ſed ratione differentiarum, ſecundùm ſe verò abſtrahit ab illa inæqualitate & ab ordine deſcendendi per prius & poſterius, non enim deſcendit ad vnam ſpeciem mediante altera, vt Animal quod perfectius eſt in homine quàm in leone, eſt ratione differentiæ contrahentis. Genus verò analogum vt ens quamuis habeat conceptum præciſum & perfectè vnum per prius & poſterius ex ſe non ratione differentiarum contrahentium deſcendit.

Contrà. Ens quod eſt perfectè vnum in conceptu obiectiuo & vult Suarez vel includit in ratione ſua metaphyſica diuerſitatem ordinis: vel non. Si includit, ergo nō eſt perfectè vnum: ſi non includit, ergo erit vniuocum. Conſeq. prob. quia omnis diuerſitas in ratione metaphyſica tollit vniuocationem & omnimodam vnitatem in eadem ratione metaphyſica: ſed ens in ſuo conceptu obiectiuo includit diuerſitatem illam ordinis, ergo non eſt perfectè vnum, &c.

In vniuocis aliqua diuerſitas, qua ratione.

Secunda concluſio. Vniuoca habent aliquam diuerſitatem non ſecundùm ſe, & in ratione metaphyſica, ſed in entitate ſua phyſica, hoc eſt ratione differentiarum contrahentium.

Ariſt. Auer. Caiet.

Colligitur hæc concluſio Ex Ariſt. cap. de ſimul in Poſtprædicam. ex Auer. 8. Phyſ. 77. Caiet. qu. de Anal. nom. inde enim ortum eſt genus illud analogiæ quod vocant inæqualitatis.

DISPVTATIO SECVNDA.

De categoriarum Principiis, ſiue de Analogis.

Analogia quid?

DE analogis licèt nil explicitè hoc loco Ariſt. tamen ſub nomine æquiuocorum voluit comprehendi illa. Hinc de illis diſputationem inſtituimus. Analogia ergo Græcè idem eſt ac proportio: Eſt autem proportio habitudo quædam ſeu comparatio duarum quantitatum inter ſe eiuſdem generis: huic primò & per ſe reperitur inter plures quantitates, vt inter duas lineas: transfertur tamen ad res diuerſorum prædicamentorum, quando inter ſe habent conuenientiam aliquam, ſic Fons, & cor, Sol, & oculus, viſus & intellectus analoga dicuntur.

Caietanus.

Analoga verò prout à purè æquiuocis diſtinguuntur, tripliciter diſtinguit Caiet. opuſc. citato cap. 1. Alia appellat analoga inæqualitatis, & hæc eadem ſunt ac vniuoca, de quibus ſuprà. Alia analoga attributionis. Alia proportionis: ſic Latini ferè omnes. Huc recidit diſtinctio Græcorum, cùm dicunt analoga alia eſſe à ſimilitudine ſeu à cauſa exemplari, vt cùm ob ſimilitudinem capitis humani, montis apex, vertex dicitur: Alia eſſe à cauſa efficienti, quæ Ariſt. appellat ab vno, quando plura dicuntur talia ab vna cauſa, vt cùm appellamus pharmacum, potionem & volumen medicum, quia à medico inſtituta. Alia dicuntur analoga ad vnum, quando plura ad vnum finem ordinantur, ſic medicina & ambulatio dicitur ſana, quia vtraque ad ſanitatem ordinatur vt illa poſſit efficere.

Analoga inæqualitatis, attributionis & proportionis, ſiue à ſimilitudine, ab vno, & ad vnum.

SECTIO PRIMA.

Quæ ſint analoga attributionis.

EA ſunt quorum nomen commune eſt, & ratio ſecundùm illud nomen eſt eadem, diuerſa ſecundùm habitudinem ad illum. Ita Caiet. opuſc. citato.

Ad Analogiam attributionis quæ requiſrantur.

Supponendum hîc: Quatuor requiri in analogis attributionis, terminus, maius analogatum; minus principale analogatum & habitudo ad ipſum terminum. Terminus eſt ratio ob quam analoga denominantur eodem nomine, v.g. ſanum; maius analogatum eſt id cui formaliter & principaliter conuenit terminus, v.g. Animal, animali enim formaliter & principaliter conuenit eſſe ſanum. Minùs principalia analogata ſunt, quæ non ita formaliter participant rationem termini, ſicut principale analogatum; aliter enim dicitur medicina ſana quàm animal, animal enim eſt & dicitur ſanum formaliter ob temperiem humorum: medicina effectiuè: calor vt index. Habitudo verò eſt reſpectus quem habent analogata ad ſuum terminum, qui partim eſt diuerſus partim vnus. Vnus quidem quatenus omnes habitudines debent eſſe ad vnum terminum, & debent habere quamdam conuenientiam. Diuerſus, quia hæc habitudo non eſt eadem ad illum terminum, ſed nunc formaliter, nunc effectiuè, in quo analoga differunt ab vniuocis, quia in illis ſemper eadem habitudo & eodem modo: ab æquiuocis quia æquiuoca nullam dicunt habitudinem & ſolum nomen participant. Hoc ſuppoſito,

Difficultas eſt, an minùs principalia analogata dicantur talia per formam extrinſecam, v.g. medicina ſana per ſanitatem quæ eſt in animali, an verò requirant in ſe intrinſecè & formaliter formam illam participare?

Ratio difficultatis eſt, quia ens dicitur analogum ad vnum ſeu attributionis, ex Ariſt. 4. Metaph. 2. deſcenditque analogicè ad ſubſtantiam & accidens, accidens verò non extrinſecè

eſt

eſt ens, ſed intrinſecè & formaliter.

Rurſus, cùm dicimus medicina eſt ſana, ſignificamus in illa eſſe formaliter aliquod principium quod ſit effectiuum ſanitatis: ergo eſt analogum per formam intrinſecam.

D. Thom. Caiet.

In oppoſitum eſt D. Th. in 1. Diſtinct. 19. Caiet. & communiter dicentes ad analogiam attributionis non neceſſe eſſe vt omnia analoga participent formaliter rationem termini, ſed ſatis eſſe ſi primum analogatum hoc habeat. Pro noſtra ſententia

Forma denominationis & cauſa denominationis in Analogis non eadem.

Notandum primò. In his denominationibus analogorum diſtinguendam eſſe formam à qua fit denominatio, & rationem ſeu cauſſam & conditionem quare fiat talis denominatio; nam cauſa cur fiat denominatio non denominat ſubiectum, ſed eſt conditio ſine qua non dominaretur ſubiectum. Sæpe etenim contingit vt cauſa cur aliqua dicantur conuenire analogicè ſit realis & in ipſis intrinſeca, forma autem à qua fit denominatio in ſecundis analogatis ſit extrinſeca, ſic homo, vinum, veſtis, color rubeus dicuntur calida, ſed homo habet calorem formaliter, vinum, veſtis, color habent in ſe principium intrinſecum quo poſſint efficere calorem. Vt ergo videatur an calidum in veſte, vino & colore ſignificet formam intrinſecam an non; videndum eſt, an hoc nomen calidum in ſecundis analogis importet principium illud quod eſt intrinſecum in iſtis ſecundis analogatis, an formam caloris quæ eſt in homine. Ideo

Nomen Analogum in ſecundis Analogatis non importat neceſſariò principium & formam intrinſecam.

Notandum ſecundò. Certum mihi videri calidum non ſignificare in ſecundis analogatis principium illud intrinſecum quod eſt productiuum caloris. Ratio eſt, quia calidum eſt nomen concretum ſignificans ſubiectum & formam dantem ſeipſam & communicantem ſuum eſſe formale ſubiecto. Forma autem denominans ſubiectum calidum, eſt calor, ſicut album ſignificat formam albedinis in ſubiecto: ſed principium illud intrinſecum non eſt calor in ſecundis illis analogatis, nimirum in vino & veſte: ergo ſecunda analogata non dicuntur calida à principio illo intrinſeco quo poſſunt producere calorem. Min. patet in vino: vinum enim calidæ naturæ dicitur, etiam ſi ſit frigidiſſimum: ergo non denominatur à calore quod in ſe habeat.

Secundò prob. Principium quod eſt in vino eſt potentia calefactiua: dicitur enim vinum calidum, quia poteſt calefacere; ſed potentia calefactiua denominat ſubiectum calefactiuum non calidum; ergo ſi vinum dicitur calidum, id eſt, ob calorem quem poteſt producere non à principio illo intrinſeco per quod poteſt calorem producere, Sit

Vnica concluſio. Minùs principalia analogata non neceſſariò participant formam intrinſecam, ſed ſatis eſt extrinſeca. Dixi non neceſſariò, quia poteſt contingere vt ſecunda analogata participent formaliter rationem, ſecundùm quam dicuntur analoga; ſed hoc prouenit aliunde, non vt ſunt analoga attributionis, vt dicemus infrà. Patet concluſio ex dictis.

Suarez reſponſio refellitur.

Ad rationem in oppoſitum reſp. Suarez ſect. 2. num. 34. Ens non eſſe analogum attributionis reſpectu ſubſtantiæ & accidentis, ſed proportionis, quia accidens verè eſt ens reale & implicat quòd aliquid ſit ens reale per denominationem & formam extrinſecam.

A Fallitur. Non enim inde negandum accidens eſſe analogum attributionis reſpectu ſubſtantiæ, analoga enim attributionis ſunt illa in quibus aſſignatur vnum principale analogatum, & minora analogata in ordine ad illud. vt ex definitione patet, ſed accidens eſt huiuſmodi reſpectu ſubſtantiæ: ergo. Maior patet ex definitione analogorum. Minor prob. quia accidens dicitur ens in ordine ad ſubſtantiam: vnde 7. Metaph. tex. 2 & 15. dicitur entis ens, id eſt, quia accidentia ſunt ſubſtantiæ entia & in ordine ad illam.

Confirm. ex Ariſt. 4. Metaph. 2. qui ait, Ens B dici de ſuis inferioribus, ſicut ſanum de omnibus ſanis; ſed ſanum eſt analogum attributionis: ergo & ens.

In accidente duplex analogia, reſpectu entis.

Reſp. igitur cum Caiet. Accidens dupliciter conſiderari poſſe. Primò ſecundùm quod accidens eſt, & continenter intra latitudinem entis, & vt ſic eſt formaliter ens. Secundò vt eſt ſignum ſubſtantiale & effectiuum ſubſtantiæ, & eſt in ordine ad illam, & ſic extrinſecè eſt ens, & participat rationem analogiæ attributionis, quare accidens erit ens extrinſecè, & intrinſecè: extrinſecè per analogiam attributionis, intrinſecè per analogiam proportionis; hinc patet ad rationem Suarez.

Obiectio 1.

C Dices. Accidens, prout eſt effectiuum ſubſtantiæ, eſt ens formaliter & intrinſecè, ergo vt ſic non poteſt dici analogum attributionis, & quod extrinſecè ſit ens.

Dilutio.

Reſp. Nego Conſeq. Non enim implicat idem accidens dici ens extrinſecè & intrinſecè; licet enim, vt eſt effectiuum ſubſtantiæ ſit ens formaliter, dum tamen illam poteſt efficere, & ad illam ordinatur, dicitur etiam extrinſecè ens.

Inſtantia.

Contrà. Non poteſt aliquid eſſe ens formaliter, & non eſſe ens formaliter, ſunt enim hæc contradictoria: ergo accidens non poteſt intrinſecè eſſe ens & extrinſecè.

Solutio.

Reſp. Anteced. eſt verum quando ſub eadem D ratione id contingit: non implicat ſub diuerſa ratione. Eſt enim ens intrinſecè vt analogum proportionis: extrinſecè vt analogum attributionis. Sic gallina dicitur formaliter & intrinſecè ſana, ſi nullum habeat morbum, & ſana extrinſecè, quia ſanitatem poteſt efficere: ſic etiam vinum igni admotum dicetur calidum intrinſecè: extrinſecè à calore quem poteſt efficere: intrinſecè cùm actu eſt calidum, extrinſecè antequam ſit.

Ad confirm. Diſting. Anteced. cùm dicimus medicinam ſanam, ſignificatur in illa principium effectiuum ſanitatis tanquam forma denominans, & nego: quia per principium illud medicina denominatur potiùs ſanatiua: ſignificatur E principium illud ſanitatis, tanquam conditio ſine qua non medicina denominaretur ſana à ſanitate quam poteſt in homine efficere: & concedo: ergo medicina dicitur ſana per formam intrinſecam: nego.

Obiectio 2.

Dices, cùm explicamus medicinam eſſe ſanam, explicamus per efficientiam & per principium illud: ideo enim medicina dicitur ſana quia eſt apta & poteſt ſanitatem efficere in animali: ergo eſſe ſanum in medicina ſignificat principium intrinſecum, & dicitur ſana per formam intrinſecam.

Solutio.

Reſp. neg. Conſeq. Aliud enim eſt explicare cur medicina ſit ſana, aliud ſignificare medici-

nam eſſe ſanam. Cùm explicamus cur medicina ſit ſana, explicamus hoc per principium effectiuum ſanitatis, quia hoc eſt ignotum & quod quæritur: cùm verò ſignificamus medicinam eſſe ſanam, tunc formam denominantem ſignificamus, forma enim denominans eſt tantùm ſanitas, quam poteſt efficere in animali.

Sectio II.

Quæ ſit analogia proportionis, & quotuplex.

Analoga proportionis verè analoga.

NOTANDVM primò, Analoga proportionis eſſe verè & ſimpliciter analoga: quandoquidem analoga attributionis tantùm appellentur ab Ariſt. nomine eorum quæ dicuntur ad vnum, vel ab vno, vt notat Fonſ. 4. Metaph. cap. 2. quæſt. 1. ſect. 6. communiter autem vtraque dicuntur analoga, illa attributionis, vt diximus, hæc proportionis. Interea analoga proportionis ſic definiuntur à Caiet. *Eſſe ea quorum nomen commune eſt, & ratio ſecundùm nomen eſt ſimilis ſecundùm proportionem.* Ideò

Proportio rerum & proportio proportionis, ſiue proportionalitas.

Notandum ſecundò, Proportionem eſſe duplicem: alia dicitur proportio rerum, & dici ſolet ſimpliciter proportio: Alia proportio proportionis, & dici ſolet proportionalitas. Proportio rerum eſt habitudo ſeu comparatio quæ fit inter plures res, vt cùm comparamus vnum palmum quantitatis cum duobus, & habere dicitur proportionem ſubduplam. Proportio proportionis, ſeu proportionalitas eſt plurium habitudinum proportio; ſimilitudo nimirum & conuenientia inter duas vel plures proportiones, vt ſi dicas, ſicut ſe habet vnus palmus ad duos, ita ſex ad duodecim: vtrobique enim eſt proportio ſubdupla, & ſecundùm vtramque proportionem res comparatæ dicuntur communiter analoga proportionis.

Analoga proportionis intrinſecè participant rationem communem.

Notandum tertiò. Ad conſtituenda analoga proportionis non requiritur maius analogatum participans formaliter rationem communem, & minora analogata, quæ participent eamdem, communem tantùm extrinſecè, vt diximus in analogis attributionis, ſed omnia analoga hæc debent in ſe formaliter & intrinſecè participare rationem communem, nec requiritur ordo vnius ad alterum, ſed abſolutè vnumquodque analogum per ſe participat rationem illam: principium enim eſt nomen analogum reſpectu cordis, lineæ, & puncti: cor enim eſt principium vitæ, inſtans temporis, punctum lineæ: nullum tamen principium dicitur reſpectu alterius, & vnumquodque eſt intrinſecè & formaliter principium, nec per extrinſecam denominationem. Ratio verò communis licèt formaliter participari debeat ab analogis proportionis, non debet participari æqualiter, & in hoc conſiſtit diſcrimen potiſſimum inter hæc analoga & vniuoca: debet ergo ratio communis participari inæqualiter: ſic ens dicitur analogum proportionis, & inæqualiter participatur à ſubſtantia & accidenti.

Canon ad dignoſcendam analogiam proportionis.

Notandum quartò. Ad agnoſcendam analogiam proportionis duplex dari ſolet regula. Prima eſt quam modò diximus, cùm plura comparantur in aliqua ratione communi quæ deſcendat inæqualiter, vt patet in ente. Secunda,

A cùm plura comparantur inter ſe per particulam ſicut, ex. g. ſicut ſe habet intellectus in anima, ita oculus in corpore: licèt poſterior hæc regula non ſit adeò tuta.

Quoad ſecundum. Analogia proportionis eſt duplex. Alia propria, alia metaphorica. Metaphorica eſt quando ratio communis reperitur quidem verè in vno analogato, in altero verò per tranſlationem; ſic riſus eſt analogum proportionis reſpectu hominis & prati. Propria eſt quam ſuperiùs adnotauimus, cùm ſcilicet vna ratio verè, & formaliter reperitur in omnibus analogatis, diuerſo tamen modo & inæqualiter participata, nulla intercedente metaphora. B

Suarez reijcitur.

Hîc videtur mihi falli Suarez diſp. 28. ſect. 11. putans ad veram analogiam requiri ſemper aliquam metaphoram, motus eâ tantùm ratione, quia ſequeretur vniuoca eſſe analoga.

Fallitur inquam Nec requiritur metaphora aliqua, ſufficit enim ſi ratio communis inæqualiter participetur, quæ conditio deeſt in vniuocis in quibus eſt omnimoda paritas, vt patet in animali reſpectu hominis & leonis.

Confir. Ens per ipſummet Suarez eſt analogum proportionis ad ſubſtantiam & accidens: accidens autem non dicitur ens per aliquam metaphoram in eius præſertim ſententia qui negat C in ente analogiam attributionis.

Obiectio.

Dices. Analoga proportionis debent includere rationem in qua ſunt analoga formaliter, & hoc non poteſt eſſe in analogis metaphoricis. Non enim pratum formaliter ridet.

Confir. Si pratum dicitur ridere in ordine ad riſum, qui eſt in homine: ergo erit potiùs analogia attributionis & ad vnum.

Solutio.

Riſus in eſſe formali reali & in eſſe formali metaphorico. Fonſeca.

Reſp. neg. Min. & ad prob. Riſus dupliciter ſpectari poteſt in homine, vel in eſſe formali & reali, vel in eſſe ſuo formali, & metaphorico: eſt in prato non ſecundùm eſſe formale reale; eſt tamen formaliter ſecundùm eſſe metaphoricum ex Fonſ loco citato. Analoga autem attributionis, nullomodo dicunt D rationem communem, nec formaliter & intrinſecè ſecundùm eſſe reale, nec ſecundùm eſſe metaphoricum, ſed ſemper extrinſecè & extrinſecum ad ſuum terminum & ordinem qui formaliter reperitur in primo analogato, & in hoc differunt analoga attributionis ab analogis proportionis cùm propriis tùm metaphoricis. Et hinc patet ad confirm. Dicitur enim pratum ridere non in ordine ad riſum qui eſt in homine, ſed ſicut riſus ſe habet ad vultum hominis, reddens illum hilarem; ita productio florum ad pratum reddens illud hilare, & hinc dicitur ridere: licèt non negandum, quòd ſi inde dicatur ridere pratum, quia hoE minem ridere faciat, non negamus, hac ratione poſſe dici analogum attributionis. Quæ in reliquis capitibus hic habet Ariſtot. Videatur Tolet.

Digitized by Google

A

PARS SECVNDA.

De Decem Prædicamentis Ariſtotelis.

PRIMI CAPITIS *De ſubſtantia, Propoſitiones & Theoremata.*

B

1. *SVBSTANTIA alia prima, alia ſecunda. Prima eſt qua propriè principaliter & maximè ſubſtare dicitur, qua neque de ſubiecto aliquo dicitur, neque in ſubiecto eſt, vt hic homo, hoc animal. Secunda ſunt genera & ſpecies in quibus inſunt prima, vt homo, animal.*

2. *Genera & ſpecies cùm de inferioribus prædicantur, prædicantur vniuocè, ſecundùm nomen & rationem, ſic homo de quodam homine, & animal de Boue: Accidentia verò interdum ſecundùm nomen, vt cùm prædicantur concreta de ſubiectis, ſic dicimus paries eſt albus: album enim ſecundùm nomen prædicatur de pariete, non ſecundùm definitionem, quia alia eſt definitio parietis, alia albi: Interdum accidentia, nec ſecundùm nomen nec ſecundum rationem de ſubiecto prædicantur, cui inſunt, vt accidit in abſtractis, non enim dicimus paries eſt albedo.*

C

3. *Prima ſubſtantia ſubiectum ſunt omnium rerum, & ideo ſine primis ſubſtantiis alia res eſſe non poſſunt.*

Secundarum ſubſtantiarum eſt magis ſubſtantia ſpecies, quam genus, quia prima ſubſtantia vicinior, ſpecies ſpecialiſſima ita inter ſe ſe habent, vt vna non ſit magis ſubſtantia quàm altera. Idipſum dicendum de primis ſubſtantiis.

D

Prima proprietas ſubſtantiæ eſt in ſubiecto non eſſe ad differentiam accidentium, quæ in ſubiecto ſunt quaſi inhærendo: conuenit etiam non eſſe in ſubiecto differentiis & partibus eſſentialibus & integralibus, quæ ſunt in alio tanquam in toto.

Secunda ſubſtantiæ proprietas eſt, de nullo prædicari, ſicut proprium ſubſtantiæ ſecundæ prædicari de ſubiecto, hoc eſt de inferioribus licèt in ſubiecto non ſit.

E

Tertia proprietas eſt, vt prima ſubſtantia ſignificet hoc aliquid, rem videlicet per ſe ſubſiſtentem & nullo modo in alio. Secunda ſubſtantia, quale quid, hoc eſt naturam exiſtentem in ſuis inferioribus, non vt quid accidentale, ſed vt quid eſſentiale.

Quarta ſubſtantiæ proprietas eſt, tum prima, tum ſecunda non habere contrarium, quod etiam conuenit quantitati: hinc non ſuſcipere magis & minus, hoc eſt non intendi nec remitti.

Maximè autem proprium ſubſtantiæ, tum prima tum ſecunda eſſe ſuſceptiuum contrariorum, quinque priores proprietates vel conueniunt ſoli ſubſtantiæ, & non omni, vel omni & non ſoli, ſexta omni, ſoli & ſemper.

DISPVTATIO PRIMA.

De Subſtantia.

SECTIO PRIMA.

Expenduntur quæ hoc capite docuit Ariſtoteles.

Subſtantia quot modis ſumitur.

NOTANDVM primò, ſubſtantiam quadrupliciter poſſe ſumi. Primò, pro rei eſſentia & definitione. Secundò, prout contradiſtinguitur ab accidenti. Tertiò, pro ſubſtantia completa, ſiue ſit prima ſiue ſecunda. Quartò, pro eo quod eſt propriiſſimè ſubſtantia, vt ſunt ipſa indiuidua.

Subſtantiæ primæ definitio explicatur.

Notandum ſecundò. Cùm Ariſt. ait, ſubſtantia prima eſt, quæ neque in ſubiecto eſt, neque de ſubiecto aliquo dicitur; per primam particulam ipſa diſtinguitur ab accidenti: per ſecundam à ſecundis ſubſtantiis quæ dicuntur de inferioribus. Dicitur autem hæc primò principaliter & maximè ſubſtantia, quia ſub omnibus eſt & accidentibus ſubſtat.

Ineſſe quotupliciter dicitur.

Quo verò ad id quod ait, ſecundæ ſubſtantiæ ſunt, in quibus ea quæ primò dicuntur, inſunt, vt genera & ſpecies in quibus inſunt primæ ſubſtantiæ. Ineſſe autem dupliciter accipi poteſt. Primò, pro re quæ ſit vel reperiatur in alio, vt dicit idem Philoſophus hoc capite, cùm ait ſecundas ſubſtantias eſſe in primis. Secundò pro inhæſione & inhærentia. & his duobus modis non poteſt dici, quòd prima ſubſtantia ſit in ſecunda, quia prima in nullo eſt cùm ſit baſis & fundamentum cæterorum. Ideo ineſſe, poteſt accipi tertio modo pro continentia poteſtatiua, quo pacto ſpecies dicuntur eſſe in genere poteſtate, & tanquam in toto potentiali, vt diximus cùm de genere: ſeu quod idem eſt primæ ſubſtantiæ ſunt in ſecundis, quia ſecundæ de primis poſſunt prædicari, & primæ ſubiiciuntur ſecundis, vt Petrus eſt homo. His poſitis,

Prima difficultas eſt. Quid diuidatur cùm diuiditur ſubſtantia in primam & ſecundam, vel enim eſt vox quæ diuiditur vel natura aliqua communis: Non vox, quia ſunt multæ proprietates communes primæ & ſecundæ ſubſtantiæ: ergo ſignum eſt quod prima & ſecunda ſubſtantia in aliqua ratione conueniant, ſi datur ratio & natura aliqua communis, ergo genus generaliſſimum ſubſtantiæ habet aliud genus. Conſeq. prob. Genus generaliſſimum ſubſtantiæ eſt ſubſtantia ſecunda, ergo ſi ſubſtantia ſecunda eſt membrum diuidens reſpectu naturæ communis, natura illa communis erit genus ad genus generaliſſimum: item ſubſtantia illa erit vniuerſalis, ergo coincidet cum ſubſtantia ſecunda, quę eſt ſubſtantia vniuerſalis.

Subſtantia vt cæteris ſubſtans.

Dicendum, Diuidi hîc ſubſtantiam completam non ſecundùm rationem communem vniuerſalem, ſed ſecundùm quamdam proprietatem, nimirum vt eſt cæteris ſubſtans & ſubſiſtens, prout nec dicit primam nec ſecundam explicitè, ſed analogicè deſcendit ad vtramque.

Prima pars prob. quia alioquin iſte conceptus communis coincideret cum ſecunda ſubſtantia, nam ſecunda eſt ſubſtantia communis & vniuer-

ſubſtantiam prout ſubſtat dixit primam ſubſtantiam, eſſe maximam ſubſtantiam, &c. ergo diuiſit ſubſtantiam completam, ſecundùm quandam proprietatem.

Tertia pars prob. Quia ſubſtare prius conuenit primæ ſubſtantiæ primariò; ſecundariò ſecundæ, ergo deſcendit per prius & poſterius, ergo analogicè. Conſeq. patet ex dictis diſp. præcedenti.

Obiectio 1.

Dices: ſubſtantia illa completa ſecundùm illam proprietatem eſt ratio quædam communis, & abſtrahens à prima & ſecunda ſubſtantia, ergo eſt ſubſtanoa vniuerſalis, ergo coincidit cum ſecunda ſubſtantia & membro diuidente.

Solutio.

Reſp. neg. conſeq. Ratio enim illa communis non eſt vniuoca, ſed analoga, oomine autem ſecundæ ſubſtantiæ intelligitur genus & ſpecies quæ ſunt rationes communes vniuocæ.

Obiectio.

Dices. Homini & huic homini non datur ratio aliqua communis per quam hic homo dicatur primus homo, homo vt ſic ſecundus, ergo neque in ſubſtantiis datur ratio aliqua communis per quam vna dicatur prima, alia ſecunda.

Solutio.

Reſp. neg. paritaté, & ratio eſt, quia homo & hic homo conſiderantur ſecundùm eſſentialia hominis quæ eſſentialia cùm eadem ſint in vtriſque, ideo non dicitur hic homo primus homo; & homo vt ſic ſecundus: ſubſtantia verò non conſideratur ſecundùm rationem communem eſſentialem, ſed vt diximus ſecundùm proprietatem illam ſubſtandi, ſecundùm quam ſubſtantia prout concipitur deſcendere ad primam, deinde ad ſecundam. Eodem modo ſi eſſet aliqua proprietas in homine, quam priùs participaret hic homo quàm homo vt ſic, tunc ſecundùm illam proprietatem vnus poſſet dici primus, alius ſecundus, vt diximus de ſubſtantia.

Dicendum ſecundò, Probabile eſſe etiam diuiſionem hanc ſubſtantiæ in primam & ſecundam eſſe diuiſionem ſubiecti in accidentia; & ſic diuiſum erit ſubſtantia ſecundùm ſe, quæ directè ponitur in prædicamento ſubſtantiæ non vt ſubſtat aliis: ſubſtantia enim vt ſic accidit eſſe vniuerſalis & particularis, eſſe prima & ſecunda, ſeu ſubſtare vniuerſalitati vel conditionibus indiuiduantibus. Quare ſicut diuiſio parietis in album & nigrum eſt ſubiecti in accidentia, quia accidit parieti albedo & nigredo: ſic diuiſio ſubſtantiæ in primam & ſecundam.

Diuiſio ſubſtantiæ in primam & ſecundam, quæ diuiſio?

Secunda difficultas. Quomodo primæ ſubſtantiæ ſint maximè ſubſtantiæ. Ait enim Ariſt. vt vidimus, prima ſubſtantia eſt, quæ propriè & principaliter ſubſtare dicitur.

Ratio difficultatis eſt, quia ſecundæ ſubſtantiæ non dependent à primis, imò primæ à ſecundis, quia illis componuntur: ergo ſubſtantia ſecunda eſt magis ſubſtaotia quàm prima.

Secundò. Subſtantiæ ſecundæ ſunt priores primis Natura: ſuperiora enim poſſunt concipi non conceptis inferioribus, non econtrà. Perfectione, quia inde Ariſt. 8. Metaph. initio dicit, Genera eſſe magis ſubſtantiam quàm ſpeciem, & conſequenter magis quàm indiuidua. Tempore, quia eſſentiæ ſunt æternæ, & à primis non valet ſubſiſtendi conſequentia, vt ait Ariſt. in Prædicam. ex inferiori enim infertur ſuperius, vt eſt Petrus, ergo homo, non contrà.

Tertiò. Indiuidua ſubſtant proprietatibus ratiooe eſſentiæ; Priùs enim homo eſt riſibilis quàm hic homo. Ideo enim conuenit riſibilitas Petro, quia prius cõuenit homini eſſe riſibile.

Prima reſponſio eſt Suarez diſp. 33. ſect. 2. num. 23. Primam ſubſtantiam dici magis ſubſtantiam, hoc eſt rationem ſubſtantiæ primo conuenire indiuiduo, deinde ratione illius ſpeciei, licèt vtrique vniuocè conueniat.

Suarez reſponſio reiicitur.

Sed non rectè, ſubſiſtere enim actualiter fluit ab eſſentia ſubſtantiæ, vt etiam ipſe concedit, cùm ſit proprietas quarto modo: ergo cui primò conuenit eſſentia, conuenit etiam primò proprietas: ſed eſſentia ſubſtantiæ non conuenit primò ſubſtantiæ primæ quàm ſecundæ, cũ deſcendat vniuocè, vt ipſe fatetur, ergo ſubſiſtere quæ eſt ſubſtantiæ proprietas noo priùs conuenit primæ ſubſtantiæ quàm ſecundæ. Ideo

Reſp. dupliciter ſubſtantia conſiderari poteſt. Primò, prout dicit rationem communem & eſſentialem, & conſtituit genus ſummum in prędicamento ſubſtantiæ, & hoc pacto noo datur in ſubſtantia magis & minus, quia ratio illa vniuocè deſcendit ad ſubſtantias primas & ſecundas, & ſecundùm hanc rationem non dicuntur primæ maximè ſubſtantiæ. Secundò poteſt cooſiderari prout dicit proprietatem illam ſubſtandi ſecundùm quam diuiſa eſt in primam & ſecundam: & quia ſecundùm hanc proprietatem ſubſtantia prima pluribus ſubſtat quàm ſecunda, quia ſubſtantia prima ſubſtat etiam ſecundæ, ideo prima dicitur maximè ſubſtantia. Vel

Subſtantia genus ſummum conſtituens: & ſubſtantia prout dicit rationem ſubſtandi.

Secundò reſp. hîc ſubſtantiam ſumi pro eo quod nullo modo exiſtit in alio, ſed per ſe & perfectè ſubſiſtit, & hoc modo ſolæ primæ ſubſtantiæ dicuntur ſubſiſtere, & ideò maximè, &c. Patet hæc reſponſio ex eo quòd Ariſt. in prima proprietate ſubſtantiæ negat hoc ipſis differentiis, atque non eſſe ſubſtantias, qoia perfectè non ſunt in ſe, ſed in alio tanquã in toto licèt non tanquam in ſubiecto. Ita D Th. Simpl. hîc, &c.

Subſtantia prima quomodo in definitione ſumenda.

D. Thomas. Simplicius.

Hinc patet ad rationes dubitandi. Et ad primam, ſubſtantiæ primæ dependent à ſecundis non ſecundæ à primis, in ratione ſubſtandi & nego: quia ſecundæ ſubſtant ratione primarum, vnde quo magis accedunt ad primas dicuntur magis ſubſtantiæ, vt diximus ex Ariſt. in theorematibus: In ratione eſſendi: concedo, inde negatur conſequentia.

Ad ſecundam patet, primæ ſubſtantiæ dicuntur maximè, &c. Quia videlicet pluribus ſubſtant non quia natura, tempore aut perfectione ſint priores ſecundis. Quando autem Ariſt. ait ſecundas ſobſtantias eſſe magis ſubſtantias quàm primas, intelligendus eſt in ratione eſſendi non ſubſtandi.

Ad tertiam. Natura poteſt conſiderari dupliciter reſpectu ſuæ proprietatis. Primò, vt natura eſt ſubiectum adæquatum & principium illius à quo fluit proprietas, & ſic natura eſt prius ſubiectum quàm ſit indiuiduum. Secundò, in ratione ſubſtandi eidem proprietati in actu & realiter, & hoc prius conuenit indiuiduo: ſic homo eſt prius ſubiectum riſibilitatis quàm Petrus prout homo eſt principium illius: in ratione verò ſubſtandi eſt prius ſubiectum riſibilitatis Petrus, quàm homo: ſicut enim natura exiſtit ratione indiuidui, ſic etiam ratione indiuidui ſubſtare dicitur.

Obiectio.

Dices, ſi quia pluribus ſubſtant indiuidua, quàm ſpecies, dicuntur indiuidua ſubſtantiæ primæ: ſpecies ſecundæ, cùm genera paucioribus ſubſtent quàm ſpecies & genera ſuprema

quàm ſubalterna, dabitur tertia & quarta ſubſtantia.

Dilutio.

Reſp. Primæ ſubſtantiæ differunt à ſecundis, quia primæ nullo modo ſunt in alio. Item quia primæ de nullo prædicantur: ſecundæ verò prædicantur in quid de primis. Diſtinxit Ariſt. primas à ſecundis, & non diſtinxit ſpecies à generibus, quia tum ſpecies tum genera conueniunt in hoc quod ſint in primis & de illis prædicentur: quòd autem ſpecies ſubſtent pluribus, Genera paucioribus, hæc eſt tantùm differentia accidentalis.

An ſubſtantia habeat contrarium.

VIDETVR enim id non conuenire ſubſtantiæ. Primò, quia 10. Metaph. 6. contraria ſunt quæ ſub eodem genere maximè diſtant, ſed ſubſtantia & eius contradictorium maximè diſtant: ergo ſunt contraria.

Secundò 1. Phyſ. Ariſt. ait tria eſſe principia & duo eſſe inter ſe contraria, id eſt formam & priuationem, ergo forma quæ eſt ſubſtantia habet contrarium.

Tertiò differentiæ ſubſtantiales ſunt ita incompoſſibiles inter ſe, ſicut calor & frigus, ſed hæc ſunt verè contraria: ergo & illa.

Subſtantiæ nil contrarium quomodo intelligendum.

Dicendum eſt cum Ariſt. ſubſtantiam non habere contrarium. Nomine autem contrarij intelligitur id quod eſt verè contrarium poſitiuum & phyſicum, non verò quælibet oppoſitio metaphyſica, qualis eſt inter differentias oppoſitio negatiua, vel relatiua, vel priuatiua, conſiſtit enim vera contrarietas in reali & vera oppoſitione poſitiua, cùm videlicet ſe mutuò expellunt formæ ab eodem ſubiecto, quod primò & per ſe conuenit qualitatibus vt dicemus in lib. de generatione, & talis contrarietas non cadit in ſubſtantiam, quæ licèt habeat oppoſitionem aliquam, illa tamen non eſt vera contrarietas.

Satisfit rationibus in contrarium.

Ad primum reſp. Subſtantia & contradictorium non eſſe ſub eodem genere licèt maximè diſtent: non enim ens & non ens habent genus reale & commune, cùm vnum ſit ens reale, alterum nihil.

Ad ſecundum, Ariſt. intelligere ibi contraria priuatiua, id autem concedimus in ſubſtantiis, ſed hæc non eſt vera contrarietas, quia priuatio & eius forma non ſunt ſub eodem genere, nec ſe mutuò expellunt per poſitiuam repugnantiam vtriuſque.

Ad tertium, Differentias ſubſtantiales non eſſe merè contrarias, licèt ſint poſitiuæ, quia differentia v. g. hominis eſt oppoſita non ſolùm differentiæ immediatè contrahenti animal, ſed etiam differentiis ſuperioribus vt intelligentiarum, & aliorum prædicamentorum; hoc autem alienum eſt à vera ratione contrarij: Vnum enim contrarium tantùm vnum habet oppoſitum ex Ariſt. 10. Metaph. 6. 8. & 9. quod intelligendum eſt de extremo contrario.

Obiectio.

Dices ex Ariſt. cap. de oppoſitis, Malum opponitur bono: bonum autem non habet tantùm vnum extremè contrarium, ergo falſum eſt vnum contrarium vni opponi. Min. prob. Liberalitas opponitur auaritiæ & prodigalitati, Timori, & Temeritati Fortitudo.

Dilutio.

Reſp. Agere de hac contrarietate aliò remittendum: dico tamen iſta extrema non eſſe duo contraria ſed vnum, quia quodlibet extremum A non eſt ratio adæquata quæ opponatur liberalitati ſecundùm totam eius latitudinem. Liberalitas enim facit hominem promptum ad dandum & retinendum quando oportet, quare tunc cenſetur vnum extremum quando eſt adæquatè oppoſitum explens totam latitudinem oppoſitæ virtutis.

Coroll.

Maneat ergo differentias eſſentiales non eſſe verè contrarias, quia non ſe expellunt ab eodem ſubiecto, nec pugnant inter ſe: quod ſi interdum ſe expellunt id euenit quia requirunt diuerſas diſpoſitiones incompoſſibiles cum diſpoſitionibus alterius compoſiti. Si enim Deus ſepararet formam ignis ab omnibus qualitatibus, & B formam aquæ item ab omnibus, poſſent hæ duæ formæ eſſe ſimul in eodem ſubiecto, nec ſe mutuò expellerent niſi aliunde oriretur repugnantia & incompoſſibilitas, vel quia duæ formæ actu non poſſunt actuare eamdem materiam niſi ſint ſubordinatæ: vel quia producerent ſuas qualitates, quibus poſtea pugnarent inter ſe.

Forma aquę & ignis quare non poſſent eſſe ſimul.

Quomodo ſubſtantia non ſuſcipiat magis & minus.

RATIO difficultatis eſt id quod ait Ariſt. hoc capite, primam nimirum ſubſtantiam C eſſe magis ſubſtantiam quàm ſecundam.

Secundò. Vna ſpecies eſt altera perfectior, ſic homo perfectior equo: ſed ſuſcipere magis & minus nil aliud eſt niſi eſſe perfectius & imperfectius, ſic calor vt vnum, quia eſt imperfectior calore vt octo, dicit hic magis, ille minus, ergo.

Suſcipere magis & minus, quid?

Dicendum, Suſcipere magis & minus idem hîc ſignificare ac intendi & remitti quod accidit ex admixtione & deſtructione contrarij vt in qualitatibus: vna enim qualitas ſecundùm vnum gradum eſt remiſſa, & eadem ſecundùm plures vocatur intenſa & dicitur ſuſcipere magis & minus, quia eadem in eſſe qualitatis magis perficitur, ad perfectionem cuius & inten- D ſionem expellitur contrarium & in remiſſione admittitur. Subſtantia autem non intenditur nec remittitur, quia nec habet contrarium quod admiſceatur, nec expellatur; nec in eſſe ſubſtantiali eadem nunc eſt imperfectior, nunc perfectior; non enim Petrus dicitur magis homo hodie quàm heri, nec magis ſubſtantia rationalis quàm Franciſcus, nec vna forma magis forma quàm altera.

Satisfit rationibus in contrarium.

Ad primum reſp. Primam ſubſtantiam eſſe magis ſubſtantiam, non quia ſe ipſa poteſt eſſe perfectior, & imperfectior, quod eſt neceſſarium ad ſuſcipiendum magis & minus; nec quòd ſit perfectior in ratione eſſendi, hoc eſt E in eſſentia, quàm ſecunda: ſed tantùm dicitur magis ſubſtantia in ratione ſubſtandi, vt ſuprà explicatum eſt.

Ad ſecundum. Non negamus vnam ſpeciem ratione differentiarum eſſe altera perfectiorem: at hoc non eſt ſuſcipere magis & minus: & ratio eſt vt diximus, quia requiritur ad ſuſcipere magis & minus admiſſio & expulſio contrarij, & quod idem ſit ſe ipſo perfectius & imperfectius, nec ſufficit maior vel minor perfectio reſpectu alterius.

Sectio II.

Quænam ponantur in prædicamento ſubſtantiæ, & quodnam ſit ſummum genus prima ſubſtantiæ.

Substantia pluribus modis accipitur.

SVBSTANTIA multipliciter ſolet accipi. Aliquando ſignificat eſſentiam & quidditatem rei: ſic illam ſumpſit Ariſt. cap. 1. in Antepredic. Secundò ſignificat quicquid per ſe exiſtit & ſic comprehendit omne id quod non eſt accidens. Tertiò ſignificat tantùm naturam completam & perfectam, & ſic comprehendit etiam Deum & intelligentias, non verò partes eſſentiales ſubſtantiæ. Quartò ſignificat ſubſtantiam quamlibet aliquomodo compoſitam, ſic excluditur Deus qui eſt omnino ſimpliciſſimus, nec conſtat ex materia & forma, nec ex genere & differentia. Quintò interdum ſignificat ſubſtantiam corpoream, & hoc modo comprehendit corpora omnia ſublunaria & ipſos cœlos. Sextò aliquando tantùm ſubſtantiam corruptibilem, & ſic excluduntur Cœli. Hoc poſito,

Duplex hîc difficultas. Prima eſt. Quodnam ſit genus generaliſſimum in prædicamento ſubſtantiæ.

Subſtantiæ definitio.

Supponendum eſt ſubſtantiam communiter ſic definiri Eſt ens quod eſt per ſe. Eſſe autem per ſe explicamus per negationem eſſendi in alio tanquam in ſubiecto inhæſionis; non enim ſubſtantia poteſt in alio inhærere ſicut accidens. Subſtantiam autem ſic acceptam certum eſt non poſſe eſſe ſummum genus, quia ſummum genus eſt ratio vniuocè deſcendens & æqualiter. Subſtantia verò prout dicit tantùm ens ſubſiſtens per ſe, non vniuocè deſcendit, ſed analogicè & inæqualiter.

Subſtantia prout ſummum genus eſt, quomodo definitur?

Dicendum eſt, ſubſtantiam quæ eſt ſummum genus ſic poſſe definiri. Subſtantia eſt ens completum & finitum, quod ex natura ſua eſt per ſe & non in alio inhærens.

Dicitur ens completum vt contradiſtinguatur ab omnibus quæ non ponuntur directè in recta linea prædicamentali, ſed tantùm à latere & reductiuè, vt ſunt differentiæ ſubſtantiales, materia & forma, anima &c. Ideo Ariſt. hoc capite negat differentias eſſe ſubſtantias, intellige completas & prædicamentales. Nomine autem ſubſtantiæ completæ intelligitur, quidquid eſt ſubſiſtens per modum totius, ſiue ſit totum metaphyſicum conſtans ex genere & differentia, ſiue phyſicum conſtans ex materia & forma, ſiue ſit ratio ſimplex vt ſummum genus.

Ex quo infertur, Aquæ guttam, Manus, Oſſa, Neruos poni in hoc prædicamento directè, licèt ſint partes, quia conſtant ſuis formis partialibus, & ſunt aliquomodo totum, vt dicemus in libb. de Generatione.

Dicitur finita, vt excludatur Deus Opt. Max. qui eſt infinita ſubſtantia & extra prędicamenta.

Dicitur. Ex natura ſua & per ſe vt diſtinguatur ab omnibus aliis prædicamentis, & quia ſubſtantia eſt talis naturæ vt illi conueniat modus eſſendi per ſe, non quidem actu, non enim de ratione ſubſtantiæ eſt actu per ſe ſubſiſtere, ſic enim genera & ſpecies in ratione prædicamentali ſeu arbore non eſſent ſubſtantia, quia nunquam per ſe ſubſiſtunt, ſed ſemper in indiuiduis ſubſiſtunt. Dicitur ergo quod ſubſtantiæ conuenit eſſe, per ſe hoc eſt. Eſt talis ratio cui conuenit eſſe per ſe, quamuis hoc non exerçeatur niſi in indiuiduis, & illi conueniat tantùm quando ponitur extra cauſas & à parte rei eſt actu exiſtens, ſic dicitur quod quantitas eſt illa cui conuenit extendi in ordine ad locum, licèt hoc non habeat niſi in compoſito & in indiuiduo exiſtenti actualiter.

Coroll.

Maneat ergo in recta linea prædicamentali hæc poni. Primo loco indiuidua, deinde per gradus ſpecies & genera vſque ad ſummum genus, quod eſt completa ratio ſubſtantiæ, de quo non poteſt prædicari tanquam quid ſuperius, niſi ratio analoga entis vel ſubſtantiæ; ſubſtantiæ inquam quæ diuidatur in completam & incompletam. Hinc

Secunda oritur *difficultas*, cùm ſubſtantia tot modis vt initio diximus ſumatur, dubitari poteſt, pro quo ſupponat hic ſubſtantiæ nomen, vel an ſummum genus ſubſtantiæ ſit ſubſtantia corruptibilis, vt Græci volunt; vel comprehendat etiam incorpoream & incorruptibilem, vt Latini communiter autumant.

Dicendum. Nomine ſubſtantiæ Ariſt. intellexit in hoc capite nedum ſublunarem, ſed cœleſtem & incorruptibilem.

Prob. Maximè non ponerentur cœli ad mentem Ariſtot. quia non ſunt corruptibiles, at hoc non obſtat, ergo &c. Min. prob. Qui 1. Phyſ tex. 13. diſputans contra Parmenidem dantem vnum principium intrinſecè incorruptibile & immobile, quærit in quo prædicamento ſit, ergo ſecundùm Ariſt. incorruptibile poteſt eſſe in prædicamento. Item Cœli ſunt ſuſceptiui contrariorum lucis & tenebrarum raritatis & denſitatis, & omnes participant proprietates quas hic enumerauit Ariſt. ergo.

Obiectio.

Dices ex Ariſt. 10. Metaph. 12. Ea quæ mutuò non transmutantur differunt genere: ſed cœli & hęc ſublunaria non ad inuicem tranſmutantur, ergo differunt genere & prædicamento.

1. Reſponſio

Reſp. primò ex Alex 5. Metaph. per genus Ariſt. intelligere ibi materiam, ac ſi diceret, ea quæ ad inuicem non tranſmutantur ſeu corruptibilia & incorruptibilia differunt materia. An hoc verum ſit, videbimus in lib. de Cœlo.

2. Reſponſio

Reſp. ſecundò. Corruptibile & incorruptibile differunt genere generaliſſimo: nego: ſubalterno: concedo. Sic quantitas Cœli & quantitas horum inferiorum non mutuò tranſmutantur, & tamen ſunt in eodem prædicamento. Scientia & color non habent commune ſubiectum, nec ad inuicem tranſmutantur, & tamen ſunt in eodem prædicamento. Qualitatis ſupereſt difficultas. An idem dicendum ſit de Deo & Intelligentiis. Ideo ſit

Sectio III.

An Deus & Intelligentiæ ſint in prædicamento ſubſtantiæ.

Ariſtotelis mens de Deo & Intelligentiis.

CERTVM eſt, neque Deum neque Angelos ex mente Ariſt. collocari in hoc prædicamento. Dicit enim hoc capite maximè proprium eſſe ſubſtantiæ ſuſcipere contraria, ſed nec intelligentiis nec Deo hoc poteſt conuenire, ergo.

A Verùm adhuc dubitari poteſt, An Deus & intelligentiæ & ſubſtantiæ corporeæ ſimul in eodem prædicamento reipſa ponantur per ſe directè vel ſaltem reductiuè, & ad idem ſubſtantiæ genus pertineant.

Gregor. Baccon. Gabriel.

Prima ſententia eſt Nominalium aſſerentium nedum intelligentias, ſed etiam Deum poni in prædicamento ſubſtantiæ & contineri tanquam ſpecies ſub genere generaliſſimo. Ita Gregor. in 1. Diſtinct. 8. quæſt. 5. art. 2. Baccon. Diſtinct. 9. quæſt. 1. Gabr. &c.

Prob. Non impedit infinitas vt Deus ſit ſub aliquo genere, ergo. Anteced. prob. ſi daretur linea infinita, generetur in prædicamento quantitatis.

B Secundò. Poſſumus à Deo & creaturis abſtrahere vnicum conceptum communem, & rationem, quæ æqualiter deſcendat ad vtrumque per differentias eſſentiales. Poſſumus enim concipere ſubſtantiam completam, hæc autem poteſt prædicari de Deo & creaturis, ceteriſque enim nil deeſt in ratione ſubſtantiæ: differunt quia vna eſt increata, creata altera, vna infinita altera finita.

D.Thom.

Secunda ſententia eſt D. Th. in 1. Diſtinct. 8. quæſt. 4. art. ad 3. dicentis Deum poni in prædicamento ſubſtantiæ, non quidem directè tanquam ſpecies, hoc enim implicat vt dicemos, ſed reductiuè. Reductiuè autem non vt pars, quia certum eſt Deum non poſſe eſſe partem, cùm non poſſit dicere ordinem & habitudinem ad aliud tanquam compartem, ſed reductiuè ad ſubſtantiam tãquam principium prædicamenti, ſicuti punctus qui eſt principium lineæ vnitas numeri ponuntur in prædicamento quantitatis, ſic Deus qui eſt principium ſubſtantiæ ad illum reducitur. Hanc ſententiam mutauit poſtea 1. Poſt. quæſt. 1. art. 3. & rectè, ſe ipſo enim doctior factus vidit, nec id debere dici, cùm enim Deus non tantùm ſit principium ſubſtantiæ, ſed rerum omnium & prædicamentorum non eſſet maior ratio cur poneretur in pręedicamento ſubſtantiæ, quàm in reliquis.

Auer. Simplicius. Zimara.

Tertia ſententia eſt omnino oppoſita, neque Deum, neque intelligentias poni in prędicamento ſubſtantiæ. Ita Auer. 2. Cœl. com. 49. Simpl. in cap. de ſubſtant. Zimara.

Quæ enim ponuntur in prædicamento debent componi ex genere & differentia, ſed ex Ariſt. 8. Metaph. 18. in abſtractis, id eſt in intelligentiis non poteſt aſſignari aliquid per quod ſint vnum, & aliquid per quod ſint entia diſtincta, quia ſunt ſimplices & actus puri, ergo, &c.

Quarta ſententia eſt communis omnium ferè Theologorum Nominalib. exceptis, dicentium Deum non poni in prædicamento ſubſtantiæ nec per ſe nec reductiuè intelligentias maximè.

In recta linea prædicamentali quę ponuntur.

Notandum eſt, quæ ponuntur in recta linea prędicamentali debere conſtare ex genere quod ſit verum genus vniuocum, & ex differentia quæ verè ſit ratio contrahens ipſum genus Ratio eſt, quia quæ ponuntur directè ſub prædicamento & genere ſummo ponuntur vt ſpecies: ſpecies autem debent in aliqua ratione conuenire quam debent eodem modo & æqualiter participare: item in aliqua ratione differre; conuenire autem in aliqua ratione eodem modo participata, & per aliquam differre, & habere genus & differentiam propriè dictam, ſiue diſtinguatur ex natura rei ſiue non, ſaltem ex noſtro modo intelligendi, vtrum non debet alterum includere. Hoc poſito ſit

Prima concluſio Deus non ponitur in prædicamento ſubſtantiæ.

Prob. primò. Non conſtat Deus ex genere & differentia, nec habet aliquid in quo vniuocè cum creaturis conueniat, nec aliquid per quod differat, ergo. Ita argumentatur D. Thom. & communiter Theologi.

Confir. Genus vniuocum debet eſſe extra differentias & in illis non includi, alioquin non eſſet ratio omnimodè vna quod ad vniuocationem requiritur vt diximus, ſed quæcumque ratio generica concipiatur in Deo includitur in ſua vltima differentia, ergo. Min. prob. Deus vt Deus includit omnem perfectionem, & ideo vt ſic nihil illi deeſt, ergo & perfectionem genericam. Anteced. prob. Quia quod concipitur in Deo omne eſt ens increatum & illimitatum, ergo includens omnem perfectionem.

Secunda concluſio. Intelligentiæ abſolutè loquendo ponuntur in prædicamento ſubſtantiæ.

Prob. Ideò non ponerentur quia eſſent ſubſtantiæ incorporeæ & incorruptibiles, neutrum obſtat, ergo prob. Min Quia licèt ſint incorporeæ & incorruptibiles adhuc cum corruptibilibus habent in quo conueniant eſſentialiter & differant, ergo conſtant ex genere & differentia.

C Anteced. prob. Vbi eſt vera differentia eſſentialis ibi eſt verum genus vniuocum, ſed incorruptibile & incorporeum differẽtiæ eſſentiales, vt patet ex Ariſt. 10. Metaph cap. vltimo, vbi ait, idem non poſſe eſſe corruptibile & incorruptibile, quia hæc ſunt differentię eſſentiales non accidentales. Item ſubſtantia in arbore prædicamentali diuiditur in corpoream & incorpoream, tanquam in ſuas eſſentiales differentias, ergo ſubſtantia eſt vtriſque genus vniuocum

Obiectio.

Petes. Quomodo ſi genus deſumitur ex materia ex Ariſt. ſicut differentia ex forma, & nullam materiam habeant intelligentiæ, habent genus.

Solutio.

D Reſp. Dicitur genus deſumi ex materia: differentia ex forma, in iis tantùm quæ habent materiam, non in entibus à materia abſtractis: dicitur autem genus deſumi in entibus corporeis à materia & differentia ex forma; quia differentia induit proprietates formæ, & genus imitatur materiam cùm ſit indifferens & materiæ conditiones participet, non ergo vt res habeat ſummũ genus, neceſſaria eſt materia nec forma, ad hoc vt habeat ſuam eſſentialem differentiam. Reuera enim genus deſumitur à tota natura ſecundùm eſſe perfectibile: differentia à tota natura ſecundùm eſſe perfectiuum. e. g. in homine eſt anima

Genus deſumitur à tota natura perfectibili. Differentia à tota natura ſecũdùm eſſe perfectiuum.

E & corpus: Eſſe animalis & Eſſe rationalis. Genus ergo ſeu animal deſumitur ex tota natura ſecundùm gradum illum indeterminatum & perfectibilem in quo conuenit cum aliis rebus: rationale ſeu differentia ſumitur à tota natura ſecundùm gradum illum perfectiuum, in quo homo à cæteris differt.

Fonſeca.

Ad rationes Nominal. & ad primam reſp. Quod & ſumma Dei ſimplicitas vt vidimus, tum etiam eius infinitas facit vt non ponatur in prædicamento ſubſtantiæ, quare neg. Anteced. Ad prob. reſp. ex Fonſec. 5. Metaph. cap. 8. quæſt. 2. ſect. 3. linea infinita ſi daretur adhuc generetur in prædicamento quantitatis, quia non eſſet infinita ſimpliciter, & licèt eſſet infinita ſecun-

dùm extenſionem, adhuc tamen eſſet finita quoad eſſentiam, & ideo rectè colloeari poſſet in prædicamento, quia conſtaret ex differentia & genere, & vnieam patticiparet rationem vniuocam cum cæteris rebus quantis. Deus autem eſt ſubſtantia infinita quoad eſſentiam, ideo oon ponitur.

Ad ſecundam. Certum eſt Deum eſſe ſubſtantiam completam in ratione ſubſtantiæ & etiam creaturam, non tamen inde infertur dari rationem commnoem vniuocam ad vtramque, quia de ratione Dei ſecundùm id quod concipimus per modum differentiæ eſt ſubſtantia completa.

SECVNDI CAPITIS De quantitate, Propoſitiones & Theoremata.

1. PRIMA quantitatis diuiſio, Quantitas alia continua, & eſt illa cuius partes termino communi copulantur, ſic linea habet partes quæ puncto connectuntur: Superficies quæ lineis. Alia diſcreta, & eſt illa cuius partes non habent terminum communem vt eſt numerus.

2. Quantitatis continuæ ſpecies ſunt quinque, linea, ſuperficies, corpus, tempus, locus. Quantitatis diſcretæ ſpecies, Numerus & Oratio.

3. Secunda quantitatis diuiſio, Quantitas alia cõſtat ex partibus habentibus poſitionem ad inuicem, ſic omne quantum permanens vt linea, ſuperficies &c. Alia quæ conſtat ex partibus nõ habentibus poſitionem ad inuicem. ſic quantitas illa quæ habet partes ſucceſſiuas, vt Tempus, Numerus.

4. Tertia quantitatis diuiſio. Alia dicuntur quanta per ſe, vt ſpecies hactenus enumeratæ. Quædam dicuntur quanta per accidens, vt ſunt ea quæ non ſunt quanta à ſe, ſed aliunde quantitatem participant, ſic actio dicitur longa à tempore quo fit motus à loco.

5. Quantitas non habet contrarium Magnum etenim & paruum licèt videantur contraria aliquo modo non ad hoc, ſed ad prædicamentum relationis ſpectant. Surſum verò & deorſum contraria videntur: an ſint videbimus infrà. Eadem non ſuſcipit magis & minus Maximè autem proprium eſt quantitatis, Eſſe æquale & inæquale.

DISPVTATIO SECVNDA.

De Quantitate.

DISPVTATIONEM hanc in tres ſectioões diuidemus, in prima agemus de quantitate in communi; in qua aliquot difficultates quæ in textu fieri poſſeot enodabimus. In ſecunda de quaotitate diſcreta. In tertia de continua; ita tamen vt potiſſimas quæſtiones in tertium phyſ. tanquam in locum aptiorem remittamus. Sit igitur

SECTIO PRIMA.

De quantitate in communi.

QVANTITAS triplex, Perfectionis, Virtutis, & Molis. Perfectionis eſt qua aliquid magnum aut paruum dicimus, ſic Deum Opt. Max. Quantitas virtutis eſt virtus ſeu vis quam habet quodlibet agens in ſuis operationibus, ſic ignis maxima vis dicitur. Quantitas molis eſt corporis extenſio in ordine ad locum, &c. & hanc Ariſt. diuiſit in continuam & diſcretam in habentes partes poſitionis & in non habentes partes poſitionis ad inuicem, An per ſe, & per Accidens.

Quantitas triplex.

Prima ergo *difficultas* eſt quoad primam diuiſionem, quid ſit habere partes, & illas copulari termino communi.

Reſp. Partes in quantitate intelligi poſſunt dupliciter. Primò, vt quantitas illas habeat actu diſtinctas, quarum vna à parte rei non ſit, alia vt caro & adeps, os & ſanguis. Secundò vt actu non ſunt diſtinctæ, ſed tantùm potentia, vt ſi intellectus cogitando de vna & non de alia illas inter ſe diſtinguat per aliquam aſſignationem. Quomodo autem quantitas habeat partes primo vel ſecundo modo videbimus in Phyſ. Sufficiat nunc nobis ſtatuere de ratione quantitatis eſſe habere partes actu vel potentia, de ratione enim quantitatis eſt habere partes extra partes. Hinc rectè illam ſic poſſemus definire, quantitas eſt ratio partium extra partes, ex quibus oritur impenetrabilitas, quam definitionem loco citato examinabimus: & hæc quoad primam partem difficultatis.

Partes in quantitate vt intelligi poſſunt.

Quoad ſecundam. Notandum terminum eſſe duplicem, alius dicitur vltimus, alius copulatiuus. Vltimus eſt, quo vltimo terminatur quantitas, ita vt vlteriùs non extendatur, & hic vel eſt punctus reſpectu lineæ: vel linea reſpectu ſuperficiei, vel ſuperficies reſpectu corporis. Copulatiuus eſt terminus communis qui partes quantitatis inter ſe connectit, ita vt ſi illum non haberent eſſent inter ſe vel diſcretæ vel contiguæ. Dicitur communis, quia ita eſt vnius partis vt ſit etiam alterius. Ideo Ariſt. 6. Phyſ. initio definiens continua, ait eſſe illa quorum extrema ſunt vnum, vt patet in lineæ medietatibus quæ puncto coniunguntur. Terminus ſiue copulatiuus ſiue vltimus debet eſſe indiuiſibilis, alioquin ſi haberet partes alium terminum includeret illas connectentem, & ſic procederetur in infinitum. Tum quia ſi haberet partes poſſemus aſſignare vnam partem reſpectu vnius medietatis, & alteram reſpectu alterius, & ſic non eſſet vnus terminus.

Terminus alius vltimus, alius copulatiuus.

Terminus neceſſariò indiuiſibilis.

Secunda difficultas. Quid eſt habere partes habentes poſitionem & non habentes poſitionem. Item quid partium poſitionem habere in ordine ad locum, & in ordine ad ſe.

Reſp. cùm ait Ariſtoteles aliqua habere partes habentes poſitionem, intelligi debere partes permanentes: & per partes non habentes poſitionem intelligi partes ſucceſſiuas. Tria autem requiruntur, vt partes dicantur habere poſitionem. Primum, vt partes ſint exiſtentes, quod indicat Ariſt. cùm ait (ex partibus quæ in eis ſunt:) ſecundum, vt habeat partes reales, non tamen ſimul exiſtentes. Tertium, vt partes ſint continuæ non contiguæ, ex cuius conditionis defectu oratio & numerus non dicuntur habere partes cum poſitione.

Partes habentes poſitionem, & non habentes.

Partium verò poſitio eſt duplex, alia in ordine ad locum: alia in ordine ad ſe. Quanta dicuntur habere poſitionem in ordine ad locum, cùm vna pars eſt in vno loco, alia in alio. Et de hac poſi-

Partium poſitio duplex.

Digitized by Google

ſione non loquitur Ariſt. hîc,quia hæc pertinet ad prædicamentum ſitus. In ordine ad ſe quando partes nullo habito reſpectu loci, ita ſunt ordinatæ, vt vna ſit prior altera: ſic membra humana dicuntur habere poſitionem in ordine ad ſe, quia ita ſunt diſpoſita vt caput ſit ſupra collum, &c. Et hæc poſitio reperitur etiam in rebus quantis quæ locum non occupant, vt Corpus Chriſti in ſacramento, quod habet hanc poſitionem, licèt locum non occupet.

SECTIO II.

De quantitate diſcreta, an numerus ſit ſpecies quantitatis, vbi & quid ſit numerus.

Auicen. D. Thom.

PRIMA ſententia affirmat eſſe ſpeciem eſſentialiter diſtinctam à quantitate continua. Ita Auicen. 3. Metaph. cap. 4. D. Th. & alij apud Suarez diſp. 41. ſect. 1. num. 6.

Prob. Ariſt. hîc & 5. Metaph. diuidit quantitatem in continuam & diſcretam: ergo in veras ſpecies. Conſeq. prob. quia diuidendo illas eaſdem collocat in prædicamento quantitatis, in quo ſub genere vniuoco tantùm veræ ſpecies collocantur.

Secundò. Si quantitas diſcreta non eſſet vera ſpecies, nec haberet veras proprietates diſtinctas à proprietatibus quantitatis continuæ, nec conſtitueret veram ſcientiam, ſed conſtituit, nempe Arithmeticam, ergo.

Tertiò, ideo non eſſet vera ſpecies, quia includeret collectionem factam ab intellectu, ſed hoc eſt falſum, ergo.

Primò, quia multitudo eſt à parte rei, nemine cogitante ex 5. Metaph. t8. Numerus eſt quædam multitudo, ergo.

Secundò, vnum & multa opponuntur priuatiuè, ſed eſſe vnum dicit realem negationem coniunctionis cum alio: ergo & eſſe multiplex, quod eſt oppoſitum negationi, erit etiam quid reale, ergo à parte rei, ſine opere intellectus.

Tertiò, quia ſi numerus vt ſic eſſet collectio facta per intellectum, non eſſet ſenſibile commune, ſed ex Ariſt. 2. de anima cap. 6. eſt ſenſibile commune, ergo.

Quartò, ſi non eſſet multitudo nemine cogitante, non eſſet maior numerus, nec minor, & ſic decem non eſſent plura quàm tria, nec alius alio ditior.

Quintò, numerator non facit numerum, ſed cognoſcit, ſed ſi numerus includeret opus rationis illum faceret; ſenſus autem cognoſcit & diſtinguit plura, non autem colligit.

Aureol. Zimar. Auerr.

Secunda ſententia negat, Numerum eſſe ſpeciem quantitatis. Eſt Aureol. apud Capreol. Zimar. verbo Numerus, Auer. & eorum quos citat Suarez num. 7. quibus ſeipſum ſubſcribit, & omnium ferè recentiorum.

Prob. primò. Quod non eſt per ſe ens, nec per ſe eſt quantitas; Numerus non eſt ens per ſe ſed per accidens, collectio videlicet multarum vnitatum, ergo nec per ſe quantitas. Min. prob. Quia ſi conſideres ſubiectum numeri, ſeu res numeratas ſine formam & rationem formalem numeri conſtitutiuam nullibi eſt vnitas ſuffi-
A ciens ad conſtituendum ens per ſe. Quod etiam prob. quia numerus conſtat quoad materiam ex ſubſtantiis integris, vel numero, vel etiam ſpecie differentibus, ex quibus non poteſt reſultare ens per ſe: nec poteſt eſſe ens per ſe quoad formalem rationem, quia res numeratæ nullam habent continuitatem adinuicem, ergo nequeunt conſtituere aliquid, quod ſit per ſe vnum.

Secundò. Vel numerus eſt vnum quid vnitate reali, ac vera, omnimodè ſimplici: & non, quia vna ſimplex vnitas non poteſt reperiri in pluribus diſtinctis rebus. Vel vnum vnitate compoſitionis, & neque quia illa ſunt inter ſe
B diuiſa.

Suarez.

Tertiò. De ratione numeri eſt multiplicitas & intrinſecè numerus includit negationem vnionis, ergo numerus vt numerus non eſt ens reale habens veram vnitatem. Ita Suarez diſp. citata ſect. 1. num. 1. 2. & 3. Pro noſtra ſententia

Numerus numerans, & numerus numeratus.

Notandum primò. Numerus vt communiter docent eſt duplex. alius dicitur numerus numerans. alius numerus numeratus. Numeratus ſunt quantitates diuiſæ, ſeu res prout numerari poſſunt: Numerans verò eſt ille quem mente concipimus auulſum à rebus omnibus, vt ſi numeremus centum abſtrahendo à rebus omnibus.
C Cùm ergo quærimus an ſit numerus ens reale, & vera ſpecies quantitatis, non loquimur de numero numerante, quia hic non eſt ens reale & pendet ab intellectu, cùm ſit collectio quædam vnitatum facta ab ipſa anima. Quæſtio ergo eſt de numero numerato.

Punctus difficultatis

Notandum ſecundò. Eſſe etiam certum apud omnes numerū numeratum, ſi materialiter ſpectetur eſſe ens reale, quia vnitates ex quibus conſtat entia ſunt realia. Quæſtio ergo eſt de numero numerato formaliter ſumpto, vt numerus eſt, id eſt prout dicit multitudinem vnitatū cum quadam coordinatione adinuicem, quam ſolemus explicare per numerum vel denarium vel centenarium. An videlicet hic numerus habeat
D ſuum eſſe reale extra animam, & ſit vera ſpecies realis quantitatis.

Ad veram ſpeciē quid requiratur.

Notandum tertiò, Numerum non poſſe eſſe veram ſpeciem quantitatis, niſi ſecundùm ſuam rationem ſpecificam includat aliquam differentiam realem ſupra rationem quantitatis vt ſic. Non poteſt autem hanc differentiam dicere niſi numerus, vt numerus eſt dicat aliquam vnitatem à parte rei, quæ ſit in pluribus. Et ratio eſt, quia quæ ponuntur in prædicamento debent eſſe veræ ſpecies; ſpecies autem vera non eſt, quæ non habet veram eſſentiam; eſſentiam veram non habet, quod non eſt per ſe vnum, ergo numerus, ſpecies quantitatis non erit niſi dicat
E aliquam vnitatem. Quare vt videamus, An numerus ſit vera ſpecies quantitatis, & quid reale à parte rei videndum eſt, An poſſit habere à parte rei aliquam vnitatem.

Vnum quot modis dicitur.

Notandum quartò, Vnum variis modis dici poſſe. Aliud dicitur vnum eſſentiale, ſic Genus & differentia efficiunt vnum compoſitum. Aliud dicitur vnum continuitate, vt cùm plures partes continui faciunt vnum continuū. Aliud dicitur vnum colligatione, vt faſciculus: vel conglutinatione, vt Domus. Aliud dicitur vnum ratione, vt Genus & ſpecies quæ plura inter ſe non differunt & conueniunt

Digitized by Google

in aliqua formalitate. In his autem ſæpe contingit, vt ea quæ ſunt plura vna ratione & ſecundùm aliquem reſpectum ſint vnum alia ratione, & per reſpectum diuerſum, ſic domus dicitur vnum & plura; ens per ſe: & per accidens ſed diuerſis reſpectibus. Dicitur plura & ens per accidens in genere ſubſtantiæ, quia agglutinat plures ſubſtantias ſpecie differentes, vt ligna & lapides. Dicitur vnum & ens per ſe in genere qualitatis, quia facit vnam figuram rotundam vel angularem, quare ad hoc vt aliquid ſit ens per accidens neceſſe eſt ne dum vt inuoluat plura, ſed etiam vt contineat plura vt plura, & non vt efficiant vnum. Vt ergo videamus an numerus ſit per ſe vnum; inquirendum eſt. An licèt plura contineat, & ſecundùm illa dicat negationem vnitatis, an eadem conueniant in aliqua ratione communi, ſecundùm quam illa plura dici poſſint vnum.

Quæ plura ſunt quomodo vnum per ſe conſtituere poſſunt.

Notandum quintò, In numero poſſe conſiderari duo & vnitates ſeorſim ſpectatas, & eaſdem prout faciunt multitudinem quamdam: licèt autem quælibet vnitas ſolitariè ſpectata non ſit numerabilis, & re verâ numerabile illud tantùm dicatur, quod numero explicari poteſt, numero inquam ternario quaternario, &c. tamen omnes ſimul vnitates, quia in hoc conueniunt vt ſint numerabiles, inficiandū non eſt illas conuenire in aliqua ratione communi, & ſecundùm illam eſſe vnum. ex. g. Decem homines licèt à parte rei ſint plures, & non conficiant vt plures ſunt niſi ens per accidens; omnes tamen ſimul ſumpti nullo intellectu cogitante in hoc conueniunt, vt ſint numerabiles numero denario, & hac ratione conficiunt vnum per ſe: ſicut plura indiuidua naturæ humanæ à parte rei ſunt plura, & ſunt vnum. Plura, quia ſunt indiuidua inter ſe diſcreta: vnum vnitate formali ſeu eſſentiali, & ſicut vnitas formalis ſufficit ad conſtituendam naturā humanā, vt ſit realis ſpecies animalis, licèt in ſe includat plura indiuidua: eodem modo licèt numerus includat plures vnitates, & ideo dicitur vnum per accidens, quia tamen hæ omnes vnitates in hac vna ratione conueniunt vt ſint numerabiles aliquo numero, optimè ſecundùm hanc rationem dicentur vnum per ſe, & numerus vera & realis ſpecies quantitatis. His poſitis ſit

Quomodo numerus vnum per accidens, & vnum per ſe.

Prima concluſio. Numerus vt numerus eſt formaliter ſumptus eſt ens per ſe vnum reale & vera ſpecies quantitatis, nec aggregatum per accidens. Eſt D. Th. s. Par. quæſt. 11. art. 1. Caiet & Scot. Metaph. 5. quæſt. 9. & omnium Thomiſtarum.

D. Thom. Caietanus. Scotus.

Prob. Ideo numerus à parte rei non eſſet realis ſpecies quantitatis, quia à parte rei non habet vnitatem realem quæ ſufficiat ad conſtituendam veram ſpeciem, ſed hoc eſt falſum, ergo. Maior eſt fundamentum aduerſariorum ac præcipuè Suarez. Inde enim negat numerum eſſe veram ſpeciem quantitatis, quia à parte rei non dicit niſi multas vnitates, collectas deinde per intellectum: Min. prob. ex ſupradictis. Sint enim e. g. centum vnitates à parte rei, illæ licèt materialiter non ſint niſi aggregatum quoddam per accidens, tamen nullo intellectu cogitante in hoc conueniunt vt ſint numerabiles numero centenario, ergo illæ omnes vnitates conueniunt in aliqua ratione & ſecundùm illam ſunt vnum.

Obiectio 1.

Dices pro Suarez. Diſp. citata ſect. 2. num. A 50. quantitas diſcreta illa eſt, cuius partes non copulantur termino communi: ergo diſcretio ſupra vnitates nil addit niſi negationem termini communis, ergo numerus præter vnitates quas dicit non dicit aliquam vnitatem poſitiuam quæ ſit ſufficiens ad conſtituendam ſpeciem realem.

Resp. neg. conſeq. Addit enim numerabilitatem, quia partes quantitatis continuæ ante actualem diuiſionem non erant numerabiles, poſita diuiſione ſunt numerabiles, & in hoc conueniunt, quod eſt quid reale competens illis ante quodlibet opus intellectus.

Dilutio.

Dices ſecundò Numerabilitas præter fundamentum vnitatum diuerſarum tantùm eſt B denominatio quædam extrinſeca ab anima potente numerare multitudinem vnitatum, & eas per modum vnius numeri concipere; ergo numerabilitas non poteſt eſſe vnitas realis, nec poterit conſtituere veram ſpeciem quantitatis, quia illa extrinſeca denominatio nec vnitatem realem ei confert, neque illam in eo ſupponit: ſic argumentatur Suarez Num. 12.

Obiectio 2.

Reſp. Numerabile cùm dicat relationem ad eum qui poteſt numerare, poteſt ſumi dupliciter. Formaliter prout dicit actualem relationem ad numerantem, & hoc modo numerabilitas eſt ens rationis & reſpectu numeri eſt denominatio extrinſeca. Et fundamentaliter prout dicit C ipſas vnitates quæ poſſunt numerari, & ſic numerabilitas non eſt ens rationis nec ſignificat denominationem extrinſecam: ſed ens reale numeri conſtitutiuum: ſic eſſe viſibile prout dicit actualem relationem ad oculum eſt ens rationis & denominatio extrinſeca, ſi tamen ſumatur fundamentaliter dicit colorem ipſum, qui eſt ens reale & realem proprietatem coloris, cuius proprium eſt poſſe videri: ſic etiam diuiſibile formaliter eſt denominatio extrinſeca, fundamentaliter dicit ipſam quantitatem quæ poteſt diuidi.

Solutio.

Dices tertiò, ex eodem num. 17. Vnitates alicuius numeri ſecundùm ſe non habent aliquem ordinem realem, neque in eis eſt vltima D neque prima, ergo numerus non eſt numerabilis niſi per noſtrum intellectum qui numerando facit vt hæc vnitas ſit prima, illa ſecunda, altera vltima

Obiectio 3.

Reſp. In vnitatibus ſimul collectis poſſunt conſiderari duo, & numerabilitas, & ordinabilitas. Licèt numerus habeat ordinabilitatem ab intellectu, & quoad hanc pendeat à noſtra voluntate, non tamen pendet quoad numerabilitatem. Numerus autem conſtituitur realis ſpecies quantitatis, non per ordinabilitatem, ſed per numerabilitatem, & ordinabilitas accidit numero non numerabilitas: numerus enim vt numerus eſt abſtrahit ab illo ordi-E ne.

Secunda concluſio. Eſſentialis differentia numeri non eſt vltima vnitas, vt communiter docent Thomiſ. Fland. 10. Metaph. Capreol. & alij.

Flandria. Capreolus.

Prob. Quia vltima vnitas vel eſt forma numeri, ex. g. denarij vt vnitas eſt, vel vt vltima eſt; non vt vnitas eſt, quia non eſſet maior ratio vnius vnitatis quàm alterius: non vt vltima eſt, quia eſſe vltimam habet à noſtra voluntate, ergo vltima vnitas non poteſt eſſe eſſentialis differentia conſtitutiua numeri à parte rei.

Obiectio 1. Dices ex Ariſtor. 8. Metaph. 10. Addita vel ſublata vltima vnitate tollitur ponitúrve ſpecies numeri: ergo eſt differentia numeri.

Solutio. Reſp. neg. conſeq. Licèt enim veriſſimum ſit quod Ariſt. docet, non tamen voluit vltimam vnitatem eſſe differentiam numeri, ſed tantùm quòd appoſita aliqua vnitate reſultat de nouo numerus, vt ſi priùs erant ſeptem, addita octaua vnitate, illa vnitas ſit requiſitum vt reſultet numerus octonarius, non tamen ſit eſſentialis differentia conſtitutiua illius.

Obiectio 2. Vrgebis. Sublata vltima vnitate tollitur numerus, & ea poſita ponitur: ergo eſt differentia eſſentialis.

Solutio. Reſp. diſting. anteced. Poſita vltima vnitate ponitur formaliter numerus: nego: conſequutiuè, concedo: hoc eſt, poſita illa vltima vnitate reſultat nouus numerus, & ablata prior numerus auſertur: ſicut ablato corde auſertur homo; non tamen cor eſt formale conſtitutiuum hominis, ſed tantùm pars integrans, & ad ablationem cordis auſertur homo conſequutiuè, non formaliter.

Tertia concluſio. Differentia eſſentialis conſtitutiua numeri non eſt collectio multarum vnitatum facta per intellectum: ſed neque eſt illa aggregatio quæ ſæpè reperitur à parte rei inter plures vnitates.

Prima pars prob. Quia numerus vt numerus eſt, ante opus intellectus, eſt à parte rei, vt ſuprà probauimus.

Secunda pars etiam patet, quia numerus prout dicit tantùm illam aggregationem, non eſt vnum per ſe, ſed per accidens: ergo illa aggregatio vnitatum in re non poteſt eſſe eſſentialis differentia numeri.

Quarta concluſio. Genus quantitatis diſcretæ eſt ipſa quantitas abſtrahens à diſcreta & continua. Differentia eſſentialis conſtitutiua quantitatis diſcretæ eſt ipſa diſcretio, ex qua oritur numerabilitas, tanquam propria paſſio.

Prob. primò ex definitione quam hic tradit Ariſt. Ait enim: quantitas diſcreta eſt illa quæ habet partes non copulatas termino communi: ergo, &c.

Secundò, quantitas diſcreta eſt ſpecies oppoſita quantitati continuæ: ergo per oppoſitas differentias debet conſtitui, ſed continua conſtituitur per continuationem: ergo diſcreta per diſcretionem.

Coroll. Maneat ergo, numerum eſſe veram & realem ſpeciem quantitatis, & vnitates quæ à parte rei faciunt multitudinem conuenire in aliqua ratione communi, ſecundùm quam ſunt vnum per ſe, & habent vnitatem quæ ſufficit ad conſtituendam ſpeciem realem. Conueniunt ergo, primò, quia quælibet vnitas eſt diſcreta: ſecundò, quia omnes ſimul ſunt numerabiles aliquo numero. Conueniunt in diſcretione, tanquam differentia eſſentiali conſtitutiua quantitatis diſcretæ. In numerabilitate, tanquam in paſſione quæ fluit à diſcretione: ſic Petrus & Paulus conueniunt in eſſe rationali, tanquam in differentia eſſentiali; in eſſe riſibili, tanquam in paſſione quæ fluit à rationalitate.

Satisfit rationibus in oppoſitum. Ad rationes in contrarium & ad primam diſting. Min. Numerus non eſt ens per ſe materialiter, concedo: formaliter, nego: numerus enim vt numerus eſt, dicit plures vnitates quæ vt concurrunt in diſcretione ſeu numerabilitate, ſecundùm hanc rationem non dicuntur plures, ſed vnum, ſicuti plures homines dicuntur vnus homo.

Ad ſecundam. Numerum eſſe vnum vnitate eſſentiali, conſtat enim ex quantitate tanquam ex ſuo genere & ex diſcretione tanquam differentia, ſeu numerabilitate tanquam paſſione: hęc autem paſſio quâ numerus dicitur numerabilis non reperitur in aliqua vnitate particulari, ſed eſt in omnibus vnitatibus, faciens illas numerabiles aliquo numero: ſicut domus vt facit vnam figuram includit plura entia, & tamen figura non reperitur in vno lapide aut ligno, ſed in omnibus ſimul.

Ad tertiam eodem pacto ſicut ad primam: de ratione enim numeri eſt multiplicitas, materialiter, concedo: Formaliter, nego.

Obiectio. Dices ex Ariſt. 4. Phyſ. 131. Niſi eſſet numerans non eſſet numerus, ſed numerans eſt anima & intellectus: ergo numerus, vt numerus, eſt ab intellectu.

Solutio. Reſp. primò. Niſi eſſet numerans non eſſet numerus, prout eſt menſura menſurans, concedo: ſeu quod idem eſt numerus numerans: non eſſet numerus menſuratus ſeu numeratus, nego. Vel

Secundò reſp. Ariſt. loqui hîc ad mentem eorum qui volunt partes in continuo, non actu, ſed potentia: ac ſi diceret, non eſſet numerus partium continuarum niſi eſſet intellectus qui illas diſtingueret & numeraret.

Oratio non eſt ſpecies quantitatis diſcretæ ab aliis diſtincta. *Difficultas* ſupereſt, an quantitas diſcreta ſit verum genus ad orationem & numerum. Affirmat Ariſt. hîc; negat. 5. Metaph. 18. Explicant DD. hîc locutum eſſe, ſecundùm vulgi opinionem, in Metaphyſicis iuxta propriam ſententiam.

Dicerem breuiter, orationem non eſſe ſpeciem quantitatis ab aliis diſtinctam, ſi enim eſſet diſtincta, vel eſſet ratione ſyllabarum quæ ſemper cum aliquo tempore proferuntur, & non, quia ſic non diſtinguitur à motu & tempore; vel ratione multitudinis ſyllabarum, & neque quia ſic non differt à numero; vel denique quia conſtat ex ſyllabis quarum vna breuis, alia longa, ſed hoc non eſt quid reale, ſed tantùm pendens à libera voluntate hominum.

SECTIO III.

De quantitate continua.

PRIMA *difficultas* eſſe poteſt, quæ ſint ſpecies quantitatis continuæ.

Linea, ſuperficies, corpus, ſpecies quantitatis continuæ & inter ſe diſtinctæ. Reſp. Nulli dubium eſſe lineam, ſuperficiem & corpus eſſe ſpecies quantitatis continuæ & inter ſe diſtinctas, non quidem realiter vt poſſit dari vna ſine alia, ſed formaliter quia poteſt vna ſine alia intelligi: licèt enim vna intra aliam materialiter contineatur, formaliter tamen diſtinguuntur, quemadmodum vna ſpecies numeri poteſt etiam materialiter continere aliam, ſic denarius continet ſeptenarium, ſenarium, &c. licèt nullus numerus formaliter contineatur ab alio.

Secunda difficultas, An locus ſit ſpecies quantitatis diſtincta à ſuperficie.

D. Thom. Affirmat D. Thom. 5. Metaph. 18. Prob. quia hîc conſideratur quantitas vt quædam menſura, diuerſo autem modo ſunt menſura, locus, & ſuperficies.

Scotus.

Negat Scot. in Prædicam. quæſt. 20. Prob. quia locus nil aliud eſt quàm ſuperficies continentis: ergo à ſuperficie non diſtinguitur.

Reſp. Locus duo dicit & eſſe ſuperficiem, & ſuperficiem continentem: vt ſuperficies eſt, certum eſt non diſtingui à ſuperficie: vt dicit continentiam, non poteſt conſtituere diſtinctam ſpeciem quantitatis, quia continentia non tribuit loco nouam diuiſibilitatem, nec nouam extenſionem, ſed tantùm nouum reſpectum, qui reſpectus non poteſt eſſe differentia eſſentialiter conſtitutiua alicuius ſpeciei in prædicamento quantitatis: eo enim reſpectu ſuperficies potiùs pertinet ad prædicamentum relationis.

Locus non eſt ſpecies diſtincta quantitatis à ſuperficie.

Tertia difficultas. Quid dicendum de tempore. Pendet quæſtio hæc à definitione temporis & motus, de quibus in Phyſicis.

Ideo breuiter nunc ſatis ſit delibaſſe. Tempus eſt duratio motus: ideo non habet quantitatem diſtinctam à motu: cur autem tempus numeretur inter ſpecies quantitatis non motus: Ratio eſt, quia motus in ſuo formali conceptu dicit tantùm quamdam tendentiam & viam; tempus verò ſignificat inſuper quamdam moram & durationem, ***An autem motus ſit vera ſpecies quantitatis.***

Nec tempus eſt ſpecies quantitatis diſtincta à motu.

Reſp. Ariſt. 5. Metaph. 18. aitque motum eſſe quantum per accidens ratione ſpatij in quo fit, vel formæ diuiſibilis quæ acquiritur. Idipſum dicendum de tempore; quod ſi numerauit Ariſt. motum & tempus locutus eſt, iuxta vulgi opinionem.

Sed nec motus, niſi iuxta vulgi opinionem.

Quarta difficultas. Quomodo quantitati proprium ſit non habere contrarium.

Reſp. Eſſe proprium ſecundo modo, quia competit omni quantitati, licèt non ſoli. Conuenit enim, vt diximus, etiam ſubſtantiæ. Non habet autem quantitas contrarium, quia eſt ſubiectum immediatum reliquorum accidentium: tum quia non eſt actiua; non enim quantitates inuicem ab eodem ſe ſubiecto expellunt. Tum quia licèt ſub eodem genere, non tamen maximè diſtant, ſed tantùm ſecundùm maius & minus, quæ omnia requiruntur ad veram rationem contrarij.

Quantitati nil contrarium.

Quinta difficultas. Quomodo quantitas non ſuſcipiat magis & minus.

Reſp. eodem pacto, quo diſp. præcedenti cùm de ſubſtantia: reſultat enim hæc ſecunda proprietas à præcedenti; poſito enim quòd quantitas non habeat contrarium, neque ſuſcipiet magis & minus, cùm ad hoc neceſſariò contrarium poſitiuum requiratur.

Quare non ſuſcipit magis & minus.

Obiectio. Dices ex Socin. Omnis forma quæ eadem numero manens & ſine additione formæ extrinſecè fit perfectior, dicitur intendi & remitti, ſic accidit quantitati, cùm rareſit: ergo.

Solutio. Reſp. diſting. Mai. Illud intenditur & remittitur quod fit perfectius intenſiuè: concedo: quod fit perfectius extenſiuè, nego. Quantitas per rarefactionem fit perfectior extenſiuè: non intenſiuè. Et ratio eſt, quam ſuprà diximus, quia non habet contrarium. Quâ ratione lumen intendi dicatur, licèt contrarium poſitiuum non habeat, alibi dicemus. Maneat ergo quantitatem poſſe extendi non intendi: ſuſcipere maius & minus, non magis & minus.

Sexta difficultas Quomodo maximè proprium quantitati ſit vt per eam dicamur æquales vel inæquales. Ratio difficultatis eſt, quia æquale aliquid non dicitur niſi reſpectu alterius: ergo non videtur proprietas quantitatis, quæ eſt prædicamentum abſolutum, ſed ſpectare potiùs ad relationem.

Reſp. Æquale dupliciter poſſe accipi: formaliter prout ſignificat ipſam actualem relationem inter duo quanta, & hoc modo pertinet ad prædicamentum relationis. Secundo modo poteſt ſumi fundamentaliter, prout ſignificat fundamentum relationis, nimirum ipſam quantitatem palmarem, ſeu bipalmarem, & ſic proprium eſt quantitatis quarto modo. Sicut enim proprium eſt qualitatis quarto modo vt per eam dicamur ſimiles vel diſſimiles, ſic proprium quantitatis quarto modo eſt vt per eam dicamur æquales vel inæquales.

Æquale & inæquale proprium quantitatis, ſimile & diſſimile qualitatis.

TERTII CAPITIS, de Relatione, propoſitiones & Theoremata.

1. ***AD aliquid ea dicuntur quæcumque hoc ipſum quod ſunt aliorum eſſe dicuntur, ſeu quomodolibet alter ad alterum.***

2. ***Relata hæc nonnunquam contrarietatem quandam habent, ſic virtus contraria vitio. Nonnunquam magis & minus ſuſcipiunt ſemper conuertibiliter, vt ſeruus domini ſeruus, & econtrà.***

3. ***Relatiua vt plurimùm ſunt ſimul natura, vt pater & filius licèt non ſemper, ſcibile enim videtur prior ſcientia. Relata quæ ſimul natura ſunt, ita ſe habent vt vno ablato auferatur aliud. Cùm ſimul natura non ſunt, ablato eo quod poſterius eſt, non aufertur id quod prius.***

4. ***Rurſus relatiua ſic definiri poſſunt: ea ſunt quorum eſſe totum eſt ad aliud.*** Hæc Ariſtot.

DISPVTATIO TERTIA.

De his quæ ad aliquid, ſeu de Relatione.

TRIA hac diſputatione examinanda. Primum natura & multiplicitas relationum Secundum earumdem diſtinctio. Tandem proprietates: ſic quæcumque docuit hoc capite Ariſtot. explicabimus.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit Relatio, & an dentur Relationes reales.

NOTANDVM primò, Relationem, reſpectum, habitudinem vnum & idem eſſe: à relatione dicuntur relatiua: à reſpectu reſpectiua: habitudo verò nomen concretum non habet. Ab his omnibus nominibus res dicuntur Eſſe ad, nempè ad aliud, ſeu ad aliquid.

Relatio, Reſpectus, Habitudo.

Notandum ſecundò, Relationem nil aliud eſſe niſi id quo res conſtituitur in aliquo eſſe

Quid ea ſit.

reſpectu

reſpectu alterius; ſeu qno res alind reſpicit, vel ad aliud aliquo modo ſe habet: pater enim dicitur relatiuus, quia eatenus dicitur pater quatenus reſpicit filium, ratio ergo illa quæ conſtituit patrem ſe habentem ad filium vocatur relatio, reſpectus, habirndo.

Notandum tertiò. Horum relatiuorum duplex affertur definitio ab Ariſt. Prima antiquorum & eſt, relatiua ſunt ea quæ aliorum eſſe dicuntur, &c. Altera eſt propria ipſius Ariſt. Relatina ſunt qoorum eſſe totum eſt ad alind. Differunt hæ duæ definitiones, quia prima traditur per dici; ſecunda per eſſe; & ex hoc fit vt per definitionem Ariſtot. tantùm comprehendantur relatiua realia, & ea quæ B nullo intellectu cogitante relatiua ſunt; per definitionem antiquorum comprehendantur, ea quæ non re relatiua ſunt, ſed à nobis concipiuntur.

Gemina relationis definitio.

Notandum quartò Definitionem hanc Ariſt. comptehendere tum relatiua tranſcendentalia tum prædicamentalia. Quod ſi definienda eſſet tantùm relatio prædicamentalis, ſic definiri deberet. Eſt accidens cuius eſſe totum eſt ad aliud, per τὸ accidens excluduntur omnes relationes quæ ſunt ſubſtantiæ: per reliqua verba diſtinguitur relatio ab aliis accidentibus, quorum eſſe cùm non ſit totum ad alind, vt infrà explicabimus, relatiua tranſcendentalia dicuntur. An autem huiuſmodi relatiooes ſint reales, ſiue tranſcendentales ſiue prædicamentales, vel denominationes fictæ per noſtrum modum concipiendi dubitant DD. Ideo.

Relatio prædicamentalis quid? quid tranſcendentalis?

Prima ſententia eſt Nominalium, Ocham. in 1. diſt. 13. & aliorum, quos ſequitur Durand. in 1. diſt. 28. quæſt. 2. qui volunt duos parietes ſimiles in albedine noo dicere in re relationem aliquam, ſed taotùm dnos parietes albos exiſtentes. Paternitatem & Filiationem nil aliud dicere quàm ſubſtantias generantis & geniti.

Ocham. Durand.

Prob. primò. Relatio nil aliud eſt niſi comparatio, ſic relatio æqualitatis eſt comparatio dnarum quantitatum inter ſe: ſed comparatio D eſt actus iotellectus, ergo relatio per intellectum.

Secundò. Omne ens reale babet cauſam realem, relatio non habet, ergo. Min. prob. omne agens agit vt efficiat ſuum effectum per motum, ſed ex Ariſt 5. Phyſ. tex. 10. ad relationem non eſt motus, ergo.

Tertiò. Si darentur relationes reales ſimilitudo eſſet realis, ſed non datur ſimilitudo realis, ergo. Min. prob. Ea ſunt ſimilia quorum eſt vna qualitas, ſed duorum alborum non eſt voa qualitas, ergo nec vna ſimilitudo. Min. prob. Quia illa qualitas vel eſt vna vnitate vniuerſali vel particulari. Non vniuerſali, E quia non datur in re quicquam, quod ſit vniuerſale. Non particulari, quia vnum accidens particulare non poteſt eſſe in duobus ſubiectis realiter diſtinctis.

Quartò. Poſitis duobos parietibus albis, ablato quocunque reſpecto per intellectum adhuc parietes illi dicentur ſimiles, ergo realis relatio ſimilitudinis nihil addit ſupra formas abſolutas.

Coofir. Ideo debent poni iſtæ relationes reales ac ſi eſſent realia accidentia quæ ſubiecto adueniunt, quia poſito altero termino conſurgit

A noua denominatio, & ad poſitionem filij fit pater. At poſita viſione paries dicitur viſus, & tamen non dicitur quod accidat in pariete realis relatio, ergo nec poſito filio conſurgit realis relatio in patre.

Secunda ſeotentia eſt communis omnium rectè philoſophantium, ac catholicæ fidei conſentanea, & oppoſita omninò erronea etiam in fide; relationes nimirum non eſſe ſolas denominationes extrioſecas, ſed quid reale à parte rei.

Prob. primò: Vel enim realis relatio repugnat ratione relationis ſecundùm ſe: vel quia creata eſt. Non primum, quia realis relatio reperitur in perſonis diuinis, vt fides catholica docet. Non ſecundum, quia vt creata eſt, non dicit infinitam perfectionem, ſed tantùm conſtituit rem ad aliud; non enim in ſuo cooceptu includit infinitum eſſe vt omnipotentia, immenſitas, &c.

Dices: relatio ideo non datur à parte rei, quia omnia ſaluantur per coëxiſtentiam duorum extremorum, vt enim Petrus dicatur pater ſufficit ſi filius exiſtat.

Contrà primò. Quia ſic etiam poſſet ſaluari in diuinis, & Pater æternus diceretur Pater per coëxiſtentiam Filij: negare antem relationes in diuinis, non eſt catholicum.

C Secundò eſſe propinquum & remotum non dicit formaliter coëxiſtentiam extremorum exiſtentium in loco, ſed præter hoc ſignificant aliquem reſpectum inter vtrumque extremum, ergo præter abſolutum, datur reſpectus à parte rei. Anteced. prob. quia eſſe in loco habetur formaliter per vbi, quod facit rem vbicatam, vbi autem vt ſic neque remotum facit formaliter, neque propinquum; ergo ſi à parte rei aliqua dicuntur propinqua, id habent per aliud ſupra vbi, quod non poteſt eſſe niſi quid reſpectiuum poſitiuum.

Confir. Quia ſi vbi formaliter faceret propinquum & remorum poſito ſemel in ſubiecto, ſemper ſubiectũ efficeretur tale, ſed hoc eſt falſum, ergo. Maior prob. quia ad effectum formalem ſatis eſt ſi ponatur forma apta denominare, ergo ſi vbi eſt formaliter propinquitas in qoocunque ſubiecto ponatur præſtabit ſuum effectum. Min. prob. quia ſi nihil eſſet in mundo, & Deus tantùm vnum indiniduum crearet haberet vbi, & non eſſet propinquum nec remotum, quia nihil eſt à quo diſtet.

Dices. Ideo illud vbi non facit formaliter, aut propinquum aut remotum, quia deeſt terminus.

Contrà. Quia ſi eſſe propinquum per aduerſarios, non eſt aliquid ſupra vbi; ſed merè ipſum vbi abſolutum, iam oon dependeret à termino.

Idem argumentum fieri poteſt de relatione ſimilitudinis. Nam duo parietes à partè rei ſuot ſimiles, ergo à parte rei eſt relatio. Conſeq. prob. quia ſimilitudo non poteſt dici niſi vel per albedinem, vel per aliquid aliud ſupra illam, quod ſit non abſolutum, ſed reſpectiuum. Non primum, quia formaliter aliud eſt eſſe album, aliud eſſe ſimile; ſicut aliud eſt albedo, aliud ſimilitudo; albedo enim facit quale; ſimilitudo, & relatio facit referri.

Dices: Vnum album eſſe ſimile alteri nil aliud eſſe niſi aliud album coëxiſtere.

Contrà: Quia eſſe relatum nil aliud eſt ex Ariſt. niſi ad aliud ſe habere, ſed non ex eo quod formaliter coëxiſtit alterum album ob id vnum ſit ad aliud; coëxiſtentia enim alterius termini non denominat vnum eſſe ad aliud, ſed tantùm alium terminum exiſtere, qui eſt etiam abſolutus: abſolutum autem vt abſolutum, non eſt reſpectiuum prædicamentale.

Soluuntur rationes in oppoſitum.

Ad rationes in contrarium & ad primam. Comparatio ſumi poteſt formaliter pro ipſo actu intellectus conferentis vnum cum alio, & ſic nego maiorem: ſecundò ſumi poteſt fundamentaliter, prout dicit illum ordinem & habitudinem quæ eſt inter vtrumque extremum, & ſic concedo maiorem, nego minorem.

Ad ſecundam. Omne ens reale habet cauſam realem quæ agat immediatè circa ipſum, & nego: quæ agat mediatè: concedo. Certũ eſt enim relationem non poſſe conſurgere niſi aliqua realis cauſa agat per veram actionem aliquid in fundamentum, vel in terminum, ex quo deinde reſultet relatio: Ariſt. autem cũ ait ad relationem non eſſe motum, intelligit non eſſe motũ immediatè: Mediatè enim datur motus ſicut communiter aiunt, ad poſitionem ſubiecti reſultare proprietates & paſſiones, & per ſolam ſympathiam & antipathiam aliqua ſubiecta recipiunt interdum aliquas formas abſolutas in vno loco, quia alterum ſubiectum in alio loco, cum quo habet ſympathiam patitur, vt docet Fonſe. 8. Metaph. quæſt. 1. ſect. 8. Si ergo non implicat formas abſolutas reales fieri abſque motu immediatè, ſed per ſolam reſultantiam, multo minus repugnabit relationi.

Fonſeca.

Ad tertiam. Neg. min. ad probationem Recentiores quidam concedunt inter duo ſimilia dari vnam qualitatem quæ ſit vniuerſalis formaliter, atque hinc probant dari vniuerſale à parte rei.

Fonſeca loco citato videtur velle duo ſimilia eſſe vnam rationem. Verùm ſi hoc intelligit & ipſe fallitur: non enim ad rationem ſimilitudinis requiritur vna natura vniuerſalis, quia hoc modo duo parietes non poſſent eſſe ſimiles niſi accedente intellectu, quod eſt omnino falſum.

Reſp. Ergo ſimilitudinem non eſſe vnum neque vnitate vniuerſali, neque particulari, ſed ſufficit vnitas fundamentalis, quæ reperitur inter res eiuſdem eſſe & inter indiuidua eiuſdem ſpeciei, vt habuiſtis in prædicab.

Ad quartam nego anteced. Ad ſolam enim coëxiſtentiam duorum extremorum non intelligitur relatio, quia per ſolam coëxiſtentiam neuter terminus dicitur totus ad aliud, ſed tantùm exiſtere, quandoquidem de ratione exiſtentiæ eſt ponere tantùm ſubiectum extra cauſas: nec poteſt facere ſubiectum ad aliud, ſed neque coëxiſtentia alterius termini, quia etiam coëxiſtentia formaliter eſt quid abſolutum, non reſpectiuum; quod ſi præſcindatur relatio à duobus albis, dico illa non eſſe relatiua formaliter, ſed tantùm fundamentaliter.

Ad confir. negatur paritas. Ideo enim eſſe viſum reſpectu parietis dicitur denominatio extrinſeca, quia nil aliud ſignificat niſi oculum videntem: paternitas verò in Franciſco non eſt impoſita ad ſignificandam ſolam coëxiſtentiam Petri qui eſt filius, ſed aliquid intrinſecum in patre, quia in diuinis perſonis

A pater non ſic dicitur ad indicandam coëxiſtentiam Verbi, ſed ad oſtendendum quid reale & intrinſecum in ipſo patre. Eodem modo argumentandum eſt in creatis.

Quotuplex ſit relatio, & in quo differat prædicamentalis à tranſcendentali.

NOTANDVM primò, quoad relationum multiplicitatem, relationem communiſſimè ſumptam diuidi communiter: Primò in realem & rationis: realis eſt quæ nullo intellectu cogitante reperitur in rebus: rationis, quæ non niſi beneficio intellectus. B Secundò diuiditur relatio in relationem ſecundùm Eſſe, & in relationem ſecundùm dici; occaſione deſumpta ex duplici illa definitione, quam hoc capite attulit Ariſt. vt diximus: quæ quidem diſtinctio licèt communis ſit apud DD. diuerſimodè tamen explicatur.

Relatio multiplex realis & rationis ſecũdùm dici, & ſecundùm eſſe.

Suarez diſp. 47. ſect. 3. num. 6. 7. & 8. docet relationem ſecundùm dici eam eſſe quæ concipitur & explicatur per modum reſpectiui, licèt reſpectum non habeat in re: Relationem verò ſecundùm eſſe; eſſe inter res quæ verum reſpectum habent. Ex quo concludit relationem ſecundùm dici non coincidere cum relatione rationis: & cùm dicimus diuinam eſſentiam eſſe relatiuam relatione ſecundùm dici, non relatione C rationis, quia illa relatio non concipitur per actum reflexum, ſed per directum.

Suarij doctrina affertur & refellitur.

Fallitur primò. Dum ait concipere omnipotentiam relatiuã non eſſe ens rationis; ſufficit enim ſi concipiamus rem aliter ac eſt; ſed dum concipimus omnipotentiã relatiuã, illam concipimus aliter ac in ſe eſt cùm in ſe ſit abſoluta, ergo cùm illam concipimus relatiuam, verè conficimus ens rationis, ſicut & ens rationis conficit qui Angelos corporeos concipit, vtrobique enim eſt conceptus de re impoſſibili ad modum poſſibilis. Et patet ex Ariſt. 4. Metaph. 2. vbi ait quod tunc ens rationis conficitur cùm concipimus non ens ad modum entis & non enti aliquam rationem entis tribuimus: ſed cùm concipimus non ens D relatiuum ad modum entis relatiui, tribuimus non enti relatiuo rationem entis relatiui, ergo & tunc ens rationis conficimus.

Fallitur ſecundò. Cùm ait ad ens rationis requiri actũ reflexum & comparatiuum, quandoquidem ex mente eiuſdem non requiratur actus reflexiuus in rigore, ſed ſufficiat directus, ſeu reflexus impropriè dictus, vt etiam nos docuimus cùm de ente rationis.

Dico igitur, vt ad rem redeamus relationem ſecundùm dici eandem eſſe ac rationis: ac relationem ſecundùm eſſe idem importare ac relationem realem ſiue illa prædicamentalis ſit, ſiue tranſcendentalis.

Relatio rationis & ſecundùm dici eadem.

E Moueor, quia relatio ſecundùm dici ex vocum ſignificatione indicat relationem talem à parte rei non eſſe, ſed à nobis fingi. Relationem verò ſecundùm eſſe verè à parte rei reperiri: ſic explicat hanc diſtinctionem Henricus quodlib. 3. quæſt. 4. Auicen. lib. 3. Metaph. & videtur conformior doctrinæ Ariſt. vt ex ipſo contextu facilè colligi poteſt.

Henricus. Auicenna.

Notandum ſecundò. Relationem aliam dici tranſcendentalem, aliam prædicamentalem: Relatiua tranſcendentalia ſunt illa quæ ita à parte rei referuntur ad aliud, vt ſint etiam

Digitized by Google

quid abſolutum & pertinens ad aliud prædicamentum quà relationis, ſic ſcientia ad obiectum refertur, & tamen in prædicamento qualitatis reperitur: creatura refertur ad Deum, & in prædicamento ſubſtantiæ collocatur, inde enim huiuſmodi relationes tranſcendentales dicuntur quaſi tranſcendentes limites prædicamenti reſpectiui. Relatio prædicamentalis eſt, quæ ad hoc tantùm prædicamentum pertinet. His poſitis,

Potiſſima difficultas eſt, in quo relatio prædicamentalis differat à tranſcendentali. Ideo

Quid correlatiuum extremum, fundamentum, ratio fundandi.

Notandum tertiò. In hac diſputatione hos terminos ſæpe occurrere Relatio, Relatiuũ, Correlatiuum, Extremum, Fundamentum, Ratio fundandi: Quid relatio & relatiuum diximus ſuprà. Correlatiuum verò eſt relatiuum, quod ex altera parte reſpondet relatiuo & refertur ad aliud terminum qui ad ipſum dicit reſpectum: ſic pater dicitur relatiuum; filius correlatiuum: quia filius terminat relationem patris & inſuper refertur ad ipſum patrem: quare correlatiuum nil addit ſupra relatiuum, niſi tantùm connotationem extrinſecam, cùm reipſa etiam correlatiuum ſit relatiuum: licèt autem omne correlatiuum ſit relatiuum, non tamen omne relatiuum, eſt correlatiuum: ſcientia enim & obiectum, creatura & creator licèt relatiua, non ſunt tamen correlatiua; quia quamuis ſcientia dicat relationem ad ſcibile, & creatura ad creatorem, non tamen econtrà: Si ergo relatio erit ex vtraque parte dicetur mutua, & relatiua etiam correlatiua; ſi non ex vtraque parte, erunt tantùm relatiua, & relatio non mutua.

Extremum idem eſt ac ſubiectum, quod denominatur referri: ſic pater & filius dicuntur extrema quæ denominantur relatiua: ſubſtantia patris & filij ſubiectum.

Terminus eſt id ad quod ſubiectum refertur, & habet relationem; ſic filius reſpectu patris, quia filius eſt qui terminat illius habitudinem.

Denique fundamentum, & ratio ſundandi in hoc differunt: quia fundamentum ſignificat id, quod eſt cauſa vt ſubiectum referatur, non tamen proxima: ratio ſundandi ſignificat id, quod eſt cauſa proxima cur ſubiectum referatur, qua poſita impoſſibile eſt ſubiectum nõ referri: v. g. In duobus parietibus albis albedo dicitur fundamentum remotum in quo ſundatur relatio ſimilitudinis, & quæ eſt cauſa cur extrema referuntur adinuicem nimirum parietes: Ratio verò ſundandi eſt vnitas qualitatis; ſi enim parietes non eſſent vnum in albedine, non eſſent relatiui: Fundamentum remotum ſemper remanet remanente relatione: Ratio ſundandi aliquando remanet, vt in relationibus ſimilitudinis: aliquando remanente relatione deſinit, vt in relatione quæ reperitur inter cauſam & effectum, in quibus ratio fundandi eſt actio quæ deſinit, & relatio remanet.

Relatio prædicamentalis à trãſcendentali in quo differat.

Dicendum ergo, relationes tranſcendentales in hoc primò differre à prædicamentalibus, vt ſint ratio non ſolùm vt referantur res abſolutæ, ſed etiam vt ſint de intrinſeca ratione rei abſolutæ; ita vt totum eſſe rei abſolutæ ſit ſimul abſolutum, & reſpectiuum.

Prob. Relatio tranſcendentalis non accidit rei abſolutæ, ergo eſt de eſſentia illius. Anteced. patet in ſcientia, reſpectus enim trãſcendentalis, quem dicit ad obiectum, non aduenit illi iam conſtitutæ in ſuo eſſe, nec ſupponit illam conſtitutam; cùm ſcientia nil aliud ſit quàm cognitio de obiecto, ergo reſpectus ſcientiæ ad obiectum eſt de eſſentia illius, nec illi accidit.

Confir. primò. Si ordo ſcientiæ non eſſet eſſentialis, poſſemus per intellectum præſcindere à ſcientia illum ordinem, quem dicit ad obiectum; ſed non poteſt perfectè intelligi ſcientia ſine hoc ordine, ergo eſt illi eſſentialis.

Confir. ſecundò, ſi relatio tranſcendentalis accideret rei abſolutæ, eſſet prædicamẽtalis, hoc eſt abſurdum, ergo. Prob. min. relatio prædicamentalis requirit terminos exiſtentes, ſed ordo quem dicit ſcientia non requirit terminum exiſtentem, ergo non eſt prædicamentalis. Maior patet ex Ariſt. hîc, qui ait, relatiua eſſe ſimul natura, debere videlicet actu ſimul exiſtere; ergo relatio prædicamentalis requirit terminos exiſtentes actu. Min. prob. quia poteſt dari ſcientia de re vel futura, vel poſſibili; ergo ſcientia non requirit obiectum exiſtens actu

Dices. Implicat relatiuum eſſe de eſſentia abſoluti, ergo implicat dari has relationes tranſcendentales.

Reſp. Tunc reſpectus implicat, vt ſit de eſſentia abſoluti, cùm ſimul & ſemel reſpectus extrahit rem à ſuo prædicamento, & ab eſſe abſoluto: Modò reſpectus tranſcendentalis, eſt ita proportionatus naturæ abſolutæ, vt ſi res ſit in prædicamento ſubſtantiæ, ordo & relatio ſit ſubſtantialis; ſi in prædicamento qualitatis, ordo ille ſit qualitas: repugnaret verò quando ſimul rem poneret in prædicamento relationis, & in prædicamento rei abſolutæ.

Dices ſecundò. Poſſumus concipere rem ſine iſto ordine tranſcendentali, ergo iſte ordo non eſt de eſſentia rei abſolutæ: ſic licet animal vt creatum eſt, dicat ordinem & dependentiam à creatore tranſcendentalem, rectè tamen poteſt concipi abſque hoc ordine, ergo hic ordo non eſt de eſſentia illius: ſic poteſt concipi ſcientia vt qualitas eſt, abſque eo quod concipiamus illam cum ordine ad obiectum.

Reſp. diſting. anteced. Poteſt concipi res abſoluta ſine hoc ordine abſtractiuè, concedo: negatiuè, nego. Licèt enim poſſimus concipere animal nil cogitando quod ſit ens: ens tamen includitur eſſentialiter in ratione animalis, ita etiam poſſimus concipere idem animal ſecundùm conceptum inadæquatum, non concipiendo illud cum ordine ad creatorem, quamuis non poſſimus excludere hunc ordinem à conceptu adæquato illius: eo enim ipſo, quod concipitur ens eſſentialiter non pendens ab ente increato præciſione negatiua, ſtatim non concipitur creatura, & conſequenter nec animal.

Dicendum ſecundò. Relatiua tranſcendentalia differre à prædicamentalibus, quia tranſcendentalia abſoluuntur à puro termino, prædicamentalia minimè, ſed reſpiciunt terminum, vt purè terminum. Ita Caiet. Opuſ. de Ente & Eſſent. cap. 4. quæſt. 15. & communiter DD. Reſpicere autem terminum vt purè terminum nil aliud eſt quàm relationem purè terminari ab illo: ſic pater reſpicit filium vt purè terminum, quia relatio patris hoc tantùm habet à filio, vt terminetur. Reſpicere verò terminum non vt purè terminum, eſt illum reſpicere,

Reſpicere terminum vt purè terminũ quid ſit ex Caietano.

velut cauſam finalem, vel materialem, vel formalem, vel efficientem, vel tanquam effectum, vel tanquam aliquid prius: Deoique cùm terminus aliquid aliud exercet, non eſt purè terminus; ſic materia dicitur reſpicere formam non vt purè terminum, quia illam reſpicit tanquam cauſam formalem.

Abſolutum quid.

Hinc colligitur eur relatiua tranſcendentalia dicantur etiam abſoluta: & quid ſit eſſe abſolutum: Eſſe enim abſolutum nil aliud eſt niſi abſolui à puro termino, à quo non abſoluuntur relaoua prædicamentalia: ſi enim relatiua prædicamentalia non reſpicerent terminum, vt purè terminum, ſed velut obiectum, vel tanquam effectum, vel vt eauſam, tam relatiua prædicamentalia non eſſent ſimul natura, eùm omnis cauſa ſit prior ſuo effectu, & effectus ſuâ causâ poſterior.

Obiectio 1.

Dices primò ex Suarez diſp. 47. ſect. 4. num. 9. Motus & actio dicunt ordinem tranſcendentalem ad terminum, & non reſpiciunt illum niſi ſub ratione termini. Vnio Verbi diuini dicit ordinem ad verbũ tanquam ad terminum,& hie ordo eſt tranſcendentalis,ergo.

Obiectio 2.

Secundò. Pater reſpicit filium relatione prædicamentali, ſed reſpicit vt ſuum effectum,ergo relatio prædicamentalis non terminatur ad purè terminum.

Actio & motus quomodo terminum reſpiciunt.

Ad primum reſp. ex eodem, reſpicere terminum,vt purè termioum aliud non ſignificat, niſi ita illum reſpicere, vt inſuper nullum munus exerceat circa illud, ſed ſolùm referatur. Hinc motus & actio licèt reſpiciant terminum vt terminũ,non tamen illum reſpiciunt vt purè terminum,quia actio & motus conſtituunt terminum in eſſe,& ponunt illum extra cauſas,ſic etiã Verbum licèt ſit terminus vnioois hypoſtaticæ oon tamen eſt purè terminus, quia mediante vniooe communicat ſe naturæ vt ſuppoſitum. Sufficit ergo ad hoc vt eximatur ordo prædicamentalis, ſi præter reſpectum terminus aliquid aliud exerceat; vel obiectum repræſeotando quales ſunt ſpecies, vel ponendo rem formaliter extra cauſas, vt exiſtentia: vel tribuendo naturæ vltimam terminatiooem vt hæcceitas, vel perſonalitas.

Ad ſecundnm. Pater reſpicit filium, vt effectum quaſi illum actu producat, & ſic ſalſa eſt minor; quia vbi ſemel filius prodoctus eſt nil pater circa illum exereet, reſpicit filium vt effectum quaſi non habeat ad filium quemcunque ordinem in communi, ſed tantùm illum ordinem qui fundatur in cauſalitate, ſeu potentia productiua; quia ſcilicet illum produxit, & ſic concedo minorem, & nego conſequentiam.

Obiectio 3.

Dices tertiò: relatio prædicamentalis, vt relaoo eſt, eſt accidens, ergo vt prædicamentalis eſt dicit ordinem tranſcendentalem: Conſeq. prob. quia accidens vt accidens eſt reſpicit ſubiectum,vt cauſam in qua inhæret,& accipit eſſe: ſed reſpicere aliquid vt cauſam; eſt relatio tranſcendentalis, ergo.

Reſp. neg. conſeq. ad prob. Non ex eo quod accidens reſpicit cauſam vt ſic præcisè, conſtitui in ordine tranſcendentali, tunc enim eſt reſpectus trãſcendentalis, quando ita accidens reſpicit ſubiectum&cauſam, vt in illa aliquid aliud munus exereeat præter conſtituere illam in eſſe reſpectiuo, poneodo nimirum illam in alio prædicamento determinato, quod ſit diſtinctum à A prædicamenti relationis: exempli gratia, ſcientia ita reſpicit ſubiectum vt cauſam, vt illud qualificet, qua mediante deinde pertinet ad prædicamentũ qualitatis. Relatio verò prædicamentalis ita afficit ſubiectum, vt illud tantùm referat, & conſtituat in ſolo ordine relatiuo. Paries enim albus vt afficitur ſimilitudine non ponitur in alio prædicamento quàm relationis, vt verò afficitur albedine, quæ dicit ordinem tranſcendentalem, ponitur in prædicamento qualitatis.

Obiectio 4.

Vrgebis. Effectus ſubſtantialis vt creatura, dicit ordinem trãſcendentalem ſolum, quia reſpicit Deum vt cauſam; ergo relatio prædicamentalis reſpectu ſubiecti erit tranſcendeotalis, cùm vt conceſſum eſt reſpiciat ſubiectum tanquam cauſam. B

Reſp. Tunc reſpectus ad cauſam eſt tranſcendentalis, quando illam ita reſpicit, vt ipſe reſpectus ſit aliqua ratio ſpectans ad aliud prædicamentum diſtinctum à relatione. Reſpectus creaturæ ad Deũ ideo eſt trãſcendentalis, quia eſt de eſſentia ſubſtantiæ: Cùm ergo dicimus relationem tranſcendentalem illam eſſe, quæ reſpicit terminum vt cauſam, intelligendum eſt, vt ille ordo ita ſit ad cauſam, vt ſecundùm ſuam rationem præſtet aliud quàm eſſe ad illum: modò licèt relatio vt accidens eſt reſpiciat ſubiectum vt cauſam, & terminum cui inhæreat, tamen quia iſte reſpectus & ordo eſt ad ſubiectũ tantùm illud referendo, ideo eſt merè prædicamentalis. C

Sectio II.

De diſtinctione relatiuorum.

Pvnctvm Primvm.

An relatio diſtinguatur à fundamento.

Svpponendvm primò. Nomine fundamenti oon intelligimus ſubiectum quod denominatur relatum, nam certum eſt vbi hoc reperitur eſſe diſtinctum à relatione: relatio enim ſimilitudinis diſtincta eſt à pariete, qui eſt affectus albedine. D Nec oomine fundameoti intelligimus fundamentum proximum, quod dici ſolet ratio fundandi, quia etiam hæc à relatione diſtinguitur, cùm ſæpius permanente relatione corrumpatur, vt in relatione patris ad filium. Nomine ergo fundamenti intelligimus fundamentom remotum, quod contradiſtinguitur à ratione fundandi, quæ dici ſolet fundamentum proximum, & ſic in relatiooe ſimilitudinis fundameotum remotum eſſet albedo.

Fundamentum quid.

Supponendum ſecundò, duplex dari apud D D. diſtinctionum genus, alia enim dicitur diſtinctio in re, alia rationis. Diſtinctionum in re, rurſus duo ſunt genera: Alia enim dicitur diſtin- E ctio realis, & eſt quæ reperitur inter res & res, quarum vtraque ſeparata poteſt exiſtere: Alia dicitur diſtinctio modalis, quæ eſt inter ea quæ nullo intellectu cogitante habent diſtinctionem aliquam, & ita ſe habent, vt ſi ſepareotur, aut ſimul corrumpantur, vt ex. g. accidit inter inhærentiam albedinis, & ipſam albedinem, vel ſaltem vnum corrumpatur aliud remaoeat, vt inter figuram & quanotatem, quamuis enim varietur figura, quantitas tamen eadem remaoet. Diſtinctio ergo modalis eſt quæ reperitur inter rem & modum, ſicut realis eſt quæ inter

Realium diſtinctionum non vnum genus.

rem & rem. Modus autem eſt aliquid verè exiſtens à parte rei, & habens ſuam entitatem contradiſtinctam à non ente, ſed adeò tenuem vt per ſe primò non valeat conſtituere ens reale, ſed neceſſariò requirat aliam rem cui ſit coniunctus, quámque afficiat & modificet; inde dicitur modus illius, & modaliter ab illa diſtinguitur non realiter.

Fonſeca refellitur

Taceo diſtinctionem illam formalem quam finxit Fonſeca 5. Metaph. cap. 15. ſect. 5. quæſt. 2. vbi vult diſtinctionem modalem contradiſtingui à formali: quia illa dicuntur diſtingui formaliter (vt ipſe ait) quæ habent in re veram entitatem, ſed non poſſunt ſeparatim exiſtere: illa diſtingui modaliter quando modus non eſt entitas diſtincta à re, cuius eſt modus; atque adeò triplicem vult dari diſtinctionem in re; realem, formalem, & modalem; & formalem eſſe minorem reali maiorem modali. Hoc iure optimè ab omnibus exploditur, & diſtinctio hæc formalis, vel nulla eſt, vel ad modalem reducenda, vt rectè Suarez diſputat. 47. ſect. 2. num. 7. & 8.

Diſtinctio rationiſque & quotuplex.

Diſtinctio verò rationis eſt etiam duplex, alia dicitur ratiocinatæ, alia rationis ratiocinantis. Diſtinctio rationis ratiocinantis eſt, quæ nullum habet à parte rei fundamentum, ſic diſtinguitur Petrus à ſe ipſo in propoſitione identica, in ratione ſubiecti & prædicati cùm dicimus Petrus eſt Petrus. Rationis ratiocinatæ eſt, quæ habet aliquod fundamentum à parte rei, & fit præſertim cùm nequimus concipere totam rem vnico conceptu, & illam concipimus pluribus conceptis inadæquatis; ſic diſtinguimus in Deo iuſtitiam à miſericordia, & reliqua attributa abinuicem. His ſuppoſitis: prætermiſſis illis qui volunt relationem non eſſe aliquid reale, ſed tantùm quid fictum, vel ſolùm coëxiſtentiam extremorum, & puram denominationem extrinſecam, quos ſuprà impugnauimus.

Prima ſententia eſt, dicentium relationem diſtingui à fundamento tantùm ratione ratiocinata, & nullam eſſe inter hæc duo diſtinctionem, à parte rei, ſed omnem diſtinctionem oriri ab opere intellectus, cum fundamento tamen in re. Eſt Heruei in 1. diſtinct. 13. art. 1. Ægid. in 1. diſtinct. 26. quæſt. 4 Suarez diſp. 47. ſect. 2. num. 12. & aliorum quos ipſe citat.

Explicat ſuam ſententiam Suarez num. 22. ſic, vt probet quòd relatio non ſit mera denominatio extrinſeca ſumpta ab aliqua forma abſoluta; nec modus ſeu formalitas à ſubiecto diſtincta, ſed eſſe in re formam abſolutam, non tamen abſolutè ſumptam, ſed vt reſpicientem aliam: vt ſimilitudo in re nil aliud ſit, vt ipſe ait, quàm ipſamet albedo vt reſpiciens aliam eiuſdem rationis.

Probat ſuam ſententiam rationibus deſumptis ex Nominalibus, præſertim ex Gregor. Arimin. diſtinct. 28. quæſt. 2. art. 1. Primò ſic: Omnes denominationes relatiuæ, vt eſſe patrem, &c. ſaluantur per aduentum ſolius termini, ergò fruſtra ponimus entitatem aliam diſtinctam à fundamento.

Secundò: Poſitis duobus parietibus albis, nec de potentia Dei abſoluta poteſt auferri relatio à fundamento, ergo non diſtinguitur modaliter, quorum vnú poteſt auferri remanente alio: non enim poteſt auferri relatio remanentibus parietibus albis, ergo relatio non diſtinguitur modaliter. Anteced. prob. quia ablata relatione illa duo alba remanerent ſimilia, vel non: ſi ſecundum contrà, quia ſunt alba ſicut antea; ergo ſicut antea ſimilia: ſi primum, ergo relatio non poteſt, nec de potentia Dei abſolutâ auferri.

Confir. Quia ſi relatio eſt quid diſtinctum à parte rei, debet eſſe aliqua efficientia & concurſus Dei ad illam, & Deus poſſet non concurrere & impedire, ne illa relatio reſultet, at non poteſt, ergo non eſt aliquid diſtinctum à fundamento.

Tertiò. Adueniente altero albo, vel mutatur fundamentum, vel non: ſi non, ergo eodem modo ſe habet ſicut antea, & non producitur aliquid diſtinctum à fundamento, ſi enim eſſet quid diſtinctum, mutaret illud: ſi mutatur fundamentum, ergo ad relationem eſt motus, quod repugnat Ariſt. 5. Phyſ. tex. 10

Confir. Videtur enim impoſſibile, quod quoties aliquid fit de nouo calidum, quod pullulet in omnibus aliis rebus calidis, quæ ſunt in mundo aliquis nouus modus verè ac propriè vnicuique inhærens.

Quartò. Iſta noua entitas in fundamento ſi conſurgit per nouam efficientiam peto à quo efficiatur, à termino ne an à fundamento: Non à termino, quia non videtur terminus, quomodo poſſit agere in infinita pæne fundamenta, & producere in omnibus relationes iſtas: Non à fundamento, quia agens neceſſariò producit quandocunque habet ſuam virtutem, ſed fundamentum habuit ſuam virtutem quando fuit productum: ergo & tunc, &c.

Quintò. Si relatio diſtinguitur à fundamento, erunt relationes in infinitum, quia inter relationem & fundamentum eſt relatio diſtinctionis: tunc relatio iſta diſtinctionis debet diſtingui à fundamento & ab ipſa relatione, ergo & hæc habebit relationem diſtinctionis & rurſus peto de hac relatione an diſtinguatur, &c. & ſic in infinitum.

Secunda ſententia eſt Thomiſt. Sot. hîc Iauelli 5. Metaph. quæſt. 22 Scot. in 2. diſtinct. 1. quæſt. 5. Caiet. 1. Par. quæſt. 28. Capreol. Ferrar. & aliorum qui omnes volunt relationem diſtingui à fundamento ante opus intellectus, licèt alij vt rem à re, vt Caiet. Alij tanquam modum à re, vt adſtruere videtur Durand. licèt non ſatis conſtanter.

Sotus. Scotus. Iauellus. Caietanus. Capreolus. Ferrarienſis.

Tertia ſententia eſt, veluti media, quam etiam refert Suarez, & amplectuntur quidam recentiores. Hi diſtinguunt in relatione & eſſe in & eſſe ad, & dicunt relationem ſecundùm eſſe in propriè non reſultare à fundamento, ſed tantùm ſecundùm eſſe ad, & idcircò fundamentum poſt talem reſultantiam non mutatur, quia res non mutatur niſi ſecundùm id, quod ei de nouo ineſt, atque adeò ſecundùm eſſe in. Pro noſtra ſententia

Notandum primò. Singularem viam apud Philoſophos ad colligendum diſtinctionem certam eſſe, quando vnum ſeparatur remanente altero, tunc enim certum eſt, illa aliquo modo diſtingui, & entitatem vnius non eſſe omninò eamdem cum entitate alterius, ſi enim perit aliquid neceſſe eſt, vt eius eſſe pereat & aliqua entitas corrumpatur, ſi autem id quod remanet, non diſtingueretur in re, à re quæ

Ratio ad diſtinctionem cognoſcendam.

corrumpitur, idem diſtingueretur à ſe ipſo, A & eſſet idem & non idem, & inſuper eſſet & non eſſet; eſſet quia remanet; & non eſſet, quia corrumpitur, quæ omnia inuoluunt contradictionem. Quare ſi inter relationem & fundamentum, hoc inueniemus, vt res corrumpatur remanente altera, neceſſariò concedenda erit diſtinctio non tantùm rationis ratiocinatæ, quæ reperitur inter res eiuſdem entitatis, ſed etiam diſtinctio ex natura rei.

Notandum ſecundò, Relationem omninò corrumpi remanente fundamento: adeò euidens eſt vt vix probatione indigeat. Sint v. g. B duo alba ſimilia, & poſtea corrumpatur terminus, tunc ſic vel remanet relatio in fundamento, vel non: ſi non remanet, ergo relatio perit, ſi remanet, ergo referet ſubiectum corrupto termino. Conſeq. prob. Quia vt aliud referatur, ſatis eſt ſi ponatur formaliter reſpectus, & id quod eſſentialiter eſt ad aliud: ſed ſi relatio non corrumpitur eſt in fundamento à parte rei id, quod eſt formaliter & eſſentialiter ad aliud, entitas nimirum relationis, & eius eſſentia, ergo & ſubiectum referetur ad terminum termino corrupto.

Relatio corrumpit non corrupto fundamento.

Reſp. Suarez num. 23. relatio non ſeparatur à fundamento ſecundùm aliquod eſſe reale, quod eſt ei intrinſecum, ſed ſolùm ſeparatur C terminus, quo ablato ceſſat relatiua denominatio, quæ cùm includat aliquo modo terminum, inde eo ablato ſtatim deſinit.

Contrà primò: Si corrupto termino totum id, quod eſt reale relationis remanet, Peto, Vel illa entitas ex. g. paternitatis eſt tota in Petro corrupto filio, vel non eſt tota: ſi non eſt tota, ergo aliquid perit entitatis paternitatis, ergo non tantùm denominatio, ergo paternitas corrumpi poteſt remanente ſubſtantia Petri, ergo relatio quæ perit non eſt omninò idem cum fundamento, & diſtinguuntur ſaltem ex natura rei. Si remanet tota entitas relationis, ergo ibi D remanet tota relatio denominatiua: Conſeq. prob. Denominatio relatiua ex eodem Suarez non deſumitur à termino, quia ſic eſſet pura denominatio extrinſeca, ſed deſumitur ab entitate relationis; remanet tota entitas relationis, ergo & tota denominatio.

Confir. primò. Vel iſta denominatio quæ aufertur eſt ipſa relatio formaliter vel non: ſi eſt ipſa relatio formaliter, ergo ad ablationem termini auferetur relatio, & ſic diſtinguetur ex natura rei à fundamento, quia vnum corrumpitur remanente altero, quod eſt ſignum diſtinctionis ſaltem modalis. Si denominatio non eſt ipſa relatio formaliter, ergo ablato termino re- E manet formaliter ipſa relatio, ergo pereunte termino fundamentum referetur, quo nihil abſurdius.

Confir. ſecundò. Vel iſta denominatio quæ perit eſt aliquid reale præter fundamentum, quod denominatur, vel non: ſi eſt aliquid reale, ergo aliquid reale perit remanente fundamento, & hoc nos appellamus modum, & quid ex natura rei à fundamento diſtinctum: ſi non eſt aliquid reale, ergo relatio prædicamentalis non eſt quid reale: Prob. conſeq. Quod perit nulla pereunte entitate non eſt reale, ſed ablato termino perit relatio formaliter nulla pereunte entitate reali, ergo relatio formaliter non eſt ens reale. His poſitis ſit

A *Prima concluſio.* Relatio diſtinguitur à fundamento ex natura rei, & pluſquam ratione ratiocinata Eſt præſertim contra Suarez diſp. 47. ſect. 2. per totum.

Prob. primò ex dictis. Secundò. Quando aduenit alterum album exiſtente vno albo, vel mutatur album quod priùs erat, & ſic producitur aliquid de nouo, vel non: ſi non mutatur, ergo eodem modo ſe habet ſicut antea & ſi antea non referebatur neque nunc. Conſeq. hæc prob. Quia reſpectus realis eſt aliquid reale, ergo ſi nunc eodem modo ſe habet non acceſſit reſpectus realis; omnis enim aduentus entitatis B realis aliquam parit mutationem; ſi non acceſſit aliquis reſpectus de nouo, ergo nec de nouo realiter referetur.

Dicet Suarez, Nil de nouo addi adueniente altero albo in fundamento, inde tamen non inferri relationem nihil eſſe, ſed ſolùm non eſſe aliquid diſtinctum ab albedine, quæ priùs erat, & ad relationem de nouo conſurgentem ſufficere ſi producatur de nouo terminus, ex quo album quod priùs erat ſit ſimile, quod idem eſt ac ſi dicat mutari album extrinſecè, non intrinſecè.

Contrà. Formaliter terminum eſſe & exiſtere non eſt formaliter relationem eſſe in fundamento, ergo relatio formaliter aliquid eſt ſupra C terminum ipſum exiſtentem. Anteced. prob. quia relationis formalitas eſt eſſe ad terminum, ergo aliquid aliud eſt ſupra ipſum terminum, & non eſt ipſe terminus. Prima conſeq. prob. ſi ad formalem termini poſitionem formaliter poneretur relatio, terminus eſſet formaliter relatio, hoc eſt falſum; ergo relatio formaliter eſt aliquid ſupra terminum.

Confir. Vel ex ſola coëxiſtentia duorum alborum intelligimus formaliter relationem, vel non. Si primum, ergo relatio eſt ſola coëxiſtentia extremorum, quod ſuprà impugnauimus, & ipſemet Suarez confirmat: ſi ſecundum, ergo per coëxiſtentiam termini, cùm nihil accedat D entitatis de nouo, poſito termino fundamentum non referetur.

Dices, fuiſſe antea relationem fundamentalem, quæ fit formalis ad poſitionem termini.

Contrà. Vel relatio fundamentalis præexiſtens ſignificat in ſubiecto fuiſſe fundamentum tale, in quo poſito termino poſtea relatio conſurgat ſecundùm ſuam entitatem formalem, quæ antea non fuerat, & nunc de nouo fit, & ſic eſt pro nobis. Vel per relationem fundamentalem intelligit totam eſſentiam relationis, & totum id quod dicit intrinſecum relatio eſſe in fundamento, non tamen referre actu, quia non eſt terminus, & tunc contrà. Quia eſſe relationis à par- E te rei eſt Eſſe ad, & eſſentialiter referre: ergo ſi tota eſſentia relationis eſt à parte rei ante poſitionem termini, erit actualis reſpectus ad terminum non exiſtente termino, quod implicat.

Confir. ex ipſo Suarez ſect. eadem, vbi ait, De eſſentia relationis eſſe actu referre, ergo ſi ponatur eſſentia relationis à parte rei, ſecundùm totum id, quod dicit reale, ergo debet relatio actu referre, non exiſtente termino.

Tertiò argumentor ad hominem contra eundem Suarez, & ſuppoſito id quod ipſe dicit ſect. 2. num. 19. & 20. Eſſe in formaliter includi in Eſſe ad; & eſſe ad ſecundùm ſuam vltimam formalitatem realem eſſe accidens. Rurſus dari aliquas relationes reales, quæ immediatè fundan-

tur in ſubſtantia, vt relatio ſimilitudinis quæ reperitur inter duo indiuidua eiuſdem naturæ, & relatio paternitatis quæ fundatur in ſubſtantia generantis, vt affirmat diſp. 49. ſect. 7. num. 4. His ſuppoſitis ſic argumeotor. De ratione relationis eſt eſſe oeduin ad alind, ſed etiam in alio, ergo non poteſt relatio formaliter identificari cum ſubſtātia, ſed ex natura rei debet ab illa diſtingui: Conſeq. prob. Implicat idem eſſe per ſe, & eſſe in alio, ſed relatio vt relatio eſt, formaliter dicit eſſe in, & ſubſtantia dicit eſſe per ſe, ergo accidens non poteſt identificari formaliter cum ſubſtanna.

Confir. Quia ſi accidens identificaretur cum ſubſtantia, ſeu quod idem eſt, relatio eum fundamento, idem ſibi ipſi accideret, & ſibi ipſi inhæreret.

Quartò prob. principaliter concluſio: ſint duo parietes albi, vnus vt ſex, alter verò vt tria: ſi diminuatur albedo vt ſex, creſcit relatio ſimilitudinis, ergo relatio & ſimilitudo ooti ſunt vnū & idem in entitate; Conſeq. eſt clara, quia idem non poteſt ſecundùm eamdem entitatem augeri & minui: Anteeedens etiam prob. quia fit magis ſimilis albedo parieti albo, vt tria: ergo relatio creſcit. Conſeq. hæc prob. Quia ſicut ſimilitudo eſt realis, ita maior ſimilitudo debet eſſe realis, ſicut enim ſe habet ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & cùm fit maior ſimilitudo debet eſſe maior entitas relationis, quo magis minuetur albedo in albo, vt ſex.

Dices, relationem illam creſcere ſecundùm maiorem denominationem.

Contrà, quia illa maior denominatio, vel fit à maiori relatione; vel non. Si primum, ergo creſcit realis relatio, quod nos intendimus; ſi ſecundum, ergo iſta denominatio maior ooti eſt realis, ſed rationis. Conſequentia prob. quia fundamentum denominatur magis relatum, & non eſt tale: ergo maior denominatio eſt rationis, quod eſt omninò falſum; oec enim poteſt eſſe magis relatum niſi ſit maior forma relationis; quæ cùm augeatur diminutâ albedine, neceſſariò fatendum eſt diuerſam eſſe entitatem vtriuſque.

Quintò. Si relatio non diſtinguitur à parte rei à fundamento, ſed tantùm ratione ratiocinata, rectè poſſet admitti in Deo reſpectu creaturæ, hanc autem negant Theologi, vt pote repugnantem Diuinæ ſimplicitati, & facientem compoſitionem: ergo, &c.

Vidit hoc Suarez & ſect. 5. num. 21. fatetur in ſua ſententia non eſſe facile reddere rationem, cur neganda relatio prædicamentalis in Deo, poſito quòd diſtingnatur tantùm ratione ratiocinata. Ne tamen à D. Th. & communi Theologorū ferè omnium ſententia videretur recedere, ait non dari relationes prædicamentales in Deo ad creaturas, quia ſic eſt magis conſentaneum perfectioni diuinæ, vt nullo modo referatur ad creaturas per formam intrinſecam. Cur autem ſit magis conſentaneum non explicat. Puto, quia licèt per relationes prædicamentales Deus non mutaretur, nec facerer cum illis compoſitionem; tameo auferri debete ne Deus dicatur dependere à creaturis: Addit etiam non dari in Deo relationem ad creaturas, quia Deus & creatura non ſunt eiuſdem ordinis.

Contrà. Non obſtat primò dependentia, quia in ſententia Suarez Deus non dependeret à creaturis in ſui exiſtentia ſecundùm aliquid reale, ita vt pereunte termino aliquid reale in Deo deſtrueretur, quia in eius ſententia tantùm periret denominatio relatiua, & non dependeret, niſi quoad illam extrinſecam denominationem, quod non dicit imperfectiooem: & patet, cùm enim Deus creat adhuc per omnes Theologos acqoirit extrinſecam quamdam denominationem per quam denominatur creator, neque inde imperfectio aliqua Deo attribuitur.

Neque obſtat, quòd Deus & creatura ſint diuerſi ordinis. Quia creatura realiter ad Deum refertur, & tamen creatura eſt diuerſi ordinis, ergo & eodem modo poterit Deus ad creaturam referri, niſi aliunde obſtatet, licèt ſint diuerſi ordinis.

Nos verò longè faciliùs in noſtra ſententia reſpondemus: Non reſultat realis relatio in Deo ad poſitionem creaturæ, quia cùm modaliter relatio à fundamento diſtinguatur vt dicemus, poneretur in Deo, vel auferretur ad poſitionem vel deſitionem creaturæ quid reale & intrinſecum, quod ſummæ eius ſimplicitati & immutabilitati obſtat.

Secunda concluſio. Relatio à fundamento tantùm diſtinguitur modaliter ſcilicet vt modus à re, non realiter vt res à re.

Prob. Non diſtinguitur ratione ratiocinata, vt ſatis probatum eſt, ſed à parte rei; non realiter, ergo modaliter: Quòd non realiter etiam prob. quia non poteſt Deus conſeruare relationem corruptis fundamenro & termino, ergo noo diſtinguitur à fundamento realiter, ſed ſolùm modaliter. Anteced. prob. quia relatio eſſentialiter eſt ad terminum, & vt ſuprà dixi non eſt reſpectus aptitudinalis, ſed actualis, nec poteſt coocipi niſi vt referens aliquid ad aliud.

Petes cur non poteſt Deus relationem conſeruare abſque fundamento & termino, ſi modus eſt à fundamento diſtinctus. Recentior quidam reſp. quia relatio licèt modus ſit, noo exiſtit niſi exiſtentia ſubiecti: atque hoe pacto (inquit ille) meliùs intelligitur quomodo non poſſit Deus conſeruare relationem abſque fundamento & termino, & quomodo relatio non fiat per propriam actionem.

Sed miror virum alioqui doctum ſic impegiſſe: ſi enim relatio exiſteret exiſtētia ſubiecti, relatio, cuius ſubiectum immediatè eſt ſubſtantia, non erit accidens. Prob. ſequel qnia exiſtentia ſubiecti facit rem exiſtentem in ſe, exiſtentia accidentis facit accidens exiſtens in alio, ergo omnino alia erit exiſtentia ſubiecti, alia relatioois: deinde falſum colligit: paſſiones enim (vt ipſemet fatetur) oon fiunt per propriam actionem immediatè, ſed reſultant ad poſitionem ſubiecti, & tamen exiſtunt exiſtentia propriâ.

Non poteſt autem conſeruare Deus relationem abſque fuodamento & termino, licèt modaliter à fundamenro diſtinguatur, quia relatio ſecundùm ſuam vltimam formalitatem modus eſt reſpectiuus, & quemadmodum reſpectus ſine termino eſſe non poteſt, vt ex ſe patet, ita neque terminus quà terminus eſt ſine relatione & fundamento: an verò poſſit Deus conſeruare fundamentum & terminum ſine relatione, aut quomodo, dicemus puncto ſeqnenti in reſponſione ad ſecundum.

An relatio habeat propriam exiſtentiam, vel exiſtat exiſtentia ſubiecti.

Pvnctvm Secvndvm.

Diluuntur argumenta in oppoſitum.

AD primum. Nego omnes relationes poſſe ſaluari per aduentum ſolius termini, vt contra Nominal. oſtendimus ſect. præcedenti.

Ad ſecundum reſp. primò. Ad diſtinctionem ex natura rei inter relationem & fundamentum ſufficere ſi ablato termino corrumpatur relatio & fundamentum remaneat; ſatis enim inde colligitur aliam eſſe entitatem fundamenti, aliam relationis, cùm idem non poſſit ſimul eſſe & deſinere, & ideò ad hypotheſim illam Capreolus in 1. diſtin. 25. quæſt. 1. ad tertium concedit non poſſe auferri relationem poſito fundamento & termino. Et addit non eſſe neceſſe, vt omnia quæ modaliter diſtinguuntur, debeant quocumque modo ſeparari, ſed ſufficit, ſi aliquo modo: ſeparari autem poteſt relatio à fundamento, ſi corrumpatur terminus.

Capreolus.

Secundò reſp. Mayton. in 1. diſtin. 29. quæſt. 2. negando anteced. Atque duo alba non ſutura formaliter ſimilia, ſed tantùm fore duo alba ſimul coëxiſtentia, quæ ſunt fundamentum relationis cum proxima ratione fundandi, ſeu erunt relatiua fundamentaliter. Cùm autem inſtant, ſunt alba ſicut antea: ergo ſicut antè ſimilia. Reſp. Certè illa non eſſe formaliter ſimilia, ſed deberent eſſe ſimilia niſi impediretur à Deo ſimilitudinis reſultantia.

Mayronius.

Rectiùs poſitis duobus parietibus albis non poteſt auferri omnis relatio: concedo: hæc vel illa: nego, ergo non diſtinguuntur modaliter. Neg. conſeq. explico: poſitis duobus parietibus albis, ſi à Deo auferatur relatio ſtatim alia pullulabit, vt verò ſaluetur modalis diſtinctio inter fundamentum & relationem ſufficit, ſi fundamentum poſſit eſſe ſine hac vel illa relatione, ſicut à ſimili. Figura modaliter à quantitate diſtinguitur, tantùm quia, licèt quantitas non poſſit eſſe ſine figura vt ſic, poteſt tamen eſſe ſine hac vel illa. Vbi etiam modaliter diſtinguitur à re vbicata, & tamen non poteſt dari res quæ non ſit in aliquo vbi & ad modalem diſtinctionem ſufficit, quod poſſit eſſe ſine hoc vel illo.

Poſitis fundamento & termino poteſt auferri hæc vel illa relatio à Deo, non omnis.

Ad tertium: Fundamentum mutari aliquo modo, quia acquirit realitatem quam antea non habebat. Ariſt. verò cùm ait ad relationem non eſſe motum, intelligendus eſt, quòd non ſit actio quæ immediatè terminetur ad illam, non verò quòd ſubiectum non mutetur.

Ad relationem non eſſe motum quomodo intelligendum.

Ad confir. Nego illud eſſe abſurdum cùm relatio adeò minimæ ſit entitatis, vt non includat abſolutum quid, quod veram & propriam faciat mutationem: & ſicut dicimus, quod producto vno termino omnia illa ſunt ſimilia vel diſſimilia, æqualia vel inæqualia realiter, ita neque abſurdum exiſtimandum ponere in illis rationes ob quas fiant ſimilia vel diſſimilia. Vel

Secundò reſp. iuxta mentem eorum qui volunt vnum ſubiectum per vnam relationem referri ad plures terminos eiuſdem rationis: tunc producto vno calido omnia calida non poſitiuè mutari per modum de nouo aduenientem. Verùm, quia hæc opinio minùs placet, ideo tutior prima reſponſio.

Ad quartum, relationem non effici, ſed reſultare ad poſitionem termini; quæ reſultantia

A mediatè illi tribuitur, qui produxit fundamentum & conſtituit ſubiectum in tali potentia, vt poſito termino conſurgeret relatio: immediatè verò ipſi fundamento à quo emanat reſpectus. An autem poſſit Deus ſuſpendere concurſum vt nulla relatio emanet, diximus ſuprà quòd poſito termino non poteſt: & neceſſitas iſta eſt neceſſitas ſuppoſitionis, quæ in Deo non implicat. Ad illud quod aſſumit quod fundamentum habuit ſuam virtutem, quando fuit productum, reſp. Agens neceſſariò tunc producit id, quod poteſt quando adſunt requiſita: ſic ignis nec lignum comburit niſi approximetur, ita nec à fundamento relatio dimanat, niſi adſit terminus.

Neceſſitas ſuppoſitionis nullam in Deo dicit imperfectionem.

B Ad quintū reſpondet quidam ex noſtris, vnam relationem non poſſe aliam fundare, & ideo licèt relatio diſtinguatur à fundamento modaliter, tamen inter fundamentum & relationem non reſultare relationem diſtinctionis: nititur reſponſio hæc in illo principio, Non poſſe dari modum modi. Quod quidem verum cùm non ſit vniuerſaliter & abſolutè, & vix negari poſſit hæc relatio diſtinctionis & relatio ſimilitudinis inter duos parietes. Ideo

Reſp ſecundò. Dato quòd vna relatio etiam poſſit eſſe fundamentum alterius relationis, non tamen ſequetur proceſſus in infinitum, poſito quòd relatio modaliter diſtinguatur; quia relatio C v. g. paternitatis licèt diſtinguatur à fundamento, atque adeo dicat relationem diſtinctionis, non tamen danda eſt alia relatio diſtinctionis. Ratio à priori eſt, quia rationes ponentes rem in eſſe tali, non conſtituuntur per aliam rationem, quia ſe ipſis ſunt tales, vt actio quæ eſt ratio cur effectus dependeat à ſua cauſa, non fit alia actione, neque motus fit per alium motum, ſed actio ſe ipſa fit ab agente, motus ſe ipſo à mouente. Eodem modo cùm relatio diſtinctionis ſit formalis ratio conſtituens relatiuum in genere relationis diſtinctionis; ad relationem diſtinctionis, non datur relatio diſtinctionis: ſicut etiam licèt fateamur paternitatem, quia eſt ſimilis alteri paternitati dicere relationem ſimilitudinis, non tamen admittenda eſt relatio alia D ſimilitudinis ſupra primam ſimilitudinem, quamuis hæc ſecunda relatio ſit ſimilis alteri relationi. Et ratio eſt, quia ſecunda ſimilitudo non habet rationem diſtinctam à prima ſimilitudine, cuius munus eſt facere rem relatam in ratione ſimilis, ideò cùm totum id, quod facit poſterior relatio adueniens faciat prima, quæ eſt eius fundamentum, non eſt admittenda ſecunda, quia prima ſufficit. Idipſum dicendum eſt de relatione diſtinctionis, licèt ipſa diſtinguatur, non tamen inde eſt fundamentum alterius relationis, quia ſe ipſa præſtat totum id, quod faceret ſecunda relatio diſtinctionis ſi poneretur, E itaque in illa ſiſtendum eſt, & non progrediendum vlteriùs.

Video & hoc ipſum argumentum de proceſſu in infinitum poſſe etiam vrgere aduerſarios, licèt velint eamdem etiam eſſe entitatem relationis cum fundamento. Verùm ne longiùs hæc diſputatio protrahatur, ſufficiat ſic reſpondiſſe.

Pvnctvm Tertivm.

De termino & fundamento relationis, enodantur difficultates nonnullæ.

CVm ex dictis inter fundamentum & relationem neceſſaria ſit diſtinctio ex natura rei: ſit

Prima difficultas. An etiam requiratur diſtinctio ex natura rei inter fundamentum & terminum.

Dicendum. Inter fundamentum & terminum non ſufficit diſtinctio rationis, ſed etiam B requiritur diſtinctio ex natura rei. Ita D. Th. 1. Part. quæſt. 42. art. 4. ad 3. Suarez ſect. 9. num. 3.

In qualibet relatione prędicamétali terminus à parte rei, diſtinguitur à fundamento.

Prob. primò ex definitione relatiuorum quorum eſſe totum eſt ad aliud, ergo ſi à parte rei terminus eſſet idem cum fundamento, à parte rei non eſſet relatio, quia à parte rei fundamentum non eſſet ad aliud.

Confir. quia relatio eſt habitudo extremorum, ergo requirit in re pluralitatem, vbi autem non eſt diſtinctio fundamenti & termini, non eſt pluralitas.

Secundò: ſi relatio à parte rei, non referretur ad terminum realiter diſtinctum, relatio à C parte rei eſſet quid abſolutum. Prob. quia dum in re non eſt ad aliud eſſet ad ſe, ergo quid abſolutum.

Tertiò: nil poteſt opponi ſibi ipſi, ſed fundamentum & terminus ſunt oppoſita, ergo debent inter ſe ex natura rei diſtingui, maior eſt clara, min. eſt Ariſt. cap. de oppoſitis.

Dices: Relatio tranſcendentalis eſt vera relatio, & eſt ad aliud & non requirit diſtinctionem termini realem, ergo non ideo ex natura rei diſtinguenda extrema in relatione prædicamentali, quia eſt ad aliud: Anteced. prob. quia diuina ſcientia dicit relationem tráſcendentalem ad diuinam eſſentiam, vt pote ad eius obiectum: Amor diuinus ad propriam bonitatem, & inter D illa nulla eſt realis diſtinctio.

Confir. Si eadem numero albedo per potentiam Dei exiſteret in duobus parietibus, inter duos illos parietes eſſet relatio prædicamentalis ſimilitudinis, & tunc eſſet eadem numero albedo & terminus idem cum fundamento, & vterque paries ſimilis.

Confir. ſecundò. Idem habet relationem identitatis ad ſe ipſum & idem à ſeipſo non diſtinguitur, ergo non requiritur diſtinctio ex natura rei inter extrema. Anteced. prob. quia ſicut relatio diuerſitatis eſt realis, quia res nullo intellectu cogitante differt ab alia, ergo & rea- E lis relatio eiuſdem ad ſe ipſum. Ita argumentatur Scotus in 1. diſtinct. 21. §. ob quæſtionem.

Ad primum reſp. Suarez ſect. 4. num. 2. & concedit inter ſcientiam diuinam, & eius eſſentiam relationem tranſcendentalem, quæ in eo à prædicamentali diſtinguitur, quia hæc requirit diſtinctum terminum in re, illa minimè.

Suarij reſponſio refellitur.

Contrà. Ordo tranſcendentalis eſt tendentia realis ad aliud non minus quàm prædicamentalis, ergo ſicut hæc requirit terminum ex natura rei diſtinctum, ita & illa. Anteced. eſt eiuſdem Suarez ſect. 9. num. 3.

Secundò. Relatio tranſcendentalis eſt inter ea in quibus exercetur aliqua cauſalitas, vt ipſemet ſect. 4. num. 9. & 10. docet. At quæ nullo mo- A do diſtinguuntur non poſſunt exercere aliquam cauſalitatem ad inuicem, ergo inter ſcientiam & eſſentiam diuinam, cùm nulla ſit diſtinctio, nulla poteſt exerceri cauſalitas, ergo nulla concedenda relatio.

Inter diuinas perſonas nulla relatio æqualitatis ex D Tho.

Ad argumentum igitur. Nego aſſumptum, & ad prob. dico: inter eſſentiam & ſcientiam diuinam nullam dari relationem tráſcendentalem, quia nullo modo diſtinguuntur in re. Hinc D. Th. 1. Par. quæſt. 42. art. 4. ad tertium negat relationem æqualitatis inter diuinas perſonas, quia eſſentia eſt eadem in ſingulis.

Ad confir. In eo caſu ſi eadem numero albe- B do eſſet in duobus parietibus parietes illos non futuros ſimiles, ſed vnum: Ad ſimilitudinem verò requiritur vnitas ſpecifica & diuerſitas entitatum ſeu numerica, quæ non eſſet inter duos illos parietes quoad albedinem.

Ad ſecundam. Idem non refertur relatione identitatis ad ſe ipſum in re, quia non poteſt res dici eadem ſibi ipſi, niſi illud intellectus diſtinguat à ſe ipſo, ſecus euenit in relatione diuerſitatis, cùm ſint extrema in re omnino diſtincta, ideò negatur paritas.

Secunda difficultas: An ſufficiat diſtinctio modalis. Fonſec. 5. Metaph. cap. 15. quæſt. 1. ait neceſſariam eſſe diſtinctionem realem.

C Prob. Quia relatio eſt realis oppoſitio, ergo inter res diſtinctas realiter. Idipſum ſenſit Soncin.

Quę diſtinctio requiritur inter fundamentum & terminum.

Probat. Quia ſi non eſſet neceſſariò realis diſtinctio, continuum haberet relationes infinitas, quod eſt abſurdum; quia in continuo poſſunt eſſe infinitæ proportiones æqualitatis & inæqualitatis.

Dicendum: Licèt ſæpe relatio ſit inter extrema realiter diſtincta tamen ad relationem verè ſatis eſt diſtinctio extremorum ex natura rei. Præſertim, quia nulla apparet ratio cur non poſſit dari relatio realis inter extrema modaliter diſtincta. Aſſumptum patebit in ſolutione argu- D mentorum in contrarium.

Fonſeca.

Ad Fonſe. reſp. Illum plus concludere quàm aſſumat in antecedenti: licèt enim inter extrema ſit realis oppoſitio, non rectè infert: ergo realis diſtinctio, quia realis oppoſitio in antecedenti ſtat pro oppoſitione quæ eſt à parte rei: in conſequenti diſtinctio realis ſtat pro diſtinctione inter rem & rem.

Soncinas.

Ad Soncin. reſp. idem Fonſeca ſect. 8. ad 5. concedendo in continuo relationes partium inter ſe, ſi partes ſint ſaltem in potentia ſeparabiles, nunquam tamen ait relationes illas fore infinitas, quia nullum totum conſtat ex partibus actu infinitis. Negat verò dari relationem inter E totum & partes, ſiue ſimul, ſiue ſeorſim ſumptas, quia partes & totum non ſunt realiter diuerſæ & vnum aliud includit.

Suarez.

Suarez ſect. 9. num. 4. docet inter totũ & partes eſſe relationem realem, quia pluſquam modaliter diſtinguuntur, ſic etiam inter partes, & ait non eſſe abſurdum ponere relationes infinitas, ſicut nec abſurdum eſt concedere puncta & partes infinitas. Quæſtionis omnis reſolutio pendet ex phyſicis.

In relatione terminus an debeat eſſe actu exiſtens.

Tertia difficultas. An terminus relationis debeat eſſe actu exiſtens & realis.

Dicendum primò. Relationem tranſcendentalem non requirere terminum realiter & actu exiſtentem.

Prob. Quia ſcientia refertur ad ſcibile, ſiue illud exiſtat ſiue non, cùm abſtrahat à ſingularibus, & ab exiſtentia obiecti. Item productiuum ex Ariſt. refertur ad producibile.

Dicendum ſecun[dò]. Relatio prædicamentalis requirit terminum realem, & actu exiſtentem. Eſt omnium ferè Theologorum Gregor. excepto in 1. diſtinct. 28. quæſt. 23. Rationes plures aggerat Suarez ſect. 8. num. 4 5. & 6. quas & ipſemet reiicit.

Gregorius.

Duas affert proprias num. 7. Prima eſt, quia relatiua ex Ariſt. ſunt ſimul natura, & ablato termino aufertur relatio, ergo relatio prædicamentalis requirit terminum realiter exiſtentem.

Secunda eſt. Quia relatio conſiſtit in puro reſpectu, & ideo non eſt per ſe intenta à natura, ſed merè reſultans.

At vtrobique petit principium. Idem enim eſt dicere quod purus reſpectus requirit actualem termini exiſtentiam, ac relationem prædicamentalem requirere terminum actu exiſtentem. Quilibet enim poſſet dicere cùm albedo exiſtens ſit tam ſimilis exiſtenti albedini quàm poſſibili ad dealbationem parietis, reſultare relationem ſimilitudinis ad omnes albedines, ſiue actu ſiue poſſibiles. Eodem modo prima ratio quam affert nedum claudicat, ſed videtur tanto viro ſatis indigna.

Reſp. Ergo dependentia actualis & realis debet eſſe ab ente reali actu exiſtenti, quod actu talem influxum tribuat, ſed relatio prædicamentalis ad hoc vt ſit actu exiſtens & formaliter talis, dependet formaliter & realiter à termino, ergo terminus debet eſſe actu realis, & exiſtens. Maior prob. Quia operari ſupponit eſſe, non enim poteſt quis actu influere, niſi ſit: ergo nec terminus actu influere in relationem niſi actu exiſtat. Min. principalis prob. Res non dicitur formaliter talis, niſi quando actu eſt talis; quando verò eſt talis in potentia dicitur talis fundamentaliter: ſed relatio non eſt formaliter talis niſi exiſtente termino, ergo relatio formaliter pendet à termino; Paries enim ex communi modo loquendi Doctorum, non dicitur ſimilis formaliter in albedine alteri parieti niſi exiſtente alio pariete: econtrà ſcientia ac cæteræ relationes tranſcendentales cùm abſtrahunt omnino ab exiſtentia termini, non ſunt formaliter tales per terminum exiſtentem.

Quarta difficultas. An terminus relationis ſit quid abſolutum. An reſpectiuum.

Caietanus vult eſſe reſpectiuum. Suarez ſect. 16. num. 16. diſtinguit relationes mutuas à non mutuis, & vtramque ait referri ad abſolutum.

Terminus relationis ſitne quid abſolutum an relatiuũ?

Quoad relationem non mutuam probat, quia relatio non mutua non requirit formaliter correlatiuum, ergo terminatur ad aliquid abſolutum.

In relationibus mutuis etiam probat, quia ſi auferatur à termino omnis relatio, adhuc tamen fundamentum refertur, ergo ratio terminans, non eſt quid relatiuum, ſed abſolutum.

Confir. Quia poteſt eſſe terminatio & non cum oppoſita relatione, vt patet in relationibus non mutuis.

Poſterior hæc ratio nullo modo conuincit. Facta enim hypotheſi, quod auferatur relatio à termino, iam illa relatio erit non mutua, nec

A probat quod intendit.

Probat ergo ſecundò. Relatio conſurgit poſito termino, ergo terminus relationis, non eſt relatio oppoſita. Sed neque hoc probat, quia poſſent aduerſarij reſpondere, quod relatio conſurgit poſito termino reſpectiuo.

Tertiò probat. Tum in relationibus æquiparantiæ, tum in relationibus diſquiparantiæ. Album poteſt fundare relationem ſimilitudinis, ergo etiam poterit eamdem terminare: Petrus qui eſt pater refertur ad Paulum, qui eſt filius, non quia Paulus refertur ad ipſum, ergo relatio formaliter non refertur ad reſpectiuum, ſed ad abſolutum.

B Quartò prob. Si relatio terminaretur ad reſpectiuum daretur proceſſus in infinitum in relationibus, qui quidem implicat. Sequela prob. ſi relatio terminatur ad reſpectiuum, ergo terminus eſt reſpectiuus antequam terminet; peto nunc de hac relatione termini, vel terminatur ad abſolutum vel reſpectiuum: ſi ad abſolutum, ergo terminus relationis non neceſſariò eſt quid reſpectiuum; ſi ad reſpectiuum, ergo iam fundamentum refertur ante terminationem, quod implicat: & inſuper ſi ad reſpectiuum, adhuc peto an terminatur ad relatiuum an ad abſolutum, & ſic in infinitum.

Maneat ergo, quòd terminus relationis ſiue C mutuæ, ſiue non mutuæ formaliter non eſt quid reſpectiuum, ſed abſolutum. Dixi formaliter, quia identicè & concomitanter illud abſolutum certum eſt eſſe relatiuum in mutuis. Quod ergo dicimus, eſt id quod terminat formaliter relationem non eſſe oppoſitam relationem formaliter ſumptam, ſed res quæ refertur ſpecificatiuè ſumpta, non reduplicatiuè.

Dices. Pater in diuinis reſpicit filium, vt filius eſt, prout dicit formaliter relationem filiationis, ergo ſic etiam dicendum in relationibus creatis.

Reſp. neg. paritatem. Et ratio eſt, quia relatio quæ filium conſtituit in diuinis, non reſultat ex filio iam genito, ſed illum ipſum conſtituit, ideo D relatio patris non poteſt terminari ad filium, vt eſt quid abſolutum; in relationibus verò creatis non ſic, quia relatio reſultat poſito filio, ideo poteſt paternitas in humanis ad rem quæ eſt filius, ſeu ad ſubſtantiam genitam, vt quid abſolutum terminari, licèt deinde hoc abſolutum ſit etiam reſpectiuum.

Quinta difficultas. An vna relatio poſſit eſſe ad plures terminos formaliter. Ratio difficultatis eſt, quia cùm vnus paries albus habeat plures alios parietes albos ſimiles, quæri poteſt, An ad illos referatur vnica ſimilitudine, vel pluribus. Idipſum peti poſſet cùm pater habet plures filios.

E Reſp. Quoties ſunt plures termini formaliter debent neceſſariò dari plures relationes.

An vna relatio ſufficiat ad plures terminos.

Prob. Relatiua ex Ariſt. hîc ſunt ſimul natura, & cognitione; ſed ſi pater refertur vnica relatione ad plures filios non eſſent ſimul natura, ergo ſequel. prob. Quia ſolùm primo filio cognito perfectè cognoſceretur paternitas, non cognitis aliis filiis.

Confir. Secundus filius non eſt ſimul natura aut cognitione cum primo, ergo ſecundus filius non eſt ſimul natura cum prima illa paternitate. Video rationem hanc poſſe aliquo modo infringi. Ideo

Digitized by Google

A

Confir. magis. Poſita tatione fundandi & termino de nouo, noua teſultat relatio, ergo ad multiplicationem tationis ſundaudi & termini neceſſatiò multiplicabitur relatio.

Confir. tettiò. Illæ telationes ſunt plures numero, quarum vna poteſt corrumpi aliâ remanente, id accidit cùm vnus pater reſertur ad plures filios, quandoquidem mortuo pṙimo filio remanet relatio ad ſecundum; etgo ſignum eſt, quòd relatio ad primnm realiter diſtinguitur à relatione ad ſecundum.

Diees ex Ariſt. 5. Meraph. cap. 10. Implicat in eodem ſubiecto poſſe dari plura differentia ſolùm numero accidentia; ergo neque in vno indiuiduo poſſunt dari plures relationes, paternitatis videlicet, tantùm numero differentes.

B

Quomodo in eodem ſubiecto poſſint eſſe plura accidentia ſolo nomero differentia.

Reſp. Anteced. eſſe verum in iis accidentibus quæ in eodem ſubiecto ſtatim in vnum coaleſcunt, vt in pluribus caloribus: ſalſum verò in iis quæ in vnum non coaleſcunt, vt ſunt ſpecies intentionales, & relationes quæ quidem ideo non coaleſcunt in vnum, quia habent diuerſa munera, vt patet in duobus luminibus procedentibus à duabus candelis, quæ quidem lumina in aëre intermedio diffuſa tantùm numero diſtinguuntur.

PVNCTVM QVARTVM.

Quot ſint relationum genera.

C

OMNIVM relationum genera ex triplici ratione ſundandi ab inuicem ſeiunxit Ariſt. 5. Metaph. cap. 15. Primus ergo relatiuorum genus illud eſt, quod fundatur in vnitate & numero: vnitas verò ſimultatem ac conuenientiam habet in natura, vnitatem nimirum formalem non numericam. Subdiuiditur genus hoc in plures ſpecies. In vnitate fundantut relationes æqualitatis, ſimilitudinis, identitatis, quia æqualia ſimilia vel identica illa dicuntur quæ habent vnam quantitatem, qualitatem, ſiue ſubſtantiam. In numero fundantur relationes inæqualitatis, diſſimilitudinis, & illæ omnes quæ ab vnitate recedunt, & huiuſmodi relationes, vt rectè hic Suarez, requirunt fundamentum, non quidem quod ſit numerus, ſed quod cum alio faciat numerum vel multiplicitatem.

Primũ genus ex numero & vnitate.

D

Secundum genus relationum fundatur in Potentia, Actiua & Paſſiua, ſeu in Actione vel Paſſione: & ideo plures habet ſpecies. Prima quæ fundatur in potentia actiua & paſſiua, vt relatio calefactiui ad calefactibile; ſecunda quæ fundatur in actione & paſſione, vt calefacientis ad calefactum; Tertia quæ in actione præterita, vt relatio patris ad filium: Quarta quæ in actione præſenti, vt illuminantis ad illuminatum: addit quintam, quæ fundatur in actione futura.

Secundum in potentia actiua & paſſiua.

E

Tettium fundatur in ratione menſuræ: Menſura verò hìc non ſic accipienda, vt tantùm ſignificet menſuram & extenſionem quantitatiuam, ſed latè pro omni eo ex quo aliquid aliud innoteſcere poteſt, vt ſcientia quæ refertur ad ſcibile, ſed de his qui plura deſiderat videat Suarez ſect. 10. quæ nobis vt pote non adeo neceſſaria ſatis eſt delibaſſe.

Tertium relatiuorum genus in ratione menſuræ.

SECTIO III.

De proprietatibus relationum.

PRIMA *relationum proprietas:* Vt relatiua habeant contrarium: ſic virtus contraria vitio. Tribuitur relationi hæc proprietas ab Ariſt. ſecundùm vulgi opinionem, non iuxta propriam ſententiam, cùm in prædicamento quantitatis doceat Magno & Paruo nihil eſſe contrarium, quod ſit in rigore contrarium. Non tamen negamus relatiua inter ſe opponi, oppoſitione videlicet relatiua & eſſe relatiuè contraria; ſic pater dicitur relatiuè opponi filio, & econtrà.

Relatiuorũ oppoſitio qualis.

Secunda proprietas eſt, vt relatiua dicantur ad conuertentiam, & hæc eſt maxima relatiuorum proprietas. Per dici ad conuertentiam intelligendum eſt, vt vnum relatiuum explicetur per ordinem & habitudinem ad alterum, ſic pater reſpectu filij pater: ſeruus domini ſeruus.

Dici ad cõuertentiam in relatiuis quid ſit.

Tertia proprietas eſt: Vt relatiua ſint ſimul natura, id eſt, vt ſimul exiſtant & ſimul reciprocentur: vt verò aliqua ſint ſimul natura duo ſunt neceſſaria, vt ex Ariſt. notat Tolet. Primum vt vnum relatiuum ponatur altero poſito, auferatur ablato: ſecundum vt neutrum ſit cauſa alterius, cauſa enim eſt prior ſuo effectu, & ideo ſol & lumen non dicuntur ſimul natura, quamuis vnum non exiſtat ſine alio, quia tantùm dependet à ſole tanquam à cauſa: hoc autem intelligendum eſt de relatiuis, vt relatiua ſunt reduplicatiuè, nam relatiua ſpecificatiuè ſumpta poſſunt eſſe cauſa alterius relatiui, vt patet & filius.

Vt relatiua ſimul natura ſint, quid requiritur.

Quarta proprietas eſt: Vt relatiua ſint ſimul definitione & cognitione, vt videlicet determinatè & definitè noſcens vnum, neceſſariò noſcat alterum.

Quinta proprietas eſt. Relatiua interdum ſuſcipere magis & minus. Dixi interdum, quia dantur aliquę relationes in quibus hoc non contingit, vnum enim duplum non eſt magis duplum quàm alterum reſpectu quadruplicis. Sed hìc eſt aliqua difficultas præſertim in relatione æqualitatis & ſimilitudinis: An videlicet ſuſcipete magis & minus eodem modo conueniat relationi, vt competit qualitati in aliquo alio.

Suſcipere magis & minus in relatione quando aut quomodo contingit.

Albert. Tract de Relatione cap. 5. Simp. Amon. Boët. volunt Relationem ſimilitudinis & æqualitatis ſuſcipere magis & minus, non vt relatio eſt, ſed tatione ſundamenti, quia fundamentum ex. g. albedo intenditur, atque ideo docent relationem non intendi formaliter, ſed denominatiuè.

Albertus. Simplicius. Ammonius. Boetius.

Suarez ſect. 18. num. 4. & Fonſe. 5. Metaph. quæſt. 5. ſect. 2. Relationem volunt intendi non per additionem gradus ad gradum, quod accidit qualitati, ſed ſecundùm variationem, cùm ea quæ ſunt inæqualia, vel diſſimilia poſſint eſſe magis vel minus inæqualia vel diſſimilia ob receſſum, vel acceſſum ad perfectam æqualitatem, vel ſimilitudinem, non verò quòd inæqualitas, vel diſſimilitudo augeatur vel minuatur.

Suarez. Fonſeca.

Alij verò volunt Relationem intendi per ad-

ditionem gradus ad gradum.

Notandum primò eſt: Certum eſſe relationem non ſuſcipere magis & minus, quia fundamentum intendatur vel remittatur, quia poteſt contingere vt fundamentum minuatur, & relatio creſcat; vel econtrà quòd relatio minuatur, & fundamentum creſcat; vel manente eodem modo fundamento tantùm, mutato termino augeatur, vel minuatur relatio.

Notandum ſecundò. Cùm dicimus relationem ſimilitudinis, ſeu æqualitatis poſſe ſuſcipere magis & minus, quòd æqualitas, ſeu ſimilitudo poteſt conſiderari dupliciter. Primò in ratione perfectæ ſimilitudinis, & æqualitatis, prout nullam includit inæqualitatem, aut diſſimilitudinem ad terminum, vt cùm extrema ambo ſunt alba vt duo: Secundò, cùm illa quæ dicuntur ſimilia aliquam includunt diſſimilitudinem in gradu, vt accidit cùm album vt duo comparatur ad album vt quatuor.

B

Relatio in primo ſenſu non poteſt ſuſcipere magis & minus, quia extrema alba vt duo, non poſſunt fieri magis ſimilia, quia ſi aliquid albedinis addatur in altero extremorum, tunc fient potiùs diſſimilia. Ratio à priori eſt, quia perfecta ſimilitudo conſiſtit in perfecta vnitate qualitatis ſecundùm naturam, & ſecundùm gradum, ergo cùm alba vt duo ſint ſimilia ſecundùm naturam & gradũ, non poſſunt fieri magis ſimilia: Id ipſum dicendum in extremis perfectè æqualibus: In ſecundo verò ſenſu prout relationes non dicunt omnimodam ſimilitudinem rectè poſſunt ſuſcipere magis & minus per additionem gradus ad gradum: quod manifeſtè probatur, præſertim, quia relatio proportionatur rationi fundandi, qua poſita ponitur, mutata mutatur; ſed ratio fundandi mutatur per additionem gradus ad gradũ, ergo & relatio. Min. patebit in lib. de Generatione. hactenus de prædicamento relationis, ſiue de his quæ ad aliquid.

C

De prædicamento qualitatis, quid ea ſit, quot eius ſpecies, quæ proprietates ex Ariſt.

ANNOTATIO VNICA.

Qualitas quid.

INSCRIBITVR quartum hoc prædicamentum de qualitate & quali, hoc eſt de qualitate in concreto & abſtractè ſumpta. Qualitas eſt, qua quales reddimur: quæ quidem definitio traditur à poſteriori, & ab effectu, vt notat Caietanus. Quale autem hîc accipitur in omni rigore prout ſolius qualitatis eſt effectus, & prout contradiſtinguitur ab effectibus formalibus cæterorum prædicamentorum: quantitas enim licèt qualificet ſubiectum, in rigore tamen non facit quale, ſed quantum: Relatio facit relatum tantùm, qualitas ſimpliciter qualificat, ideo ſola qualitate efficimur ſimpliciter quales.

Caiet.

D

Qualitatis ſpecies.

Qualitatis ſpecies ſunt quatuor: Prima eſt habitus & diſpoſitio: habitus ſic deſcribitur ab Ariſt. Eſt qualitas difficilè mobilis: diſpoſitio facilè mobilis. Habitus dupliciter ſumi poteſt, primò vt ſignificat eſſe tunicatum, veſtitum, &c. & ſic conſtituit aliud prædicamentum decimum in ordine; ſecundò prout ſignificat qualitatem, qua ſubiectum diſponitur ad bene vel male operandum, & ſic eſt ſpecies qualitatis. Diſpoſitio & habitus inter ſe ſolùm accidentaliter differunt, quia habitus eſt diuturnior & permanentior, diſpoſitio minimè, & ideo vnam conficiunt ſpeciem qualitatis.

Diſpoſitio & habitus vna ſpecies.

E

A

Potentia vel impotentia pro aptitudine & ineptitudine. Habitus & diſpoſitio de qualitatibus acquiſitis. aptitudo & ineptitudo de qualitatibus naturaliter inſitis.

Secunda qualitatis ſpecies eſt, naturalis potentia & impotentia. Potentia verò hîc ſeu impotentia ſumitur pro aptitudine naturali, ſeu ineptitudine, quam res habent ad agendum vel reſiſtendum; ſic quod facilè ſecatur dicitur habere impotentiam ad reſiſtendum, quod difficilè habere potentiam. Differt hæc ſecunda ſpecies à prima, quia ſub illa continentur omnes qualitates acquiſitæ, vt virtus & vitium ſub iſta qualitates naturaliter inſitæ, vt pernicitas ad currendum, &c. Per impotentiam non intelligit Ariſt. hîc aliquid negatiuum aut priuatiuum, ſed aliquid poſitiuum, & ſicut per potentiam ad reſiſtendum intelligitur durities, quæ in nonnullis corporibus reperitur, ſic per impotentiam ad reſiſtendum intelligitur mollitudo quæ inſuper eſt aliquid poſitiuum.

B

Paſſio & paſſibilis qualitas vna item ſpecies.

Tertia ſpecies qualitatis eſt, Paſſio & paſſibilis qualitas, vt dulcedo & candor. Differunt ad inuicem eodem modo quo habitus & diſpoſitio; nimirum quia paſſio illa dicitur quæ breui tempore durat, paſſibilis qualitas quæ longiori, inde ſæpe pro eodem accipiuntur: Qualitas verò quæ ſub hac ſpecie continetur, paſſio appellatur, vel quia recipi non poteſt niſi ſubiectum immutet, vt albedo & nigredo, vel quia ſenſum afficiunt, vt calor & ſapor.

C

Forma & figura quomodo ad inuicē differant.

Quarta ſpecies qualitatis eſt Forma & figura: Differunt ad inuicem, quia figura ſola in Mathematicis quantitatibus reperitur vt triangulus & Pentagonus; Forma tantùm in corporibus naturalibus. Ad hanc ſpeciem reducit Ariſt. curuitatem & rectitudinem, quia quodam modo figuræ ſunt, licèt imperfectæ: Item rarum vel ſpiſſum, aſperum & leue, quæ propriè non ſunt qualitates, & reuera pertinent ad prædicamentum ſitus: Rarum enim eſt cuius partes ad inuicem diſtant: Denſum cuius partes ſunt propinquæ: Leve cuius partes ita ſunt diſpoſitæ, vt nulla ſupereminneat; Aſperum cuius partes quædā ſupereminent, quædā altitudine ſuperantur.

D

Habere cōtrarium in qualitatibus quomodo intelligendum.

Quoad proprietates qualitatis tres docet Ariſt. illas eſſe. Prima, quòd habeat contrarium, ſiue in abſtracto, ſiue in concreto ſumatur: ſic calor & frigus, album & nigrum: non conuenit hæc proprietas omnibus, quia qualitates mediæ non habent contrarium, viride enim non opponitur rubro cùm contraria ea ſint, quæ ſub eodem genere maximè diſtant.

Magis & minus tantùm in qualitatibus concretis, non in abſtractis.

Secunda proprietas eſt, quòd ſuſcipiat magis & minus: & hæc neque omnibus conuenit, ſed tantùm concretis, neque enim vna albedo dicitur magis albedo quàm altera, ſed album magis quàm aliud, ſed neque omnibus concretis, non enim dicitur vnum circulare magis, quàm alterum, nec quadratum, &c.

E

Simile & diſſimile maxima qualitatis proprietas.

Tertia proprietas & eſt maxima proprietas, vt per qualitatem res dicantur ſimiles vel diſſimiles, ſicut res per quantitatem dicuntur æquales vel inæquales, licèt ſimilitudo deinde ſicut etiam æqualitas pertineant non ad prædicamentum quantitatis aut qualitatis, ſed ad prædicamentum relationis. Eſt ergo æqualitas paſſio quantitatis, ſimilitudo paſſio qualitatis, ipſæ tamen, nec ad qualitatem nec ad quantitatē pertinent. Difficultates quæ hoc loco fieri poſſent conſultò omittimus alibi cōmodiùs examinādas, De actione & paſſione agemus in phyſicis: De reliquis videantur alij paſſim commentatores.

IN LIBROS

PERIHERMENIAS ARISTOTELIS

SIVE

DE INTERPRETATIONE

DISPVTATIONES, ET COMMENTARIA.

EGIT hactenus Ariſtoteles de minimis partibus, vt ſunt voces ſimplices, & incompleaæ, ſubſtantia, quantitas, &c. propiùs in his lib. ad ſyllogiſmum accedit, cuiſque proximiores partes explicat, quales ſunt Enunciatio, Nomen, & Verbum. Dicitur hic liber Perihermenias, hoc eſt de interpretatione, ſeu de enunciatione, cùm ex D. Th. hîc idem ſit interpretatio & enunciatio quod enunciando animi ſenſa explicamus. Totus igitur hic liber inſumitur in explicanda natura Enunciationis. Agit ergo Ariſt. primò de enunciatione abſoluta, & de illius ſpeciebus; ſecundò de enunciatione contracta, puta Modali, &c. Nos vnicam hîc instituemus diſputationem de enunciatione, quippe qui de Nomine & Verbo plura dedimus in introductione.

Interpretatio apud Ariſtotelem idem ac enunciatio.

DISPVTATIO VNICA.

De Enunciatione.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit Enunciatio & eius partes.

SVPPONO quod alibi docuimus orationem eſſe genus ad orationem enunciatiuam & ad orationem quæ ſit vel optatiua, vel interrogatiua: logicum verò tantùm enunciatiuam conſiderare, cùm ſola hæc verum vel falſum ſignificet, & ſola argumentationi deſeruiat, & rerum naturas explicet. Speciebus reliquis poëtis vel oratoribus remiſſis.

Oratio enunciatiua cur propria dialecticorum.

Suppono ſecundò. Orationem vt ſic rectè ab Ariſt. definitam, quod ſit vox ſignificatiua ex inſtituto, cuius pars ſeparata aliquid ſignificat. Præter ea quæ alibi diximus hîc aduertendum ſolùm, orationem licèt pluribus verbis conſtet, dici vnam vocem ſecundùm ſenſum, & ſignificationem totalem, ſicut dicitur vnum corpus,

Oratio vox Ariſtoteli dicta quomodo.

A vna domus, licèt ea pluribus membris & lapidibus conſtituantur. Rectè inſuper orationem enunciatiuam ab Ariſt. definitam, Eam videlicet eſſe quæ verum vel falſum ſignificet, vt Petrus eſt homo. Enunciatio dicitur vera, quæ rem enunciat ſicuti eſt, & conformatur obiecto exiſtenti à parte rei; Falſa quæ eſt rei difformis, vt Petrus eſt equus. Oratio enunciatiua variis nominibus interdum appellatur: vt eſt pars proximè conſtitutiua ſyllogiſmi appellatur propoſitio: vt eſt illata in ſyllogiſmo dicitur concluſio: vt rei veritatem inueſtigat dicitur quęſtio: prout eſt hinc inde probabilis appellatur problema: cùm contra aliquid infertur dicitur inſtantia. Denique oratio enunciatiua diuiditur in ſimplicem, & compoſitam: ſimplex in affirmatiuam & negatiuam: Affirmatiua eſt, in qua affirmamus B vnum de altero: Negatiua cùm negamus vnum de alio, hoc eſt cùm iudicamus vnum alteri non ineſſe. His ſuppoſitis,

Enunciatio vera vel falſa quæ?

Quæ item nomina induat, & rurſus in quæ mẽbra diuidatur.

Prima difficultas eſt. An enunciatio ſimplex diuiſa in affirmatiuam & negatiuam ſit diuiſio generis vniuoci in ſpecies, vel analogi in ſua analogata.

Simplex enunciatio quale genus ad negatiuã & affirmatiuam?

Alexander ait eſſe analogi in analogata. Quia ſpecies vniuocæ ſunt ſimul natura, & vna non eſt prior altera, ſed affirmatio eſt prior negatione; quia eſt prior ens quàm non ens, ergo prior affirmatio quàm negatio. Item prior eſt habitus quàm priuatio, cùm hæc cognoſcatur in ordine ad habitum.

Contrarium docet D. Th. hîc lect. 8. & ij quos citat Ruuius hîc quæſt. 5.

C Ratio, quia non omnis prioritas tollit vnius rationem, homo enim eſt prior dignitate quàm equus, elementa priora miſtis ordine, tempore, & natura, mixta priora elementis dignitate, & vtraque conueniunt vniuocè in ratione corporis. Prioritas quę tollit vniuocationem, eſt quando ratio communis ſuperior perfectiori modo deſcendit ad vnam ſpeciem quàm ad aliam, ſeu cùm ſecundùm communem conceptum genus perfectiùs participatur ab vno quàm ab altero, vt patet in ſubſtantia & accidenti ſecundùm rationem entis; Modò licèt negatio ſit poſterior in ratione negationis, quàm affirmatio, vel quia affirmatiua propoſitio dicit compoſitionem, negatiua diuiſionem, vel quia affirmatiua eſt ſim-

Non omnis prioritas & poſterioritas tollit vniuocationem ex D. Thoma.

Digitized by Google

plicior, negatiua magis compoſita, cùm inſuper includat negariooem quam non dicit propoſitio affirmatiua, tamen in ratione enunciationis non eſt vna alrera poſterior, ſed ſimul. Hinc

Enunciatio negatiua non eſt non ens, & negatio.

Ad rationem Alexandri. Quoad perfectionem genericam nego Min. liceèt vt negatio eſt ſit poſterior. Ad prob. conceſſa maiori neg. min. Nam negatiua propoſitio, non eſt negatio, & non eos; ſed verum iudicium, quo iudicamus aliquid alicui non ineſſe.

Secunda difficultas. Ao diuiſio enunciationis in ſimplicem & compoſitam, ſit etiam vniuoci io ſua vniuocata.

Brenrter cum D. Th. Eſt analogi in ſua analogata. Probatur: Enunciatio compoſita eſt vna ſecundùm quid, ergo non vera ſpecies enunciationis.

Item non dicitur enonciatio niſi ratione enunciationis ſimplicis, ergo enunciatio vt ſic, priùs conuenit ſimplici quàm compoſitæ.

Tandem voa ſpecies non componitur formaliter ex altera, ſed enunciatio compoſita ſit ex pluribus ſimplicibus, ergo enunciatio ſimplex, & compoſita non ſunt veræ ſpecies.

Sectio II.

An ſola enunciatio vera, vel falſa ſit.

RATIO dubitandi eſt, Quia veritas & falſitas videtur poſſe eſſe in prima operatione: Probatur. Omnis operatio eſt ſimilitudo rei, ſed res à parte rei eſt vera, ergo omnis conceptio illam repræſentans eſt vera. Min. prob. Nullo intellectu cogitante eſt aurum verum ſicuti eſt aurum falſum, ergo ſiue quis concipiat aurum verum vel falſum, ſemper verum concipiat.

Confir. Vel prima operatio concipit aliquid reale, vel aliquid fictum: ſi aliquid reale, eſt verus conceptus entis realis; ſi ſecundum, repræſentabit ens fictum, ergo ſemper erit verus conceptus.

Secundò: Intellectus diuinus neque componit, oeque diuidit, & tamen eſt ſummè verus; ergo non tantùm in ſecunda operatione eſt veritas vel falſitas.

Tertiò: Veritas eſt conformatio intellectionis cum re, ſeu cum obiecto; ſed etiam prima operatio conformatur cum obiecto, ergo. Ita ſentit Fonſ. lib. 4. Metaph. cap. 2. quæſt. 6. ſect. 4. Capreol. in 1. diſtinct. 19. Suarez diſput. 8. ſect. 3. num. 7. & 8.

Capreolus. Fonſeca. Suarez.

Oppoſitum docet Caiet. in 1. Part. quæſt. 16. art. 2. Buridanus in 1. diſtinct. 19. quæſt 1. num. 14. & Thomiſta communiter, in prima operatione videlicet non eſſe veritatem.

Caiet. Buridanus.

Prob. ex Ariſt. hîc cap. 1. & 3. Vbi ait veritatem contingere in compoſitione.

Præterea conceptus ſimplex hoc pacto poſſet eſſe verus, quod eſt abſurdum.

Dicendum primò. Datur in prima operatione aliqua veritas.

Prob. ex Ariſt primò de anima cap. 6. vbi ait intellectum intelligentem ipſum quod eſt, eſſe verum.

Secundò: Non minùs poteſt eſſe veritas in prima operatione quàm in ſenſu, ſed poteſt eſſe veritas aliqua in ſenſu, cùm videlicet conformatur obiecto, ergo & in prima intellectus apprehenſione.

Dicendum ſecundò. Quamuis ſimplex operatio habeat aliquam veritatem, tamen ſimpliciter & ſpeciali modo hæc veritas eſt in compoſitione & diuiſione.

Prob. primò ex Ariſt. hîc.

Secundò. Ita ſe habent voces ad conceptus, ſicut conceptus ad obiecta, ſed voces tunc cenſentur dicere verum quando aliquid affirmant, vel negant: ergo & conceptus. Min. prob. ſi quis enunciet nunc hominem, nunc lapidem ſine vlla connexione, nec mendax erit, nec verus: ergo nec conceptus veri nec falſi erunt, niſi componant, aut diuidant.

Confir. Veritas eſt ſolùm in mente ex Ariſt. 5. Metaph. cap. 8. ſed ſi non intelligatur de veritate propriè & ſimpliciter dicta, hoc eſſet falſum, ergo. Min. prob. quia in ſenſibus reperitur aliqua veritas, quæ non eſt compoſitio ex eodem Ariſtotele: ergo veritas ſimpliciter & ſpecialiter reperitur in ſecunda operatione.

Sed explicandum eſt. Cur veritas ſpeciali modo dicatur eſſe in ſecunda operatione quàm in prima. Ideo ſit

Sectio III.

Qua ratione veritas eſt in enunciatione magis, quàm in apprehenſione.

QVIDAM reſpondent: Quia in prima operatione cognoſcuntur termini, in ſecunda connexio: Exempli gratia. Cùm dicimus homo eſt animal, per primam operationem cognoſcimus quid ſit animal, quid homo; non identitatem animalis & hominis, ſed tantùm accedente iudicio, quo deinde cognoſcimus terminos & connexionem eorumdem.

Connexio terminorũ eſt primæ operationis non ſecundæ.

Contrà: Cognitio terminorum & connexionis eſt per primam operationem. Patet, quia cùm per ſecundam operationem ferimus iudicium de aliquo, debemus priùs apprehendere terminos & connexionem, & deinde iudicium ferre, ergo non ideo veritas eſt in ſecunda magis quàm in prima, quia in ſecunda cognoſcitur connexio.

Confir. Si quis dicat, homo eſt animal, & ignoret quid ſit animal, licèt cognouerit connexionem extremorum, tamen non iudicat, an hæc propoſitio ſit vera vel falſa, nec dicit verum vel falſum, ergo.

Dicendum, cum D. Th. hîc lect. 3. Ideò veritas ſpeciali modo reperitur in ſecunda operatione, quia in illa eſt tanquam in cognoſcente, vel iudicante: in prima eſt ſicuti in eo in quo eſt verum: Idem docet 1. Part. quæſt. 16. art. 2. quod vt rectè intelligatur,

Notandum primò. Cùm dicitur in prima operatione eſſe veritatem, ſicuti in eo in quo eſt verum; idem eſſe ac in prima operatione eſſe veritatem tantùm ſubiectiuè, id eſt, aliquam cognitionem veram ſubiectari in intellectu apprehendentis: cùm dicitur in ſecunda operatione eſſe veritatem tanquam in cognoſcente, idem eſſe ac eſſe in intellectu obiectiuè, id eſt, veritatem in ſecunda operatione cognoſci & obiici ipſi intellectui iudicanti circa veritatem.

Veritas in prima operatione eſt ſubiectiuè: in ſecunda obiectiuè.

Notandum ſecundò. Veritatem cognoſci in A ſecunda operatione poſſe intelligi dupliciter, directè, & reflexè. Quòd reflexè cognoſcatur veritas in ſecunda operatione nulli dubium, cùm etiam hoc pacto cognoſcatur in prima: poteſt enim quis concipere hominem, & deinde reflectere & cognoſcere ſe verum apprehendiſſe: Dicendum ergo ideo veritatem ſpeciali modo eſſe in ſecunda operatione, quàm in prima, quia in ſecunda etiam cognoſcitur directè: quomodo autem in ſecunda operatione veritas directè cognoſcatur eſt adhuc explicandum. Ideo

Veritas in ſecunda operatione directè cognoſcitur.

Notandum tertiò. Cùm iudicamus aliquid de aliquo eodem iudicio directè nos cognoſcere veritatem, poteſt intelligi dupliciter, vel in actu ſignato, vel in actu exercito. In actu ſignato dicimus cognoſcere veritatem quando actus iudicij expreſsè intelligit veritatem ſuæ cognitionis, vt cùm quis affirmat hominem eſſe animal, & B expreſsè cognoſcit hominem hanc connexionem habere cum animali, quaſi per aliũ actum: In actu exercito eùm non per diſtinctum actum iudicat ſe bene componere, ſed eodem & quaſi implicitè cognoſcit ſe bene operari, & quodammodo quaſi reflexè: hoc autem cùm non reperiatur in prima operatione, ideo peculiari quodam modo dicitur veritas eſſe in ſecunda quàm in prima.

Veritas cognita in actu ſignato quid? quid in actu exercito?

Et ex his patet ad rationes in contrarium, nec ex iis contra nos aliquid colligitur, qui volumus veritatem reperiri in prima tantùm ſubiectiuè: obiectiuè etiam in ſecunda.

Difficultas ſolùm ſupereſt quoad falſitatem: Cùm enim veritas ſit conformitas rei cum intellectu vt diximus, & falſitas difformitas, quæri poſſet quænam diſſimilitudo conſtituat falſitatem.

Breuiter reſp. Quòd duplex eſt diſſimilitudo, alia negatiua, alia poſitiua: Negatiua eſt cùm rem concipimus inadæquatè, vt ſi quis candorem in lacte conciperet, non concipiendo dulcedinem, &c. Poſitiua diſſimilitudo eſt quando cognitio verè diſcrepat cum obiecto, & repræſentat obiectum aliter ac poſtulat; vt ſi quis conciperet vnam partem eſſentiæ, cum aliqua alia comparte ſibi incompoſſibili, vt eſſentiam hominis cum equinitate; vel ſubiectum cum aliqua paſſione quæ illi omninò diſconueniat. Quare dicimus, ad falſitatem non ſufficere diſſimilitudinem negatiuam, inde enim celebre illud effatum: Abſtrahentium non eſt mendacium; ſed requiri poſitiuam. Hactenus de interpretatione.

Quæ diſſimilitudo falſitatem conſtituit.

IN LIBROS PRIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS DISPVTATIONES, ET COMMENTARIA.

AGIT Ariſtoteles in his libris de iis quæ ad tertiam intellectus operationem pertinent, nimirum de ſyllogiſmo ac diſcurſu. Analytici dicuntur quaſi Reſolutorij, ἀνάλυσις enim idem ſignificat ac reſolutio, à verbo ἀναλύω quod eſt reſoluo. Reſolutio verò interdum naturalis, cùm compoſitum eſt naturale; interdum per intellectum, cùm compoſitum eſt per intellectum. Reſolutio per intellectum duplex, ſpeculatiua, & practica: Practica eſt cùm propoſito aliquo fine, media inquirimus ad illum adipiſcendum; vt ſi ad ſanitatis conſeruationem quænam conducant inquiramus: Speculatiua eſt, cùm propoſita aliqua concluſione illius cauſas inquirimus, & principia: ſpeculatiua reſolutio interdum Mathematica appellatur, quia ea præſertim Mathematici vtuntur, quòd ſcientia ſit maximè reſolutiua. Eſt ergo reſolutio rei propoſitæ vſque ad primam cauſarum inquiſitio. Dicitur vſque ad primam, quia ſi aliqua cauſa omittatur, vel ad indemonſtrabilem non deueniamus: Reſolutio optima non erit. Ex his

Reſolutio practica & ſpeculatiua.

Hi libri cur Analytici ſiue reſolutorij dicti Ariſtoteli.

Colligitur primò. Hos libros dici reſolutorios, quia his libris tum Priorum, tum Poſteriorum agit Ariſtoteles de ſyllogiſmo eiúſque partibus & principiis: in lib. Priorum de ſyllogiſmo vt ſic; in lib. Poſteriorum de ſyllogiſmo demonſtratiuo: & licèt in his libris procedat Ariſtoteles compoſitiua via, non reſolutiua, & incipit de terminis, ac deinceps, &c. appellauit tamen hos libros reſolutorios, quia reſolutio nobilior eſt compoſitione, cùm nos cogitando quidem componamus, non tamen reſoluimus, niſi maxima diligentia; & ruſtici ſyllogiſmum conficiunt, non tamen ſciunt reſoluere. Dicuntur ergo reſolutorij, quia de principiis agunt in quæ ſyllogiſmus reſoluitur, non quia reſolutiua methodo procedatur contra Mirandulanum.

A *Colligitur ſecundò* Obiectum in libris Priorum eſſe ſyllogiſmum non abſtractum à quacunque materia, vt recentiores quidam falsò autumant; ſed tantùm ab hac vel illa: nimirum à neceſſaria, vel à probabili. Non negauerim tamen ordinarii ſyllogiſmum hunc qui eſt obiectum horum librorum, præſertim ad materiam neceſſariam, & ad demonſtrationem. Ex quo

Colligitur tertiò. Libros hoſce ſimul cum poſterioribus vnum opus conficere contra recentiores quoſdam: Patet ex nomine, quia hi dicuntur Priores, illi Poſteriores, vt innuant dependentiam quandam, & relationem ad

B inuicem. Dicuntur verò hi libri Priores, quia in his agit Ariſtoteles de ſyllogiſmo in communi, & de reſolutione concluſionis illatiuæ in ſuas præmiſſas, ſeu de reſolutione conſequentiæ. In libris Poſteriorum agit de tali ſyllogiſmo demonſtratiuo videlicet, qui vt ſic eſt poſterior, & de reſolutione conſequentis in ſua principia, quæ cùm ſit ignorior & difficilior quàm reſolutio conſequentiæ, ideo ordine doctrinæ eſt poſterior, qui à facilioribus ad difficiliora procedit.

Diuiditur hic tractatus in duos libros. In primo agitur de natura ſyllogiſmi, de partibus, principiis, & ſpeciebus eiuſdem; de in-

C uentione medij & de reductione ſyllogiſmorum imperfectorum ad perfectos. In ſecundo agitur de paſſionibus, & proprietatibus ſyllogiſmi, de defectibus & vitiis, & de reductione aliarum ſpecierum argumentationum ad ſyllogiſmum. Nos qui plura de his in introductionibus, ſolùm agemus primò de diſcurſu, ad quem dirigendum hi libri inſtituuntur: ſecundò de natura ſyllogiſmi, tandem de eius principiis. Ideo ſit

DISPVTATIO PRIMA.

De tertia intellectus operatione.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit, & in quo formaliter conſiſtat diſcurſus.

Diſcurſus ex D. Tho. quid.

DISCVRSVS ſic à D. Th. definitur 1. Part. quæſt. 58. art. 3. Eſt motus qoidam animi de aliquo priori noto, ad aliquid poſterius vi illius prioris cognitionis notum, cùm antea ignotum eſſet. Ex hac definitione

In diſcurſu plures actus contra Scotum.

Colligitur primò. Diſcurſum plures actus includere, quod eſt contra Scotum qui vult ad diſcurſum vnum actum ſufficere, nec requiri actuum diſtinctionem; ſed ſatis eſſe virtualem eorumdem pluralitatem, vt in Angelo qui vnico actu æquiualet noſtro diſcurſui, quem tamen ipſe affirmat diſcurrere, quod omnino falſum eſt; ſic enim & Deus diceretur diſcurrere, quia vnico actu omnia intelligit, quæ nos per diſcurſum.

In diſcurſu vna cognitio cauſa alterius.

Colligitur ſecundò. Ad diſcurſum requiri, vt vna cognitio ſit cauſa alterius, & ratio quare alteri aſſentiamur. Hinc negant Theologi Deum cognoſcere vnum propter aliud, quia omnia intelligit vnico & ſimpliciſſimo actu.

Refellitur Gregorius.

Ex quo reiicitur Gregor. qui ait diſcurſum eſſe vnam cognitionem poſt aliam in 2. diſtin. 4. quæſt. 5. art. 2. Poſſumus enim habere vnam cognitionem poſt aliam, & non diſcurrere, vt ſi quis cognoſceret & rationalitatem & riſibilitatem non inferendo vnum ex alio.

Diſcurſus eſt ut motus.

Colligitur tertiò. Cùm diſcurſus dicitur D motus, ſic dici per analogiam ad motum corporis, cùm enim ex noto ad ignotum procedimus quodammodo mouemur. His ſuppoſitis ſit

Prima concluſio. Diſcurſus cùm ex vi nominis primariò importet ipſam tendentiam & viam intrinſecè, & formaliter conſtituitur per duas præmiſſas.

Prob. primò. Quia in ſyllogiſmo nil aliud eſt, quod habeat rationem viæ niſi præmiſſæ, ergo in his formaliter conſtituitur diſcurſus. Anteced. prob. quia via eſt in qua non quieſcimus; ſed vlteriùs progredimur, ſed in præmiſſis non quieſcimus: ergo, &c.

E Secundò. In concluſione non mouetur animus, ſed quieſcit, ergo concluſio non conſtituit intrinſecè & primariò diſcurſum. Conſeq. prob. Motus enim conſiderari poteſt dupliciter, vel prout eſt terminatus & abſolutus: vel prout eſt tendentia vlterior ad ſuum finem. Si conſideratur vt abſolutus, formaliter & intrinſecè dicit ipſum terminum, connotatiuè verò ipſam viam; hæc autem conſideratio non eſt motus, vt motus eſt; ſed potiùs termini acquiſiti per motum: ſi conſideratur diſcurſus vt via quædam eſt, & tendentia ad terminum: primariò & in A rectò dicit ipſam ſucceſſionem, & progreſſum ad terminum, connotatiuè verò ipſum terminum. Cùm ergo diſcurſus formaliter & intrinſecè importet tendentiam & viam, formaliter conſtituitur per præmiſſas.

Secunda concluſio oritur ex dictis. Si diſcurſus ſit aliquomodo completus, debet compleri per præmiſſas & concluſionem, imò formaliter per concluſionem, extrinſecè per præmiſſas.

Prob. Quia concluſio formaliter eſt terminus & quies, ergo ſi diſcurſus conſideratur vt completus, & prout eſt in termino, erit formaliter concluſio.

Dices: Concluſio eſt formaliter complemen- B tum diſcurſus, ergo concluſio illum integrat, ergo diſcurſus formaliter non conſiſtit in præmiſſis.

Concluſio quomodo diſcurſus complementum.

Reſp. Concluſio dicitur complementum, quia diſcurſus non eſt abſolutus & terminatus, niſi in concluſione, & concedo; quod eſt eſſe complementum extrinſecè. Quòd ſi concluſio intelligatur eſſe complementum diſcurſus intrinſecè, nego: eſſentia enim diſcurſus non eſt completa intrinſecè in concluſione, ſed in eſſe viæ, id eſt in præmiſſis.

Vrgebis, animus tunc eſt perfectus cùm eſt in termino, ergo diſcurſus non poteſt dici perfectus, niſi in concluſione, ergo intrinſecè ha- C bet complementum à concluſione.

Motus complementum in eo quod minimè completur.

Reſp. In iis quæ ſunt motus eſſentialiter, eorum ratio formalis conſiſtit, vt ponant ſubiectum formaliter in potentia: & ratio eſt, quia eorum perfectio eſt illud eſſe in potentia, quia tunc ſunt quando ſubiectum eſt in motu; cùm verò ſubiectum perficitur & eſt in termino, tunc ceſſat illorum eſſentia; eſt ergo eorum complementum eſſe incompletum: ſed hoc fuſiùs in Phyſicis.

SECTIO II.

Quæ ſit tertia intellectus operatio, an eadem cum diſcurſu, & in quo formaliter conſiſtat.

RATIO difficultatis: Quia communiter pro eodem ſumitur diſcurſus & tertia operatio. Sit igitur

Prima propoſitio. Eſſentia tertiæ operationis formaliter perficitur in concluſione.

Prob. Quia tertia operatio non poſſunt eſſe formaliter præmiſſæ, ergo concluſio. Anteced. patet, quia præmiſſæ ſunt mera iudicia, ſed concluſio addit aliquid ſupra iudicium, ergo tertia operatio non ſunt formaliter præmiſſæ. Minor probatur, quia tertia operatio non ſolùm iudicat vnum eſſe connexum cum alio, ſed eſſe tale, quia fuit coniunctum cum alio; hoc eſt nedum maiorem extremitatem coniunctam eſſe cum minori, ſed vtramque vnicam eſſe cum medio.

Dices: Præmiſſas aliquid addere ſupra iudicium, ſunt enim taliter diſpoſitæ.

Contrà. Illa enim talis diſpoſitio non facit niſi quod medium bis prædicetur, aut ſubiiciatur, quod altera præmiſſa ſit vniuerſalis, altera particularis, & non eximit præmiſſas à ratione ſecundæ operationis, ergo illa diſpoſitio non facit, vt præmiſſæ poſſint dici tertia operatio. Antecedens patet, quia tunc ſe-

A

eunda operatio euadit tertia, cùm infert connexionem tertij, ſed per diſpoſitionem præmiſſarum formaliter non infertur tertium, ergo.

Secundò prob. concluſio. Iudicium illatiuum non eſt prima nec ſecunda operatio, ergo tertia: ſed iudicium illatiuum habetur ſolùm in concluſione, ergo ſola concluſio eſt tertia operatio non præmiſſæ: Maior patet, quoad primam partem, quoad ſecundam probatur, ſecunda operatio eſt purum iudicium affirmatiuum vel negatiuum, & iudicium illatiuum eſt aliquid ſupra affirmationem & negationem, ergo eſt aliquid ſupra ſecundam operationem.

B

Dices: Sicut ſe habet ſecunda operatio ad primam, ita tertia ad ſecundam, ſed ſecunda operatio continet primam, ergo tertia ſecundam. Sed ſecunda operatio ſunt præmiſſæ, ergo tertia operatio includit præmiſſas.

Reſp. diſting. Min. ſecunda operatio includit primam formaliter, tanquam quid conſtitutiuum, & nego: materialiter & tanquam quid requiſitum: concedo. Ita etiam tertia continet ſecundam ſeu præmiſſas.

Secunda concluſio. Tertia operatio formaliter, non eſt diſcurſus, colligitur ex præcedenti, &

C

Explicatur magis. Diſcurſus enim vt præcedenti ſect. diximus dupliciter accipi poteſt. Primò, formaliter prout dicit tendentiam, progreſſionem, & viam; & ſic formaliter non dicit concluſionem, neque eſt tertia operatio. Secundò, ſumi poteſt completiuè prout videlicet eſt terminus, & complementum illius progreſſionis, & ſic diſcurſus dicit etiam ipſam concluſionem.

Dices: Cognoſcere rem per cauſam eſt diſcurrere, ſed in concluſione cognoſcimus rem per cauſam, ergo in concloſione formaliter diſcurrimus.

D

Confir. ex communi loquendi modo. Cùm enim dicitur quod diſcurſus eſt rei cognitio per cauſam, diſcurſus videtur accipi formaliter, alioquin id dici non poſſet.

Reſp. Cùm diſcurſus dicitur cognitio rei per cauſam ſumitur diſcurſus completiuè, non formaliter: formaliter enim, ſicut non includit niſi præmiſſas, ita non eſt cognitio rei per cauſam, ſed eſt progreſſio à re nota ad ignotam, ex qua progreſſione poſtea dimanat cognitio.

E

Ad confir. Modus ille loquendi contingit frequenter in rebus, quæ ſunt via & terminus; & via ſæpe nomine termini appellatur, ſic nonnunquam calefactio dicitur calor & illuminatio lumen, ſic interdum diſcurſus dicitur tertia operatio & interdum dicitur concluſio.

A

DISPVTATIO SECVNDA.

De natura ſyllogiſmi.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit ſyllogiſmus, & an eius definitio conueniat illatiuo ſyllogiſmo, aut probatiuo tantùm, an vtrique ſimul.

SYLLOGISMVS eſt oratio in qua quibuſdam poſitis, alterum quid à poſitis neceſſe eſt contingere, eo quòd hæc ſint. ſic Ariſt. hîc cap. 1. & 1. Elench. 1.

B

Dicitur oratio, vt orationem illam ſignificat, quam idem Ariſt. definiuit 1. Periher 4. eſſe vocem ſignificatiuam cuius partes, &c.

Dicitur in qua quibuſdam poſitis, id eſt conceſſis, vt ait Alex. vel diſpoſitis, vt Albert.

C

Dicitur aliud quid: quia τὸ aliud duo importat, concluſionem, & concluſionem diſtinctam à præmiſſis: ſi enim non eſſet diſtincta à præmiſſis peteretur principium, nec ſyllogiſmus eſſet vtilis.

Dicitur. Neceſſe eſt contingere, id eſt neceſſariò ſequi, quia concluſio ex præmiſſis rectè diſpoſitis neceſſariò debet inferri, non neceſſitate quidem materiæ ſeu conſequentis, cùm in ſyllogiſmo probabili tantùm probabiliter deducatur, ſed neceſſitate illationis & conſequentiæ, formæ nimirum & figuræ.

D

Addit eò quòd hæc ſint, vt ſignificet concluſionem ſequi ex præmiſſis per ſe, ex ipſis nimirum taliter diſpoſitis, & figura ſyllogiſtica formatis.

E

Difficultas modò eſt, An hæc definitio competat ſyllogiſmo illatiuo, an probatiuo tantùm: an vtrique ſimul: ſeu quod idem eſt, An hæc definitio competat ſyllogiſmo prout abſtrahit ab omni materia, tum determinata, tum indeterminata: an ſyllogiſmo vt inuoluit materiam, licèt non dicat hanc vel illam: hinc enim diſtinctio illa orta eſt ſyllogiſmi in illatiuum, & probatiuum. Illatiuus enim eſt ſyllogiſmus quo ad formam, & in quo tantùm ſpectatur propoſitionum diſpoſitio, quæ nec verum inferat nec falſum, ex.g. A eſt B, D eſt A, ergo D eſt B. Probatiuus verò eſt, cùm aliquid colligitur verum ratione materiæ: illatiuus ſimul & probatiuus qui ex vi formæ infert aliquid, quod ſit verum. Quæſtio ergo eſt, quinam ſyllogiſmus definiatur.

Notandum primò. Difficultas facilior erit ſi videamus, an ſyllogiſmus illatiuus ſit verè ſyllogiſmus: ſi enim verus non erit, nec illi definitio ſyllogiſmi competet.

Balduinus refellitur.

Balduinus putat nedum illatiuum eſſe verum ſyllogiſmum, ſed etiam ſolum hîc definiri: Quòd ſit verè ſyllogiſmus inde exiſtimat, quia per illatiuum aliquid verè deducitur, quia ex falſis vt Ariſt. ait 2. Prior. cap. 2. poteſt deduci verum, ergo ſyllogiſmus illatiuus eſt verè ſyllo-

giſmus. Inſuper, quia Ariſt. ait ſyllogiſmum peccantem in materia eſſe verè ſyllogiſmum, ſed huiuſmodi eſt illatiuus, ergo.

Alexander. Auer. D. Thom. Econtrà Alex. Auer. D. Th. Opuſ. 48. cap. 1. volunt hîc definiri ſyllogiſmum probatiuum, quia hîc definitur ſyllogiſmus qui eſt vtilis, talis non eſt illatiuus, ergo tantùm definitur ſyllogiſmus probatiuus.

Notandum ſecundò. Syllogiſmus is dici debet qui veram ſyllogiſmi formam participat. Hinc malè recentiores quidam qui aſſerunt ſyllogiſmum illatiuum eſſe ſyllogiſmum quoad formam, & tamen non eſſe verè ſyllogiſmum, qui enim veram hominis formam participat, verè homo eſt, vt inductione patet. Syllogiſmum verò illatiuum non participare veram ſyllogiſmi formam euidenter probatur. *In ſyllogiſmo tria neceſſariò requiruntur.* In ſyllogiſmo enim tria neceſſariò requiruntur terminorum connexio; Iudicium quo iudicamus maiorem extremitatem vnitam eſſe cū minori; & diſpoſitio terminorum & Propoſitionum. Sed in illatiuo non eſt niſi ſola terminorum & propoſitionum diſpoſitio, ergo non eſt verè ſyllogiſmus, quia forma ſyllogiſmi eſt iudicium quo caret illatiuus. Antecedens probatur, quia ſyllogiſmus formaliter eſt tertia intellectus operatio, ſed iudicium eſt operatio intellectus, non illa diſpoſitio terminorum; ergo iudicium eſt formaliter ſyllogiſmus.

Confir. Quia in quolibet ſyllogiſmo debet intellectus iudicare maiorem extremitatem in eſſe minori, neque id poteſt niſi iudicet eaſdem extremitates habere connexionem cum medio termino; ergo ſyllogiſmus illatiuus qui hoc iudicio caret, caret propria forma ſyllogiſmi, nec eſt verus ſyllogiſmus.

Dices. Illa diſpoſitio ſæpe dici ſolet forma ſyllogiſmi, ergo diſpoſitio & non iudicium ſyllogiſmum conſtituit in eſſe ſyllogiſmi.

Reſp. Diſpoſitionem illam dici formam ſyllogiſmi collata cum materia ſignificata per terminos, non tamen eſt forma, quæ conſtituat tertiam operationem, ſed potiùs eſt figura quædam exterior, ſicut figura exterior hominis dicitur hominis forma, quæ cùm poſſit eſſe in ære, & marmore, ex ſe non facit niſi hominem æquiuocè: ſic ſyllogiſmus illatiuus prout tantùm dicit terminorum diſpoſitionem æquiuocè erit ſyllogiſmus; quia illi deeſt vera & eſſentialis forma quæ eſt iudicium vt diximus. His adnotatis ſit

Prima concluſio. Hîc nullo modo definitur ſyllogiſmus illatiuus.

Probatur primò. Quia non eſt verè ſyllogiſmus, ſed æquiuocè ex dictis, caret enim forma propria & eſſentiali, quæ eſt iudicium.

Secundò. Hîc definitur ſyllogiſmus qui eſt inſtrumentum ſciendi, huiuſmodi non eſt illatiuus, ergo. Probatur minor. quia caret iudicio, quo potiſſimum ſcientiam comparamus.

Secunda concluſio. Hîc definitur ſyllogiſmus illatiuus ſimul, & probatiuus.

Probatur primò. Vbicunque intercedit iudicium illatiuum ex vno in alterum, eſt probatio aliqua, ſed hoc iudicium in probatiuo ſimul & illatiuo reperitur; ergo hîc definitur.

Secundò Syllogiſmus eſt inuentus ad aliquid ſciendum ex notis, hoc autem eſt aliquid probare.

Confir. Quia ſyllogiſmus identicus non eſt

A verè ſyllogiſmus, quia nil probat ex 1. Prior. cap. 25. & ratio eſt, quia nil ſcitur diſtinctum à præmiſſis: ergo, quia debet verus ſyllogiſmus aliquid iudicare. Hinc etiam ſophiſticus ſyllogiſmus dicitur æquiuocè ſyllogiſmus, quia licèt illum aſſumat ſophiſta, quia tamen præmiſſis non aſſentitur, nec verè dicitur ſyllogizare.

Ad Balduinum reſpondetur. Ex falſis ſequi verum; putatis falſis; nego: exiſtimans veris; concedo. Eodem pacto exponendus Ariſt. cùm ait ſyllogiſmum peccantem in materia eſſe verum ſyllogiſmum.

Dices. Ariſt. ſæpe vtitur ſyllogiſmo illatiuo vt A eſt B, C eſt D, &c. ergo ex eo aliquid deducitur, nec eſt omninò inutilis.

B Reſp. Ariſtotelem vti elementis pro materia indeterminata, non quòd ille talis ſyllogiſmus ſit verè ſyllogiſmus. nemo enim aſſentitur, A eſt B.

Ex his inſuper collige ſyllogiſmum, qui ſit verè ſyllogiſmus nullomodo abſtrahere à materia, ſed neceſſariò in ſuo conceptu illam inuoluere; atque adeò vanam eſſe illam diſtinctionem ſyllogiſmi in illatiuum & probatiuum.

SECTIO II.

An concluſio ſit de eſſentia ſyllogiſmi.

C QVANDOQVIDEM à quibuſdam hæ voces confunduntur. Syllogiſmus, tertia operatio, diſcurſus, ſciendi inſtrumentum, &c. cùm non parum inter ſe differant, vt de diſcurſu & tertia operatione vidimus, & diſcurſus formaliter conſiſtat in præmiſſis; tertia operatio in concluſione: videndum nunc remanet, An concluſio ſit de eſſentia ſyllogiſmi, vel ne. Ideo

Notandum primò, ac tanquam certum ſupponendum, inſtrumentum formaliter non includere ſuum effectum, quia de ratione potentiæ actiuę eſt, non eſſe illud idem quod efficitur, *Inſtrumentum non includere ſuū effectum.* D quia antequam effectus producatur debet eſſe potentia conſtituta in ratione potentiæ, & ſi potentia non eſt, non poterit efficere illud ad quod ordinatur, vt paſſim exemplis patet.

Notandum ſecundò. Syllogiſmum poſſe conſiderari dupliciter. Primò, vt eſt tertia operatio omninò completa: Secundò, vt eſt inſtrumentum cognoſcendi, & quo quodammodo vtimur ad concluſionis veritatem inueſtigandam. *Syllogiſmus eſt inſtrumētum ſciendi ratione præmiſſarum.* Certum eſt autem ſyllogiſmum non eſſe ſciendi inſtrumentum, niſi ratione præmiſſarum prout dicit diſpoſitionem terminorum, & propoſitiones; iis enim ſic diſpoſitis deuenimus in cognitionem concluſionis: Quare vt inſtrumentum ſciendi eſt, non inuoluit intrinſecè concluſio- E nem. Vt verò integra intellectus operatio eſt, quia ſic primam, ſecundam, & tertiam operationem inuoluit, concluſio eſt de intrinſeca ratione illius. Et ratio eſt, quia vt integra intellectus operatio eſt, inuoluit iudicium tanquam formam eſſentialem ſui ipſius; & ſi non eſſet concluſio non poſſet eſſe iudicium: ſicut enim in ſecunda operatione materia ſunt res apprehenſæ per primam, forma verò eſt iudiciū compoſitiuum; ſic in ſyllogiſmo adæquatè ſumpto materia eſt antecedens & conſequens, ſeu præmiſſæ & concluſio; forma eſt iudiciū illatiuum,

A & ſicut propoſitio requirit ſubiectum & prædicatum tanquam partes materiales, compoſitionem tanquam formalem, ita ſyllogiſmus præmiſſas & concluſionem vt materiam, iudicium illatiuum tanquam formam. His adnotatis ſit

Vnica concluſio. Syllogiſmus vt inſtrumentum ſciendi eſt, non inuoluit intrinſecè in ſua ratione concluſionem: vt eſt integra intellectus operatio illam eſſentialiter inuoluit tanquam materiam.

Prima pars patet ex dictis, & etiam probatur, ſyllogiſmus vt inſtrumentum ſciendi eſt diſcurſus, ſed concluſio non eſt de intrinſeca ratione diſcurſus, ergo neque de intrinſeca ratione ſyllogiſmi.

B Secunda pars etiam patet: Syllogiſmus vt integra intellectus operatio eſt, intrinſecè & tanquam formam inuoluit tertiam operationem, ergo eſt de eius intrinſeca ratione tanquã materia (vt diximus) ſimul cum præmiſſis concluſio.

Dices. Præmiſſæ ſunt cauſa efficiens concluſionis, ergo non cauſa materialis.

Præmiſſæ cauſa efficiens & materialis quonam pacto.

Reſp. Præmiſſas eſſe cauſas efficientes prout intellectus iis vtitur ad noſcendam concluſionem: materialis cauſa erunt quatenus ſimul cum concluſione eæ ſunt circa quas verſatur iudicium illatiuum, & tertia intellectus operatio: ſeu quod idem eſt, ſunt cauſa efficiens ſi ſyllogiſmus ſpectetur vt inſtrumentum eſt: cauſa materialis ſi ſyllogiſmos ſumatur vt integra intellectus operatio eſt: Eodem pacto interpretandus Ariſtoteles, ac ſoluendę rationes omnes quæ adſtruunt concluſionem eſſe dē eſſentia ſyllogiſmi, ſeu conſtitui ſyllogiſmum per præmiſſas.

DISPVTATIO TERTIA.

De principiis ſyllogiſmi.

Sectio Prima.

Quæ ſint principia quibus nituntur ſyllogiſmi.

Concluſionis neceſſitas vnde.

DIximvs in definitione ſyllogiſmi conſequentiam neceſſariò ſequi ex præmiſſis; videndũ nunc, quid ſit quod neceſſitatem hanc pariat. Tria autem aſſignati ſolent principia ex quibus huiuſmodi neceſſitas oritur, tribus figuris correſpondentia, quæ ſicut tres figuræ magis & minus clarè concludunt, ſic & ipſa principia magis & minus nota ſunt lumine naturali: & ſicut ſecunda & tertia figura ad primam reducuntur, vt clariùs concludant, ita ſecundum & tertium principium ad primum reducuntur, & in illo innituntur tanquam omnium clariſſimo, & inde prima figura cæteris nobilior, & de hoc primo principio & prima figura agit Ariſt. hîc cap. I. & alibi ſæpe.

Dicendum primò. Primum principium in quo prima figura immediatè fundatur & ſecunda & tertia virtualiter, eſſe, *dici de omni, & dici de nullo.* Dici de omni eſt regula vniuerſalis cognita lumine naturali; ſi videlicet aliquid prædicatur de aliquo vniuerſaliter, prædicatur & de omni contento ſub illo, ex. g. ſi viuens prædicatur vniuerſaliter de animali, prædicatur de leone, equo, &c. ſub animali contentis. Dici de nullo eſt quotieſcunque aliquid de aliquo vniuerſaliter negatur, negabitur etiam de omni contento ſub illo, vt ſi de animali negetur eſſe lapidem, &c. Vniuerſaliter autem aliquid de aliquo affirmatur vel negatur; cùm apponitur ſignum vniuerſale affirmatiuum, vel negatiuum. In his duabus regulis fundatur prima figura immediatè: in regula affirmatiua modi affirmatiui, vt Barbara Darij, in ſecunda regula modi negatiui, vt celarent. Et hinc apparet cur maior

Primæ figuræ principium dici de omni.

B propoſitio in prima figura ſemper debeat eſſe vniuerſalis affirmatiua vel negatiua, ad hoc vt aliquid de aliquo vniuerſaliter vel negetur vel affirmetur. Item cur minor ſemper affirmatiua, licèt poſſit eſſe vniuerſalis vel particularis, exceptis ſapeſmo & friſeſomorum; ſufficit enim ſi oſtendatur aliquid ſub ſubiecto & cum ſubiecto connexionem aliquam habere, ſiue ſit vniuerſalis propoſitio, ſiue particularis; tam enim homo, quàm aliquis homo ſub animali continetur. Item cur concluſio poſſit eſſe vel vniuerſalis vel particularis; affirmatiua vel negatiua; ſufficit enim ſi id quod affirmatur vel negatur de ſubiecto, negetur vel affirmetur de contentis ſub illo; erit C ergo vniuerſalis concluſio, ſi enunciata in præmiſſis ſint vniuerſalia; particularis, ſi enunciata ſint particularia.

Principium ſecundæ figuræ, cum præcedenti coincidens.

Dicendum ſecundò. Principium cui ſecunda figura innititur eſſe huiuſmodi. Ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis. Quod quidem principium vel cum primo coincidit, vel ad illud facilè reducitur. Conſequens item illud dicitur quod eſt vniuerſalis in eadem linea prædicamentali: Antecedens quod ſub illo in eadem linea continetur vt diximus in introductionibus, ex. g. Omne animal mouetur, ergo & omnis homo mouetur; & ſi nullum animal eſt lapis, ergo nullus homo eſt lapis. D Quòd principium hoc cum prima regula coincidat, vel ad illam deducatur, patet; quia ſicut ex regula dici de omni, non poſſumus aſſignare aliquid ſub animali, quod ſit lapis; cùm non poſſit de animali vniuerſaliter affirmari, quod ſit lapis; ita ſi ponatur oppoſitum conſequentis quod eſt animal, & de illo negetur quod ſit lapis, id ipſum negabitur de homine, qui eſt antecedens; vt ſi dicas hoc eſt lapis, ergo non homo. Et hinc patet cur medius terminus in ſecunda figura bis debeat prædicari, & cur altera præmiſſarum debeat eſſe negatiua; in ea enim ſemper affirmandum eſt de vno ſubiecto, quod negandum de altero.

Principium tertiæ figuræ.

E *Dicendum tertiò.* Tertia figura fundatur in eo principio, quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe. Quod quidem principium intelligendum eſt largo modo, vt eodem modo ſint inter ſe, quo ſunt eadem in vno tertio. quod idem eſt ac ſi dicas, ſicut ſe habent duo ad idem ita ſe habent duo inter ſe. Et hoc principium etiam facilè reducitur ad primum: quod enim eſt idem affirmatiuè vni tertio, de illo prædicatur. Et hinc oritur primò, vt medius terminus in vtraque præmiſſa ſit ſubiectum, ideo enim maior & minor extremitas in concluſione coniunguntur, quia vtraque vel eſt idem affirmatiuè, vel vna affirmatiuè, altera negatiuè eidem

ſubiecto de quo prædicatur. Secundò ex hoc colligitur cur altera præmiſſarum debeat eſſe vniuerſalis, vt videlicet locum habear dictum de omni, & dictum de nullo. Tertiò etiam paret vtrumque principium hoc ſecundæ & tertiæ figuræ eſſe minùs euidens quàm principium primæ, ideóque poſſe vtrumque aliquo modo demonſtrati.

SECTIO II.

An ex maiori de neceſſario & minori de ineſſe ſequatur concluſio neceſſaria.

ITA docet Ariſt. cap. 10. Syllogiſmus enim conſtans ex tribus propoſitionibus appellatur ſyllogiſmus mixtus, ſi conſtet ex propoſitionibus tum neceſſariis, tum de ineſſe. Neceſſarium autem intellige neceſſarium ſimpliciter, de ineſſe id quod eſt verè contingens. Duo etiam hîc docere Ariſt. videtur. Primum ex maiori de neceſſario & minori de ineſſe, ſequi concluſionem neceſſariam: ſecundum ex maiori de ineſſe & minori neceſſaria ſequi concluſionem de ineſſe. idque in prima figura, in aliis figuris verò, id ſequi ex neceſſitate quando propoſitio illa eſt neceſſaria, quæ in reductione ad primam eſt maior, & econtrà, v. g omne animal, quod currit neceſſariò mouetur, omnis homo currit, ergo omnis homo mouetur, iſta conſequentia eſt neceſſaria. Omne animal mouetur ex hypotheſi omnis homo eſt animal, ergo omnis homo mouetur, hoc eſt contingens ex Ariſt.

Qua quidem in re Peripatetici in varias abiêre ſententias, nec defuerunt qui ab ipſo Ariſt. deſciuerint.

Prima ſententia eſt Theophraſ. apud Auer. & Themiſtij qui volunt doctrinam Ariſt. eſſe falſam.

Prob. primò. Quia concluſio ſequitur debiliorem partem, ſed debilior eſt minor de ineſſe, ergo concluſio debet eſſe contingens.

Secundò: Extrema vniuntur in concluſione ratione medij, ſed medium non eſt vnitum neceſſariò cum vtroque extremo, ergo neque extrema inter ſe.

Tertiò: Quoties aliqua præmiſſarum eſt negatiua, ſeu particularis, concluſio neceſſariò erit negatiua vel particularis, ergo eodem modo ſatis erit, ſi altera ſit de ineſſe, ad hoc vt concluſio ſit de ineſſe, neque requiritur vt ſit maior vel minor.

Secunda ſententia eſt omnium Peripateticorum, Alex. Auer. & aliorum. Pro noſtra ſententia

Notandum primò. Concluſionem hanc, omnis homo mouetur, dupliciter ſpectare poſſumus: Primò, vt eſt propoſitio ſimpliciter prolata, & ſic certum eſt eſſe contingentem, & de ea ſic accepta non dubitamus, nec enim homo neceſſariò mouetur: Secundò, eam ſpectare poſſumus, vt eſt deducta ex talibus præmiſſis, ex maiori videlicet de neceſſario, & minori de ineſſe, & de hac quærimus an poſſit induere neceſſitatem ſimpliciter, nedum ex ſuppoſitione. Tota autem difficultas in his ſita eſt: Primò, quomodo medius terminus neceſſariò vniatur alteri extremo, alteri verò contingenter, & poſſit

Geminus difficultatis nodus.

A vnire in concluſione illa extrema neceſſariò; ſecundò cur hoc ſit verum ratione maioris propoſitionis, non minoris.

Notandum ſecundò. Quoad primum non erit difficile probare concluſionem poſſe eſſe neceſſariam ſimpliciter, licèt minor ſit tantùm neceſſaria ex ſuppoſitione, dummodo maior ſit neceſſaria ſimpliciter.

Poteſt enim aliquid contingenter vniri cum aliquo, & aliud conſequens ad illud habere maiorem neceſſitatem & nexum: quod quidem patet cùm poſito curſu neceſſario id quod currit mouetur, & hæc eſt neceſſitas ſimpliciter, alio-
B quin poſito curſu poſſet non moueri, quod implicat.

Confir. Poſito quòd homo currat, ideo hominem currere ſolum eſt neceſſarium ex ſuppoſitione, & ſimpliciter contingens; quia homo liberè currit, & poteſt non currere: at motus non ponitur liberè, ſed poſito curſu neceſſariò ſequitur, ergo motus eſt neceſſarius ſimpliciter, neque poteſt tolli, niſi tollendo curſum. Idem patet in igne cui licèt ſit contingens applicari materiæ, tamen poſito quòd fuerit applicatus, comburere eſt ſimpliciter neceſſarium. Item poſito quòd lapis ſit riſibilis, neceſſariò eſt rationalis neceſſitate ſimplici. Quare ex his patet
C poſſe aliquid eſſe neceſſarium ſimpliciter, licèt antecedens ſit contingens, vel etiam impoſſibile.

Poteſt conſequens eſſe neceſſariũ, licèt antecedens ſit contingẽs.

Notandum tertiò. Quoad ſecundum, ratiò cur maior de ineſſe, & maior ſola ſimpliciter neceſſaria efficiat concluſionem neceſſariam in prima figura eſt, quia prima figura fundatur in dici de omni, & de nullo, & quidquid dicitur de ſubiecto vniuerſali, dicetur de inferioribus, & quidquid negatur de illo ſimul, etiam negatur de iſtis. Hoc autem locum habet in maiori in qua eſt ſubiectum vniuerſalius, in minori verò eſt aliquid contentum ſob vniuerſali: Cùm ergo id quod prædicatur de ſuperiori conueniat infe-
D riori, non verò id quod prædicatur de inferiori, conueniat ſuperiori; ideo minor neceſſaria non inferr concluſionem neceſſariam. His poſitis ſit

Cur maior propoſitio in prima figura infert concluſionem neceſſariam, non minor.

Vnica concluſio. Vera eſt doctrina Ariſt. quod ex maiori de neceſſario, & minori de ineſſe ſequatur concluſio neceſſaria.

Prob. primò. Si quid impediret, eſſet, quia ex vna parte eſt connexio de contingenti, ſed hoc non obſtat, ergo. Min. prob. in ſecundo notab. maior conceditur ab aduerſariis.

Confir. Ex impoſſibili oritur neceſſitas ſimpliciter, ergo multo magis ex vero ex ſuppoſitione. Conſeq. eſt euidens: Quia maiorem connexionem habet verum ex ſuppoſitione neceſſa-
E rium cum neceſſario ſimpliciter, quàm impoſſibile; magis enim diſtat falſum à neceſſario, quàm verum. Sed poſito impoſſibili oritur neceſſarium ſimpliciter, ergo multo magis ſi ponatur verum. Anteced. verò primum patet, poſito enim, quòd lapis ſit equus, neceſſariò ſequitur, quod ſit animal.

Secundò prob. Si falſa eſt iſta propoſitio. Homo ex eo quod currit, neceſſariò & ſimpliciter mouetur, ergo vera iſta contradictoria. Aliquis qui currit non neceſſariò & ſimpliciter mouetur, ergo currens poteſt non moueri, quod enim eſt neceſſarium ſolum ex ſuppoſitione poteſt non eſſe, ſed conſequens eſt omninò abſurdum.

Tertiò. In prima figura concluſio ſequitur A maiorem propoſitionem quæ fundatur in dici de omni, & de nullo; ex quo fit, vt quod affirmatur de toto, affirmetur de ſubiecto; ſed de toto affirmatur in maiori, ergo illa præcipuè ſpectatur.

Concluſio non perpetuò ſequitur debiliorem partẽ.

Ad primum reſpondetur. Nego maiorem, concluſionem videlicet ſequi debiliorem partem, ſed concluſio ideo erit negatiua vel particularis, quia altera præmiſſarum erit vel particularis, vel negatiua: Inualuit autem axioma illud, quia quoties in præmiſſis altera eſt particularis, vel negatiua, concluſio eſt particularis, vel negatiua, quæ cùm frequentiùs occurrant, quàm propoſitio de ineſſe, & neceſſaria, ideo fuit receptum communiter concluſio ſequitur debiliorem partem, alioquin ſi abſolutè eſſet verum, B ex altera præmiſſa cognita lumine naturali, & altera de fide quæ eſt debilior, ſequeretur concluſio de fide, quod Theologi communiter negant.

Ad ſecundum. Non eſſe neceſſarium vtrumque extremum neceſſariò cum medio vnitum eſſe, ad hoc vt extrema neceſſariò & ſimpliciter vniantur in concluſione, ſed ſatis eſt ſi neceſſitas ſit in altera parte præmiſſarum, quæ principaliùs ſpectetur in ſyllogiſmo, qualis eſt maior in prima figura.

Ad tertiũ. Negatur paritas, & ratio eſt quia ad hoc vt concluſio ſit affirmatiua, debet eſſe connexio extremorum cum medio ex vtraque parte; ſi autem ex vna parte deficit vnio, non poteſt prædicatum vniri cum ſubiecto, ſed fit propoſitio negatiua ad quam ſufficit quæcunque disiunctio: Contingentia verò & neceſſitas ſpectatur in ſola maiori: vt notabili ſecundo demonſtrauimus. Vel etiam

Reſponderi poſſet. Quia negatio eſt malignantis naturæ. Cur autem ſequatur particularis, ratio potiſſima eſt, quia extremitas quæ eſt ſub medio termino, eſt particularis, & in concluſione quod fuerat prædicatum de vniuerſali, debet prædicari de iſto ſubiecto, & ideo non poteſt eſſe concluſio vniuerſalis; quandoquidem in vna præmiſſarum fuit ſumptum aliquod particulare, vt in hoc ſyllogiſmo patet, omne rationale eſt riſibile, Petrus eſt rationalis, ergo riſibilis, & ſic in reliquis figuris.

Sectio III.

An tres ſint ſyllogiſmorum figuræ, & præſertim, an detur quarta Galeni.

VNus Valla auſus eſt aſſerere figuras eſſe tribus pauciores: & quidem extra omnium Philoſophorum conſenſum, ac dum Ariſtotelis, ſcilicet eò cecidit infelix vbi nec alicuius hactenus ſubleuantem dexteram expertus eſt, ſed nec commiſerationem.

Qui verò aſſerunt eſſe plures tribus, multi ſunt; præſertim ex medicis & Galeni ſectatoribus: quartam enim adſtruunt, quæ ſit primæ oppoſita; in qua videlicet medius terminus prædicetur in maiori, & ſubiiciatur in minori, atque vt ait Auer. maior extremitas ſit ſubiectum, minor prædicatum; alioquin ſi prædicatur maior extremitas de minori nil diuerſum inferet à prima figura; in Barbara: ſit exemplum: Omnis homo eſt animal rationale, omne animal rationale eſt riſibile, ergo omne riſibile eſt homo.

Oppoſitam tuentur Peripatetici ferè omnes cum Ariſtotele primo Prior. cap. 23. Cum quibus ſit

B *Vnica concluſio.* Galeni figura non eſt admittenda.

Prob. Vel enim concludit naturaliter; vel non: ſi naturaliter hoc fit per alias figuras: ſi innaturaliter vt ipſi volunt, ergo abiicienda eſt, quia naturalem diſcurrendi modum non iuuat, ſed potiùs extorquet intellectum, & fatigat, vt ſic ſyllogizanti patet: Vel etiam quia dum innaturaliter concludit, non differt à modis indirectè concludentibus in prima figura. Innaturalitatem autem concludendi intellige, vt rectè aduertit Zabarel. quoad formam, non quoad materiam.

Naturalitas vel innaturalitas concluſionis penes figuram, non penes materiam.

Secundò. Si danda eſt per aduerſarios quarta, ergo quinta & ſexta: poſſumus enim mutato ordine propoſitionum in ſecunda & tertia C contrarium negare vel affirmare, ſed quintam & ſextam negant omnino aduerſarij, ergo & quartam.

Dices. Variæ figuræ oriuntur ex varia terminorum & medij diſpoſitione: ſed medium quadrupliciter poteſt diſponi, ergo quadruplex figura. Minor patet.

Reſp. Si diſpoſitio medij ſit naturalis & apta, inferens naturalem concluſionem, concedo maiorem: ſi autem non naturalis, vt aduerſarij ipſi concedunt, non multiplicandæ figuræ: quandoquidem ſyllogiſmus adinuentus ſit, non quidem ad combinandas propoſitiones iis modis quibus combinari poteſt, ſed ad hoc vt intellectus expeditiùs diſcurrat, & euidentiùs diſcurrens inferat; concedimus, ergo per ſyllogiſmos D quartæ figuræ, aliquid poſſe verè concludi, neque hac ratione reiiciendam, ſed tantùm quia vel intellectum fatigat, vel quia omninò ſuperflua. Et hæc quoad libros Priorum dicta ſufficiant.

Syllogiſmus quartæ figuræ ſuperfluus, nõ fallax.

IN LIBROS POSTERIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS

DISPVTATIONES, ET COMMENTARIA.

M E T A M noſtri progreſſus iam attigimus, de Demonſtratione vltimo loco veluti de potiſſimo ſciendi iostrumento, cum Ariſt. in his libris acturi, eius naturam; principia, paſſiones & effectus conſiderabimus, de his eoim ille agit in primo libro: Secundus, quia tantùm ad definitionem ſpectat, de qua nos in introductiooe, conſultò à nobis prætermittitur.

Quodnam horum librorum adæquatum obiectum ſuprà innuimus, cùm de obiecto librorum priorum, eſſe videlicet Demonſtrationem; licèt eoim de definitione agat in ſecundo, de ea tamen non agitur vt de diſtincto ſciendi inſtrumento, vt velle videtur hic Ariſt. in Proleg. & 7. Metaph. com. 42. & Mirand. lib. 5. ſuæ Apolog. cap. 4. ſed vt eſt demonſtrationis medium: ſic docent D. Th. Niph. & Græci ferè omnes. Argumenta pro vtraque parte libens prætereo, ceu leuioris momenti rem. Duplicem in partem totam hanc tractationem diuidemus: in prima agemus de his quæ ad demonſtrationem præmittuntur, & de quibus Ariſt. initio: In ſecunda de eius eſſentia, conditionibus, & ſpeciebus; ac demum de eius effectu, omnium de ſcieotia. Ideo ſit

PARS PRIMA.

De iis quæ præcedunt Demonſtrationem.

DISPVTATIO VNICA.

De Præcognitis.

SECTIO PRIMA.

Quid Ariſtoteles primo hoc capite doceat.

OMISSIS quæ frigidè admodum hîc aggerant commentatores diſputantes quæ ſit Ariſt. mens primo hoc cap.

Dicendum, cum D. Th. Caietano & aliis, argumentari hîc Ariſtotelem contra Heraclitum

A & Democritum; tum contra Platonem; qui volebant, vel non dari ſcientiam, vel non ex præexiſtenti cognitione de nouo generari. Primum aſſerebant Heraclitus & Democritus: ſecundum Plato, qui ex reminiſcentia fieri docuerat ex iis, quæ antea intellectus agnouerat. Ariſtoteles ergo, qui de demonſtratione acturus his libris erat, contra vtriuſque partis aſſertores primo hoc capite argumentatur, vniuerſali illo axiomate. *Omnis doctrina diſcurſiua & omnis diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione*: ac ſi diceret: ſcientiam eſſe quidem cognitionem, ſed acquiſitam ex præexiſtente cauſa, nimirum cognitione: quod ſic probat. Omnis doctrina &
B omnis diſciplina ex præexiſtenti fit cognitione, ſed demonſtratiua ſcientia eſt aliqua diſciplina, ergo debet fieri ex aliqua præexiſtenti cognitione: probat maiorem inductione cùm in Mathematicis, tum in aliis facultatibus; ſingulæ enim procedunt ex certis principiis priùs cognitis ad ſuas concluſiones probandas.

Difficultas ergo eſt, quid intelligat Ariſtoteles per doctrinam diſcurſiuam: num cognitionem illam tantùm, quæ per diſcurſum habetur ex præexiſtenti fieri cognitione, an etiam omnem cognitionem intellectiuam.

Ratio dubitandi eſt, quia verbum διανοητικὴ ab aliquibus vertitur intellectiua, à nonnullis
C diſcurſiua, vtrumque videtur ſignificare.

Secundò. Quia omnis cognitio intellectiua fit ex præexiſtenti cognitione ſenſuum, ergo non ſolùm diſcurſiua.

Tertiò. Quia ideo non poſſet intelligi intellectiua, quia includeret definitionem, quæ non fit ex præexiſtenti cognitione, ſed hoc eſt falſum. Min prob. quia definitiuam cognitionem præcedit cognitio partium euiſdem definitionis, ergo & definitiua cognitio fit ex præexiſtenti cognitione. Ita argumentantur D. Th. Themiſt. licèt alibi aliter, & Philoponus. *D. Thomas. Themiſtius. Philoponus.*

D Secunda ſententia eſt Zabarel. Qui ait Ariſtotelem hic intelligere tantùm doctrinam ſyllogiſticam, non eam quæ habetur per primam intellectus operationem, aut per ſenſus: putat enim διανοητικὴ ſolùm ſignificare diſcurſiuum. *Zabarella.*

Dicendum primò. Negandum non eſt cognitiones aliquas quæ non ſunt concluſionis fieri ex præexiſtenti cognitione: Cognitio enim principiorum ex præcedenti ſenſuum cognitione generatur per inductionem, vt Ariſt. cap.

A vltimo lib. 2. & alibi docet, vbi ait aliam cognitionem haberi ex principiis priùs cognitis, & per ſyllogiſmum, aliam per inductionem factam per ſenſus, cùm ex particularibus vniuerſale concludimus.

Dicendum ſecundò. Doctrinam hîc intelligendam eam quæ fit ex diſcurſu.

Prob. Ea doctrina debet intelligi ab Ariſtotele, de qua infrà cap. 2. agit, ſed infrà ſcientiam definiit diſcurſiuam, ergo. Min. patet ex contextu.

Secundò. Doctrinam illam intellexit Ariſt. quam eodem cap. exemplis illuſtrauit, ſed exempla ſpectant ſolùm ad diſcurſiuam: ergo. B

Obiectio 1. Dices. Ergo nugatorium Ariſtotelis argumentum, atque idem infert in concluſione quod poſuerat in præmiſſis. Prob. conſequentia. Probandum illi erat demonſtrationem ex præexiſtenti fieri cognitione, hoc ipſum videtur aſſumere cùm ait, *Omnis doctrina*, &c.

Dilutio. Reſpondetur. Negando conſequentiam, & ad probationē optimè argumentatū fuiſſe Ariſtotelem. Vult enim probare dari demonſtrationem, & ex præexiſtenti fieri cognitione, & accipit pro medio termino diſcurſiuum, ſeu ſyllogiſticum, ac ſic argumentatur: Diſcurſiua cognitio ſeu ſyllogiſtica fit ex præexiſtenti cognitione, demonſtratiua cognitio eſt cognitio diſcurſiua; ergo C ex præexiſtenti fit cognitione, & adſtruit ſyllogiſmum quaſi à minori ad maius, ſi enim omnis diſcurſiua cognitio, ex cognitione præexiſtenti eſt; ergo multo magis demonſtratiua, quandoquidem plura requiruntur ad ſcientiam, & demonſtratiuam cognitionem, quàm ad alias quaſlibet cognitiones.

Obiectio 2. Dices ſecundò. Principiorum cognitio eſt vera ſcientia, & tamen non habetur per diſcurſum, ergo non omnis doctrina & diſciplina, ſeu omnis demonſtratiua ſcientia per diſcurſum comparatur.

Dilutio. Reſpondetur primò negando primam partem antecedentis: Ariſtoteles enim hîc lib. 2. cap. D vltimo apertè negat principiorum cognitionem eſſe ſcientiam. Ratio eius eſt, quia ſcientia non poteſt fieri ex ſcientia, nam ſcientia eſt cognitio certa & euidens ex certiore cognitione procedens, alioquin darentur principia euidentiora principiis primis, quod implicat.

Primorum principiorū cognitio etiam per diſcurſum. Reſp. ſecundò. Negando etiam ſecundam partem, quod nimirum principiorum cognitio non habeatur per diſcurſum: apertè enim ait Ariſt. Quando principia non ſunt ita clara, vt ſtatim propoſita ab omnibus recipiantur, principiorum cognitionem haberi per inductionem, inductio autem non eſt ſine diſcurſu: quin addo in quolibet principio primo ſemper aliquem interE cedere diſcurſum: quòd ſi prima principia ſine diſcurſu haberi autumant nonnulli, id euenit, quia diſcurſus fit quaſi imperceptibiliter ob ſummam eorum euidentiam.

Cur prima principia haberi dicuntur ſine diſcurſu. Præterea dicuntur prima principia haberi abſque diſcurſu, quia cùm inductione probamus aliquod principium per ſe notum, vix ſcimus quid diſtinctum à præmiſſis, procedendo à particularibus ad vniuerſale, & idipſum aſſumimus in præmiſſis, quod inferimus in concluſione; vt ſi quis probaret quod omnis ignis comburat, inductione ſic colligeret, & hic ignis comburit, & ille comburit; ergo omnis ignis comburit: quod non accidit in ſcientia in qua A paſſionem cognoſcimus de ſubiecto, quam in præmiſſis ignorabamus.

Ad rationes in contrariū & ad primam Zabarel. vocem illam ex Græcis interpretibus apud Ariſtotelem tantùm ſignificare partem animæ quæ operatur per diſcurſum; intellectiua verò pars vocatur à Philoſopho νοῦς hoc eſt mens.

Ad ſecundam & nos quidem dicimus cognitionem intellectiuam fieri ex ſenſuum cognitione; quod nunc docuimus eſt Ariſtotelem hîc non intelligere niſi diſcurſiuam cognitionem ob rationes allatas.

Eodem modo ad tertium. Quin addo cogniB tionem partium non eſſe cauſam efficientem cognitionis totius definitionis; ſed ad ſummum eſſe cauſam dirigentem, quod non ſufficit vt definitionis cognitio dicatur fieri ex præexiſtenti cognitione, τὸ enim, Ex, cauſam connotat effectiuam; cognitio verò partium definitionis huiuſmodi non eſt, vt meliùs videbimus ſectione ſequenti.

SECTIO II.

Quæ ſit præexiſtens cognitio, de qua Ariſtoteles loquitur.

C SVPPONENDVM eſt quod mox innuimus, quòd præcognitio eſt duplex, alia quæ dicitur agens; alia quæ dicitur dirigens. Agens ea eſt, quæ concurrit tanquam inſtrumentum ad aliam cognitionem, & hæc ſunt ſolùm præmiſſæ ſyllogiſticæ rectè diſpoſitæ; illæ enim ſunt verum inſtrumentum, quo vtimur ad cognoſcendum aliquod ignotum, & ob id dicuntur præcognitio agens; ſunt enim cauſa cur intellectus inducatur in cognitionem concluſionis. Dixi præmiſſæ rectè diſpoſitæ, quia abſque recta diſpoſitione non erunt cauſa agens, ſeu effectiua, quia non inducerent intellectum in coD gnitionem alterius: Cognitio verò dirigens ea eſt quæ poſita in intellectu non neceſſariò cogit illum alteri cognitioni aſſentiri, ſed illum iuuat ad acquirendam cognitionem ignoti, & appellari ſolet conditio ſine qua non, qualis eſt cognitio nominis prædicati & ſubiecti, quæ neceſſariò præcognoſcenda ſunt, vt cognoſcatur concluſio. Hoc ſuppoſito *Præcognitio agens & dirigens in quo differant.*

Difficultas eſt. An nomine præcognitionis intelligat Ariſtoteles tam agentem quàm dirigentem.

Ratio difficultatis ex vna parte, quia non videtur debere includi dirigens; ipſe enim probare vult dari ſcientiam, & eam fieri ex præcogniE tione, ſcientia autem non fit ex dirigente, quia hæc non efficit ſcientiam.

Ex altera parte. Non videtur comprehendi agens, quia Plato negabat ſcientiam fieri ex præcognitione agente, ſed ſolùm ex dirigente, qua intellectus excitabatur vt ille aiebat: quare Ariſtoteles petiiſſet principium ſi dixiſſet ſcientiam fieri ex præcognitione agente, & aſſumpſiſſet quod ille negabat.

Dicendum. Ariſtotelem intelligere vtramque præcognitionem tum agentem tum dirigentem.

Probatur de agente. Quia eius exempla ſunt de præmiſſis & concluſione ad probandum hoc ipſum axioma, ſed præmiſſæ ſunt cauſa agens,

ergo

ergo, &c. In contextu enim ait Mathematicam ſcientiam quæ cognoſcit, & probat ſuas concluſiones per ſyllogiſmos; Rhetoricam ſuis rationibus perſuadere.

De dirigente verò probatur. Quia docet eſſe præcognoſcendum quid nominis & quid ſubiecti, quæ non eſt cognitio agens, ſed dirigens.

Ad primam reſp. Quamuis ſcientia non fiat immediatè ex cognitione dirigente, iuuatur tamen ab illa, & talis cognitio neceſſaria eſt ad ſcientiam, licèt non tanquam cauſa, ſaltem tanquam conditio ſine qua non; ſi enim probat Ariſtoteles dari cognitionem inſtrumentariam, qualis eſt præcognitio agens; ſupponit neceſſariò dari requiſitum ad huiuſmodi inſtrumentum, quod eſt præcognitio dirigens.

Ad ſecundam. Ariſtotelem non petere principium, quia præexiſtẽs cognitio ſiue pro agente, ſiue pro dirigente ſupponit in confuſo. Petitio principij eſſet quando medius terminus aſſumptus æquè eſſet notus, ac concluſio, & eodem modo poſſet negari ab aduerſarius.

Obiectio. Dices. Si præexiſtens cognitio intelligitur tum agens, tum dirigens; ſequitur id quod fit ex præexiſtente cognitione dirigente, eſſe doctrinam, & ſcientiam, quod ſuprà negauimus.

Solutio. Reſp. Axiomatis ſenſum eſſe doctrinam fieri ex præcognitione agente includente in ſe dirigentem, non quod fiat vel ab agente vel dirigente.

Sectio III.

Quot ſint præcognitiones.

VBI Ariſt. docuit, omnem doctrinam fieri ex præexiſtenti cognitione, determinat nunc, quot ſint ea quæ præcognoſcenda ſunt, & dat duos modos præcognitionis, quid eſt, ſeu quid nominis, & quod eſt, ſeu an ſit.

Difficultas modò eſt, An ad quemcunque diſcurſum hæ neceſſariò prærequirantur, & an tantùm ſint duæ & tales, vt ad eas omnes particulares præcognitiones reuocari poſſint.

Prima ſententia eſt dicentium, præcognitiones eſſe plures duabus.

Probatur. Tot ſunt præcognitiones quot ſunt præcognita, ſed præcognita ſunt plura duobus vt dicemus; ergo & præcognitiones. Maior probatur. Quia præcognitiones & præcognita differunt vt abſtractum, & concretum: Minor probatur; quia debet præcognoſci, non ſolùm quid nominis, & an res ſit; ſed etiam quid res ſit, & propter quid.

Secundò. Quia Ariſt. eodem textu vbi dixit duas eſſe præcognitiones, ſe ipſum corrigens alias ſubdidit, vt ex contextu patet.

Tertiò. Præter præcognitionem an ſit, & quid ſit, adhuc requiritur præcognitio præmiſſarum, hæc autem eſt diſtincta ab illis duabus præcognitionibus; nam præcognitio præmiſſarum eſt complexa, illæ autem incomplexæ.

Notandum primò. Modos cognoſcendi quinque numerat Zabaſel. hîc ex Ariſtotele. Primus eſt quid nomen ſignificet, & quid eſt: Secundus, quod res ſit, ſeu an ſit, & quod eſt: Tertius quid res ſit, ſeu quid rei: Quartus, an talis ſit: Quintus, propter quid talis ſit. Inter hos quinque modos hic ordo eſt, vt modus præcognoſcẽdi quid nominis ſemper ſit præcognitio: Propter quid ſemper eſt quæſtio, quia poſt propter quid, non eſt aliud vlteriùs inquirendum, & ideo dicitur pura quæſtio. Præcognitio nominis dicitur pura præcognitio, quia ante illam non eſt alia præcognitio: Reliqui tres modi præcognoſcendi poſſunt eſſe & præcognitiones & quæſtiones; quare ſi hos modos appellare volumus nomine præcognitionis, ſunt tantùm quatuor; quia propter quid non poteſt eſſe præcognitio: ſi appellare volumus nomine quæſtionis, etiam ſunt quatuor, quia præcognitio nominis non eſt quæſtio: Ideo Ariſt. hîc cùm loqueretur de præcognitionibus omiſit modum cognoſcendi propter quid, & initio 2. libri cùm ageret de quæſtionibus, omiſit cognitionem quid nominis.

Præcognitio nominis & quid eſt pura præcognitio: propter quid pura quæſtio.

Notandum ſecundò. Licèt ergo ſint quatuor modi præcognoſcendi, quæſtio tamen eſt quot ſint neceſſarij ad quemcunque diſcurſum: Neceſſarij autem ſunt vt etiam ab aduerſarius aſſeritur, nedum præcognitio nominis, & an ſit, ſed etiam præcognitio quid rei, & præmiſſarum: Videndum nunc eſt, an hæ poſteriores præcognitiones ad duas priores reduci poſſint, vt cum Ariſt. duas præcognitiones aſſeramus. Et quod pertinet ad præcognitionem præmiſſarum reduci illam ad præcognitionem an ſit.

Probatur. Quia præmiſſarum præcognitio eſt præcognoſcere an illæ ſint veræ; ſed idem eſt quærere an præmiſſæ ſint, ac an ſint veræ, ergo. Min. prob. quia eſſe præmiſſarum & propoſitionum nullum aliud eſt, ac earum veritas; Et ratio à priori eſt, quia quærere an ſint præmiſſæ idem eſt, ac quærere an habeant talem nexum, & prædicatum, & ſubiectum ſint tali vinculo coniuncta, hoc enim eſt eſſe propoſitionum, & propoſitiones eſſe veras.

Confir. Quia an ſit præmiſſarum, vel eſt an ſit ſubiecti, vel an ſit prædicati, vel vtriuſque ſimul diuiſim, aut coniunctim: Non primum, neque ſecundum vt patet, quia eſſe prædicati aut ſubiecti, non ſolùm propoſitionem non facit, ſed neque vtriuſque diuiſim & non habentis nexum, quod etiam patet, quia poſſunt eſſe vtrique termini, & propoſitionem non habere eſſe, vt ſi dicam, homo eſt lapis, vterque terminus eſt, & propoſitio conſtans ex iſtis terminis, verè non habet eſſe, cùm ſit falſa, & falſum nuſquam ſit. His adnotatis ſit

Prima concluſio. Præcognitiones neceſſariæ ad quemcumque diſcurſum ſunt tantùm duæ, nempe quid nominis, & an ſit; ſeu quid ſit, & quod ſit.

Prob. ex Ariſt. hîc tex. 2. & eius interpretibus D. Th. Auer. &c. *D. Thomas. Auerroes.*

Secundò. Ad efficiendam ſcientiam ſatis eſt ſi ſciamus præmiſſas eſſe veras, & an ſit ſubiecti, & quid nominis eiuſdem, & paſſiones, ſed in his duabus includuntur omnes ſuperiùs allatæ præcognitiones, ergo non multiplicandæ.

Ad primum reſp. nego maiorem & ad probationem. Verum eſſe præcognita eſſe concreta præcognitionum, ſed vna præcognitio in vniuerſali poteſt denominari plura præcognita, vt an ſit, denominat enim prædicatum, ſubiectum, & præmiſſas, & ideò præcognitiones vniuerſaliter acceptæ pauciores eſſe poſſunt, quàm præcognita & præcognitiones in particulari.

A Ad ſecundum. Si quas addit Ariſt. præcognitiones, eſſe ad maiorem explicationem.

Ægidius.

Ad tertium patet ex ſecundo notando Nec refert quòd præmiſſarum præcognitio ſit complexa vel incomplexa, vt docet Ægidius, nobis ſat eſt ſi vtraque ſub præcognitione an ſit comprehendatur.

Sectio IV.

An præcognitio quid nominis eadem ſit cum præcognitione quid rei.

Zabarella. Caiet.

B HIc Zabarella & Caietanus volunt: Præcognitionem quid nominis comprehendere etiam præcognitionem quid rei.

Probatur primò. Quia Ariſt. tex. 2. Præcognitionem quid nominis appellat, quid eſt quod dicitur; cognoſcere autem quid eſt, eſt cognoſcere eſſentiam rei.

Secundò. In demonſtratione propter quid non ſufficit præcognitio nominis, ſed requiritur præcognitio quid rei, quandoquidem in ea medium eſt definitio, quæ rei eſſentiam explicat.

C Tertiò. Præcognitio nominis non differt à præcognitione quid rei; Probatur: Non poteſt cognoſci quid ſignificet nomen, niſi cognoſcatur res per illud ſignificata, quæ eſt eſſentia, vt enim ſciam quid ſignificet nomen homo, neceſſe eſt vt norim hominis eſſentiam, quod ſcilicet ſit animal rationale.

Contrariam ſententiam docent communiter tum Græci, tum Latini. Cum quibus ſit

Prima concluſio. Sub præcognitione quid nominis non comprehendit Philoſophus præcognitionem quid rei.

Prob. primò. Hîc agit Ariſtoteles de præcognitionibus vniuerſaliſſimè ſumptis ad omnẽ diſcurſum neceſſariis, ſed præcognitio quid nominis eſt ad omnem diſcurſum neceſſaria, non quid rei, ergo hæc ab illa non comprehenditur.

D Secundò. Quando aſſumitur præcognitio quid rei, aſſumitur vt medium demonſtrationis, tunc autem habet eamdem præcognitionem, quam præmiſſæ, quæ eſt an ſit, ergo.

Confir. Præcognitio eſſentiæ eſt præcognitio agens, nam ſumitur, vt cauſa ad effectum probandum; Præcognitio nominis eſt præcognitio dirigens, ergo præcognitio nominis non comprehendit quid rei.

E Tertiò. Cùm Ariſtoteles dixit eſſe præcognoſcendum id quod dicitur, ait triangulum eſſe præcognoſcendum quod ſignificat; ſignificare autem eſt proprium nominis non definitionis. Denique, quia Ariſtoteles definitionem rei ſolet appellare, quid quod erat eſſe rei, non autem quid ſignificet.

Præcognitio quid nominis, & quid rei affines.

Secunda concluſio. Præcognitio quid rei aliquo modo reducitur ad præcognitionem quid nominis; confusè videlicet, qui enim cognouit quid ſignificet hæc vox homo, habet in confuſo aliquam cognitionem eſſentię hominis; nam cognitio quid rei, & quid nominis habent quandam affinitatem, & quandam diuerſitatem.

In quo differant, & in quo conueniãt ex Themiſtio & Ægidio.

Differunt primò, vt docent Themiſt. & Ægid. quia cognitio nominis eſt communiter nota; Definitio verò tantùm doctis: definitio ſignificat naturam rei diſtinctè, nomen verò confusè. Hinc vox vna plures poteſt definitiones habere, ſeu res ſignificare, res verò vnam tantùm definitionem, cùm tantùm vnum genus proximum, & vnam vltimam differentiam habeat. Tertiò, cognitio nominis poteſt perfectè tradi de aliquo accidenti abſque reſpectu ad ſubiectum: definitio eſſentialis minimè.

Conueniunt verò, quia nomina ſunt impoſita ad ſignificãdas res, & illas exprimunt, earúmque ſunt ſigna & pariunt nobis rerum cognitionem, licèt confuſam: definitio eaſdem eſſentias exprimit, ſed explicitè, & ideo qui cognoſcit quid nominis, cognoſcit quid rei proportionaliter, & rudi modo.

Ad primum reſp. Quod eſt quod dicitur ſignificare quid nominis, non quid rei, vt diximus.

Præcognitiones quæ diſcurſui cuilibet prærequiruntur, tantùm duæ.

Ad ſecundum. Argumentum tantùm probare definitionem requiri ad demonſtrationẽ potiſſimam; quod ſi concedatur nil contra nos, non enim omnis ſyllogiſmus probat effectũ per cauſam, & ideo non ſẽper requiritur cognitio quid rei, quod hîc dicimus eſt, pręcognitiones vniuerſaliſſimas quæ ad quẽlibet diſcurſum requiruntur, eſſe tantùm duas quid nominis & quod eſt.

Ad tertium, vt ſuprà, cognitionem nominis nimirum inducere nos in cognitionem rei rudi quadam cognitione & confusè non diſtinctè, quod eſt proprium definitionis.

Dices, ſi quis propria inuentione aliquam acquireret ſcientiam, is non indigeret pręcognitione quid nominis; ergo præcognitio quid nominis nõ eſt neceſſaria ad quemcunq; diſcurſum.

Reſp. hîc non agere Ariſt. de doctrina acquiſita propria inuentione, ſed de doctrina tradita à præceptore, ideò cognitionem & notitiam appellauit nomine doctrinæ & diſciplinæ prout importat eam, quæ à magiſtro habetur & ab auditoribus excipitur, ad hanc neceſſaria eſt præcognitio nominis.

Sectio V.

Quot ſint præcognita.

EX vna parte videntur præcognita eſſe plura quàm tria; Nam debent præcognoſci præmiſſæ: ſecundò dignitates, quibus fundantur præmiſſæ; tertiò ſubiectum; quartò prædicatum; quintò medius terminus, ſextò ipſa quæſtio, quæ eſt concluſio.

Ex altera verò parte videntur eſſe pauciora tribus: ſufficit enim præmiſſarum cognitio, ſi enim hæ præcognoſcuntur, concluſionem præcognoſcemus, ergo vnum præcognitum.

Dignitates apud dialecticos quæ;

Notandum primò. Ad concluſionem aliquam probandam plura poſſe concurrere quæ dicuntur præcognita. Alia enim ſunt quæ remotè ſe habent vt dignitates, poſitiones, ſeu ſuppoſitiones ad diſcentem, &c. Dignitates ſunt quædam axiomata & principia, ſeu animi conceptiones communes per ſe notæ, quæ facilè ex terminorũ apprehenſione apparent eſſe veras, & non poſſunt negari ſine animi obſtinatioris notâ, vt omne totum eſt maius ſua parte. Poſitiones ſeu ſuppoſitiones ſunt propoſitiones non ita communes & vniuerſales cognitæ lumine naturæ, ſed quæ à præceptoribus addiſcuntur, ſupponuntur tamen ab argumentante vt veræ; & ab aliqua alia ſcientia probari poſſunt, quæ modò ſit ſuperior,

licèt ab ea non poſſint, & vocantur ſuppoſitio- A nes ad diſcentem: Ita illas appellat Ariſt. Præcognita verò quę proximè concurrunt ſunt tria, ſubiectum, prædicatum, & præmiſſæ: Tria enim ſunt, vt ait D. Th. lect. 2. quæ præcedunt cognitionem alicuius concluſioois, Principium eiuſdem, ſubiectum, & paſſio ſeu prædicatum: e. g. Ad cognoſcendam animam eſſe immortalem, requiritur cognitio animæ, quæ eſt an ſit, & quid nominis; præterea cognoſcendum immortale, quibus cognitis diſponendus eſt medius terminus qui poteſt eſſe; carere materia; vnde fit vt duo cognoſcenda ſint ex parte quæſtionis, prædicatum nimirum, & ſubiectum, quia hæc ſunt partes quæſtionis, alterum eſt me- B dium, quo deducitur & infertur concluſio, quia tamen hoc non cognoſcitur vt terminus incomplexus, oon enim infert concluſionem, niſi connectatur cum duobus extremis, & cognoſcitur cognitione complexa, inde fit vt comprehendatur ſub cognitione præmiſſarum: his enim habitis & cognitis, impoſſibile eſt non haberi cooclusionem, & hæc eſt potiſſima ratio qua probatur, hæc præcognita proximè concurrere ad eliciendam concluſionem: Illud enim proximè ſe habet ad aliquid, quo poſito impoſſibile eſt illud non ſequi; ſed poſitis his præcognitionibus, impoſſibile eſt non ſequi concluſionem, ergo hæc præcogoita proximè ſe habent, &c. Min. prob. quia his poſitis ponitur actu inſtrumen- C tum, quod eſt ſyllogiſmus: ergo, &c.

Quæ item ſuppoſitiones ad diſcentem, & cur ita ab Ariſtotele appellatæ? *D. Thomas.*

Præcognita cur tria?

Dicendum primo Si agamus de præcognitis, quæ remotè & etiam proximè concurrere poſſunt ad cognitionem concluſionis, ſunt plura quàm tria, ſed hæc non ſunt neceſſariò præcognoſcenda.

Prima pars probatur, quia inter hæc ſunt dignitates, & prima principia & propoſitiones propriæ cuiuſcuoque concluſionis, ergo ſunt plura quàm tria; eſt enim etiam prædicatum & ſubiectum quæſtionis præcognoſcendum.

Secuoda pars prob. quia cognitio primorum principiorum non debet eſſe actualis, ergo: An- D teced. prob. quia in quocunque diſcurſu non reflectimus actualiter ad illa, ſed ſupponuntur, vt virtualiter cognita & conceſſa.

Dicendum ſecundò. Præcognita per ſe ſpectata ſine quibus cooſiſtere non poteſt concluſio, ſunt tria: ſubiectum, prædicatum, & præmiſſæ.

Prob ex Ariſt. hîc tex. 2. Rurſus ſi ponantur hæc tria habetur ſufficiens præcognitio ad concluſionem. Antecedens prob. quia ſi non eſſet ſufficiens præcognitio, ideo eſſet, quia requiritur præcognitio dignitatum, at hæc actu oon requiruntur, ergo.

Ad rationes in contrarium, & ad primam patet ex dictis. E

Ad ſecundam. Sufficiunt præmiſſæ ſolæ ſi loquamur de præcognitiooe ageote; verùm ſi de ageote ſimul & dirigeute requiritur cognitio ſubiecti & prædicati, quæ præcognitio dirigens ſemper & actu requiritur. vt ſit annexa cum agente, & nos agimus de præcognitis, quæ neceſſariò prærequiruntur ad omnem diſcurſum. Et hæc de præcognitis ſufficiant.

Præcognitio alia agens, alia dirigens.

PARS SECVNDA.

De iis quæ conſtituunt demonſtrationem.

DEFINIIT Ariſt. hîc cap. 2. demonſtrationem; eius naturam & conditiones ex fiōe colligens: etenim cùm inſtrumenta eſſe ſuum proportionatum habeant ad id cuius ſunt inſtrumenta; Ideo ad illa cognoſcenda optima via eſt, ſi eorum finis præcognoſcatur. Cùm autem finis demonſtrationis ſit ſcientia, optimè data ſcientiæ definitione, eius inſtrumeoti, quod eſt demonſtratio, naturam & definitionem colligit. Eſt autem ſcire vt ipſe docet, rem per propriam cauſam cognoſcere, ita vt aliter non poſſit ſe habere: Definit inſuper demooſtrationem ſic: Demonſtratio eſt ſyllogiſmus conſtans ex veris, primis, immediatis, notioribus & prioribus concluſione & cauſis eiuſdem; quæ definitio licèt accedat ad materiale, rectè tamen explicat demonſtrationis naturam. Quare agemus hîc de conditionibus demonſtratiuis: ſecundò, de modis dicendi: tertiò, de demooſtrationis ſpeciebus: quartò, de Regreſſu.

DISPVTATIO PRIMA.

De conditionibus demonſtrationis.

SECTIO PRIMA.

An præmiſſæ demonſtrationis debeant eſſe veræ.

DICENDVM eſt debere eſſe veras. Prob. cum Ariſt. Quia quod non eſt non ſcitur. qua io re

Notandum eſt. Illud ſcitur referendum eſſe ad concluſiooem, non ad præmiſſas, vt bonus ſit diſcurſus, ita vt ſenſus ſit, Præmiſſæ debent eſſe veræ, quia ſi eſſeot falſæ & non ens, cooclusio etiam eſſet non ens, & ideo non poſſet ſciri, quia non ens non ſcitur. Ita explicat Auer. com. 10. D. Th. lect. 4. Caiet. & communiter. Colligitur ſenſus hic ab exemplo quod adducit Ariſt. ait enim; ſciri non poſſe diametrum eſſe commenſurabilem coſtæ, quia falſum eſt, hæc autem eſt concluſio, quæ demonſtratur ab Euclide eſſe falſa lib. 10. Propoſit. 17. hæc verò concluſio ab Ariſt. dicitur non ens.

Non ens nō ſcitur quomodo intelligēdum.

Dices primò ex Ariſt. hîc 2. Prior. cap. 2. Verum concludi poſſe ex falſis, ergo etiam ſi præmiſſæ ſint falſæ poterit ex illis inferri vera concluſio, & ſic etiam ſi præmiſſæ ſint falſæ, noo per hoc concluſio erit non ens.

Secundò. De falſo & non ente poſſunt dari

multæ veræ propoſitiones, ergo de falſo poteſt A dari ſcientia.

Tertiò. Per demonſtrationem deducentem ad impoſſibile aliquid ſcimus, illud autem deducit ex falſis.

Verũ quomodo ſequi poteſt ex falſis ex D. Th.

Ad primum reſpondet D. Thom. hîc. Verum ſequi ex præmiſſis falſis quantum ad vim illatiuam & ſyllogiſmi expoſitionem, non tamen quantum ad vim probatiuam, & tanquam ex cauſa, quod enim non eſt, non poteſt eſſe cauſa eius quod eſt. Vel fortè clariùs.

Ex falſis poteſt deduci verum, quoad formam & conſequentiam, non quoad materiam & conſequens. Cùm igitur in demonſtratione vtrumque attendatur rectè, dicit Ariſt. Quod ſi præmiſſæ ſint falſæ, concluſio erit non ens, nec B poterit ſciri.

Ad ſecundum reſpondet Philoponus. Cùm ait Ariſt. quod non ens non ſcitur, intelligit ſolùm quod eo modo non ſcitur, ſicut ſcitur ens; ens enim ſcitur per aſſenſum: falſum ſcitur, ſed per diſſenſum.

Non entis cognitio duplex.

Secundò reſponderi poteſt. De falſo & non ente duplex dari poteſt cognitio. Altera eſt priuatiua, Poſitiua altera. Priuatiua eſt cùm cognoſcimus non eſſe falſum, ſeu non ens non dari; talis eſt ſcientia quam habemus de vacuo & de ſpacus imaginariis apud eos qui putant non dari. Poſitiua eſt cùm non ens exiſtimamus ens, & tenebras eſſe nigras, & vt Epicurus volebat, ſolem eſſe palmarem. De falſo igitur poteſt dari ſcien- C tia priuatiua non poſitiua, quia tunc falſum iudicamus quod ſcientiæ repugnat, cùm ſit certa & euidens cognitio.

Directè & indirectè ſcire quomodo contingat.

Ad tertium: Scire, poteſt contingere dupliciter, vel directè & per ſe, vel indirectè & per accidens. Perfectè ſcire eſt ſcire directè, cùm vel per cauſas veras inferimus concluſionem, quod fit in verâ demonſtratione. In deductione ad impoſſibile, ſi quid ſcimus indirectè ſcimus, & quaſi per accidens, quia in illa primò ex falſo inferimus falſum, deinde per deſtructionem intelligimus verum, quod non eſt perfectè ſcire, ſed per accidens, ſicut etiam ſcire per accidens appellat Auerroës concluſionem veram illatam ex præ- D miſſis falſis.

Sectio II.

Quid ſit propoſitio prima, & an idem ſit primum, immediatum, & indemonſtrabile.

Philoponus.

DISTINGVIT Philoponus propoſitiones primas ab immediatis, ac ſolùm dignitates dicit eſſe primas: reliquas verò licèt immediatæ ſint, primas dici non poſſe.

D. Thomas. Themiſtius.

Oppoſitum docent Themiſt. D. Th. & communiter.

Prima concluſio. Propoſitiones primæ non ſunt ſolæ dignitates.

Prob. primò. Quia propoſitiones primæ neceſſariò requiruntur ad demonſtrationem ex Ariſt. hic, ſed non requiruntur neceſſariò dignitates, ergo non ſolæ dignitates ſunt primæ.

Secundò. Definitio non eſt dignitas, & ex tex. 54. Definitio eſt propoſitio prima & immediata, ergo.

Secunda concluſio. Idem eſt primum, immediatum, & indemonſtrabile. Patet ex tex. 54. vbi ait principium demonſtrationis eſſe id quod A non poteſt demonſtrari, ſed prima propoſitio ex tex. 10. non poteſt demonſtrari, ergo primum eſt indemonſtrabile. Item propoſitio immediata eſt indemonſtrabilis ex cap. 3. Vbi ait immediata indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe. Immediata enim propoſitio eſt quæ medium non habet inter prædicatum & ſubiectum, & conſequenter non habet per quod demonſtrari poſſit, quia id à priori demonſtratur per aliquod medium ſui demonſtratur, & ideo immediatum eſt etiam primum.

Propoſitio immediata quæ?

Sectio III.

Quæ ſit propoſitio immediata, & an ea ſit qua non eſt alia prior.

PRIMA ſententia eſt Philoponi & Themiſtij, vt refert Toletus, id negantium.

Probant: Omnia prima principia reuocantur ad vnum, nempe quodlibet eſt aut non eſt, per quod principium poſſunt probari propoſitiones in demonſtratione in qua immediatè concurrunt, ergo immediatâ eſt alia prior.

Secondò. Immediata propoſitio eſt definitio; ſed multæ definitiones poſſunt probari, ergo & propoſitiones immediatæ. Min. prob. ex 2. Poſter. 37. vbi habetur: definitionem quæ prædicatur de definito poſſe probari per cauſam finalem, vt quod eſt aptum ad diſcurrendum eſt C rationale, homo eſt aptus ergo, &c. Item domus ſtructura eſt ad coërtendas pluuias, ergo debet conſtare ex rebus ſolidis.

Secunda ſententia eſt Ariſt. hîc: vbi habet propoſitionem immediatam eſſe illam, qua non eſt alia prior.

Propoſitio prior quot modis dici poteſt.

Notandum primò. Vnam propoſitionem dici altera priorem. Primò ratione obiecti, quia videlicet eius obiectum eſt prius obiecto alterius, vnde prior eſt hæc propoſitio Deus eſt, quàm hæc, homo eſt: homo enim in ſuo eſſe à Deo dependens eſt, quia eſt ens participatum, non tamen econtrà. Secundò, quia eius termini ſunt magis communes & vniuerſales quàm ter- D mini alterius, & ideo hæc propoſitio quodlibet eſt, aut non eſt omnibus aliis eſt prior etiam cognitis lumine naturæ, vt eſt illud, omne totum eſt maius ſua parte, quia vniuerſalius eſt eſſe ens, aut non ens quàm omne totum, &c. Tertiò, quia per vnum tanquam per cauſam probamus alteram, & priùs huic aſſentimur quàm alteri.

Propoſitio prior ſimpliciter quæ?

Notandum ſecundò. Quòd propoſitio ſimpliciter prior illa dicitur per quam tanquam per cauſam aliam probamus, & quamuis poſſimus cognoſcere vnam propoſitionem per aliam, ſi tamen non per cauſam cognoſcamus non dici- E tur ſimpliciter prior illa propoſitio per quam aliam cognoſcimus; poterit tamen vocari prior aliquo ex duobus primis modis. Vel hoc tertio modo, vt dicatur prior ſecundùm nos, quomodo propoſitiones per effectus probantes definitionem ſubiecti dicuntur priores non ſimpliciter, ſed ſecundùm nos: ſimpliciter priores ſunt eæ propoſitiones quę ſunt priores ſecundùm naturam, & in hoc ſenſu ſumitur prioritas hîc ab Ariſt. cum quo ſit

Vnica concluſio. Propoſitio immediata eſt illa qua non eſt alia prior.

Prob. ex dictis ſect. præcedẽti, quia immediata

propoſitio eſt illa quæ eſt indemonſtrabilis, ſed ſi eſſet alia, prior non eſſet indemonſtrabilis: ergo, &c.

Ad primum reſp. Illud primum principium: quodlibet eſt, aut non eſt, eſſe omnium primum prioritate communi, quia conſtat ex terminis communiſſimis, non autem prius prioritate cauſali de qua nos loquimur.

Ad ſecundum. Cum Zabatel. lib. 2. de medio demonſtrationis cap. 8. quòd nulla definitio per aliam cauſam probari poteſt ſi definitio ſit formalis. Verùm inficiandum non eſt, formalem definitionem tum in arte factis, tum in rebus naturalibus probari poſſe per cauſam finalem. Ideo melius

Propoſitio immediata.

Reſp. cum aliis. Quòd propoſitio illa dicitur immediata, ſeu illa definitio immediata dicitur, quæ non poteſt probari à priori per aliam cauſam in eodem genere cauſę quamuis poſſit in diuerſo; & ideo cùm dicitur, homo eſt animal rationale, definitio hæc dicitur immediata, quia probari non poteſt per aliam cauſam formalem, licèt poſſit per finalem, vt ſi dicam homo eſt animal rationale, quia eſt creatus ad æternam beatitudinem. Illa ergo erit definitio immediata materialis, quæ non poteſt demonſtrari per aliam cauſam materialem, & illa immediata formalis, quæ probari non poteſt per aliam cauſam formalem.

SECTIO IV.

An etiam cùm prædicatur prima paſſio de ſubiecto, ſit propoſitio immediata.

Caiet. Sotus.

AFFIRMAT Caiet. 1. Poſterior. cap. 2. & 3. Sotus ibid. & Thomiſtæ ferè omnes ex D. Th.

Prob. primò. Quia inter paſſionem & ſubiectum nil intercedit niſi definitio, ſed definitio & definitum non diſtinguuntur, ergo cùm prædicatur prima paſſio de ſubiecto eſt propoſitio immediata.

Secundò. Cùm paſſio ponitur in definitione eſt propoſitio immediata, ergo & cùm paſſio prædicatur de ſubiecto, quandoquidem ſubiectum & definitio diſtinguuntur tantùm ſecundùm noſtrum modum concipiendi.

Tertiò ex Ariſt. 8. Top. dicente, cùm probamus primam paſſionem ineſſe ſubiecto per definitionem petimus principium, ſed ſi definitio diſtingueretur à definito non eſſet petitio principij. ergo.

Secunda ſententia eſt D. Th. de Veritate quæſt. 10. art. 12. & in Elench. Vbi docet petitionem principij tunc eſſe quando definitio non eſt notior definito, vt ſe in fine eiuſdem capitis explicat. Eſt Scot. in 1. diſtinct. 2. quæſt. 2. & omnium Scotiſtarum, qui volunt cùm prædicatur prima paſſio de ſubiecto eſſe propoſitionem mediatam.

Immediatio rei & immediatio rationis.

Notandum primò. Duplicem dari immediationem: Alia dicitur immediatio rei, ſeu ſecundùm ſe. Alia rationis, ſeu ſecundùm nos. Immediatio rei eſt cùm inter ſubiectum & prædicatum, ſeu paſſionem non intercedit alia cauſa quæ ſit diſtincta ab ipſo ſubiecto: Immediatio rationis eſt, cùm nos aliquid aſſumimus probandum de ſubiecto, & inter vtrúque non adeſt medium ſaltem ratione diſtinctum. Thomiſtæ igitur volunt cũ prima paſſio prædicatur de ſubiecto eſſe immediatam immediatione rei, ſeu ſecundùm ſe, licèt non ſit immediata immediatione rationis, ſeu ſecundùm nos. Videndũ nunc eſt, an cùm prima paſſio quam ponimus eſſe diſcurſiuum in homine de homine prædicatur, verè & ſecundũ ſe: ſit immediata, vt ipſi volunt, vel mediata propoſitio vt Scotiſtæ, quandoquidem non eſſe immediatam ſecundùm nos vtrique concedunt.

Notandum ſecundò. Ideo Caiet. ait, cùm prima paſſio prædicatur de ſubiecto eſt immediata ſecundùm ſe, quia definitio non diſtinguitur à definito: ſed eſto non diſtinguatur tota definitio à toto ſubiecto vt ſic, tamen cùm adhibetur definitio in demonſtratione pro cauſa, non tota ponitur definitio, ſed eius pars; pars autem diſtinguitur à ſuo toto, & licèt non realiter ſaltem ratione ratiocinata, quod ſatis eſt, &c.

Prob. Quia non requiritur maior diſtinctio inter cauſam paſſionis & ſubiectum, quàm inter cauſam paſſionis, & ipſam paſſionem, ſed vt ſit vera demonſtratio non requiritur realis diſtinctio inter cauſam paſſionis, & ipſam paſſionem, ergo neque inter ſubiectum & cauſam. Min. patet in ſubſtantia de qua bene poſſumus probare eſſe vnam per rationem entis, ſed ratio entis non diſtinguitur realiter ab vnitate, ergo. Et hoc ipſum patet in multis paſſionibus metaphyſicis de quibus cenſentur eſſe veræ demonſtrationes, quamuis nulla ſit diſtinctio à parte rei, niſi ſola virtualis & fundamentalis. Patet etiam hoc ipſum, cùm attributa demonſtrantur de Deo, vt eſſe iuſtum, miſericordem, &c.

Confir. ex tex. 8. vbi habet tres angulos habere, poſſe demonſtrari de triangulo ex propriis & ſecundùm quid illius, id eſt ſecundùm veram cauſam, ſed hæc cauſa non eſt à parte rei, diſtincta, ſed tantùm virtualis, ergo.

Dices. Cauſa virtualis non eſt vera cauſa, ergo requiritur realis diſtinctio.

Reſp. diſtinguo anteced. cauſa virtualis non eſt vera cauſa diſtinctum producens effectum: concedo: non eſt vera cauſa quæ ſit radix formalium conceptuum & principium ſufficiens ad cognitionem ſcientificam: nego. Et ratio eſt, quia animus non quieſcit cùm quærit, An aliquid ſit vnum, niſi ſciat quod ſit ens, ergo ſignum eſt eſſe veram cauſam ſcientiæ; & hanc cauſalitatem ſolùm requirit Philoſophus, vt patet in ſupradicto exemplo de triangulo, ſi enim neceſſaria eſſet vera diſtinctio realis, non poſſet vnitas de ente reali demonſtrari.

Maior verò principalis prob. Quia potior eſt cauſa diſtinctionis inter cauſam & ſuam paſſionem, quàm inter ſubiectum & cauſam, quia cauſa reſpectu paſſionis ſe habet vt principium effectiuum, reſpectu verò ſubiecti vt cauſa formalis, & inter cauſam formalem & effectum formalem non requiritur maior diſtinctio quàm inter cauſam efficientem & effectum. Nunc ad rem noſtram: cùm propoſitio immediata duo requirat, & duos terminos diſtinctos ſaltem per intellectum, vt patet, cùm fiunt propoſitiones de Deo eiúſque attributis, & vt illi duo termini ſint per ſe coniuncti ſine vllo medio & cauſa intercedente. Ideo ſit noſtra

Vnica concluſio. Cùm prædicatur prima paſſio de ſubiecto nedum non eſt propoſitio immediata ſecundùm nos, ſed neque ſecundùm ſe. Dicitur autẽ propoſitio ſecundùm ſe immediata

non ad excludendum intellectum cùm non poſſit eſſe propoſitio abſque intellectu, ſed ad ſignificandum medium quod inter illos terminos ſic conceptos intercedit.

Probatur primò. Cùm prædicatur prima paſſio de ſubiecto inter vtrumque terminum intercedit cauſa adæquata paſſionis quæ eſt differentia per quam paſſio probari poteſt de ſubiecto, ergo non eſt immediata.

Secundò. Prima paſſio demonſtratur de ſubiecto demonſtratione propter quid, ergo non poteſt eſſe immediata.

Tertiò. Si eſſet immediata ſequeretur in demonſtratione potiſſima, in qua prima paſſio de ſubiecto demonſtratur tantùm duos eſſe terminos, & peteretur principium, quia concluſio eſſet vna ex præmiſſis.

Denique. Si quid obſtaret, eſſet, quia cauſa paſſionis non diſtinguitur ex natura rei à ſubiecto. Sed non obſtat, ergo Mi. patet ex ſecundo Notab. in quo oſtendimus diſtinctionem rationis ratiocinatæ ſufficere.

Definitionis conſideratio duplex.

Ad primum Caietani patet ex dictis. Definitio enim dupliciter ſumi poteſt, & vt explicat naturam rei, & vt eſt medium demonſtrationis: licèt autem vt explicat naturam rei, & vt totam definitionem æquè comprehendit non diſtinguatur à definito, tamen vt medium diſtinguitur à definito, quia tunc ſumitur vt pars, pars autem à toto diſtincta eſt ſaltem ratione ratiocinata, quæ diſtinctio ſatis eſt ad tollendam immediationem.

Ad ſecundum reſp. eodem modo. Ideo cùm prædicatur prima paſſio de definitione eſt immediata, quia definitio explicitè dicit cauſam, &c. non ſic ſubiectum, quod in confuſo dicit partem genericam & differentialem.

Ad tertium. Tunc petimus principium quando definitio idem prorſus ſignificat, quod nomen definiti. Aliter cùm prima paſſio demonſtratur de ſubiecto peteretur principium. Item definitio non eſſet vnus ex locis topicis. Demum neque poſſet aſſumi vt medium in demonſtratione potiſſima.

Dices primò. Ex his colligitur cùm prædicatur ſecunda paſſio de prima, & tertia de ſecunda, non eſſe propoſitionem immediatam, ſed hoc eſt falſum: ergo, &c. Sequel. prob. Quia cùm dico diſcurſiuum eſt admiratiuum inter diſcurſiuum & admiratiuum intercedit definitio diſcurſiui continens cauſam admiratiui, ergo tunc non erit propoſitio immediata.

Reſp. De iſtis concrens non poſſe dari veras definitiones, ſed deſcriptiones, & ſubiectum de quo prædicatur paſſio eſt principium ipſum formale effectiuum proprietatis & deſcriptionis, nil diſtinctum dicunt ab ipſo ſubiecto deſcripto: definitio enim diſcurſiui cadit formaliter ſupra diſcurſiuum vt ſic, quia ſub hac ratione eſt cauſa proprietatis: hoc ipſum accidit cùm prædicatur prima paſſio de differentia eſſentiali, quæ cùm habeat ſuam deſcriptionem, non tamen impeditur ne ſit propoſitio immediata, cùm prædicetur prima paſſio de ſuo principio. Et ratio eſt. Quia idem eſt deſcriptio formaliter & deſcriptum, & non eſt aſſignare aliquam partem mediam, ſeu cauſam inter prædicatū & ſubiectum, quod non contingit in rebus quæ verè definiri poſſunt: nam cùm dico homo eſt riſibilis, illa vox homo non dicit primò & per ſe ac ſimpliciter

A ter rationalitatem, ſed humanitatem in concreto quæ includit & genus & differentiam hominis: ſed cùm dico rationale, importatur primò & per ſe rationalitas, quæ eſt principium paſſionis, &c. Et cùm deſcribitur rationale, idem etiam ſignificatur formaliter, & ideo talis deſcriptio non tollit immediationem paſſionis, nec ſufficit ad probandum illam à priori. Et hoc ſenſu intelligendus Ariſt. in Top. cùm ait peti principium cùm ad probandam paſſionem aſſumitur definitio, intelligit enim deſcriptiuam non quidditatiuam.

Dices ſecundò. Riſibilitas immediatè ineſt homini, ergo homo eſt ſubiectum immediatum riſibilitatis, ergo cùm prædicatur riſibilitas de

B homine, ſi ſubiectum eſt immediatum prædicatio erit immediata: licèt reliquæ cauſæ intercedant.

Immediatio cauſæ & immediatio ſubiecti.

Reſp. Duplex eſt immediatio. Alia dicitur immediatio cauſæ: alia ſubiecti. homo eſt riſibilis, eſt propoſitio immediata immediatione ſubiecti, non immediatione cauſæ: ſicut econtrà reſpectu animalis eſt mediata, competit enim illi mediante rationalitate, ſicut ſenſibilitas homini mediante animalitate.

Sectio V.

C *An dentur propoſitiones immediatæ nedum poſitiuæ, ſed etiam negatiuæ.*

DE poſitiuis patet, vt hactenus docuimus, cùm nimirùm prædicatur pars definitionis, vel tota definitio, ſeu cùm prima paſſio prædicatur de differentia, & ſecunda paſſio de prima, & tertia de ſecunda, &c. quandoquidem inter huiuſmodi terminos nulla intercedit cauſa à ſubiecto diſtincta, per quam vnum extremum probari poſſit de alio. Difficultas modò eſt de propoſitionibus negatiuis. An aliqua propoſitio negatiua poſſit dici immediata.

Auicenna.

Negat Auicenna. Probat, cùm negatur aliquid de alio poteſt dari ratio per quam negatur definitio, nimirum ſubiecti, vel prædicati, vt homo

D non eſt equus, quia nullum animal rationale eſt equus.

D. Thomas. Auerroes. Ægidius.

Affirmat D. Th. Auer. Ægid. & ferè omnes cum Ariſt. hîc, cum quibus ſit

Vnica concluſio. Datur propoſitio negatiua immediata. Patebit ex infrà dicendis.

Propoſitiones immediatæ poſitiuæ quæ.

Notandum primò. In propoſitionibus negatiuis eodem modo philoſophandum eſſe ac in poſitiuis, & ſicut in poſitiuis illæ dicuntur immediatæ, quæ habent terminos quibus ſe ipſis innectuntur, & nulla cauſa intercedit quæ ſit à ſubiecto diſtincta: ita illæ dicuntur propoſitio-

E nes negatiuæ immediatæ, quæ habent terminos quibus ſe ipſis ſeparantur & non differunt per aliquod prius. Hoc autem prius debet eſſe aliqua ratio ſuperior à qua non valeat ſubſiſtendi conſequentia, vt loquitur Ariſt. in Poſtprædicamentis, vt ſi dicam homo, non eſt lapis, iſta propoſitio non erit immediata, quia poteſt probari per prius à quo non valet ſubſiſtendi conſequentia, nimirum per animal, ideo enim homo non eſt lapis, quia animal non eſt lapis, & animal eſt prius à quo non valet ſubſiſtendi conſequentia, quia non valet inferre eſt animal, ergo eſt homo, vt ergo aliqua propoſitio negatiua ſit

immediata, neque ſubiectum, neque prædicatum debet habere rationem aliquam ſuperiorem cui negetur prius illud extremum.

Propoſitio immediata negatiua quibus regulis cognoſci poteſt.

Notandum ſecundò. Ex præcedenti notabili ad agnoſcendas propoſitiones negatiuas immediatas has regulas tradi poſſe. Prima quando inter extrema non eſt definitio quidditatiua intercedens, deſcriptio enim non ſufficit. Secunda cùm prædicatum & ſubiectum ſe ipſis diſtinguuntur non medio aliquo tertio, de quo prius negetur prædicatum.

Ex his colligitur cùm negantur ſuprema genera abinuicem & ſupremæ rationes, vt nullum ens eſt nihil, nulla ſubſtantia eſt accidens: Secundò cùm vltimæ differentiæ ſi ſint nobis cognitæ negantur abinuicem: Tertiò, cùm vna differentia immediatè diuidens genus negatur de altera immediatè diuidente genus, eſſe propoſitiones immediatas.

Corollariũ.

Econtrà eſſe propoſitiones mediatas, cùm vna ſpecies vnius generis negatur de altero ſummo genere, vt albedo non eſt quantitas, quia probari poteſt per ſummum genus, nempe per colorem, ſeu qualitatem vt nulla qualitas vel color eſt quantitas, &c. Item quando vna ſpecies vnius generis negatur de altera alterius generis, vt homo non eſt planta, quia poteſt probari per ſuum genus, vt nullum animal eſt planta. Item quando vna ſpecies eiuſdem generis negatur de altera, vt homo non eſt equus, quia intercedit definitio. Ita docent D. Th. Ægid. & Zabarel. hîc.

D. Thomas. Ægidius. Zabarella.

Ad Auicen. reſpondetur. Si intercedit inter prædicatum & ſubiectum definitio, tunc concedo propoſitionem illam eſſe mediatam: ſed vera definitio non poteſt reperiri in omnibus, vt accidit in ſummis generibus, differentiis vltimis, &c.

Obiectio 1.

Dices primò. De ente non probantur paſſiones per definitionem, & ſi aliquid demonſtratur de illo fit per deſcriptionem, ergo deſcriptio tollit immediationem, non tantùm definitio quidditatiua.

Solutio. De ente in communi nil demonſtrari poteſt, plura de entibus in particulari.

Reſp. nego antecedens. Nil enim de ente verè demonſtrari poteſt ſaltem demonſtratione exacta quam his libris docet Ariſt. quia inter ens & eius paſſiones nil intercedit diſtinctum ab ipſo ente, quod non ſit ens. Non ſufficit deſcriptio, quia hæc nihil dicit diſtinctum ab ipſo deſcripto. Non negauerim tamen poſſe de entibus in particulari plura demonſtrari, & de ſubſtantia & de accidenti demonſtrari poſſunt paſſiones, nempe quod ſint vnum, quia ſunt ens, quia tunc fit probatio per veram cauſam.

Obiectio 2.

Dices ſecundò. Ariſt. tex. 35. ait quando extrema propoſitionis ſunt ſub aliquo toto non eſſe propoſitiones immediatas, ſed differentiæ immediatè diuidentes genus ſunt ſub aliquo toto, ergo ſi negantur ab inuicem non conſtituunt propoſitionem immediatam.

Solutio.

Reſp. Ariſt. ibi non agere de toto æqualiter diuiſo & immediatè vt eſt animal, quod diuiditur in rationale & irrationale, ſed de toto quod æqualiter deſcendit ad vtrumque, vt homo & planta quæ ſunt ſub viuente, tunc ſi negentur erit propoſitio mediata, imò adhuc erit propoſitio mediata ſi negentur abinuicem differentiæ hominis & plantæ, licèt ſe ipſis differant, quia non diuidunt immediatè genus, viuens videlicet.

Obiectio 3.

Dices tertiò: differentiæ, ſiue mediatè ſiue immediatè diuidant genus ſunt per ſe primò diuerſæ vt dictum eſt, ergo & differentiæ hominis & plantæ ſe ipſis differunt, ergo probari non poſſunt à priori, ergo conficient propoſitiones immediatas, nec refert quòd immediatè non diuidant genus.

Solutio. Ad propoſitiones negatiuas immediatas cognoſcendas duplex via.

Reſp. duplicem diximus eſſe viam ad cognoſcendas propoſitiones negatiuas immediatas: prima eſt cùm non intercedit aliqua cauſa, ſeu definitio per quam vnum negetur de alio: ſecunda, cùm non eſt aliqua ſuperior ratio cui priùs conueniat negatio vnius extremi. Modò cùm negatur differentia hominis de differentia plantæ, licèt non intercedat cauſa vel aliqua definitio, cùm per ſe primò differant, tamen eſt aliqua ratio ſuperior, de qua priùs negatur eſſe plantæ, vt nullum animal eſt planta: Omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt planta, ſeu melius. Ideo differentia hominis non eſt differentia plantæ, quia differentia animalis non eſt differentia plantæ.

Obiectio 4.

Dices quartò. Si accipiamus in abſtracto differentias, licèt non ſint immediatè ſub eodem genere, tamen propoſitiones erunt immediatæ, ergo ad propoſitionem immediatam non requiritur vt differentiæ immediatè diuidant genus; Probatur ſi dicam, rationalitas non eſt lapideitas, tunc non poterit probari per animal, quia animal non eſt rationalitas.

Gemina ſolutio.

Reſp. eodem modo. Licèt enim animal non ſit rationalitas, tamen repugnat priùs lapideitas animali, quàm rationalitati. Meliùs dicere poſſumus, quòd inter lapideitatem & rationalitatem adhuc eſt aliqua ratio ſuperior etiam in abſtracto, cui priùs repugnat lapideitas, rationi nimirum danti eſſe viuens, & rationalitas dat eſſe viuens, ideo rationalitas non eſt lapideitas.

Corollariũ.

Maneat ergo dari propoſitiones immediatas poſitiuas nedum, ſed etiam negatiuas. Item immediationem non deſumi reſpectu concluſionis, quia concluſio ab illa propoſitione immediatè colligitur, ſed ex parte ſubiecti, quia immediatio conuenit propoſitioni abſque vllo reſpectu ad concluſionem, & illa tantùm dicitur immediata, qua non eſt alia prior. Sic hæc propoſitio, homo eſt rationalis, dicitur immediata ſe ſola abſque eo quod alteri propoſitioni comparetur.

Sectio VI.

An omnis demonſtratio debeat habere propoſitiones immediatas.

1 Propoſitio dupliciter immediata actu, vel virtute.

NOTANDVM *primò.* Propoſitio immediata dupliciter dici poteſt. Primò, quæ actu immediata eſt, cùm videlicet nulla intercedit cauſa inter ſubiectum & prædicatum, qualis eſt, omnis homo eſt rationalis: Secundò, quæ eſt immediata virtute, quando ſcilicet actu propoſitiones ſunt mediatæ, facilè tamen probari poſſunt per cauſam deueniendo ad immediatam: ſic, rationale eſt riſibile, dicitur propoſitio mediata actu, immediata virtute; quia probari poteſt per diſcurſum, quod dicitur immediatè de rationali.

Notandum ſecundò. Cùm quærimus an demonſtratio requirat propoſitiones immediatas,

non loqui nos de demooſtratione potiſſima, A certum eſt enim illam requitere propoſitiones omnes immediatas actu, ſed tantùm de demonſtratione vt ſic. An videlicet vera dici poſſit demonſtratio ſyllugiſmus ille, qui conſtat ex præmiſſis ſaltem virtute immediatis.

Auerr. Sueſſan. Balduinus.

Auer. Sueſſan. tex. 10. & Balduin. affirmant perfectam demonſttatiooem conſtare debere ex immediatis, minùs perfectam poſſe habete aliquam propoſitionem mediatam.

Philoponus.

Philop. ait: ſi præmiſſæ fuerint antea demonſtratæ, eſſe veram demonſtrationem.

Zabarella.

Zabarel. de medio demonſtrationis docet, veram demooſtrationem debere conſtate ex maiori ſaltem immediata.

Thomas.

D. Th. & communiter volunt, ſufficere præ- B miſſas virtute indemonſtrabiles.

Prima concluſio. Propoſitiooes veræ demonſtrationis debent eſſe aliquo modo immediatæ.

Prob. primò ex Ariſt. hîc, qui indifferenter agens de demonſtratione, illam dicit conſtare ex immediatis, ergo in omni demooſtratione debet intereſſe aliqua immediatio.

Confir. ex eodem tex. 101. & 143. Qui ait non poſſe haberi eſſentiam niſi per principia immediata.

Secundò probatur ratione. Quia in demonſtratione intellectus quieſcit, ſed quies non datur niſi deueniatur ad vltimum & indemonſtra- C bile, ergo debet neceſſariò haberi aliqua cognitio indemonſtrabilium & immediatorum.

Secunda concluſio. Non neceſſe eſt vt in demooſtratione, de qua hîc agit Ariſt. aliqua vel vtraque propoſitio ſemper ſit immediata actu.

Prob. ex Ariſt. 1. Top. cap. 1. Vbi ait demonſtrationem conſtare ex primis immediatis, aut ex talibus quæ per aliqua principia cognita ſint, ſed eſſe cognitum per alia principia, non eſt actu eſſe immediatum, ergo demonſtratio vt ſic non neceſſariò requirit præmiſſas immediatas actu.

Secundò. Ariſt. tex. 16. non requirit vt præ- D miſſæ cognoſcantur nobiliori cognitione quàm concluſio, ergo non ſemper requiritur actualis immediatio. Conſeq. prob. quia ſi ſemper eſſent actu immediatæ præmiſſæ, ſemper cognoſcerentur nobiliori cognitione, habitu nimirum intellectus quo non cognoſceretur concluſio.

Obiectio.

Dices. Prima principia demooſtrationis debent cognoſci habitu intellectus ex Ariſt. 2. Poſter. tex. 101. ſed mediatæ propoſitiones non cognoſcuntur habitu intellectus, quia poſſunt probari à priori: ergo, &c. Rurſus principia demonſttationis debent eſſe prima ex dictis, ergo indemonſtrabilia & immediata.

Solutio.

Reſpondetur, Ariſtotelem loqui de principiis immediatis, & hæc ait debere cognoſci habitu E intellectus, non tamen quòd ad veram demooſttationem requirantur præmiſſæ, quæ ſemper cognoſcantur habitu intellectus, & actu ſint immediatæ: Cùm autem docet demonſtrationis principia debere eſſe prima, intellige actu, vel virtute.

SECTIO VII.

An præmiſſæ debeant eſſe priores & notiores.

NOTANDVM *primò.* Vt coniiciamus quid ſit prius, & notius, quid ſit eſſe per ſe notum videndum eſt. Per ſe autem notum eſſe nil aliud eſt, niſi non cognoſci per aliud, ſunt enim hæc ad inuicem contraria. Per ſe notum tripliciter diuiditur, aliud eſt per ſe notum ſecundùm naturam: aliud ſecundùm nos; aliud ſecundùm vtrumque. Propoſitio per ſe nota ſecundùm naturam, eſt quæ naturâ ſuâ non pẽdet è cognitiooe alicuius rei extra ipſam, vt cogooſcatur; licèt reſpectu noſtri poſſit pendere ex aliqua alia cognitione, ſic Deum eſſe. Per ſe notum ſecundùm nos, ſeu propoſitio nobis nota eſt, quæ non eget medio vt cognoſcatur, licèt habeat ex natura ſua per quod poſſit cognoſci, ſic homo eſt riſibilis, ignis eſt caleſactiuus, quæ propoſitiones nobis notæ ſunt: habent autem medium per quod poſſint cognoſci, nimirùm principium productiuum, & cauſam illius caloris & paſſionis. Per ſe notum ſecundùm nos, & ſecundùm naturam eſt propoſitio, quæ non eget medio, vt à nobis cognoſcatur neque pendet ab aliqua alia cognitione alterius rei extra ipſam; huiuſmodi eſt propoſitio quæ conſtat ex terminis per ſe notis, & in qua ſtatim apparet neceſſaria connexio extremorum. Sed hoc accidit dupliciter. Primò, cùm ſufficit confuſa terminorum apprehenſio, vt ſtatim præbeatur aſſenſus, & tunc erit propoſitio immediata per ſe nota maximè propriè, ſic omne proprium totum eſt maius ſua parte. Secundò, cùm requiritur diſtincta cognitio terminorum, tunc erit per ſe nota propoſitio non omnibus, ſed ſolis ſapientibus. Tales ſunt definitiones, quæ notæ ſunt & indemonſtrabiles ſecundùm nos, & ſecundùm naturam.

Per ſe notũ propriè quid? & quotuplex?

Notandum ſecundò. Notius & prius natura multipliciter dicitur, vt docet D. Th. quæſt. 1. de Veritate art. 10. & 1. Parte quæſt. 2. art. 1. Ægid. in 1. quæſt. 1. diſtinct. 2. Fland. &c. Optimus tamen explicandi modus mihi videtur quem ſuprà tetigi. Notius & prius natura eſt illud, à quo aliud dependet in eſſe, ſic 7. Metaph. 4. ſubſtantia dicitur prior accidente, quia hoc dependet ab illa, ad hoc vt ſecundùm quod eius natura poſtulat, cognoſcatur, & non è contrà: quia ſicut res ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci, quanquam ex imperfectione noſtri intellectus qui non concipit, nec ſpeculatur niſi per phantaſmata, illud prius dependeat in ſui cognitione à poſteriori, quod quidem eſt per accidens. His adnotatis, ſit

D. Thomas. Ægidius. Flandria.

Notius & prius natura quid?

Vnica concluſio. Demonſttatio propter quid debet conſtare ex prioribus, & notioribus natura, vt in ſecundo notabili docuimus, non ſecundùm nos.

Prob. primò ex tex. 11. Vbi ait demonſtrationem debere conſtare ex prioribus, quia continet cauſam concluſionis, ſed cauſa eſt, quæ eſt prior & notior natura, ergo demonſtratio debet conſtare ex prioribus & notioribus, non ſecundùm nos, ſed natura.

Secundò, quia in hoc diſtinguitur demonſtratio propter quid, à demonſtratiooe quia;

per primam enim cognoſcimus effectum per A cauſam; per ſecundam cauſam per effectum, ſed cauſa eſt notior natura, ergo demonſtratio propter quid debet habere propoſitiones notiores naturâ.

Tertiò. Demonſtratio eſt perfectiſſimus ſyllogiſmus, ergo debet accedere quantum magis poteſt ad conformitatem rei. Fiet, ſi res ſicut ſe habet in eſſe, ita cognoſcatur, vt videlicet id priori loco cognoſcatur quod prius, poſterius verò poſteriori loco, ſed prius naturâ eſt cauſa, ergo demonſtratio debet conſtare ex prioribus, & notioribus naturâ, non nobis.

Obiectio

Dices. Concluſio debet eſſe nota nobis, quia ſcientia eſt, ergo & præmiſſæ debent eſſe notiores nobis, ergo non ſecundùm naturam. B

Solutio.

Quādo poteſt, quod eſt notum natura eſſe notum nobis.

Reſp. Certum eſt præmiſſas neceſſariò nobis cognoſcendas eſſe, quia nobis pariunt ſcientiam: id autem quod negamus eſt, ita nobis eſſe notas, vt non ſint notæ ſecundùm naturam, qualis eſſet paſſio, ſi per eam demonſtraremus cauſam, quæ licèt à nobis noſceretur, non tamen diceretur nota naturâ: non enim implicat id quod eſt notum natura eſſe ſimul notum nobis, cùm à nobis aſſumitur ad aliquid ignotius inferendum.

Sectio VIII.

Cur præmiſſæ debeant eſſe priores, & notiores, expeditur preſertim Ariſt. Axioma, propter quod vnumquodque tale & illud magis.

Reſpondet Ariſtoteles, & canonem aſſignat tex. 15. quia præmiſſæ ſunt cauſa concluſionis, quare illis magis aſſentiendum eſt; *Propter quod enim vnumquodque tale & illud magis*: id eſt ſi aliquid eſt ratio, vt aliud tale ſit, multò magis & ipſum debet eſſe tale, vt ſi ignis eſt ratio cur ego ſim calidus, multo magis in ſe calidus eſſe debet: ita ſi præmiſſæ ſunt D cauſa cur aſſentiamur concluſioni, multo magis iiſdem aſſentiendum eſt: hoc ipſum maximè docet 2. Metaph. 4. vbi habet: *Vnumquodque idipſum maxime aliorum eſt, ſecundùm quod vniuocatio ineſt*: videlicet vt explicat Auer. 1. Poſter. 17. ſecundùm quod alia participant vnam rationem, ſecundùm illam dignius eſt id per quod illa alia eamdem rationem participant.

Hoc autem axioma non paucas patitur difficultates: Obiiciunt communiter, mancum videri in omni genere cauſæ; Falſum primò, in genere cauſæ materialis; Homo eſt corruptibilis E propter materiam, ergo ipſa magis corruptibilis: Falſum ſecundò, in genere cauſæ formalis. homo eſt quantus propter quantitatem, ergo ipſa eſt magis quanta: Falſum tertiò, ſæpe in genere cauſæ finalis. Ambulat propter ſanitatem, ergo ſanitas magis ambulat, Falſum quartò, in cauſa efficienti principali; Petrus eſt homo propter patrem, ergo pater magis homo: imò etiam in inſtrumentali; Ferrum eſt læue propter limam, ergo lima eſt læuior: Hinc DD. in varias abiêre ſententias.

Tolerus, Albertus, Louanienſes reiecti.

Tolerus hîc in reſponſione ad obiectiones vna limitatione contentus difficultates ſoluit, aitque tunc valere hoc axioma, quando vnum prædicatum ineſt vtrique, & vni propter alterũ, & ideo non valet homo ambulat propter ſanitatem, ergo ſanitas magis ambulat, quia ambulatio non ineſt ſanitati. Ad hanc reduci poteſt illam quam attulit Albertus, vt ſcilicet, prædicatum poſſit ſuſcipere magis & minus, & ideo non valet, Petrus exiſtit, & eſt ſubſtantia propter patrem, ergo pater magis ſubſtantia, quia ſubſtantia non ſuſcipit magis & minus. Ad hanc reducit etiam limitationem Louanienſium, vt videlicet comparatio fiat in rebus poſitiuis, & ob id non valet. Non diligo mundum propter Deum, ergo magis non diligo Deum.

Sed reuera caligauit vir alioqui doctiſſimus, quia in hoc non valet, calidum vt quatuor producit calorem vt quatuor, ergo eſt magis calidum quàm ſuus effectus; & tamen in hac reperiuntur omnes conditiones, quas ipſe requirit, vel ad ipſam reducit, vt videlicet forma intendatur, vt reperiatur in vtriſque, vt in vno propter aliud, vt in rebus poſitiuis: Miror huc etiam impegiſſe recentiorem quemdam quem prætereo.

Ruuij limitationes improbatę.

Alij & preſertim Ruuius tres putat adhibendas eſſe limitationes: Prima vt prædicatũ conueniat pluribus formaliter & vni eorum per ſe primò cæteris per participationem eius, & non aliunde. Secunda, vt ratio illa vniuocè deſcendat, & C competat aliis nomine & ratione: Tertia, vt fiat in eodem genere cauſæ; ita vt ſi illud cui per ſe primò prædicatum conuenit ſit finis, cætera ſint media ad ipſum ordinata, vt ſi illud ſit efficiens cætera ſint quaſi effectus ab ipſo procedentes.

Sed neque ſe expedit. Neque enim ſi ex vna face aliæ faces eiuſdem magnitudinis accendantur, prior magis lucebit; & tamen cum ſingulis formaliter ineſt, vni per ſe primò cæteris per participationem, lux ſingulis vniuocè conuenit, & comparatio fit in eodem genere, nimirum cauſæ efficientis.

Tertia axiomatis explicatiõ reiecta.

Quidam ex noſtris quartam addit, vt prædicata ſint diuerſa, Ideo ait falſa hæc, video propter oculos, ergo oculi magis vident. Sed iiſdem argumentis refellitur quibus Toler. & Ruu.

Areſius noſter acutiſſimè duas adhibet conditiones; Prima, vt ratio cauſandi ſit eiuſdem rationis cum effectu, ideò falſa eſt, Petrus eſt ebrius propter vinum, ergo vinum magis ebrium; quia ratio ſecundùm quam vinum inebriat non eſt ebrietas, ſed calida euaporatio: item hæc, Baculus mouetur propter brachium, ergo brachium magis mouetur, quia ratio mouendi baculum non eſt motus tantùm, ſed etiam virtus motiua animæ: Secunda, vt effectus dependeat ineſſe & conſeruari à cauſa, & ſic occurrit difficultati illi de facibus, ait enim candela à qua aliæ accenſæ ſunt, non eſt cauſa cur cæteræ adhuc luceant, neque poſteriores dependent amplius in luce à prima, à qua lumen accepêre.

Verum ſi de maiori intenſione loquimur, nec iſtæ conditiones ſufficiunt, patet clariſſimè in refractione, & reflexione ſecundùm communiorem ſententiam in qua producitur maius lumen à corpore minùs illuminato; In hoc caſu ratio cauſandi eſt eiuſdem rationis cum effectu, lumen nimirum & maius lumen dependet in conſeruari à corpore minùs illuminato & ta-

Digitized by Google

men fallit axioma.

Item. Poteſt demonſtrans elicitis præmiſſis intenſis vt duo quoad notitiam, adhibere maiorem vim ad eliciendam cognitionem concluſionis, & cùm fortiùs agat producet effectum intenſiorem, ſed per ipſum concluſio pendet in fieri & conſeruari à præmiſſis, & ratio cauſandi eſt eiuſdem rationis cum effectu, ergo hæ conditiones non ſufficiunt.

Quintum quorūdam effugium præcluſum.

Alij vt omninò ſe expediant, aiunt principium hoc eſſe verum antequam effectus producatur, non verò poſtquam effectus productus eſt: ſic præmiſſæ debent eſſe notiores concluſione antequam illam efficiant, poſtea poſſunt eſſe æquè notæ.

Sed reuera magis ſe implicant. Primò, quia certum eſt principia eſſe notiora concluſione antequam concluſio deducatur, alioquin diſcurſus non eſſet à noto ad ignotum.

Secundò. Præmiſſæ debent eſſe clariores cognitione concluſionis, ergo dum illam efficiunt; quia antea concluſio eſt omninò ignota & præmiſſę non poſſunt ad illam comparari ſecundùm maius & minus, ideo enim præmiſſæ dicuntur notiores, quia ad concluſionem iam productam comparantur.

Tertiò Ideo principia debent eſſe notiora ex Ariſtotele, quia per illa aſſentimur concluſioni, ſed cùm principia ſunt cum concluſione, tunc concluſioni aſſentimur, ergo tunc debent eſſe principia notiora.

Alij denique intelligi volunt axioma quoad maiorem perfectionem, quare

Notandum primò. Illud magis, duo poſſe in axiomate prout ad rem facit ſignificare; Primò,

Τὸ magis in axiomate Ariſtotelis quid importet.

aliquid intenſius, id eſt quod habeat formam magis intenſam, vt ego ſum calidus propter ignem, ergo ignis calidior, id eſt habet formam caloris intenſiorem: Secundò, ſignificare poteſt nobiliorem ac præſtantiorem modum, ita vt illud dicatur magis tale, quod habet ſuum eſſe modo quodam digniori ac præſtantiori. Cùm ergo illud axioma non poſſit eſſe vniuerſaliter verum quibuſlibet allatis limitationibus quoad intenſionem vt diximus, quandoquidem poſſit demonſtrans elicitis præmiſſis adhibere maiorem vim ad eliciendam cognitionem concluſionis, & tunc intenſior erit notitia concluſionis, quàm præmiſſarum; in quo caſu adhuc verificari debet axioma; illa propoſitio ad hoc vt ſit vniuerſaliter vera erit intelligenda quoad perfectiorem, & nobiliorem modum, non quoad intenſionem.

Notandum ſecundò. Iſta nobilitas poteſt dupliciter explicari. Primò, in demonſtratione po-

Nobilitas alia obiecti, alia modi tendendi.

tiſſima de qua potiſſimū loquimur, in qua principia ſunt magis nota concluſione, id eſt præſtantiori habitu quàm ſit habitus concluſionis, quia principia ex ſua natura ſunt indemonſtrabilia, & cognoſcuntur habitu intellectus, qui eſt nobilior, quàm ſcientia acquiſita per principia, & hæc nobilitas vocatur nobilitas obiecti; Secundò, non quod obiectum præmiſſarum ſit nobilius obiecto concluſionis, quia oppoſitum poteſt contingere vt in demonſtratione, quia in qua concluſio continet cauſam præmiſſæ effectum, ſed quoad modum tendendi, quia videlicet concluſio cognoſcitur dependenter à præmiſſis; præmiſſæ cognoſcuntur independenter à concluſione, nam dependens in eo in quo de-

A pendet, ignobilius eſt eo à quo dependet, & ſicut ſumma independentia dicit ſummam perfectionem, & nobilitatem vt in Deo, ita cognitio independens, vt ſic eſt nobilior quàm dependens. Erit ergo ſumma nobilitas cùm præmiſſæ erunt independentes tum ratione obiecti, tum in modo cognoſcēdi, vt accidit in demonſtratione potiſſima, in aliis ſyllogiſmis & in demonſtratione quia, cùm ſemper præmiſſæ cognoſcantur independenter à concluſione, ideo ſemper erunt concluſione nobiliores, & ſi non ex parte obiecti, ſaltem ex modo cognoſcendi.

Et in hoc ſenſu ſaluatur axioma in omni ge-

B nere cauſatum in quacunque materia ſiue logica, ſiue phyſica, ſic calidum vt octo producens calidum vt octo, dicitur magis tale, non quidem in eſſentia, ſed in modo producendi, cùm enim effectus ſit dependenter à cauſa, cauſa dicetur perfectior & nobilior & magis talis, tunc præſertim cùm prædicatum ineſt vtrique ſubiecto, & de vtroque poteſt prædicari, vt ex Philop. docuerat Tolet. His adnotatis ſit noſtra

Concluſio. Axioma illud, vt ſit verum vniuerſaliter, intelligendum eſt non quoad intenſionem, ſed quoad maiorem perfectionem, nobilitatem, & independentiam. Patet ex di-

C ctis.

Prob. Quia non eſt alius modus niſi, vel intenſionis vel nobilitatis: ſed non poteſt intelligi primo modo, ergo ſecundo.

Confir. exemplo quod affert Ariſtoteles in genere cauſæ finalis, vt cùm diligo vnum propter alium, ergo alium magis diligo, quod ſi explicetur quod intenſiùs ametur ille per quem alium diligo falſum erit, ſæpe cùm poſſit intenſiùs amari medium quàm finis, præſertim quando medium eſt magis delectabile & ſenſibile, quàm finis; ſic pueri magis amant dulcia medicamina quàm ſanitatem, patréſque ſæpius intenſiùs amant filios, licèt propter Deum, ergo

D Ariſtoteles per illud *magis* debuit intelligere, non maiorem intenſionem, ſed modum nobiliorem, ſic nobilior erit amor in Deum quàm in filios, & hoc ſenſu finis dicetur ſemper magis amari, quàm medium ametur.

Afferuntur obiectiones in contrarium, & diluuntur.

OBIICIES *primò.* Finis eſt nobilior iis quæ ſunt ad finem, ſed concluſio eſt finis reſpectu præmiſſarum, præmiſſæ medium, ergo concluſio præmiſſis nobilior.

Reſp. Præmiſſæ ſpectari poſſunt dupliciter,

E & vt medium & vt cauſa concluſionis, licèt vt medium ordinentur ad concluſionem tanquam ad finem, & ſint concluſione ignobiliores: quatenus verò ſunt cauſæ vt cognoſcatur concluſio ſunt concluſione notiores, & nobiliores, quia hæc ab illis dependet, illæ minimè.

Obiicies ſecundò. Hoc axioma etiam ſic explicatum non videtur vniuerſaliter verum. Fallit enim in cauſis efficientibus inſtrumentalibus, & exemplaribus, non enim valet, Figura eſt propter Cæſarem, ergo Cæſar eſt magis ſigura. Filius eſt propter patrem, ergo pater eſt magis filius.

Reſp. primò, Axioma eſſe verum, quando prædicatum conuenit vtrique ſubiecto. Vel

Secundò & meliùs; Axioma eſſe ſimpliciter verum abſque vlla limitatione in quocunqoe genere cauſæ etiam inſtrumentali & exemplari, quia ſemper eſt verum quòd cauſa ſecundùm eſſe cauſæ in quocunque genere caoſæ ſit oobilior ſuo effectu, quia ſemper eſt minùs dependens quàm effectus: quare huiuſmodi propoſitiones hunc ſenſum faciunt: Filius eſt propter patrem, hoc eſt Pater eſt cauſa cur filius habeat eſſe, ergo pater eſt perfectior ſuo in eſſe ipſo filio, quia pater noo habet eſſe dependenter à filio: & Cæſar eſt perfectior io ſuo eſſe causâ exemplari & nobilior quàm figura, quia vt cauſa exemplaris eſt, non dependet à figura, & ſic explicatæ omnes propoſitiones ſunt veræ.

Obiicies tertiò. Si Ariſtotelicum axioma non intelligitur de maiori intenſione vt cæteri volebant, vix explicari poteſt in quo conſiſtat hæc maior euidentia & notitia præmiſſarum, & ſi præmiſſæ debent eſſe notiores & euidentiores, nobilitas iſta & independentia non facit vt præmiſſæ ſint magis euideotes & notæ.

Confirmatur primò. Sæpe enim contingit vt antecedens ſit æquè notum ac conſequens, & vt ſuprà diximus poteſt eſſe notior concluſio, ſi maior conatus adhibeatur: ergo nobilitas & independentia non facit præmiſſas notiores.

Coofirmatur ſecundò. Quia hoc pacto idem eſſet notius & ignotius, quod implicat, præſertim ſi eadem cunclusio nota videlicet vt duo, fiat præmiſſa alterius concluſionis. Nec poteſt dici reſpectu diuerſorum, quia eadem coocluſio nota vt duo, ſi fiat præmiſſa nil intrinſecè acquirit, ergo neque maiorem euidentiam, cùm idem actus perſeueret inoariatus, & ſic eadem propoſitio diceretur notior & ignotior.

Reſp. Maior notitia & euidentia in demonſtratione potiſſima in hoc conſiſtit, vt præmiſſæ ſint notæ habitu priocipiorum, quod repugnat concluſioni: in cæteris ſyllogiſmis & demonſtrationibos adhuc præmiſſæ dicuntur notiores, non quia babeant in ſe maius lumen ad illuſtrandum intellectum, ſed quia veritas præmiſſarum magis apparet argumentanti, & in hoc ſimpliciter ſita eſt maior notitia, & euidentia in quocunque ſyllogiſmo.

Ad primam confir. Cùm contingit conſeqoens eſſe æquè notum ac antecedens, & concluſio euidentior quàm præmiſſæ, adhuc in eo caſu concluſio dicetur minùs nota & præmiſſæ notiores, neque hoc implicat: concluſio enim erit æquè nota ac præmiſſæ, ſeu etiam magis nota vel ex vi maioris conatus, vel quoad notitiam habitualem; erit tamen ſemper minùs nota quoad notitiam actualem; in illo enim ſyllogiſino qui actualiter fit, ſemper erunt præmiſſæ notiores, quia actualiter aſſumuntur ad concloſionem iofereodam, & erunt euidentiores quia ſemper ſunt cauſæ aſſenſus concluſionis, & hac ratione diceotur notiores & nubiliori modo cognitæ, cùm earum euidentia ſit fundamentum in quo nititur euidentia concluſionis.

Ad ſecundam reſpondetur. Eamdem propoſitionem poſſe eſſe notiorem & minùs notam reſpectu diuerſorum: Ad inſtantiam dico, Eſto ſit idem actus inuariatus dum concloſio fit præmiſſa, tameo dicitur euidentior, non quidem io ſe, ſed reſpectu concluſionis ad quam probandam aſſumitur, quia comparatur cum illa quæ eſt concluſio, & vt concluſio eſt, eſt minùs euidens: ſic mons dicitur magnus quia excelſus, dicetur maior ſi compararetur ad alios minores nil iotrinſecè acquiſito: ſic concluſio reſpectu huius propoſitionis cuius eſt concluſio, eſt minùs euidens; eadem ſi fiat antecedens, dicitor euidentior & nobilior reſpectu alterius concluſionis, quia aſſumitur ad ignotius patefaciendum.

Obiicies quartò ex Louanienſibus: Omnis cauſa poteſt producere effectum ſibi æqualem, ergo non ſemper præmiſſæ erunt notiores, & certiores, & ſaltem aliquando poterunt producere concluſionem æqualis certitudinis & notitiæ.

Reſpondent iidem: Antecedens eſſe verum in cauſis vniuocis: Falſum in æquiuocis: modò præmiſſæ reſpectu coocluſionis ſunt cauſæ æquiuocę, ideo ſemper notiores & certiores.

Sed contrà eſt. Æquinoca enim nedum poſſunt producere effectum æquè nobilem, ſed ſępe longè nobiliorem, vt patet in cauſis inſtrumentalibus: ſic calor & ſiccitas ſæpe producunt igem: Eodem modo præmiſſæ poterunt producere concluſionem perfectiorem io euideotia ſi nil aliud obſtaret, quàm æquiuocatio.

Reſp. ergo diſtinguendo Anteced. Omnis cauſa poteſt producere effectum ſibi æqualem quoad ſubſtantiam, & intenſionem, concedo, imò etiam perfectiorem, ſic calor calorem & etiam ignem: quoad nobilitatem & independentiam; nego, quia ſemper cauſa producens eſt magis independens quàm effectus: ſic poterunt producere præmiſſæ concluſionem æquè, aut etiam euidentiorem quoad intenſionem, non tamen quoad oobilitatem & independentiam, ex qua nobis illuceſcit veritas earumdem præmiſſarum magis quàm concluſionis.

Sectio IX.

An & quomodo demonſtratio ſit ex cauſis.

HÆc eſt poſtrema conditio qnam Ariſt. appoſuit in definitione demonſtrationis, ait enim debere conſtare ne dum ex immediatis &c. ſed etiam ex cauſis concloſionis. Ideo

Notandum primò. Cauſas omnes eſſe in duplici differẽtia: Aliæ in eſſendo & tales ſunt, quæ rem producunt quoad ſuum eſſe: Aliæ in cognoſcendo quæ ducunt nos in cognitionem alterius, ſiue ſit effectus, ſiue ſignum quodlibet, ex cuius cognitione in alterius cognitionem deuenimus, ſic ex pulſu febrim cognoſcimus. Cauſa in eſſendo. Alia vera & realis quæ realiter producit effectũ, ſic ignis ignem prodocit: Alia virtualis quæ reuera cauſa non eſt, ſed ſi res cuius dicitur cauſa poſſet produci, ab alia non produceretur: ſic immotabilitas dicitur cauſa virtualis æternitatis, non quia æternitas ſit effectus immutabilitatis, ſed ſi æternitas cauſam haberet, alia non eſſet quàm immotabilitas. Hoc cauſarum genus innuit Ariſt. in lib. de cœlo. Vbi ait, ſi ſol ſuam circulationem deberet incipere, illam inciperet ab Oriente.

Difficultas modò eſt. Quæ cauſa requiratur in demooſtratiooe, realíſne? an virtualis?

Prima ſententia eſt Louanienſium & Caiet. qui docent ſufficere cauſam virtualem.

Secunda ſententia eſt communis. Ideo ſit A

Prima concluſio. Cùm demonſtratio debeat conſtare ex cauſis cauſas intellige in eſſendo.

Prob. primò ex Ariſt. hîc lib. 1. cap. 2. Vbi ait ſcire eſſe rem per cauſam cognoſcere per quam res eſt, ſed res non eſt niſi per cauſam in eſſendo, ergo ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere, per cauſam inquam in eſſendo.

Secundò. Medium io demonſtratione eſt cauſa paſſionis, ſed cauſa paſſionis eſt cauſa in eſſendo, ergo.

Secunda concluſio. Cauſæ ex quibus debet conſtare demonſtratio in rigore, non ſunt cauſæ in eſſendo virtuales, ſed reales.

Prob. eodem medio; ſcire eſt rem per cauſam B per quam res eſt cognoſcere, ſed effectus non eſt per cauſam virtualem, ergo ſcire per cauſam virtualem, non eſt omnino ſcire.

Secundò. Cauſa virtualis æquinocè, vel ad ſummum analogicè participat rationem cauſæ, ſed in vera demonſtratione nil debet poni analogicum, vel æquiuocum, ergo non ſufficit ad veram demonſtratiooem.

Tertia concluſio. Si cauſæ nomen, & demonſtrationis non adeo ſtrictè ſumatur cauſæ virtuales pariunt aliquo modo ſcientiam, & ingredi poſſunt demonſtrationem.

Probatur: Quia eiuſmodi cauſæ ſecundùm C noſtrum modum intelligendi cum aliquo fundamento in re aliquo modo videntur influere in effectum: ſed de huiuſmodi demonſtratione quæ ex cauſis virtualibus conſtat, non loquitur hîc Ariſtoteles.

Dices. Si demonſtratio quæ conſtat ex cauſis virtualibus non eſt vera demonſtratio, ergo metaphyſica non eſt vera ſcientia; & quæ de Deo aſſerimus, & quæ de ente non in rigore ſcimus, quandoquidem ſi quid ſcimus de Deo ſcimus per cauſas virtuales, ſic etiam quæ de ente.

Reſp. Metaphyſicam non agere tantùm de Deo, ſed etiam de aliis rebus de quibus ſunt veræ demonſtrationes: De Deo autem concedimus nos, non habere ſcientiam, ſicut nec Deus D proprié eſt obiectum ſcibile, quia nec habet cauſas, nec paſſiones, nec differentiam, nec genus, cùm ſit omnino ſimpliciſſimus, ideo nec definibilis. Cognitio ergo quæ de Deo habetur, erit cognitio altioris ordinis quàm ſcientia; vel erit ſapientia quæ eſt cognitio altiſſimarum rerum & cauſarum. Fatendum tameo, licèt demonſtrationes, quæ de Deo habentur veræ demonſtrationes in rigore non ſint, falſas tamen non eſſe nec fictas, cùm habeant fundamentum in re, & ſit ſufficiens ratio cur vnum attributum dicatur cauſa, alterum effectus.

Quarta concluſio. Demonſtratio debet eſſe E per cauſas, non quidem remotas, ſed proximas.

Prob. primò. Ex Ariſt. 1. Poſter. 2. quia demonſtratio debet conſtare ex propriis, ſed cauſæ remotæ non ſunt propriæ, cùm competant pluribus, ergo.

Secundò. Cauſæ demonſtrationis debent habere neceſſariam connexionem cum effectu, & cum illo conuerti, ſed remotæ nec conuertuntur, nec neceſſariam habent connexionem, ergo remotæ non ſufficiunt; ſed requiruntur proximæ.

DISPVTATIO SECVNDA.

De propoſitionibus neceſſariis ex quibus debet demonſtratio conſtare.

DIXERAT Ariſt. cap. 2. Demonſtrationem debere conſtare ex veris; nunc cap. 4. docet ex quibus veris: dicit autem ex veris neceſſariis, quare explicanda eſt hæc neceſſitas. Ideo

Sciendum eſt, Propoſitionem veram eſſe illam cuius prædicatum ineſt ſubiecto: hæc autem connexio poteſt eſſe duplex. Prima contingens & eſt cùm ſeparatur prædicatum aliquando à ſubiecto vt Petrus currit; ſecunda neceſſaria, cùm ita propoſitio eſt vera & eius connexio inter prædicatum & ſubiectum ſit omnino indiſſolubilis, vt perpetuò coniungantur ſimul. Iſta autem neceſſitas non eſt indiuiſibilis, ſed ſuos habet gradus; in aliquibus enim eſt maior, in aliquibus minor. Ideò tres eius gradus diſtinguit Ariſtoteles. Id eſt de omni: Per ſe: & ſecundùm quod ipſum hæc docet, vt oſtendat quos neceſſitatis gradus demonſtratio in præmiſſis debeat includere. Ideo ſit

---

SECTIO I.

Quid ſit propoſitio de omni.

PROPOSITIO de omni hîc ab Ariſt cap. 4. ſic definitur: *Ea eſt quæ non eſt in aliquo quidem, & in aliquo non; aliquando quidem & aliquando non.* Id eſt quod omnibus competit ac ſemper, ita vt & vniuerſalitatem dicat temporis & ſubiecti. Hinc duplex dictum de omni docent dialectici: Primum quod dicitur Prioriſticum, & eſt illud quod ſolum requirit vniuerſalitatem ſubiecti, vt 1. Prior. cap 1. docet Ariſtoteles. Aliud quod dicitur poſterioriſticum, & eſt quod requirit vniuerſalitatem temporis, & ſubiecti, vt modò definiuimus.

Obiicies primò Non videtur ad demonſtrationem requiri vniuerſalitatem ſubiecti; quia multæ dantur demonſtrationes de Deo, de Chriſto, de Angelis qui ſecundùm probabilem ſententiam non ſunt multiplicabiles, ergo.

Reſpondetur primò. Propoſitiones de iſtis ſingularibus eſſe de omni ſaltem negatiuè, ſicut negatiuè datur de ipſis defin.tio, quia videlicet nihil ſit ſub iſtis ſubiectis cui oon conueniat prædicatum. Vel

Secundò. In prædicato de omni de quo nunc agimus, & quod ſpectat ad neceſſariam connexionem cum ſubiecto noo neceſſe eſt, vt apponatur ſignũ vniuerſale, & vt olim diximus propoſitiones indefinitas, quales eſſent eæ quas de Deo facimus, de Angelis, de Chriſto æquiualere vniuerſalibus, quæ appoſitum habeot ſignum vniuerſale: ideo vt optimè ait Caietanus, *dictum de omni ſaluatur etiam in iis quibus repugnat vniuerſalitas, vt Deus eſt æternus*, &c.

Dictum de omni etiam in iis quibus repugnat vniuerſalitas ex Caie.

Obiicies ſecundò. Nec videtur requiri vniuerſalitaté temporis, quia de ecclipſi eſſe poteſt demooſtratio, & ſæpe in exemplum affertur ab Ariſt.

Ariſt. in ſignum quod verè ſit demonſtratio, A ar lunæ non conuenit omni tempore eclipſari, ergo.

De eclipſi quomodo poſſit dari vera demõſtratio.

Reſp. Lunam dupliciter conſiderari poſſe vel eclipſabilem, vel eclipſari. Primo modo eſt vera demonſtratio: de ſecundo poteſt eſſe controuerſia. Dico tamen eclipſari Lunæ conuenire omni tempore, non continuò ſed determinato, quotieſcumque inter eam & ſolem interponitur terra: hinc poteſt dari de luna vt eclipſatur, demonſtratio, cùm nec deſit ſubiecti vniuerſalitas, vt in reſponſione ad primum; nec temporis vt modò explicauimus. Fateor tamen non eſſe huiuſmodi demonſtrationem in qua prædicatum determinato tempore conuenit ſubiecto demonſtrationem omnino in rigore, cùm nec in rigore præmiſſæ ſint vniuerſales: ad rigoroſam B enim temporis vniuerſalitatem requiritur etiam temporis continuitas.

Sectio II.

De modis dicendi per ſe.

SECVNDVS neceſſitatis gradus eſt qui continet propoſitiones quæ dicũtur per ſe. Modi autem dicendi per ſe ex Ariſt. hîc ſunt quatuor. Primus eſt cùm definitio vel pars definitionis prædicatur de definito, vt homo eſt animal, homo eſt rationalis. Secundus eſt, cùm paſſio prædicatur de ſubiecto, vt homo eſt riſibilis. Tertius quando aliquid per ſe exiſtit & non in alio. Quartus quando cauſa per ſe producit effectum, vt vulnus hominem interficit. Adduor alij alios modos ex eodem Ariſt. in Metaph. Ideo. Quintus eſſet cùm ſubiectum primò, & non ratione alterius ſuſcipit aliud, ſic materia per ſe ſuſcipit quantitatem. Sextus, cùm illud per ſe dicitur quod non eſt ab alio, ſic ſolus Deus eſt per ſe. Septimus cùm aliquod eſt tale & non ob aliam cauſam, ſic homo per ſe eſt homo. Ceterum modi dicendi per ſe duo tantùm ſunt, primus & ſecundus; tertius eſt modus potiùs producendi quàm prædicandi; Reliqui vel ad hos reducuntur, vel in his includuntur.

Modi dicẽdi per ſe quot reuera ſint.

Modi dicẽdi per accidens tres.

D

Modi dicendi per accidens ſunt tantùm tres. Primus quando aliquid ineſt alteri, nec primo nec ſecundo modo, id eſt neque vt definitio, ſeu pars definitionis, neque vt paſſio. Secundus, cùm res non exiſtit per ſe, ſed in alio. Tertius quando non eſt cauſa per ſe alicuius rei, vt Petro deambulante fulgurat. Ex his tantùm modi dicendi per ſe demonſtrationi deſeruiunt, & ex his tantùm primus & ſecundus.

Qui ſit primus modus dicendi per ſe.

E

IS ſic definitur ab Ariſt. hîc cap. 4. *Per ſe autem ſunt, quæcunque inſunt in eo quod quid eſt.* τὸ *inſunt* non ſignificat rigoroſam inhæſionem, ſed quomodocunque eſſe in alio; ſic ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur eſſe in primis, quia de primis prædicantur, ſic materia dicitur eſſe in compoſito. *Quod quid eſt* ſignificat definitionem: ſenſus ergo eſt, vt rectè Zabarella hic per ſe in primo modo dicuntur quæcunque in ſubiecto ſunt, in eo quod quid, videlicet tanquam definitio, vel pars definitionis.

Zabarella.

Ex his colligitur, quæ conditiones requirantur ad primum modum dicendi per ſe: prima eſt, vt ea quæ prædicantur, prædicentur de ſubiecto & inſint in illo; ſecunda vt propoſitio ſit naturalis; innaturalis eſſet quando ſubiectum prædicaretur, vt rationale eſt homo vt olim diximus. Tertia, vt id quod ineſt in ſubiecto eſſentialiter inſit, ſeu eſſentialiter ſubiectum conſtituat: id enim ſignificat τὸ *in eo quod quid* in definitione appoſitum. Propoſitiones ergo in primo modo dicendi per ſe ſunt hæ. Primò, cùm prædicatur tota definitio ſiue Phyſica, ſiue Metaphyſica de ſubiecto. Secundò, cùm genus proximum. Tertiò, cùm genus remotum. Quartò, cùm differentia vltima. Quintò, cùm differentia media.

Corol. 1.

Conditiones primi modi dicẽdi per ſe.

Colligitur ſecundò: Quæ propoſitiones à primo modo dicendi per ſe reiiciantur. Primo excluduntur propoſitiones omnes negatiuæ, nulla enim negatio ineſt eſſentialiter alteri ſubiecto. Secundò cùm inferius prædicatur de ſuperiori; nullum enim minus vniuerſale prædicatur de magis vniuerſali, vt animal eſt homo. Tertiò, cùm ſubiectum prædicatur in recto de paſſione, vt riſibile eſt homo.

Corol. 2.

Difficultas eſt. An etiam reiicienda propoſitio, in qua idem de ſe ipſo prædicatur, vt homo eſt homo.

Scot. quæſt. 1. vult huiuſmodi propoſitionem eſſe in primo modo dicendi per ſe.

C

Probat ex 1. Perihер. vbi Ariſt. ait, Bonum ſecundùm ſe eſt bonum, malum autem per accidens, ergo bonum de bono prædicatur per ſe, & ex 3. Metaph. 23. Vbi ait *quod homo ſecundùm ſe eſt homo.*

Nihil probat: In Metaphyſicis enim Ariſt. tantum vult hominem ſecundùm ſe eſſe hominem, id eſt, non poſſe aſſignari cauſam, cur homo ſit homo, non tamen vult ex hoc fieri propoſitionem per ſe in primo modo dicendi: ſic etiam cùm ait, Bonum ex ſe eſſe bonum; quod nimirum bonum non aliunde eſſe bonum: non autem quod ratio boni inſit per ſe in illo, & quod faciat propoſitionem per ſe.

Zabarel. lib. 1. cap. 6. Vehementer in Scotum inuehitur, atque maximè aberraſſe, quia hæc propoſitio duplici conditione caret: Primò, quia neque homo eſt in homine, quia nihil eſt in ſe ipſo: Secundò, quia homo non ponitur in definitione hominis.

Arelius noſter vult eſſe propoſitionem in primo modo dicendi per ſe, non directè ſed reductiuè.

Probat, Quia hæc propoſitio non poteſt dici per accidens, quia homo non eſt per accidens homo, ergo per ſe; non in ſecundo, ergo in primo modo dicendi; non directè, quia deeſt prima conditio, nimirum, quia prædicatum non ineſt in alio tanquam in ſubiecto.

Alij denique & communiter non eſſe propoſitionem, neque per ſe, neque per accidens. Quia identica propoſitio cùm ſit omnino nugatoria, neque erit propoſitio per ſe, nec per accidens.

Dicerem. Cùm idem prædicatur de ſe ipſo eſt propoſitio maximè per ſe.

Propoſitio idẽtica maximè per ſe & ſcientifi.

Suppono quod alibi diximus. Propoſitionem identicam nedum eſſe veram, ſed vtilem & ſcientificam, non omninò otioſam, alioquin ea.

K

illâ non vteremur vt ſæpe ſacimus, ex hac eoim A propoſitione homo eſt homo, aliqoid ſæpe colligimus. Modò ſic

Nulla deeſt conditio, ergo eſt maximè per ſe. Anteced. probatur. Ioeſſe enim vt idemmet Zabarel. ait & communiter, noo debet ſumi in rigore pro vera inhærentia, ſed prout aliquid eſt in alio quomodocunque, ſicut materia in compoſito. At homo eſt magis in ſeipſo quàm pars definitionis in definito, ergo ex hoc capite hæc propoſitio, homo eſt homo, magis eſt per ſe, quàm homo eſt rationalis.

Coofir. ex Boëtio. Qui ait huiuſmodi propoſitiooes eſſe veriſſimas & maximè per ſe, quia prædicatum eſt maximè intrinſecum ſubiecto, B cùm ſit omnino idem, & maximè ineſt.

Nec deeſt condirio altera. Ideo enim ad propoſitionem per ſe requirunt DD. & Ariſtoteles vt ponatur definitio, aut pars definitionis, vt excludatur id quod non eſt ipſum definitum, nimirum paſſio & accidentia, oon verò vt excludatur ipſum ſubiectum; Patet ex definitione (ait enim) *Per ſe dicuntur quacunque inſunt in eo quod quid*, ineſt autem io eo quod quid plus ipſum ſubiectum, quàm pars eiuſdem ſubiecti.

Nugatoria propoſitio quæ.

Quomodo autem non ſint eiuſmodi propoſitiones nugatoriæ diximus alibi: Nugatoria, enim propoſioo eſt cùm intellectus eumdem C conceptum omninò format, quia verò in huiuſmodi propoſitionibus identicis, aliud quidpiam concipimus in prædicato, quàm in ſubiecto, & illud maximè ineſt in ſubiecto; ideo cùm idem de ſe ipſo prædicatur, erit propoſitio maximè per ſe.

Obiectio 1.

Dices. Cùm prædicatur genus remotum non videtur propoſioo per ſe, homo enim eſt viuens raoone animalis, ergo non per ſe, ergo in primo modo dicendi non ponetur.

Solutio.

Reſp. diſting. conſeq. τὸ enim per ſe duplicem ſenſum facit; Primus eſt, vt contradiſtinguitur à per accidens, vel vt contradiſtinguitur ab eo quod non eſt prius; ſic homo non eſt per ſe viuens, ita vt hunc ſenſum faciat homo eſt viuens D per accidens. Negatur conſequeos: noo per ſe eſt viuens, hoc eſt prius eſt animal, deinde viuens, & ſic concedo, ſed hoc non facit vt propoſitio non dicatur per ſe, in primo modo.

Dices. Homo albus eſt animal, An ſit propoſitio per ſe in primo modo?

Negat Scot. in 3. diſtinct. 22. quæſt. 1. Probat ex Ariſt. hîc cap. 4. vbi ait, quod propoſitio contingens ſi conuertatur, erit contingeos.

Ex D. Th.

D. Th. ait eſſe per ſe 3. ſentent. diſtinct. 10. quæſt. 1. art. 2.

Probat, Quia propoſitio per ſe, eſt cùm id quod eſt in prædicato conuenit per ſe ſubiecto, ſed in E hac propoſitione, animal coouenit per ſe homini albo, ergo homo albus eſt animal, eſt propoſitio per ſe.

Ad id quod affert Scot ex Ariſt. Dico in Ariſtotele non inuenitur: Id quod eo loco docet Ariſtoteles, eſt; Propoſitiooem contingentem poſſe mutari ex affirmatiua in negatiuam, quia contingens eſt, & qui ounc eſt albus, poſtea poteſt eſſe non albus.

De ſecundo modo dicendi per ſe.

SECVNDVS modus, ita ab Ariſt. definitur. *Eſt quibuſcunque ineximſtentium ipſis ipſa ſunt in oratione quod quid eſt.* Id eſt, Eſt eorum quæ ioexiſtunt ſubiectis, & ipſa ſubiecta ſuot in definitione eorum.

Corol. 1.

Ex his colligitur primò, diſcrimen quod eſt inter primum, & ſecundum modum dicendi. In primo enim modo prædicatum ponebatur in definitione ſubiecti, ſic rationale in definitione hominis, io ſecundo ſubiectum eſt in definitione prædicati: vt naſus in definitione ſimitatis, ſimitas enim eſt naſi curuitas.

Corol. 2.

Secundò colliguntur conditiones: Eæ verò ſunt tres: Prima eſt, quòd prædicatum inſit ſubiecto, Secunda, quòd prædicatum definiatur per ſubiectum; Tertia vt naturaliter prædicetur.

Corol. 3.

Tertiò colligitur. Quæ propoſitiones huc pertineant, quæ excluduntur. Primò excluduntur omnes in quibus prædicatum eſt accidens commune; Secundò quando de genere prædicantur differentiæ, qoia innaturalis prædicatio: Tertiò, cùm inferius de ſuperiori vt animal eſt riſibile. Pertinent verò eæ in quibus prædicatum eſt accidens proprium, ſeu propria paſſio, exempla afferuntur hîc ab Ariſt. de curuo & recto; pari vel impari: De oumero primo & compoſito: de eodem longiori & æquilatero, curuum enim eſſe vel rectum ſub diſiunctione eſt proprium lineæ, Par & impar, compoſitum vel primum, ſunt paſſiones numeri & in prædicatione cooſtituunt ſecundum modum dicendi per ſe.

Obiectio 1.

Dices. In definitione recti non neceſſe eſt, vt ponatur lioea, quia poteſt ſic definiri: Rectum eſt qood eſt omnium breuiſſimum. Item nec in definitione paris & imparis neceſſariò ponendus numerus, quia definiri poſſet, Par eſt quod habet partes æquales; ergo falſum quod adnotauimus cùm diximus: prædicata in ſecundo modo dicendi illa eſſe, quæ definiontur per ſubiectum.

Dilutio.

Reſp. Par non poteſt dici id quod habet partes æquales, quia hæc definitio conueniret quantitati continuæ, quæ poteſt dici æqualis reſpectu alterius nunquam par: Quare par eſt, quod includit diſcretionem quantitatis & plura indiuidua, vode ſic definiendum: Par eſt numerus qui in duo æqualia eſt partibilis, Impar quod io duo æqualia partiri non poteſt; Hinc ad obiectionem patet.

Ad id quod dicitur de linea Licèt in definitione lineæ allata explicitè non contineatur linea; in confuſo tamen continetur, quia omnia quæ dicuntur recta, dicuntur talia in ordine ad lineam: hinc Rectum à Mathematicis definitur. Eſſe *lineam cuius medium non exit ab extremis*: vel vt Euclides: *Rectum eſt linea omnium breuiſsima.* Quid ſit autem numerus. Primus & compoſitus; quid longior & æquilaterus paſſim expoſitores quos videant.

Obiectio 2.

Dices ſecundò ex Caier. in hoc cap. dub. 3. An hæc propoſitio homo eſt ſenſibilis ſit in ſecundo modo. Videtur quod ſic, quia non eſt per accidens, Homo enim eſſentialiter eſt ſenſibilis. Econtrà videtur quod oon, quia homo

Digitized by Google

non ponitur in definitione ſenſibilis.

Solutio.

· Reſp. primò; Eſſe propoſitionem in ſecundo modo dicendi per ſe, quia licèt homo non ponatur in definitione ſenſibilis, quia tamen homo eſt eſſentialiter animal, ideo ſufficit ſi ſenſibile per animal definiatur: Addit Caietanus. Eſſe propoſitionem per ſe in ſecundo modo non primariò, ſed ſecundariò. Ratio eſt (vt ipſe ait) quia prædicatum non eſt in ſubiecto, prout tale ſubiectum eſt, ſed prout animal eſt. Plura hîc Caietanus ex quo noſter Areſius: ſed quia minutiſſima, libens omitto: ſolùm aduertendum nomine ſubiecti, hîc non intelligi ſubiectum vt aiunt ſuſtentationis, qualis eſt materia prima, quia hoc non habet neceſſariam connexionem cum ſuo prædicato, ſed ſubiectum illud intelligitur, quod eſt cauſa emanationis, & eſt id à quo paſſio dimanat, & proprium quod dicitur quarto modo. Non eſt autem neceſſe vt cauſa ſit immediata, ſed ſufficit mediata: Hinc patet ſecunda reſponſio ad obiectionem Caietani.

Subiectum ſuſtentationis & emanationis.

De tertio modo dicendi per ſe.

HIc modus ſic definitur. Tertius modus eſt *cùm de ſubiecto aliquo aliud non dicitur.* Ita Ariſt. hîc. Per τὸ *aliud non dicitur*, ait Philoponus intelligendum eſſe id quod non eſt in ſubiecto: colligit quia Ariſtoteles hoc ipſum à contrario declarans ait, quæ verò de ſubiecto, accidentia ſunt. Id eſt quæ ſunt & de ſubiecto dicuntur: ſubiectum autem hîc non ſumitur pro ſubiecto attributionis, ſeu prædicationis, ſed inhærentiæ: ſubſtantia enim non eſt in ſubiecto, accidens maximè, & de illo dicitur.

C

Difficultas eſt. An hic modus ſit modus dicendi per ſe, an exiſtendi.

Contendit Zabarel. tertium & quartum eſſe etiam modos prædicandi, & eſſe prædicationem de ſubiecto ſecundo adiacente, vt Homo eſt, ſubſtantia eſt, licèt Ariſt. explicet hos modos per modos eſſendi.

D

Probat. Quia Ariſt. agit de his modis in ordine ad demonſtrationem, ergo ſunt modi prædicandi. Ita etiam Albert. tract. 1. cap. 10. & alij Recentiores.

Communiter tamen volunt eſſe modum exiſtendi non prædicandi. Lis parui ponderis: Videatur Zabarel lib. 2. cap. 1. Aduertendū tamen ſi modus hic eſt dicendi, eſſe modum dicendi per accidens; cùm enim dicimus ſubſtātia eſt, ſeu exiſtit, quæ eſt propoſitio in tertio modo, aſſerimus id quod non eſt eſſentiale, ſed accidit ſubſtantiæ. Dicitur autem tertius hic modus per ſe, quia ſi ſubſtantia exiſtit, per ſe exiſtit, non verò, quia exiſtentia per ſe, de ſubſtantia prędicetur.

E

De quarto modo dicendi per ſe.

QVARTVS modus ex Ariſt. ſic deſcribitur, *Eſt quod propter ipſum ineſt vnicuique:* hoc eſt quod eſt cauſa cur aliquid ſit, & non per accidens; ſic iugulatio dicitur cauſa, cur iugulatus intereat: Et hic modus continet reſpectum cauſæ efficientis, & finalis; cùm ſcilicet prædicatur effectus de cauſa, vel cauſa de effectu. Cauſa autem hîc non intelligitur in potentia, ſed in actu.

A

Probatur. Quia ſi intelligatur cauſa in potentia cùm dico v. g. ignis comburit, hæc propoſitio continet eamdem neceſſitatem ac ſecundus modus, tam enim eſt proprium ignis eſſe combuſtiuum, quàm hominis eſſe riſibilem, ita vt differant intelligenda eſt cauſa in actu.

Secundò. Exempla Ariſtotelis ſunt cauſæ in actu vt iugulatus interiit.

Tertiò. Exiſtentia potentialis non conſtituit tertium modum dicendi ſed actualis, ergo & in quarto modo intelligenda eſt cauſa actualis, non potentialis, cùm vterque modus ſit modus per accidens: habet tamen vterque modus, licèt per accidens ſuam neceſſitatem, dum enim homo ridet, enunciamus; ideò id dicimus, quia riſus non reperitur extra hominem, ſed in ſolo homine.

B

SECTIO III.

De propoſitione vniuerſali, ſeu ſecundùm quod ipſum.

VNIVERSALE ſic primò hîc ab Ariſt. definitur, *Vniuerſale autem eſt quod de omni dicitur per ſe, & ſecundùm quod ipſum.* Secundò ſic ab eodem deſcribitur, *Vniuerſale eſt quod de quolibet & primò monſtratur.* Altera in altera continetur, vtrumque explicabimus. Ideo

Notandum primò. Vniuerſale hîc non ſumi ab Ariſt. vt in lib. Prior. & Periher. videlicet pro eo quod dicitur de omni & ſolo, ita vt reciprocetur, id enim ſignificat ſecundùm quod ipſum. Vt ergo dicatur vniuerſale tres conditiones hîc requirit Ariſtoteles. Prima, vt ſit de omni, id eſt vt attribuatur cuilibet & ſemper, ſecūda, vt ſit per ſe, & has explicauimus ſuprà: Tertia vt ſit quatenus ipſum, id eſt, vt ad conuertentiam prædicetur, ex. g. Homo eſt riſibilis, hæc propoſitio eſt vniuerſalis, quia omnis homo & ſemper, & per ſe eſt aptus ad ridendum: & etiam dicitur quatenus ipſum, ſeu reciprocatur, quia quod riſibile eſt, eſt homo. Hæc autem propoſitio homo eſt ſenſibilis iuxta hanc acceptionem non eſt vniuerſalis, licèt enim dicatur de omni & per ſe, non dicitur tamen ad conuertentiam, vt ſenſibile eſt homo.

Conditiones propoſitionis vniuerſalis.

Notandum ſecundò. Cùm Ariſtoteles in ſecunda definitione inquit, Vniuerſale eſt, quod de quolibet & primò monſtratur, idem ſignificare quod in prima: τὸ de quolibet coincidit cum τῷ de omni: τὸ primò, cum τῷ per ſe, quia illud dicitur primò de aliquo, quod illi conuenit & non ratione alterius. Item coincidit cum tertia conditione, quia quod prædicatur ſecundùm quod ipſum, dicitur etiam per ſe.

Dices. Homo eſt ſenſibilis, eſt propoſitio per ſe, non tamen dicitur quatenus ipſum, ſeu ad conuertentiam, ergo non eſt idem primò, & quatenus ipſum.

Reſp. Per ſe & quatenus ipſum ſe habere, vt ſuperius & inferius. Omne enim quod dicitur ad conuertentiam & quatenus ipſum, dicitur etiam per ſe, licèt non contrà, omne quod dicitur per ſe dicatur ſecundùm quod ipſum, ſeu aliis verbis. Licèt omnis propoſitio vniuerſalis, ſit propoſitio per ſe, non tamen omnis propoſitio per ſe eſt vniuerſalis. Hinc homo eſt animal non eſt propoſitio vniuerſalis, prout hîc vniuerſale ſu-

mitur ab Ariſtotele, licèt ſit propoſitio per ſe & in primo modo dicendi.

DISPVTATIO TERTIA.

De diuiſione demonſtrationis.

EGIMVS hactenus de demonſtratione & de conditionibus ad illam requiſitis; nunc videndũ eſt cum Ariſt. in quas ſpecies diuidatur. Omiſſo diuiſiones illas in demonſtrationem Affirmatiuam & Negatiuam: Particularem & Vniuerſalem: Directam & deducentem ad impoſſibile: Tantùm illas duas ſpecies expendemus Propter quid & Quia. Prima eſt, quæ procedit à cauſa ad effectum: Secunda, quæ ab effectu ad cauſam. Per hanc demonſtratur, an res ſit; per illam, propter quid ſit.

SECTIO PRIMA.

An demonſtratio quæ diuiditur in Propter quid, & Quia, diuidatur vt genus in veras ſpecies.

SVPPONENDVM eſt, Demonſtrationem vt ſic, tantùm importare illam de qua his libris agit Ariſtoteles, id eſt, demonſtrationẽ propter quid, cuius conditiones hactenus enumerauimus; Verùm quia ſyllogiſmus aliquando conſtat ex veris & immediatis, non tamen ex cauſis: aliquando ex veris & cauſis, non tamen immediatis: hinc triplex demonſtratio. Prima dicitur demonſtratio ſimpliciter abſque addito, & eſt demonſtratio propter quid: illa verò quæ procedit ab effectu ad cauſam, ſeu à cauſa remota ad effectum, dicitur ſemper demonſtratio cum addito, vel demonſtratio quia, vel demonſtratio à cauſa remota. Addunt & aliud membrum, nimirum demonſtrationem potiſſimam eſſe eam quę ſimul & ſemel eſt demonſtratio propter quid, & quia; Quando eſt ſyllogiſmus faciens ſcire nedum cur res ſit, ſed etiam quòd ſit.

Difficultas modò eſt. An hæ demonſtrationes ſint veræ ſpecies, & immediatè diuidant genus.

Prima ſententia affirmat: Quia demonſtrationis natura eſt indiuiſibilis, ergo æquè participatur de demonſtratione quia, & propter quid: ſed ſpecies quæ æquè participant genus ſunt veræ ſpecies, ergo.

Secundò. Habent demonſtrationes hæ in quo conueniant, & in quo differant, ergo.

Secunda ſententia negat. Cum qua ſit

Prima concluſio. Demonſtratio non diuiditur in quia & propter quid tanquã in veras ſpecies.

Prob. Demonſtratio non eſt genus ad has duas ſpecies vniuocũ, ergo hæ non ſunt veræ ſpecies. Anteced. prob. quia vniuocum æquè deſcendit ad inferiora, ſed demonſtratio non eſt huiuſmodi, ergo: demonſtrationis enim conditiones & definitio priùs conueniunt demonſtrationi propter quid, deinde demonſtrationi quia.

Secundò. Altera eſt altera imperfectior ergo. Eſt ergo diuiſio ſaltẽ analogi in ſua analogata.

Petes attributionisne, an proportionis: omnino attributionis.

Re enim vera demonſtratio quæ à cauſa procedit eſt vera demonſtratio: quæ ab effectu eſt potiùs ſyllogiſmus Topicus: appellatur verò demonſtratio per quamdam participationem.

Secunda concluſio. Multo minùs ſpecie differunt demonſtratio propter quid; & demonſtratio propter quid ſimul, & quia, vt nonnulli loquuntur: quin addo nullo modo differre.

Probo. Quia non datur demonſtratio propter quid, quæ etiam non faciat cognoſcere, quod res ſit: ergo.

Petes in quo differat demonſtratio Propter quid à cauſa proxima & immediata, & ab ea quæ eſt à cauſa remota.

Reſp. differre tantùm accidentaliter, cùm vna ſit altera perfectior, vt album vt duo, & vt octo.

Ad rationes in contrariũ, & ad primam reſpondetur negando anteced. ſi demonſtratio comparetur ad demonſtrationem à cauſa immediata & à remota: ſi ad demonſtrationem Quia, & Propter quid, dico primò participari ab vna, deinde ab alia; ideo analogicè deſcendit.

Ad ſecundam. Nego conſeq. nec infert niſi ſpecies analogicas.

SECTIO II.

Quæ ſit demonſtratio à cauſa remota, & an hæc ſit perfectior eâ, quæ ab effectu.

DIXIMVS præcedenti ſectione, demonſtrationem à cauſa remota accidentaliter differre à demonſtratione à cauſa proxima.

Negat Arcſius noſter. Vnica ratio eius eſt: vel enim in ea cognoſcitur perfectè cauſa intermedia; vel non, ſi cognoſcitur fruſtra fit demonſtratio per remotam, cùm habeamus proximam; ſi non cognoſcitur proxima, neque remota poterit verè cognoſci vt cauſa, quoniam non producit effectum niſi illa mediante. Pro noſtra ſententia

Notandum primò. Vt ſciamus quæ ſit demonſtratio à cauſa remota, & quomodo differat; videndũ priùs eſt, quæ ſit cauſa remota. Hanc adinueniemus ſi cognoſcamus, quæ ſit cauſa proxima ideò. Aduertendum in qualibet operatione quatuor concurrere cauſarum genera, & ex his aliquæ ſunt immediatæ ſimpliciter, aliquæ immediatæ in ſuo genere. Cauſæ immediatæ in ſuo genere v. g. in genere efficientis, ſunt illæ quæ in eo genere nulla alia cauſa media efficiente effectum producunt, vt ambulationis immediata cauſa in genere efficientis erit pes; hic enim vltimum requiſitum eſt ad ambulandum, prærequiritur enim contractio neruorum ſpiritus, & principium motus, quod eſt anima. (Cauſa remota quæ dicenda.)

Notandum ſecundò. Hanc immediationem in ſuo genere non ſufficere vt reddat cauſam immediatam ſimpliciter, nam in quolibet genere cauſæ ſemper eſt aliquid quod immediatè concurrit ad effectum, & tamen reſpectu effectus non ſemper dicitur ſimpliciter cauſa immediata. Ratio eſt, quia cauſa ſimpliciter immediata eſt quæ prima eſt, & potiſſima reſpectu effectus: & cuius primariò habetur ratio, vt ſi eam ad forum, non rectè reſpondebo interroganti

cur eam, quia habeo pedes, quia pes licèt ſit cauſa immediata in genere cauſæ efficientis, non dicitur immediata ſimpliciter, quia hic non ſpectatur primariò cauſa efficiens, ſed finalis.

Notandum tertiò. Vt cognoſcatur cauſa immediata ſimpliciter, duplex dari poteſt ſignum. Primum eſt cùm talis cauſa aſſignatur vt interrogantis animus agnoſcatur: ſed inſufficiens ſignum. Alterum eſt omnino certum, & eſt quando eâ poſitâ primò ponitur effectus, & ablatâ primò tollitur, & eſt ea quæ dicitur adæquata, & quæ connectitur cum effectu, ita vt ſi tantummodo illam ponas & concipias per intellectum aut ſolum remoueas, remouebitur vel ponetur effectus. Hinc licèt verum ſit, ſublato animali tolli reſpirationem, adhuc tamen animal non eſt cauſa proxima, quia eo poſito non ſtatim ponitur reſpiratio, ſunt enim aliqua animalia quæ non reſpirant vt piſces.

Signũ cauſæ ſimpliciter immediatæ.

Dices. Riſibile & rationale ad conuertentiam dicuntur, & altero poſito ponitur alterum, & ablato aufertur, & tamen rationale non eſt cauſa proxima & immediata.

Reſp. concedo non eſſe proximam & immediatam, & ideo notanter dixi qua poſitâ primò ponitur effectus, & ablatâ primò aufertur: non enim poſito rationali primò ponitur riſibile, ſed diſcurſiuum.

Cauſa remota quæ ſit.

Ex his patet quæ ſit cauſa remota. Illa nimirum quæ non continet cauſam reciprocabilem cum ſuo effectu, ita vt eâ ſolâ poſitâ primò ponatur effectus, & ablatâ primò auferatur. Sed hæc eſt triplex: Aut enim cauſa remota latiùs patet quàm effectus vt animal reſpectu reſpirationis: aut ſecundo modo, quia eſt effectus latior quàm cauſa vt vegetabilis reſpectu animalis, quod competit & plantis: aut tertiò quæ æquè latè patent, & dicuntur ad conuertentiam, ſed intercedit aliquod medium, vt inter rationale & riſibile, diſcurſiuum.

Nodus difficultatis.

Difficultas modò eſt. An demonſtratio conſtans ex tribus hiſce generibus remotarum cauſarum ſit vera demonſtratio, & tantùm accidentaliter differens à demonſtratione, propter quid & cauſa proxima. His adnotatis,

Prima concluſio. Demonſtratio conſtans ex cauſa remota, tertio modo ſumpta eſt vera demonſtratio. Eſt contra Areſium abſolutè aſſerentem demonſtrationem à cauſa remota non eſſe veram demonſtrationem.

Probatur: ex omnium enim Philoſophorum ſententia eſt vera demonſtratio, licèt non adeo perfecta, quemadmodum iſta omne animal rationale eſt riſibile, homo eſt animal rationale, ergo riſibilis.

Secunda concluſio. Etiam demonſtratio quæ conſtat ex cauſa remota, primo & ſecundo modo eſt vera demonſtratio, licèt non adeo perfecta, contra eumdem.

Prima pars probatur. Hic ſyllogiſmus: omne reſpirans eſt animal, Nullus lapis eſt animal, ergo nullus lapis eſt reſpirans. Non eſt Topicus, non Sophiſticus, ergo demonſtratiuus, non enim probabiliter infert, nec falſa colligit.

Secunda pars probatur, quia conſtat ex cauſa mediata, eſt in ſecunda figura & minor negatiua.

Ad rationem Areſij patet. Fit enim demonſtratio multoties per cauſam remotam vt nos explicauimus, vel quia proxima latet: falſúm-

A que aſſumit, dum ait, quod cauſa remota non poteſt cognoſci, vt cauſa neceſſaria niſi cognita proxima: Verè enim aſſerimus diſcurſiuum eſſe cauſam admiratiui: admiratiuum riſibilis, ignoramus autem an aliqua alia cauſa intercedat. Vel etiam argumentamur à cauſa remota, quia clarior & notior connexio apparet inter ipſam & effectum, quàm inter cauſam proximam, & eumdem effectum, vt patet in demonſtratione, quæ toties in Scholis affertur dum probauimus hominem eſſe riſibilem, quia rationalis.

Quæres tandem, Quænam demonſtratio ſit perfectior, demonſtratio à cauſa remota an ab effectu? Ideo reſpondetur,

B Si intelligatur demonſtratio à cauſa remota tertio modo, eſt nobilior quàm demonſtratio ab effectu, quia illa habet propoſitiones neceſſarias, De omni, per ſe & ſecundùm quod ipſum, & continet cauſam, quod maius eſt quàm habere propoſitiones immediatas non à cauſa, vt accidit in demonſtratione ab effectu. Maior enim ratio in ſcientiis habetur de demonſtratione quæ fit per cauſam, licèt non adeo proximam, quàm ab effectibus immediatis. Hinc ſcientia dici ſolet cognitio per cauſam non per effectum.

Si verò intelligatur de cauſa remota primo & ſecundo modo, tunc demonſtratio Quia eſt C perfectior ſecundùm vnum reſpectum, nimirum quia ſyllogiſmus eſt ex minori negatiua in ſecunda figura; quia enim cauſa eſt latior, debet prædicari de ſua paſſione; cùm autem cauſa quæ eſt medium prædicetur in maiori, vt latiùs patens debet eſſe à minori negatiua, & fiet argumentum in ſecunda figura, vt patet in ſyllogiſmo ſuperiùs allato. Prout tamen in eodem ſyllogiſmo progreditur ex cauſis, ideo nobilior demonſtratione Quia

DISPVTATIO QVARTA.

D

De circulo & regreſſu demonſtratiuo.

REGRESSVS eſt tranſitus ad idem à quo fuerit progreſſus. Hinc ſumpta metaphora a motu cùm à demonſtratione ab effectu accedimus ad cognitionem cauſæ, & rurſus à cauſa ad effectum, huiuſmodi ſyllogiſmus regreſſus appellatur. In eo duplex intercedit diſcurſus alter quo progredimur, alter quo regredimur. Ariſtoteles diſtinguit circulum à regreſſu; Regreſſum appellat cùm ab effectu procedimus ad cauſam, & E à cauſa ad effectum: Circulum cùm vtrobique vtimur demonſtratione Propter quid; Hinc docet circulum eſſe impoſſibilem, Regreſſum verò nedum poſſibilem, ſed vtilem. Vtrumque expendemus. Ideo ſit

SECTIO PRIMA.

An detur circulus.

PROBAT Ariſt. non dari circulum his rationibus. Quia idem reſpectu eiuſdẽ eſſet cauſa & effectus: Notius & Ignotius: Prius & Poſterius. & idem probaretur per idem: Nam ſi A.

probatur per B, & per B, probatur A. A probatur per A.* A

Contraria ſententia fuit antiquiorum ante Ariſtotelem, ſuaderi poteſt: quia cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ ex eodem Ariſt. 2. Phyſ. 30. ſic ſanitas eſt cauſa finalis potionis, potio eſt cauſa efficiens ſanitatis.

Dices: eſſe ſibi inuicem cauſas in diuerſo genere.

Contrà Vapor eſt cauſa materialis pluuiæ; pluuia cauſa materialis vaporis ex eodem Ariſt. 1. Poſter. tex. 66. ergo vapor probari poteſt per pluuiam, pluuia per vaporem & idem reſpectu eiuſdem in eodem genere cauſæ, poteſt eſſe cauſa & effectus.

B *Dicendum* cum Ariſt. Non datur, imò nec poteſt dari perfecta circulatio.

Probatur iiſdem rationibus. Si enim circulus vt poſuimus conſtat ex duplici demonſtratione propter quid, & demonſtratio propter quid fit ex prioribus. Idem eſſet prius & non prius cauſa & non cauſa, &c.

Ad obiectionem. Quando ex vna cauſa probatur altera, hæc non probatur tanquam cauſa, ſed tanquam effectus eiuſdem cauſæ: quando deinde illa cauſa probatur per alterum, probatur etiam vt effectus, non vt cauſa & ideo non datur circulatio.

Ad inſtantiam eodem modo. Per vapores enim demonſtratur pluuia, non vt cauſa vaporum, ſed vt effectus, quod non eſt abſurdum. Ita Themiſtius. *Themiſtius.*

D. Thomas. Vel cum D. Th. 2. Poſter. ſect. 12. cùm per vaporem demonſtramus pluuiam, non demonſtramus pluuiam vel vaporem ſimpliciter fieri ex pluuia vel ex vapore: ſed per hanc pluuiam fieri hos vapores, & per hos vapores aliam pluuiam, eamdem in ſpecie, diuerſam in indiuiduo: hinc non ſequitur idem eſſe cauſam, & effectum in eodem genere, &c. Sic vnus homo generat alium hominem, & hunc alium, non tamen dicitur idem generare ſeipſum.

Sectio II.

An detur regreſſus, & quæ in eo vtilitas.

VGO Senenſis in Artem paruam Galeni, nedum fruſtratorium aſſerit regreſſum, ſed nec poſſe dari.

Probat iiſdem ferè rationibus quibus Ariſt. circulum confutauit; Ait enim: cùm demonſtramus hominem eſſe rationalem, quia riſibilis, & riſibilem quia rationalis, tantùm colligi rationale eſſe rationale.

Secundò: Vel in prima demonſtratione cognoſcimus effectum pendere ab illa cauſa, vel non: ſi primum, ergo fruſtra fit regreſſus à cauſa ad effectum; ſi non, ergo per effectum non cognoſcitur cauſa, quod eſt falſum.

Item. Si eadem propoſitio poſſet eſſe concluſio, & præmiſſa; idem eſſet notius & ignotius. Plura de hac re Zabarel. lib. de regreſſu cap. 2.

Secunda ſententia eſt omnium Peripateticorum, cum qua

Notandum eſt. Cùm dicimus nos in regreſſu procedere à cognitione effectus ad cognitionem cauſæ, dupliciter poſſe intelligi. Primò, ad cognitionem cauſæ vt cauſa eſt, ſecundò ad cognitionem exiſtentiæ vel connexionis cauſæ cum effectu: ſic in hac demonſtratione homo eſt riſibilis, ergo rationalis; tantùm cognoſcimus riſibilitatem eſſe connexam cum rationalitate, ignorã res, an rationalitas ſit cauſa: in hac verò demonſtratione: Homo eſt rationalis, ergo riſibilis nedum cognoſcimus connexionem & exiſtentiam, ſed etiam rationalitatem eſſe cauſam riſibilitatis. In primo ergo progreſſu tantùm cognoſcitur connexio effectus cum cauſa, in ſecundo cognoſcitur cauſa, vt cauſa eſt, & effectus vt effectus eſt. Hinc rectè docuit Auer. 1. Poſter. 91. & 95. Dum inquit: in demonſtratione Quia non oportere cognoſci effectum connexum eſſe cum cauſa in quantum cauſat, ſed ſolum eſſe adinuicem per ſe, & eſſentialiter connexas. Ideo

Dicendum eſt, Regreſſum nedum eſſe poſſibilem, ſed etiam vtilem.

Probat Zabarella pluribus: potiſſima eius ratio: ſi poſt demonſtrationem Quia non opus eſſet regredi à cauſa ad effectum, in demonſtratione Quia contineretur demonſtratio Propter quid, & demonſtratio Quia eamdem vim haberet ac demonſtratio Propter quid.

Secundò ex dictis præcedenti Notab. Per regreſſum cùm cognoſcimus paſſionem ineſſe ſubiecto, per cauſam, quod eſt perfectioni modo C cognoſcere paſſionem eſſe, quàm ſi cognoſcatur eadem paſſio in actione vel alio modo: ſed in primo progreſſu tantùm cognoſcimus paſſionis exiſtentiam, & connexionem; in ſecundo paſſionem per cauſam, quod in primo erat nobis ignotum, ergo regreſſus vtilis, nedum poſſibilis.

Ad rationes in contrarium patet ex his. Ad id verò quod addit ſequeretur idem eſſe notius & ignotius; dicimus id non eſſe abſurdum reſpectu diuerſorum; & in primo progreſſu effectus eſt notior ſua cauſa cognitione confuſa; in ſecundo cauſa eſt notior ſuo effectu cognitione diſtincta. Ni dicamus in primo progreſſu, & in ſecundo ſemper præmiſſas notiores futuras; D quandoquidem in vtroque aſſumuntur vt medium, & medium vt medium eſt, ſemper notius eſt ſua concluſione ſaltem ratione independentiæ. Et hæc de demonſtratione ſatis.

PARS TERTIA.

De ſcientia.

E DEMONSTRATIONEM hactenus inueſtigauimus tanquam ſciendi inſtrumentum, ſupereſt, vt eius finem & effectum conſideremus: is autem vt toties diximus eſt ſcientia. Rem omnem triplici diſputatione enodabimus; difficultates præteribimus nullas: Frequentioribus vtemur concluſionibus, ſeu ſtadiis quibuſdam, vt quippe defatigati, ſpiritus tantiſper in ſingulis reſumamus.

DISPVTATIO PRIMA.

De ſcientia in communi.

DVo in Scientia; Obiectum, & Cognitio ipſa: Hic agemus prius de ſcientia vt ſic, deinde de obiecto. Ideo ſit

SECTIO PRIMA.

Quid ſcientia, quotuplex, an in nobis inſita à natura.

Scientia in rigore quid.

EX dictis certum eſt ſcientiæ nomine non intelligi cognitionem, quæ habetur per ſenſus: neque eam, quæ licèt habeatur per diſcurſum, procedit tamen ex probabilibus, neque quæ concluſionem colligit ab effectu; Dicitur ergo in rigore ſcientia, cognitio certa & euidens, intellectiua, rei neceſſariæ per cauſam. Hinc excluditur à ſcientia cognitio intuitiua, quæ rem in ſeipſa cognoſcit, cùm ſcientia ſit tantùm abſtractiua: Ea enim eſt quæ rem cognoſcit per aliquod medium, ſiue per effectum, ſiue per cauſam.

Eadem duplex actualis & habitualis.

Scientia eſt duplex actualis & eſt ipſemet actus, & cognitio intellectus, quo actu cognoſcimus; C Habitualis eſt facilitas quædam acquiſita per plures actus qua diſponimur ad rectè philoſophandum, dignoſcendum, &c. Dicitur partialis cùm eſt tantùm vnus habitus relictus ab vno actu; Dicitur totalis cùm ſunt plures habitus, qui aliqua ratione vniuntur, ſed de his agemus diſp. ſequenti; ſit ergo

Scientia an detur.

Prima difficultas. An detur ſcientia? Negat Democritus, quia intellectus pendet à ſenſu; Academici, quia à quibuſdam ſignis, quæ ſemper fallacia: Heraclitus, quia omnia corruptibilia; Cratilus, quia omnia in fluxu: dat exemplum de fluuio, & inquit: nemo bis ingredi in eamdem aquam poteſt, ita nemo eamdem rem bis contemplari. D Protagoras, quia res ita ſunt ſicuti videntur nec vnum magis verum, quàm alterum vt in ſummo ſole.

Dicendum dari ſcientiã. Probatur potiſſimè: Datur demonſtratio, ergo ſcientia quæ eſt demonſtrationis effectus. Patet in mathematicis, in iis enim multa certò & euidenter ſciuntur.

Secundò. Senſus non poteſt falli circa ſenſibilia poſitis omnibus requiſitis ex 2. de anima, ergo iiſdem poſitis neque intellectus circa intelligibilia.

Petes. Quomodo innoteſcet nobis omnia adeſſe requiſita.

E Reſpondetur, ſcire poſſumus vel experimento, quandoquidem vnus ſenſus ab alio corrigitur, & tactus indicat baculum in aqua non eſſe fractum, cùm oculus fractum iudicat. Item inductione & diſcurſu.

An acquiratur, & quomodo.

Secunda difficultas. An ſcientia ſit inſita à natura, vel acquiratur. Inſitam putauit Plato; deperdi ob coniunctionem corporis, acquiri iterum beneficio ſenſuum, fieri per reminiſcentiam.

Dicendum. Scientiam omnino acquiri de nouo probatur: Reminiſcentia eſt ſingularium, ſic A Ariſt. lib. de Memoria & Reminiſcentia; ſcientia vniuerſalium.

Item reminiſcendo non indigemus ſenſibus, implicantia ergo in adiecto, ſcientiam videlicet fieri per reminiſcentiam, & per ſenſus.

Tandem. Si ſcientia eſſet à natura inſita, homo non poſſet fieri ignorans: fit, ſi ſtudia prætermittantur, ergo. Pluribus probat D. Aug. 12 de Trinit. cap. vltimo, D. Th. 2. contra Gent. cap. 83.

Fit autem in nobis media demonſtratione hoc modo: Per ſenſum cognoſcimus aliquid ſingulare, videlicet Petrum ridere, qui actus ſeruatur in memoria: Item promitur alius actus circa rem eiuſdem naturæ; & deinceps ex his in memoria B ſeruatis oritur experientia, quæ eſt aggregatum ex multis iudiciis ſenſitiuæ partis; Ex his fit propoſitio vniuerſalis, vt homo eſt riſibilis: ſtatim cauſam inquirimus cùm non cognoſcat intellectus niſi cognita cauſa, & adinuenta per demonſtrationem Quia, regredimur deinde per demonſtrationem Propter quid, à cauſa ad effectum, & tunc perfectam adipiſcimur ſcientiam: hinc effatum illud apud Gellium. *Vſus me genuit, mater peperit memoria, Sophiam me vocant Graij: vos ſapientiam.*

SECTIO SECVNDA.

De obiecto ſcientia.

Scientia an de nô ente.

PRIMA *difficultas.* An de non ente detur ſcientia. Cui difficultati

Reſpondetur. Non ens duplex; complexum & Incomplexum; Complexum eſt propoſitio falſa, vt homo eſt equus; Incomplexum eſt Negatio, Priuatio, Vacuum. De incomplexo datur ſcientia negatiua, non poſitiua: diximus alibi. Scientiam hîc intelligo non quæ habetur per propriam cauſam cùm non ens nec ſit, nec habeat cauſam; ſed tantùm certam & euidentem cognitionem quæ habetur quomodocunque: De complexo nullo modo habetur ſcientia, quia falſum vt falſum eſt, neſcitur.

Ens rationis logicum quomodo ſcibile.

Secunda difficultas. An ens rationis logicum poſſit ſciri: Reſpondetur quod non, quia proprium intellectus obiectum eſt ens reale, non rationis. Tum quia ens rationis etiam logicum cauſam non habet, &c. Diximus cùm de ente rationis.

Ens per accidens duplex. De eo quomodo dari poſſit ſcientia.

Tertia difficultas. An de ente per accidens poſſit eſſe ſcientia.

Reſpondetur. Ens per accidens duplex. Aliud prædicatione, vt homo eſt albus: Aliud aggregatione, vt domus. De ente per accidens primo modo non poteſt eſſe poſitiuè ſcientia, quia non eſt neceſſarium: poteſt dari ſcientia negatiuè & impropriè, vt eſſe per accidens; non eſſe ſcibile, non eſſe per ſe, &c. Item neque de ente per aggregationem, quia huiuſmodi ens nec naturam nec paſſiones habet, vt in Prolegomenis.

Quomodo corruptibilium & ſingularium.

Quarta difficultas. An de corruptibilibus poſſit eſſe ſcientia, & etiam de ſingularibus.

Videtur quod ſic: Quia phyſica formas conſiderat corruptibiles ex Ariſt. 1. Phyſ. tex. vltimo.

Scientia rerum æternorũ ac incorruptibilium.

Dicendum: Scientiam eſſe incorruptibilium & æternorum, licèt enim ipſa ſubiecta incomplexa corrumpantur; propoſitiones verò quæ

fiunt de prædicatis, quæ per ſe illis conueniunt A ſunt incorruptibiles, ac licèt homines ſingillatim pereant & corrũpantur, verum tamen ſemper eſt, quod ſint riſibiles; De corruptibilibus verò datur ſcientia vt incorruptibilia ſunt, quia conſiderantur non in particulari, ſed in vniuerſali. Vniuerſale autem non eſt corruptibile ſecundùm eſſentiam, ſed tantùm ſecundùm exiſtentiam.

Hinc nec poteſt eſſe ſcientia de ſingularibus: Ratio à priori eſt, quia vel ſcimus de ſingularibus prædicata per ſe, vel quæ eis conueniunt per accidens: non ſecundum, quia de iis non datur ſcientia; nec primum, quia ea quæ conueniunt B per ſe alicui vt propriæ paſſiones, conueniunt illi ratione ſpeciei, & naturæ. quomodo autem de ſole, de Deo, poſſit eſſe ſcientia, vel non poſſit diximus ſuprà diſp. 2. ſect. 1.

Dices. Indiuiduum habet propriam naturam indiuidualem, quæ alteri conuenire non poteſt, à qua dimanant propriæ paſſiones; ſic hic diſcurſus ab hac anima, ergo de illa probari poſſunt.

Vaſquez ſententia de ſingularibus.

Ita Vaſquez 1. Par. diſp. 2. cap. 3. contendens de ſingulari poſſe dari ſcientiam.

Reſp. Indiuiduum hominis videlicet non habere naturam diſtinctam ſpecie ab alio: tantùm differt penes diuerſam modificationem quæ

Refellitur.

non ſufficit ad ſcientiam, quia nec ipſa eſt ſcibilis, nec paſſionis modificatio: Ratio eſt, quia modificatio in indiuiduo tantùm dicit diſtinctionem numericam; quod ſi Petrus haberet naturam ita propriam à qua fluerent paſſiones, ita peculiares nullo modo conuenientes alteri indiuiduo iam Petrus, non differret tantùm numero ab aliis hominibus, ſed eſſentialiter & ſpecificè, eo pacto inter ſe quo Angeli ſecundùm D. Th.

Quinta difficultas. Quale debeat eſſe obiectum. Plura in Prolegom. nunc.

De ſcientiæ obiecto.

Dico obiectum debere eſſe vniuocum, vel ſaltem analogum ad hoc vt ſcientia dicatur vna, inde enim dicitur vna, quia conſiderat vnam naturam, & omnia quæ dicunt attributionem ad D illam. Ita Ariſt. 4. Metaph. tex. 2.

Sexta difficultas. An ſcientia demonſtret ſuum obiectum eſſe.

An ſit demonſtrabile à propria ſcientia.

Scot. 1. Metaph. quæſt. 1. vult obiectum adæquatum poſſe demonſtrari à poſteriori per aliquem effectum notiorem in illa ſcientia.

Caietanus & alij volunt ſcientiam non poſſe demonſtrare obiectum totale, ſed tantùm partiale.

Dicendum. Obiectum totale à propria ſcientia demonſtrari non poteſt, licèt à ſcientia ſuperiori poſſit. Ratio eſt, quia obiectum eſt illud de quo cognoſcuntur paſſiones, ſcientia verò eſt cognitio paſſionum eiuſdem obiecti, ergo E ſcientiæ eſt illud ſupponere non probare. An poſſit probari à poſteriori non videtur negandum: Dicimus tamen demonſtrari non debere cùm ſemper in qualibet ſcientia vt notiſſimum ſupponatur.

An quis naturaliter ſcire omnia poſſit.

Septima difficultas. Cùm omnia entia ex parte obiecti ſint ſcibilia, an omnia ſciri poſſint naturaliter ab homine.

Dicendum primò. Certum eſt, non poſſunt ſciri naturaliter Myſteria Fidei Trinitatis, &c. Aſſerit id ipſum de Angelis, non quo ad cognitionem confuſam, ſed diſtinctam & quidditatiuam D. Th. 3. contra Gentes cap. 41.

Dicendum ſecundò. Sed neque omnes res naturales & ſenſibiles.

Probatur. Pendet enim homo à ſenſibus in cognoſcendo, ſed non omnia poſſumus ſenſibus percipere, multáque videmus de quibus nullam poſſumus reddere rationem, &c. vt patet in Magnete & Ferro, & ſimilibus.

Dices. Quælibet potentia debet poſſe naturaliter percipere omnia, quæ in eius obiecto continentur, continentur autem in obiecto intellectus omnia ſcibilia, alioquin potentia eſſet fruſtra & appetitus, quo omnia ſcire deſideramus, &c.

Reſp. Potentia debet omnia cognoſcere, quæ continentur in eius obiecto motiuo, quod illam mouere poteſt; motiuum autem obiectum intellectus non ſunt niſi res ſenſibiles; intelligit enim medus phantaſmatibus. ſed neque has poteſt omnes ob intellectus imbecillitatem: Appetitus autem non eſt fruſtra ſi de appetitu naturali loquamur, qui eſt naturalis propenſio ad aliquod bonum conſequendum; ſatis eſt ſi tunc reducatur ad actum, quando remouentur impedimenta. Appetitus verò elicitus qui eſt actus voluntatis is non eſt neceſſe, vt reducatur ad actum, cùm nec datus à natura ſed à voluntate promatur, ideo nec naturaliter perficiendus.

An perfecta dari poſſit ſaltem in certo genere.

Octaua difficultas. An ſcientia humana de rebus quas poteſt cognoſcere poſſit eſſe perfecta.

Reſp. Perfecta cognitio duplex. Alia ſimpliciter, alia in certo genere. Prima eſt, cùm res omnimodè cognoſcitur, & ſecundùm omnes proprietates & cauſas, ſecundùm quas cognoſcibilis eſt. Secunda eſt, cùm res cognoſcitur à propria ſcientia eo modo quo ab illa debet cognoſci. Prima cognitio eſt homini naturaliter impoſſibilis; quia res quælibet nedum pendet à cauſis intrinſecis, quæ illam conſtituunt, ſed etiam extrinſecis, inter quas eſt Deus, qui naturaliter cognoſci non poteſt, cognitio verò in certo genere poſſibilis eſt, vt patet.

Petes primò. Quæ ſint quæ cognoſci poſſint in rebus.

Reſp. Subſtantiæ & proprietates. Subſtantia cognoſcitur definitione: Proprietates demonſtratione.

Petes ſecundò. Ex quo oritur iſta difficultas in cognoſcendo.

Reſp. Partim ex natura rerum, partim ex imbecillitate intellectus; Ita Ariſt. 2. Metaph. tex. 1. Difficillimè cognoſcuntur ea quæ ſunt perfectiſſimæ naturæ, & ex natura ſua maximè cognoſcibilia vt Deus, &c. Secundò ea quæ minimæ entitatis ſunt vt materia prima, ſunt difficillima cognitu, tantùm quia intellectus noſter eſt imperfectus, non ex parte obiecti. Poſteriora ex parte vtriuſque, ſimpliciter tamen ex imbecillitate potentiæ.

Nona difficultas. An idem poſſit eſſe obiectum ſcientiæ & fidei diuinæ.

Obiectum ſcientiæ, an etiam fidei.

Reſpondetur, difficultatem hanc non eſſe huius loci. Dico tamen quod ſic. Ratio eſt, quia diuerſa omnino cognitio, illa naturalis, hæc ſupernaturalis, quæ nullo modo pugnant, cùm ſint diuerſi ordinis, ſicuti nec pugnant habitus ſupernaturales virtutis cùm habitu vitiorum, Iræ nimirum & manſuetudinis. Sed de his fuſiùs apud Theologos.

Decima difficultas. An idem poſſit eſſe obiectum fidei humanæ, ſcientiæ & opinionis.

An etiam opinionis.

Reſp. Quod non. Ratio eſt, quia fides eſt (A) aſſenſus abſque formidine, opinio aſſenſus cum formidine: ſcientia verò aſſenſus abſque formidine & cum euidentia. Implicat autem, vt detur aſſenſus qui ſit ſimul certus & incertus, euidens & ineuidens, reſpect. eiuſdem obiecti, & cognitionis, ſicut nec contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto.

Dices. Poteſt quis per præmiſſas probabiles acquirere circa aliquam concluſionem aſſenſum opinatiuum, circa eamdem per præmiſſas neceſſarias aſſenſum ſcientificum, ergo poteſt de eadem re dari ſcientia & opinio.

Reſp. Cùm per neceſſarias præmiſſas aſſentimur concluſioni, tunc aſſenſus ille non eſt ampliùs opinatiuus, ſed ſcientificus, deinde ſi ex (B) medio probabili eliciatur concluſio, tunc illius cognitio, & aſſenſus non erit opinio, ſed ſcientia, quia intellectus à maiori lumine illuſtratus nequit opinari, quod euidenter ſcit, & à maiori lumine demonſtrationis, quodammodo impeditur, ne aſſenſum eliciat opinatiuum. Ita Ægidius.

DISPVTATIO SECVNDA.

De ſcientia actuali.

(C)

SECTIO VNICA.

De cauſis eiuſdem & conditionibus.

ACTVALIS ſcientia, vt ſuprà diximus, *eſt certa & euidens cognitio intellectiua rei neceſſaria per cauſam, per quam res eſt. Cognitio* in hac definitione ſtat loco generis, vt communis ad ſenſitiuam, & intellectiuam: Dicitur, *rei neceſſaria*, vt ſpeculatiua ſcientia contradiſtinguatur à practicis, quæ verſantur circa res, quæ poſſunt aliter ſe habere: Dicitur, *per cauſam*, ad excludendam cognitionem principiorum, & eas omnes quæ non ſunt per cauſas; (D) Dicitur, *per quam res eſt*, vt excludatur cognitio, quæ habetur per demonſtrationem Quia, quæ non eſt per cauſam in eſſendo, ſed in cognoſcendo: Dicitur denique *certa & euidens*, vt excludatur Fides & Opinio. His poſitis ſit

Cognitio per definitionem an dici poſſit ſcientia.

Prima difficultas. An cognitio quæ habetur per definitionem, poſſit dici ſcientia. Videtur quod ſic, quia cognitio illa eſt certa ſimul, & euidens rei neceſſariæ nempe eſſentiæ, per cauſam neceſſariam, talis eſt cauſa formalis, per quam traditur, ergo.

(E)

Dicendum. Ex mente Ariſtotelis non comprehendi; ſcientia enim ex ipſius mente eſt cognitio, quæ habetur per cauſam tanquam per medium, vt cap. 2. patet ex contextu, non ſic cognitio per definitionem, quæ non comparatur ſyllogizando. Fateor tamen ſi ſcientiæ definitio non conſideretur, vt conſiderat eam Ariſt. ſed vt in ſe eſt, comprehendi ſub illa vtramque notitiam, & quæ per definitionem, & quæ per demonſtrationem comparatur.

Cognitio Dei, & intelligentiarũ an ſcientia.

Hinc colligitur Dei, & intelligentiarum cognitionem neque ſub hoc ſcientiæ nomine comprehendi: licèt enim intelligentiæ cognoſcant proprietates per cauſas, non tamen tanquam per medium, alioquin diſcurrerent, quod in Deo falſum omnino; in Angelis negant communiter.

Secunda difficultas. Quæ ſint cauſæ ſcientiæ.

Scientiæ cauſæ omnes numerantur.

Reſp. Materialis circa quam, eſt *obiectum*; Materia & ſubiectum in qua ipſamet ſcientia inhæret, eſt ipſemet *intellectus*; Formalis eſt ipſa *cognitio*; Efficiens principalis eſt idem *intellectus*; Inſtrumentalis eſt *demonſtratio*, cùm ex cognitione cauſæ vi luminis naturalis cognoſcit affectum; Ad cauſam inſtrumentalem reuocantur *ſenſus* tum interiores, tum exteriores, qui ſpecies & imagines ſubminiſtrant, &c. Præceptor, dum exterioribus ſignis & verbis principia diſponit vt id in auditorum animis appareat, quod aliàs ob ſummam rerum permixtionem non apparebat. Finalis proxima eſt *ipſa rerum cognitio*, quia eſt perfectio intellectus, in quo præcipuè à cæteris artibus & diſciplinis diſtinguitur; Remota eſt ipſemet *Deus*, vt ex rerum cognitione eius in amorem accendamur.

Tertia difficultas. An certitudo & euidentia ſint de eſſentia ſcientiæ actualis.

Euidentia & certitudo, an vtraque de eſſentia ſcientiæ ſint.

Molina 1. Part. diſp. 1. quæſt. 1. art. 2 ait: licèt certitudo ſit de ratione ſcientiæ, non eſt de eius ratione euidentia: hinc docet, ſi datur cognitio quæ ineuidens ſit, dummodo ſit certa, non erit excludenda à numero ſcientiarum.

Contraria ſententia eſt communis omnium Scholaſticorum, & Ariſtotelis hîc.

Certitudo quid ex D. Thoma & quotuplex.

Notandum primò. Certitudinem nil aliud eſſe niſi *firmitudinem, & immobilitatem aſſenſus*, ita vt qui illam habet, ita aſſentiatur obiecto, vt ab illo aſſenſu nullatenus dimoueri poſſit: Vel vt ait D. Th. in 3. diſtinct. 26. quæſt. 2. art. 4. *Eſt certitudo firma adhæſio intellectus alicui obiecto abſque dubitatione & formidine inhærentis.* Certitudo eſt duplex. Alia intrinſeca & eſt quæ cauſatur ab ipſa obiecti veritate in ſe; Extrinſeca alia quæ in nobis cauſatur ex aliquo quod eſt obiecto extrinſecum, ſic auctoritas alicuius qui ſit fide dignus, &c. & hæc appellatur certitudo in atteſtante; ſic voluntas præcipit intellectui, vt ita de tali obiecto ſentiat. Certitudo hæc extrinſeca alia dicitur apparens, quæ in ficto nititur fundamento, talis eſt certitudo hæreticorum. Alia verò quæ optimo nititur fundamento, vt Dei, SS. Scripturarum, & Eccleſiæ Catholicæ.

Euidentia quid?

Notandum ſecundò. Quia euidentia eſt claritas quædam cognitionis; Hinc rerum euidentiam tunc habere dicimur, cùm rem quaſi oculis inſpicimus: Talis eſt principiorum cognitio, vt omne totum, &c. Euidentia (vt diximus etiam de certitudine) interdum prouenit ex obiecto; interdum ſimul & à potentia; inde multoties quod alteri ineuidens, alteri euidens eſt, vt patet in obiecto viſibili, quod minùs videtur ab eo qui oculis laborat, &c. Certitudo & euidentia, ita ſe habent vt vbicumque ſit euidentia, ibi ſit certitudo, non econtrà. Addit euidentia ſupra certitudinem, manifeſtationem & lucem quandam, qua obiectum clariſſimè dignoſcitur.

Prima concluſio. Certitudo eſt de eſſentia ſcientiæ. Patet, quia per præmiſſas in demonſtratione intellectus diſponitur ad certiſſimum

Digitized by Google

aſſenſum, ergo ſcientia eſt certa cognitio; ſed hæc eſt communis.

Secunda concluſio. Euidentia eſt etiam de intrinſeca ratione ſcientiæ actualis. Eſt contra Molinam.

Prob. primò eadem ratione.

Secundò ex Ariſt. 1. Poſter. cap. 2. Qui ait ſcientiam debere eſſe ex per ſe notis; id eſt euidentibus, id autem non requiritur niſi vt præmiſſarum euidentia in concluſionem redundet.

Tertiò. Scientia differt ab opinione, & fide humana in hoc, quia opinio eſt cum formidine; fides humana cum ineuidentia; licèt enim certiſſimè ſciam, Germaniam eſſe, ineuidens tamen mihi, ergo euidentia de intrinſeca ratione ſcientiæ.

DISPVTATIO TERTIA.

De ſcientia habituali.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit & vnde eius vnitas ſumatur.

Soncinas.

QVOAD primum: Soncin. 6 Metaph. quæſt. 4. vult ſcientiam habitualem eſſe ſpecies intelligibiles ordinatas in intellectu, quibus intellectus diſponitur ad facilè diſcurrendum; Exemplum affert de Typographo qui ex litterarum diſpoſitione faciliùs componit, quod non poſſet ſi omnes eſſent confuſæ.

Secunda ſententia eſt D. Th. 1. 2. quæſt. 54. art. 4 qui ait ſcientiam eſſe ſimplicem quamdam qualitatem, & eſt communis.

Scietia habitualis quæ dicitur.

Notandum. Habitum eſſe id quo potentia diſponitur ad facilè & propriè operandum; Hinc ſcientia habitualis erit illa qua intellectus diſponitur ad hoc vt promptè & expeditè aſſentiatur concluſionibus, aliàs cognitis, vel eaſdem concluſiones faciliùs demonſtret: Hinc etiam colligitur ſecundò; Habitum, cùm potentiam diſponat, ſe debere tenere ex parte potentiæ & illam afficere, vt expeditè operetur, non ex parte obiecti: Hoc adnotato,

Habitus nō niſi ex parte potentiæ.

Dicendum. Scientia habitualis non eſt ſola ſpecierum coordinatio: cum D. Thoma.

Prob. Quia ſpecies ſe tenent ex parte obiecti, ergo habitualis ſcientia non ſunt ſolæ ſpecies.

Dices. Licèt ſpecies ſe teneant ex parte obiecti, tamen rectè poſſunt appellari habitus, cùm ex earumdem coordinatione promptior efficiatur intellectus.

Contrà ordinatis ſpeciebus adhuc intellectus eget aliqua alia re, qua intellectus fiat promptior, ad hoc vt iiſdem ſpeciebus vtatur, ſed hæc non poteſt eſſe niſi quædam qualitas, quæ ex frequentatis actibus oritur.

Dices ex Ariſt. 3. de anima tex. 15. Idem eſt ſcientia & res ſcita; ſed non poteſt intelligi de actuali, vt malè recentior quidam, ergo de habituali, ergo habitualis ſcientia ſunt ipſæ res ſcitæ, ſeu quod idem eſt, ſpecies intelligibiles.

Sonc.
Caiet.

Reſp. cum Caiet. & Sor. quæſt. 3. Proœm. in Logicam, Ferrar. 1. contra Gent. ſcientiam habitualem ſumi poſſe dupliciter, Radicaliter, & ſic eſt ſpecierum collectio: Formaliter ſeu eſſentialiter, & ſic eſt qualitas; ſic explicant D. Th. alibi aliter locutum.

Ferrar.

Vnde ſcientiæ vnitas deſumatur.

QVOAD ſecundum, plura inter ſe DD. obiiciunt ac peſſimè pugnant. Conueniunt non deſumi ab obiecto materiali; difficultas eſt an à formali.

Notandum primò. Thomiſtæ duplicem rationem formalem diſtinguunt in obiecto. Alia eſt ratio quæ, alia ſub qua. Ratio formalis quæ, eſt ratio formalis obiecti, vt res eſt. ſic mobile eſt ratio formalis quæ in obiecto phyſicæ. Ratio formalis ſub qua eſt ratio formalis obiecti, vt obiectum eſt; ſeu obiecti vt ad ſcientiam ſeu intelligentiam refertur; & eſt conditio quædam quæ conuenit rei, non vt eſt in ſe, ſed vt intellectui obiicitur; ſub qua deinde ratione omnia conſiderantur quæcunque in illa ſcientia continentur: ſic ens mobile vt mobile eſt ratio formalis ſub qua in Phyſica; & in Metaphyſica Ens prout abſtrahit à materia. Explicant in viſione. Ratio formalis obiecti viſus eſt eſſe coloratum, & hæc eſt ratio quæ. Ratio ſub qua eſt eſſe illuminatum; niſi enim lumen adeſſet, nil poſſet videri. Hoc poſito,

Obiecti alia eſt ratio quæ, alia ſub qua.

Prima ſententia eſt Thomiſtarum, qui volunt ſcientiæ vnitatem deſumi à ratione formali ſub qua, ſeu quod idem eſt, ex diuerſa abſtractione. Hinc aiunt, Phyſicæ vnitas conſiſtit in abſtractione à materia ſignata, id eſt ab indiuiduis. Mathematicæ in abſtractione à materia ſenſibili, conſiderat enim quantitatem abſtractam ab omni materia ſenſibili aptam affici qualitatibus ſenſibilibus ſecundùm rationem, licèt non ſecundùm rem. Metaphyſicæ in abſtractione à materia intelligibili, eſt autem materia intelligibilis quantitas, à qua metaphyſicus abſtrahit, ſicut etiam à materia ſenſibili, nedum ſecundùm rationem, ſed etiam ſecundùm rem: conſiderat enim intelligentias & quæ abſtrahunt ab omni quantitate & materia, & huiuſmodi abſtractionem vocant rationem formalem ſub qua, vnde ſcientiæ vnitas oritur.

Impugnatur. Res à quo habet eſſe, habet vnitatem: ſcientia habet eſſe ab obiecto, ergo & ab eodem vnitatem, ergo non ab abſtractione.

Secundò. Illa abſtractio & ratio formalis ſub qua, eſt (vt ipſi aiunt) conditio per intellectum appoſita, ergo nequit ſcientiæ tribuere vnitatem, nequit enim intellectus enti reali realem vnitatem tribuere per ſolam conceptionem, ſed ſcientia eſt ens reale, ergo.

Tertiò. Arithmetica & Geometria ſunt ſpecie diſtinctæ, & non ſunt ſub diuerſa abſtractione & diuerſa ratione formali ſub qua, ergo abſtractio non poteſt ſcientiæ tribuere diuerſam rationem formalem, ſeu vnitatem per quam à cæteris diſtinguatur.

Secunda ſententia eſt Nominalium, Ocham. Gregorij, eidem aſſentitur Suarez diſp. 44 ſect. 11. num. 18. licèt ſatis fluctuans, atque ſe hanc ſequitum, quia nec meliorem potuit adinuenire: Volunt hi deſumi ex ratione formali quæ.

Nominales: Ocham. Gregorius Arimin. Suarez.

Areſius.

Impugnatur ab Areſio noſtro hæc ſententia: Homo & cælum ſunt obiecta partialia ſcientiæ phyſicæ, quia ſunt ſpecies corporis, & non minus cælum, & homo ſunt ſpecies corporis quàm corpus ſpecies ſubſtantiæ, ergo non magis dici debet phyſica ſcientia de corpore, quàm de ſubſtantia, at non rectè; corpus enim ſupra ſubſtantiam dicit eſſe corporeum: hinc quæcumque participant illam rationem formalem corporis, ſub corporis ſcientia continetur, non ſub ſcientia ſubſtantiæ, quæ omninò à corporeitate abſtrahit.

Tertia ſententia eſt aliorum recentiorum, quam ſequitur idem Areſius. Volunt hi vnitatem deſumi ex diuerſitate principiorum, ſeu ex diuerſo modo definiendi & demonſtrandi.

Dicendum vtramque ſententiam ſolùm verbis diſtare. Idem enim eſt dicere vnitatem ſcientiæ ſumi ex ratiooe formali Quæ, ſeu ex modo definiendi, ſeu ex diuerſitate principiorum.

Explicatur & probatur: Dum enim phyſica conſiderat res, quæ conſtant ex materia & forma: dum Mathematica res quantas prout abſtrahunt à materia ſenſibili, oon intelligibili, ſecundùm rationem, non ſecundùm rem: dum Metaphyſica abſtrahit ab vtraque materia ſecundùm rem, & ſecundùm rationem: hinc oritur diuerſus modus definiendi & diuerſa principia: Inde enim phyſicus definit per materiam & formam; Mathematicus per quantitatem; Metaphyſicus ſine quantitate & materia, & ex diuerſis definitionibus oritur diuerſus modus demonſtrandi; cùm definitio ſit medium demooſtrationis & conſequenter in diuerſis ſcientiis ſint diuerſa principia. Hinc

Dicendum ſecundò. Scientiæ vnitatem tribuendam potiùs rationi formali quæ, quàm ipſis principiis & diuerſo modo definiendi & demonſtrandi.

Prob. primò. Quia ex illa emanat & principiorum dioerſitas & modus definiendi.

Secundò. Sicut ſe habet ſcientia partialis ad obiectum partiale, ita totalis ad totale, ſed illa ſumit vnitatem ab obiecto, ergo.

Tertiò. Scientiæ practicæ habent diſtinctionem à fine & obiecto: ergo multo magis ſpeculatiuæ in quibus idem eſt obiectum, & finis vt alibi diximus.

Quartò. Id quod facit vnum obiectum facit vnam ſcientiam, ſed ratio formalis quæ facit vnum obiectum, ergo vnam ſcientiam cætera conſequuntur.

Petes. Quomodo ſcientia ſit vna, Generéne an ſpecie? numero an aggregatione?

Sciētiarum vnitas, & pluralitas.

Reſp. Scientiæ vel conſiderantur in eodem intellectu, vel in diuerſo. Duæ ſcientiæ in eodem intellectu differunt ſpecie; in duplici indiuiduo differunt numero, ſcientia verò vt ſic dicitur vna ſpecie, cùm habet actus eiuſdem ſpeciei, ſunt eiuſdem ſpeciei actus, cùm per eadem

A ſtudia circa idem obiectum verſantur. Eſt etiam vna genere, cùm habet plures ſcientias partiales ſpecie diſtinctas. Dicitur etiam vna per aggregationem, cùm in eodem intellectu plures habitus partiales habent aliquam ſimilitudinem, aut proportionem in ordine ad vnum obiectum formale. Obiectum autem formale vnum dicitur, quod conſtat ex principiis eiuſdem rationis, ſeu ex quo eiuſdem rationis principia dimanant, & axiomata. Sic corpus naturale ex materia & forma; quantitas ex punctis & lineis ex quo ob diuerſa axiomata diuerſus modus oritur definiendi & demonſtrandi.

B

Sectio Secvnda.

De diuiſione ſcientiæ.

Sientiarum definitio.

HACTENVS de vnitate; ſupereſt vt de diuiſione. Diuiditur ſcientia præter ea quæ alibi diximus in Speculatiuam & Practicam de qua fuſiùs egimus in Prolegomenis. Item in ſubalternantem & ſubalternatam; ſubalterna dicitur quaſi ſub altera poſita; ſubalternans quaſi ſub ſe tenens alteram. Plura de hac re Suarez, Zabarel. Fonſec. 4. Metaph. cap. 1. quæſt. 2. ſect. 2.

Rationes ſubalternationis in ſcientiis.

Notant communiter ſcientiam tripliciter alteri C ſubalternari poſſe. Primò ratione obiecti, cùm videlicet obiectum vnius eſt ſub obiecto alterius; Secundò ratione principiorum, cùm vnius ſcientiæ principia probantur ab alia; Tertiò ratione finis, cùm obiectum vnius ordinatur ad obiectum alterius tanquam ad finem.

Subalternatio ratione obiecti quoties cōtingit.

Ratione obiecti vna ſcientia ſubalternatur alteri tripliciter: Primò, cùm obiectum vnius continetur ſub obiecto alterius tanquam ſpecies ſub genere; ſic ſcientia de homine continetur ſub ſcientia de animali: Secundò, cùm obiectum ſuperaddit cooditionem aliquam accidentalem, ſic muſica numerum conſiderat ſicut Arithmetica, ſed ſonorum. Tertiò, cùm vna verſatur circa obiectum imperfectè, altera perfectè, ſic D ſphæræ ſcientia & Aſtronomiæ.

Item quoties ratione principiorũ, & ratione finis.

Ratione principiorum etiam tripliciter: Primò, cùm concluſio vnius probatur per principia alterius vniuerſaliſſima & communiſſima; ſic omnes ſcientiæ ſubalternantur Metaphyſicæ; Secundò, cùm concluſiones vnius probantur ex principiis alterius; Tertiò, cùm concluſiones vnius poſſunt probari à priori ab aliqua, ſic Perſpectiuæ principia à Geometrico.

Tandem ratione finis vna ſcientia ſubalternatur alteri, cùm obiectum vnius eſſentialiter eſt propter obiectum alterius, ſic ars frænifactiua ad artem equeſtrem: Secundò, cùm obiectum ordinatur ad aliud obiectum alterius ſcientiæ, vel moraliter vel accidentaliter.

FRANCISCI MARIÆ DEL MONACO DREPANITANI CLERICI REGVLARIS

SACRÆ THEOLOGIÆ OLIM PATAVII PROFESSORIS,

IN OCTO LIBROS PHYSICORVM ARISTOTELIS DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

DISCIPLINARVM omnium quibus noſter animus & herbeſcētis flos ætatis veluti excolitur, prima Phyſica obuiat auſcultatio. Si quid aleæ, ſi quid laboris rerum varietate ac dulcedine compenſandum. Præludunt Doctores ferè omnes hoc loco quidam curſim nimium, quidam æquo longiùs, atque in ipſo ſapientiæ limine veluti oſcitantes: nos quibus ſacrum ſapientiæ penetrale in votis magis, primò nonnulla de Philoſophia in vniuerſum, mox de natura phyſicæ, vtrumque prœmij vice paucis expedienius.

PARS PRIMA.

DISPVTATIO VNICA.

De Philoſophia in vniuerſum.

SECTIO PRIMA.

Sapientia ac Philoſophia etymon, deſcriptio, obiectum, inuentio, diuiſio, partes.

Philoſophia etymon.

AMOR, quem indiuiduum Sapientię comitem dixēre Ægyptij eiuſdem ſapientiæ nedum ſtudio, etiam nomini ſe ſocium præbuit; inde non Sophiam, ſed Philoſophiam appellari poſt veteres ſapientia cœpit, & ſapientes non ſophos, ſed philoſophos, idque primùm in Pythagora, non

A modò vt ſuperbiam nominis declinarent, vt paſſim auctores, ſed vt ardorem innuerent amorémque, cuius vi & impulſu mens in rerum meditatione & contemplatione ſuſtollitur. Philoſophia igitur quæ idem eſt ac ſapientia prout aggregationem omnium ſcientiarum complectitur ſic à Platone in Phæd. & Tæthero deſcribitur: *Eſt rerum humanarum diuinarúmque cognitio:* Per res humanas, res omnes intellige in materia immerſas, ſeu quæ ad ciuilem commodum ſpectant: Per diuinas vel res à materia abſtractas, & incorporeas: vel etiam res omnes quarum notitiâ nos præ cæteris quaſi diuiniores reddimur.

Philoſophiæ & ſapientiæ definitio.

B Eius obiectum ſunt res omnes, ſeu omne ens quod reale ſit: Inuentionem interdum falſo ſibi adſcripſit Græcia. Rectiùs veluti ſacris litteris magis conſonum Hebræis ſeu Chaldæis referunt Beroſus lib. 3. Diogenes. 8. Euſeb. de Præpar. euangel. 10. & lib. 1. contra Appionem Ioſeph.

Philoſophiæ obiectum.

Philoſophiam tripartito diuidunt Stoici in Moralem, Rationalem & Naturalem. Diuiſionem hanc reiiciunt Peripatetici, qui dialecticam non ſcientiam, ſed ſcientiarum inſtrumentum volunt, vt & nos docuimus. Epicurus eamdem diuidit in Phyſicam Ethicam & canonicam, quam nonnulli Medicinam putant. Rectiùs Ariſt. 2.

Philoſophiæ partes.

C Metaph. tex. 2. in Speculatiuam & Practicam Duplex enim in animo morbus: in intellectu ignorantia: prauitas in voluntate, vtriſque eſt ſapientiæ mederi, ignorantiæ rerum cognitione: Prauitati virtutibus, de quibus agit. Vel quia duplex in homine ſciendi ardor tum eorum quæ conueniunt ad tuendam vitam, huic practicæ ſcientiæ & artes omnes deſeruiunt: Tum eorum quæ ſcitu digna ſunt, huic ſcientiæ, omnes ſpeculariuæ

Rurſus practicam ſcientiam diuidit in actiuam & factiuam. Actiuam in Ethicam quæ docet dirigere actiones cuiuſque hominis in particulari, in Politicâ quæ de Reipublicæ adminiſtratione, & in Oeconomicam, quæ de rerum ac domus gubernarione. Factiuam in artes omnes, & quæ opus poſt ſe relinquunt; & quæ non: quæ ob ſolam oblectationem, quæ etiam ob vtilitatem: in eas quæ materiam diſpoount vt ars metallica, & in eas quæ diſpoſitam componunt, vt ars fabrilis, & ædificatoria, ſiue io eas quæ compoſita vtuntur vt nauigatoria, & militaris. Videatur Toletus.

Tandem ſpeculatiuâ diuidit in Phyſicam, Mathematicam, & Metaphyſicam. Huius diuiſionis ratio à priori eſt, quia rerum omoium quæ ſolummodò cognoſcuntur, tria ſunt genera; quædam ſiot extra materiam; quædam io materia; quæ in materia, ſunt in duplici differentia: quædam enim ſine materia intelligi omnino non poſſunt, vt corpora naturalia, & ſubſtantiæ corruptibiles: quædam verò licèt ſint in materia, rectè ſine materia concipiuntur, vt Pentagonus & Triangulus. Cognitio rerum extra materiam Metaphyſicam conſtituit: Cognitio rerum quæ intelligi non poſſunt abſque materia conſtituit Phyſicam: Denique cognitio rerum quæ licèt in materia ſint, poſſunt tamen ſine ea concipi, conſtituit Mathematicam. Hinc vulgare illud diſcrimen ioter has ſcientias, quòd Phyſica abſtrahit tantùm à materia particulari: Mathematica etiam à materia vniuerſali ſecundùm rationem, & ſi noo ſecundùm rem: Metaphyſica à materia tum vniuerſali, tum particulari, tum ſecundùm rem, tum ſecundùm rationem. Verùm quoniam contra ea quæ diximus quædam obiici poſſunt. Ideo ſit

Mathematica, Phyſica, & Metaphyſica in quo differunt.

Sectio II.

Afferuntur nonnullæ dubitationes contra prædicta, & diluuntur.

Dices primò: Philoſophia prout dicit aggregationem omnium ſcientiarũ non videtur poſſe habere pro obiecto omne eos reale; ens enim reale eſt obiectum in Metaphyſica, ergo non totius philoſophiæ; implicat enim idem eſſe obiectum partis & totius.

Secundò. Obiectum Mathematicæ eſt quantitas abſtrahens ab omni materia quæ oon eſt ens reale, ſed rationis; ergo aliqua realis ſcieotia habat pro obiecto ens rationis. Anteced. prob. Ens rationis eſt illud quod omoioo à parte rei implicat, ſed tantùm ab intellectu concipitur: huiuſmodi eſt quantitas abſtrahens ab omni materia, implicat enim dari à parte rei linea vel Peotagonus & non in aliqua materia, ergo. Confir. ex Ariſt. 3. Metaph. tex. 3. vbi ait Mathematici abſtrahunt ab ente & bono, ergo harum obiectum noo eſt ens reale.

Ad primum reſp. Ens dupliciter ſomi poſſe. Et ſecundùm ea quæ illi conueniunt ſecundùm ſe, vt ens eſt: Et ſecundùm ea quæ illi conoeniunt nedum in communi, ſed etiam in particulari, & omni modo quo cognoſci poteſt. Ens primo modo eſt obiectum ſolius Metaphyſicæ: ſecundo modo totius Philoſophiæ.

Ens quomodo Metaphyſicę obiectũ, quomodo totius Philoſophiæ.

Ad ſecundum. Quantitas dupliciter ſpectari

A poteſt, & vt abſtracta, ſeu prout ſubſtat abſtractioni, & quid vnum cum ea efficit, & ſic traoſeat antecedens: Vel ſecundùm ſe & abſolutè, & ſic eſt ens reale. Obiectum Mathematicæ eſt quantitas per ſe & abſolutè ſpectata, non vt abſtracta eſt, & ſic ad confirmatiooem. Cùm Ariſt. ait Mathematicam quantitatem abſtrahere ab ente & bono.

Dices tertiò. Qualis eſt illa diuiſio Philoſophiæ in practicam & ſpeculatiuam. Rurſus quæ illa diuiſio ſpeculatiuæ in Phyſicam, Metaphyſicam & Mathematicam?

B Reſp. Eſſe analogi in ſua analogata: practica enim cognitio non dicitur ſcientia niſi analogicè, & per quamdam proportionem ad ſcientiam ſpeculatiuam, quia illa non niſi io ordine ad opus: ſpeculatiua propriè & principaliter dicitur ſcientia, quia eſt propter ſe & non propter aliud. Ita Ariſt. 2. Metaph. tex. 3. Item quia nulla ſpecies ad quam vniuocè deſcendit genos eſſentialiter ab alia dependet; verùm cognitio practica ſubalternatur ſpeculatiuæ, ab ea enim accipit ſua principia & eſſentialiter depeodet; ſic mechanicæ artes à Mathematica: Medicina à Phyſica: Ethica à ſcientia de anima vt 1. Ethic. Ariſt. Hinc ſcientia ſpeculatiua dicitur prior naturâ, quàm practica; ſicut prior C eſt intellectus ſpeculatiuus, quàm practicus: Nobilior, quia eſt gratia ſui, ſicut illa eſt propter opus: Certior, quia eius finis inuariabilis, practicæ mutabilis & contingens: Perfectior, quia per ſe & completè hominem perficit, practica non niſi auxilio virtutum: Sublimior, quia ad Deum dirigitur, practica ad ciuilem felicitatem.

Diuiſio Philoſophiæ qualis.

Sciẽtia ſpeculatiua praxi collata.

Diuiſio verò ſpeculatiuæ in Phyſicam, Metaphyſicam & Mathematicam. Negant quidam eſſe vniuocam: Quia Phyſica & Mathematica ſobalternantur Metaphyſicæ: Sed falſum aſſumunt, quia principia Phyſicæ ſunt per ſe & immediatè indemõſtrabilia, oec à Metaphyſica de- D monſtrantur. Quidam concedunt, quia quælibet illarũ eſt ſpecies qualitatis, & habitus de difficili mobilis: ſed hi conſiderant ſcientias reſpectu ſubiecti quod afficitur, oon reſpectu obiecti quod ſpeculatur & reſpectu modi procadendi.

Alex. 1. Prior. vult ſcientiam ſpeculatiuam principaliùs dici de Metaphyſica: minus principaliter de Phyſica: tandem de Mathematica, Peret. cap. 11. lib. 1. duo inquit, Primum Mathematicam, quia eſt tantùm certa & euidens cognitio per quodcunque medium, ſiue illud ſit cauſa, ſiue oon, dummodo ſit neceſſariò connexum vni extremitatum, noo eſſe veram ſcientiam, atque adeò analogicè dici. Secun- E dom: ſi ſcientia ſpeculatiua ſumitur prout eſt effectus demonſtrationis rem cognoſcens per cauſam, tunc vniuocè dicitur & Phyſica & Metaphyſica: ſi verò conſideratur ratione obiecti, tunc magis principaliter dicitur de Metaphyſica quàm Phyſica. Non omnino diſplicet.

Philoſophia analogicè dicitur de mathematica, vniuocè de Phyſica & Metaphyſica.

Dices. Mathematica, Phyſica, & Metaphyſica differunt ſpecie, vel per diuerſam abſtractionem à materia, vel quia diuerſas ſpeculantur entis ſpecies. Non primum, quia ſic ſcientia de anima per ſe ſuam ſpeciem conſtitueret ab aliis diſtinctam; ſicut enim Mathematica conſiderat ens ſeparabile à materia ſecundùm rationem, non ſecundũ rem, ita animaſticus animam

Digitized by Google

A quæ eſt ſeparabilis à materia ſecundùm rem non ſecundùm rationem, quia definitur, Actus corporis organici,&c. Non ſufficit ſecundum;quia Cœlum & Plantæ pluſquam ſpecie differunt, & tamen ſub vna ratione obiecti conſtant vnam ſcientiam phyſicam.

Reſp. Perer. & concedit cap. 10. ſcientiam de anima ab aliis diſtinctam. Communiter verò reſpondetur, ſcientiam de anima non conſtituere quartum genus ſcientiæ, ſed partim ſpectare ad Phyſicam, videlicet vt eſt forma corporis, partim ad Metaphyſicam, vt videlicet eſt ſubſtantia ſpiritualis.

B Dices tandem, Metaphyſica multa conſiderat quæ à materia ſecundùm rem non abſtrahunt: ens enim, bonum, verum non ſemper abſtrahunt à materia, ſed neque prædicamenta, ac præcipuè quantitatis & qualitatis, ergo tertium genus ſcientiarum non conſiſtit in abſtractione à materia ſecundùm rem, & ſecundùm rationem.

Reſpondent communiter: Id dici de Metaphyſica quatenus denominationem deſumit ab obiectis nobilioribus, vt Deus, & intelligentiæ. Rectiùs tamen reſpondent, qui Ariſtotelicã definitionem non adeò ſcrupuloſè obſeruant: Vel, quod alibi diximus: pluralitatem ſcientiarum oriri ex diuerſa ratione formali obiecti quæ, non ſub qua, vt diſp. 3. de ſcientia ſect. 1. Plura de hac re Perer. Qui voluerit eum conſulat.

C

PARS SECVNDA.

DISPVTATIO PRIMA.

De natura Phyſicæ.

HOc loco proximum Phyſicæ genus, & vltimam eius differentiam inueſtigabimus: An videlicet naturalium rerum cognitio ſit verè ſcientia: & quodnam eius obiectum.

D

SECTIO PRIMA.

An Phyſica ſit ſcientia.

Academicorum ſententia aſſerentiũ Phyſicam non eſſe ſcientiam.

NEGABANT veteres & argumentabantur primò. Ex rerum naturalium inconſtantia & corruptibilitate: Secundò, ex earumdem infinitate: Tertiò, quia ſingulæ indiuiduæ; ſingularium autem, infinitorum, corruptibilium non datur ſcientia; ergo nec Phyſica dici poterit ſcientia.

E Econtrà Phyſicam eſſe ſcientiam docuit plurics Ariſt. contra Academicos; illum ſequuti ſunt Peripatetici, ac Scholaſtici omnes, cum quibus ſit

Phyſica verè & propriè ſcientia.

Vnica concluſio. Cognitio rerum naturalium eſt verè & propriè ſcientia. Probatur communiter vnica ratione & quidem potiſſimâ: Res omnes phyſicæ habent conditiones omnes quæ ad ſcientiam requiruntur, ſunt enim entia neceſſaria, incorruptibilia, vniuerſalia; habent proprias paſſiones ſibi primò & neceſſariò conuenientes,

A quæ de illis probari & oſtendi poſſunt, ergo de iis vera dari poteſt ſcientia.

Difficultas eſt. Quomodo res naturales ſint incorruptibiles, quomodo in determinato numero: quomodo vniuerſales.

Quomodo res naturales ſunt incorruptibiles.

Reſpondent quidam, Entia naturalia eſſe incorruptibilia in vniuerſali, licèt corruptibilia in ſingularibus. Ita Ruuius hîc.

Ruuius.

Contrà. Vniuerſalia non exiſtunt niſi in ſingularibus, ergo corruptis ſingularibus corrumpuntur vniuerſalia. Confir. ex Ariſt. in cap. de ſubſtan. vbi ait, corruptis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid eorum remanere, ergo ſecundæ etiam ſubſtantiæ corrumpuntur.

B Alij reſpondent, Entia naturalia eſſe incorruptibilia per ſe: corruptibilia per accidens: hoc eſt, non ratione ſui, ſed ratione indiuiduorũ. Ita Alex. 1. Phyſ. cap. 3. Auer. 1. Metaph. 27.

Alexander. Auerroes.

Contrà, ex Ariſt. 10. Metaph. cap. vltimo. Corruptibile & incorruptibile conueniũt rebus per ſe & non per accidens, ergo entia naturalia non poſſunt dici ratione indiuiduorum corruptibilia, incorruptibilia per ſe. Confir. quando aliquid alicui per ſe conuenit, non poteſt illi eius oppoſitum per accidens conuenire, ergo ſi vniuerſalia ſunt per ſe incorruptibilia, non erunt corruptibilia per accidens. Item, quæ non diſtinguuntur realiter ſi vnum corrumpatur, corrumpitur & aliud: ſic non poteſt corrumpi

C quantitas niſi corrumpatur figura; ſed vniuerſalia à parte rei non diſtinguuntur realiter à ſingularibus, ergo iis corruptis, etiam vniuerſalia corrumpuntur.

Toletus.

Tolet. ſic reſp. Aliud eſt generari: Aliud eſſe generabile: generari dicit actum qui primò conuenit ſingularibus: eſſe generabile dicit potentiam quæ conuenit vniuerſalibus, quæ ſemper ſunt.

Contrà. Hoc ipſum quærimus, ſi corruptibilia etiam vniuerſalia, quomodo ſemper ſint. Secundò, cuius eſt actus eſt etiam potentia, & econtrà, ergo ſi res naturales ſunt corruptibiles, vt ipſe fatetur in vniuerſali, poterunt corrumpi,

D ergo non incorruptibilia.

Occurrit quidam: Actum eſſe eiuſdem cuius potentia, ſed non eodem modo ſe habentis, quare ipſe homo vniuerſalis cui conuenit corruptibilitas corrumpitur etiam, ſed prout habet modum particularitatis. Sicut etiam homo in communi habet potentiam ridendi; ille idem homo habet actum ridendi, ſed alio modo, factus videlicet particularis.

Retorquetur. Sicut quia Petrus exiſtit dicitur quod homo exiſtat, & ridente Petro, ridet homo, ergo corrupto Petro corrumpitur homo, ergo ſi ſingularia corrumpuntur, corrumpuntur etiam vniuerſalia.

Quorumdã reſponſio.

E Reſpondent alij, Duplicem eſſe exiſtentiam, realem & obiectiuam: realis, corruptis indiuiduis deperditur, non obiectiua: & ſic dicuntur vniuerſalia etiam quoad exiſtentiam incorruptibilia.

Contrà. Ablato quolibet intellectu illis non remanet eſſe obiectiuum, ergo vniuerſalia ſimpliciter ſunt corruptibilia. Item de entibus naturalibus non habetur ſcientia prout ſunt in intellectu, ſed prout ſunt in ſeipſis à parte rei, ſed ſi à parte rei illa ſunt corruptibilia, quoad realem exiſtentiam, ſimpliciter dicentur corruptibilia.

Reſponſio aliorum.

Rurſus alij ſic, entia naturalia eſſe corruptibilia quoad exiſtentiam; incorruptibilia quoad eſſentiam. Sed contrà: Corrumpi nil aliud eſt niſi amittere exiſtentiam; ſed vniuerſalia non exiſtunt niſi in ſingularibus, ergo corruptis ſingularibus vniuerſalia in illis corrumpentur, ergo abſolutè corruptibilia: neque enim eſſentiæ competit corrumpi vel non corrumpi, ſed tantùm reſpectu exiſtentiæ.

Propria ſententia exponitur & probatur.

Reſp. igitur, incorruptibile poſſe ſumi dupliciter, & pro eo quod non poteſt amittere exiſtentiam, & hoc pacto res naturales etiam in vniuerſali corruptibiles dici debent; imò hoc ipſum demonſtrat Phyſicus in multis ſpeciebus ſui obiecti, & huiuſmodi incorruptibilitas non requiritur ad obiectum ſcientiæ. Secundò, incorruptibile ſumi poteſt pro eo vt dicit eamdem eſſentiam & neceſſariam connexionem ſubiecti cum prædicato, quæ nunquam variatur; vnde licèt res omnes naturales corrumpantur, tamen illæ propoſitiones, quæ de illis fieri poſſunt, ſunt incorruptibiles, & neceſſariæ, & huiuſmodi incorruptibilitas ſufficit vt ſcientia dicatur æternorum & incorruptibilium, & conueniat omnibus entibus naturalibus in communi: & hoc ſenſu diximus in lib. Poſter. Entia naturalia eſſe corruptibilia quoad exiſtentiam, incorruptibilia quoad eſſentiam, ſeu quoad prædicata eſſentialia.

Quomodo res naturales non ſunt infinitæ.

Quoad ſecundum. Quomodo res naturales ſint in determinato numero, nec ſint infinitæ.

Reſpondetur. Eſſe infinitas in indiuiduis: finitas in genere ſeu in ſpecie, non enim Phyſica hoc vel illud indiuiduum conſiderat, ſed hominem, ſed cœlum vt ſic.

Quomodo ſunt vniuerſales.

Quoad tertium. Quomodo ſint vniuerſales diximus in Logicis. quatenus videlicet plura indiuidua nullo intellectu cogitante in aliqua ratione communi conueniunt, nam natura illa veluti diſperſa in pluribus, ſiue actu exiſtentibus, ſiue in potentia verè eſt vniuerſalis ſecundùm vnitatem formalem; hanc ſpeculantur ſcientiæ.

Dices. Omne ens materiale eſſe ſingulare ex Ariſt. 2. Phyſ. tex. 19. at Phyſicus non conſiderat niſi entia materialia, ergo nullo modo vniuerſalia.

Phyſicus abſtrahit à materia ſingulari & ſignata.

Reſpondetur. Materia alia eſt ſingularis, quæ ſubſtat huic aut illi formæ particulari. Alia vniuerſalis, in qua hæc & illa materia conueniunt. Modò omne ens materiale eſt ſingulare, ſi materiam inuoluit ſingularem: Phyſicus autem abſtrahit à materia ſingulari & ſignata ſolùm conſiderat entia prout materiam inuoluunt vniuerſalem.

SECTIO II.

Qualis ſcientia Phyſica ſit.

Phyſica auſcultatio omnino ſpeculatiua.

PHYSICAM ſcientiam inter ſpeculatiuas non collocari hæc probant. Primò, De ſenſibilibus ex Ariſt. 1. Poſter. tex. 162. non datur ſcientia, ergo multo minus ſpeculatiua; ſed de ſenſibilibus agit Phyſica, ergo non eſt ſpeculatiua. Secundò, ſi Phyſica eſſet ſpeculatiua haberet pro obiecto rem ſpeculabilem, at hoc eſt falſum; Probatur, quia habet pro obiecto entia ſenſibilia. Tertiò, in hoc differt habitus practicus à ſpeculatiuo, quia ſpeculatiuus abſtrahit à ſingularibus, ſed phyſica non ſemper abſtrahit à ſingularibus; agit enim de elementis in particulari de cœlo nempe & aſtris, ergo non eſt habitus ſpeculatiuus. Quartò, obiectum ſpeculatiuæ ſcientiæ debet eſſe ens per ſe & neceſſarium; ſenſibilia autem ſunt per accidens.

Tandem ex Conimb. & Ruuio, Phyſica ad opus dirigitur, ad Dei videlicet dilectionem, & deſiderium, dum ad cognitionem dirigit: Item Phyſica ſæpe ad medicinam dirigitur, quæ in praxi conſiſtit. Tandem ſcientia phyſica quæ in Deo eſt, eſt etiam practica, ergo & ea quæ apud nos.

Phyſica ſciẽtia ſpeculatiua.

Communis omnium ſententia eſt, Phyſicam eſſe ſcientiam ſpeculatiuam, & nullus hactenus inter practicas collocauit.

Probatur communiter & rectè Scientia ſpeculatiua eſt, cuius finis eſt ſola cognitio. (plura de hac re in Logicis Prolegomenis) huiuſmodi eſt Phyſica, ergo.

Ad primum. An ens ſenſibile ſit Phyſicæ obiectum infrà: tranſeat tamen: Ariſtoteles autem ibi non excludit ſenſibilia ab obiecto Phyſicæ, ſed tantùm ait, ſentire non eſſe ſcire, ſic communiter.

Ad ſecundum. Entia ſenſibilia eſſe etiam ſpeculabilia, & intelligibilia.

Obiectio 1.

Obiicies. Sicut intelligibile eſt obiectum intellectus, ſic ſenſibile eſt obiectum ſenſus, & ſicut non poteſt intelligibile eſſe ſenſibile, ita nec ſenſibile intelligibile, ergo ſi ſemel Phyſicæ obiectum eſt ens ſenſibile, nullo poterit modo eſſe intelligibile. Anteced. prob. Intelligibile enim vt intelligibile, eſt quid ſpirituale, ſenſibile verò eſt quid materiale; implicat ens ſpirituale eſſe materiale, ergo & ens intelligibile eſſe ſenſibile, & econtrà.

Solutio. Ens ſenſibile poteſt eſſe intelligibile.

Reſp. Licèt ens intelligibile vt ſpirituale eſt non poſſit eſſe ſenſibile, tamen ens ſenſibile poteſt eſſe intelligibile beneficio intellectus agentis, vt in lib. de Anima.

Obiectio 2.

Contrà dices. Vel ſenſibile conſideratur à Phyſica vt intelligibile eſt: & non; quia obiectũ Phyſicæ eſt ens ſenſibile vt ſenſibile: Vel vt ſenſibile eſt, at neque; ſenſibile enim vt ſenſibile, eſt obiectum ſenſus.

Ens ſenſibile vt ſenſibile eſt ſpeculabile.

Reſ. Obiectum in Phyſica eſſe ens ſenſibile vt ſenſibile; adhuc tamen eſt ſpeculabile vt ſenſibile: poteſt enim intellectus agens hoc ipſum ens ſenſibile per propriam ſpeciem repræſentare illud intellectui poſſibili, & intellectus poſſibilis illud ſic repræſentatum ſpeculari.

Obiectio 3.

Vrgebis. Vel intellectus attingit illud vt ſenſibile eſt, vel vt intelligibile: non ſecundùm, vt concedunt; ergo vt ſenſibile, ſed hoc implicat. Prob. Implicat potentiam quamlibet ferri extra ſuum obiectum; viſiuam videlicet terminari in tangibile vt tangibile, ergo implicat intellectum habere pro obiecto ens ſenſibile, vt ſenſibile.

Repræſentari vt ſenſibile nõ eſt idẽ ac ſpeculari vt ſenſibile.

Reſp. Duo ſunt omninò diuerſa inter ſe. Repræſentari vt ſenſibile: & ſpeculari vt ſenſibile: Intellectus ſpeculatur entia ſenſibilia vt ſenſibilia, licèt non repræſententur vt ſenſibilia, ſed vt intelligibilia Nec neceſſe eſt vt obiectũ vt quo, ſit ſenſibile, imò de ratione ſpeciei intelligibilis & obiecti vt quo eſt, vt nullo modo ſit ſenſibile; ſufficit autem vt intellectus intelligat ſenſibilia vt ſenſibilia, ſi obiectum vt quod ſit ſenſibile.

Ad tertiũ. Phyſicã ſemper abſtrahere à ſingu-

latibus, & ſolem & aſtra conſiderat vt naturæ v- A niuerſales ſunt.

Ad quartum. Obiectum Phyſicæ, quod eſt corpus naturale ſenſibile poteſt ſumi dupliciter. Primò ſecundùm ſe, & vt aptum eſt, vt afficiatur qualitatibus ſenſibilibus, & ſic eſt ens per ſe & forſitam obiectum in Phyſica: Secundò: vt eſt affectum accidentibus, at ſic eſt ens per accidens.

Conimb. Rutius. D. Thomas. Ad quintum reſpondent Conimb. & Rutius, Phyſicam ex cognitione primæ cauſæ excitare nos in amorem Dei per accidens: Ad medicinam ordinatur ex fine ſcientis, non ſcientiæ. Phyſica quæ in Deo eſt, ideo eſt ſimul practica & ſpeculatiua, quia ſummè perfecta, & ab ea res B pendent non ſolùm in cognoſcendo, ſed etiam in eſſendo; à noſtra tantùm in cognoſcendo colligitur ex D. Th. 1. Par. quæſt. 15. ar. 3. & de Verit. art. 3.

SECTIO III.

An ſit vnus & ſimplex habitus.

SVPPONENDVM primò: quod docet Suarez diſp. 54. ſect. 11. num. 70. Tres dari habituum ſpecies. Quidam enim habitus eſt ſimplex Habitus tres ſpecies. quædam qualitas, tum in eſſendo, tum in cauſan- C do, quæ videlicet & eſt vna in entitate, & eſt tantùm actiua vnius actus, ex. g. vnius aſſenſus concluſionis. Quidam verò licèt ſit ſimplex qualitas in eſſendo, eſt tamen multiplex in cauſando. Alius denique eſt quædam qualitas multiplex, tum in eſſendo, tum in cauſando reſultans è collectione plurium qualitatũ quæ vnum quid efficiunt tantùm per aggregationẽ. Quarta ſpecies his poſſet addi, quam docuit Caiet. vt colligitur 1. 2. quæſt. 54. art. 4. ad 3. Gregor. &c. qualitas videlicet quædam vna compoſitione, quæ videlicet partes adinuicem habeat ſubordinatas. Cùm igitur in phyſica ſiunt & in reliquis ſcientiis ſunt plures demonſtrationes ex quibus habitus quidam producatur, quo intellectus ſit promptior & expeditior ad aſſentiendum iiſdem vel ſimilibus conditionibus; quæſtio modò eſt; An Quomodo phyſica dicatur vnus habitus. huiuſmodi habitus dicatur vnus, quia ſimplex quædam qualitas ſit, ita vt reddat intellectum promptum & habilem ad ſingulas concluſiones phyſicas; vel dicatur vnus per ſolam aggregationem, ita vt vnus habitus ad vnam inchoet concluſionem; vel vnus compoſitione.

D. Thom. Prima ſententia eſt D. Th. Phyſicam (idipſum dicendum de cæteris habitibus & ſcientiis) eſſe ſimplicem & indiuiſibilem qualitatem, tum intenſiuè, tum extenſiuè.

Soncin. Capreol. Secunda ſententia eſt Soncin 6. Metaph. quæſt. 9. quæ & à Capreol. tribuitur D. Th. ex 1. 2. qu. 54. art. 4 qui vult habitum Phyſicæ non eſſe ſimplicem qualitatem, ſed collectionem ordinatam ſpecierum intelligibilium.

Scot. Aureol. Gregorius. Ockam. Gabriel. Tertia ſententia eſt Scot. & Aureol. apud Capreolum in Prolog. ſentent. quæſt. 3. Gregor. ibid. Ocham. & Gabr. quæſt. 8. dicentium, huiuſmodi habitum & totalem ſcientiam ſiue phyſicam ſiue metaphyſicam eſſe aggregatum quoddam plurium habituum reſultantium ex diuerſis actibus inclinantibus intellectum ad ſingulas concluſiones. Eſt etiam Suarez loco citato.

Caiet. Quarta ſententia eſt Caiet. qui vult ſcientiam totalem eſſe non ſimplicem & indiuiſibilem qualitatem, ſed compoſitum aliquod ex diuerſis entitatibus, inter ſe verè ac propriè vnitis.

Prima concluſio. Phyſica non eſt vna & ſimplex qualitas quoad intenſionem, vt Thomiſtæ docent.

Probatur. Huiuſmodi habitus reuera augetur, ergo per additionem alicuius gradus qualitatis, qui ſit eiuſdem rationis; Anteced. prob. Per frequentiores actus remanet potentia propenſior ad alios actus eiuſdem rationis promendos, inquiro: vel hæc maior propenſio eſt quid reale de nouo productum; vel non: Si ſecundum, ergo ſi antea non erat ita propenſa, neque poſtea; idem enim manens idem non eſt aptum facere niſi idem. Si primum, ergo debet dari cauſa aliqua, à qua iſta propenſio dimanet, hæc autem non poteſt eſſe niſi nouus quidam gradus eiuſdem habitus. Videatur Suarez diſp. 44. ſect. 11. num. 3.

Secunda concluſio. Phyſica non eſt vna qualitas per ſolam aggregationem ſpecierum intelligibilium, vt volebat Soncin.

Prob. De ratione habitus eſt reddere potentiam promptiorem ad actum, ſed ſpecies intelligibiles id non præſtant quantum eſt de ſe, ergo. Min. patet, ſpecies enim non ſe tenẽt ex parte potentiæ, ſed ex parte obiecti. Item quia tolleretur omnino habitus ſcientifici, quod eſt cõtra Scholaſticos omnes, vt rectè hoc loco Suarez. Habitus eſt reddere potentiam promptiorem ad actum.

Tertia concluſio. Phyſica neque eſt vna compoſitione diuiſibilis ſecundùm extenſionem, vt volebat Caiet.

Prob. Vel extenſio huius qualitatis intelligitur ex parte ſubiecti; vel ex parte obiecti: Non primum, quia cùm intellectus ſit ſubiectum omnino ſpirituale & indiuiſibile, nec qualitas, quæ in eo inhæret poterit eſſe extenſa & diuiſibilis: Non ſecundum, vel enim tendit ad obiectum per modum vnius, & ſic illa qualitas dicetur indiuiſibilis etiam ex parte obiecti: Vel per modum plurium, D & ſic illa qualitas non poterit dici vna, ſicut enim in obiecto eſt pluralitas, & non eſt vera vnitas; multo minùs habitus, qui ab obiecto ſpecificatur, poterit dici vnus.

Quarta concluſio. Phyſica neque dicitur vna aggregatione plurium qualitatum quæ inter ſe ſpecie differant. Eſt contra Nominal. Scot. & Suarez.

Probatur. Ideo enim ponitur huiuſmodi habitus qui reuera ſit multiplex, & tantùm vnus per aggregationem, & in genere, quia non videtur vnus & idem habitus ſufficere ad aſſenſũ diuerſarum concluſionum in eadem ſcientia: Sed hoc E eſt falſum, ergo. Maior eſt ipſius Suarez ſect. 11. num. 51. Min. prob. Poteſt intellectus per eumdemmet habitum ad varia obiecta partialia virtualiter extendi, & plures actus efficere ſi ſint ſimilia in eadem ratione formali obiecti, licèt materialiter differant: Ita idem Suarez. num. 27. Sed omnia quæ tractantur in Phyſica conueniunt in vnica ratione formali, ergo licèt ſint plura obiecta partialia, ſufficit vnus atque idem habitus ad aſſenſum diuerſarum concluſionum, atque diuerſorum principiorum in eadem ſcientia.

Dices pro Suarez. Aſſenſus principiorum eſt alterius generis ac aſſenſus concluſionũ, quæ de-

monſtantur in Phyſica; ille enim eſt ex ſola no- A titia terminorum, iſte ex vi medij & præmiſſarum: ergo ſcientia totalis quæ conſtat ex habitu principiorum & concluſionum non poteſt eſſe vnus & ſimplex habitus.

Idem habitus ſufficit ad aſſenſum principiorũ & concluſionis.

Reſp. Habitus, qui reqoiritur ad aſſenſum principiorum ſi intendatur, ſufficit ad aſſenſum concluſionum; licèt enim principia vt principia ſunt differant à concluſionibus; conueniunt tamen in eadem ratione formali: & quod principia cognoſcantur ex ſola terminorum notitia, concluſiones ex vi medij, tantùm faciunt difficiliorem aſſenſum, non ſpecie diuerſum.

Quinta concluſio. Phyſica eſt vna & ſimplex B qualitas quoad extenſionem: compoſita quoad intenſionem: eſt vna vnitate ſpecifica, non generica.

Phyſica eſt habitus quidam iudicatiuus ſe tenens ex parte potentiæ.

Explicatur concluſio. Phyſica vt quędam ſcientia totalis eſt, nil aliud eſt quàm qualitas quædam relicta in intellectu ex efficacia aſſenſus ſcientifici: ſeu habitus quidam iudicatiuus, qui ſe tenens ex parte potentiæ reddit intellectum promptum & habilem ad aſſentiendum omnibus concluſionibus, quæ fiunt in Phyſica, quantum eſt ex ſe, ſi non deſint ſpecies intelligibiles: qui quidem habitus ſi ſemel producitur, intenditur poſtea per ſequentes & iteratos actus; ſicut primo gradu caloris producto reliqui, qui C illum ſequuntur, dum producuntur, illum perficiunt, & intendunt.

Probatur primò: Habitus & ſcientiæ ſumunt vnitatem & diſtinctionem ſpecificam ab obiecto, & ratione formali eiuſdem; ſed omnia obiecta partialia quorum paſſiones demonſtrat phyſicus, conueniunt in vnica tantùm ratione formali, ergo non erit multiplex, ſed vnus & ſimplex.

Sciẽtiæ ſumunt vnitatem & diſtinctionem à ratione formali obiecti.

Secundò. A pari ex habitibus ſupernaturalibus; Per fidem enim, quæ vna eſt, & ſimplex qualitas eleuatur intellectus ad aſſentiendum omnibus articulis fidei: Idem patet in Spe & Charitate & in Pœnitentia, tantùm quia eorum D obiecta in vnica ratione conueniunt; ergo idipſum dicendum in Phyſica.

Idem habitus ſufficit ad appetẽdum finem & media.

Tertiò. Maximè obſtarent in ſcientia habitus euidentes & ineuidentes, quando in illis ratio aſſentiendi ſit intrinſeca, videlicet ex ipſis terminis: in iſtis extrinſeca ex vi medij; ſed ad hoc non requiritur habitus ſpecie diſtinctus, ergo. Min. prob. In moralibus idem habitus ſufficit ad appetendum finem & media, ergo & in ſpeculabilibus idem habitus ſufficiet ad aſſentiendum præmiſſis, & concluſioni. Conſeq. prob. ex Ariſt. qui ait ipſum quod ſunt fines in moralibus, ſunt principia in ſpeculabilibus.

Reſp. Suarex num. 47. Diſparem eſſe rationem, E ideo enim in moralibus ſufficit idem habitus ad media & ad finem, quia media non habent aliam appetibilitatem quàm finis: concluſiones verò præter cognoſcibilitatem, quam habent ex principiis, habent etiam propriam.

Fines diuerſi poſſunt eodem habitu appeti.

Contrà. Fines medij, qui præter appetibilitatem finis vltimi habent appetibilitatem peculiarem, imò duo fines diuerſi rectè poſſunt habitu eodem appeti dummodo eadem ratio formalis ſit in vtriſque, vt ſi quis dominium appeteret vnius vrbis, vt ſic toti regno dominaretur, tunc eodem habitu & vrbis & regni dominium appeteret, ſed in ſcientiis v. g. in Phyſica eadem eſt ratio formalis inter ſe principiorũ & concluſionum, ergo rectè poterunt cognoſci, & iiſdem poterit aſſentiri intellectus per eũdem habitum: Hinc malè Suarex num. 48. Dum ait, principia in ſcientiis nullam aliam connexionem habere, quàm quod omnibus aſſentitur intellectus ex immediata notitia terminorum, conueniunt enim ſub eadem ratione formali ob quam idem intellectus facilitatem acquirit per eumdem habitum ad aſſentiendum vnicuique principio & concluſioni.

Confir. Ideò ad aſſenſum duorum principiorum in eadem ſcientia requiritur duplex habitus per ipſummet Suarez, quia requiritur duplex attentio, & vnum in alio non continetur: at hoc non obſtat, ergo. Min. prob. Quòd Deus ſit, & quòd ſit Deus, & vita, & ens per eſſentiam: item quòd Deus ſit mortuus, ſunt duæ propoſitiones; prima faciliùs creditur: ſecunda longè difficiliùs; hinc primam omnes fatentur, ſecundam minimè, & conceſſa priori, noua vis & attentio requiritur vt aſſentiamur poſteriori, vnáque nullo modo in alia continetur, & tamen quia conueniunt in vna ratione formali, entis videlicet reuelati, ad vtramque ſufficit vnus atque idem fidei habitus; ergo licèt dentur in eadem ſcientia plura principia & vnum in alio non contineatur, dum in eadem ratione formali conueniunt, poterit intellectus per eumdem habitum ſingulis aſſentiri.

Quartò prob. Habitus ſcientificus etiam per aduerſarios nil aliud eſt quàm promptitudo quædam & facilitas non ad modum quo propoſitiones cognoſcuntur, ſed ad aſſenſum ipſum & debitum vſum ſpecierum intelligibilium, & ad penetrandas veritates rerum, & ipſas terminorum rationes; Ita Suarez; ergo licèt concluſiones & principia differant quoad modum, quo cognoſcuntur, ſufficiet vnus atque idem habitus.

Ratio, Quare habituũ multitudo tollenda.

Ratio autem quâ potiſſimum ducor ad hanc habituum multiplicitatem negandam eſt, quia mihi non videtur probabile vt quoties nouam promo demonſtrationẽ noua producatur promptitudo & facilitas quæ ſit ſpecie diſtincta ab alia, quæ producitur per aliam demonſtrationem, ſufficit enim ſi eadem facilitas ex vi ſubſequentium demonſtrationum intendatur.

Habitus vnius demõſtrationis influit in alium.

Confir. Quia per ſolum habitum remiſſum principiorum, vel vnius demonſtrationis intellectus redditur promptior ad aſſenſum concluſionum, vt experientia patet: ſi quis enim didicit vnam propoſitionem aut demonſtrationem mathematicam faciliùs diſcet ſecundam, & ſic deinceps, ergo ſignum eſt quod habitus vnius principij vel demonſtrationis influat in alium, & non ſit ſpecie diſtinctus, aliter non influeret.

Confir. ſecundò. In Muſicis qui enim nouit artem muſicam multoties efficit ſonos quoſdam harmonicos, quos antea nunquam fecerat; hoc autem non fit niſi per eumdem habitum; ergo poſſunt actus omnino diſtincti fieri per eumdem habitum.

Obiectio 1.

Dices. Per ſolum habitum principiorum non poteſt intellectus aſſentiri concluſioni, quia poſterior aſſenſus eſt longè difficilior.

Diſlutio.

Reſp. Non poteſt quantum eſt ex parte habitus, & nego: ille enim inclinat ad quaſcunque propoſitiones vt diximus: non poteſt quantum eſt ex parte obiecti ob maiorem attentionem quam requirit: concedo; ergo duplex habitus requiritur ſpecie diſtinctus, nego conſeq. ſic dif-

ficiliùs diligitur inimicus quàm Deus, vtrumque tamen fit per eumdem habitum charitatis, vt fatentur aduerſarij.

Obiectio 2. Dices ſecundò. Cauſæ eſſentialiter diſtinctæ producunt effectus eſſentialiter diſtinctos, ſed in phyſica ſunt plures actus ſaltem principiorum & concluſionum eſſentialiter diſtincti qui in nullo conueniunt, ergo habitus qui producuntur per illos actus erunt eſſentialiter diſtincti.

Dilutio. Reſp. neg. min. Conueniunt omnes in vna ratione formali, quæ ſufficit vt producant habitum & facilitatem eiuſdem ſpeciei & rationis, licèt materialiter differant.

Obiectio 3. Dices tertiò. Habitus diſtinguuntur per actus ex Ariſt. 2. de Anima tex. 33. Sed actus in phyſica ſunt eſſentialiter diſtincti, ergo & habitus.

Dilutio. Reſp. eodem modo. Ariſt. autem intelligendus de actibus diuerſarum ſcientiarum totalium ac facultatum.

Obiectio 4. Dices quartò. Magis differt ſcientia de cœlo, quæ eſt in Franciſco, à ſcientia, quæ eſt in eodem de terra, quàm ſciẽtia Franciſci de cælo, & ſcientia Ioannis de cœlo, ſed hæc differt numero, ergo illæ differunt ſpecie.

Reſp. Scientia de cœlo, & ſcientia de terra in Franciſco quoad habitum ſcientificum minùs differunt quàm ſcientia de cœlo in Franciſco, & ſcientia de cœlo in Ioanne, quia in Franciſco vtraque ſcientia eſt vna qualitas numero, licèt quoad ſpecies intelligibiles ſit maior differentia; ſed de his non loquimur.

Obiectio 5. Dices quintò. Si Phyſica ſcientia eſt vna ſimplex qualitas addiſcens vnam partem ſcientiæ addiſceret aliam, ſed hoc eſt falſum, ergo & id vnde ſequitur.

Dilutio. Reſp. neg. ſequel. Quia requiruntur ſpecies intelligibiles; concedo autem, quod per habitum acquiſitum per vnam demonſtrationem acquirat facilitatem quandam ad reliquas in eadem ſcientia: ſic per habitum infuſum charitatis, & Deum & proximum diligimus.

Phyſica eſt vna & ſimplex qualitas vnitate ſpecifica nõ generica. Maneat ergo, Phyſicam vt quædam ſcientia totalis eſt, eſſe vnam & ſimplicem qualitatem, non vnitate generica, vt ex. g. color, ſed vnitate ſpecifica vt albedo: quæ eſt vna numero in quolibet intellectu vna ſpecie ſecundùm ſe; ſimplex omnino quoad extenſionem, intenſibilis quoad gradus. Hanc ſententiam libentiùs tueor vt pote D. Th. licèt aliud autument eius aſſeclæ.

DISPVTATIO SECVNDA.

De vltima differentia, ſeu de obiecto Phyſices.

Vinimvs proximum Phyſicæ genus; vltimam eius differentiam in obiecto à quo ſcientiæ ſpecificantur, & vltimam differentiam deſumũr, ſcrutabimur: diſputatio ſententiarum multitudine aſſertorũmque auctoritate & pugna nonnihil operoſior. Eæ omnes ad has ferè claſſes reduci poſſunt. Alij enim pro obiecto Phyſicæ

A corpore naturali volunt quid latius patens; Alij quid minus conſtituunt: Alij ipſum corpus naturale.

Sectio Prima.

Expenduntur ſententiæ primæ claſſis, an videlicet aliquid quod excedat corpus naturale, ſit adæquatum Phyſicæ obiectum.

Obiecti nomine, vt rectè notat Zabarel. hîc non intelligitur res quælibet in illa B ſcientia conſiderata, ſic enim omnia principia poſſent dici obiecta, ſed tantùm illud cuius principia partes, & paſſiones in ea ſcientia inquiruntur. Obiecti totalis conditiones has enumerat Ariſt. 1. Poſter. Vt quoad nomen, & an ſit omninò ſupponatur, vt habeat principia partes & paſſiones, quæ de illo poſſint demonſtrari. Tandem quod à ſcientia non excedatur neque illum excedat, vt videlicet quicquid in ea conſideratur ad ipſum pertineat, vel vt paſſio, vel vt pars, vel vt principium. Has conditiones quiſque de ſuo obiecto demonſtrare contendit. Ideò (Totalis obiecti conditiones ex Ariſt.)

Prima ſententia eſt D. Th. hic lect. 1. Phyſicæ obiectum eſſe ens mobile, non corpus mobile. C Sequuntur Thomiſtæ & Recentiores nonnulli, qui licèt conueniant quoad modum conſiderandi, mobile videlicet ſignificare aptitudinem ad motum radicaliter ſumptam, non formaliter; principium videlicet ex quo fluit illa aptitudo, non verò potentiam ad moueri, atque adeò concedunt, mobile dici ad conuertentiam cum naturali; diſſident tamen quoad rem conſideratam, cur inquam potiùs ens, quàm corpus mobile ponendum ſit Phyſicæ obiectum. (D. Thomæ & eius ſectatorum ſententia.)

Sotus quem ſequitur Rubius vult, quia ens mobile eſt quid notius; Caiet. quia latius patet, dum includit ſubſtantiam & accidens: Ferrar. & Gratiad. 1. Phyſ. Dub. 6. Quia comprehendit D materiam & formam; materiam, quia mouetur fundamentaliter, & vt prima radix motus; formam quia mouetur terminatiuè, ſicut ſubiectiuè corpus. (*Sotus. Rubius. Ferrar. Gratiad.*)

Probant ſuam ſententiam primò. Phyſicæ obiectum non abſtrahit à materia, ergo eſt ens mobile, quia ens mobile eſt, quod à materia non abſtrahit. Secundò, natura eſt principium motus, phyſicus agit de rebus habentibus naturam, ergo de iis quæ habent principium motus, ergo de ente mobili. Tertiò, ſcientia non demonſtrat ſuum obiectum, phyſicus demonſtrat corpus eſſe mobile, ergo non eſt obiectum. Quartò: Illud eſt obiectum in qualibet ſcientia, quod eſt E ſubiectum primæ paſſionis, tale eſt ens non corpus, ergo. Min. prob. Illud eſt ſubiectum primæ paſſionis, quod in eius definitione includitur, ſed ens non corpus ponitur in definitione motus, & motus dicitur actus entis, ergo.

Secunda ſententia eſt Scotiſtarum, qui volunt obiectum eſſe ſubſtantiam naturalem finitam: Subſtantiam vt excludant accidentia: Naturalem, quia ſolùm conſideratur in ordine ad motum, cuius principium eſt natura: Finitam, vt excludatur Deus, & comprehendat intelligentias: licèt hoc poſtremum fateantur non eſſe ad mentem Ariſt. Ita Io. Canon. 1. Phyſ. quæſt. 5. (Sententia Scotiſtarũ.)

art. 2. Antonius Andreas, & Trombetta.

Probant primò. Quod eſt principium motus phyſici pertinet ad phyſicum; huiuſmodi ſunt intelligentiæ, mouent enim cælos, & motus cæli eſt phyſicus, ergo. Secundò. Ideò Ariſt. excluſit intelligentias ab obiecto Phyſicæ, quia putauit illas immobiles, ſed reuera ſunt mobiles, ergo debent includi. Min. patet, re enim vera intelligentiæ mouentur localiter, & ſucceſſiuè; poſſunt enim occupare ſuum locum motu ſucceſſiuo, ſi ita illis libuerit.

Tertia recentiorum ſententia. Tertia ſententia eſt quorumdam Recentiorum. Obiectum eſſe compoſitum naturale prout eſt genus ad compoſitum ſubſtantiale & accidentale: Putant Caiet. pro ſe eſſe opinatum, Opuſculo de hac re: Prob. ſuam ſententiam. Obiectum adæquatum in qualibet ſcientia eſt illud, quod cum illa adæquatè conuertitur, & cum omnibus paſſionibus ſubiecti, ita vt nulla latiùs pateat ipſo obiecto; ſed accidentalis mutatio, vt calefactio, competit per ſe compoſito accidentali, non corpori naturali; ergo corpus naturale non poteſt eſſe obiectum adæquatum, ſed potiùs compoſitum naturale. Probant minorem, in qua vis huius ſententiæ conſiſtit, multipliciter.

Primò. Per immutationem accidentalem non fit ſubiectum ſubſtantiale, quia ſupponitur factum; ergo fit compoſitum accidentale; ergo fieri accidentaliter non competit corpori, ſed compoſito accidentali. Secundò, ſubiectum mutatur ſubiectiuè, non autem fit terminatiuè, ergo terminatiuè mutari accidentaliter non conuenit corpori naturali. Tertiò, In hac mutatione accidentali aliquid dicitur fieri vt quod, non fit præcisè forma accidentalis, quia hæc fit vt quo; nec ſubiectum, quia ſupponitur factum, ergo fit compoſitum ex ſubiecto & forma accidentali; hoc autem eſt compoſitum accidentale. Confir. Ita ſe habet mutatio ſubſtantialis ad ſubſtantiam, ſicut accidentalis ad accidens; ſed per illam fit compoſitum ſubſtantiale; ergo per hanc accidentale.

Dices. Per calefactionem non fieri calidum, atque adeo nullum compoſitum accidentale, ſed aquam calidam.

Contrà. Vel enim intelligis fieri ſubiectum, dum aliquid fit; & non; quia ſupponitur: Vel aquam recipere calefactionem; & neque, non enim hîc loquimur de ſubiecto quod eſt aqua, ſed de termino; ergo debet intelligi aquam coniungi calori, hoc autem nil aliud eſt quàm fieri calidum, ſeu compoſitum ex calore & ſubiecto.

Tandem probant ex Ariſt. 1. Phyſ. 64. In omni mutatione ſiue ſecundùm ſubſtantiam, ſiue ſecundùm figuram id quod fit, eſſe compoſitum; ſed alteratio eſt mutatio, ergo in alteratione debet fieri compoſitum; non ſubſtantiale, quia hoc fit per generationem, ergo accidentale. Confir. ex 12. Metaph. Vbi habet materiam, formam, & priuationem non coarctari ad vnum genus ſubſtantiæ, ergo huiuſmodi principia repetiuntur in cæteris prædicamentis, & conficiunt compoſitum accidentale: Hoc volunt eſſe partiale obiectum in Phyſica.

Ex his, tres oriuntur difficultates præcipuæ, hoc loco diſſoluendæ. Prima, an Angeli & intelligentiæ ſint ſpecies quæ contineantur ſub obiecto Phyſicæ. Secunda, an materia & forma. Tertia, an compoſitum accidentale; ſi enim hæc ſunt ſpecies obiecti phyſici, ſtatim corpus naturale non poteſt eſſe adæquatum obiectum, ſed ponendum quid latiùs patens. Ideo ſit

Prima concluſio. Phyſicæ obiectum non comprehendit intelligentias tanquam ſpecies, eſt contra Zabarellam & alios.

Intelligentiæ nō ſunt phyſicæ cōſiderationis. Prob. primò: Cuilibet ſpeciei phyſicæ debet conuenire motus phyſicus, ſed intelligentiis non conuenit, ergo. Maior patet. Motus enim eſt prima paſſio obiecti. Minor prob. Quæ enim motu phyſico mouentur, debent eſſe in loco & tempore ex 8. Phyſ. textu 2. debent eſſe quantitate affecta ex 6. Phyſ. 32. & 86. Sed hæc non conueniunt intelligentiis, ergo. Secundò, Phyſicus debet conſiderare intrinſecam eſſentiam & rationem ſui obiecti; ſed Phyſicus non conſiderat intelligentias, quoad earum eſſentias, quia hoc pertinet ad Metaphyſicum, ergo. Tertiò, Phyſicus non abſtrahit à materia in vniuerſum, licèt abſtrahat à ſignata, ergo intelligentiæ non ſunt ſpecies obiecti phyſici.

Principium extrinſecum motus non pertinet ad phyſicum, niſi indirectè. Ad primum reſpondetur diſtinguendo antecedens: Quod eſt principium motus phyſici in eo in quo eſt, pertinet ad phyſicum: tranſeat: quod autem eſt principium quomodocunque aſſiſtens, vel extrinſecum, vt intelligentiæ, & nego: Quia hoc pacto etiam Deus eſſet ſpecies obiecti phyſici, qui poteſt eſſe principiū motus. Secundò reſpondetur. Quod eſt principium motus phyſici pertinet ad phyſicum eo modo quo eſt principium; concedo: hoc autem poteſt eſſe vel tanquam ſpecies, ſi habet principium motus in ſe, vel extrinſecum mouens vt intelligentiæ, quæ conſiderantur à Phyſico non vt ſpecies, ſed vt principia extrinſeca mouentia.

Succeſſio in motu phyſico vnde? Ad ſecundum. Motus localis & eius ſucceſſio non eſt motus phyſicus in intelligentiis, quia ſucceſſio in motu phyſico naſcitur ex aliqua quantitate mobilis, & ſpatij, ita vt mobile ob repugnantiam entitatiuam non poſſit eſſe in toto ſpatio; Angelus autem ſucceſſiuè mouetur non ex neceſſitate quantitatis, ſed ex libito, quia poteſt in inſtanti acquirere totum ſuum locum adæquatum. Eadem ratione neque vbi Angeli eſt phyſicæ conſiderationis; & ratio eſt, quia ex natura ſua non requirit ſubiectum quantum, ſed pro libito: quamuis tam ſucceſſio motus, quàm vbi ſint diuiſibilia, & habeant ſimilitudinem aliquam cum quantitate: quanta tamen non ſunt dicenda.

Obiectio. Dices ex Zabarel. Primus motor conſideratur à Phyſico, & de eo agit 8. Phyſ. Ariſt. ergo eſt obiectum partiale Phyſicæ, ergo & intelligentiæ.

Diluitio. Reſp. primò. De eo agit Phyſicus vt primum principium concedo, vt obiectum nego: vel ſecundò reſpōdetur. *De Deo quomodo agat phyſicus.* Conſideratur à Phyſico quoad an ſit: non quoad quid ſit, quia mouet immotus: obiectum autem in Phyſica eſt quod habet principium motus in ſe, ſeu quod motum mouet. Colligitur ex Ariſt. 3. Phyſ. tex. 73. vbi ait: Duo ſunt principia mouentia phyſicè, quorum alterum non eſt phyſicum, quia non habet principium motus in ſe, & tex. 71. Quæcunque mota mouent ſunt phyſicæ conſiderationis. Sed

Obiectio. Contrà. Motus locus, & Tempus non habent principium motus in ſe: Item calor & frigus, & tamen omnia à Phyſico conſiderantur quoad quid eſt, ergo & Deus, & intelligentiæ: Reſp. Huiuſmodi accidentia licèt in ſe non habeant naturam, ſunt tamen entia ſecundùm na-

rutam, vel à natura; non ſic primus motor & intelligentiæ.

Motus, locus, tempus entia ſunt ſecundùm naturã vel à natura, ita calor & frigus.

Secunda concluſio. Materia & forma non ſunt obiecta partialia: ſeu non ſunt ſpecies obiecti phyſici.

Materia & forma non ſunt ſpecies obiecti Phyſices.

Prob. primò. Materia & Forma ſunt principia obiecti phyſici, ergo non ſpecies. Conſequentia probatur. Tria ſunt quæ de quolibet obiecto demonſtrantur in ſcientiis, principia, ſpecies ſeu partes, quas vocant poteſtatiuas, & paſſiones, & hæc omnino inter ſe diſtincta: principiis enim conueniunt aliquę proprietates, quę non conueniunt ſpeciebus, aut paſſionibus & econtrà. Confir. Principia conſtituunt obiectum, ergo non poſſunt eſſe ipſum obiectum aut obiecti ſpecies, ſicut nec rationalitas poteſt eſſe homo. Secundò. Ideò forma erit ſpecies obiecti phyſici, quia mouetur terminatiuè; ſed hoc non ſufficit, ergo. Min. probatur. Etiam accidentia mouentur terminatiuè, & producuntur vt quo, ſicut forma ſubſtantialis; & tamen per aduerſarios accidentia non ſunt obiectum partiale.

Obiectio 1.

Dices. Ideo corpus eſt ſpecies obiecti phyſici, quia eſt ſubiectum motus, ſed etiam materia eſt radix & fundamentum motus, ergo.

Obiectio 2.

Dices ſecundò: Quicquid participat paſſionem phyſicam eſt obiectum phyſicum, ſed materia & forma participant paſſionem phyſicam, ergo ſunt obiectum phyſicum: ſicut enim corpus mouetur ſubiectiuè, ita materia mouetur radicaliter, & forma terminatiuè.

Obiectio 3.

Tertiò. Si materia eſſet quantitate affecta, poſſet alterari, & aliquid recipere, & etiam moueri, & tunc non eſſet corpus naturale, ergo.

Ad primũ.

Ad primum reſpondetur. Corpus eſt ſpecies obiecti phyſici, quia eſt ens completum ex quo oritur motus: materia autem eſt principium & pars incompleta.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum. Non quomodocunque aliquod ens participans paſſionem phyſicam, debet poni obiectum Phyſicæ; ſic enim plurima accidentia eſſent ſpecies obiecti phyſici, quia ſemper illis conuenit aliqua mutatio, & proprietas. Obiectum autem in Phyſica debet eſſe ſubiectum motus, non radix vel terminus qualis eſt materia, vel forma.

Obiectio.

Dices. Forma eſt terminus generationis vt quo, ergo eſt ſubiectum mutationis vt quo, ſubiectum videlicet motus terminatiui; ergo eſt ſpecies obiecti phyſici.

Dilutio 1.

Reſp. primò. Vix intelligo quid ſit iſte motus terminatiuus, & iſte motus radicalis: Terminus enim mouens potiùs excludit motum, & illi opponitur; ſic etiam radicalis mutatio nil aliud ſignificat, niſi terminum à quo incipit mutatio; terminus autem vt terminus eſt, ſiue à quo, ſiue ad quem, nullum includit motum: Tranſeat tamen: Concedo formam eſſe terminum generationis vt quo, nego tamen appellari poſſe ſubiectum motus, quia tantum ſubiectum eſt corpus: Vel etiam eo conceſſo.

Dilutio 2.

Reſp. ſecundò. Licèt forma poſſit dici ſubiectum motus terminatiui, nego tamen eſſe ſpeciem obiecti, quia etiam calor elementaris mouetur vt quo, & eſt terminus mutationis accidentalis; eſt autem paſſio elementi non ſpecies obiecti phyſici: Nec ſufficit quæcunque proprietas phyſica ad conſtituendũ obiectum phyſicum: quantitas enim eſt ratio formalis faciens res extenſas, & ab ea fluit; diuiſibilitas, & commenſuratio in ordine ad locum, quæ ſunt proprietates phyſicæ; quantitas tamen ex omnium ſententia non eſt pars obiecti, ſed paſſio materiæ: Paſſio igitur obiecti phyſici eſt moueri ſubiectiuè, vt ens completum.

Paſſio obiecti phyſici.

Ad tertium.

Ad tertium reſp. In eo caſu neque materia erit ſpecies obiecti phyſici, quia tunc illi conueniet motus non vt ſpeciei obiecti, ſed vt parti ſeu principio componenti obiectum phyſicum.

Tertia concluſio. Compoſitum accidentale non eſt ſpecies obiecti phyſici.

Neque cõpoſitum accidentale eſt pars obiecti phyſici.

Probant quidam ſic: Mutatio accidentalis non eſt mutatio per ſe tendens ad compoſitum accidentale, ergo: Anteced. prob. in calefactione enim reuera non fit aliquod compoſitum, ſed tantùm ſubiectum ſub illo accidenti.

Ex vnione accidentali compoſitũ eiuſdem rationis.

Sed meo iudicio frigidiſſimè: probatur primò. Per calefactionem reuera producitur vnio (ſiue diſtincta à forma, ſiue non, tranſeat) inter ſubiectum & formam accidentalem, & hæc vnio non eſt ſubſtantialis, ergo accidentalis; ergo per eam fit compoſitum accidentale; Conſequentia probatur. Sicuti ex eo quod producitur vnio ſubſtantialis, fit compoſitum ſubſtantiale, ita ex vnione accidentali compoſitum accidentale.

Secundò. Per quamlibet actionem neceſſariò pendet per ſe & eſſentialiter terminus aliquis, ſed per calefactionem non pendet eſſentialiter aqua, quod eſt compoſitum ſubſtantiale, ergo compoſitum accidentale; aqua enim ſecundùm ſuum eſſe neque pendet à calore, neque à calefactione.

Tandem negare hi non poſſunt fieri aquam calidam, ſed fieri ſubiectum calidum non poteſt concipi, niſi etiam concipiamus fieri calidum, ergo verè fit aliquod compoſitum accidentale, implicat enim ſubiectum fieri calidum, & non fieri calidum.

Aliorũ fundamentum.

Probant alij concluſionem ſic, ſed parum ab his diſtant: In mutatione accidentali non fit compoſitum accidentale, ſed fit compoſitum ſubſtantiale ſecundùm eſſe conſummatum.

Diluitur.

Contrà. Fieri ſubiectum ſub tali eſſe conſummato & perfecto eſt fieri ſubiectum ſub accidenti; ſeu clariùs, eſt fieri compoſitum accidentale, & idem eſt aquam fieri & perfici ſub calore, ac aquam fieri calidam: idem enim eſt, naſum vnitum eſſe ſimitati, & naſum eſſe ſimum; & idem eſt materiam eſſe ſub forma & perfici à forma, ac eſſe vnitam formæ & reſultaſſe compoſitum. Diſcrimen tantùm in verbis, quódque ſemel diximus in recto, idipſum fatemur in obliquo: vtraque igitur probatio ſicut parum diſſimilis, ſic Philoſopho parum digna; Aliter igitur probanda concluſio.

Recentioris cuiuſdam ratio reiicitur.

Probat quidam ex noſtris. In Philoſophia non traduntur principia compoſiti accidentalis, ergo compoſitum accidentale non eſt ſpecies obiecti phyſici: concedunt ergo compoſitum accidentale; negant ſpectare ad Phyſicum.

Impugnatur ex Ariſt. 12. Metaph. 18. quod pro aduerſariis ſuprà citauimus: Materiam videlicet formam & priuationem nõ coarctari ad vnum genus ſubſtantiæ, ergo falsò aſſumunt, principia phyſica non conuenire compoſito accidentali.

Reſpondet, ptincipia phyſica & paſſiones A conuenire compoſito accidentali tantùm per quandam analogiam.

Inſto. ergo compoſitum accidentale eſt ſpecies analoga obiecti phyſici: Conſeq. prob. Illud eſt ſpecies alicuius obiecti, ſiue analoga ſiue vniuoca cui conueniunt principia & paſſiones illius, vel analogicè vel vniuocè; ſed conceduntur ptincipia & paſſiones phyſicas conuenire analogicè compoſito accidentali, ergo compoſitum accidentale per ipſos erit ſaltem ſpecies analoga obiecti phyſici. Ruſus; ſi alia ſunt principia & paſſiones compoſiti accidentalis, quàm principia phyſica; ergo diſtincta erit ſcientia vtriuſque compoſiti; vel adhuc illis explican- B dum eſt quomodo compoſitum accidentale ad phyſicum pertineat. Concedendum igitur puto aduerſariis & dari compoſitum accidentale, & phyſica habere principia & paſſiones: quod tamen his non obſtantibus oon ſit ſpecies obiecti phyſici.

Compoſitū accidentale non eſt ſpecies obiecti phyſici.

Probatur primò. Mutari accidentaliter ita eſt paſſio compoſiti accidentalis, vt etiam ſit paſſio compoſiti ſubſtantialis; ergo mutari accidentaliter non conſtituit ſpeciem eſſentialiter diſtinctam à compoſito ſubſtantiali. Anteced. probatur. Per accidentalem mutationem fit etiam compoſitum ſubſtantiale, nedum accidentale; ergo fieri accidentaliter eſt paſſio nedum com- C poſiti accidentalis, ſed etiā ſubſtantialis: Antecedēs probatur. Cùm calor in ſubiecto producitur, verum eſt dicere, quòd nedum fiat calidum, ſed etiam quòd ſubiectum & corpus ſit calidum, ergo ſubiectum verè fit noo ſimpliciter, & ſecundùm eſſe ſubſtaooale; ergo ſecundùm eſſe accidentale, ergo accidentaliter fieri prædicatur de corpore naturali tanquam eius paſſio. Confir. ex Ariſtot. 5. Phyſ. 7. vbi mutationem accidentalem vocat geoeratiooem ſecundùm quid, ac ſi diceret corpus cùm accidentaliter motatur, iterum quodammodo generari, non ſimpliciter ſed ſecundùm quid penes accidentia. Item 5. Phyſ. Alia fiunt ex alio aliud; alia ex altero alterum. Modò ſic. Per mutationem D accidentalem corpus naturale fit alterum, ergo dicitur fieri, ergo de illo prædicatur accidentalis mutatio.

Neque forma eſt ſpecies obiecti.

Reſpondeot. Corpus naturale fieri alterum ſubiectiuè, non terminatiuè: compoſitum verò accidentale fieri alterum terminatiuè, quod nullo modo competit corpori.

Contrà. Moueri terminatiuè non ſufficit ad conſtituendum obiectum in Phyſica, vt diximus concluſione præcedenti; alioquin etiam forma ſubſtantialis, & accideotalis dicerentur obiectum Phyſicæ, quia etiam mouentur terminatiuè vt volebat Ferrar. Sed per aduerſarios forma E non eſt ſpecies obiecti phyſici, ergo neque compoſitum accidentale.

Secundò. Dato quod moueri terminatiuè ſufficiat ad conſtituendam ſpeciem obiecti phyſici, adhuc neque compoſitum accidentale eſſet ſpecies, quia etiam mutari terminatiuè accidentaliter prædicatur de corpore naturali; Probatur ſic: Quod affirmatur de toto concreto ſimpliciter, etiam affirmatur de ſubiecto, niſi aliunde reſtringatur propoſitio, vt in Dialecticis docuimus: ſed compoſitum accidentale eſt aliquod concretum ex forma accidentali, & ſuppoſito ſubſtantiali, ergo quod affirmatur de compoſito accidentali, debet affirmari de ſubſtaotiali: de accidentali dicitur quod mouetur terminatiuè, ergo idipſum affirmabitur de compoſito ſubſtantiali, quod eſt ſubiectum.

Confirmatur. Actiooes ſunt ſuppoſitorum, hoc eſt denominant ipſum ſuppoſitum, licèt ſæpius prodeant à forma ipſi ſuppoſito repugnante, ſic aqua dicitur calefacere ſi fuerit calida, licèt calefacere repugnet aquæ vt aqua eſt: Et in Theologia verè dicimus, quòd Verbum eſt homo, quòd Verbum moritur, licèt tantùm mortuus Dei filius ſit ſecundùm humanitatem: Modò ſic. Actiones ſunt ſuppoſitorum, ergo & paſſiones, qualis eſt hæc, fieri & moueri terminatiuè: Conſeq. prob. Non minus eſt paſſio conuenìens accidenti poſſe agere, quàm poſſe fieri, etenim tam verè dicimus, aquam calidam agere, quàm aquam fieri calidam.

Non modò actiones ſed paſſiones ſunt ſuppoſitorum.

Denique. Ideo per huiuſmodi auctores compoſitum accideotale eſt ſpecies obiecti phyſici, quia eſt terminus alterationis, ſed vt eſt terminus alterationis non eſt quid mobile, ergo. Moueri enim non eſt terminus motus, ergo licèt compoſitum accidentale ſit terminus motus, non tamen eſt dicendum mobile; & Angeli licèt ſint producibiles, non dicuntur mobiles.

Ad rationes in contrarium. Solùm probant dari compoſitum accidentale, quod nos concedimus. Ad id quod adducunt ex Ariſt. reſp. Principia illa compoſiti accidentalis eſſe principia phyſica, quia tamen dum principiant compoſitum accidentale, etiam principiant ſubſtantiam, ſicut & ipſa accidentia ſunt quodammodo perfectiones ſubſtantiæ & illam perficiunt; Ideò non efficiunt ſpeciem obiecti diſtinctam: principiant enim ſubſtantiam non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, id eſt ſecundùm eſſe accidentale, non ſubſtantiale.

Principia compoſiti accidentalis ſunt principia etiam ſecundùm quid compoſiti ſubſtantialis.

Obiectio.

Dices. Per actionem accidentalem non fit ſimpliciter ſubſtantia, & tameo compoſitum accidentale dicitur ſimpliciter fieri, ergo paſſio quæ eſt fieri ſimpliciter terminatiuè, non conuenit compoſito ſubſtantiali: Obiecto autem debent ſimpliciter paſſiones adſcribi.

Dilutio.

Reſp. In antecedenti inuolui æquiuocationem & prædicatom latiùs patere ſubiecto, quia actio accidentalis tunc refertur nedum ad accidentalem, ſed ad ſubſtantialem corporis geoerationem. Quòd ſi prædicatum reſtringatur & fiat æquè patens apparebit falſitas, ſi dicatur, Per actionem accidentalem non fit ſimpliciter accidentaliter ſubſtantia, ſic falſum eſt anteced. Per calefactionem enim ſubſtantia ſimpliciter calefit, & ſi liceret inouare vocabula & ſubiectum poſſet dici accidentari, ſicut dicimus corpus tranſſubſtantiari, etiam clariùs innoteſceret captio, quia per actionem accidentalem ſubſtantia ſimpliciter accidentatur. Fallax argumentum ob inopiam vocum.

Quarta concluſio. Obiectum Phyſicæ non eſt quid latius corpore naturali.

Obiectum Phyſicę neque ens mobile neque ſubſtantia.

Probatur. Vel enim ponendum eſt ens mobile, vel ſubſtantia, vtrumque noo rectè. Multa enim ſunt entia quæ moueri non poſſunt motu phyſico. Item multæ etiam ſunt ſubſtantiæ quæ phyſicè non mouentur, ergo Phyſicæ obiectum non eſt ponendum quid latius corpore. Conſequentia probatur, quia ratio formalis in re, & extra intellectum debet æquè latè patere, ac ratio materialis, vt docet Picolom. Zabarel. Peter.

Piccolom. Zabarella. Pererius.

A ita vt nihil à parte rei reperiatur tale, quod non ſignificetur per formalem & materialem rationem obiecti, ſed dantur in re entia & ſubſtantiæ motu phyſico immobiles, ergo in re Ens & ſubſtantia quæ eſſent rationes materiales latiùs paterent ipſo mobili, quod eſt ratio formalis.

Corpus & diuiſibile non dicuntur ad conuertentiam.

Ad rationes D. Th. initio poſitas & ad primam & ſecundam. Negatur conſeq. ob rationem modò allatam.

Ad tertiam: Ariſt. ibi non probare dari corpus mobile ſed tantùm, omne diuiſibile eſſe mobile; diuiſibile autem non conuertitur cum corpore; linea enim vt rectè Zabarel. cap. 5. eſt diuiſibilis, nec tamen corpus.

B Ad quartam reſpondet Perer. Ens in definitione motus non ſumi tranſcendentaliter pro omni eo quod eſt, ſed participialiter pro eo quod exiſtit in potentia proxima ad motum, ac ſi diceret. Motus eſt actus illius, quod exiſtit & proximè moueri poteſt.

Sectio Secunda.

An aliquid quod minus pateat naturali corpore ſit Phyſica obiectum.

Caietanus. Thienæus. Auerroes. Auicenna.

HVivs claſſis ſententiæ hæ circumferuntur. Prima eſt Caiet. Thienæi qui Auer. 2. C Metaph. com. 29. & Auicen. ſequutus ſtatuit pro obiecto corpus, ſeu ſubſtantiam ſenſibilem. Probat, quia quicquid tractatur in Phyſica ad ſubſtantiam ſenſibilem reducitur.

M. Anton. Genua.

Secunda eſt M. Anton. Genua qui vult corpus mixtum. Probat, quia cœlum & elementa conſiderantur vt principia corporis mixti, ergo non ſunt ſpecies.

Tertia eſt eorum, qui volunt obiectum Phyſicæ eſſe tantùm corpus generabile & corruptibile. Probant. Illud eſt obiectum cuius principia conſiderantur in Phyſicis, ſed principia de quibus agitur 1. Phyſ. ſunt principia ſolius corporis generabilis & corruptibilis, ergo. Itaque poſtrema hæc ſententia Cœlum excludit, præcedens D cœlum inſuper, & elementa.

Senſibilitas quare non poteſt eſſe ratio formalis obiecti phyſici.

Reiicitur prima ſententia. Si enim ſubſtantiæ ſenſibiles vt ſenſibiles conſiderantur à Phyſico, ergo ſubſtantiæ ab eo conſiderantur per accidens, ſenſibile enim accidit ſubſtantiis, ſic 2. de Anima 45. Item ſenſibilitas eſt proprietas rerum naturalium, ergo non poteſt eſſe ratio formalis obiecti, eſſet enim demonſtrabilis à priori. Falſúmque aſſumunt omnia quæ in phyſicis conſiderantur reduci ad ſubſtantiam ſenſibilem: Rectiùs ſi dixiſſent ad corpus naturale, ad quod ipſa ſenſibilitas reducitur.

Quare corpus mixtum nequit eſſe adæquatum obiectum Phyſices, quemadmodum nec corpus generabile & corruptibile,

E Reiicitur ſecunda & tertia ſententia: Agit Phyſicus de Cœlo & elementis vt de ſpeciebus obiecti, non vt de principiis, ergo obiectũ adæquatum non eſt corpus mixtum, ſeu corpus generabile, & corruptibile. Anteced. probatur. In primo enim & ſecundo de Cælo conſiderat Philoſophus naturam & eſſentiam, & proprietates Cœli, nihil de eius efficienna, in tertio & quarto conſiderat naturas & proprietates elementorum abſtrahens ab ordine omni ad mixta, ergo cœlum & elementa conſiderat Philoſophus vt ſpecies, non vt principia.

Item. Illæ ſunt ſpecies obiecti phyſici, quæ A in ſe habent naturam. ex 6. Metaph. tex. 1. Sed cœlum & elementa habent naturam; ſunt enim intrinſecè mobilia, ergo.

Item. Phyſicæ obiectum eſt corpus naturale ex Ariſt. 1. & 3. Cœl. tex. 1. Sed cœlum & elementa ſunt corpora naturalia ex eodem ibid. & 1. Meteor. 1. ergo.

Ad rationem tertiæ ſententiæ reſpondetur, etiam cœlum eſſe corruptibile vt forſitam aliquando demonſtrabimus.

In cœlo tria principia naturalia quomodo.

Reſpondetur ſecundò; Conceſſo quod aſſumunt: licèt principia phyſica conueniant corpori corruptibili, analogicè tamen etiam incorruptibili ex 2. de Gener. 51. & ideò tractatio vtriuſque nonniſi ad Phyſicum: Materia enim B & forma reperiuntur in cœlo, vt ſuo loco dicemus, *etiam priuatio ſaltem* quoad aliquod accidens, poteſt enim priuari lumine.

Dices: Ariſt. 5. Phyſ. vltimo ait, ſe acturum de formis corruptibilibus, ergo generabile & corruptibile conſtituunt adæquatum obiectum in Phyſica: Reſpondetur intelligendum eſſe vt plurimum.

Sectio III.

Proponitur verior ſententia de Phyſica obiecto.

Obiecti duplex ratio.

C SVPPONENDVM primò, quod toties diximus, in obiecto duplicem eſſe rationem materialem, & formalem: In iis hic ordo vt ratio formalis ſit æqualis in re cum ratione materiali, ſeu re conſiderata; licèt ſecundùm noſtrum modum concipiendi ratio formalis coarctet rationem materialem; corpus enim nonniſi mobile in re, & omne mobile eſt corpus, idem autem corpus poteſt conſiderari vt ens, & vt medicabile &c. vtramque rationem hactenus inueſtigauimus.

Motus prima paſſio obiecti phyſici.

Supponendum ſecundò. Cùm motus ſit prima paſſio phyſica, optima via eſt ad indagandam vtramque rationem, ſi inquiramus quænam D ſit ratio à qua immediatè fluit huiuſmodi paſſio, & quodnam eſt ſubiectum immediatum huius formalis rationis. Principium autem formale motus non eſt niſi Natura, vt 2. Phyſ. Ariſtoteles: Natura igitur erit ratio formalis obiecti phyſici; hinc communiter docent per mobile intelligendam non eſſe aptitudinem ad motum; Sed Naturam ipſam, quæ eſt formale principium huius aptitudinis. Mouentur, quia ratio formalis obiecti non poteſt probari à priori; ſi autem aptitudo ad motum eſſet ratio formalis obiecti, poſſet probari à priori, nempe per naturam; corpus enim habet aptitudinem ad motum, quia habet Naturam. Ruſus de aptitudi- E ne ad motum non demonſtrantur omnes paſſiones in Phyſica, ergo non eſt ratio formalis obiecti phyſici: Eſt igitur ratio formalis motus Natura, ſeu quod idem eſt, Habens naturam.

Natura principium formale motus.

Mobile quid ſignificet hoc loco penes auctores.

Materiale obiectum Phyſices nõ eſt ens aut ſubſtantia ſed corpus.

Hinc etiam colligitur, quæ ſit ratio materialis obiecti phyſici, quia nec Ens ſecundùm ſe ſumptum, nec ſubſtantia immediatè ſubſternuntur Naturæ vel motui; quia non omnia entia, nec omnis ſubſtantia habent principium motus, vt probauimus, ergo materiale Phyſicæ obiectum non eſt niſi corpus ſubſtantiale comple-

Digitized by Google

tum; hoc enim immediatè ſubſternitur naturæ, ſeu principio formali motus.

Confir. Tunc optimè aſſignatur definitio, cùm datur per proximum genus, & vltimam differentiam; ſic cùm definimus hominem, non dicimus eſt ſubſtantia, ſeu corpus rationale, ſed animal rationale; ergo tunc phyſicum obiectum rectè aſſignamus, cùm id aſſignamus, quod immediatè ſubſternitur vltimæ rationi formali.

Cur mobile non eſt vltima obiecti phyſici differentia.

Et ex his patet quàm malè aſſignatur ab aliis pro materiali obiecto, ſiue ens, ſiue ſubſtantia, licèt per vtrumque ſubſtantiam corporeã completam intelligant: & qui pro ratione formali aſſignant mobile, dum nec vltimam differentiam aſſignant, nec proximum ſubiectum paſſionis. Ideo ſit

Vnica concluſio. Adæquatum Phyſicæ obiectum rectiùs aſſignatur corpus naturale, vt naturale, ſeu habens naturam, vt habens naturam; quàm ens, vel ſubſtantia mobilis: corpus naturale tanquam ratio materialis; vt naturale, ſeu vt habens naturam, vt ratio formalis.

Corpus Mathematicũ, Metaphyſicum, & naturale.

Dixi corpus naturale eſſe rationem materialem, non corpus ſimpliciter, vt excluderetur corpus Mathematicum, & Metaphyſicum; Triplex enim reperitur corpus Phyſicum, ſeu Naturale, & eſt ſubſtantia compoſita ex materia & forma: Mathematicum, quod trina dimenſione illâ extenditur; & Metaphyſicum & eſt genus illud in Categoria ſubſtantiæ, quod per corporeum tanquam per differentiam contradiſtinguitur ab incorporeo; ſeu quod ex genere & differentia conſtituitur: Dixi vt Naturale, ſeu vt habens naturam, vt ſcientia Phyſica ab aliis ſcientiis ſeiungatur, quæ corpus contemplari poſſunt vel vt ens, vel vt ſubſtantia.

Corpus naturale vt naturale adæquatum Phyſicę obiectum.

Prob. ergo concluſio. Illud eſt adæquatum obiectum extra quod, aut ſine quo nihil conſiderat ſcientia, tale eſt corpus naturale in Phyſica, ergo. Min. patet. Phyſicus enim, vel agit de motu naturali, vt de augmentatione. Alteratione, motu locali, per octo libros Phyſicorum: vel de Cœlo & elementis, eorúmque tranſmutatione, de quibus in lib. de Generatione, & de cœlo; tum de rebus Meteorologicis; hæc autem corpus naturale non excedunt. Secundò, paſſiones omnes, & omnia principia, & ſpecies, quæ conſiderantur à Phyſico, vel componunt corpus naturale, vel illud denominant; ſed omnes paſſiones materiæ, formæ, accidentium tribuuntur corpori, ergo. Anteced. patet; Quia materia eſt ſubiectum motus, ideo corpus dicitur moueri, quia formâ fit corpus dicitur fieri; Quia compoſitum accidentale terminatiuè mutatur, dicitur corpus accidentaliter & terminatiuè mutari. Denique tam mutatio materiæ, quàm formæ productio dicitur productio compoſiti, ergo. Tertiò, cùm dicimus ſcientiæ naturalis obiectum eſt corpus Phyſicum, vt habens naturam; ratio materialis æquè patet ac ratio formalis. Item ratio formalis eſt formaliſſimum principium, ex quo fluit eſſe mobile: ratio materialis eſt immediatum, & proximum ſubiectum illius. Econtrà ens & ſubſtantia latiùs patent, quàm mobile, ſeu naturale; & mobile eſt potiùs proprietas obiecti, quàm ratio formalis illius, ergo rectiùs pro obiecto aſſignatur corpus naturale vt habens naturam, quàm ſubſtantia, vel ens mobile.

Tandem patet ex Ariſt. 2. Phyſ. & 3. de cœl.

A vbi ait, Phyſicum principia & affectiones corporum conſiderare: Item 2. Phyſ. Naturalia à non naturalibus penes hoc diſtingui, vt naturalia habeant in ſe principium motus, alia minimè.

Obiiciuntur quædam & diluuntur.

QVOAD rationem materialem obiecti. Dices primò. Corpus latiùs patet, quàm motus, ergo non rectè aſſignatur. Anteced. patet ex 1. Phyſ. tex. 11. Supponendum eſſe ea, quæ natura conſtant aut omnia, aut quæ dicuntur moueri, ergo non omnia corpora naturalia mouentur, ergo corpus latiùs patet. Reſpondetur,
B Ariſt. eo loco tantùm intendit probare dari motum, ſic autem locutus, quia ſaltem terra à nonnullis eſt exiſtimata immobilis, non tamen quod omne corpus non ſit mobile.

Dices ſecundò. 1. Cœl. initio ait Ariſt. Phyſicum vt plurimum verſari circa corpora; ergo non ſemper; ergo corpus non eſt obiectum materiale adæquatum. Reſp. Id dixiſſe Ariſt. veluti per tranſitum neque id probare intendens; Patet, quia alibi non niſi corpora & ea mobilia dixit eſſe obiectum.

Dices ex eodem tertiò. Phyſicum verſari circa ſubſtantiam, ergo non circa corpora. Reſp. Per ſubſtantiam intellexiſſe ſubſtantiam com-
C pletam corpoream, vt ex aliis locis comprobatur; appellauitque corpus circumſcriptiuè non formaliter ſubſtantiam.

Quoad rationem formalem. Videtur potiùs ponendum corruptibile & generabile, ait enim Ariſt. 2. Phyſ. 92. Tria eſſe negocia: Primum circa immobile: ſecundùm circa mobile æternum, & tertium circa mobile mortale quod eſt negotium phyſicum.

Reſpondetur negando minorem; Eſt enim circa mobile æternum, nempe circa cœlos, quos etiam æternos putabat.

Dices ſecundò: Quæcunque mota mouent ſunt phyſicæ conſiderationis, quæ mouent non
D mota non amplius ex Ariſt. 49. ergo formalis ratio obiecti phyſici non eſt Naturale, ſed Mobile. Conſequentia probatur: Quia ſcientiæ ſumunt diſtinctionem & vnitatem à ratione formali obiecti, non à paſſione. Reſpondetur, ſcientias ſumere diſtinctionem à poſteriori per paſſionem à priori per rationem formalem: Phyſica diſtinguitur ab aliis ſcientiis à priori per naturam à poſteriori per Mobile.

Dices tertiò. Phyſico repugnat conſiderare immobilia ex Ariſt. 2. Phyſ. & 1 de Gener. ergo mobile eſt ratio formalis. Reſp. Diſtinguo antecedens, conſecutiuè, concedo: formaliter: nego: Ideò enim repugnat conſiderare immo-
E bilia, quia natura eſt principium motus.

Maneat ergo Phyſicæ obiectum. Eſſe corpus Phyſicum vt habens naturam; ſeu corpus naturale vt naturale; Corpus autem naturale illud dicitur. Quod tanquam ens completum habet in ſe principium motus & quietis, atque hanc eſſe D. Th. ſententiam patet 1. de Cœl. Græcorum omnium & Scot. vt latè probat Faber. Theorem. de hac re.

Diui Thomæ ſententia de obiecto Phyſices, Scoti & omniũ Græcorum.

Corolla-

Corollaria præcedentis diſputationis.

Corol. 1. Naturalis Philoſophia quid?

EX his quæ hactenus docuimus hæc ferè deducuntur. Primò: quæ ſit vltima differentia, & quæ definitio; qui finis, & ſcopus philoſophiæ naturalis: Eſt igitur Philoſophia naturalis ſcientia contemplatiua, ſeu ſpeculatiua corporum naturalium prout in ſe habent principium motus: ſcopus cognoſcere principia corporum naturalium, & eorumdem paſſiones per ſuas cauſas.

Corol. 2. Partes philoſophiæ naturalis.

Colligitur ſecundò, Quænam ſint eius partes. Hæ ſex enumerantur ab Ariſt. 1. Meteor. Prima eſt, quæ agit de corpore naturali in communi, de eius principiis & paſſionibus, nempe de Motu, Loco, Vacuo, Tempore, Continuo, & de Infinito; quæ continentur in octo lib. Phyſ. Secunda eſt, quæ agit de cœlo, & continetur in quatuor libris eiuſdem. Tertia de mutuâ elementorum tranſmutatione, quæ explicatur in duobus libris de Ortu & Interitu. Quarta, quæ de rebus Meteorologicis, quæ item quatuor libris adſtruitur: Quinta, quæ de Animalibus: Continet autem libros de Hiſtoria & Partibus Animalium; libros de Animâ; de Generatione Animalium, & Parua naturalia, nempe de Somno & Vigilia; de Memoria & Reminiſcentia; de longitudine & breuitate vitæ: Sexta eſt de Plantis, quam vel morte præuentus non perfecit, vel vetuſtate perdidimus. His ſeptima pars addi poſſet, videlicet de mixtis perfectis, cuius mentionem fecit 3 Meteor. in fine: Ordo horum librorum varius apud DD. Latè de eo Zabarel. nos cùm ſingulos Deo dante aggrediemur.

Corol. 3. Obiectum octo librorum phyſicorum.

Colligitur tertiò. Quodnam ſit obiectum horum librorum: an idem quod totius naturalis philoſophiæ. Zabarel. tripliciter diſtinguit corpus. Primò pro ipſo communi genere; Secundò pro collectione ſolâ ſpecierum. Tertiò pro ambobus ſimul, aitque primo modo eſſe obiectum

A horum librorum, Secundo modo in reliquis libris: tertio modo in tota ſcientia.

Dicerem primò. Obiectum adæquatum Phyſicæ eſt corpus naturale non vt genus eſt abſtractum ab omnibus, ſed prout omnia corpora naturalia conueniunt in vno genere, atque etiam ipſum genus. Obiectum enim adæquatum illud eſt quod non exceditur, neque excedit ipſam ſcientiam; & Phyſicus nedum conſiderat Cœlum, vt corpus naturale, ſed vt tale corpus, ergo nedum corpus vt ſic, ſed ipſas etiam corporum ſpecies.

Dico ſecundò. Corpus naturale, vt eſt genus abſtractum ab omnibus ſpeciebus, & vniuerſalis quædam ratio eſt obiectum horum librorum;
B in his enim ſpectantur principia, & paſſiones corporis naturalis ſecundùm ſe.

Corol. 4. Naturalis Philoſophiæ vtilitas.

Colligitur quartò Quænam ſit vtilitas ſcientiæ Phyſicæ; deſeruit enim quodāmodo ſcientiis omnibus. Theologiæ, quia multa in ea ſcientia ſupponuntur, multa etiam reperiuntur in ſacris libris omnino Phyſica: Metaphyſicæ, quia Metaphyſicus ex intellectu poſſibili naturam veſtigat intelligentiarum, & cœlorum velocitatem, numerum, perfectiones earumdem. Mathematicæ, quia de lumine, de calore, de Sole, de voce, de ſono, &c. Scientiæ Morali; agit enim de animâ eiuſque potentiis, affectibus, & paſſionibus: Denique omnibus artibus, quia omnis ars vel perficit, vel imitatur naturam.

Corol. 5. Philoſophiæ dignitas.

C Colligitur tandem dignitas Etenim quia corpora conſiderat eſt inferior Metaphyſica, quæ de Deo, &c. Dignior tamen Mathematicâ, quæ tantùm conſiderat accidentia: ſic ratione obiecti: Ratione tamen certitudinis, quæ deſumitur ex parte medij Mathematici, Mathematica eſt prior, quia in ea demonſtrationes euidentiores; Phyſica eſt ſecunda; Tertia eſt Metaphyſica; ſi tamen certitudo ſpectetur ex parte obiecti primum locum obtinet Metaphyſica, ſecundum Mathematica; tertium Phyſica. Hæc quoad proœmiales quæſtiones ſint ſatis.

IN
LIBRVM I. PHYSICORVM
ARISTOTELIS
DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

DISPVTATIONIBVS iis, quas hoc ipſo in limine importunè ſatis agitant Doctores, nempe de Primo Cognito, de Cognitione ſcientificâ; de Notione Vniuerſalis & Particularis; de diſtinctione totius à partibus in propria loca reiectis, primi libri diſputationes duplicem in partem diuidemus. In primâ agemus de principiis rerum naturalium in communi; in ſecundâ de iiſdem in particulari.

PARS PRIMA.

De rerum naturalium principiis.

DISPVTATIO PRIMA.

De natura principij.

Sectio Prima.

Quid principium, quæ eius ratio formalis, quod correlatiuum.

Principium quid?

PRincipium ſic ex Ariſtot. 5. Metaph. definitur; *Illud eſt vnde res incipit eſſe, fieri, vel cognoſci*: Vel ex D. Th. *Eſt illud vnde res ab alio quomodocumque procedit*. Hinc de ratiooe principij eſt, vt res ab eo aliquo modo incipiat, ſed hoc contingere poteſt dupliciter. Primò per poſitiuum influxum; ſic pater dicitur priocipium filij, & cauſæ omnes principia ſuorum effectuum: Secundò, ſi res vna aliam ordine quodam præcedat; ſiue ordine magnitudinis, ſic enim punctum dicitur principium lineæ; vel ordine motus, ſic calefactio incipit à tepore; vel ordine temporis, ſic mane principium diei; vel ordine doctrinæ, ſic axiomata & vniuerſaliores propoſitiones dicuntur principia reſpectu concluſionum; vel ordine dignitatis, ſic dux principium Reipublicæ. Ex his

Ratio formalis principij progreſſio vnius rei ab altera.

Dicendum primò. Ratio formalis principij, ſeu principium formaliter non dicit niſi progreſſionem vnius rei ab alterâ, non poſitiuum influxum. Progreſſio autem duo formaliter inuoloit, Prioritatem & Habitudinem ſeu connexionem non intrinſecam & per poſitiuum influxum, ſed ſolùm extrinſecam; nimirum vt res ab alia ordine quodam procedat; hoc pacto punctum dicitur principium lineæ, linea ſuperficiei; ſuperficies corporis.

Obiectio 1.

Dices primò. Viuens eſt principium ſuarum operationum, & tameo oon eſt primum, eſt enim ex materia & forma. Confir. In diuinis Filius dicitur principium à principio, & tamen tantùm Pater dicitur primum.

Reſp. Viuens eſſe primum non abſolutè, ſed reſpectiuè, reſpectu videlicet ſuarum operationum, & hæc prioritas ſufficit ad rationem principij. Idipſum dicendum de Verbo.

Contrà. Effectus ſunt principia cognitionis cauſarum, & tamen reſpectiuè etiam ſunt quid poſterius, videlicet reſpectu cauſarum, reſpectu quarum ſunt principia, ergo. Reſp. Sunt quid poſterius quoad eſſe, non quoad cognoſci.

Contrà. Ita res ſe habet ad eſſe ſicut & ad cognoſci; ſed effectus ſunt quid poſterius quoad eſſe, ergo etiam quoad cognoſci.

Reſpondent quidam ex noſtris: Valere axioma illud de cognitione diſtinctâ & perfectâ intellectiuâ vt res à quo dependet in eſſe, ab illo dependeat quoad cognitionem diſtioctam: non autem valere de cognitione confuſa; multa enim ſunt ootiora cognitione confuſa, ſed poſteriora quoad eſſe.

Contrà. Quicquid res habet cognoſcibilitaris, ſeu cognoſci rei ſiue diſtinctum, ſiue confuſum, oritur à proprio eſſe; eſſe autem res habet à ſua cauſa, & eſt illâ poſterius, ergo ita diſtinctè cognoſci aut confusè eſt poſterius ſuâ causâ.

Res ſicut ſe habet ad eſſe: ita ad cognoſci explicatur.

Reſpoodetur ergo, res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci quantũ eſt ex parte obiecti, concedo: ex parte potentiæ cognoſcentis nego: potentia enim cognoſcitiua vtplurimùm per effectum venatur cauſam, quàm econtrà.

Obiectio 2.

Dices ſecuodò. Cauſa vt cauſa, eſt principium ſui effectus, ſed non omnis cauſa eſt prima, ergo: Anteced. patet: Finis eſt cauſa, & tamen illi repugnat eſſe primùm, alioquin non eſſet finis: Item forma eſt terminus generationis, & eſt generationis priocipium, ergo. Reſp. Tum finis, tum forma ſunt quid prius ordine intentionis, licèt non ordine executionis.

Obiectio 3.

Dices tertiò. Pater eſt principiũ Filij, & tamen Pater non eſt prior filio. Reſp. Pater nõ eſt prior Filio prioritate in quo; concedo: Prioritate à quo, oego: hæc ſufficit, licèt Ariſtoteli ignota.

Obiectio 4.

Dices quartò. Vnitas eſt principium numeri, nullámque dicit connexionẽ ad cæteras vnitates, cùm eſſentialiter ſit quid diſcretum; ergo connexio & habitudo non eſt de intrinſeca ratione principij. Reſp. Non eſt de ratione principij eſſentialis & intrinſeca habitudo, concedo: ſufficit extrinſeca; eſt enim inter illas ordo quidam ſuppoſitionis.

Correlatiuum principij non eſt principiatum.

Dicendum ſecundò. Correlatiuũ principij non eſt eſſe principiatũ, ſed Ens à principio Ita D. Th. 1. par. quæſt. 93. ar. 1. Soncin. 5. Metaph. quæſt. 1. Principiatũ verè eſt potiùs correlatiuũ cauſæ.

Prob. Principium vt principium abſtrahit à prioritate in quo, ab efficientia, & à numerica diſtinctione oaturæ: Principiatum verò in ſuo formali cooceptu includit ſaltem numericam diſtinctionem naturæ, & aliquam dependentiam ab eo à quo eſt, & aliquam poſterioritatem, ergo Principiatum non eſt eius correlatiuum: Maior patet ex dictis: Min. ex communi loquendi modo. Confir. Quia in diuinis concedunt Theologi Patrem eſſe principium: negant filium dici principiatum.

Principiũ, cauſa, elementum in quo inuicẽ differant.

Dicendum tertiò. Licèt interdum ab Ariſt. pro eodem ſumantur principium, cauſa, & elementum, 4. Metaph. 5. & alibi; formaliter tamen & in rigore non ſunt idem. Conueniũt in proceſſione vnius ab alio, quam quodlibet illorũ inuoluit. Differunt primò: quia principium latiùs patet, & eſt veluti genus ad cauſam, & elementum; punctus enim eſt principiũ, & tamen non eſt neque cauſa, neque elementum, ſic priuatio. Differunt ſecundò: Quia elementum conuenit ſolùm cauſis intrinſecis, & veluti materialibus; principiũ & cauſa etiam extrinſecis: Fini videlicet, Efficienti, & Priuationi. Differunt tertiò: Quia cauſa ſignificat influxum realem in effectum, & realem dependentiam effectus à cauſa; cauſa enim eſt quæ dat eſſe rei per realem influxum: Principium tantùm dicit ordinem prioritatis: & has differentias agnouit Ariſtoteles. Differũt quartò: Quia cauſa præter dependentiam dicit etiam prioritatem, & diſtinctionem ſaltem numericam ab effectu; ſemper enim eſt prior ſaltem naturâ ſuo effectu,

& ab eo numericè diſtinguitur, nihil enim poteſt cauſare ſeipſum; Principium verò ab his omnino abſtrahit, nec formaliter dicit niſi proceſſionem vnius ab alio. Hinc concedunt Theologi Patrem eſſe principium Filij, non tamen cauſam, quia Filius dum eſt à Patre eamdem habet numero naturam, nec ab eo dependet, nec eſt Patre poſterior.

Maneat ergo formalem rationem principij in ſolâ proceſſione vnius ab alio conſiſtere. Eius correlatiuũ eſſe ens à principio, non ens principiatum. Item latiùs patere principium quàm cauſa, latiùs cauſam, quàm elementum; & hæc nullo modo dici ad conuertentiam. Cùm autem Ariſt. 5. Metaph. cap. 1. ait. Quot modis dicitur principium, tot dicitur cauſa, intelligendus eſt negatiuè non poſitiuè: id eſt cauſa non dicitur aliis modis quàm principium, licèt non dicatur omnibus, quibus principium: Item eiũm 4. Metaph. ait. Ita ſe habet principium, & cauſa, ſicut ens, & vnum, intelligendus eſt quoad identitatem, non quoad reciprocationem, id eſt, Sicut ſunt idem ens, & vnum, in re, ita cauſa, & principium; non tamen quòd adinuicem conuertantur, cùm non omne principium ſit cauſa, vt modò à nobis dictum eſt.

Ariſtoteles pluries explicatus.

Sectio Secunda.

De rerum naturalium principiis, quid ea ſint, & an rectè ab Ariſtotele definiantur.

DARI rerum naturalium principia latè probat contra veteres Ariſtoteles hîc: Certum eſt enim res naturales eſſe compoſitas nedum ſecundùm accidens, ſed etiam ſecundùm ſubſtantiam. Patet ex ſenſu; videmus enim illas adinuicem agere, & pati, & rem eamdem modò calidam modò frigidam; ſic etiam videmus ex ligno produci ignem; hinc duplicem transmutationem dari certiſſimum eſt; ſubſtantialem, & accidentalem: vtriuſque tranſmutationis principia in fieri hoc libro inquirit Ariſtoteles.

Principia rerum naturaliũ dari vnde probatur.

Et ſic ab eodem definiuntur. Prima rerum naturalium principia ſunt *quæ neque fiunt ex aliis, neque ex ſe ipſis, ſed ex his omnia.* Non fiunt ex aliis, quia prima: non fiunt ex ſe ipſis, quia contraria: Ex his omnia, quia vniuerſaliſſima.

Eorumdem definitio ex Ariſt.

Difficultas eſt. Primò. Forma eſt vnũ ex principiis, & tamen educitur, & fit ex materia tanquam ex ſubiecto: item fit ex priuatione tanquã à termino; ergo prima principia fiunt adinuicem. Secundò. Materia Cœli nnnquam fuit priuata ſuâ formâ, eſt enim illi coęua; ergo non omnia ex his principiis. Tertiò. Materia eſt quanta & extenſa, ergo fit ex ſuis partibus componentibus tanquam ex materia; Item tum materia tum forma conſtant ex genere & differentiâ. Quartò. Inquiro, an particula, *Ex*, in definitione ſumatur eodem modo in tota definitione, an diuerſo: Si ſecundum, ergo æquiuoca, & non rectè tradita: Si primum, ergo non ex his omnia: Compoſitum enim conſtat tantùm ex materia, & forma, non ex priuatione.

Ariſtotelis definitionẽ quæ infirmare vidẽtur.

Difficultas omnis hîc ferè ſita eſt, quonam modo particula *Ex* hoc loco ſumenda ſit: Variè enim ſumi poteſt; Modò enim ſignificat ſubiectum, ſic ex ligno fit ignis: modò dependentiam effectus à cauſa efficienti, ſic ex igne fit ignis: modò partes quantitatiuas componentes, ſic quantum conſtat ex ſuis partibus, & etiam materiâ: modò terminum à quo, ſic ex non calido fit calidum.

Ex propoſitio nõ eiuſdem ſignificationis.

Conimb. lib. 1. cap. 3. Fonſ. ſect. 2 ar. 2. ex Ægid. reſpondent. Forma de quâ eſt præcipua difficultas non fit ex aliis, licèt fiat ex materiâ: quia forma nullo modo fit, ſed tantùm fit compoſitum, non enim producitur candor, ſed candidum ex 1. Phyſ. 64. & alibi.

Conimb. Fonſeca. Ægidij reſponſio reiicitur.

Impugnatur. Forma reuera tranſit de non eſſe ad eſſe, ergo reuera fit. Compoſitum fit denominatiuè, quod vltro concedimus. Secundò; Forma habet diſtinctam entitatem à compoſito, hanc ergo vel habet ex ſe, vel ab alio, non ex ſe vt patet, ergo ab alio: Omne autem quod ab alio accipit eſſe, ab illo fit. Tertiò. Immeritò hi DD. fieri, coarctant ad compoſitum: etenim eo conceſſo, Principiorum definitio, vt ipſimet transferunt, talis eſt: *Principia eſſe ea quæ neque fiunt ex aliis:* licèt per ipſos forma non fiat ex materiâ, eſt tamen ab illâ.

Reſpondent alij: Principia non fiunt ex aliis, neque ex ſeipſis in eo genere in quo principiant; vt ſenſus ſit: Forma non eſt à materiâ, neque ab illâ dependet in genere cauſæ formalis. Ita nec à priuatione.

Secunda aliorum reſponſio etiã reiecta.

Impugnatur. Ideo Ariſtoteles ait, Principia non fieri ex aliis, quia ſunt prima, ergo ſiue fiant ab aliis in eodem genere cauſæ, ſiue in diuerſo, non erunt prima.

Recentiores quidam reſpondent: Fieri ex aliis reporeſt ſumi dupliciter, vno modo tanquã à principio magis vniuerſali, & ſic principia non fiunt ex aliis: Alio modo tanquã ex principio ſuæ productionis. Principia non fiunt ex aliis tanquam ex principio magis vniuerſali, neque tanquã ex principio ſuę productionis, hoc eſt, neque cõponuntur, ſicut ipſa componunt. Sed neque hi difficultatem effugiunt: Licèt enim principia non fiant ex aliis tanquã ex principio magis vniuerſali, adhuc vnum fit ex alio ſaltem æquali, quod ſufficit vt principium non dicatur primum.

Reiecti recentiores quidam.

Reſpondent quidam ex noſtris, & recentiores omnes communiter: Præpoſitionum natura talis eſt, vt ſignificet iuxta rerũ exigentiam. Hinc particula *Ex*, in definitione primo, & ſecundo loco poſita importat habitudinem partis componentis; tertio loco etiam habitudinem termini à quo: ita vt ſenſus ſit: principia prima neque fiunt ex aliis, neque ex ſeipſis tanquam ex partibus componentibus, licèt poſſint eſſe ex ſeipſis tanquam à termino à quo, vel ex ſubiecto.

Cõmunior expoſitio.

Impugnatur. Definiuntur hîc in eorũ ſententia nedũ principia, ſed principia ſimpliciter prima, ergo illa nullo modo debent habere principiũ neque componens, neque vt terminũ: Conſeq. probatur. Quia ſtatim ac concedimus aliquid à principio, implicat eſſe primũ principiũ.

Refellitur.

Confir. Illud non eſt primũ ſimpliciter quod eſt poſterius alio, ſed forma eſt poſterior priuatione, & Priuatio eſt eius principium, ergo Forma non eſt primum principium. Rurſus: Priuatio non dicitur principium reſpectu aliorum niſi vt terminus à quo, ſed eſt terminus à quo reſpectu formæ, ergo etiam reſpectu formæ eſt principium.

In hac definitione hoc mihi videtur explicandum quomodo principia ſint prima, & dein;

de forma fiat ex priuatione: vtrumque enim A quodammodo implicat, eſſe videlicet primum principium, & fieri ex alio. Ideo ſit

Prima rerũ naturalium principia non ſunt ſimpliciter prima.

Vnica concluſio. Principia rerum naturalium non ſunt ſimpliciter prima, ſed tantùm in genere, nimirum forma eſt primum principium in ratione principij formalis, &c.

Probatur. Principium enim ſimpliciter primum non poteſt habere principium, ſed rerum naturalium principia habent principium, vt hactenus vidimus, ergo.

Pro argumentorum ſolutione notandum eſt quænam fuerit in ea definitione Ariſtotelis intentio: Conſtat enim duo ibi voluiſſe: Primum, principia omnia eſſe ſimpliciſſima: ſecundũ eadem eſſe vniuerſalia, ita vt & ipſa non compo- B nantur, quia prima: & cætera omnia componant, vel principient, quia vniuerſalia: Ideò cùm ait, principia non fiunt ex aliis, aut ex ſeipſis, idem eſt, ac ſi dixiſſet, non componuntur. Omnia ex his: id eſt in cuiuſtibet rei tranſmutatione reperiuntur; non autem quod ipſa ſunt prima ſimpliciter. Hinc

Dilutio obiectorũ.

Ad primum. Fiunt ad inuicem, id eſt componuntur, & nego: principiantur, concedo, ideo non prima ſimpliciter ſed in genere, vt diximus. Ad ſecundum: Etiam in cœlo tria illa principia conueniſſe ſaltem in priori ſigno naturæ, Materia enim cœli licèt coæuã habeat formam, prius tamen naturâ priuatio formæ cœli præextitit in materia eiuſdem, ex qua Deus cœli formam e- C duxit: quomodo autem cœlum dici poſſit creatum, dicemus alibi. Ad tertiũ: licèt materia conſtet ex partibus, non tamen ex illis conſtat tanquam ex materia: partes enim materiæ ſunt ipſa materia, non ſic accidit in compoſito. Genus autem & differentia ſunt principia materiæ Metaphyſica, non principia trãſmutationis, de quibus hîc agimus. Ad quartum Particula, Ex, vtrumque ſignificat iuxta rerum exigentiam & partem, componentem, & terminum à quo; nulla tamen æquiuocatio ſi ſic explicetur: Principia rerum naturalium ſimpliciſſima ſunt & vniuerſalia à quibus omnia principiantur.

Obiectio 1.

Dices primò. Recta definitio debet affirmari D de ſingulis definitis, hæc non ita, ergo: probatur minor. Quia ex ſola priuatione; vel ex ſola forma nihil fit.

Reſpondent quidam ex noſtris: Definitio diſtributiuè tradita debet ſingillatim competere, non ea quæ traditur collectiuè.

Contrà: Quando ſingula continent eamdem rationem formalem debet ſingulis competere definitio: principia omnia conueniunt in vna ratione formali principiandi & ſingulis competit eadem ratio, ergo ſingulis debet competere definitio: neque enim Principium nomen eſt collectiuum, vt collectiuè debuerit definiri.

Definitio principij competit omnibus principiis diſtributiuè.

E Reſp. ergo. Definitionem illam diſtributiuè competere ſingulis principiis: omnia enim fiunt ex materia tanquam ex parte materiali, ex priuatione tanquam ex termino à quo, ipſa autem non componuntur ex aliis, quia ſimpliciſſima.

Obiectio 2.

Dices ſecundò. Ideò principia non fiunt ex ſeipſis, quia contraria ex Ariſt. Rurſus ex eodem; Vnum contrarium fit ex alio, ergo vel hîc falſum docuit, vel ratio illa inſufficiens. Reſpondetur. Vnum contrarium non fit ex alio tanquam ex parte componẽte, concedo: tanquam ex ſubiecto vel termino; nego.

Sectio III.

An & quomodo principia ſint contraria.

Buridanus.

PRIMA ſententia eſt Buridani 1. Phyſ. quæſt. 24. exiſtimantis principia naturalia non eſſe contraria.

Oppoſita ſententia eſt omnium Scholaſticorum, & Ariſt. hîc tex. 44.

Multiplex hîc difficultas. Prima: An omnia principia neceſſariò ad inuicem ſint contraria, vel ſaltem aliqua. Secunda: an requiratur con- B trarietas poſitiua. Tertia: an ſufficiat contrarietas contradictoria, vel negatiua; an requiratur priuatiua. Quarta: an priuatiua contrarietas rectè ab Ariſtotele appelletur. Prima. Ideò ſit

Principia contraria inter ſe, ſed non omnia.

Prima concluſio. Prima naturalis tranſmutationis principia neceſſariò contraria, quamuis non omnia.

Prima pars probatur. Implicat dari actionem, ſeu tranſmutationem ſine contrarietate, ergo tranſmutationis principia neceſſariò contraria. Anteced. prob. ab Ariſt. ſic: Quodlibet non agit in quodlibet, ſed in ſubiectum determinatum; ſed non poteſt pati ſubiectũ, niſi ſit aliquo modo diſſimile, ergo in ſubiectum aliquo modo contrarium: Omne enim agens ideò agit vt aſſimilet ſibi paſſum, ergo vt agens agat, aliqua diſ- C ſimilitudo requiritur in ſubiecto. Secunda pars prob. In omni tranſmutatione debet eſſe ſubiectum quod mutetur, & tranſeat de non eſſe ad eſſe, & reperiatur ſub vtroque termino, ergo ſaltem ſubiectum nulli eſt contrarium; conſeq. probatur, quia nullum contrarium eſt ſubiectum alterius contrarij

Confir. In artificialibus ſubiectum nec opponitur formæ ſtatuæ, nec priuationi eiuſdem: Item in naturalibus videmus idem ſubiectum ſæpè ſub contrariis accidentibus.

Obiectio 1.

Dices primò ex Ariſt. hîc. Omnia fiunt ex ente in potentia, ſed contraria non ſic ſe habent, vt vnum ſit in potentia ad aliud, ergo non omnia D fiunt ex contrariis. Reſp. Per ens in potentia non intelligitur priuatio, ſed ſubiectum, ſeu materia, quæ eſt in potentia ad formam.

2.

Dices ſecundò. Ex cauſis contrariis contrarij prodeunt effectus: ergo prima rerum principia non debent eſſe contraria.

Reſpondetur. Maiorem eſſe veram in cauſis efficientibus cõtrariis ſi agant ſub eadem ratione, & etiam in cauſis formalibus: Modò principia neque ſunt veræ cauſæ, neque ſub eadem ratione principiãt, ſed ſub diuerſa, ideò idem effectus; forma enim eſt principiũ compoſiti, vt terminus ad quem: Priuatio vt terminus à quo.

E *Secunda concluſio.* Licèt principia debeant eſſe contraria, non tamen requiritur contrarietas poſitiua.

Contrarietas principiorum nõ eſt poſitiua.

Probatur. Poteſt rectè concipi mutatio abſque contrarietate poſitiua, ergo non requiritur. Anteced. patet. Si enim concipiamus ſubiectum ex non calido fieri calidum, & ex non igne fieri ignem, tunc rectè intelligimus illud moueri. Item. Mutatio eſt tranſitus de non eſſe ad eſſe, ergo non requiritur terminus à quo poſitiuus.

Dices primò ex Ariſt. Quicquid corrumpitur à contrario corrumpitur, ergo in omni tranſmutatione debet dari contrarium poſitiuum.

2. Secundò, Motus ſucceſſiuus prouenit ex reſi- A ſtentia paſſi: Motus phyſicus eſt neceſſariò ſucceſſiuus, ergo ex reſiſtentia paſſi, ſed reſiſtentia non eſt niſi in forma poſitiua, ergo. 3. Tertiò. Inde Ariſtoteles probat principia eſſe contraria, quia ſic veteres aſſerebant, ſed ij ponebant principia contraria poſitiua, vt Litis & Amicitia, Par & Impar, Calidum & Frigidũ, Humidum & Siccum, ergo non ſufficit ſi ſint contraria priuatiua. Item tex. 43. ait, Album fit ex nigro, & Muſicus ex non Muſico: Item tex. 86. vt oſtendat tria eſſe principia ait, ad patiendum ſufficere vnum, ergo quia duo contraria poſitiuè pugnant. Rurſus 2. de Gener. 49. probat, in mixto eſſe quatuor elementa, quia generationes ſunt ex contrariis, ſed elementa ſunt B actiua, ergo & principia.

Ariſtoteles non ſemel allatus.

Dilutio obiectionũ.

Ad primum. Negatur ſimpliciter antecedens. Multa enim corrumpuntur & non à contrariis: puta ob defectum concurſus cauſæ conſeruantis, vt in defectu luminis. Subſtantiæ etiam corrumpuntur, quibus nihil eſt contrarium ob ſolum defectum diſpoſitionum: Id autem dictum eſt, quia vt plurimum agens ſupponit in ſubiecto diſſimilitudinem aliquam, quam intendit deſtruere.

Ad ſecundum. Negatur ſimpliciter maior: In motu enim locali ſucceſſio prouenit ex parte ſubiecti, & ſpatij: Motus autem phyſicus generationis, ſeu alterationis non eſt neceſſariò C ſucceſſiuus, ſed per accidens; ideò negatur conſequentia.

Ad tertium. Exemplis iis vtitur Ariſtoteles tantùm vt intelligeretur, quomodo principia ſint contraria, & licèt ad patiendum ſufficiat vnum, nego contraria debere eſſe poſitiua. Ad illud ex 2. de Generat. reſpondetur, loqui ibi de generationibus mixtorum, & ideò negatur paritas: aliter enim elementa concurrunt ad mixtum, aliter principia ad tranſmutationem, illa vt componentia, hæc etiam vt termini.

Contrarietas contradictoria, ſeu negatiua an ſufficiat?

Tertia concluſio. Contrarietas contradictoria, ſeu negatiua nullo modo ſufficit.

D Prob. Quodlibet non poteſt agere in quodlibet, nec quodlibet poteſt pati à quolibet; ſed requiritur in ſubiecto aptitudo ad formam, quæ debet introduci: ſed contrarietas negatiua non dicit hanc aptitudinem, ergo non ſufficit: Licèt enim omne non ignis dicat negationem ignis, ignis tamen non poteſt agere in omne quod non eſt ignis nempe in Angelos & in animas, quia hi nullam habent aptitudinem ad formam ignis.

Obiectio & dilutio.

Dices ex Ariſt. 6. Phyſ. tex. 4. Aliqua mutatio eſt inter contradictoria, ergo ſufficit contrarietas negatiua: Reſpondetur. Contradictorium eo loco non preſſè ſumi, ſed largè: ſic E enim omnia contraria priuatiua dicuntur contradictoria, quatenus formam quam contrarium affirmat, negat alterum licèt inſuper addat aptitudinem.

Principiorũ contrarietas tantùm priuatiua.

Quarta concluſio. In primis rerum naturalium principiis ſufficit contrarietas prima, ſeu quod idem eſt, priuatiua: Probatur primò: Omnis mutatio eſt tranſitus de non eſſe ad eſſe, ergo ſufficit contrarietas priuatiua: Confirmatur. Ideo aliquid mouetur, quia caret re qua mouetur, ergo ſi poſitiuum contrarium reperitur, id erit per accidens. Secundò, De facto ſunt multæ mutationes, quæ tantùm dicunt contrarietatem priuatiuam, vt in cæcitate & viſu, in tenebris & lumine, ergo poſitiua contrarietas non eſt de eſſentia mutationis. Tertiò, Tranſmutatio ſubſtantialis eſt vera tranſmutatio & in hac reperitur tantùm contrarietas priuatiua, ergo.

Obiectio.

Dices ex Philop. Si ſatis eſſet contrarietas priuatiua, nec requireretur poſitiua, ergo ex lapide poſſet fieri panis, aurum, &c. Conſequentia prob. Materia enim lapidis habet priuationem formæ auri. Reſp. Ex lapide poſſe fieri panem &c. ſcil. per multas tranſmutationes, materia enim lapidis reſpectu formæ panis eſt valde remota; priuatio autem quæ debet eſſe in ſubiecto vt principium tranſmutationis, debet dicere aptitudinem proximam, & de hac loquimur.

Petes. Cur contraria priuatiua dicta ſunt ab Ariſtotele, Prima contraria.

Contraria priuatiua quare prima contraria.

Reſp. primò. Quia omnes oppoſitiones quæ dari poſſunt in tranſmutatione ad contrarietatem priuatiuam reducuntur: Reducitur contrarietas poſitiua, quia poſitiuè contraria habent annexam priuationem formæ oppoſitæ: Contradictoria, ſi non ſupponat ſubiectum aptum, & relatiua nil omnino conferunt ad naturalem tranſmutationem; & ſic omnes oppoſitiones quæ dantur in tranſmutatione ad priuatiuam reducuntur.

Reſpondetur ſecundò: Dicuntur prima contraria ex Conimb. & quibuſdam ex noſtris, quia tantùm contrarietas priuatiua reperitur in ſubſtantia, quæ eſt primum ens; aliæ contrarietates in cæteris prædicamentis, & ideò illa dicitur prima, hæ ſecundæ.

Non ſatis rectè: Contrarietas enim negatiua, ſeu contradictoria reperitur in ſubſtantiis: ignis enim negatiuè opponitur aëri: Rurſus contrarietas priuatiua etiam in accidentibus.

Reſp. tertiò: Contraria priuatiua dicuntur prima, non poſitiua, aut negatiua; Quia album videlicet & nigrum, dulce & amarum, quæ ſunt contraria poſitiua non reperiuntur in omni mutatione: habitus autem & priuatio maximè: contraria verò negatiua in nulla.

Sectio IV.

De principiorum numero.

LOQVIMVR hîc de intrinſecis rerum naturalium principiis, & ſine quibus res concipi non poteſt: tum de iis in facto eſſe, vel vt aiunt, de principiis compoſitionis, tum de principiis intrinſecis in fieri, ſeu tranſmutationis, ac de his quærimus: An ſint plura tribus, an pauciora.

Caligarunt in hac re veteres; Alij enim infinita poſuere: finita alij, & hi vel pauciora vel plura quàm tria.

Vnus Ariſtoteles. Tria eſſe principia tranſmutationis in fieri primus aſſeruit; Materiam, Formam & Priuationem: Duo in facto eſſe, formam videlicet & materiam. Ille verò veteres omnes vna ratione confutat. Prima principia ſunt prima contraria, ergo non infinita, ſed finita, non plura tribus, vel pauciora: Anteced. patet ex præced. ſect. Conſeq. probatur. Prima contraria ſunt tantùm duo Habitus & Priuatio: Rurſus contraria ſunt circa idem ſubiectum,

ergo principia tantùm tria, Subiectum, Habitus, & Priuatio.

Ariſtotelem ſequuntur omnes Peripatetici Nominalibus exceptis, qui volunt principia tenera eſſe infinita, quia infinitæ formæ; infinitæ priuationes, explicari tamen per hæc tria nomina.

His relictis, difficultas penes nos eſſe poteſt: Primò, quonam pacto ad conceptum adæquatum tranſmutationis tantùm hæc tria ſint ſatis: Secundò, quomodo Forma, Materia & Priuatio ſint principia: Tertiò, quomodo hæc principia dicantur tria. Quare ſit

Vnica concluſio. Principia neceſſaria, diſtincta in genere principiandi & intrinſeca in fieri, ſeu tranſmutationis, ſunt tantùm tria: In facto eſſe tantùm duo.

Prima pars probatur. Habent diſtinctum modum principiandi, ergo ſunt tria diſtincta principia: Antecedens probatur. Materia in tranſmutatione concurrit vt ſubiectum; Priuatio vt terminus à quo; Forma vt terminus ad quem, & hæc omnino diſtincta, ergo. Rurſus ad concipiendam tranſmutationem adæquatè ſufficit ſi concipiamus ſubiectum moueri ab vno termino in aliud, ergo tantùm hæ tria. Secunda pars probatur. Compoſitum non fit niſi ex materia & forma, ergo duo tantùm principia in facto eſſe, ſeu compoſitionis.

Obiectio 1. Obiici ſolet primò. Tranſmutatio eſt actio, actio non poteſt intelligi ſine agente, ergo neque tranſmutatio, ergo ad adæquatum eius conceptū non ſufficiunt hæc tria. Reſpondetur diſtinguendo minorem. Actio vt actio eſt non poteſt intelligi abſque agente, ſic nec paſſio abſque eo quod patitur, & concedo: Actio verò vt mutatio eſt: & nego: ſufficit enim ſi concipiamus tranſire de non eſſe ad eſſe.

Actio vt mutatio eſt concip. poteſt abſque agente.

2. Dices. Mutatio incipit ab agente, ergo agens eſt principium mutationis, & de intrinſeca ratione illius. Reſpondetur, Mutatio incipit ab agente tanquam à principio extrinſeco, ſicut etiam incipit à fine, à neutro tamen tanquam à principio intrinſeco, quod inquirimus.

Agens & finis principia mutationis extrinſeca.

3. Inſtabis, Ideo priuatio eſt principium intrinſecum mutationis, quia ab ea incipit mutatio, non quia ſic aut ſic concipimus; ſed magis incipit mutatio ab agente, ergo agens eſt magis principium: Min. probatur, magis enim influit agens in mutationem, quàm priuatio, ergo mutatio magis incipit ab agente quàm à priuatione.

Agens magis influit in mutationē, ſed non intimiùs includitur in illius conceptu.

Reſp. diſting. vltimum conſequens. Agens eſt magis principium, quia magis influit: & concedo: Quia intimiùs includitur in conceptu mutationis: & nego. Huiuſmodi principia inquirimus.

Reſp. ſecundò. Magis influit, ergo magis principium, nego conſeq. Influere enim non eſt de ratione principij, ſed cauſæ vt diximus.

De ratione principij nō eſt influere, ſed de ratione cauſæ.

4. Vrgebis: etiam agens eſt de intrinſeco conceptu mutationis, probatur. Ideò enim priuatio eſt de intrinſeca ratione illius, quia implicat concipi mutationem abſque termino à quo, ſed implicat omnino mutationem eſſe independentem & à ſe; quod enim mouetur ab alio mouetur, ergo implicat concipere mutationem à ſe & ſine agente.

Reſpondetur diſting. conſequens: Concipere mutationem ſine agente abſtractiuè implicat, & nego: negatiuè concedo: Quæ enim ſunt de intrinſeco conceptu alicuius neque abſtractiuè, neque negatiuè poſſunt præſcindi, non ſic agens.

Non implicat cōcipere mutationem ſine agente abſtractiuè.

Obiectio 2. Obiicies ſecundò. Licèt Materia & Forma ſint principia compoſitionis & in facto eſſe reſpectu compoſiti, non videntur tamen principia per ſe mutationis; Principium enim eſt id vnde res incipit eſſe fieri, vel cognoſci; ſed motus non incipit à materia, neque à forma, ergo.

Reſp. Materiam eſſe principium mutationis tanquam ſubiectum & Formam tanquam terminus: ſeu Materia eſt principium ſubiectiuum, forma terminatiuum.

Materia & Forma quomodo principia mutationis.

Contrà. Motus non incipit à materia, ſed fit in materia. Item forma non eſt id vnde motus incipit, imò potiùs id in quod deſinit, eſt enim terminus ad quem, ergo neutra eſt principium motus. Reſpondetur: Motus & eſt à materia & à forma ab vtraque in ſuo genere, & hoc ſufficit ad rationem principij: principium enim vt principium dicit tantùm progreſſionem vnius ab alio, eſt enim id à quo res quomodocunque procedit, ſiue tanquam à ſubiecto ſiue tanquam à termino, dummodo res illa videatur progredi. 2.

Motus à forma & materia quomodo.

Contrà. Mutatio non progreditur à forma, imò tendit ad formam, ergo forma non eſt principium mutationis; Item mutatio eſt prior ipſâ formâ, tum tempore tum naturâ; & forma eſt ipſa mutatione poſterior, ergo forma non poteſt eſſe principium; de ratione enim principij eſt prioritas ſiue à quo, ſiue in quo: Item nil poteſt moueri duobus motibus contrariis reſpectu eiuſdem & eodem tempore; ſed mutatio eſt ad formam, ergo non poteſt progredi à forma. Item, Per mutationem forma fit, ergo prius non eſt, ergo ab eo non poteſt procedere mutatio. Conſeq. prob. Ens non poteſt progredi à non ente niſi tanquam à termino à quo; ſed mutatio non eſt à forma tanquam à termino à quo, ſed ad quem, ergo ſi ante mutationem forma non eſt, non poteſt ab ea progredi mutatio. 3 4. 5. 6.

Reſpondebis. Forma eſt in fieri & ab ea eſt mutatio nunquam à termino ad quem qui fit.

Contrà. Licèt forma ſit in fieri, ſemper intelligitur fieri vt terminus ad quem, ergo ſemper iſta mutatione poſterior, ergo nullo modo principium. 7.

Reſpondetur ergo. Licèt mutatio tendat ad formam, adhuc forma quæ fit vt terminus ad quem eſt cauſa mutationis ſubiecti. Verum eſt enim dū forma ſucceſſiuè producitur, materiam mutari per formam, & ſic forma eſt principium mutationis materiæ, & mutatio materiæ progreditur à forma, & forma eſt principium motus. Rurſus, quia iſte motus quaſi educitur à materia dum in illa fit, ideò materia dicitur principium mutationis.

Obiectio 3. Obiicies tertiò. Vel inquirimus hîc principia extrinſeca mutationis, & ſic eſſent plura tribus, vt diximus; quia includeretur Agens & Finis. Vel intrinſeca; ergo materia & forma non ſunt principia: Conſeq. prob. Mutatio eſt accidens, materia & forma ſunt ſubſtantia, ergo non poſſunt eſſe principium mutationis intrinſecum, ſubſtantia enim non poteſt eſſe de intrinſeca ratione accidentis in abſtracto, & illud componere.

Confir. Principia debent eſſe ſimul: Forma 2.

autem & Priuatio non poſſunt eſſe ſimul.

Reſp. Quærimus hic principia intrinſeca mutationis, non quæ illam componunt, ſed quæ ſunt de intrinſeco conceptu illius, vel quæ intrinſecè terminant mutationem Ad confirmationem: Principia componentia ſunt ſimul: concedo: terminantia; & nego. Quæ ſufficit ſi principient non vt ſint ſimul. Inſtans enim eſt principium temporis, & non eſt ſimul cum tempore.

3. Contrà. Quicquid eſt intrinſecum alicui, vel eſt prædicatum eſſentiale illius, vel pars. Materia & forma non ſunt prædicata eſſentialia mutationis, quia de ea non prędicantur, nec partes, B ergo nullo modo intrinſeca.

Reſp. Nego ma. Punctum enim eſt intrinſecum lineæ, ſubiectum eſt intrinſecum paſſioni, & vnum relatiuum intrinſecum alteri, & tamen punctus non eſt pars lineæ, nec illam componit aut de illa prædicatur, ſic ſubiectum, &c.

4. Contrà. Si tantùm ea dicuntur principia intrinſeca mutationis, quæ ſunt de intrinſeco conceptu illius, priuatio non erit principium intrinſecum, Sequel. prob. ex Ariſt. tex. 68. vbi appellat priuationem principium per accidens.

Ferrar. Ægidius. Reſpondent Ferrar. & Ægid. Priuationem eſſe principium pes accidens reſpectu compoſiti, ſeu in facto eſſe: per ſe reſpectu mutationis C & in fieri.

5. Contrà. Priuatio non eſt principiũ niſi quando eſt; ſed non eſt, niſi dum res fit, ergo ſi ſemel ex Ariſt. eſt principium per accidens, erit principium per accidens in fieri & reſpectu mutationis.

Priuatio nõ eſt principium compoſiti. Reſpondetur igitur: Priuationem nullo modo eſſe principium compnſiti nec per ſe, nec per accidens. Dicitur verò principium per accidens, non quia non ſit principium per ſe mutationis, ſed quia priuatio accidit materiæ ex qua res fit & componitur: album enim fit ex non albo per ſe, ſi τὸ ex, importat tantùm principium à quo: ſi verò importat etiam ſubiectum, album fit ex D non albo per accidens, quia ſubiecto accidit non eſſe album, vt ex Ariſt. contextu colligitur 66. & 75. Sic etiam interpretandus cùm ait, quod accidit principio per ſe, eſt principium per accidens.

Obiectio 4. Obiicies quartò. Priuatio & materia ſunt idem ex Ariſtotele hîc, ergo non ſunt tria diſtincta principia.

2. Confir. Non minùs requiritur quantitas & potentia in materia ad tranſmutationem, quàm priuatio, ſed illa non ſunt diſtincta principia à materia, ergo nec priuatio. Confir. ſecundò.
3. Sicut materia eſt priuata formâ, ita forma eſt priuata materiâ, ergo duæ priuationes, ſed pri- E uatio formæ non conſtituit diſtinctum principium à forma, ergo nec priuatio materiæ. Reſpondetur: Materia & Priuatio ſunt idem quoad entitatem: & concedo: non autem quoad rationem principiandi; quia priuatio non niſi in materia reperitur: Hinc patet

Ad primam confir. Quantitas enim & potentia materiæ non ſunt diſtincta principia à materia, quia non habent diſtinctam rationem principiandi, concurrunt enim omnia in ratione ſubiecti; priuatio verò vt terminus à quo.

Ad ſecundam confir. Negant quidam priuationem materię in forma, quia vt ipſi aiunt nunquam forma eſt priuata materia, & nunquam

A niſi in illa exiſtit, atque adeò nullo modo prior, quod requiritur ad rationem principij.

Contrà. Cauſæ ſunt adinuicem cauſæ, ergo ſi forma eſt aliquo modo cauſa reſpectu materiæ, 4. erit etiam aliquo modo prior.

Item anima exiſtit abſtracta à corpore & dicit priuationem materiæ, ergo datur forma quæ ſit priuata materiâ.

Reſpondent, Illam non eſſe priuationem ſed negationem, quia impoſſibile eſt vt naturaliter vniatur.

Contrà. Anima dicit ordinem eſſentialem, & appetitum naturalem ad corpus, & ad mate- B riam, & quantum eſt de ſe aptitudinem, ergo non dicit tantùm negationem ſed priuationem, & licèt naturaliter ſit impoſſibilis vnio ex parte materiæ, non eſt impoſſibilis ex parte animæ, quæ illam ſemper appetit.

Reſp. ergo. Concedimus in forma materiæ priuationem, in forma autem illa non eſt principium diſtinctum à forma, ambæ enim principiant vt terminus ad quem, nec habent diſtinctam principiandi rationem.

Inſtabis. In creatione terminus à quo non eſt principium, nihil enim non poteſt eſſe principium, ergo neque in generatione & alteratione. 5.

Reſpondetur. Nego conſequentiam, Quia C creatio non eſt verè tranſitus, non enim ſubiectum exiſtit ſub duplici termino à quo, & ad quem: Generatio maximè.

Reſp. ſecundò negando anteced. Negatio enim & nihil rectè poteſt eſſe principium. Priuatio enim duo dicit & carentiam formæ & aptitudinem in ſubiecto; formaliter tamen non eſt principium ratione aptitudinis, ſed ratione carentiæ & negationis: Quod cùm dicat ipſum nihil ex quo fit res cùm creatur, iure poteſt dici principium à quo reſpectu creationis contra Argentinatem, qui in 2. diſt. 18. quæſt. 1. art. 2. formalem rationem priuationis potiùs conſtituit in aptitudine & habilitate, quàm in carentia. De hac re fuſiùs diſp. de priuatione. D

Obiicies quintò ex Connimb. Forma ita eſt mutationis principium, quemadmodum eſt terminus, principiat enim vt terminus ad quem, ſed forma non eſt terminus per ſe mutationis, ergo neque per ſe erit principium. Min. patet ex Ariſt. tex. 64. vbi ait generationem non tendere per ſe ad formam, ſed ad compoſitum. Reſp. Ergo vtrumque eſſe terminum per ſe generationis, licèt compoſitum magis principaliter. *Obiectio 5.*

Contrà. Ergo tum forma tum compoſitum erunt principiũ generationis. Prob. Forma non eſt principium generationis niſi vt terminus ad quem, huiuſmodi eſt compoſitum, ergo.

E Reſp. Licèt vtrumque ſit terminus per ſe generationis, tantùm forma dicitur principium, quia eſt id quo compoſitum fit; Compoſitum verò eſt principiatum non principians, eſt enim id quod fit.

Petes vltimò. Quonam pacto Materia, Forma & Priuatio ſint tria & eadem in omnibus mutationibus, & omnes materiæ, formæ, & priuationes particulares conueniant in vnica materia forma & priuatione vniuerſali ita vt dicantur tria prima principia vniuerſalia? *Tria principia vniuerſalia quo pacto.*

Ratio difficultatis eſt. Quia ſi ſunt eadem, vel ſunt eadem numero in omnibus, vel ſpecie, vel genere, vel analogia: Non ſunt eadem numero, quia forma equi & forma hominis non

ſunt vnum numero: non ſpecie aut genere, quia forma equi & albedo differunt pluſquam numero: non analogia ex Ariſt. tex. 6. quia materia eſt vna numero in omnibus: Rurſus, ſi daretur genus aliquod priuationis reſpectu omnium priuationum, & genus aliquod omnium formarum, tunc prima principia haberent principium ſecundùm eamdem rationem, quam principiant; & forma in ratione formæ haberet principium. Sequela probatur. Quia omnia quæ ſunt ſub genere, fiunt ex ipſo tanquam ex parte eſſentiali; ſic animal conſtituit hominem, ſed principia ſunt ſub genere, ergo. Tertiò, ſi priuatio eſſet genus ad omnes priuationes tunc priuationes inferiores haberent aliquam eſſentiam, & conſtarent ex genere & differentia.

Ad primum reſpondetur. Principia omnia eſſe eadem analogiâ; quælibet enim forma & quælibet priuatio, & quælibet materia conueniunt in ratione principiandi, licèt enim omnes formæ ſint diſtinctæ ita vt neque conueniant ſpecie, aut genere; omnes tamen conueniunt in hac communiſſima ratione, vt ſint principia formalia, & omnes materiæ vt ſint principia materialia. Dicuntur autem omnes formæ eſſe eâdem vnitate analogica, quia forma ſubſtantialis eſt formâ accidentali nobilior, & compoſiti accidentalis materia nobilior materiâ ſubſtantialis compoſiti, quia hæc imperfectiſſima, illa ſubſtantia completa. Ad ſecundum: Principia prima non poſſunt habere alia principia in eodem genere in quo principiant Phyſica: concedo: Metaphyſica, nego. Ad tertium: Priuationes, licèt entia non ſint phyſica, analogicè tamen iis concedimus compoſitionem Metaphyſicam. Quomodo autem materia ſit vna numero ex Ariſt. infrà.

Principia analogicè dicuntur de eius principiis.

Maneat ergo principia hæc analogicè dici de ſuis principiis analogiâ tum proportionis, tum attributionis. Proportionis, quia forma accidentalis dicitur proportionaliter principiũ compoſiti accidentalis, ſicut forma ſubſtantialis compoſiti ſubſtantialis: Attributionis, quia omnia principia accidentis intrinſecè pendent à principiis ſubſtantialibus, ſi quidem & ab iis dimanant, & ſuſtentantur & ſpecificantur, & per ea definiuntur. Ideò principia accidentis propriè non dicuntur prima; habent enim principium in eodem genere, in quo principiant: Materia enim accidentis fit à materia prima, quæ eſt pars corporis; accidentalis forma à forma pendet ſubſtantiali, & priuatio riſibilitatis à priuatione formæ hominis.

Sectio V.

Quomodo principium in communi dicatur de omnibus principiis.

In principio quę cõſiderantur.

SVPPONENDVM eſt ex Conimb. 1. Phyſ. cap. 5. quæſt. 1. & Suarez diſp. 12. ſect. 1. Tria conſiderari poſſe in principio: Res quæ denominatur, & dicitur principium denominatiuum, Relatio & dicitur principium formaliter: & ratio fundandi relationem quæ eſt proceſſio ſeu dimanatio.

Prima ſententia eſt quorumdam Recentiorum, qui volunt principiũ denominatiuè ſumptum, dici principium metaphoricè, nec dicere aliquam rationem communem; licèt quoad proceſſionem, ſeu rationem fundandi propriè de omnibus dicatur. Mouentur, quia principij definitio dicit duo, vnum in recto, & eſt id vnde; Aliud quod connotatur &, eſt proceſſio: quoad primum, quia priuatio non eſt ens, non poteſt priuatio cum aliis principiis conuenire: quoad ſecundum, quia res verè ab ea incipit, maximè.

Secunda ſententia eſt communis: volunt principia in nullo conuenire vniuocè; non in re, quæ denominatur principium; quia principia denominatiuè accepta alia ſunt entia realia, alia rationis; quæ nullo modo vniuoca: Non formaliter ſumpta pro relatione ipſa, quia interdum relatio iſta eſt rationis, vt accidit in priuatione: Non in ratione fundandi, longè enim aliter res à priuatione procedit, quàm à forma. Aſſerunt ergo principia omnia conuenire analogicè; & principium dici de omnibus proportionaliter; Primò de Forma, ſecundò de Materia, tertiò de ipſa Priuatione, nec ſolùm metaphoricè.

Duplex hîc difficultas. Prima, An principia habeant aliquam rationem communem, in qua conueniant: Secunda, An illa analoga ſit, an vniuoca.

Prima concluſio. Datur aliqua ratio communis ad omnia principia, quæ non ſit metaphorica, nec æquiuoca, ſed propria.

Probatur. Ideò non datur hæc ratio ſuperior, quia enti & non enti non poteſt eſſe aliqua ratio communis; ſed hoc eſt falſum, ergo. Ens enim & non ens conueniunt in ratione intelligibilis, & vtrumque ab intellectu apprehenditur, ergo.

Dices. Non ens non intelligi ſecundùm ſe, ſed per modum entis; nec per propriam ſpeciem, ſed per alienam.

Contrà. Licèt per alienam, adhuc tamen verum eſt, non ens intelligibile eſſe, ergo. Anteced. probatur ad hominem. Dum aduerſarij pronunciant inter ens, & non ens non datur medium, neque ſuperius; vel intelligunt non ens, licèt per alienam ſpeciem, vel non intelligunt: ſi primum, ergo iam non ens eſt intelligibile: ſi ſecundum, malè de illo enunciant, quod inter ipſum & ens non datur medium.

Confir. Licèt ens rationis non apprehendatur niſi ad modum entis realis, dicitur tamen apprehendi. Confirmatur ſecundò. Ens creatum & non ens non ſunt infinita, ergo ens & non ens conueniunt ſub vna ratione negatiua in non eſſe infinitum.

Secundò probatur. Inter ens & non ens ideò non poteſt dari aliquod commune, quia inter illa nulla eſt proportio; ſed nil refert: Ens enim increatum, & creatum conueniunt in aliqua ratione communi entis videlicet & ſubſtantiæ, licèt ſint improportionata.

Dices. Inter contradictoria non datur medium; huiuſmodi eſt ens & non ens.

Inter contradictoria quomodo detur medium.

Reſp. diſtinguendo maiorem: Non datur medium inter contradictoria ſecundùm rationem illam ſecundùm quam ſunt contradictoria; & concedo: ſub aliqua alia ratione: & nego: poteſt enim inter ens & non ens eſſe medium, vel ſub ratione intelligibilis, vel principij.

Confir. Priuatio conuenit cum forma in eo quod accidit materiæ, vtraque quòd ſint in ſub-

iecto, ergo habent aliquid commune. Anteced. A pater ex Ariſt. tex. 66. vbi habet priuationem eſſe accidens materiæ.

Quòd hæc communis ratio, in qua principia conueniunt noo ſit metaphorica probatur: Materia, Forma & Priuatio ſunt propriè principia, ergo. Anteced. prob. præſertim de priuatione. Quod metaphoricè dicitur tale, reſpectu alterius debet dici tale; ſic pratum metaphoricè dicitur ridere reſpectu riſus, qui eſt in homine; ſed priuatio non eſt principium, nec reſpectu formæ, nec materiæ, ergo. Min. probatur. Quia materia principiat vt ſubiectum; forma vt terminus ad quem, neutra vt terminus à B quo.

Secundò prob. Si priuatio dicitur metaphoricè principium, ergo ſimpliciter pòteſt dici non principium; ſicut pratum poteſt dici ſimpliciter noo ridere: ſed priuatio noo poteſt dici ſimpliciter non principium, ergo. Mioor probatur. Mutatio eſſentialiter cooſtituitur in ſuo cooceptu, & definitur per terminum à quo, ergo eſt intrinſecum mutationis principium.

Confir. Qoia canis pictus metaphoricè dicitur canis, reſpectu canis viui, ergo canis viuus poteſt definiri ſine reſpectu ad pictum, ergo etiam motatio poſſet definiri ſine priuatiooe, ſi priuatio eſſet principium metaphoricum. C

Quòd hæc ratio communis non ſit æquiuoca ex dictis patet; ſi enim inter principia non ſufficit metaphorica conuenientia, multo minùs ſufficit æquiuoca, quæ eſt tantùm ſecundùm nomen.

Obiectio 1.

Dices. Implicat dari aliquod quòd ſit ſuperius ad ens, & non ens. Probatur. Quia ratio illa, oeque eſſet ens, neque nihil.

Confir. primò. Eos quod dicitur de ſubſtantia, & accidente ſecundùm ſe, neque dicit ſubſtantiam neque accidens, ergo & principium quod dicitur de ente & non ente, neque ens dicit, neque non ens.

Confir. ſecuodò: Vel illa communis ratio eſt D ens, vel non eſt ens: ſi ſecundum, ergo nihil prædicabitur de ente reali, nempe materia & forma: ſi primum, ergo eos prædicabitur de noo ente.

Reſp. Implicat inter ens & non ens dari aliquid ſuperius io ratione entis & non entis: coocedo: in ratiooe talis entis & talis ooo entis: nego: poſſuot enim io alia ratione conuenire id eſt principij, vt diximus.

2.

Dices. Ideo principia ſunt tria, quia differunt in ratione principiandi, ergo in ratione principij non conueniuot. Rurſus materia principiat vt ſubiectum, ergo vt ens: priuatio formaliter principiat vt negatio, ergo vt non ens, ergo etiam in ratione talis, & talis non entis ſunt E contradictoria.

Reſp. Materia & Priuatio non differunt quoad ratiooem principiandi vt ſic, licèt differant, quoad talem rationem principiandi, quæ quamuis diuerſimodè principient, adhuc tamen verum eſt, quod ambæ principiaot & hoc ſufficit: Hinc concedo priuationem principiare vt non ens: quia tamen ita hoc non ens principiat, ſicut principiat materia, quæ eſt ens, ideò licèt non in ratione entis cooueniant, conueniunt in ratione principij.

Ad probationem antecedentis & ad primam & ſecundam confir. Dico rationem illã in communi eſſe ens reale abſtrahens ab eſſe poſitiuo, vel prioatiuo; vtrumque continens in confuſo; ſicut animal, quod in confuſo continet ratiooale, & irrationale, ita vt ſi prædicatur de materia principium illud io commuoi dicit ens reale poſitiuum; ſi prædicatur de priuatione coarctatur ad ens reale priuatiuum; quemadmodum & animal, cùm de homine prædicatur ſtat pro animali rationali, cùm de leone, pro irrationali.

Propria ſententia de analogia, & vniuocatione principij.

CONSTAT ex his quæ hactenus diximus dari rationem quamdam communem inter priocipia: quærimus an ſit analoga, an vniuoca.

Principium aliter prout comparatur ad omnia principia tranſmutationis, aliter ad principia compoſiti.

Notandum primò. Principium poſſe comparari ad omnia principia: & ad priocipia tranſmutationis: ad principia compoſiti. Si primo modo ſumatur principium, certum eſt eſſe rationem communem analogã, aliter enim deſcendit ad principia per ſe, aliter ad priocipia per accideos: aliter principium dicitur de principio intrinſeco, aliter de intrinſeco: aliter de creato & increato: Progreſſio enim in quo conſiſtit tota ratio principij vt ſic, modò dicit poſitiuum ioſluxum cum aliqua dependentia, vt in cauſis C creatis: modò ſolum influxum abſque aliqua cauſalitate & dependentia, vt io diuinis; modò ſolam intrinſecam habitudinem, vt in priuatione; modò ſolam extrinſecam fundatam in aliqua prioritate, vt io numero: Si verò tertio modo ſumatur, vt comparatur ad priocipia compoſiti eſt ratio illa analoga; licèt enim tam materia, quàm forma dicatur principium, magis tamen compoſitum vt compoſitum eſt, dependet à forma, quàm à materia, quia forma magis influit, cùm ea ſit quæ dat eſſe rei, & omoem actualitatem.

Difficultas ergo eſt de principio proot abſtrahit à principiis naturalis tranſmutationis; D aliter enim materia & forma ſuot principia tranſmutationis, aliter compoſiti, vt etiam diſp. 12. ſect. num. 7. aduertit Suarez, quare ſi tranſmutatio æquè depcodet à materia, forma, & priuatione, ratio illa vniuoca eſt; ſi inæqualiter, erit analoga.

Notandum ſecundò. Falſum eſſe omnino quod eodem numero docet Suarez; Formam eſſe tranſmutationis principium, vel vt cauſa finalis vel vt formalis extrinſeca; & formam ſolùm dici tranſmutatione priorem, quia ſit prior ordine intentionis, aliter enim forma non eſſet principium tranſmutationis intrinſecum: ſiquidem finis & agens ſunt extra definitionem, & formalem conceptum rei; & ideò oullo modo intrin- E ſeca: Et licèt forma ſpecificet mutatiooem, non tamen inde dici poſſit tranſmutatioois principium; quia ſpecificari tanquam à forma extrinſeca non dicit progreſſionem aliquam, quod neceſſariò inuoluitur in ratione principij. Forma igitur, vt ſectione præcedenti diximus, dicitur mutationis principium, quia dum ipſa fit ſubiectum, mouetur: dicitur priocipium priuatio, quia ab ea incipit motus: materia, quia ab ea quodammodo educitur.

Forma quo modo mutationis principiũ. Refellitur Suarez.

Notandum tertiò. In tranſmutatione poſſe nos concipere duo: Et ipſum moueri ſubiecti: & ipſum fieri compoſiti; quæ licèt in re ſint omnino idem, formaliter tamen diſtinguuntur;

In qualibet mutatione duo conſiderari poſſunt, ſubiectum moueri, & compoſitum fieri.

Hinc Ferrar. & Ægid. docuere, compoſitum ex priuatione fieri per accidens; mutationem autem eſſe per ſe: mutatio enim vt mutatio eſt, primariò & formaliter dicit tranſitum ab vno eſſe in aliud, licèt ſecundariò dicat compoſitionem, fitio verò compoſiti, primariò compoſitionem ipſam, & nouum fieri rei; Secundariò ipſum tranſitum. His adnotatis

Prima concluſio. Principium denominatiuè ſumptum prout tantùm dicit rem, quæ denominatur; & ipſam relationem, quæ illud denominat in concreto, ſi comparetur ad principia compoſitionis, ſiue in fieri, ſiue in facto eſſe, dico eſſe analogum.

Prob. ex primo notab. Compoſitum enim vt compoſitum eſt ſiue in fieri, ſiue in facto eſſe magis dependet à formâ, quàm à materia: tantùm per accidens à priuatione, ergo non eodem modo influit, nec æqualiter principiat.

Secunda concluſio. Principium denominatiuè ſumptum vt diximus, dicens in concreto & relationem ipſam, vt rem quæ denominatur, ſi comparetur ad principia tranſmutationis, dico eſſe omnino vniuocum.

Probatur primò: Ratio principij æqualiter participatur ab omnibus tribus, ergo non analogicè deſcendit, ſed vniuocè. Anteced. probatur. Nullum enim magis influit, nec mutatio magis dependet à formâ quàm à materia, & priuatione, ergo. Forma enim ideò dicitur principium mutationis, quia eſt ratio cur ſubiectum mutetur, ſed non magis forma eſt ratio cur ſubiectum mutetur, quàm ipſa priuatio, ergo: Min. prob. Tam enim dicitur ſubiectum mutari, quia formam ſubſequentem acquirit, quàm quia præcedentem abiicit, ergo non magis forma eſt ratio cur ſubiectum mutetur, quàm ipſa priuatio. Explicatur ex motu locali. Non enim quis dicitur magis moueri, quia accedit ad terminum ad quem, quàm quia recedit à termino à quo: Ita etiam nec minùs dicitur mutari ſubiectum, quia amittit priuationem, quàm quia acquirit formam; & tam deperditio priuationis, quàm formæ acquiſitio, ſunt ratio cur ſubiectum dicatur mutari.

Obiectio 1. Dices: Subiectum dum mutatur per formam ſubſequentem, magis dicitur mutari: quia per formam fit aliud poſitiuè; à priuatione fit aliud priuatiuè, ergo forma magis influit.

Reſp. In mutatione poſſe nos conſiderare duo, vt adnotauimus. Et ipſum moueri ſubiecti; & ipſum fieri compoſiti: quoad fieri compoſiti concedo, formam magis influere quàm priuationem: Quoad moueri ſubiecti: nego. Ita enim mutat ſubiectum receſſus à termino à quo, ſicut acceſſus ad terminum ad quem.

2. Dices. Subiectum magis dicitur aliter ſe habere per acquiſitionem formæ quàm per deperditionem priuationis, ergo acquiſitio formæ magis influit in ipſam mutationem vt mutatio eſt, quàm priuatio.

Reſpondetur negando antecedens: Ita concipimus ſubiectum mutari, ſi concipiamus non album fieri album, ſicut ſi concipiamus non album amittere priuationem albedinis. Quod ſic oſtendo. Ita ſubiectum nigrum mutaretur ſi acquireret albedinem, quàm ſi amitteret nigredinem, & manus tam mutatur ſi è frigida fiat calida, quàm ſi amitteret frigiditatem.

3. Dices. Id eſſe verum, quia tunc terminus à

A quo eſſet poſitiuus, & poſitiuè ſubiectum mutaretur: quæſtio autem eſt cùm terminus à quo ſolùm eſt priuatio, quam ſi deperdat, ſubiectum minùs dicitur mutari, quàm mutaretur ſi acquireret formam. Contrà: Ad mutationem ſubiecti ita ſufficit ſi concipiamus ſubiectum non eſſe idem quod priùs, ac ſi concipiamus per formam eſſe aliud; ergo ad mutationem vt mutatio eſt æquè influit terminus à quo & ad quē. Confir. Motus enim æquè dicit acceſſum, ac receſſum, & implicat vnum concipi abſque alio, ſeu ſubiectum magis eſſe ſub forma, quàm recedat à priuatione eiuſdem, ergo neutrum magis influit.

B Vrgetur magis. Si moueri plus dependet, potiùs dependet à termino à quo, quàm à termino ad quem; & ſi danda eſt analogia, primum analogatum erit potiùs priuatio, quàm forma: Prob. Moueri priùs & formaliter dicit diſcedere à termino à quo, quàm accedere ad terminum ad quem. Probatur. Quia ſi ſubiectum per impoſſibile acquireret formam de nouo, & non amitteret priuationem, non diceretur mutari. Imò de facto, licèt verbum de nouo terminarit naturam humanam, non tamen dicitur mutatum: nec dicitur mutari Deus, cùm de nouo creatur anima, licèt illi fiat de nouo intimè præſens; & ſi de nouo crearetur, alius mundus, ſtatim abſque ſui mutatione fieret illi de nouo

C præſens, tantùm quia deeſt terminus à quo ob Dei infinitatem, & immenſitatem, licèt ſit terminus ad quem de nouo: Hinc ſic argumentor implicat ſubiectum recedere à termino à quo, & non moueri, non implicat acquirere nouam formam & non moueri, ergo motus magis dependet, & formaliùs dicit terminum à quo, quàm terminum ad quem.

Probatur tandem concluſio. Ita mutatio pendet à forma ſicut à priuatione, & à materia, ergo principium non analogicè aſcendit. Anteced. probatur. Materia, forma, & priuatio non dicuntur principia intrinſeca mutationis, quia in illam influant; ſed tantùm quia ſunt de in-

D trinſeco conceptu illius, nec mutatio poteſt definiri niſi per hæc tria, ſed non magis ad formalem conceptum mutationis requiritur terminus ad quem, quàm terminus à quo, aut materia, ergo.

Dices. Materia eſt ſubiectum mutationis, ergo magis videtur influere quàm priuatio.

Reſp. nego conſequētiam. Materia enim dum concurrit vt ſubiectū ſolum merè paſſiuè ſe habet, vt etiam docet Suarez diſp. 12. ſect. 1. num. 7 & ſicut mutatio eſſe dicitūr à materiâ, quia ab ea tantùm educitur, ita eſt à priuatione, quia ab eâ incipit, & à formâ quia ad illam terminatur, & æqualiter à ſingulis dependet, licèt à

E qualibet in ſuo genere.

Expenduntur fundamenta aduerſariorum, & diluuntur.

PRINCIPIA naturalis tranſmutationis nullo modo conuenire vniuocè probant num. 13. Suarez, Conimb. cap. 5. quæſt. 1. ar. 1. & communiter omnes ſic. Ens & non ens, ſeu ens reale, & rationis non poſſunt vniuocè conuenire, ſed priuatio eſt non ens, materia, & forma entia, ergo. Obiectio 1.

Reſpondetur diſting. ma. Non poſſunt vni-

uocè conuenire in ratione entis: & concedo: in ratione principij: & nego.

Tria principia naturalia qua ratione inuicem conueniant.

Vrgent. Ratiu ſundandi & ipſa relatio, quâ priuario dicitur principium ſunt entia rationis; materia & forma ſunt principia realia, ergo neque in ratione principij. Antecedens probatur. Quia relatio realis non niſi inter extrema realia.

Reſpondent negando antecedens, & ad probationem. Licèt priuatio non ſit ens reale poſitiuum, eſt tamen ens reale priuatiuum, quod ſufficit vt ſit fundamentum relationis realis: ſicut enim ſufficit vt priuatio dicatur principium reale, licèt ipſa ſit ens priuatiuum; ita ſatis eſt ad fundandam relationem realem: Imò nec video quónam pacto hi Doctores tueri poſſint, B tria eſſe principia realia mutationis naturalis: ſi enim relatio & ratio fundandi ſunt entia rationis, quomodo tria principia realia? Item ratio fundandi relationem in principiis non eſt niſi progreſſio illa, quâ res principiata eſt ab alio: ſed mutatio nullo intellectu cogitante eſt à priuatione, ergo progreſſio eſt quid reale non rationis, ergo etiam relatio: implicat enim quòd fundamentum proximum relationis ſit reale, & relatio rationis.

Dices. Quónam pacto poteſt dari relatio realis, ſi extrema non ſint realia?

Realis relatio non requirit extrema realia poſitiua.

Reſp. Extrema eſſe realia, licèt non ſint poſitiua, ſed priuatiua; & hoc ſufficit: forma enim & priuatio ſunt contraria ſecundùm omnes C Peripateticos nullo intellectu cogitante, ergo etiam relatiua, contrarium enim non niſi alteri contrarium. Extrema non ſunt realia poſitiua, & tamen datur relatio realis inter huiuſmodi contraria, ergo relatio realis non requirit extrema realia poſitiua.

Petes: Relatio illa éſtne prædicamentalis, an tranſcendentalis: poſitiua an priuatiua?

Relatio priuationis eſt relatio tranſcendentalis, & quid priuatiuũ.

Reſpondetur, eſſe tranſcendentalem, qualis eſt relatio cauſæ ad effectum; & conſequenter ex parte priuationis non habet aliud eſſe quàm illud, quod habet priuatio: & ideo eſt quid priuatiuum, & priuatiuum principium appellatur: Ex parte verò mutationis reſpectus il- D le, qui conſurgit, eſt reſpectus realis poſitiuus, ſicut ipſa mutatio; quia cum illâ identificatur; cuius relationis terminus erit eadem priuatio, quæ eſt ens reale non poſitiuum, ſed priuatiuum.

Obiectio 2.

Argumentantur ſecundò alij: Cùm ratio aliqua communis prædicatur de vltima differentia rei, eſt analoga; ſed principium prædicatur de vltima differentia priuationis, quia eſt principium, vt priuatio eſt, ergo: Ma. probatur. Ens quia analogicè deſcendit, prædicatur de ſubſtantia ſecundùm ſuam vltimam differentiam, ſubſtantia enim vt ſubſtantia, eſt ens, & E ſic accidens: Animal verò, quia vniuocè ad hominem deſcendit, non prædicatur de illo, vt homo eſt.

Ad rationẽ analogam requiritur vt inæqualiter participetur.

Reſp. Quando ratio communis abſtrahit ab vltima differentia, & à ratione generica ſimul eſt analoga, concedo: ita abſtrahit ens & ideò analogum: cùm verò abſtrahit tantùm à ratione generica, vel tantùm à differentia vltima, non ſtatim dicitur analoga niſi etiam inæqualiter participetur. Ita abſtrahit ratio principij à priuatione & materia: Priuatio enim non eſt principium, vt non ens, ſed vt tale non ens; ſic ſen- A ſibile de ſingulis ſpeciebus animalium prædicatur vt animalia ſunt, ſecundùm vltimam differentiam animalis, & tamen ſenſibile vniuocè deſcendit.

Obiectio 3.

Tertiò argumentari poſſent. Motus ſpecificatur à termino, ergo mutatio magis dependet à formâ, quàm à materia. Confir. Ideò magis principium eſt forma, ſi comparatur ad principia compoſitionis, quia forma eſt quæ dat eſſe rei, ſed hoc præſtat terminus ad quem mutationis, ergo.

Reſp. primò. Mutatio ſpecificatur à termino vt fictio quædam eſt, non vt mutatio eſt, æquè enim motus dependet ab vtriſque.

Ad conſtituendum principium requiritur proprietas & progreſſio.

Secundò reſp. Licèt motus ſpecificetur à termino, non tamen inde terminus poteſt dici principium motus, quia licèt ſpecificet motum, tamen motus ſemper intelligitur priùs ipſo termino ad quem tendit, nec ſufficit ſpecificatio, vt aliquid dicatur principium, ſed requiritur prioritas & progreſſio vnius ab alio, quam non inuoluit ſpecificatio: ſic potentiæ ſpecificantur per actus & per obiecta, non tamen ab iis progrediuntur potentiæ.

Corollaria præcedentis diſputationis, & collatio ad doctrinam Ariſtotelis.

Corol. 1.

EX his colligitur primò quæ de principiis in communi docuerit hoc lib. Ariſt. Principia C videlicet naturalis tranſmutationis debere eſſe contraria tex. 41. Eadem non eſſe infinita tex. 50. Non eſſe plura quàm tria: & præter duo contraria Formam & Priuationem dandũ ſubiectum, tex. 51. & 56. Duo tantùm eſſe principia per ſe reſpectu compoſiti; tria reſpectu mutationis. Priuationem eſſe principium per ſe, & per accidens, tex. 66. & 67.

Corol. 2.

Principia alia cõmunitatis alia cauſalitatis.

Colligitur ſecundò. Cùm principia naturalis tranſmutationis ſint in duplici genere. Alia communitatis prout ſcilicet comprehendunt principia compoſiti ſubſtantialis, & accidentalis. Alia cauſalitatis, prout comprehendunt principia ſubſtantialia, quæ cauſæ quodammo- D do ſunt principiorum accidentalium; Ariſt. non tantùm agere de principiis cauſalitatis, ſed etiam communitatis. Patet, quia Ariſt. multa docet hîc de tranſmutatione in communi, & ſicut agit in ſecundo de cauſis in communi cuiuſcunque tranſmutationis, vt docet tex. 27. ſic à pari hîc: Tum quia de principiis mutationis accidentalis agere ſpectat ad phyſicum, ſed nullibi agit Ariſtoteles de iis, ergo hîc. Non negandum tamen Ariſtotelem primariò agere de ſubſtantialibus; ſecundariò de accidentalibus.

Corol. 3.

Artificialia quare non ſpectant ad phyſicum.

Colligitur tertiò. Non agi hîc de principiis rerum artificialium, licèt forma, & materia, & E priuatio reperiantur in artificiatis: quia artificialis mutatio non ſpectat ad phyſicum. Ratio à priori eſt, quia artificialia non habent principium motus in ſe niſi per accidens, & non ſunt mobilia niſi per accidens, & quatenus habent pro materiâ corpus aliquod naturale ferrum, &c. Hæc de principiis in communi.

Digitized by Google

A

PARS SECVNDA.

De principiis in particulari.

PRIMVM rerum naturaliũ principium eſt materia. Eius duæ notiones, ſeu conceptus ex Themiſtio; Abſolutus, comprehendens omnia prædicata abſoluta, vt eſſe Ens, eſſe ſubſtantiam, &c. Relatiuus com- B prehendeos omnia prædicata relatiua, vt ſunt potentia ad formam; relatio ad eamdem: Hinc prima diſputatio erit de materia ſecundùm ſe conſiderata: ſecunda de materia relata ad formas ſubſtantiales: tertia de eadem relata ad formas accideotales: quarta prout refertur ad generanonem & compoſitum: quinta vt relata ad ſuas proprietates.

DISPVTATIO PRIMA

De prima notione materiæ, ſeu de materia ſecundùm ſe. C

Materia quotuplex penes Peripateticos.

MATERIA apud Peripateticos. Alia dicitur intelligibilis, & eſt quantitas per intellectum ab omnibus qualitatibus ſenſibilibus ſeparata, Mathematicæ obiectum: Alia dicitur ſenſibilis, & eſt quæ qualitatibus ſenſibilibus affecta in corporibus reperitur: Hæc vel eſt ſubſtantia completa, ſubiectum tantùm accidentalis mutationis; vel incompleta & ſimplex, omoem phyſicam compoſitionem excludens, & cum formâ ſubſtantiali ſubſtantiale D compoſitum conſtituens. Vtraque modò dicitur materia Proxima, modò Remota: Remota cùm requirit plures tranſmutationes: Proxima cùm eget paucioribus. Rurſus materia interdum prima, interdum ſecunda à Phyſicis appellatur: dicitur prima, materia omnino ſimplex: dicitur ſecunda, materia compoſita. Vel prima dicitur materia nudè ſumpta: ſecunda dicitur eadem, ſed affecta ſenſibilibus qualitatibus: vel dicitur prima prout eſt indifferens ad omnes formas: ſecunda prout hac vel illa forma determinatur. Materia de qua oos hîc præſertim loquimur eſt materia prima, prout quædam E ſubſtantia eſt incompleta, ſimplex, ſubiectum ſubſtantialis mutationis, quæ recipiens ſubſtantiales formas compoſitum ſubſtantiale conſtituit: Sed hîc multiplex difficultas. Prima an huiuſmodi materia detur: item an ea ſit omnino ſimplex: an ſit corpus de genere ſubſtantiæ: an habeat differentiam; an ſit ſub aliquo genere: an vna vel plures numero: an habeat actum entitatiuum: an habeat propriam exiſtentiam, & an ſubſiſteotiam propriam. Ideò ſit

SECTIO PRIMA.

Dari materiam quomodo Ariſtoteles demonſtret.

PRIMÒ ex natura tranſmutationis ſic Vbi eſt ſubſtantialis mutatio, ibi eſt ſubiecta materia; datur in corporibus ſubſtantialis mutatio, ergo datur materia Probatur maior inductiooe ex generatione videlicet accidentium, & formarum artificialium ſic: in vtriſque præcedit materia, ergo & in mutatione ſubſtantiali.

Secundò ex natura corruptionis, & productionis: Datur naturalis corruptio, & productio in ſubſtantiis, ergo & materia· Aoteced. patet Conſeq. prob. naturaliter enim ex nihilo nihil fit, & nihil in nihilum deſinit.

Tertiò ex natura principiorum: Sunt contraria, ergo. Item actio agentis accipitur non à contrario à quo potiùs expellitur, ergo à ſubiecto. Item agens introducit formam in id quod appetit formam, id non poteſt eſſe contrarium, ergo. Ita 1. Phyſ. tex. 51. & 54. 1. Cœl. tex. 108. 12. Metaph. tex. 53.

Obiectio 1.

Obiiciunt communiter primò. Quod nullibi eſt, nullo modo eſt generationis ſubiectum, materia nullibi eſt, ergo. Min. probatur ex eodem Ariſt. 5. Phyſ. qui ait generationis ſubiectum non eſſe in loco: Item ex eodem ibid. tex. 8. Generationis ſubiectum eſt non ens.

Confir. Si eſſet ens, de eo egiſſet in Metaph. ſub ratione entis, de materia autem agit tantùm vt principium eſt

Materia in loco ratione formæ & quantitatis.

Reſp. Materiam non eſſe in loco quantum eſt de ſe, ſed vel ratione formæ, vel quantitatis: hinc nego quod nullibi ſit, eſt enim in ipſis corporibus. Dicitur non ens, id eſt completum, & ſub ea ratione agit de ea Ariſt. in Metaph.

Inſtant, quòd neque ſit ens incompletum. Non enim eſt quid, nec quale, nec quantum actu, ſed omnia in potentiâ ex eodem.

Confir. Ens quod caret forma, caret omni eſſe: forma enim dat eſſe rei, ſed materia caret omni forma, ergo.

Reſp. primò: Et retorqueo argumentum. Materia eſt quid, quale, & quantum in potentia, ergo aliquid, nil enim poteſt eſſe in poteotia ad aliud, niſi ſit aliquid actu in ſe.

Reſp. ſecundò: Ariſtotelis mens fuit innuere neque eſſe qualitatem, neque quantitatem, ſed neque completam ſubſtantiam actu, quod concedimus: Sed de hoc iterum.

Carens forma caret omni eſſe ſpecifico.

Ad confir. Quod caret formâ, caret omni eſſe ſpecifico & perfecto, tranſeat: imperfecto & ſimpliciter omni eſſe: nego.

Obiectio 2.

Obiiciunt ſecundò & inſtant: Inter ens & non ens nihil eſt, non enim datur medium; ſed ex Ariſt. hîc, materia mediat inter ens & non ens, & eſt pura potentia, ergo caret ſimpliciter omni eſſe.

Reſp. Inter ens & non ens nil mediat; at inter purum ens, & purum non ens, ſeu inter ens completum, & nihil, mediat ens incompletum.

Obiectio 3.

Obiiciunt tertiò. Ideo datur materia, quia datur tranſmutatio ex dictis, ſed poteſt dari, & non in materia, ergo. Prob. ſi tantùm concipiamus formam vnam deſtruere aliam, frigus videlicet

delicet calorem, concipiemus alteratioñe: Rurſus. In Euchariſtiæ Sacramento datur corruptio ſpecierum, & contingit generatio vermium, & tamen ibi nulla materia. Item poteſt calefieri, & conglaciari Sanguis Chriſti, ergo.

Vbi nullum ſubiectum nulla pugna. Reſp. primò. Si daretur calor & frigus abſque ſubiecto, tunc nulla futura pugna, nec alteratio, aut deſtructio, pugnant enim tantũ vt ſe expellant ab eodem ſubiecto, & frigus non corrumpit calorẽ, niſi producendo frigus in eodẽ ſubiecto.

Ad confirmationem, Cùm ſpecies deſinunt in Euchariſtia, Deus ſtatim reproducit nouam materiam, vel eamdem quæ antè deſiuerat, ex qua vermes, &c. vel nouam: Calefit ſanguis, ſeu conglaciatur, quia remanet quantitas, quæ eſt ſubiectum vt quo omnium accidentium.

Obiectio 4. Obiiciunt quartò. Quod cognoſcibile non eſt, nec poteſt demonſtrari, Materia non eſt cognoſcibilis, ergo.

Reſp. Non eſt cognoſcibilis ex parte noſtri, eſt tamen cognoſcibilis ex ſe. Contrà: Materia non eſt cognoſcibilis, nec per propriam nec per alienam ſpeciem, ergo. Eſt enim ens omnino indifferens, & indeterminatum, ergo de ea non poterit formari proprius conceptus. Confir. quò res magis in potentia eò minus cognoſcibilis: Hinc Deus maximè cognoſcibilis, quia maximè in actu, ſed materia eſt pura potentia oppoſita puriſſimo actui, ergo nullo modo cognoſcibilis. Hinc D. Aug. 12. Confeſ. cap. 5. ait. Materia ignorando cognoſcitur; & cognoſcendo ignoratur, id autem eſt reuera ignorari.

Reſp. Materia eſt cognoſcibilis ex ſe per propriam ſpeciem; ita cognoſcitur à Deo. Ad prob. Materia eſt ens omnino indifferens extrinſecè, id eſt prout dicit capacitatem & aptitudinem ad formas: & concedo: intrinſecè, hoc eſt non eſt aliquid certum, & determinatũ: & nego: Eſt enim ens actu determinatũ & finitum, ad omnes formas indifferens. Ad confir. tantùm ſequi, quia materia habet minimum, eſſe habere minimum cognoſcibilitatis, idque voluit D. Aug

Obiectio 5. Inſtabis. Vel materia cognoſcitur vt ens abſolutum, vel vt relatiuum; neutro modo, ergo. Minor probatur. Non poteſt cognoſci vt abſolutum, quia non eſt abſoluta: nec vt relatiuum, quia non cognoſceretur per propriam ſpeciem, quia cognoſceretur per formam.

Reſpondet Scotus: Cognoſci vt abſolutum, quia eſt ens abſolutum.

Quidam ex noſtris & communiter cognoſci vt relatiuum, quia res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci, ſed materia eſt eſſentialiter potentia dicens relationem tranſcendentalem ad formam, ergo.

Rectiùs cognoſci vt ens abſolutum relatiuum, quia res cognoſcitur ſicuti eſt: ſed materia eſt ens ſimul abſolutum & relatiuum eſſentialiter, dicit enim reſpectum tranſcendentalem, qui eſt de eius eſſentia; quia tranſcendentale eſt de eſſentia abſoluti.

Sectio II.

An materia ſit omnino ſimplex.

PROBANT communiter, quia ſi non daretur materia, quæ phyſicè eſſet omnino ſimplex, ſequeretur proceſſus in infinitũ, & darentur formæ infinitæ in eadem materia. Patet: Vel
A enim materia ignis v.g. eſt omnino ſimplex; vel compoſita. Si primum id quod intendimus: ſi ſecundum, diuidatur, & tunc dandus proceſſus in infinitum, & formæ infinitæ.

Sed ſupereſt alia difficultas. An materia prima, quæ conceditur omnino ſimplex, ſit etiam ſimplex in ratione ſubiecti: id eſt, an conſtituatur in ratione ſubiecti per aliquam formã quam ſemper retineat, & nunquam abiiciat, vniuerſalem & genericam, præſcindentem ab omnibus formis inferiorum, quam vocant corporeitatis incorruptibilem, & ingenerabilem, ratione cuius dicatur materia corpus, ſed indeterminatum & diſpoſitum ad omnes formas.

B Huius ſententiæ fuit Auicen. 1. ſuæ Suffic. cap. 2. & 3. Mouetur præſertim, quia forma ſupponit materiam extenſam, corpoream, & quantam, ergo per aliquam formam ſibi coæuã. Sequuntur D. Bonauent. Brunus, & Magiſter ſentent.

In contrarium eſt omnium ferè ſchola Peripateticorum huiuſmodi formam negantium.

Probat primò. Pererius ſic: Vel hæc forma corporeitans eſt phyſica, vel mathematica, vel metaphyſica: non metaphyſica, quia hæc abſtrahit re & ratione à materia: non mathematica, quia hæc non eſt ſubſtantia: non phyſica, quia hæc eſſet principium motus. *Pererius.*

Secundò: Vel hæc forma præit quantitatem in materia, vel non; ſi præit, ergo eſt indiuiſibilis:
C ſi non, ergo iam quantitas inhæret materiæ ante omnem formam ſubſtantialem.

Reſponderi poſſet: Formã illam eſſe phyſicam dantem eſſe corporeũ, & quantum eidem materiæ, & eſſe principium motus phyſici, reddens materiam aptam ad recipiendas, & abiiciendas formas ſubſtantiales, ita & ad ſecundum. Reiicitur.

Probat Toletus quæſt. 15. ex Auer. com. 69. Si daretur forma corporeitatis, non daretur compoſitum ſubſtantiale per ſe. Probatur: Forma ſubſtantialis adueniret materiæ, quæ eſſet ens in actu per formam corporeitatis, ergo eſſet ens per accidens, quia quod aduenit enti in actu non eſt ens per ſe. *Toletus.*

D Reſpondetur negando ſequelã; Ens enim per accidens eſt illud, quod aduenit enti in actu cõpleto & vltimato, non tamen enti non vltimato, & incõpleto: Hinc materia actuata per formas partiales, vt probabile exiſtimant communiter, ſimul cum anima non efficit ens per accidens. Imò Verbum Diuinum vnitum naturæ humanæ vnum per ſe conſtituit; cur autem non efficiat ens per accidens: reſpondent Theologi, licèt natura humana ſit in actu, non eſt tamen in actu vltimato & completo, quia non eſt ſubſiſtens. Reiicitur.

Probat Ruuius quæſt. 1. Tract. 1. de Materia: Forma & priuatio, mutuò ſe expellunt ab eadem materia, ergo materia vt ſubiectum eſt nec for-
E mam, nec priuationem debet habere. *Ruuius.*

Item ſi materia haberet formã ingenerabilem & incorruptibilẽ non poſſet alterã formam accipere, quia generatio vnius eſt corruptio alterius.

Neque hîc aliquid probat. Generatio vnius eſt corruptio alterius, reſpectu formarũ generabilium: Nec abſurdum duplicem formã in eodem ſubiecto concedere, ſi altera alteri ſubordinetur: ſic formæ partiales ſubordinantur totali: neque formæ ab eodem ſubiecto ſe inuicem expellunt, niſi quæ ſunt eiuſdem ſpeciei & rationis, vel contrarias habentes qualitates. Reiicitur.

Probatur ergo communis ſententia ſic: Nulla

apparet ſufficiens ratio cur hæc forma ponenda A ſit, ergo. Non danda eſt ratione alicuius proprietatis, non ex indigentia materiæ, aut formarum ſubſtantialium, aut tranſmutationis, ergo. Non primum, quia nulla apparet proprietas diſtincta ab iis, quæ prodeunt à formis inferiorũ, elementorum videlicet, & aliorum corporum: non ſecundum, quia ſufficit in materia potentia, quâ poteſt ſubeſſe eidem formæ corporeitatis, vt poſſit etiam ſubeſſe aliis: non tertium, quia forma eſt connaturalis actus materiæ, & ſufficiunt præciſè diſpoſitiones accidentales: non quartum, quia ex ſola tranſmutatione tantùm colligitur dandam eſſe materiam.

Ad rationem Auicennæ reſpondetur: Sufficere quantitatem, quæ materiam reddat coexten- B ſam, & quantam. Hinc ſit

Prima concluſio. Materia in compoſitis inanimis eſt ens omnino ſimplex nedum in ratione materiæ, ſed etiam in ratione ſubiecti, neque eſt ſubſtantia aliquo modo compoſita ex potentia & forma generica incompleta; Patet ex dictis.

Obiectio 1. Dices primò. Vnicuique potentiæ debet reſpondere ſuus actus adæquatus, materia eſt potentia vniuerſalis, ergo debet illi reſpõdere forma vniuerſalis, quæ impleat eius capacitatem.

Reſpondetur, Cuicunque potentiæ debet reſpondere ſuus adæquatus actus in genere, non autem in numero: ſic potentiæ viſiuæ actus viſionis, vnus in communi; & materiæ quæ eſt potentia paſſiua ſubſtantialis, ſufficit ſi illi reſpon- C deat forma ſubſtantialis.

2. Dices ſecundò: Datur prima materia & vniuerſalis eadem in omnibus, ergo etiam debet dari forma ſubſtantialis vniuerſalis & generica in ſingulis eadem, nedum genere, ſed numero.

Itẽ datur materia ingenerabilis & incorruptibilis, ergo multò magis forma, quæ eſt nobilior.

Reſp. negando conſequentiam. Ratio eſt, quia materia eſt commune ſubiectum formarum cuius munus eſt tantùm ſubeſſe, non ſpecificare aut diſtinguere vnum ab alio, quia hoc eſt proprium formæ. Quòd forma detur ingenerabilis vltrò concedimus, ea eſt anima.

Inſtabis. Diſtinctio non niſi à forma, ſed mate- D ria eſt ab aliis diſtincta, ergo per aliquã formam.

Reſpondetur, Diſtinctio entitatiua non niſi à forma, & nego: ſpecifica & concedo. Materia habet ſuam vnitatem, & eſt ab aliis diſtincta per entitatem propriam & tranſcendentalem.

Vrgebis. Materia præter rationem entitatiuam habet rationem formalem, quâ contradiſtinguitur; eſt enim nedum ens, ſed tale ens, ergo per aliquam formam ab ipſa diſtinctam, nec per ſolam entitatiuam vnitatem.

Reſpondetur primò. Hoc argumentum plus infert quàm neceſſe ſit: Materiam videlicet in ratione materiæ non eſſe ens ſimplex.

E Secundò. Concedimus in materia rationẽ formalem metaphyſicã: negamus formã phyſicam.

3. Dices tertiò. In omni corruptione corpus ſemper remanet corpus, ergo corpus quoad formam corporeitatis eſt incorruptibile.

Reſp. Corpus ſemper remanere corpus, quia nunquã remanet materia ſine forma particulari, quæ dat etiam formã corporis: & ſicut non valet inferre. Materia nunquam eſt ſine forma ſenſibili, ergo ſenſibile non corrumpitur, ita, &c.

Secunda concluſio. Neque in cõpoſitis animatis danda eſt forma aliqua totalis corporeitatis ge-

A netabilis & corruptibilis, quę ab anima ſit cõtradiſtincta, vel à formis partialibus. Eſt cõtra Scotũ, qui licèt neget formã materiæ coęuam in rebus inanimis, vult tamen dandã eſſe in homine formã aliquã totalẽ corporeitatis ab anima diſtinctã, quâ corpus conſtituatur in eſſe corporis.

Prob. eâdem ratione, quâ eſt prior; Non enim formæ multiplicandæ abſque neceſſitate, ſufficiunt enim vel formæ partiales, vel ipſamet anima ſpiritualis, vt vult D. Th. vt patebit ex argumentorum ſolutione.

Obiicit primò Scotus, Cõmuniter dicimus hominem conſtare ex anima & corpore, Aẽtẽ conſtare ex materia & forma, planèque in rebus animatis præter animã eſt forma corporis. Confir. B primò ex animæ definitione; Eſt enim anima actus corporis organici, ergo corpus præſupponitur. Confir. ſecundò. In morte animalis non ſuccedit noua forma & remanet forma corporis, aliter ſi noua introduceretur forma eſſet diuerſa pro diuerſitate diſpoſitionum; at non eſt ita, ergo. Confirmatur tertiò. Corpus Chriſti mortuum eſſet à ſeipſo viuo ſpecie diſtinctum. Obiectio 1.

Reſpondetur Vel cum D. Th. Animam omnia præſtare, & ſufficit ſi materia habeat diuerſas diſpoſitiones & accidentia, & trinã dimenſionẽ per quantitatem ſibi coæuam: Dicitur anima actus corporis, quia eſt actus non materiæ nudæ vt forma aëris, ſed materiæ organizatæ, vel per accidentia, vel per partiales formas, vt forſitan C dicemus: patet ex Ariſt. 7. Metaph. qui ait, anima eſt ſubſtantia, corpus verò materia, homo autem ex ambobus. In morte animalis ſuccedit forma cadaueris, quæ eſt vna ſpecie in omnibus, & de ſe imperfecta, & commune medium ad omnia elementa, in quæ cadauer reſoluitur. Et Chriſti corpus fuit idem non identitate formæ, ſed identitate materiæ, quæ quia iiſdem affecta erat accidentibus, idem ſaltem moraliter dicebatur corpus. Anima actus materiæ iam organizatæ.

Obiicit ſecundò. Anima rationalis eſt incorporea & indiuiſibilis, ſpiritualis & inextenſa, ergo nequit eſſe forma corporis materialis, & extenſi, nec poterit ab ea reſultare, eſſe corporeũ. Obiectio 2.

D Confirmatur. Ex duplici enim indiuiſibili implicat reſultare quid diuiſibile, & ex rebus vnius ſpeciei, res ſpeciei diuerſæ.

Reſp. D. Th. Animam rationalem virtute continere animam vegetatiuam & ſenſitiuam, & formam corporis, ideo ſufficit ſola.

Vrget Scot. Cauſa formalis nequit effectũ formalem producere niſi ipſa ſit formaliter talis; cauſa enim formalis ſuũ effectum non cauſat niſi exhibendo ſeipſam, ergo ſi anima non eſt formaliter corporea nõ poterit cauſare eſſe corporeũ. 3.

Reſp. Animã non eſſe formaliter corpoream, ſed formaliter eſt forma corporis: Dicitur tamẽ E virtute continere formam corporis, quia continet alias formas nobiliores: docet id Ariſtoteles exemplo quadranguli, qui formaliter continet triangulũ, dicitur tamen continere triangulũ virtute, quia cõtinet formã quadranguli nobiliorẽ.

Vrget, homo eſt corporeus, & hoc prędicatur in recto, ergo debet deſumi à toto; ſed deſumi nõ poteſt ab anima quæ eſt ſpiritualis, ergo ab alio toto, à materia videlicet & forma corporeitatis. 4.

Reſp. Eſſe corpus deſumitur ab anima & à materia, licèt anima ſit ſpiritualis & incorporea, ſufficit enim ſi ſit eſſẽtialiter forma corporis: nec de ratione formę corporeitatis eſt vt ſit corporea, nil

enim aliud eſt, eſſe formam corporeitatis, quàm eſſe formam ſubſtantialem materiæ, quâ efficitur vnio.

Ad confir. Licèt anima non ſit corporea, poteſt tamen ab eâ ſimul cum materiâ fieri corpus: Nec valet argumentari à diſtributiuo ad collectiuum, ſicut non rectè infertur, Materia eſt ſimplex, forma eſt ſimplex, ergo corpus non eſt quid compoſitum.

5. Inſtabis: Homo non poteſt dici talis neque ab vtriſque ſimul, ergo ſiue anima, & materia collectiuè, ſiue diſtributiuè ſumantur, non conſtituunt corpus: Anteced. probatur. Quia licèt anima ſit forma corporis, cùm ipſa non ſit corpus, neque etiam materia, & ex partibus, quæ non ſunt tales, non poſſit reſultare tale, ex materiâ & formâ non reſultabit corpus.

Reſpondetur primò retorquendo argumentum. Forma totalis corporeitatis non eſt corpus, neque materia eſt corpus, vt concedunt aduerſarij, ergo neque ex illis reſultabit corpus.

Secundò. Si partes non ſint tales nec formaliter, nec virtualiter, concedo non poſſe fieri tale: modò licèt materia & anima non ſint corpus formaliter, ſunt tamen corpus virtualiter.

6. Inſtabis. Anima non poteſt dici virtualiter corpus, quia corpus in lineâ prædicamentali ſignificat aliquid contradiſtinctum à ſpiritu, & quid extenſum, & materiale, ergo corpus non poterit ab illâ reſultare.

Corpus in linea prædicamentali quid importet.

Reſpondetur. Corpus in lineâ prædicamentali duo ſignificare: Primũ rationem quamdã quæ conſtituit corpus ſecundũ eſſe extenſũ & materiale, & ſic eſt quid contradiſtinctũ à ſpiritu, & ſecundũ hoc vt homo dicatur corpus, ſufficit ſi ſaltem altera pars ſit corporea, & extẽſa, & à ſpiritu contradiſtincta, ſicut idem homo dicitur rationalis, & tantùm ſecundũ animam eſt rationalis; ad denominationem enim totius ſufficit ſæpè ſi vna pars ſit talis. Secundum eſt gradus per ſe ſubſiſtentis, ſeu ſubſtantia per ſe ſtans, quæ nulla alia eſt, niſi totum hoc; anima videlicet, & corpus, & ſecundum hoc non dicit homo quid contradiſtinctum à ſpiritu, neque quid extenſum & materiale explicitè, & hoc rectè virtualiter continetur in animâ, quæ ſimul cum materiâ conſtituit formaliter corpus.

Vel etiam omnibus his argumentis pro Scoto allatis poſſet faciliùs reſponderi, ſi ſemel concedamus in animatis præter animam formas partiales dantes corpori eſſe organicum: ſed de his in lib. de animâ.

Maneat nunc nullam dari formam in materiâ totalem, ſiue coæuam ſibi generabilem, tum etiam in rebus animatis.

SECTIO III.

An materia ſit corpus illud quod ponitur in categoria ſubſtantia.

SVPPONENDVM eſt. Corpus dupliciter ſumi poſſe; Primò, prout eſt genus quoddã in categoriâ ſubſtantiæ: Secundò, prout eſt ſpecies in categoriâ quãtitatis, dicens trinã illam dimẽſionem longitudinis, latitudinis & profunditatis.

Io. Grammatici ſententia reiecta.

Prima ſententia eſt Io. Grammat. Materiam primam eſſe corpus prout tantùm dicit trinam dimenſionem; ita vt ſubſtantia ipſa materiæ nulla alia ſit, quàm trina dimenſio; & trina dimenſio ſit ſubſtantia, non accidens.

A Prob. primò. Quia materia ita ſtatuenda eſt, vt poſſit eſſe primum rerum naturalium principium, at ſi non ponatur corporea & trinè dimẽſa, talis eſſe non poteſt, ergo: Corpus enim illud eſt quod dicit trinam dimenſionem. Secundò: Materia eſt diuiſibilis, ergo trinè dimenſa.

Impugnatur hæc ſententia communiter ſic: Trina dimenſio eſt ſpecies in categoriâ quantitatis, ergo ſi materia eſſentialiter eſt trina dimenſio, eſſentialiter eſt quantitas.

Zabarella.

Secunda ſententia eſt Zabarel. qui vult primã materiam nudè ſumptam, & ab omni formâ abſtractam eſſe corpus illud quod eſt genus in categoriâ ſubſtantiæ: Probatur primò. Corpus quod ponitur in categoriâ ſubſtantiæ, non eſt B quid conſtans ex materiâ & formâ corporeitatis, quia illa non datur: non eſt materia ſimul dicens aliquam formam accidentalem, quia hæc non eſt corpus, neque materia ſimul cum formâ aliquâ ſubſtãtiali, quia corpus vt corpus eſt, abſtrahit à formis inferiorum, neque materia ſimul cum nexu cum quo formæ ſubſtantiali vnitur, quia nexus vt nexus eſt, non poteſt conſtituere corpus, ergo corpus quod eſt genus in prædicamento ſubſtantię erit ſola materia vt ſic, à quo homo deinde dicitur corpus.

Probatur ſecundò: Vniuocatio cuiuſlibet generis debet deſumi à formâ phyſicâ ſimplici; Ratio enim viuentis, quæ ab omnibus viuentibus C participatur, eſt ſimplex forma, id eſt anima nutriẽs: ratio animalis eſt anima ſenſibilis; ratio hominis anima rationalis; ergo ratio corporis debet pariter deſumi ab aliquâ naturâ ſimplici. nõ à formâ corporeitatis, quia non datur, non à formâ particulari, quia illa facit tale corpus, non corpus abſolutè, ergo ab ipſamet materiâ nudè ſumptâ, & materia erit, quæ conſtituit corpus vt ſic, formæ verò inferiores, hoc vel illud corpus. Confirmatur. Ignis enim à formâ ignis habet, vt ſit tale corpus, non vt ſit corpus vt ſic, ergo corpus vt ſic à ſolâ materiâ

Confirmatur ſecundò. Quia ab vnâ formâ prouenit vnum eſſe non plura, ergo ſi forma a-D nimalis dat eſſe animal, non dat eſſe corporis.

Tertiò probatur. Corpus de prædicamento quantitatis illi tantùm inhæret, quod eſt corpus de prædicamento ſubſtantiæ, & vnum ſine alio concipi non poteſt; ſed corpus de prædicamento quantitatis ineſt in materiâ nudâ, ergo materia nuda eſt corpus de prædicamento ſubſtantiæ. Pro noſtrâ ſententiâ

Notandum eſt. Falſum eſſe omnino quod Zabarel. ſupponit tanquã certum ex Ianduno, Auicenna & aliis, multiplicari nimirũ formas phyſicas, ſeu phyſicas naturas ad multiplicationem prædicatorum eſſentialiũ: Ratio eſt, quia ſufficit ſi prædicata eſſentialia diſtinguantur ratione, ita E vt poſſimus concipere vnum tanquam quid ſuperius alteri, licèt adinuicem identificentur: Patet, quia de ratione formæ ignis eſt vt ſit ſubſtãtia, vt ſit ens, vt ſit forma: item de ratione coloris eſt, vt ſit ens, vt ſit accidens, vt ſit qualitas, vt talis qualitas; & tamen tam calor, quàm ignis ſunt naturæ & formæ ſimplices, nec in ſe dicunt alias formas, licèt dicant plura prædicata. Confir. magis. Si enim forma ignis accipit eſſe ſubſtantiã per formam, quæ eſt ſubſtantia: Peto, vel illa forma eſt ſimplex, vel compoſita: ſi ſimplex ergo poſſunt haberi prædicata eſſentialia ſine multiplicatione naturarũ & formarũ, illa

Prædicata eſſentialia diſtinguũtur inter ſe ratione cõtra Zabarellam.

enim eſſentialiter includeret eſſe ens: ſi eſſet compoſita, ergo forma phyſica non eſt quid ſimplex, ſed compoſitum quod eſt apertè falſum. Item ratio entis identificatur cum forma, verbi gratia ignis, quia implicat corrumpi formam ignis ſub ratione ignis, & non ſub ratione entis, ergo prædicatum quo dicitur ignis tale ens, & prædicatum quo dicitur ens vt ſic, duplicem naturam non arguunt. Denique: Materia non poteſt eſſe eſſentialiter forma, ſed ſi multiplicarentur formæ, ſeu naturæ ad multiplicationem prædicatorum eſſentialium, materia eſſet eſſentialiter forma, quia materia eſt realiter potentia, & ſubiectum contradiſtinctum ab omni actu formali, ſubſtantia, & ens: Patet ergo optimè vnam formam poſſe eſſe radicem plurium prædicatorum eſſentialium. Hoc poſito

Corpus vel ſupponit pro gradu contradiſtincto à ſpiritu, vel pro ſubſtātia cōpleta

Notandum ſecundò: Corpus poſſe ſumi vt diximus dupliciter, & vt dicit rationem & gradum per ſe completè ſubſiſtentis, ſubſtantiam videlicet completam: & prout dicit rationem quamdam contradiſtinctam à ſpiritu.

Peſſima Zabarellæ ratiocinatio.

Notandum tertiò. Aliud eſſe quod natura aliqua ſit radix alicuius denominationis; Aliud quod eadem natura ſit talis formaliter; homo enim eſt homo propter animam, anima autem non eſt homo. Ideò peſſimè argumentatur Zabarella, ratio cur homo ſit corpus eſt materia, ergo materia eſt corpus.

Prima concluſio. Corpus vt gradū per ſe ſubſiſtentis dicit & completam rationem ſubſtantiæ, non dicitur corpus ab aliqua natura, quæ ſit diſtincta à propriâ formâ, ſed ab eadem forma ſit corpus tale, & corpus vt ſic.

Probatur primò. Ideo ratio corporis non poteſt deſumi à propria forma, quia ab vna natura prouenit vnū eſſe, non plura, & quia forma particularis dat eſſe tale, non eſſe vt ſic: ſed hoc eſt falſum, ergo. Min. patet ex primo notabili; homo enim eſt vegetans, ſenſibilis, rationalis, per vnicā animam, ergo etiā per eamdē erit corpus.

Secundò Subſtantia completa dicitur completa ratione formæ, ſicut enim materia dicitur perfectibilis, ſic forma dicitur perfectiua, ergo corpus prout dicit ſubſtantiam completam, non dicitur niſi ratione formæ.

Secunda concluſio. Corpus vt dicit rationem contradiſtinctam à ſpiritu non dicitur corpus ratione alicuius formæ, ſed tantùm ratione materiæ.

Probatur. Corpus in eo tantùm contradiſtinguitur à ſpiritu in quantum eſt quid materiale, & extenſum; ſed id non habet niſi à materia, ergo.

Tertia concluſio. Corpus licèt ſecundū gradum completè ſubſiſtentis deſumatur à forma; ſecundùm rationem contradiſtinctam à ſpiritu deſumatur à materia; tamen nec forma ſeorſim ſumpta, nec materia nuda dicitur corpus, quod eſt genus in categoria ſubſtantiæ.

Probatur primò. Quia corpus quod eſt genus in categoria ſubſtantiæ dicit formaliter duo, & quid contradiſtinctū à ſpiritu, & eſſe ſubſtātiam completam, ergo nec forma nec materia poteſt eſſe formaliter ipſum corpus. Anteced. patet, quia ſubſtantia quod eſt ſummum genus, eſt ſubſtantia completa vt in Logicis docuimus, corpus verò ſupra ſubſtantiam completam addit rationem contradiſtinctam à ſpiritu.

Secundò. Corpus apud Phyſicos formaliter dicit compoſitum in ſua principia reſolubile, in materiam videlicet & formam: Rurſus eſt ſubiectum motus nedum receptiuum, ſed etiam denominationis, materia verò eſt omnino ſimplex, nec ſubiectum per ſe motus, ergo.

Dices. Corpus quod eſt genus in prædicamēto ſubſtantiæ, eſt completū quid metaphyſicè, ſed etiam materia eſt completa metaphyſicè, ergo.

Reſp. Corpus quod eſt genus nedum eſt completum ens metaphyſicum, ſed etiam phyſicum, alioquin non poneretur directè in prædicamento ſubſtantiæ.

Ad rationes in contrarium, & ad primum: Corpus quod eſt genus in categoria ſubſtantiæ eſt, corpus prout dicit materiam, ſimul & formam ſubſtantialem. Ad ſecundum, corpus vt dicit rationem contradiſtinctam à ſpiritu deſumitur ab vnica natura, materiā videlicet vt gradum dicit ſubſtantiæ completæ à forma illa in particulari. Ad confirmationem etiam patet. Ab eadem forma videlicet poſſe dimanare plura prædicata eſſentialia, & forma ſubſtantialis ignis nedum dat eſſe tale corpus, ſed etiam corpus vt ſic. Ad tertium: quantitas alia terminata, alia interminata, de qua infrà. Quoad quantitatem interminatam nego mi. quoad terminatam, concedo. Nil contra nos.

SECTIO IV.

An materia dicat aliquam metaphyſicam compoſitionem, ſeu an omnem excludat actum metaphyſicum.

Caietanus. Soncinas. Rubius.

NEGAT omnem actum metaphyſicum, & metaphyſicam compoſitionem in materia Caietanus cap. de ſpecie. Soncin. 7. Metaph. Rubius tract. 1. de materia quæſt. 2. num. 14.

Probatur primò. Materia nullam habet differentiam, ergo ſub nullo genere. Anteced. probatur: quia ratio differentialis ſumitur à forma, ſicut ratio generica à materia: materia nullam habet formā, ergo neque differentiam. Secundò: materia eſt pura potentia, ergo nullam includit perfectionem, ergo nullum actum. Tertiò: materia non eſt corpus quod eſt in prædicamento quantitatis, neque quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ, ergo ſub nullo genere. Quartò: ſpecies & genus dicunt totum, ſiue actuale, ſiue potentiale, materia eſt pars, ergo nec ſpecies, nec genus. Quintò: materia non prædicatur completè de ſuis inferioribus, ergo neque ſpecies neque genus.

Secunda ſententia eſt communis; cum qua ſit

Materia eſt compoſitū metaphyſicum.

Prima concluſio. Materia licèt ſit ens phyſicum omninò ſimplex, dicit tamen compoſitionē aliquam metaphyſicam & metaphyſicum actum.

Probat quidam ex noſtris ex Suarez diſp. 13. ſect. 5. num. 8. ſic. Materia ſublunaris poteſt concipi vt corruptibilis; materia cœli vt incorruptibilis, ergo ſublunaris materia conſtat ex genere & differentia.

Secundò Materia dicit aliquam perfectionem ſaltem tranſcendentalem, ergo conſtat ex genere & differentia. Vtrobique non rectè argumentatur: non primò, ſiquidem materia cœli differt tantùm numero à ſublunari, vt probabimus in lib. de cœlo contra eumdē Suarez; Non ſecundò, quia perfectio tranſcendentalis

non eſt diſtinctiua, atque adeo nec tranſcendentalis bonitas, ſicut enim ratio entis eſt ratio generica potiùs, quàm differentialis, ita quælibet perfectio tranſcendentalis, quæ cum ente conuertitur.

Pura materia habet in quo cũ cæteris cõueniat & in quo differat.

Probatur ergo concluſio. Materia habet aliquid in quo cum cæteris conuenit, & aliquid in quo differt, ergo inuoluit rationem aliquam genericam, & differentialem, ergo & aliquem actum ſaltem metaphyſicum: Conuenit enim cum formâ in ratione entis, differt in ratione ſubiecti & potentiæ.

Secunda concluſio. Materia tum cæleſtis, tum ſublunaris non ſunt ſub materiâ, vt ſic tanquam ſub genere; Patebit in lib. de Cœlo.

B *Tertia concluſio.* Genus ſub quo collocatur materia, eſt ſubſtantia incompleta: ratio differentialis eſt, eſſe puram potentiam.

Probatur: Quia tam forma, quàm materia ſunt incompletæ ſubſtantiæ, ergo de vtriſque prædicatur incompleta ſubſtantia. Rurſus materia differt à formâ, quia illa eſt potentia, hæc actus, ergo.

Ad primum reſpondetur ex dictis, nec neceſſe eſt gradum differentialem ſumi à formâ in entibus imperfectis, & incompletis, qualis eſt materia; nam ſumi poteſt à ratione formali, quæ ſit eorumdem entium conſtitutiua; ſumitur autem ratio differentialis à formâ in entibus completis; ſed nec ſemper vt in Metaph.

C Ad ſecundum, negatur vtraque conſequentia. Licèt enim ſit pura potentia: eſſe tamen puram potentiam, eſt aliqua perfectio non tranſcendentalis, ſed propria, quæ ſufficit.

Ad tertium: Licèt materia non ſit in prædicamento ſubſtantiæ directè, eſt tamen ſub illo reductiuè, ſeu ſub genere ſubſtantiæ incompletæ, quæ ad completam reducitur.

Ad quartum. Materia eſt pars reſpectu compoſiti, eſt etiam totum reſpectu huius, & illius materiæ.

Ad quintum. Licèt materia ſit ens incompletum, poteſt tamen completè prædicari de omnibus materiis.

D Dices. Si materia eſſet ſpecies & inuolueret actum Metaphyſicum poſſet collocari directè in prædicamento ſubſtantiæ, quod eſt falſum; Sequela probatur. Ideò enim ponitur reductiuè, quia eſt pars ſpeciei.

Reſp. Genus & ſpecies poſſe ſumi dupliciter: vel in omni rigore logico, & ſic nec materia, nec forma, ſunt verè ſpecies, aut genera, quia non ſunt ſubſtantiæ phyſicæ completæ: Secundò ſumi poteſt pro omni ratione vniuerſali, quæ ſit communis pluribus, & hâc ratione forma & materia poſſunt dici ſpecies & genera.

E

Sectio V.

An materia ſit pura potentia omnem actum excludens, tum eſſentiæ, tum exiſtentiæ.

Actus phyſicus & metaphyſicus.

NOTANDVM primò: Actum eſſe in duplici differentia: Alios phyſicus & formalis, & eſt propriiſſimè actus: Alius metaphyſicus, qui etiam eſt triplex; Alius enim dicitur eſſentiæ quo res eſt; Alius exiſtentiæ, quo res exiſtit; Alius ſubſiſtentiæ quo ſubſiſtit. Quæſtio non eſt de actu phyſico propriè dicto; certum

A eſt enim materiam non eſſe formam, & ab eâ realiter diſtingui. Difficultas tantùm eſt de triplici actu metaphyſico: an videlicet materia ſecundùm eſſentiam aliquã dicat realitatem, ſeu entitatem ex ſe, quam non recipiat à formâ: an habeat exiſtentiam diſtinctam ab exiſtentiâ formæ: Denique, an etiam ſubſiſtentiam.

Actus metaphyſicus in duplici differentia.

Notandum ſecundò. Actum metaphyſicum eſſentiæ poſſe etiam dupliciter accipi, primò pro gradu illo differentiali quo res in ſuo eſſe metaphyſico conſtituitur, & per quod res ab aliis diſtinguitur; Secundò pro tota reali entitate metaphyſicâ illius eſſentiæ iam conſtitutæ per ſuum genus & differentiam. Cùm quærimus an materia habeat actum metaphyſicum, non quærimus de actu metaphyſico prout tantùm dicit gradum differentialem, quia hoc diſputatum eſt præcedenti ſectione: ſed de actu metaphyſico, quem alij vocant tranſcendentalem, ſeu de totali realitate, quæ reſultat in materiâ ex ratione illa communi & differentiali, quam præcedenti ſectione poſuimus.

Expenditur materiæ realitas.

PRIMÒ igitur videndum eſt, an materia dicat ex ſe, & ſecundùm ſuam eſſentiam aliquam realitatem inuoluat.

Opinio quorumdã Thomiſtarum & Ruuij.

C Prima ſententia eſt quorumdam Thomiſtarum & Ruuij præſertim, qui volunt materiam nullum dicere actum metaphyſicum, ſeu realitatem aliquam ex ſe, atque adeò neque ens, ſed eſſe puram potentiam: Quod ſi inſtes: Materia prout eſt quid à parte rei, eſt ens incompletum, realis & actualis entitas extra cauſas: Reſpondent, certum eſſe, ſed hoc ipſum recipit materia à tali formâ, vel à propriâ exiſtentiâ: ex ſe verò eſt tantùm ſubſtantialis potentia formæ receptiua.

Sententia eadẽ re cõmunior.

Secunda ſententia & communior eſt, Materiam ex ſe habere realem entitatem, & actualem ſecundùm eſſentiam, quam nullo modo recipit à formâ, vel à propriâ exiſtentiâ.

Status controuerſiæ exponitur.

D *Supponendum eſt.* Quæſtionem hîc eſſe de entitate materiæ prout eſt realis terminus creationis, & ens extra cauſas, non prout dicit tantùm non repugnantiam ad eſſe; non enim quærimus, an materia ſecundùm eſſe obiectiuum & poſſibile habeat aliquam realitatem; ſed tantùm an materia prout iam à Deo producta eſt, dicat ex ſe aliquam realem entitatem, ſeu realitatem aliquam eſſentialem extra cauſas.

Prima concluſio. Materia ſecundùm ſuam eſſentiam habet aliquam realitatem, ſeu entitatem ex ſe ſubſtantialem à parte rei, quam nullo modo recipit à formâ. Eſt tum Scoti, tum D. Th. contra Ruuium, & pleroſque Thomiſtas, qui E volunt realitatem actualem in materiâ eſſe merè apparentem.

Materia eſt terminus creationis.

Probatur primò. Ex naturâ creationis; quidquid enim eſt terminus creationis neceſſariò aliquam recipit entitatem, ſed materia creatur non forma; quia forma tantùm educitur, vt infrà probabimus: ergo materia vt diſtincta à formâ aliquam habet entitatem. Maior probatur, quia creatio eſt aliqua actio, & aliqua productio, ergo alicuius entitatis productio.

Secundò ex naturâ materiæ: Materia enim quædam munera exercet in rerum naturis, quæ non poteſt exercere forma; eſt enim pars ſubie-

Materia eſt pars ſubiectiua à qua educuntur formæ, & in quam cōpoſita vltimò reſoluuntur, & circa quam verſantur contraria, & denique ingenerabilis & incorruptibilis.

A

ctiua, & eſſentialis compoſiti illud ſubſtantialiter conſtituens; ab eâ educuntur formæ: in illam vltimò compoſita reſoluuntur, ergo actu eſt ens, & non purè nihil. Item materia eſt ſubiectum circa quod verſantur cootraria, & à quo inuicem ſe expellunt: Eſt primum ſubiectum, quod fieri non poteſt vi agentium naturalium, quæ ſemper ſubiectum ſupponunt: eſt enim ex Ariſt. cap. 9 omnino ingeoerabilis ac incorruptibilis. Denique priuatio cum materiâ identificatur, nullo modo cum formâ, ergo realis entitas materiæ non eſt entitas formæ.

D. Thomas quomodo à nobis ſit.

Probatur tertiò auctoritate D. Th. qui ſæpe apertè teſtatur, materiâ eſſe omninò diſtractam à formâ, & habere propriam realitatem 1. par. quæſt. 14. ar. 11. ad 3. vbi habet quod licèt materia recedat à Dei ſimilitudine ſecundùm ſuam potentialitatem, tamen in quantum ens, ſic eſſe habet, & ſimilitudinem quamdam retinet diuini eſſe & quæſt. 3. de Verit. ar. 4. ad 1. Ineſſe materiæ imitationem primæ formæ quantumcunque eſſe debile habeat, & 1. par. quæſt. 44. ar. 2. Materiam determinati ad certam ſpeciem per formam & terminum fuiſſe creationis, & de Ente & Eſſent. Materiam eſſe ſubſtantiam & quidditatem & partem eſſeotialem compoſiti: idémque probat ibidem Caiet. ergo.

B

Etiam Ariſtoteles.

Quartò probatur ex Ariſt. lib. 1. cap. vltimo tex. 82. Materia eſt primum ſubiectum ex quo fit aliquid cùm inſit, non ſecundùm accidens, & ſi corrumpitur in hoc abibit vltimum; quæ omnia realitatem aliquam indicant. Item 1. de Gener. vbi ait, ſi materia eſſet in potentiâ ad omnia, eſſet non ens, & res fierent ex nihilo: & 3. Metaph. 19. Si elementa id eſt principia componentia eſſent tantùm in potentiâ, nihil eſſent; quia id, quod non eſt, dicitur in potentiâ; & 1. Phyſ. 79. Materiam per accidens eſſe non ens, ratione ſcilicet priuationis, per ſe autem eſſe ens, ergo.

C

Secunda concluſio. Siue realis entitas materiæ iam productæ appelletur actus entitatiuus eſſentiæ, vt ex Scoto communiter Recentiores, ſiue appelletur realis potentia, vt ex D. Th. eius Sectatores, eſt quæſtio de nomine, dummodo concedatur materiam habere eſſe, & entitatem iam productam.

D

Probatur. Quia illud idem quod D. Th. appellat realem potentiam & tenuiſſimum eſſe: Hoc ipſum vocat Scot. io 2. diſtinct. 12. & 7. Metaph. quæſt. 3. Actum entitatiuum eſſentiæ, quod pertinet ad modum loquendi.

Tertia concluſio. Si nomine actus intelligatur forma informans, vt ſæpius loqui videtur Ariſt. materia nullo modo actum habet entitatiuum, ſed tantùm eſt pura potentia.

E

Probatur. Materia eſſentialiter eſt primum ſubiectum, & ad formam ordinatur, ergo materia eſſentialiter non eſt actus; neque aliquem actum includit prout actus contradiſtinguitur à ſubiecto, ſed eſt tantùm pura potentia.

Quarta concluſio. Si verò actus latè ſumitur prout videlicet opponitur potentiæ obiectiuæ materia habet actum entitatiuum eſſentiæ.

Probatur primò. Cuilibet potentiæ correſpondet ſuus actus 2. de Animâ, & 8. Metaph. 13. ſed antequam materia fieret, præcisè erat in potentiâ, poſtquam creata eſt, non eſt in potentiâ, ergo eſt oppoſita potentiæ, ergo dicit aliquem actum ſaltem eſſentialem. Secundò, Materia quæ eſt à parte rei, etiam vt contradiſtincta eſt ab exiſtentiâ non eſt intra potentiam cauſæ agentis, ergo eſt aliquid actu. Confir. Exiſtentia eſt modus eſſentiæ & entitatis eamdem entitatem determinans & afficiens per aduerſarios: ſed non poteſt actuare, aut afficere ens poſſibile, ergo ens quod eſt in actu, ergo materiæ eſſentia, quæ à propriâ, vel ab alienâ exiſtentiâ afficitur, eſt aliquo modo in actu.

Obiectio 1.

Obicit primò Ruuius ex Ariſtotele 1. de gener. tex. 12. vbi ait: Dico autem nunquid erit quantum, aut quale, aut vbi, id quod potentiâ ſolùm eſt hoc, & ens; ſimpliciter autem hoccine non eſt ens; ergo materia nullum omnino actum includit, nec phyſicum, nec metaphyſicum, nec eſſentiæ, nec exiſtentiæ; docet enim neque eſſe ens in communi.

Realis entitas materiæ ex Ariſtotele.

Reſp. negando conſequentiam Ad probationem Ariſtotelis per eſſe hoc, & eſſe Ens, non intelligit ens in communi, ſed completum, & ipſum compoſitum, vt ex contextu patet, & ex locis quos ſuprà citauimus, in quibus materiæ realem tribuit entitatem.

Obiect. 2.

Obicies ſecundò, Sicut implicat dari potentiam in communi, quæ non ſit in aliquâ determinatâ ſpecie per aliquam poteotiam in particulari, ita implicat dari aliquem actum in communi, qui non ſit in aliquâ ſpecie particulari, ſed talis eſſet actus entitatiuus materiæ, ergo. Ita Ruuius ex Durando & cæteris Thomiſtis.

Actus entitatiuus materiæ cōſtituit illam in ſpecie determinata ſubſtantiæ incompletæ.

Reſp. neg. min. Actus enim entitatiuus eſſentiæ in materiâ conſtituit materiam in ſpecie determinatâ; nimirum in ſpecie ſubſtantiæ, quæ licèt non ſit ſpecies in omni rigore logico vt diximus, quia tamen habet aliquid in quo cum incompletis ſubſtantiis conueniat, & in quo differat rectè ſub genere ſubſtantiæ incompletæ collocatur.

Obiectio 3.

Obicies tertiò. Si entitas materiæ eſt actu extra cauſas, non eſt niſi per propriam exiſtentiam, vel per exiſtentiam formæ, ergo eſſentia materiæ ex ſe præciſa ab exiſtentiâ non dicit aliquam actualitatem, neque eſſe extra cauſas, ergo huiuſmodi actus entitatiuus in eſſentiâ materiæ eſt merè imaginarius.

Eſſentia materiæ per creationem fit extra cauſas.

Reſpondetur, tranſeat anteced. nego conſeq. Licèt enim materia ſit extra cauſas, adhuc tamen verum eſt eſſentiam eiuſdem materiæ præciſam ab exiſtentiâ non eſſe amplius in potentiâ, ſed iam productam, cùm tantùm non ſit producta exiſtentia.

Obiectio 4. *Baccon. Zabarella.*

Obicies quartò, ex Bacconio in 2. diſt. 12. & Zabarel. lib. 2. de Materiâ cap. 2. Materia eſt ſimplex entitas & eſſentialiter eſt potentia, ergo eadem potentia non poteſt eſſe actus; omnis enim potentia opponitur actui.

Materia per actum entitatiuū non eſt actus, ſed eſt in actu.

Reſponderi poſſet primò ex Suarez, concedendo totum, & nil contra nos ſi dicamus per realem entitatem, materiam non eſſe actum, ſed eſſe in actu, ſicut econtrà materia eſt potentia, non in potentiâ, potentiæ verò opponitur actus non eſſe in actu.

Scoti reſponſio. Materiæ potentialitati opponitur actus formalis non actus entitatiuus.

Secundò, ea Scoto & rectiùs nego conſeq. & ad prob. Omnis potentia opponitur actui ſibi correſpondenti & concedo: cuiuis actui; & nego. Materia verò eſt potentia ſubiectiua cui tantùm opponitur actus formalis, & ideo optimè poteſt eſſe actus entitatiuus & potentia ſimul.

Obiectio 5.

Obicies quintò ex eodem Zabarel. Ideo ma-

teria dicit actum entitatiuum & eſſentialem, A quia eſt ens & ſubſtantia; ſed adhuc in potentiâ erat ens, & ſubſtantia, & tamen non dicebatur habere actum entitatiuum antequam fieret, ergo neque producta, licèt ſit ens & ſubſtantia actum habet entitatiuum.

Reſp. negо maior. Dicitur enim habere actum entitatiuum non ſolùm, quia eſt ſubſtantia & ens, ſed quia eſt ens & ſubſtantia producta, & extra cauſas; ens enim productum eſt aliquid, nedum quoad exiſtentiam, ſed etiam quoad eſſentiam, & ens poſſibile eſt nihil.

Expenditur Materiæ exiſtentia.

SECVNDO loco videndum eſt, An materia B præter actum entitatiuum eſſentiæ dicat etiam ex ſe, & independenter à formâ, actum metaphyſicum exiſtentiæ.

Scotus. Gregorius. Gabriel. Ioannes. Tromb. Tarаretus. Ant. And. Toletus. Fonſeca. Ruuius. Pererius. Suarez.

Prima ſententia eſt Scoti, Gregor. & Gabr. in 2. diſt. 12. quæſt. 1. & 2. Ioan. Canoni. 1. Phyſ. Tromb. Tararet. Antonij Andreæ, Toleti hîc quæſt. 13. Fonſecæ, 1. Metaph. cap. 7. quæſt. 3. ſect. 7. Suarez diſp. 15. ſect. 4. num. 15. Peter. & Ruuij hîc, Qui volunt, materiam nedum habere actum entitatiuum eſſentiæ, ſed etiam exiſtentiæ. Declarant ſuam ſententiam ſic: Duplex reperitur potentia, Actiua qua agens agit; Paſſiua, quâ ſubiectum poteſt pati. Rurſus paſſiua alia dicitur ſubiectiua, alia obiectiua: Obiectiua formaliter eſt non repugnantia rei, & C quid negatiuum; licèt realiter accepta ſit ipſa potentia agentis: Subiectiua eſt ſubiecti capacitas, quâ poteſt recipere formas, & eſt aliquid poſitiuum: potentiæ ſubiectiuæ correſpondet actus actuans, & informans; Obiectiuæ verò actus entitatiuus, quo res ponitur extra cauſas: ſic mundus antequam fieret, erat in potentiâ obiectiuâ, quæ potentia in mundo nullam ponebat entitatem poſitiuam actualem: connotabat tamen in Deo realem & poſitiuam potentiam.

Scoti ſententia exponitur & declaratur.

Probant ergo hoc poſito ſuam ſententiam ſic: Habet materia prout eſt extra cauſas actum entitatiuum eſſentiæ, ergo etiam ex ſe actum D entitatiuum exiſtentiæ; Conſequentia probatur. Eſſentia & exiſtentia non re, ſed tantùm ratione diſtinguuntur; & à parte rei exiſtentia nullum modum, aut actum actualem addit ſupra eſſentiam, ergo ſi habet materia ex ſe actualem eſſentiam, habet etiam actualem exiſtentiam.

Secundò: Implicat quod ſit aliquid extra cauſas ex ſe, & non ſit ex ſe exiſtens, exiſtere enim nihil aliud dicit niſi rem eſſe extra cauſas, ſicut eſſe extra cauſas, nil aliud quàm exiſtere, ſed materia prima ex ſe eſt extra cauſas, ergo ex ſe exiſtens. Tertiò: Materia eſt ingenerabilis E & incorruptibilis, & priùs naturâ eſt, quàm forma, quia forma è materia educitur, ergo materia non poteſt exiſtere exiſtentiâ formæ, quæ naturâ poſterior eſt, generabilis & corruptibilis. Quartò: Materia vt diſtincta à forma eſt entitas creata, ergo entitas actualis, ergo exiſtens; creatio enim non terminatur niſi in rem actualem, & exiſtentem. Quintò: quæcunque habent diſtinctas entitates actuales, habent diſtinctas exiſtentias, materia & forma habent diſtinctas entitates, ergo. Minor probatur: Compoſitum enim conſtat ex re & re, ergo ex duplici entitate, alioquin compoſitũ eſſet quid ſimplex. Sextò: Materia eſt id, ex quo inexiſtente, & præexiſtente res fiunt ex Ariſt. hic, ergo materia habet propriam exiſtentiam diſtinctam ab exiſtentiâ formæ.

D. Thom. Durandus. Caietanus. Ferrar. Iauellus. Soncinas. Auicenna. Auerroës. Zabarella.

Secunda ſententia eſt D. Th. 1. par. quæſt. 66. ar. 1. & quæſt. 44. ar. 2. ad 3. Durandi in 2. diſt. 12. ar. 2. Caiet. de Ente & Eſſent. cap. 5. quæſt. 8. Ferrar. 1. contra Gen. cap. 4. Iauel. quæſt. 5. Soncin. 7. Metaph. quæſt. 17. Auicen. Auer. & Zabarel. lib. 2. de prima Rer. Mater. Qui volunt materiam in ſe non eſſe niſi puram & realem potentiam, & nullum omnino dicere actum entitatiuum exiſtentiæ, ſed omnem actualitatem recipere à formâ, & non exiſtere niſi per exiſtentiam acceptam à formâ.

Quibus rationibus Thomiſtarum ſententia innitatur.

Probatur hæc ſententia primò ſic: Implicat dari effectum formalem abſque cauſa formali, implicat enim parietem eſſe album ſine albedine, ſed eſſe actu, & exiſtere eſt effectus formalis formæ; ſiquidem forma verè eſt actus, ergo implicat huiuſmodi effectus, & non à forma; & quod aliquid ſit actu abſque actu.

Secundò. Vel materia eſt idem cum exiſtentia; vel non; ſi eſt idem, ergo materia non poteſt actu exiſtere, quia exiſtentia erit potentia non actus; ſicut eſt potentia materia, cum qua identificatur: ſi non eſt idem, ergo exiſtentia ſimul cum materia conſtitueret compoſitum, & non eſſet ens omnino ſimplex, & cùm eſſet in actu, quodlibet quod illi eueniret, conſtitueret compoſitum per accidens.

Denique. Materia eſt pura potentia, & exiſtentia eſt aliquis actus, ergo illam debet omnino excludere.

D. Th. ſententia exponitur, & declaratur.

Quæ in D. Thomæ ſententia pareantur difficilia.

HAc in re longè probabiliorem puto D. Th. ſententiam quæ ſi rectè exponatur, & rationi, & fidei maximè conſentaneam fatebimur.

Notandum primò, hæc videri in hâc ſententiâ maximè difficilia: Primò quomodo materia ſit per ſuam entitatem & eſſentiam extra cauſas, & quòd eadem materia per eamdem entitatem non exiſtat: Secundò, quomodo materia ſit omnino incorruptibilis, & tamen per formam exiſtat exiſtentia, quæ corrumpitur. Denique: quónam pacto materia formæ præexiſtat, & à forma exiſtentiam recipiat, quæ ſi non implicare oſtendimus, longè probabiliorem D. Th. ſententiam etiam demonſtrabimus.

Notandum ſecundò. Primum quod difficile in D. Th. ſententia videbatur erat, quomodo materia ſit per ſuam entitatem actualem extra cauſas, & non dicatur exiſtere; Ideò aduertendum eſt in qualibet re productâ, & actualiter exiſtente duo nos, etiam ſecundùm Scoti principia poſſe concipere, & actualem entitatem, ſeu eſſentiam rei extra cauſas; ipſam exiſtentiam, quâ entitas illa exiſtit, ſiue realiter, ſiue modaliter, ſiue etiam ratione ratiocinatâ eſſentia ab exiſtentia diſtinguatur. Ex hoc neceſſariò infertur. Primò: Hæc duo inter ſe non eſſe omnino idem, aliquid videlicet eſſe à parte rei, & habere actualem entitatem; & aliquid exiſtere; eſſentia enim concipitur à parte rei actualis, & extra cauſas, & tamen non inde formaliter concipitur exiſtere, niſi per nouum modum

Non eſt idē etiam ſecūdùm Scoti ſententiam aliquid eſſe à parte rei, & aliquid exiſtere.

deſuper aduenientem. Et patet: Ideò enim Scotus poſuit diſtinctionem ſaltem ex naturâ rei inter eſſentiam & exiſtentiam, quia exiſtentia eſt extra conceptum eſſentialem & actualem creaturæ, & creatura non eſt ſuum eſſe, id eſt ſuum exiſtere, quia exiſtentia eſt contingens eſſentiæ; & eſſentia & exiſtentia ſunt adinuicem ſeparabiles, ergo ſecundùm Scotum aliud eſt, habere actualem entitatem, & aliud exiſtere. Hinc infertur ſecundò, peſſimè argumentari qui ſic colligunt: Eſt materia à parte rei extra cauſas ſecundùm eſſentiam, ergo eſt exiſtens; cùm non ſit exiſtens per eſſe extra cauſas, ſed per exiſtentiam deſuper aduenientem; ſicut nec rectè argumentabitur quis ſi dicat; Eſt animal ergo rationalis, licèt in homine identificentur: ratio eſt, quia rationale eſt extra eſſentiam animalis, & illi accidit; ſed etiam accidit eſſentiæ actuali exiſtentia, ergo non rectè colligitur, eſt materia ſecundùm eſſentiam extra cauſas, ergo exiſtens.

Materia quomodo exiſtit per formæ exiſtentiam.

Notandum tertiò. Secundum quod videbatur difficile erat, quomodo materia quæ eſt ingenerabilis & incorruptibilis exiſtat per exiſtentiam formæ, quę generatur & corrumpitur. Ideo aduertendum quod ſicut non eſt omnino idem, Materia eſt extra cauſas, ergo exiſtit, ita neque eſt idem formaliter, Materia non exiſtit, ergo non eſt extra cauſas; ſed tantùm conſecutiuè; cùm enim ſint inter ſe diſtincta nedum ratione, ſed etiam modaliter ſecundùm Scot. vnum formaliter non infertur ex alio: poteſt ergo materia exiſtere, & acquirere exiſtentiam abſque quòd ipſa quoad eſſentiam actualem deſtruatur, ſecundùm quam dicitur ingenerabilis & incorruptibilis, licèt corruptibilis & generabilis ſecundùm exiſtentiam quam à formâ recipit.

Exiſtentia in rebus, alia negatiua, alia poſitiua.

Notandum quartò. Poſtrema difficultas erat quomodo materia formæ præexiſtat, & à formâ recipiat exiſtentiam; Facilè expedietur, ſi duplicem exiſtentiam ponamus in rebus, Negatiuam, & Poſitiuam: Poſitiua eſt modus quo res poſitiuè eſt extra cauſas, realiter diſtinctus ab eſſentiâ: Negatiua eſt ipſamet eſſentia actualis rei, quâ negatiuè dicitur exiſtere; non quia ſit quid negatiuum, cùm ſit eadem met entitas, ſed quia meliùs per negationem explicatur; quia videlicet præciſâ exiſtentiâ poſitiuâ per illam res dicitur non eſſe ampliùs in cauſis, ſicut per exiſtentiam poſitiuam res fit poſitiuè exiſtens extra cauſas: Forma ergo fit ex Ariſtotele ex ſubiecto præexiſtenti exiſtentiâ negatiuâ, non poſitiuâ.

Quòd verò huiuſmodi exiſtentia negatiua danda ſit, patet ex dictis: Si enim diſtinguitur vt Scotus concedit exiſtentia ab eſſentiâ; præciſâ exiſtentiâ poſitiuâ, adhuc vera eſt iſta propoſitio, Eſſentia materiæ ſecundùm entitatem actualem non eſt in cauſis; ergo præter poſitiuum illud exiſtere, debet dari hoc exiſtere negatiuum, quo res tantùm non eſt in cauſis. Sic etiam Theologi docent dari in naturis ſubſtantialibus duplicem ſubſiſtentiam negatiuam, & poſitiuam; Negatiua eſt, quâ natura ſeparata à propriâ perſonalitate dicitur non eſſe in alio. Poſitiua eſt, quâ natura per modum poſitiuum deſuper aduenientē per ſe & poſitiuè ſubſiſtit. Philoſophi qui puncta concedunt realia, dicunt lineam præciſis punctis terminari negatiuè, quia videlicet non vlteriùs procedit: per puncta verò realia terminari poſitiuè. Euidentiùs idipſum patet in quantitate terminatâ aliquâ figurâ; ſi enim præſcindatur figura triangularis à corpore triangulari, vel re, vel mente, idem corpus dicetur triangulare negatiuè, ſicut per figuram trianguli dicitur triangulare poſitiuè.

Subſiſtentia alia negatiua, alia poſitiua, qua ratione.

Exiſtentia entitatiua, & exiſtentia formalis.

Quod ſi alicui hic loquendi modus minùs placet, reſponderi poſſet ſecundò Omne quod fit, fit ex præexiſtenti materiâ exiſtentiâ entitatiuâ, quam nec Scot. nec D. Th. inficiatur, niſi quæſtio ſit de nomine; licèt non ex materia exiſtenti exiſtentiâ formali, quam materia non recipit niſi a formâ

Tertiò etiam reſponderi poſſet: Forma fit ex materiâ præexiſtenti exiſtentiâ formæ præcedentis, non verò formæ ſubſequentis, quia generatio vnius eſt corruptio alterius ex eodem Ariſtotele.

Dices. Si materia per exiſtentiam negatiuam, ſeu entitatiuam eſt extra cauſas, ergo fruſtrà ponitur exiſtentia poſitiua, quâ poſitiuè dicatur exiſtere.

Reſpondetur primò. Retorquendo argumentum, cui non minùs tenetur reſpondere Scotus quàm nos: Si enim per propriam entitatem & actualem eſſentiam materia eſt extra cauſas, ergo nec modus aliquis requiritur, nec formalitas quâ res intelligatur exiſtere: ſed non ſufficit per ipſas actualis entitas, ſed neceſſariò debet concipi aduenire nouus alius modus, ergo neque ſufficit per nos exiſtentia negatiua.

Secundò reſpondetur negando conſequentiā, vt patet in exemplis allatis, corpus triangulare præciſâ reali figurâ dicitur triangulare negatiuè, per figuram fit triangulare poſitiuè: Præciſis punctis linea dicitur negatiuè terminari, per puncta poſitiuè: non dicuntur tamen puncta ſuperflua aut figura; ſic neque exiſtentia poſitiua.

Inſtabis. Exiſtentia negatiua facit vt res non ſit ampliùs in cauſis; poſitiua facit vt res ſit extra cauſas, ergo idem munus vtriuſque, ergo alterutra ſuperflua.

Reſpondetur. Exiſtentia negatiua dum facit, vt res ſit extra potentiam ſuæ cauſæ dat eſſe ſecundùm quid: Poſitiua dat eſſe ſimpliciter. Explico. Dum exiſtentia negatiua facit, vt res ſit extra potentiam ſuæ cauſæ, adhuc tamen illam relinquit vlteriùs actuabilē per alium actum ſuperuenientem, nimirum per actum exiſtentiæ, cum quo efficit poſtea vnum per ſe, & ideò exiſtentia negatiua dat tantùm eſſe ſecundùm quid; Exiſtentia verò poſitiua facit vt res quæ eſt extra cauſas, ſit in rerum naturâ tanquam per vltimum actum, cui non poſſit aduenire alius actus faciens vnum per ſe, & ideò dicitur quòd det ſimpliciter eſſe, quia tunc res dicitur exiſtere, & ſimpliciter eſſe in rerum naturâ, quando ita ponitur vt in eo genere ad vlteriorem actum nil requiratur. His adnotatis,

Quinta concluſio. Materia eſt omninò pura potentia quoad eſſentiam, omnem excludens actum, tum formalem, tum exiſtentiæ. Conueniunt in hac re, tum D. Th. tum Scotus.

Probatur. Vel enim materia diſtinguitur realiter ab exiſtentiâ, vt docet D. Th. vel modaliter vt Scotus; vel ratione ratiocinatâ, vt Alex. Alenſ. & Suarez diſp. 31 ſect. 5. ſemper exiſtentia eſt extra eſſentiam cuiuſcunque rei, ergo

extra eſſentiam materiæ, ergo materia tum ſecundùm D. Th. tum ſecundùm Scotum, nullum dicit actum entitatiuum exiſtentiæ, quandoquidem vel eſt modus ſuperaduenieus, vel ratio & formalitas quæ eſſentiæ materiæ accidit.

Sexta concluſio. Materia omnem exiſtentiam quam habet, habet à forma, ita vt omnino implicet poſſe abſque forma exiſtere etiam per diuinam potentiam, eſt cum D. Th. contra Scotum: intellige autem per exiſtentiam, exiſtentiam poſitiuam, qua materia dicitur ſimpliciter & poſitiuè exiſtere, non ſecundùm quid.

Prima pars probatur, & primò ex parte materiæ. Ideo materia non exiſtit exiſtentiâ formæ per aduerſarios, quia ſola entitas materiæ actualis præcisè ſumpta facit illam ſimpliciter in actu, ſeu ſimpliciter exiſtentem; ſed hoc eſt falſum, ergo. Maior conceditur à Recentioribus. Min. prob. Materia à parte rei non concipitur ſimpliciter exiſtere & poſitiuè niſi per aliquid ſuperaduenieus, ſiue illud modaliter, ſiue ratione diſtinguatur, ergo ſola actualis materiæ entitas præcisè ſumpta noo facit materiam ſimpliciter exiſtentem.

Reſpondent: Licèt materia non exiſtat ſimpliciter per ſuam entitatem, non tamen ſequitur quòd exiſtat ſimpliciter per ſormam; ſed exiſtet ſimpliciter per exiſtentiam, quæ ratione diſtinguitur, vel modaliter ab entitate materiæ.

Contrà & probatur quòd non exiſtat ſimpliciter niſi per formam. Ideò materia non exiſtit ſimpliciter per propriam entitatem actualem, ſed requiritur vt concipiatur aliquid ſuperaduenieus, quia per propriam entitatem non dicitur ſimpliciter exiſtere, cùm poſſit vlterius poni in actu, ſeu ſit vlterius actuabilis; ſed quolibet modo poſito in materia, ſemper materia dicetur vlterius actuabilis, & ſolùm per formam dicitur ſimpliciter in actu. Minor probatur: Quia exiſtentia illa quæ identificatur cum materia ſe habet per modum potentiæ, & relinqueret materiam vlteriùs actuabilem; ergo modus ille non conſtitueret materiam ſimpliciter exiſtentem, & econtrà tantùm per ſormam materia non eſt vlteriùs actuabilis, ergo tantùm forma dat materiæ ſimpliciter exiſtere.

Confirmatur. Exiſtentia poſitiua eſt, qua res efficitur ſimpliciter exiſtens, & à parte rei; & exiſtere ſimpliciter eſt cùm res habet totum id quod formaliter requiritur ad exiſtendum. Sed materia per ſolùm entitatem, & quamlibet exiſtentiam partialem, non habet totum id quod formaliter requiritur ad exiſtendum, ſed tantùm per formam, ergo. Probatur minor. Idem eſt fieri actu & reddi exiſtens, ſed materia fit ſimpliciter in actu ſolùm per ſormam, ergo ſolùm per ſormam materia fit ſimpliciter exiſtens.

Idem eſt fieri in actu & exiſtere.

Dices. Materia per ſuam entitatem eſt ſimpliciter à parte rei, ergo per ſuam entitatem ſimpliciter exiſtit, ergo non per formam.

Reſpondetur, nego antecedens & conſequentiam. Tantùm enim dicitur à parte rei ſecundùm quid. Et ratio eſt, quia poteſt vlteriùs poni à parte rei, éſtque vlteriùs actuabilis per ſormam videlicet, quæ illam ſimpliciter actuat. Hinc ſecundò prob. concluſio ex parte formæ: Forma actuat materiam, ergo materia exiſtit per formam, idem enim eſt actuare ac reddere rem in actu, & idem eſt reddere rem in actu, ac reddere rem exiſtentem.

Dices. Forma actuat materiam non vt illam faciat exiſtere vt pars incompleta, ſed vt exiſtat completa.

Contrà. Materia vt ens incompletum eſt, completur à forma, ergo vt incompleta eſt, actuatur, licèt actuetur vt ſit completa. Aliud enim eſt actuari vt ſit completa, & actuari completam; primum verum eſt, poſterius falſum.

Tertiò probatur concluſio. Eadem paſſio ſimpliciter nonniſi ab eadem eſſentia, & idem ſimpliciter effectus formalis non niſi ab eadem cauſa formali, ſed tantùm forma eſſentialiter eſt actus, ergo poni in actu ſimpliciter, non niſi à forma; conſtituere enim rem ſimpliciter in actu non poteſt actus, qui non ſit ſimpliciter actus.

Dices. Conſtituere rem in actu completo non poteſt ſimpliciter niſi actus, qui ſit ſimpliciter actus: at conſtituere in actu incompleto poteſt etiam actus exiſtentiæ, licèt non ſit ſimpliciter actus.

Contrà. Tantùm actus formalis facit rem ſimpliciter exiſtere & completè, ergo actus entitatiuus exiſtentiæ noo facit rem ſimpliciter exiſtere, ſed ſecundùm quid. Hinc etiam argumentor; Materia exiſtit ſecundùm quid per actum entitatiuum eſſentiæ; ergo ſi actus entitatiuus exiſtentiæ non præferat niſi exiſtere ſecundùm quid, eſt ſuperfluus; & actualis entitas eſſentiæ ſufficiet.

Quartò probatur. Si materia exiſteret per exiſtentiam non receptam à forma, compoſitum haberet duplicem exiſtentiam incompletam, ſed hoc eſt falſum, ergo. Probatur minor. Ex communi loquendi modo Scholaſticorum, tum etiam Ariſtotelis, qui aiunt, Forma eſt quæ dat eſſe rei, id eſt exiſtere, ſed ſi tam materia quàm forma exiſteret, compoſitum noo diceretur ſolùm exiſtere per ſormam, ſed etiam per materiam, ergo.

Secunda pars prob. à D. Th. quæſt. 4. de Poten. ar. 1. in corpore & à Caiet. de Ente & Eſſent. quæſt. 8. Ferrar. 1. contra Gen. cap. 4. Capreol. & aliis. Si materia exiſteret abſque omni forma, materia ſimul eſſet & non eſſet, id eſt exiſteret, & non exiſteret, & daretur effectus formalis abſque forma, forma enim eſt quæ dat eſſe, ergo ſorma eſt quæ facit rem exiſtere. Sed ex dictis

Reſponderi poſſet. Materiam in eo caſu futuram ſine actu formali, non tamen ſine actu entitatiuo: vel exiſteret exiſtentia negatiua, non poſitiua, quæ non pugnant. Ideo vlteriùs inquirendum eſt cur materia, neque poſſit exiſtere exiſtentia negatiua, & per ſolùm ſuam entitatem actualem.

Reſpondet Suarez: Materiam dependere à forma à poſteriori tanquam à conditione. Probatur ſic: Materia eſt pura potentia, ergo ſatis imperfecta ad exiſtendum, ergo indiget formâ: Secundò, in corruptione non eſt neceſſitas cur introducatur noua forma ex parte ſormæ quæ expellitur, quia illa deſinit: non ex parte agentis, quia multoties, vt in morte hominis non adeſt extrinſecum agens, quod ſormam cadaueris introducat, ergo ex neceſſitate ſolius materiæ, quia illa nequit exiſtere ſine ſorma; Tertiò, quia non eſt veriſimile materiam magis pendere à forma accidentali, quàm à ſubſtantiali.

Suarez argumentatio diminuta.

ſed ſine accidentali eſſe non poteſt, videlicet ſine quantitate, ergo neque ſine ſubſtantiali.

Sed vel nil probat, vel ſibimet contradicit: Materia enim ſecundùm ipſum habet propriam exiſtentiam. Hoc poſito,

Peto, vel materiæ exiſtentia eſt perfecta in ratione exiſtentiæ; vel non: Si non, ergo dependet materia à priori, à formâ in ſuâ exiſtentiâ, & non à poſteriori, & tanquam à conditione, quia ſicut eadem materia pendet à propriâ exiſtentiâ in genere cauſæ formalis, & à priori, ita & à complemento. Confir. quia ſicut compoſitum in ratione exiſtentiæ dicitur pendere à priori ab exiſtentiâ formæ, quia materia non habet propriam exiſtentiam perfectam; ita etiam materia deberet pendere à priori, quia completur per exiſtentiam formæ: ſi primum, ergo non dependet materia in ſuo eſſe exiſtentiæ formaliter ab alio, ergo ſine illo poterit exiſtere. Prima conſequentia probatur. Quia ſi penderet non eſſet perfecta: quicquid enim pendet ab alio imperfectum eſt ſine illo; dependentia enim dicit imperfectionem.

Materia cur exiſtere non poteſt abſque forma.

Ideo magis conſequenter & ex dictis cum D. Th. reſponderem: Materiam non poſſe exiſtere abſque formâ, quia ab eâ dependerá priori tanquam à cauſâ formali, per quam materia formaliter exiſtit: ſicut enim ſecundùm Scotum & eumdem Suarez, Materia dependet à priori à propriâ exiſtentiâ partiali, ſiue ea modaliter, ſiue ratione diſtinguatur, nec poteſt materia per ſuam entitatem actualem etiam per potentiam diuinam ſine exiſtentiâ exiſtere; ita reſpondemus & nos: Ratio à priori eſt, quia forma eſt actus formalis, atque adeò duo neceſſariò præſtat, & informat & actuat, ſicut materia dicitur potentia ſubiectiua, quia vt ſubiectum eſt informatur, actuatur vt potentia, ideò in actu eſſe non poteſt niſi per actum, vt rectè D. Th. argumentatur.

Dices. Adhuc in noſtrâ ſententiâ remanet præcipuus ſcrupulus; cur videlicet per ſolam entitatem actualem non poteſt materia exiſtere, ſed neceſſariò requiratur exiſtentia poſitiua, quam recipit à formâ.

Huic difficultati non minùs tenentur reſpondere aduerſarij, quàm nos, qui etiam tribuimus materiæ aliquod eſſe actuale diſtinctum ab exiſtentiâ.

Dicerem tamen: Ideò materia per ſolam entitatem actualem non poteſt poni à parte rei, ſeu per exiſtentiam illam negatiuam, quia entia quæ negatiuè ſunt talia, ſi poſſent poni à parte rei ſtatim, eſſent talia poſitiuè, & ſic verificarentur contradictoria, & eſſent ſuperflui modi omnes poſitiui; ſi enim poſſet poni linea tantùm negatiuè terminata, & corpus triangulare abſque figurâ triangulari, eſſet linea terminata, & non terminata, corpus figuratum & non figuratum, & fruſtrà requirerentur puncta terminantia, & figura poſitiuè faciens triangulum, ſed neque ſuperflui ſunt puncti, neque ſuperflua figura, ergo ſignum eſt quòd entia quæ ſunt negatiuè talia, neceſſariò pendent à ſuis modis poſitiuis: & ſicut implicat corpus quantum, tantùm negatiuè, exiſtere abſque figurâ reali & poſitiuâ, licèt ſit negatiuè figuratum; ita implicat materiam exiſtere abſque exiſtentiâ poſitiuâ, licèt per entitatem ſuam actualem dicatur negatiuè exiſtere.

Aliud eſt eſſe extra cauſas, aliud exiſtere.

Ad primum diximus formaliter non eſſe idem Eſſe extra cauſas, & eſſe exiſtens, licèt conſequutiuè id concedamus, ſed nil contra nos: hinc etiam patet ad ſecundum. Ad tertium neg. conſeq. Ad quartum patet ex tertio notab. Ad quintum negatur antecedens. Ad ſextum patet ex quarto notabili.

Materia an ſubſiſtat.

An autem materia habeat propriam ſubſiſtentiam. Dico materiam ſubſiſtere ex ſe tantùm negatiuè: ſicut etiam negatiuè ſubſiſtit forma ex ſe. Poſitiuè verò ſubſiſtere per modum ex natura rei diſtinctum aduenientem toti compoſito, cuius munus eſt reddere naturam per ſe ſubſiſtentem & incommunicabilem, quod nullo pacto competit formæ præciſè ſumptæ, neque materiæ, quandoquidem & forma ſuum eſſe communicat materiæ, & materia ſuum eſſe formæ.

Placuit in hac re D. Th. ſententiam ſequi, quia ſic magis intelligitur quonam pacto materia dicatur propè nihil, cur appelletur non ens, cur à Deo remotiſſima, cur minimæ entitatis, cur non creata, ſed concreata, à Platone, Ariſtotele, D. Auguſtino, & ab omnibus ferè Philoſophis. Rurſus cur forma dicatur actus, cur dicatur dare totum eſſe rei, & cætera huiuſmodi; quia videlicet vt diximus materia ex ſe ſolùm habet actualem entitatem, & nullo modo poteſt poſitiuè exiſtere niſi per formam, à qua nedum informatur, ſed actuatur & completur in ratione exiſtendi.

Sectio VI.

Quam vnitatem habeat materia.

RATIO difficultatis eſt, Quia 1. Metaph. tex. 11. excludit Ariſtoteles à materiâ omnem diſtinctionem, & 1. Phyſ. tex. 86. innuit vnam numero ſufficere materiam.

Vnitas propria & impropria.

Notandum primò. Duplicem reperiri vnitatem; Prima eſt, quæ competit tantùm entibus completis, & dicitur vnitas in omni rigore Logico: Secunda eſt, quæ etiam in entibus incompletis reperitur, & eſt vnitas impropriè dicta. Certum eſt materiam non eſſe propriè vnam, ſed impropriè, cùm ſit ens incompletum. Quæritur, quâ vnitate genericâne, an ſpecificâ, an indiuiduali.

Notandum ſecundò. Cùm quærimus, quam vnitatem habeat materia, loqui nos de materiâ, vt de facto reperitur diuiſa videlicet in plures, non prout eſſet ex ſe, ſi per formas non diuideretur in partes.

Prima concluſio. Materia de facto non eſt vna vnitate indiuiduali, ita vt in ſingulis compoſitis ſit vna numero materia.

Probatur: Indiuiduum illud eſt quod eſt indiuiſum in ſe, &c. Materia eſt in plura diuiſa, ergo.

Secunda concluſio. Materia neque eſt vna vnitate genericâ, ſed ſpecificâ.

Materia vna vnitate ſpecifica.

Prima pars prob. Quia materiæ omnes ſunt eiuſdem rationis, eſſentiæ & ſpeciei; quod autem eſt vnum vnitate genericâ debet poſſe prædicari de pluribus differentibus ſpecie.

Confir. Si materiæ non eſſent eiuſdem rationis, non omne corpus eſſet in aliud tranſmuta-

bile, ſunt autem omnia adinuicem tranſmutabilia, ergo.

Secunda pars probatur. Omnés materiæ conueniunt in voica ratione; ergo ſunt vnum ſpecificè.

Obiicies. Vnitas ſpecifica neceſſariò eſt in pluribus, ſed materia noo eſt neceſſariò in pluribus, ergo. Min. probatur. Quia ſi omnes formæ deſtruerentur, & per impoſſibile materia exiſteret ab iis ſeiuncta, omnes materiæ in vnam coirent, tunc materia illa non eſſet in pluribus; Item, accidit materiæ eſſe in has vel illas formas diuiſam.

Materia deſtructis formis adhuc eſſet in pluribus in potentia.

Reſpondetur. Licèt materiæ omnes in vnam coitent, non inde amitteret ſpecificam vnitatem, ſatis enim eſſet, ſi eſſet in pluribus in potentia; proprium enim eſt rebus homogeneis ſi vniuntur, efficere vnum indiuiduum; ſi diuiduntur eſſe plura indiuidua, quæ cùm plura ſunt, conueniunt in voica ratione ſpecifica, cùm faciunt vnum non deſtruitur ſpecifica vnitas, ſed in illo voo conſeruatur, quæ licèt noo ſit actu in pluribus, eſt tameo in pluribus, in potentia, vt in aquæ guttis, &c.

Ad rationem dubitandi reſpondetur, Ariſtotelem excludere à materia omnem diſtinctionem ſpecificam quæ à forma dimanat, non numericam. In phyſicis verò ait, ad patiendum ſufficere vnum ſubiectum, non tamen quòd omnes materiæ ſint vnum numero, nec loquitur de omni tranſmutatione collectiuè ſumpta, ſed de qualibet diſtributiuè accepta.

DISPVTATIO SECVNDA.

De materia relata ad formas ſubſtantiales.

EGIMVS hactenus de materia ſecundùm ſe, & abſolutè conſiderata; mox de eadem vt relata ad formas ſubſtantiales; vidimus eius eſſentiam, entitatem, & vnitatem, nunc de potentia, quâ formas reſpicit.

SECTIO PRIMA.

An potentia vniuerſalis ſit de eſſentia materia.

Potentia vniuerſalis & particularis.

POTENTIA enim in materia eſt duplex; alia vniuerſalis: alia particularis: Prima reſpicit omnes formas in vniuerſum; ſecunda eaſdem ſingillatim; vniuerſalis dicitur potentia communis; particularis potentia proxima: Nunc de prima.

Zabarella. Pererius.

Prima ſententia eſt Zabarel. lib. 1. de prima rer. Materia cap. 6. Perer. lib. cap. 2. qui dupliciter conſiderant materiam: Primò, vt ens quoddam abſolutum & ſubſtantiale: Secundò, vt quoddam aggregatum eſt ex ente illo ſubſtantiali, & potentiâ tanquam ex ſua proprietate: Primo modo aiont potentiam non eſſe de eſſentia materiæ; Secundo modo maximè & diſtingui adinuicem ex natura rei, & realiter.

Albertus. Achillinus.

Secunda ſententia eſt Albert. 1. Phyſ. tex. 13. Achil. lib. 1. de Element. dub. 13. qui concedunt potentiam eſſe idem realiter cum materia, negant tamen eſſe idem formaliter.

Scotus. Gratia Dei. Flandria.

Tertia ſententia eſt Sori quæſt. 6. & Gratiâ Dei lect. vltimâ, Fland. 7. Metaph. quæſt. 17. qui docent, potentiam duo includere aptitudinem, & relationes ad formas: concedunt aptitudinem eſſe de eſſentia materiæ, negant relationem.

D. Thom.

Quarta eſt D. Th. 1. Par. quæſt. 77. ar. 1. ad 1. & alibi ſæpe docentis potentiam eſſe de eſſentia materiæ, & veluti differentiam eiuſdem conſtitutiuam: ſequuntur communiter recentiores.

Notandum eſt. Cùm inquirimus, an potẽtia ſit de eſſentia materiæ, non loqui nos de materia vt ens eſt, aut ſubſtãtia vt ſic, ſed de materia vt tale eus eſt à cæteris contradiſtinctum. Item nec loqui nos de materia reduplicatiuè ſumpta vt potentia eſt, quia ſic etiam albedo eſt de eſſentia parietis albi, vt albus eſt. Quæſtio ergo eſt de materia ſpecificatiuè ſumpta, de materia videlicet, quæ eſt ens à cæteris contradiſtinctum, ſeu de materia, quæ habet potentiam: an potentia ſit formaliter de eſſentia illius tum ſecundùm aptitudinem, tum ſecundùm relationem.

Prima concluſio. Potentia eſt de eſſentia materiæ ſpecificatiuè ſumptæ. Probatur primò: Potentia prædicatur in recto de materia, ergo eſt de eſſentia illius. Conſequentia patet, anteced. probatur 7. Metaph. tex. 8. Materia neque eſt quid, nec quale nec quantum; potentia autem omnia. Secundò, quibuſcunque præciſis ſemper materia eſt apta recipere formas, ergo ſemper dicit potentiam, ergo poteotia eſt de eſſentia illius. Tertiò: Præciſâ potentiâ, vel materia eſt materia, vel non: ſi non, ergo materia eſſentialiter conſtituitur per potentiam; ſi primum, ergo materia poteſt pati, & eſſe ſubiectum abſque potentia, quod implicat. Denique: Si potentia non eſſet de eſſentia materiæ, non efficeret ſimul cum forma vnum per ſe.

Materiæ potentia eſt ordo eiuſdem ad formas.

Secunda concluſio. Potentia materiæ eſt relatio tranſcendẽtalis eiuſdem. Probatur: Materia vt materia eſt, eſt potentia, ſed potentia eſt ordo tranſcendentalis ad actus, ergo relatio. Minor probatur: ſi præſcindas à potentia viſiua ordinem ad videndum non erit potentia, ergo potentia eſt ordo. Secundò, ſi potentia eſſet quid abſolutum, poſſet concipi ſine forma, at non poteſt, ergo.

Quòd ſit relatio tranſcendentalis patet, quia relatio prædicamentalis eſt accidens, nullum autem accidens eſt de eſſentia ſubſtantiæ; ſed potentia eſt de eſſentia materiæ, ergo nullo modo accidens ſed ſubſtantia, ergo tranſcendentalis.

Obiectio 1. *Zabarella.*

Obiicit primò Zabarel. Nulla qualitas eſt de eſſentia ſubſtantiæ, potentia eſt qualitas, ergo. Minor probatur: Quia omnis potentia naturalis, ſeu impotentia ponitur in prædicamento qualitatis ex Ariſtotele.

Confir. Poſſe pati eſt materiæ proprietas ex Ariſtotele 9. Metaph. ergo non eius conſtitutiuum; omne enim pati eſt propter materiam.

Potentia prima & ſecunda.

Reſpondetur, potentiam aliam dici primam, aliam ſecundam: Potentia prima eſt materia: Potentia ſecunda eſt quâ aliquid facilè vel difficilè pati poſſumos, vel operari. Ariſtoteles in prædicam. qualitatis tantùm poſuit potentiam ſecundam, oon primam patet ex contextu,

Digitized by Google

dum ait durum & molle habere potentiam vt A facilè, vel difficilè ſcindi poſſint.

Petes. Cur ſolùm potentias ſecundas, & non primas collocauit in prædicamento qualitatis?

Reſpondetur: Quia potentia prima cùm ſit primum ſubiectum neceſſariò eſt ſubſtãtia, nullo modo accidens, quia accidens eſt eſſentialiter inexiſtens, nec poteſt eſſe primum ſubiectum, ne detur progreſſus in infinitum. Ad confirm. negatur antecedens. Eſt enim potentia vt diximus, veluti differentia conſtitutiua materiæ.

Obiect. 2. *Achillini.* Obiicit ſecundò Achillinus. In vna materia poſſunt eſſe plures potentiæ, ergo potentia diſ B tinguitur ſaltem formaliter à materia; ergo non eſt de eius eſſentia, in qualibet enim materia eſt potentia ad formam aquæ, & ad formam ignis. Confirmatur. Potentiæ actiuæ ſunt plures, ergo etiam paſſiuæ; conſeq. prob. ex Ariſt. 5 Phyſ. 11. vbi ait eſſe diſtinctas poteotias poſſe ægrotare, & valere.

Reſp. diſtinguo antecedens. In materia ſunt plures potentiæ extrinſecè, & ratione connotati; non intrinſecè: Intrinſecè enim potentia materiæ eſt vnicum principium omnino indiſtinctum; diſtinctum prout comparatur ad diuerſas formas.

Ad confirmationem negatur conſequentia. C Ideò enim actiuæ plures, quia implicat dari vnam potentiam actiuam, quæ omnia poſſit, quia eſſet infinitæ perfectionis: non verò vnam potentiam paſſiuam, quæ poſſit omnia pati, quia pati dicit potiùs imperfectionem. Ad Ariſt. reſpondetur: Poſſe ægrotare, & valere, ſunt plures potentiæ non ratione ſubiecti, ſed termini.

Obiectio 3. *Alberti.* Obiicit tertiò Albertus. Potentiæ actiuæ diſtinguuntur ab agente, ergo & paſſiuæ à paſſo. Reſpondetur primò neg. anteced. Quia in Deo eſt ſumma potentia & nulla diſtinctio. Secundò negatur conſequentia: Ratio eſt, quia ſubſtantiæ non agunt immediatè, ſed mediis facultatibus ſuperadditis, quibus indigent vt determi- D nentur ad efficiendum hoc, vel illud, & ideo aliqua diſtinctio eſt neceſſaria inter potentiam actiuam, & ipſum agens. Materia verò poteſt per ſuammet ſubſtantiam immediatè pati, nec neceſſe eſt vt determinetur ad patiendum hoc vel illud, ſed ſufficit ſi determinetur extrinſecè ab agente, vel à diſpoſitionibus.

Obiectio 4. Obiicies quartò. Materia appetit formas vt turpe pulchrum, ſed materia per accidens eſt turpis, ergo per accidens appetit formas, ergo appetitus & potentia non eſt de eius eſſentia. Minor probatur. Materia enim per accidens E eſt ſub priuatione formæ, ergo per accidens turpis.

Reſpondetur. Eſſe turpe duo importare, & carentiam formæ & potentialitatem materiæ. Quoad carentiam, materia eſt turpis per accidens; quoad potentialitatem eſt eſſentialiter turpis, quia in ſua eſſentia omnem excludit actum.

Obiectio 5. Obiicies quintò. Materia vt eſt in potentia ad formam ignis, non eſt in potentia ad formam aquæ, ergo potentia & materia non ſunt idem; Anteced. probatur: Quia adueniente formâ aquæ corrumpitur potentia ad illam. Reſpondetur, nego antecedens: Ad probationem dico: A Potentiam ad formam aquæ eâ adueniente non corrumpi, ſed perfici.

Inſtabis. Potentiam perfici nil aliud eſt niſi potentiam non eſſe ampliùs potentiam, ergo dum perficitur, corrumpitur.

Reſp. Quidam ex noſtris, Potentiam nunquam corrumpi, quia nunquam reducitur tota ad actum ob ſempiternam rerum mutationem, quæ in Ariſtotelis ſententia nunquam ceſſabit.

Contrà. Vel reſpectu formæ aquæ potentia deſtruitur; vel non: Si deſtruitur, ergo potentia eſt extra eſſentiam materiæ, quæ eſt incorruptibilis, quod non concedet: ſi ſecundum, ergo ſi erat in potentia antea, etiam & poſtea. Materia ſub forma aquę quomodo etiã in potentia ad aquam.

B Dices, Deſtruitur partialiter non totaliter: remanet enim potentia ad formam aquæ ſi potentiam amiſit formæ ignis.

Contrà. Ergo redit difficultas; potentiam videlicet ad formam ignis diſtingui à potentia ad formam aquæ.

Reſpondetur ergo, nego antecedens: Alioquin entia non conſtarent ex actu & potentia, & negatio eſſet de eſſentia potentiæ, quod infrà reiiciemus.

Sectio Secunda.

C *An potentia particularis ſit de eſſentia materiæ.*

POTENTIA particularis poteſt conſiderari dupliciter: & vt determinata ab his, vel illis diſpoſitionibus, & dicitur potentia proxima; vel nudè ſumpta, & indeterminata non prout reſpicit formas in vniuerſum, ſed ſingulas in particulari. Potentia in materia alia proxima remota alia.

Difficultas eſt. An vtroque modo accepta ſit de eſſentia materiæ.

Prima concluſio. Potentia nudè ſumpta, quâ materia dicit habitudinem ad hanc vel illam formam particularem, præſcindens ab omnibus diſ- D poſitionibus eſt de eſſentia materiæ. Eſt contra pleroſque recentiores.

Probatur primò. Potentia particularis eſt eadem omnino ac vniuerſalis, ergo ſi vniuerſalis eſt de eſſentia materiæ, etiam particularis. Antecedens probatur. Quia potentia particularis, quâ materia reſpicit formas in particulari non eſt gradus aliquis ſuperadditus ipſi potentiæ vniuerſali, & per eamdem numero potentiam reſpicit materia formas in communi, & eſt apta efficere vnum per ſe cum illa, per eamdem poteſt recipere quamlibet formam in particulari; ſic ignis per eumdem calorem poteſt in omne E calefactibile in communi, & in quodlibet in particulari. Secundò: Si potentia particularis non eſſet de eſſentia materiæ, & eadem cum vniuerſali, quælibet forma haberet ſuam potentiam ſibi correſpondentem in materia, quod eſt falſum, ergo. Minor probatur: Quia forma aquæ non expelleret formam ignis, ſi duplex eſſet in ſubiecto potentia receptiua. Confirmatur: Eadem eſt potentia recipiens diuerſarum diſpoſitionum, ergo & diuerſarum formarum ſubſtantialium. Item: In eam inducitur forma vbi eſt eius priuatio, ſed priuatio formæ ignis eſt in potentia receptiua formæ aquæ, ergo. Tertiò prob. Potentia quæ ſe ſolâ reſpicit obiectum adęquatum, ſe ſolâ ordinatur ad obiecta partialia, Potentia particularis in materia eadem ac vniuerſalis.

quia

quia hæc includuntur in illo. Sed potentia materię ſe ſolâ refertur ad omnes formas in vniuerſum tanquam ad obiectum adæquatum, ergo non requiritur nouus ordo, aut relatio ſuperaddita vt referatur ad hanc, vel illam formam; potentia enim viſiua, quia ſeipſa terminatur ad omne coloratum, ſeipſa terminatur ad album, vel nigrum. Modo ſic, ſufficit vnica relatio ad omnes formas in vniuerſum, & in particulari, ergo & vnica potentia quia relatio & potentia in materia ſunt idem, vt diximus. Denique: Sicut potentia vniuerſalis materiæ facit vnum per ſe cum forma, ita potentia particularis: potentia enim particularis materiæ, ſecundùm quod eſt potentia iſtius actus, eſt apta conſtituere vnum per ſe, ergo non poteſt eſſe accidens, alioquin efficeret vnum per accidens

Obiicies. Corruptâ formâ particulari materia non dicit ordinem & habitudinem ad illam, quia corruptâ formâ nullum agens naturale poteſt illam reproducere; neque paſſum poteſt illam recipere, ergo corrupta forma particulari, particularis potentia corrumpitur, ergo non eſt de eſſentia materiæ.

Confirmatur: Quia ſi deeſſent omnes formæ ſpecificè & genericè ſumptæ, & non eſſent poſſibiles, materia non eſſet eiuſdem rationis & eſſentiæ ac nunc eſt, quia non diceret ordinem ad illas, ergo cùm aliquæ formæ in indiuiduo corrumpuntur, & euadunt naturaliter impoſſibiles, materia non habet ampliùs potentiam ad illas, ergo potentia particularis corrumpitur.

Reſpondetur primò Negando antecedens ad probationem. Adhuc formâ indiuiduali corruptâ remanet potentia receptiua illius, quia ſi Deus illam repararet, & vniret materiæ, faceret vnum per ſe cum illa, & materia reciperet formam per eamdem potentiam, quam antea habebat. Nec obſtat, quòd illa forma non poſſit naturaliter reproduci ob defectum agentis, hoc enim per accidens ſe habet ad potentiam materiæ.

Quam potentiã materia amittit ad formæ corruptionem.

Secundò: Materia amittit potentiam particularem proximam inuoluentem diſpoſitiones, & connotantem potentiam actiuam naturaliter expeditam: concedo. Nudam potentiam particularem: nego.

Inſtabis. Potentiæ paſſiuæ naturali debet correſpondere potentia actiua naturalis 3. de Anima 5. Sed corruptâ formâ nulla eſt potentia actiua naturalis, nec proxima, nec remota; ergo nec paſſiua proxima, nec remota.

Reſpondetur. Licèt corruptâ formâ nulla ſit ampliùs potentia actiua naturalis, tamen potentiæ paſſiuæ ſufficit, ſi aliquando fuerit hæc potentia naturalis actiua, antequam videlicet forma vel produceretur, vel corrumperetur: Vel ſecundò reſpondetur: Corruptâ formâ poteſt eadem produci ab agente naturali ſaltem ſecundùm ſpeciem; quod ſufficit vt potentia paſſiua naturalis remaneat in materia quâcunque aliâ formâ corruptâ.

Ad confirmationẽ. Si formæ omnes non eſſent poſſibiles concedo materiam non futuram eiuſdem rationis ac nunc eſt; ſi tamen vna vel altera forma euadit naturaliter impoſſibilis, non variatur materia quoad eſſentiam. Ratio diſparitatis eſt, quia obiecta adæquata ſpecificant primò & per ſe potentias, obiecta verò inadæquata minimè; ſicut in ſententia illorum qui volunt per vnicam relationem patrem referri ad plures filios, corrupto vno filio, qui eſt terminus inadæquatus non corrumperetur relatio, ſecus ſi omnes perirent.

Inſtabis ex Ariſtotele qui ait: Si intelligentiæ non eſſent, non eſſet Metaphyſica, ſed Phyſica diceretur prima ſcientia; ſed intelligentiæ ſunt obiectum partiale, ergo ſi mutato partiali obiecto mutaretur tota ſcientia, etiam mutato actu partiali potentiæ, eadem potentia variabitur; ita enim ſe habet actus ad potentiam, ſicut obiectum ad ſcientiam.

Si nõ eſſent intelligentię quomodo Metaphyſica nõ eſſet.

Reſpondetur. Si non eſſent intelligentiæ non eſſet metaphyſica, non quia illa deſtrueretur, ſed quia non haberemus vnde illam diſtinguere à phyſica, quia omnia cognoſceremus immerſa in materia, & quantitate affecta, & eſſe entia naturalia, non quòd ſimpliciter deeſſet ſcientia metaphyſica; quia adhuc eſſet ratio entis, ſubſtantiæ, &c. quæ deberent conſiderari ab alia ſcientia quàm à phyſica, quæ tantùm conſiderat corpus.

Secunda concluſio. Potentia particularis vt determinata ab his diſpoſitionibus non eſt de eſſentia materiæ; eſt contra Ruuium.

Probatur. Potentia particularis vt determinata & reduplicatiua, primariò dicit diſpoſitiones, ſeu extrinſecum determinans: ſecundariò potentiam; ſed neque diſpoſitiones nec extrinſecum determinãs conſtituunt eſſentialiter materiam, ergo neque de eſſentia.

Obiicit Ruuius. Forma facit vnum per ſe cum potentiâ proxima, ergo potentia proxima eſt de eius eſſentia: Antecedens probatur: Quia per hanc materia recipit formam, & componit cum ea compoſitum ſubſtantiale.

Reſpondetur. Forma facit vnum per ſe, cum potentia proxima reduplicatiuè ſumpta; & nego: ſpecificatiuè, & concedo, non enim forma facit vnum per ſe cum diſpoſitionibus, ſed cum ſola potentia.

Tertia concluſio. Potentia materiæ, quæ eſt vniuerſalis ſpecificatiuè ſumpta eſt eſſentialiter potentia ad omnes formas tum genericè, tum ſpecificè, tum indiuidualiter acceptas, quæ prout reſpicit formas in genere, vel in ſpecie dicitur potentia vniuerſalis: prout reſpicit formas in indiuiduo dicitur particularis; eadem tamen ſemper eſt reſpectu omnium. Prima pars probatur. Quia cum omnibus iſtis facit materiâ vnum per ſe, ergo tum vniuerſalis, tum particularis eſt de eſſentia materiæ. Secunda pars patet. Tertia probatur: Quia dum materia reſpicit omnes formas, dicit conſequenter potentiam ad hanc & ad illam, ergo per eamdem potentiam, vt diximus, reſpicit materia formas in communi, & in particulari.

Sectio III.

An negatio ſit de ratione potentiæ.

Punctus difficultatis.

QVÆSTIO non eſt, An negatio conſtituat intrinſecè rationem potentiæ; cùm enim negatio ſit non ens, & materia ſit ſubſtantia, non poteſt illam intrinſecè conſtituere; Punctus ergo difficultatis eſt, an potentia, vt ſit potentia neceſſariò requirat negationem

formæ, cuius eſt potentia, & illam connotet.

Ratio dubitandi eſt: Quia materia ex ſe dicit negationem omnis actus ad quem inclinat, quia eſt pura potentia, ergo negatio eſt de eſſentia illius.

Secundò, Potentia ad aliquid acquirendum eo acquiſito quieſcit, ergo acquiſitâ formâ deſinit potentia; lapis enim vbi deſcendit ad centrum non dicitur habere potentiam ad deſcendendum, quia vt eſt in centro, non poteſt moueri.

Tertiò, Appetitus materiæ eſt illi eſſentialis, nec differt à potentia eiuſdem, ſed appetitus includit negationem rei concupitæ, ergo. Appetitus enim dicit deſiderium rei, deſiderium autem tendit in rem abſentem.

Potentia aptitudo ordo appetitus in quo differant.

Notandum primò. Hæc omnia eſſe omnino idem, dicere potentiam, aptitudinem, ordinem, appetitum ad formas, licèt aliquo modo inter ſe differant tantùm penes connotata: Materia enim dicitur potentia prout comparatur ad formam tanquam ſuum actum: dicitur ſubiectum prout refertur ad eamdem tanquam ſuam compartem ſibi coexiſtentē; dicitur habere habitudinem & relationem tanquam ad ſuum correlatiuum; dicitur denique habere appetitum ratione illius inclinationis, quam habet ad formam tanquam ad ſuum complementum. Huiuſmodi verò appetitus nil addit ſupra potentiam, quia præciſo appetitu ſemper materia dicit ordinem & inclinationem ad formam, quia ſemper imperfecta eſt ex ſe.

Notandum ſecundò. Appetitum eſſe duplicem innatum & elicitum; Primus eſt propenſio quædam naturalis rei abſque aliqua notitia, qualis eſt lapidis appetitus in centrum: Secundus qui præuiâ aliquâ cognitione: De eo Zabarel. lib. 1. de Mater. cap. 10. & 11. Suarez & alij paſſim.

Notandum tertiò. Vterque appetitus eſt etiam duplex, vel enim eſt ad formam abſentem, vel præſentem: primo modo dicitur appetitus deſiderij: ſecundo modo appetitus complacentiæ.

Notandum quartò. Hi appetitus nullo modo inter ſe differunt, & idem eſt, qui abſentem formam deſiderat, & qui præſenti fruitur; ſicut per eamdem potentiam dicitur materia in potentia ad formam quâ caret, & per eamdem potentiam illam poſſidet. Per eumdem enim habitum charitatis Deum diligimus nunc abſentem, amabimus præſentem; ſolùm diſtinctio erit penes diuerſa connotata. Quare ſit

Vnica concluſio. Potentia materiæ ex ſe neque intrinſecè dicit formæ præſentiam nec abſentiam, ſeu negationem: ſeu quod idem eſt; Potentia in ratione potentiæ nullo modo intrinſecè connotat negationem. Eſt contra pleroſque recentiores. E

Probatur primò, Ita ſe habet appetitus ſicut potentia, ſed appetitus non magis dicit deſiderium, quàm complacentiam, ergo potentia non magis cōnotabit negationem formæ quàm præſentiam. Maior patet, idem enim eſt appetitus deſiderij in materia, & materiam eſſe in potentia; & idem eſt appetitus complacentiæ ac materiam eſſe actuatam, vt in primo notabili, minor patet ex quarto notabili.

Secundò, Compoſitum dicitur conſtare ex actu & potentia, ergo cùm materia eſt ſub actu, habet potentiam ſub illo, ergo potentia non in-

A ceſſatiò inuoluit negationem actus.

Dices. Compoſitum conſtare ex ea quæ fuit potentia.

Contrà. Non poteſt dici quòd compoſitum conſtet ex eo qui fuit actus, ergo conſtat ex eo quæ nunc eſt potentia: Anteced. patet, conſequentia probatur; Quia ſi nunc forma eſt actus, reſpectu alicuius potentiæ eſt actus. Confirmatur: Verè enim in compoſito ſunt duæ realitates diſtinctæ realiter, & iſtarum vna vocatur actus, ergo & altera potentia quæ actui opponitur. Tertiò, Ita ſe habet potentia actiua ad ſuum actum, ſicut paſſiua ad ſuum; ſed actiua quando
B agit eſt verè potentia imò tunc magis potentia quàm antea, ergo & potentia paſſiua quando habet actum. Confirmatur, quia Deus quatenus me conſeruat dicitur potens dare mihi eſſe, & illud conſeruare; & dum creat potens creare, ergo & materia dum ſuſtentat, potens ſuſtentare, & potentia dici debet. Quartò: Homo dum peccat dicitur ſimpliciter potens peccare, & non peccare, ergo actus non tollit ſimpliciter potentiam. Anteced. probatur: Quia ſequeretur non eſſe liberum agens, ſi cùm peccat neceſſariò peccaret. Denique ex Ariſtotele hîc tex. 82. Qui ait, materiam eſſe incorruptibilem ex ſe ſecundùm potentiam, at ſi potentia in-
C cluderet negationem, materia ſecundùm potentiam corrumperetur; ſicut ſecundùm negationem corrumpitur.

Ad primum. Materia dicit ex ſe negationem actus, quia eſt pura potentia quatenus actus non eſt de eſſentia materiæ, non prout potentia neceſſariò connotat negationem: materia enim etiam affecta formâ, eſt pura potentia, quia vt affecta formâ non conſtituitur eſſentialiter per actum.

Ad ſecundum. Potentia materiæ dum eſt ſub actu quieſcit, non in ratione potentiæ, ſed deſiderij. Ad probationem, licèt potentia lapidis ex communi modo loquendi ad deſcenden-
D dum, connotet ſemper abſentiam centri, renera tamen ſiue ſit in centro, ſiue non, ſemper dicit appetitum deſcendendi ad illud; dum abeſt, appetitum deſiderij; dum eſt, complacentiæ.

Ad tertium nego minorem. Et ex his patet quomodo actus dicatur interimere potentiam, videlicet, quoad negationem, non quoad potentiam vt ſic.

DISPVTATIO TERTIA.

De materia relata ad formas accidentales.

TRIA hîc examinabimus. Primum an materia dicat poſitiuam aptitudinem ad formas accidentales: ſecundum: an potentia ad formas accidentales ſit de eſſentia illius: tertium, an ſit vna numero.

Sectio Prima.

An materia habeat potentiam ad omnes formas, tum artificiales, cùm naturales, an ſolam non repugnantiam.

Formarum naturalium ab artificialibus diſcrimina.

DIfferunt formæ artificiales à naturalibus, quia naturales ſunt eſſentialiter diſpoſitiones requiſitæ ad formas ſubſtantiales, artificiales minimè: naturales introducuntur ab agente naturali; artificiales ab agente libero: Naturales fluunt vel à materia vel à forma, vel à toto compoſito; artificiales extrinſecus accidunt. De vtriſque eſt difficultas: an ad illas materia dicat ordinem & potentiam, vel ſolam non repugnantiam; Differunt autem potentia, & non repugnantia, quia hæc dicit meram capacitatem; illa præter capacitatem addit poſitiuam inclinationem, & habitudinem. Quoad formas artificiales ſit

Potentia à non repugnantia in quo differat.

Prima concluſio. Materia nullam habet potentiam ad formas artificiales, ſed ſolam non repugnantiam: eſt D.Th. 7. Metaph. ſect. 8. Fland. ibid. quæſt. 17.

D. Thom. Flandria.

Probatur primò: Si materia diceret naturalem habitudinem & potentiam ad formas artificiales, deberet dari naturale agens potens illas producere, & à quo illa potentia reducatur ad actum; hoc implicat, ergo. Minor probatur. Quia ſi daretur agens naturale, verè illæ formæ eſſent naturales, non artificiales. Confir. Licèt anima habeat capacitatem & non repugnantiam ad recipienda dona ſupernaturalia, non dicitur tamen habere potentiam ad illa, ſolùm quia non eſt agens naturale potens illa producere, ſic à pari.

Secundò: Ideo materia dicit ordinem & potentiam ad formas naturales, quia eæ vel ſunt proprietates, vel diſpoſitiones ad formam ſubſtantialem, vt dicemus; at forma artificialis nec diſponit ad formam ſubſtantialem, nec à materia dimanat, ergo.

Obiectiones in contrarium afferuntur & diluuntur.

Dices: Si materia ligni non poteſt recipere formam ſtatuæ, forma ſtatuæ non poſſet induci in lignum, dicit ergo potentiam. Secundò; Omne perfectibile dicit ordinem ad ſuum perfectiuum, forma ſtatuæ eſt actus perfectiuus formæ ligni, ſeu materiæ, ergo. Tertiò: Quia materia poteſt perfici ſubſtantialiter, dicit ordinem ad formam ſubſtantialem; quia accidentaliter ad formam accidentalem; ergo quia poteſt perfici artificialiter, dicet ordinem ad formam artificialem.

Ad primum. Materia poteſt recipere formam ſtatuæ largo modo quatenus poſſe, dicit non repugnantiam.

Ad ſecundum: Omne perfectibile naturaliter dicit ordinem naturalem ad ſuum perfectiuum, forma verò ſtatuæ non eſt naturaliter perfectiua materiæ, nec materia naturaliter perfectibilis ab illa.

Ad tertium negatur vltima conſequentia; Ratio diſparitatis patet ex dictis.

Quoad formas accidentales naturales. Prima ſententia eſt quorumdam recentiorum, qui

A volunt materiam neque dicere ordinem ad formas accidentales naturales, ſed ſolùm ad ſubſtantiales, & ex parte materiæ non eſſe niſi meram non repugnantiam, licèt ex parte accidentium, ſit ordo intrinſecus & eſſentialis. Volunt ergo materiam eſſe potentiam receptiuam accidentium, non quia formaliter habeat potentiam ordinatam ad illa, ſed quia accidentia ſine materia nec eſſe, nec intelligi aliquo pacto poſſunt: imò concedunt materiam non poſſe intelligi, eſſe ſine accidentibus; negant tamen dicere ordinem ad illa, quia id non prouenit ex parte materiæ, ſed ex parte accidentium.

B Ratio fundamentalis eſt, quia plura ſunt quæ nec eſſe poſſunt, nec intelligi ſine altero, non tamen eſt ordo eſſentialis ad illud. Patet in omnipotentia Dei, quæ non poteſt intelligi abſque creaturis ſaltem poſſibilibus, & tamen non dicit ordinem ad illas: Et riſibilitas quia eſſentialiter pendet à rationalitate, ideò nec poteſt eſſe, nec præſcindi negatiuè à rationalitate, licèt rationalitas ab illa; ita licèt materia non poſſit exiſtere ſine accidentibus, quia id prouenit ex parte accidentium non ex parte materiæ, ideo materia nullam dicit habitudinem ad accidentia.

C Subtilis quidem ſententia, ſed parum vera; Impugnatur igitur primò. Si id eſſet verum, nec materia diceret ordinem eſſentialem ad formas ſubſtantiales, ſed tantùm formæ dicerent ordinem ad materiam; Quia forma ſubſtantialis non poſſet eſſe ſine materia, cui inexiſtit; ſicut accidens nequit eſſe ſine ſubiecto: Et materia, quia propriam habet exiſtentiam per ipſos, poterit exiſtere ſine forma, ergo forma ſubſtantialis eſt, quæ dicit ordinem ad materiam, & non materia ad illam; quod ipſi non concedunt.

D Secundò; Materia dicitur apta recipere contraria, ergo habet potentiam realem ad accidentia, quæ tantùm dicuntur verè contraria; Conſequentia probatur: Quia aptitudo eſt aliquid poſitiuum, alioquin materia diceretur habere negationem. Confirmatur: Materia intrinſecè perficitur à formis accidentalibus, ergo. Conſequentia probatur, ex omnibus aliis potentiis, quæ intrinſecè perficiuntur à ſuis terminis, in quibus datur hæc inclinatio poſitiua, quæ ſit potentia realis, ergo etiam concedenda in materia ad formas accidentales.

E Tertiò; Materia dicit ordinem ad formas ſubſtantiales, appetitum, inclinationem ad illas tanquam ad proprium bonum, & pulchrum, ergo etiam ad media, quæ ad illas conducunt. Antecedens patet, quia forma & materia ſunt correlatiua, ergo materia ad formam ſubſtantialem nedum dicit repugnantiam, ſed ordinem: Conſequentia patebit infrà.

Ad rationem in contrarium reſpondetur: Id eſſe verum in Deo ob ſummam eius perfectionem, habet enim à ſe creaturas dependentes, cùm ipſe ſit independens; à nullo enim dependere, & eſſe ens abſoluſſimum, maxima perfectio eſt, quæ non eſt concedenda materiæ: Natura rationalis dependet à propria paſſione à poſteriori, &

Satisfit rationi in oppoſitum.

Digitized by Google

habet neceſſariam connexionem cum illa, vt in Logicis; falſúmque aſſumunt. Maneat ergo materiam dicere ordinem & habitudinem ad accidentia; ſupereſt videndum an hic ordo ſit illi eſſentialis, an accidentalis.

Secunda ſententia eſt eorum, qui volunt materiam quidem dicere ordinem ad accidentia, eſſe tamen illi accidentalem, ita Soncinas 12. Metaph. quæſt. 26. Iaucl. quæſt. 8. Capreol in 1. diſt. 5. quæſt. 2.

Probatur. Quia poteſt haberi conceptus materiæ ſecundùm ſuam rationem, abſque quod intelligatur ordo ad accidentia, ergo ordo ad accidentia eſt extra eſſentiam materiæ.

Secundò, Potentia & actus ſunt in eodem genere 12. Metaph. 26. ſed forma eſt accidens, ergo & potentia.

Tertiò, Si materia diceret ordinem eſſentialem ad accidentia, fieret ex ipſis vnum per ſe, ſicut ex materia & forma ſubſtantiali, ex quibus fit vnum per ſe, quia vnum eſt actus, alterum potentia 8. Metaphyſ. 15. & 2. de Anima 2. & 25.

Quartò, Materia penderet eſſentialiter ab accidenti, quod implicat; materia enim eſt prior accidenti tempore, naturâ, & definitione, quod eſt autem prius tempore altero, non pendet eſſentialiter ab illo.

Quintò, Accidens non intrinſecè perficit materiam, ergo.

Alenſis. Albertus. Io. Canon. Suarez.

Tertia ſententia eſt Alenſis 7. Metaph. 4. Alberti tract. 1. 11. Metaphyſ. cap. 12. Io. Canonici 1. Phyſic. quæſt. 9. videtur etiam Suarez diſp. 44. ſect. 2. num. 4. & 6. aſſerentium materiam dicere ordinem, & potentiam ad accidentia, eámque non eſſe quid ſuperadditum, aut diſtinctum à potentia illa, quâ materia reſpicit formas ſubſtantiales, cum quibus ſit.

Accidentia ſunt media ad ſubſtantiam.

Secunda concluſio. Eadem potentia, qua materia appetit formas ſubſtantiales, appetit etiam accidentales ſaltem eas, quæ ad ſubſtantiales formas diſponunt.

Probatur primò: Quia nulla adeſt ſufficiens ratio cur tot multiplicemus potentias in materia, ita vt ſit vna ad formas ſubſtantiales, altera ad accidentales, ergo eâdem potentiâ appetit ſubſtantiales, & accidentales. Antecedens probatur, Quia accidentia ſunt media & diſpoſitiones quædam ad hoc vt materia formis ſubſtantialibus informetur; ergo non multiplicandæ potentiæ: alteratio enim eſt via ad generationem, ergo & accidentia ſunt media ad ſubſtantiam. Quòd non ſint multiplicandæ potentiæ etiam probatur. Quia eodem habitu, quo diligimus aliquod bonum, eodem & illud deſideramus, ſi ſit abſens; quærimus media, deteſtamur malum impediens, & eo præſente delectamur, ergo eodem appetitu, quo materia appetit formas ſubſtantiales tanquam ſuum bonum proportionatum, appetit accidentia; quæ ſunt diſpoſitiones & media ad illud.

Confirmatur: Quia vbi non eſt diuerſa ratio appetibilitatis, neque dandus eſt diuerſus appetitus; ſed in accidentibus non eſt diuerſa ratio appetibilitatis quàm in formis ſubſtantialibus ſed vna & eadem, ergo etiam vnus appetitus. Minor probatur: Materia enim appetit accidentia vt poſſit perfici à formis ſubſtantialibus tanquam media neceſſaria; & materia verbi gratia ligni appetit calefieri vt poſſit igniri, ergo vna eſt ratio amoris, ergo vna tendentia. Hinc Theologi communiter aiunt. Media amari eodem amore ac finis, & D. Th. 3. Par. quæſt. 85. ar. 2. diſplicentiam peccatorum & gaudium de bonis diuinis pertinere ad eundem habitum caritatis, quo Deum diligimus.

Secundò, Potentia, qua materia reſpicit formas accidentales, ideò ponitur diſtincta ab eſſentia materiæ ab aduerſariis ad hoc vt materia poſſit recipere accidentia, ſed materia per ſuam ſolam entitatem eſt apta, ergo non per aliquid ab illa diſtinctum. Minor probatur; Materia enim eſt ſubiectum immediatum priuationis ex 1. Phyſ. tex. 60. & 79. ergo eadem debet poſſe recipere contrarium priuationis; priuatio enim eſt negatio cum aptitudine.

Confirmatur: Ideò ponitur hæc potentia accidentalis, ne fieret ſi eſſet eſſentialis vnum per ſe, at id non ſequitur, ergo. Potentiæ enim ſunt accidentia, & habitus ſunt accidentia, & ordinantur ad ſuos actus eſſentialiter, & tamen cum illis non componunt vnum per ſe, ergo neque materia cum aliis accidentibus.

Confirmatur ſecundò. Materia cum potentia hac quæ ſecundùm ipſos eſt accidens, non efficit vnum per ſe, cùm non mediet alia potentia, & materia eſſentialiter ordinatur ad illam, ergo neque cum aliis. Hinc

Tertiò. Argumentatur Suarez contra Soncin. Vel potentia quâ materia dicit ordinem ad accidentia eſt de eſſentia materiæ, vel illi accidit: non accidit, alioquin daretur proceſſus in infinitum, & ad potentiam daretur alia potentia, ergo eſt de eſſentia materiæ, ergo non repugnat materiæ aliquis ordo ad accidentia, qui ſit illi eſſentialis.

Potẽtia eſt receptiua ſuæ paſſionis in actibus immanentibus.

Quartò. Eadem potentia à qua aliquid tanquam propria paſſio dimanat, eſt receptiua paſſionis eiuſdem, vt patet in actibus immanentibus; ſed materia eſt principium per ſe quantitatis, & quantitas eſt paſſio per ſe conſequens materiam, vt dicemus, ergo ſaltem quantitas immediatè recipitur in materia; conſequentia probatur. Quia non eſt magis intrinſeca illa potentia, quâ materia eſt potens recipere accidentia, quàm ſit ipſa quantitas; cùm vtraque à materia dimanet, ſed ad illa non requiritur alia potentia, ergo neque ad quantitatem.

Dices, Actus ſpecie diuerſi diuerſificant potentias ſaltem formaliter, ſed forma ſubſtantialis, & accidentalis, pluſquam ſpecie, & genere differunt, ergo potentiæ ad illas debent eſſe differentes.

Reſpondetur. Tunc actus diuerſificant potentias, cùm vnum ita ſe habet, vt non dicat attributionem ad aliud, modò accidentia dicunt attributionem ad formas ſubſtantiales, & induunt rationem bonitatis illarum, & in ordine ad illas appetuntur.

Tertia concluſio. Licèt materia terminetur ad formas accidentales & ſubſtantiales; pri-

mariò reſpicit ſubſtantiales, ſecundariò accidentales.

Probatur. Ita, potentia debet eſſe ad terminos ſicut termini ſunt adinuicem; termini ita ſe habent vt vnus ſit propter alium, ergo. Voluntas enim noſtra, licèt eodem actu feratur in finem & media, tamen principaliùs reſpicit hunc quàm illa, & intellectus idem eſt, qui efficit actus, & habitus, tamen quia habitus ſunt propter actus, primariò ordinari dicitur ad actus, quàm ad habitus: Eodem modo, quia materia fertur in accidentia vt ſunt principia, & aliquo modo cauſæ formarum ſubſtantialium, ex appetitu illarum appetit accidentia.

Ad primum negatur conſequentia, & retorqueri poſſet argumentum ſic: Materia in eſſe materiæ optimè concipitur per ordinem ad vnum actum, ergo tantùm ille ordo eſt de eſſentia: Vel materia poteſt concipi ſine ordine ad hanc formam ſubſtantialem; ergo ordo ad hanc formam ſubſtantialem non eſt de eſſentia illius, quod non concedent.

Intellectio adæquata & inadæquata.

Secundò reſpondetur. Dupliciter aliquid poteſt intelligi: vel intellectione adæquatâ, vel inadæquatâ: materiæ potentia vt adæquata concipiatur, debet concipi cum omnibus actibus; tum accidentalibus, tum ſubſtantialibus ad quos eſt potentia eſſentialis. Ille autem conceptus eſſet inadæquatus, ſi vnquam conciperetur materia, abſque quod intelligeretur ordo ad accidentia. Ratio autem cur poſſit materia intelligi per ordinem ad vnicum actum, eſt quia quilibet actus includit rationem communem, ſub qua ſpecificat, & diſtinguit potentiam.

Materia cur poteſt intelligi per ordinem ad vnũ actum.

Inſtabis: Homo per quam rationem diſtinguitur, per illam conſtituitur adæquatè in eſſe hominis, vt per rationale; ergo ſi materia ſpecificatur, & diſtinguitur nedum per ordinem ad omnes actus ſubſtantiales, ſed poteſt concipi per ordinem ad vnum actum, ergo per illum conſtituitur, ergo non per ordinem ad alios.

Reſpondetur. Eſſe diſparem rationem: homo enim eſt quædam ſimplex entitas vnam habens rationem determinantem illum ad eſſe hominis; at potentiæ habent plures rationes obiectiuas particulares, à quibus ſimul ſumptis adæquatè conſtituuntur & diſtinguuntur à cæteris; ſicut album viſibile perfectè diſtinguit potentiam viſiuam à cæteris potentiis, album autem non adæquatè illam conſtituit, ſed omne coloratum: ita & materia.

Ad ſecundum negat Scotus omnia principia reponi in eo prædicamento in quo ſunt forma vel potentia: lumen enim eſt forma, tenebræ priuatio, aër verò ſubiectum: album eſt principium formale, nigrum priuatiuum, ſuperficies ſubiectum, ſed neque aër, neque lumen, neque album, neque ſuperficies ſunt in eodem prædicamento. Reſpondet, ergo Scotus. Actus & potentia ſunt in eodem prædicamento ſi intelligatur de potentia obiectiua, & actu entitatiuo; non de potentia ſubiectiua & actu formali, vt patet ex exemplis allatis.

Scotus reiicitur.

Vera quidem reſponſio, ſed non ad mentem Ariſtotelis qui nunquam huiuſmodi potentiam obiectiuam docuit.

Reiicitur reſponſio Suarez.

Reſpondet Suarez: Axioma illud nullo modo eſſe Ariſtotelicum: ait tamen intelligendum, vt ſit verum vniuerſaliter, de potentia tam actiua, quàm paſſiua reſpectu actuum, ad quos illæ primariò inſtituuntur, non ad quos ſecundariò.

Sed licèt ſic difficultatem effugiat, axioma tamen ſic explicatum neque erit verum vniuerſaliter: Potentia enim motiua deorſum eſt ordinata ad centrum primariò, ſeu ad vbi, quod in eius ſententia acquiritur per motum; & tamen potentia motiua non ponitur in prædicamento vbi, ſed qualitatis. Item quantitas eſt ordinata primariò ad extendenda corpora in ordine ad locum & ad faciendum illa impenetrabilia, extenſio autem & impenetrabilitas ſunt in prædicamento qualitatis.

Potentia alia phyſica, metaphyſica alia.

Reſpondetur ergo: Potentia eſt duplex, alia Phyſica, ſiue actiua, ſiue paſſiua ſit: alia Metaphyſica ſeu Logica: Phyſica dicitur potentia agentis, potentia materiæ, capacitas quantitatis: Metaphyſica potentia eſt genus quod vocatur potentia reſpectu differentiarum, quia perficitur ab illis: Potentia ergo & actus ſunt in eodem prædicamento, verum eſt ſi intelligatur de potentia Metaphyſica & Logica, in eodem enim prædicamento in quo eſt genus repetitur & differentia, quæ ſe habet ad inſtar actus, & ad inſtar formæ perficientis illud genus: Si verò intelligatur de potentia phyſica non eſt verum vniuerſaliter.

Axioma, actus & potentia ſunt in eodem prædicamento neo vniuerſaliter verum nec Ariſtotelicum.

Ad tertium patet ex dictis. Non enim omnia quæ dependent adinuicem eſſentialiter faciunt vnum per ſe; album enim eſt vnum per accidens & tamen eſſentialiter pendet ab albedine; ſic potentiæ & actus: vt ergo fiat vnum per ſe debet eſſe actus & potentia in prædicamento ſubſtantiæ, & inter ea quæ adinuicem ſunt proportionata & inſtituta ad conſtituendum vnum.

Auerroes reiicitur.

Ad quartum; ſubſtantiam dici priorem tempore, non quòd omnis ſubſtantia ſit prior, ſed ſaltem aliqua, nempe Deus. Ita Auer. 7. Metaph. com. 4. D. Thomas, Aleuſ. Soncin. & alij.

Sed reuera non ad mentem Ariſtotelis qui dum voluit mundum æternum, neque Deus ſecundùm ipſum, eſt prior tempore accidenti; loquitur enim Ariſt. de ſubſtantia, & accidenti creato.

Reſpondent alij, Prioritatem temporis non ſignificare hoc loco præexiſtentiam, ſed tantùm ſeparabilitatem, quia reuera nunquam præexiſtit aliqua ſubſtantia creata abſque aliquo accidenti, licèt ſubſtantia quælibet ſit ſeparabilis à quolibet accidenti, & ſine illo poſſit exiſtere.

Sed neque ſatisfacit; Separabilitas enim tantùm infert prioritatem naturæ non temporis.

Rectiùs Aphrodiſæus: Subſtantia eſt prior accidentibus aliquibus, non omnibus: quòd ſi aliquibus coæua, id eſt per accidens, non quantùm eſt per ſe, quia videlicet materia non poteſt exiſtere ſine forma ſubſtantiali, ideo neque ſine diſpoſitionibus, quæ ad illam requiruntur: ſic ad propoſitionem Ariſtotelis. Quâ etiam conceſſâ negatur conſequentia; Quia etiamſi dicat ordinem eſſentialem ad accidentia, poteſt ta-

A men ſine illis exiſtere, ſicut anima exiſtit abſque corpore, licèt ad illud eſſentialiter ordinetur.

Ad quintum: Si intelligatur quòd perficitur intrinſecè debeat ita perfici, vt eſſentialiter mutetur in eſſe eſſentiæ: nego antecedens, quia neque hoc pacto materia perficitur à formis ſubſtantialibus, à quibus relinquitur in genere potentiæ: Quòd ſi intelligamus actuari per aliquid ſibi vnitum, & ſimul cum forma accidentali conſtitui materiam in genere aliquo perfectiori, vt eſt compoſitum; dico materiam intrinſecè perfici ab accidentibus.

Dices. Quicquid appetitur in ordine ad aliud, non appetitur per ſe; accidentia appetuntur B in ordine ad compoſitum, ergo non per ſe, ſed per accidens, & non eſſentialiter.

Reſpondetur, diſtinguo antecedens: quod appetitur in ordine ad aliud non appetitur per ſe, id eſt propter ſe; & concedo: non appetitur per ſe, id eſt appetitur per accidens: & nego: Vel quod appetitur in ordine ad aliud, non appetitu per ſe, id eſt non primariò, ſed ſecundariò: concedo; nego tamen quod ſecundariò appetitur, appeti accidentaliter.

Sectio II.

C

An potentia materiæ ad accidentia ſit vna.

Dico *breuiter.* Eſſe vnam, probatur: Quia hæc potentia eſt de eſſentia materiæ, & differentia conſtitutiua illius, materia eſſentialiter eſt vna, & vna eius differentia cõnſtitutiua, ergo vna etiam potentia ad accidentia.

Secundò. Ita ſe habet potentia vniuerſalis materiæ ad formas ſubſtantiales, ſicut etiam ad formas accidentales; ſed licèt formæ ſubſtantiales ſpecie differant, ſufficit tamen vna potentia ad omnes, omnia enim accidentia reſpicit ſub eadem ratione, quatenus ab illis perficitur accidentaliter, & ad formas ſubſtantiales diſpo- D nitur.

Dices primò. Eſſe diſparem rationem; ideò enim ſufficit vna potentia ad omnes formas ſubſtantiales, quia eadem potentia determinatur per formas accidentales, vt poſſit recipere hanc vel illam ſubſtantialem: ſed potentia ad accidentia non poteſt determinari per alia accidentia, quia daretur proceſſus, ergo tot potentiæ, quot accidentia.

Reſpondetur. Potentiam vniuerſalem ad accidentia determinari ab agente, agens enim approximatum non eſt aptum producere niſi hoc accidens.

Dices ſecundò. Potentia ad accidentia non E poteſt eſſe vna, ergo multiplex: accidentia enim omnia non ſunt vnum nec ſpecie, nec genere, quia conſtituunt tot genera, quot prædicamenta: modò ſic: actus non poteſt eſſe vnus, ergo nec potentia.

Reſpondetur. Non quot ſunt prædicamenta tot requiruntur potentiæ, quia actio & paſſio duo conſtituunt prædicamenta, vtrique tamen ſufficit vnum ſubiectum, actio enim & paſſio recipiuntur in eodem ſubiecto.

Secundò: Et peto cur tot non dentur potentiæ quot ſunt genera ſubalterna; Reſpondebis, quia omnia reducuntur ad vnum ſummum genus; idipſum reſpondemus & nos: omnia accidentia reduci ad vnum genus analogum, id eſt ad accidens; Ad obiectum enim non requiritur vnitas vniuoca, ſed ſufficit analoga, vt toties alibi.

DISPVTATIO QVARTA.

De materia relata ad compoſitum.

Compositvm triplicem ſtatum habet, Fieri, Eſſe, & Corrumpi; ideò triplex hîc quæſtio: Prima, quomodo materia referatur ad compoſitum vt ſic; Secunda, quomodo ſit compoſiti principium, tum in fieri, tum in facto eſſe; Tertia, quomodo dicatur principium mutationis, & corruptionis compoſiti.

Sectio Prima.

An materia primò reſpiciat compoſitum quàm formam.

Ratio *difficultatis eſt*, Quia materia primò concipitur potentia paſſiua, quàm receptiua. & prius potentia receptiua, quàm cauſa, & pars materialis compoſiti; ſed materia vt paſſiua potentia eſt, reſpicit tantùm agens, à quo patitur, vt receptiua tantùm formas & diſpoſitiones eiuſdem; vt cauſa & pars materialis compoſitum; ergo primò, materia reſpicit agens; ſecundò accidentia & diſpoſitiones; tertiò formam; quartò compoſitum. *Status quæſtionis aperitur.*

Secundò, & augetur difficultas; videtur enim nedum ſecundariò, ſed nullo modo materiam reſpicere compoſitum: materia enim vt quid perfectibile eſt, non reſpicit niſi ſuum perfectiuum, perfectiuum autem materiæ eſt tantùm forma.

Tertiò. Illud materia reſpicit ad quod dicit appetitum; quia idem eſt in materia ordo, potentia & appetitus: appetit autem tantùm formam, vt turpe pulchrum, ergo.

Quartò. Materia dicit tantùm relationem ad formam, non ad compoſitum; ergo tantùm illam reſpicit; relatiua enim debent diſtingui realiter; ſed materia & forma diſtinguuntur realiter, non materia & compoſitum; ergo materia & compoſitum non ſunt relatiua.

In contrarium verò eſt: Quia materia id primò reſpicit ad quod primò ordinatur à natura; ſed prius ordinatur ad compoſitum quàm ad formam, ergo. Minor probatur: Materia enim quia appetit compoſitum, appetit formam; & quia appetit formam, appetit diſpoſitiones, & quia diſpoſitiones debent ab aliquo fieri, reſpicit agens; ergo materia primò reſpicit compoſitum, ſecundò formam, tertiò accidentia, quartò agens. *Rationes in oppoſitum afferuntur.*

Secundò, Agens intendit ſibi ſimile, ſimile autem tantùm eſt compoſitum; ergo materia tantùm compoſitum reſpicit; id enim materia appetit, quod agens intendit in illam introducere.

Tertiò; tum forma, tum materia eſt propter

compoſitum, quia partes ſunt propter totum, ergo totum primariò intenditur

Ordo intẽtionis & executionis.

Notandum eſt. Duplicem in rebus inueniri ordinem, Intentionis, & Executionis: Hæ autem res ſic ſe habent, vt quæ ſunt priores ordine intentionis, ſint poſteriores ordine executionis, & econtrà, quæ priora ordine executionis, poſteriora ordine intentionis; ſic medicina ordine executionis eſt prior ſanitate, ordine intentionis prior ſanitas, quàm medicina: Ideò ſit

Vnica concluſio. Materia ordine intentionis primariò reſpicit compoſitum; ſecundariò formam, tertiò diſpoſitiones, quartò agens, ordine verò executionis primò agens, ſecundò accidentia, tertiò formam, quartò compoſitum.

Vtraque pars patet ex rationibus dubitandi vtrinque allatis.

Satisfit rationibus dubitandi.

Ad ſecundum verò argumentum pro prima ratione dubitandi reſpondetur. Perfectiuum materiæ vt quo eſt tantùm forma; compoſitum verò eſt perfectiuum vt quod.

Ad tertium negatur minor. Ad quartum dico. Materia dicit ordinem ad compoſitum tanquam ad ſuum finem primariò intentum; quod licèt non diſtinguatur realiter à materia, non inde fit, vt non dicat relationem ſaltem tranſcendentalem, ad quam non requiritur realis omnino diſtinctio. Reliqua noſtram probant concluſionem.

SECTIO II.

Quomodo materia ſit principium generationis, & fieri compoſiti, & eiuſdem in facto eſſe.

ALITER enim ſe habet materia reſpectu generationis, aliter reſpectu compoſiti. Suarez diſp. 12. ſect. 1. num. 4. ait: Materiam tum reſpectu generationis, tum reſpectu compoſiti naturalis aliquid influere, licèt non eodem modo: In conſtitutionem rei influit intrinſecè exhibendo ſeipſam; in generationem tantùm ſuſtentando, & recipiendo illam. Vt verò intimius hoc ipſum veſtigemus.

In compoſito tria ſpectanda.

Notandum primò. Compoſitum poſſe conſiderari, vt diximus, & in facto eſſe, & in fieri: Item in fieri compoſiti tria nos poſſe concipere generationem videlicet, ſeu fieri formæ: Generationem & fieri compoſiti; & Mutationem materiæ: quæ tria dato quod in re nil differant; formaliter ſaltem non ſunt omnino idem. Generatio enim vt mutatio eſt, primariò connotat tranſitum ſubiecti; ſecundariò formã, vel compoſitum: Generatio verò vt fitio quædam eſt primariò formam vel compoſitum; ſecundariò materiam, eiuſque mutationem. Vt ergo videamus quonam pacto materia ſit principium compoſiti, & generationis eiuſdem, his omnibus modis ſpectanda eſt, & vt refertur ad compoſitum ipſum, & ad eius generationem; vel vt eſt fitio compoſiti, vel vt fitio formæ; vel vt eſt mutatio ſubiecti.

Materia aliter ſe habet reſpectu formarum corruptibilium, ac incorruptibilium.

Notandum ſecundò. Materiam vt refertur ad generationem, ſeu fitionem formarum duplicem habere potentiam; Dicitur reſpectu formarum incorruptibilium habere potentiã tantùm receptiuam, reſpectu verò corruptibilium habere potentiam nedum receptiuam, ſed e- A tiam eductiuam. Ratio eſt, quia formæ ſpirituales & incorruptibiles non fiunt dependenter à materia, ſed tantùm illi vniuntur tanquam proprio ſubiecto: Corruptibiles verò & fiunt dependenter à materia, & ab illa ſuſtentantur, educi enim de potentia materiæ vt dicemus, nil aliud eſt quàm formas fieri dependenter ab illa; ita vt dum fiunt à materia ſuſtententur. Hæ autem potentiæ non differunt inter ſe, niſi ratione; eadem enim materia prout ab ea forma educitur, dicitur habere potentiam eductiuam, vt autem eamdem formam recipit potentiam receptiuam: His adnotatis

Dico primò. Materia prout refertur ad generationem vt tantùm mutatio quædam eſt, di- B citur generationis principium, non quia aliquid influat, ſed quia non poteſt concipi mutatio abſque ſubiecto.

Probatur primò. Ideo priuatio dicitur mutationis principium, quia mutatio nequit concipi ſine termino à quo; non quia aliquid influat; ergo non quia materia eſt mutationis principium, neceſſariò infertur quòd aliquid influat.

Materia puriſſimum ſubiectum nullo modo influens.

Secundò probatur, Quòd neque de facto influat: Materia enim dum mutatur, nullo modo poteſt concipi quod influat, cùm ſit puriſſimum ſubiectum recipiens motum, & merè paſſiuè ſe habeat; ergo materia relata ad generationem vt mutatio formaliter eſt, nil omnino C influit.

Reſpondebis: Ipſum recipere & pati mutationem, eſſe materiam influere; influit enim in ſuo genere.

Contrà: Ergo etiam hoc pacto poſſet dici, quòd influat priuatio, concurrit enim in ſuo genere, id eſt vt terminus à quo; ſed priuatio nullo modo dicitur principium influens, tantùm quia merè negatiuè ſe habet; ergo neque dicetur materiam influere, cùm merè paſſiuè ſe habeat. Confirmatur: Materia enim in mutatione tantùm patitur, ergo nullo modo influit.

Materia nõ niſi æquiuocè influit.

Dices. Materia recipit mutationem, & illam ſuſtentat, eſt enim mutatio accidens quod- D dam ipſam materiam efficiens, ergo dum ſuſtentat, & recipit, aliquid influit.

Reſpondetur id non eſſe influere niſi æquiuoeè, quãdoquidem mutationem recipere non eſt aliquid efficere, ſed aliquid pati. In mutatione enim tantùm agens influit, & eſt vera cauſa illius, non verò materia. Hinc Scalig. ſatis craſsè in ſuis ſubtilitatibus, dum vult materiam agere, formam pati, quia materia dicitur receptiua, forma recepta.

Dices. Subiectum reſpectu albedinis dicitur influere in albedinem, illam conſeruando; quia albedo illi inhæret, ergo etiam materia reſpectu E mutationis dicetur aliquid influere, quia mutatio illi accidit, & ineſt.

Albedo nedum recipitur à ſubiecto, ſed cõſeruatur.

Reſpondetur. Nego paritatem. Subiectum enim reſpectu albedinis dicitur aliquid influere, quia reuera nedum illam recipit, ſed etiam ſuſtentat, & conſeruat: Mutatio verò non conſeruatur à materia, ſed ab agente: Omne enim quod mouetur ab alio mouetur; & ideò reſpectu mutationis materiã dicitur tantùm pati, nullo modo influere.

Materia vt refertur ad generationem.

Dico ſecundò. Materia vt refertur ad generationem, prout generatio fitio quædam eſt formæ corruptibilis, materia eſt principium

eius per intrinſecum influxum. Probatur: Materia enim reſpectu formarum corruptibilium nedum recipiendo coocurrit, ſed etiam ſuſtentando; ergo in illas intrinſecè influit. Confirmatur primò: Educi enim eſt fieri dependenter à materia, ergo dum formæ corruptibiles fiunt, pendent in fieri ab illa, ergo reſpectu illarum aliquid influit, illas videlicet ſuſtentando. Confir. ſecundò, ſi enim formæ corruptibiles nil reciperent à materia, dum fiunt nullo modo dicerentur educi: Ideò enim anima rationalis non dicitur educi, quia dum fit, materia nil in illam influit.

Materia relata ad formam in fieri. *Dico tertiò.* Materia prout refertur ad fitionem formæ incorruptibilis, nullo modo in illam influit, nec extrinſecè, nec intrinſecè: ſed neque ad eius receptionem formaliter ſumptam.

Prima pars probatur: Quia forma incorruptibilis fit independenter ab omni materia, inde enim creari dicitur. Secunda pars probatur: Quia quoad receptionem vt ſic abſtrahendo ab ipſa compoſitione, materia tantùm paſſiuè ſe habet, nec influit illam ſuſtentando: Hinc non rectè Suarez dum ait, materiam intrinſecè influere, quia & formam recipit, & ſuſtentat.

Eadem relata ad compoſitum in facto eſſe. *Dico quartò.* Materia prout refertur ad compoſitum in facto eſſe, ſiue conſtet ex forma corruptibili, ſiue incorruptibili, intrinſecè influit, non quidem per influxum à ſeipſa diſtinctum, ſed per propriam entitatem, ſeipſam exhibendo. Patet ex ipſis terminis.

SECTIO III.

Quomodo materia ſit principium corruptibilitatis.

Aliud corruptio, aliud corruptibilitas. NOTAT hîc Tolet. quæſt. 10. Aliud eſſe loqui de principiis corruptionis; aliud de principiis corruptibilitatis, cur videlicet entia materialia dicantur corruptibilia: Certum eſt enim corruptionis principia eſſe tria, ſicut & generationis, materiam, formam, & priuationem; nequit enim concipi corruptio, niſi concipiamus materiam deperdere formam, acquirere priuationem. Difficultas tantùm eſt de principio corruptibilitatis.

Quidam vt refert Toletus, volunt corruptibilitatis principium, quo videlicet entia dicuntur corruptibilia, eſſe formam.

Probant ex Ariſtotele 1. Phyſ. tex. 68. Formam ſui abſentiâ ait vel præſentiâ facere mutationem.

Auicenna. Auicenna 1. ſuæ Phyſ. cap. 3. vult corruptibilitatis principium eſſe formam accidentalem vt contraria eſt. Probat, quia omne quod corrumpitur à contrario corrumpitur. *Auerroës.* Auerroës de ſubſtantia orbis. Eſſe materiam ſimul & contrarium.

Dico breuiter: Principium corruptibilitatis intrinſecum eſt materia non per ſe, ſed per accidens.

Prima pars probatur. Vbi non eſt ſubiectum, ſed tantùm forma, vt in intelligentiis, nullum ibi principiũ corruptibilitatis, ergo non forma ſed materia eſt corruptibilitatis origo: Antecedens probatur, quia res conſtituta per formam ratione formæ non inclinatur ad aliud eſſe, ergo ratione formæ non poteſt inclinare ad cor-

A ruptionem: Antecedens probatur, Quia forma non eſt receptiua alterius eſſe. Conſeq. probatur, Quia nulla res ordinatur per ſe ad non eſſe, ſed tantùm per accidens, quatenus videlicet inclinat ad aliud eſſe, illi quod habet incompoſſibile; ſed forma non poteſt inclinare ad aliud eſſe, ergo neque ſimpliciter ad non eſſe, & ad corruptionem.

Secundò probatur: Materia ratione formæ fit tantùm capax illius eſſe, quod recipit à forma; ergo nec ratione formæ poteſt habere potentiam ad non eſſe, nec eſſe principium corruptibilitatis.

Secunda pars probatur. Ideo enim materia eſt B principium corruptibilitatis, non quia inclinat ad non eſſe formæ illius, quam habet; ſed quia inſuper appetit formam, quam non habet, & quia non poteſt vtramque retinere, ideò dicitur principium corruptibilitatis formæ recedentis. *Materia quare principium eſt corruptibilitatis.*

Ad rationem pro prima ſententia negatur conſequentia, non enim idem eſt corruptibilitas, & mutatio, vt toties diximus. Ad Auicennam, axioma illud non eſſe vniuerſaliter verum; multa enim ob ſolam ſuſpenſionem concurſus corrumpuntur, vt in aëre & lumine ob ſuſpenſionem concurſus cauſæ efficientis; Sic etiam ad Auerroëm.

C

DISPVTATIO QVINTA.

De materia relata ad ſuas proprietates.

VIDENDVM hîc an materia habeat quantitatem ſibi coæuam & ab ea manantem tanquam propriam paſſionem; an eidem materiæ, vel etiam formæ inhæreat; quomodo mediâ quantitate cæteras formas tum ſubſtantiales, tum accidentales recipiat, ac D de quibuſdam aliis proprietatibus: Ideo ſit

SECTIO PRIMA.

An materia ſit quantitatis cauſa ſufficiens, & dimanet ab ea, ſitque illi coæua.

QVANTITAS alia interminata prout tantùm dicit tres illas dimenſiones longitudinis, latitudinis, & profunditatis; abſtrahens ab omni figura, & termino: alia terminata, quæ præter dimenſiones dicit etiam paruitatem, vel magnitudinem; terminum & figuram. Quæ- E ſtio eſt an quantitas interminata ſit paſſio conſequens materiam, & illi coæua; & ſicut datur materia ex ſe omnino informis, ita etiam detur quantitas abſque termino, extendens materiam, ad hoc vt poſſit formas ſubſtantiales recipere. *Quantitas alia terminata, alia interminata.* *Punctus difficultatis.*

Prima ſententia eſt omnium Thomiſtarum: Durandi in 1. diſt. 8. Capreoli in 2. diſtinct. 13. quæſt. 1. concluſ. 2. Caietani de Ente & Eſſent. cap. 6. quæſt. 16. Soncinatis 8. Metaph. quæſt. 7. & D. Th. 1. Par. quæſt. 76. ar. 6. Negant hi materiam eſſe ſufficientem cauſam quantitatis, eámque reſultare ex materia & coniunctione formæ: negant ergo quantitatem materiæ coæ- *Durandus. Capreolus. Caietanus. Soncinas. D. Thom.*

uam, ponúntqoe illam generabilem, & corruptibilem quemadmodum forma.

Probatur primò: Materia non habet formam ſubſtantialem coæuam, ergo neque accidentalem. Secundò, quantitas ineſt materiæ per formam; quia ſicut forma facit vt materia ſit actu, ita etiam vt ſit ſubiectum. Tertiò, ſubiectum motus debet eſſe ens in actu; ſi quantitas eſſet materia motus augmentationis haberet pro ſubiecto ens in potentia, ergo. Maior patet ex 5. Phyſ. 8. Quartò, Materia non eſt quid, nec quale, nec quantum, at ſi haberet quantitatem coæuam, eſſet quanta, ergo. Denique ex eodem Ariſtotele in prædicamentis: corruptis primis ſubſtantiis omnia corrumpi, & omnia eſſe in primis ſubſtantiis, ergo quantitas nullo modo in materia.

Gregorius. Aureolus. Zabarella. Pererius. Suarez.

Secunda ſententia eſt Gregor. in 2. diſp. 12. quæſt. 2. ar. 1. Aureol. apud Capreol. in 2. diſt. 13. quæſt. 1. Zabarel. lib. 2. de Mater. cap. 8. Perer. lib. 9. cap. 18. Suarez diſp. 14. ſect. 3. num. 10. qui ponunt materiam ante omnem formam eſſe ſufficientem cauſam quantitatis, ac dari in materia quantitatem interminatam & ſibi coæuam.

Probatur primò, ex Ariſtotele 3. Phyſ. tex. 6. vbi ait quantitatem poſſe diuidi in infinitum, ſed hoc non poſſet intelligi de quantitate ſimul cum forma, quia quantitas cum forma non poteſt diuidi in infinitum, cùm forma requirat certam quantitatem, ergo.

Secundò. Omne quod mouetur eſt diuiſibile, nil autem diuiſibile niſi quantum, ſed materia præciſâ formâ eſt ſubiectum tranſmutationis, ergo præciſâ formâ mouetur, ergo præciſâ formâ eſt quanta, Maior patet ex 6. Phyſ. 32.

Tertiò. Materia eſt ordinata à natura vt poſſit recipere actionem agentis, & qualitates quæ diſponunt ad formas ſubſtantiales, ergo neceſſariò debet eſſe quanta, natura enim dat omnia neceſſariò requiſita ad finem conſequendum, ergo & quantitatem, quia ſine quantitate materia non poteſt recipere actionem agentis.

Quartò; quantitas non poteſt oriri à forma neque in ea recipi, ergo tantùm à materia. Antecedens patet in homine, quia anima rationalis eſt inextenſa.

Quintò. Eadem accidentia, quæ erant in genito manent in corrupto, & in cadauere manet eadem numero quantitas, vt ſenſu patet, ergo quantitas non ſequitur formam.

Denique quantitas non eſt paſſio formæ, quia quælibet forma etiam materialis eſt inextenſa ex ſe & indiuiſibilis, & ſolùm ſit quanta ratione materiæ.

Propria ſententia proponitur.

Quantitas tantùm à materia.

SVPPONENDVM *primò*, Tanquam certum quantitatem eſſe paſſionem dimanantem à materia tantùm, nullo modo à forma. Probant euidentiſſimè hoc rationes, quæ afferri ſolent ab auctoribus ſecundæ ſententiæ, præſertim, quia eadem accidentia, quæ erant in genito remanent in corrupto, vt videbimus in libris de gener. tum quia in homine quantitas neque à forma oritur, neque in ea recipitur.

Quantitas non dimanat à materia nuda.

Supponendum ſecundò. Proprietates omnes non dimanare ab eſſentiis, niſi illæ ſint ſimpliciter à parte rei, & proximè exiſtant; omne enim ens debet eſſe priùs in ſe, quàm poſſit cauſare aliud; Cùm igitur materia ante omnem formam nullam habeat exiſtentiam, nec poſitiuè exiſtat; ita etiam præciſâ formâ nullam habet quantitatem: requiritur ergo ad hoc vt quantitas dimanet à materia, vt materia præintelligatur vnita formæ.

Quantitas materiæ coæua.

Supponendum tertiò: Materiam non fuiſſe nudè creatam, vt ex D. Aug. & D. Th. docuimus, ſed ſimul cum forma concreatam, atque in eodem inſtanti in quo producta fuit materia & forma, dimanaſſe à materia quantitatem: His poſitis ſit

Prima concluſio. Materia ante omnem formam ſicut nullam habet exiſtentiam, ſic neque quantitatem terminatam, aut interminatam.

Probatur: Quia nequit aliquid ſubſtare niſi in ſe exiſtat, materia non exiſtit ante omnem formam ſubſtantialem, ergo neque ſubſtat.

Suarez. Obiectio & Dilutio.

Obiicit Suarez numero 13 Materia ex ſe & per ſuam actualem entitatem poteſt eſſe ſubiectum formæ ſubſtantialis, ergo multo magis quantitatis; Conſequentia probatur. Plus enim eſt ſuſtentare formam ſubſtantialem, quàm accidentalem; ergo ſi poteſt ſuſtentare per ſolam entitatem formam ſubſtantialem, poterit etiam quantitatem.

Confirmatur: Materia ante omnem formam ſubſtantialem, & antequam poſitiuè exiſtat poteſt in formam influere; fit enim forma dependenter à materia, ergo ante omnem formam ſubſtantialem poterit etiam eſſe quantitatis ſubiectum, & quantitas ab illa dimanare.

Reſpondetur. Eſſe diſparem rationem; Forma enim ſubſtantialis dum informat, facit ſubſtantialiter exiſtere, quod nequit præſtare forma accidentalis. Ad confirmationem reſpondetor. Materiam influere in formam dum fit exiſtens per exiſteotiam formæ præcedentis; vel per exiſtentiam quam recipit ab eadem forma, quæ educitur vt infrà explicabimus.

Secunda concluſio. Neceſſariò ad formæ præſentiam danda eſt in materia quantitas, & illa interminata.

Prima pars probatur. Quale ſupponit quantum; calefieri enim non poteſt niſi res quanta, ergo vt materia poſſit à primis qualitatibus pati, & ad formam ſubſtantialem diſponi, eámque recipere, neceſſariò debet eſſe quanta. Confirmatur: Accidentia quamplurima, & præſertim quantitas ſequuntur materiam, non formam, qua abeunte remanent, ergo.

Secunda pars probatur. Vt materia poſſit pati & recipere primas qualitates ex ſe non requirit magis hanc figuram, quàm aliam; ſed tantùm ratione formæ aduenientis; quantitas enim in homine ſic figuratur, quia ſic exposcit, non materia ſed forma hominis, ergo materiæ ſufficit tantùm quantitas interminata.

Obiectio affertur & diluitur.

Dices, eadem eſt quantitas interminata, & terminata; ergo ſi quantitas interminata eſt à materia, ergo etiam terminata.

Confir. nequit reperiri quantitas abſque termino, ergo ſi ſemel dimanat à materia quantitas, non dimanat abſque termino.

Reſpondetur, diſtinguo antecedens: Eſt enim verum quoad entitatem, non quoad terminationem, & modum, quem dicit quantitas terminata ſupra quantitatem interminatam.

Ad confirmationem nego conſequentiam, ſi

intelligat ſecundùm terminationem & figuram dimanare à materia quantuatem, coocedo; ſi intelligat quantitatem dimanare à materia ſimul cum figura; quia ſicot non poteſt reperiri materia abſque forma, ita nec quantitas, quæ à forma non determioetur, & figuretur.

Tertia concluſio. Quantitas licèt tantùm ad præſentiam formæ dimanet à materia, eſt tamen illi coæua, omnino ingeoerabilis & iocorruptibilis.

Prima pars probatur. In eodem inſtanti in quo materia producta eſt, fuit ſufficiens cauſa quantitatis; fuit enim non creata, ſed concreta, & formæ vnita, ergo in eodem inſtanti dimanauit à materia quantitas, ergo illi coæua.

Confirmatur. Quantitas requiritur in materia ad hoc vt poſſit recipere formas, at nullum præceſſit inſtans, in quo fuerit materia abſque forma, ergo nullum præceſſit inſtans in quo fuerit materia abſque quantitate.

Secunda pars probatur. Non debet poni in rebus motatio niſi cogamur vel ſenſu, vel ratione illam affirmare, ſed corruptâ formâ ſubſtantiali, nec ratione, nec ſenſu cogimor ad aſſerendam nouam quantitatem, ergo præcedens non corrumpitur.

Secundò. Eadem quantitas poteſt à ſibi inuicem ſuccedentibus formis conſeruari, ergo non neceſſariò debet induci noua; Antecedens probatur: Eadem materia cooſeruatur & exiſtit per ſibi inuicem ſuccedentes formas, ergo etiam quantitas: Conſequentia probatur. Magis enim pendet entitas materiæ à forma ſubſtantiali, quàm quantitas & reliqua accidentia; ſed ad corruptionem formæ non corrumpitur entitas materiæ, & à ſuccedentibus formis conſeruatur, ergo neque deſtruetur quantitas.

Obiectio 1. *Dices primò.* Materia toties mutat exiſtentiam, quoties corrumpitur forma, ergo toties etiam deſtruetur quantitas.

Reſpondetur negando conſequentiam: Ratio eſt, quia exiſteotia qua exiſtit materia non diſtinguitur à forma, ſed eſt ipſamet forma, per quam materia exiſtit; ideò corruptâ formâ corrumpitur exiſtentia: quantitas verò eſt accidens à forma omnino diſtinctum, à materia dimanans ad formæ præſentiam: cùm autem nullum detur inſtans in quo ſit materia abſque forma, ideò nullum in quo ſit abſque quantitate.

Obiectio 2. *Dices.* Deficiente cauſa conſeruante deficit ſtatim effectus, ergo ſi ad formæ præſentiam dimanat quantitas à materia, deficiente formâ deficiet quantitas.

Reſpondetur, nego antecedens: Si ſubſequatur alia cauſa conſeruans æqualis virtutis vt in caſu noſtro. Vnde ſic

Tertiò argumentor. Poteſt ſubſequens forma generare aliam quantitatem omnino ſimilem & æquè perfectam, ergo multo magis poterit eamdem conſeruare. Patet in lumine quod productum in aëre ab hac lucerna, ſi eadem extinguatur & alia immediatè ſuccedat, idem lumen productum à priori lucerna, à ſubſequenti cooſeruabitur.

Obiectio 3. *Dices.* Idem oumero effectus formalis non poteſt dependere niſi ab eadem cauſa formali; ſed quantitas in materia eſt effectus formalis formæ, ſeu ſaltem dependet in genere cauſæ formalis, ergo non niſi ab eadem numero forma, ergo nouis ſuccedentibus formis noua ſuccedet quantitas: Antecedens patet; Quia idem numero album non niſi ab eadem numero albedine, & quot ſuccedunt albedines, tot alba corrumpuntur & fiunt.

Idem effectus ab eadem cauſa quomodo verum.

Reſpondetur. An quantitas dependeat à forma in genere cauſæ conſeruantis efficientis, an in genere cauſæ conſeruantis formalis, vtrumque admittimus. Diſtinguo tamen maiorem, idem numero effectus immediatus & vniuocus non poteſt dependere niſi ab eadem cauſa formali, concedo; Æquiuocus & mediatus, nego: Quantitas eſt effectus mediatus reſpectu formæ: Ideò enim quantitas dependet à forma, quia ab ipſa dependet materia; ideò nil mirum ſi corruptis formis, dum non corrumpitur materia eadem numero perſeueret quantitas.

Reſoluitur præcipua difficultas, & ſatisfit argumentis in oppoſitum.

Quantitas quomodo diſpoſitio ad formam, nec dimanet niſi ad præſentiam formæ.

PRÆCIPVA *difficultas* in noſtra hac ſententia eſt, Quonam pacto quantitas reſultet, & dimanet à materia ad præſentiam formæ, & ſit diſpoſitio ad illam: ſi enim quantitas eſt diſpoſitio neceſſariò prærequiſita ad hoc vt materia poſſit recipere formam, ſaltem prior natura debet eſſe quantitas in materia, quàm ſit forma: & econtrà ſi quantitas non dimanat niſi à materia exiſtente, cùm materia non exiſtat niſi per formam, neceſſariò debet concipi priùs forma in materia, quàm dimanaſſe quantitatem.

Thomiſtarum reſpõſio.

Difficultatem hanc nedum nos, ſed etiam auctores cuiuſcunque ſententiæ tenentur ſoluere: Ideò Thomiſtæ qui reſolutionem ponunt vſque ad materiam primam; docent, diſpoſitiones quaſlibet, quas forma prærequirit in materia introduci in materiam iam informatam forma ſubſtantiali; imò conſequi ex forma ipſa per naturalem dimanationem, vt refert Suarez diſp. 14. ſect. 3. num. 17. Aiúntque formam & vltimam diſpoſitionem, eſſe ſibi inuicem cauſas in diuerſo tamen genere; & calorem vt octo eſſe cauſam formæ ignis in genere diſpoſitionis & cauſæ materialis, formam verò ignis eſſe cauſam caloris vt octo, prout eſt principium actiuum caloris illius; neque eſſe abſurdum, ignem calorem præcedere, & calorem ignem.

Impugnatur à Suarez hæc doctrina ibid. recipitur poſtea num. 40. docétque quantitatem pendere à forma in genere cauſæ formalis, formam à quantitate in genere cauſæ materialis; nec implicat idem eſſe prius & poſterius in diuerſo genere, cùm vt ipſe ait, & nos alibi contra eum obiecimus, omnis dependentia aliquam inuoluit prioritatem naturæ.

Res eadem prior tempore & duratione, & poſterior natura.

Reſpondetur ergo, cum iiſdem DD. Abſurdum non eſſe quantitatem eſſe diſpoſitionem ad formam, & dependere à forma; eamdémque rem eſſe diuerſis reſpectibus priorem, & poſteriorem: ſic materia dicitur cauſa formæ, & forma cauſa materiæ: Imò addit Suarez non implicare eamdem rem eſſe priorem tempore & duratione, & poſteriorem natura: ſic materia ligni vt dependet à forma quoad exiſtentiam, eſt formâ poſterior, licèt tot ſæculis eamdem formam præceſſerit: & idem lumen quod fuerat productum ab vno luminoſo, ſi deinde

ab alio conſeruetur, idem lumen erit prius tempore, & poſterius tempore corpore eodem luminoſo à quo conſeruatur. Idipſum dicendum eſt de quantitate, quæ poſterior eſt formâ dum ad eius præſentiam producitur & conſeruatur; prior prout materiam diſponit.

Obiectio & Diluuio.

Dices: Diſpoſitio vt diſpoſitio eſt præparans & adaptans neceſſariò debet formam præcedere ad quam diſponit, ergo ſi quantitas eſt diſpoſitio, debet formam præcedere, nec ad eius præſentiam dimanare à materia.

Reſpondetur primò retorquendo argumentum ſic: Subiectum debet præcedere formam, & tamen ſubiectum poteſt cauſari à forma, & de facto ab illâ dependet, & eſt illa poſterior, ergo multo minùs debet ita præcedere diſpoſitio, vt nullo modo ſit poſterior: poteſt enim ſubiectum eſſe poſterius, ergo & diſpoſitio. Secundò: Quantitas debet formam præcedere vt diſpoſitio eſt, ſubſequi vt effectus, hæc autem non implicant, vt diximus.

Satisfit rationibus in contrarium initio poſitis.

Ad rationes in contrarium & ad primum primæ ſententiæ, nego conſequentiam ex dictis. Ad ſecundum; concedo totum: diximus enim quantitatem non dimanare niſi à materia exiſtente. Ad tertium eodem modo. Ad quartum. Ibi tantùm Ariſtotelem innuere materiam ſecundùm eſſentiam non eſſe quantitatem. Ad quintum. Omnia eſſe in primis ſubſtantiis vel ratione partis, vel ratione totius; quantitas eſt in compoſito ratione partis, nempe materiæ. Corruptis verò primis ſubſtantiis, ideò dicunſur omnia corrumpi, quia ſi non eſſet compoſitum, neque eſſent partes, cùm partes ſint propter totum.

Obiectio 1.

Obicies primò. Si forma poſſet eſſe cauſa ſuæ diſpoſitionis, vt diximus, idem efficeret ſeipſum; hoc implicat, ergo. Sequela probatur: Quia ſi forma ignis v. g. poſſet efficere calorem quo mediante ipſa introducitur, illa cauſaret principium actionis ad ſeipſam, ergo ſeipſam efficeret. Confirmatur. Principium actiuum nequit recipere ſuum eſſe ab effectu ſequenti, quem producit; ſed diſpoſitio eſt effectus, ergo. Maior probatur: Cauſa enim habet ſuum eſſe antequam effectus intelligatur habere ſuum eſſe, ergo & independens ab effectu, & effectus non influit in ſuum agens.

Reſpondetur. De hac re fuſiùs loquemur in 2. Phyſ. vbi examinabimus axioma illud: cauſæ ſunt adinuicem cauſæ: Nunc verò reſpondetur: Argumentum ſi aliquid probat, verum eſſe de cauſa formali & diſpoſitionibus in genere cauſæ efficientis, non de iis quæ præparant, & diſponunt materiam in genere cauſæ materialis, qualis eſt quantitas.

Obiect. 2.

Obicies ſecundò. Si daretur quantitas coæua materiæ, forma ſubſtantialis vniretur materiæ per accidens, id eſt ratione quantitatis.

Reſpondetur: Tunc formæ ſubſtantiales vnirentur per accidens, cùm ita conciperentur vniri materiæ, vt priùs conciperentur vnitæ quantitati; & ratione quantitatis materiæ: Vniuntur ergo formæ ſubſtantiales materiæ per quantitatem, non tanquam per medium, ſed tanquam per diſpoſitionem; vniuntur tamen materiæ immediate, ideò reſultat vnum per ſe.

Obiiciunt tertio Conimb. 1. de Gener cap. 4. Maior eſt vnio formæ & materiæ, quàm materiæ & quantitatis; ſed ſi quantitas eſſet ingenerabilis & incorruptibilis, eſſet maior vnio quantitatis cum materia, quia eſſent inſeparabiles, ergo

Reſpondetur, diſtinguo maiorem: Maior eſt vnio formæ & materiæ ſimpliciter & concedo, quia ſimpliciter conſtituunt vnum per ſe: Vnio verò materiæ, & quantitatis eſt maior ſecundùm quid, id eſt ſecundùm inſeparabilitatem.

Obiiciunt quartò. Forma materialis in hoc differt à ſpirituali, quia illa eſt extenſa & corporea, hæc minimè, ergo forma materialis eſt quanta, ergo non rectè tota quantitas tribuitur materiæ.

Reſpondetur. Nullas formas neque materiales, neque ſpirituales ex ſe eſſe quantas; differunt tamen quia ſpiritualis non poteſt extendi ad extenſionem quantitatis cùm neceſſariò ſit tota in toto; corporea maximè.

Obicies quintò. Quantitas conſequitur compoſitum, ergo non materiam, quia ſi dimanaret tantùm à materia, materia eſſet actiua; dimanatio enim eſt aliqua efficientia.

Reſpondetur nego antecedens: Sicut enim qualitates conſequuntur formam, & ab ea dimanant, ſic quantitas conſequitur materiam. Ad probationem: Dimanationem non eſſe efficientiam in rigore, ſed tantùm quandam reſultantiam, quæ non repugnat potentiæ paſſiuæ: ſicut enim quælibet res habet propriam eſſentiam, ſiue completam, ſiue incompletam; ſic aliquas debet habere proprietates, quæ alteri non conueniant, vt rectè docuit D. Th. de anima quæſt. 12. ad 7. & ex eo Suarez num. 57.

Conſtat ergo. Materiam non niſi ad formæ præſentiam eſſe ſufficientem cauſam quantitatis; in quo differt noſtra ſententia à ſententia Zabarel Gregor. Peter & Suarez. Rurſus quantitatem eſſe materiæ coæuam, ingenerabilem, & incorruptibilem contra Capreol. Durand. Caiet. & ferè omnes Thomiſtas, vtrumque autem iuxta D. Thom. doctrinam vt rectè notat Areſ. 1. de Gener. diſp. quæſt. 11. ſect. 2. Aſtudil. 1. de Gener. quæſt. 2. Suarez. num. 60. Neque enim aliud docuit D. Th. præſertim 1. Par. quæſt. 76. ar. 6. Sed tantùm quantitatem non eſſe in materia niſi ad formæ præſentiam, & formam eſſe priorem naturâ, quàm quantitas, non tamen quantitatem non eſſe coæuam.

D. Thomæ doctrina defenditur.

Areſius. Aſtudillus.

Sectio II.

An materia ſolùm ſit quantitatis ſubiectum; an etiam forma.

Status controuerſiæ.

QVÆSTIO non eſt de ſubiecto denominationis; certum eſt enim eſſe totum compoſitum, ſed tantùm de ſubiecto inhæſionis: an videlicet dum quantitas à materia dimanat ad præſentiam formæ, afficiat ſimul formam, & materiam; an materiam tantùm: Loquimur enim de compoſito ex materia & forma corporea, non ſpirituali; quia tunc certum eſt quantitatem dimanare vt diximus à ſola materia, & ſolam materiam afficere non animam.

D. Thom. Capreolus. Caietanus.

Prima ſententia eſt D. Th. 1. Par. quæſt. 77. ar. 6. Capreol. in 2. diſt. 13. quæſt. 1. concluſ. 2. Caiet. de Ente, & Eſſent cap. 7. quæſt. 16. & Thomiſt. ferè omnium qui volunt quantitatem & cætera accidentia inhærere toti com-

poſiti ; formæ videlicet , & materiæ.

Probatur primò. Materia eſt pura potentia, ita vt neque ex ſe exiſtat, ergo nequit eſſe quantitatis ſubiectum.

Secundò. Non ſolùm materia, ſed etiam forma eſt extenſa & quanta , ergo etiam forma eſt quantitatis ſubiectum ; Antecedens patet, quia in hoc differt forma materialis à ſpirituali. Conſequentia probatur: Quia formalis effectus non poteſt participari niſi à ſubiecto in quo eſt ipſa forma.

Tertiò ex Ariſt. 1. de Generat. 23. Vbi ait in generatione nullum ſenſibile remanere , ſed ſi quantitas eſſet in materia, noo neceſſariò corrumperetur , ergo.

Suarez. Conimb. Toletus. Fonſeca. Pererius.

Secunda ſententia eſt Suarez diſp. 14. ſect. 3. Conimb. 1. de Gener. quæſt. 4. cap. 4. Tolet. 2. de Gener. Fonſec. 8. Metaph. cap. 1. ſect. 4. quæſt. 1. Peter. lib. 5. cap. 17. Docent hi ſubiectum quantitatis & omnium accidentium eſſe ſolam materiam primam.

Probat primò Suarez : Si quantitas eſt vnita formæ & materiæ, vel eſt vnita vnicâ, vel duplici vnione; non vnicâ , quia non poſſet ſeparari ab vna parte niſi ſeparaetur ab alia, at poteſt ſeparari à forma abſque qood ſeparetur à materia, ergo non eſt vnica vnio. Sed neque eſt duplex , quia quanotas eſt entitas indiuiſibilis in ratione formæ , licèt diuiſibilis in ratione partium , ergo etiam vnio vt ſit modus proportionatus rei, cuius eſt modus , debet eſſe indiuiſibilis.

Secundò , Priùs naturâ quantitas eſt in materia , eſt enim diſpoſitio , ergo non erit deinde in forma. Tertiò , Corrupto ſubiecto corrumpitur accidens, at corrupto compoſito non corrumpitur quantitas , ergo compoſitum non eſt ſubiectum. Quartò : Vnica forma vnicom promit effectum formalem, quantitas eſt vnica forma , ergo vnus eius effectus & in materia non in forma. Quintò probat Recentior quidam : Illud eſt ſubiectum accidentium, quod debet diſponi per accidentia, ſed materia eſt quæ diſponitur , ergo. Maior probatur : Accidentia enim non diſponont niſi exhibendo ſuam entitatem , quod fieri non poteſt niſi inhæreant : Minor probatur : Quia id diſponitur , quod tranſmutatur, tranſmutatur materia, ergo. Sextò, Nullum accidens corrumpit ſubiectum in quo eſt , quia corrumperet ſemetipſom ; ergo non eſt ſubiectom accidentium , ergo neque quantitatis.

Areſius.

Tertia ſententia eſt noſtri Areſij 1. de Gener. diſp. 2. quæſt. 24. ſect. 3. & quorumdam ex noſtris qui duplex conſtituunt ſubiectum : Aliud quod dicitur inhæſionis ſimul & ſuſtentationis, cuiuſmodi eſt materia reſpectu formarum materialium , quæ nedum in illa recipiuntur, ſed etiam ſuſtentantur, & conſeruantur. Aliud tantùm inhæſionis , ſeu quod idem eſt , receptionis : tale eſt materia reſpectu animæ rationalis. Docent ergo materiam reſpectu quantitatis eſſe ſubiectum inhæſioois ſimul & ſuſtentationis; Formam verò eſſe ſubiectum tantùm inhæſionis, ſeu receptionis.

Probatur primò : Formam eſſe ſubiectum quantitatis ſic. Forma eſt ſubiectum aliorum accidentium, ergo etiam quantitatis : Antecedens probatur : Ex communi philoſopborum conſenſu; Idem eſt principium & ſubiectum; ſed forma eſt principium plurium accidentiom, & paſſionum , ergo etiam ſubiectum. Maior probatur: Ideò non eſſet ſubiectum paſſionum, quia illi repugnat ſubiici ; at non repugnat , anima enim & intelligentiæ proprias paſſiones ſpirituales in ſe recipiunt. Rurſus forma accidentalis poteſt eſſe ſubiectum alterius accidentis, ſic habitus recipiuntur in potentiis ; ergo multò magis forma ſubſtantialis poterit accidentia recipere. Conſequentia prima probatur : Accidentia omnia aut ſaltem primæ qualitates ſunt in ſubiecto media quantitate , ſed primæ qualitates ſunt in forma tanquam io ſubiecto , dum à forma dimanant , vt diximus ; ergo etiam quantitas. Maiorem docent Theologi in Euchariſtiæ ſacramento , conſeqnentia eſt euidens.

Secundò probatur ; Forma non eſt in quaotitate , ergo quantitas in forma. Antecedens probatur : Quia ſi forma eſſet in quantitate , ſubſtantia eſſet in accidenti , & accidens eſſet ſubiectum ſubſtantiæ, quod eſt omnino falſum. Confir. primò : Quia ſi forma eſſet in quantitate tanquam in ſubiecto , deberet illi tribuere ſuum effectum formalem: quod eſt falſum, non enim poteſt dici quantitas eſt viuens , eſt ſenſibilis : Neque quantitas dicit potentiam & habitudinem ad formam ſubſtantialem, cùm forma ſubſtantialis non ſit perfectiua quantitatis , ſed materiæ. Confirmatur ſecundò : Quia ſi forma reciperetur in quantitate , & poſtea in materia , efficeret vnum per accidens : Hæc noſter Areſius non minus verè quàm ſubtiliter. Sed

Reſponderi poſſet ex Suarez num. 47. Formam non eſſe in quantitate , ſed neque quantitatem in forma; ſed formam & quantitatem diſparatè ſe habere.

Inſtat Areſ. quantitas eſt diſpoſitio ad formam , ergo aliqua intercedit vnio. Item : Forma dicitur extenſa , dicitur quanta , ergo quantitas & forma non ſunt diſparata ; alioquin vnum non poſſet de alio prædicari ; Ideò enim candor in lacte non dicitur dulcis, quia licèt in eodem ſubiecto, ſunt tamen diſparata.

Reſpondet Suarez , ſufficere ſi adſit vnio inter materiam quam diſponit , & formam ; nec vnio aliqua requiritur inter formam & quantitatem ad hoc vt forma dicatur quanta, quia forma non dicitur quanta per ſe , ſed per accidens ratione materiæ, cui forma vnitur.

D. Th. ſententia exponitur & probatur.

DVo nobis cum D. Th. probanda ſunt : primum, quantitatem non ineſſe materiæ tantùm , ſed etiam formæ : ſecundum, formam nedum eſſe ſubiectum receptionis , ſed etiam ſuſtentationis.

Quanti cõſideratio triplex.

Notandum primò. Aliquid poteſt concipi quantum tripliciter , vel quia recipitur in quantitate, vel qoia recipit quantitatem , vel quia recipitur in re extenſa per quantitatem. Quantum primo & ſecundo modo dicitur quantum immediatè & per ſe: Tertio modo dicitur quantum per accidens , ſeu ratiooe alterios in quo reperitur : Primo & ſecundo modo quantitas & res qoanta ſe habent vt poreotia & actus : Tertio modo diſparatæ ſunt.

Pũctus difficultatis.

Notandum ſecundò. Certum eſt formam non poſſe dici quantam , quia recipitur in quantitate,

Areſius. tate. Cùm vt rectè notat Areſius, ſubſtantia non poſſit aduenire accidenti. Difficultas igitur tantùm eſt. An forma dicatur quanta, quia quantitas informat formam, vt vult D. Th. *D. Thom.* Vel quia forma adueniat materiæ quantæ & extenſæ, & tantùm per accidens dicatur quanta, vt contendit Suarez. *Suarez.*

Prima concluſio. Forma non dicitur quanta per accidens, quia videlicet vniatur materiæ quantæ.

Probatur: Si forma eſſet tantùm quanta per accidens, quia videlicet eſſet vnita materiæ quantæ, forma conciperetur aduenire quantitati, at hoc eſt falſum, ergo. Sequela probatur: Eatenus enim forma dicitur quanta, quatenus concipitur aduenire materiæ quantæ per aduerſarios; ergo quia concipitur aduenire quantitati. Minor principalis probatur. Forma, ſeu lignum eſt quantum; eſt prædicatio directa, ergo prædicatum aduenit ſubiecto, ergo forma ſubſtantialis non dicitur quanta, quia forma adueniat quantitati, ſed quia quantitas aduenit formæ.

Confirmatur: Si forma ſubſtantialis diceretur quanta, quia eſt vnita materiæ quantæ: Ità dicerentur, albedo eſt quanta, ſicut dicitur forma ligni eſt quanta; at hoc eſt falſum; altera enim prædicatio eſt directa, altera indirecta, vt patet.

Dices. Prædicatur quantitas de forma, non quia quantitas ſit in forma, aut forma in quantitate per ſe, aut per accidens; ſed quia forma coextenditur in materia ad coextenſionem quantitatis.

Contrà. Omnis prædicatio aliquam neceſſariò inuoluit connexionem, vt in Logicis diximus, ergo ſi nulla vnio eſſet inter quantitatem, & formam nec per ſe, nec per accidens, forma nullo modo poſſet dici quanta. Item nec eſſet maior ratio, cur eſſet prædicatio directa, vel indirecta; ideò enim candor non prædicatur de dulcedine in lacte, quia licèt ſint in eodem ſubiecto, non eſt aliqua connexio ad inuicem.

Secunda concluſio. Forma eſt quantitatis ſubiectum nedum inhæſionis, ſed etiam ſuſtentationis.

Probatur, Ideò forma non eſſet ſubiectum ſuſtentationis, quia illâ corruptâ neceſſariò corrumperetur accidens; ſed hoc non ſequitur, ergo. Maior eſt aduerſariorum. Minor probatur: Effectus dependens à duabus cauſis partialiter, & quælibet illarum poteſt totum effectum producere, ſi altera corrumpatur non neceſſariò corrumpitur effectus; ſed poterit ab ea quæ remanet conſeruari, vt de duobus luminoſis diximus, ergo idipſum affirmandum de duabus cauſis materialibus.

Secundò, Ideò materia non forma dicitur ſubiectum ſuſtentationis reſpectu quantitatis, quia corruptâ formâ remanet quantitas in materia; Colligitur hæc propoſitio ex eodem Areſio, & inſuper probatur: Subiectũ enim ſuſtentationis non eſt tantùm illud à quo educitur forma; accidentia enim in Euchariſtiæ Sacramento, vt idem fatetur diſp. 3. quæſt. 28. ſect. 4. in reſp. ad 4. ſuſtentantur à quantitate, & tamen ab illa non educuntur. Ruſus, ſi deſtrueretur materia, accidentia quæ remanerent in forma à forma ſuſtentarentur; ergo ad hoc vt aliquid

Subiectum ſuſtentationis vnde forma educitur.

A dicatur ſubiectum ſuſtentationis reſpectu alicuius formæ, non eſt neceſſe vt forma illa ab illo educatur.

Neque ſubiectum ſuſtentationis eſt illud à quo forma dimanat; formæ enim accidentales non dimanant à quantitate, & quantitas in Euchariſtia eſt ſubiectum ſuſtentationis illorum, aliter non eadem accidentia remanerent in genito, quæ erant in corrupto.

Nec ſubiectum ſuſtentationis tantùm eſt illud, quo corrupto, corrumpitur forma: materia enim eſt ſubiectum ſuſtentationis reſpectu quantitatis, & eâ corruptâ non corrumpitur quantitas, vt mox demonſtrauimus, ergo iuxta eius principia, ideo materia B eſt ſubiectum ſuſtentationis reſpectu quantitatis, non forma ſolùm, quia corruptâ formâ remanet quantitas in materia. Modò ſic: Si deſtruatur materia remanet quantitas in forma, ergo etiam forma eſt ſuſtentationis ſubiectum. Antecedens probatur: Si deſtruatur materia, vt ipſe ait ſect. 1. non eſt credibile formam illam omni accidente carituram; tum ſic. Remanent accidentia in forma, ergo etiam quantitas. Conſequentia probatur: Nullum accidens poteſt eſſe in forma abſque quantitate, vt idem fatetur, ſect. 3. ergo ſi remanent accidentia, remanet etiam quantitas.

Confirmatur: Si deſtruatur materia, forma C ſubſtantialis reſpectu quantitatis & accidentium eſt ſubiectum ſuſtentationis, ergo etiam ad præſentiam materiæ. Antecedens eſt eiuſdem Areſij ſection. 4. Conſequentia probatur: Cùm corruptâ materiâ forma remanet cum accidentibus & quantitate, tunc inquiro: Vel aduenit aliquid de nouo inter formam ſubſtantialem & accidentia, vel nihil: Non aliquid, quia corruptâ in Euchariſtia materiâ, non fit noua vnio, neque aliquid de nouo concipitur aduenire inter quantitatem & accidentia, ergo neque in caſu noſtro. Modò ſic: Deſtructâ materiâ nihil de nouo adueniret, nec nouus aliquis modus reſultaret inter for- D mam ſubſtantialem, & quantitatem; ergo ſi deſtructâ materiâ reſpectu quantitatis, forma eſt ſubiectum ſuſtentationis, ergo etiam ad præſentiam materiæ erit ſubiectum ſuſtentationis.

Confirmatur ſecundò: Forma ſubſtantialis eſt ſubiectum ſufficiens formarum accidentalium, vt fusè probat idem Areſ. ergo neceſſariò poterit illas ſuſtentare, alioquin non eſſet ſubiectum ſufficiens.

Dices. Implicat eumdem effectum pendere à pluribus cauſis totalibus, ergo implicat quantitatem ſuſtentari à forma & à materia.

E Reſpondetur: Eumdem effectum poſſe pendere à pluribus cauſis totalibus in eodem genere, ſi cauſæ totales conſtituant vnum per ſe, implicat forſan cùm conſtituunt vnum per accidens. Ratio eſt, quia tunc ſe habent per modum plurium; materia verò & forma dum conſtituunt vnum per ſe, ſe habent per modum vnius. Vel meliùs: Formam & materiam non eſſe cauſas totales, ſed ſufficientes: nec implicat, vt etiam aduertit Areſius, dari ſubiectum ſufficiens, quod non ſit totale. Si enim duo ignes applicentur materiæ bene diſpoſitæ, quilibet eſſet agens ſufficiens ad illam com-

burendam, noo totale ſed partiale.

Petes. Si quantitas à materia tantùm ſuſtentatur, quomodo etiam à forma?

Reſpondetur, Quia quantitas non dimanat à materia, niſi ad præſentiam formæ, & forma & materia ſunt perfectè vnum, ideò nequit quantitas dimanans à materia afficere materiam niſi etiam afficiat formam, oeque ſuſtentari niſi ab vtraque. Atque hinc colligo nec poſſe intelligi, Materiam eſſe perfectè vnum cum forma, & quamlibet partem tenuiſſimam formæ penetrare materiam, & tamen quantitatem quæ eſt accidens phyſicum materiale extenſum ſuſteotari à materia & non à forma.

Dices. Inhærere ſeu recipi, abſtrahit à ſuſtentari, animà enim recipitur, noo ſuſtentatur; ergo non neceſſariò ſequitur quantitas recipitur io forma, ergo à forma ſuſtentatur. B

Sustentari & recipi in rebus ſubſiſtentibus non eſt idē.

Reſpondetur. Recipi abſtrahit à ſuſtentari in rebus ſubſiſtentibus, at quæ nullo modo ſuſtentantur, vt anima; non tamen in iis quæ à materia ſuſteotantur: Ratio eſt, quia ſicut nequit fieri vt quantitas inhæreat in materia & noo inhæreat in forma, quia intimè vniuntur; ita eâdem ratione fieri nequit, vt quantitas ſuſtentetur à materia per ſuam entitatem, & non ſuſtentetur à forma ratione eiuſdem intimæ vnionis.

Dices. Quantitas ideò non ſuſteotatur à forma, ſed tantum recipitur, quia dum ſuſtentatur à materia, non indiget vt ſuſtentetur à forma. C

Contrà: Primæ qoalitates, quæ à forma dimanant duplex habēt ſubiectum ſuſtentationis, formam & materiam; ergo non repugnat quantitatem ſuſtentari tom à materia, tum à forma. Deinde nos non intendimus probare quantitatem debere ſuſtentari à forma ob ſui indigentiam, ſed ob ſummam vnitatem quæ inter materiam & formam reperitur, cùm enim ſiot voum per ſe, nequit quantitas ſuſtentari à materia quin ſuſtentetur à forma: ſicut licèt calor & lumen in ſole diſtinguantur, nequit tamen quis affici lumioe, quin etiam afficiatur calore ob identitatem. Hinc D

Probatur primò cooclusio. Ita forma communicat propria accidentia materiæ, ſicut materia propria accidentia formæ, ſed accidentia formæ nedum recipiuotur, ſed etiam ſuſtentantur à materia, ergo accidentia materiæ nedum recipiuntur, ſed etiam ſuſtentantur à forma. Maior eſt eiuſdem Areſij, & etiam minor, quia primæ qualitates quæ à forma dimanant etiam corrupta forma remanent in materia.

Deniqoe. Sic argumentor ad hominem: Quia accidentia ſubiectantur in forma media quantitate valet iſta conſequentia per Areſium forma eſt ſubiectum plorium accidentium, ergo etiam quantitatis. Modò ſic: Forma non ſuſtentat accideotia, niſi media quantitate per eumdem, ergo ſi ſuſteotat accidentia ſuſtentat quantitatem. E

Reſpondet. Ideò non dicitur forma ſuſtentare quantitatem, quia quantitas non dimanat à forma.

Contrà. Primæ qualitates non dimanant à materia, & tamen in materia ſoſtentantur, ergo licèt quantitas dimanet à materia, cùm intimè ſit formæ vnita non repugoat illi ſuſtentari à forma.

A *Maneat ergo* quantitatem ſubiectari, tum in materia, tum in forma, eiúſque totale ſubiectum eſſe compoſitum, ſubiectum inquam nedum inhæſionis, ſed etiam ſuſtentationis.

Compoſitū totale ſubiectū quantitatis.

Satisfit rationibus in contrarium.

A*D primum reſpondet* Areſ. Quantitatem vniri materiæ & formæ duplici vnione ſicut punctus per Suarez vnitur duplici vnioni duabus partibus lineæ, licèt ipſe ſit indiuiſibilis.

Rectiùs forſitan: Vnitūr vnica voione, quia vnitur materiæ & formæ prout ſunt voum ens per ſe.

Dices. Duæ res ſuot, quæ vniuntur, ergo duplex vnio.

Confir. Albedo & dulcedo vniuotur quaotitati per duplicem vniooem, ergo etiam forma & materia.

Item: ſi eſſet vnica vnio quantitatis ad formam & materiam, quoties corrumperetur forma corrumperetur vnio.

Reſpondetur, nego conſequentiam. Vniuotur enim quantitati materia & forma pet modum vnius.

Ad primam confirmatiooem. Albedinem & dulcedinem voiri quidem duplici vnione quantitati, quia vniuntur per modum plurium.

Ad ſecundam cùm corrumpitur forma, non corrumpi vnionem totaliter, ſed diminui, non quidem entitatiuè, ſed terminatioè cùm noua producitur forma, quodammodo aogetur.

Ad ſecundum reſponder Areſius & rectè. Formam ſubſtantialem ita voiri materiæ, vt faciat cum ipſa vnum per ſe: ideò conſequenter communicant ſibi accidentia, dummodo ex parte alterios non adſit repugnaoria, & ſic optimè poteſt intelligi quomodo quantitas præexiſtens io materia extendatur ad formam de nouo productam.

Ad tertium: corrupro compoſitò non corrumpitor quantitas, quia quælibet illarum eſt ſufficiens ſubiectum adæquatè poteos ſuſtentare qoantitatem: ſicut duo corpora luminoſa poſſunt conſeruare idem lumen, ſi alterum eorum corrumpatur.

Ad quartum: Qoantitatem producere effectum cumdem formalem numero, tum in forma, tum in materia, neque hoc implicare, quia intimè vnitæ.

Ad quintum reſpondetur primò: Quantitatem afficere formam ob ſummam vnitatem, quæ eſt inter formam & materiam. Secundò: Etiam formam diſponi per quantitatem ad ſuſtentanda accidentia, quæ ab ipſa dimanant; quandoquidem priùs qualitates nedum io materia, ſed etiam in forma ſuſtentantur, & ſubiectantur, vt fusè Areſius noſter.

Ad ſextum. Id eſſe per accidens, quia videlicet pugnat cum contrario.

Dices ex eodem Areſio: Accidens non poteſt tranſmigrare de ſubiecto in ſubiectum, ergo non poteſt ſuſtentari à forma, quia qoot formæ generantur & corrumpuntur, tot mutantur ſubiecta.

Reſp. ex eodem: Hoc non eſſe tranſmigrare de ſubiecto in ſubiectum, ſed ſubſtantiam mutari ſub accidentibus: ſicut vbi dicitur immobilis, licèt circumfuſus aër continuò mutetur.

Docet enim Ariſtoteles 1. de gener. eadem accidentia manere in genito & in corrupto, non ergo repugnat variari ſubiectum dummodo non migret accidens.

Sectio III.

Quomodo materia mediâ quantitate formas recipiat, tum ſubſtantiales, tum accidentales.

Dico *primò*. Materia recipit formas ſubſtantiales per quantitatem non tanquam medio ſubiecto, cui priùs inhæreant, ſed tanquam media diſpoſitione.

Probatur primò: Nequit ſubſtantia aduenire accidenti, ergo nequit forma ſubſtantialis aduenire quantitati tanquam ſubiectu.

Secundò, Vt aliquid adueniat alicui tanquam ſubiecto, debet eſſe illi proportionatum & inſtitutum ad illud perficiendũ: Forma ſubſtantialis non eſt inſtituta ad perficiendam quantitatem, ſed materiam, neque eſt quãtitati proportionata, cùm forma ſit ſubſtantia, quantitas accidens.

Tertiò: quantitas aduenit formæ vt diximus ſect. præced. ergo oon forma quantitati.

Dico ſecundò. Materia recipit formas accidentales media quantitate tanquam medio ſubiecto.

Probatur, quia eſt proportio inter quantitatem & accidentia: tum quia accidentia ſunt perfectiua quantitatis: tum quia illi adueniunt. Quantum enim dicitur album prædicatione directa. Denique accidentia in Euchariſtia ſubiectantur in quantitate.

Obiicies primò. Quantitas imitatur materiam, ergo ſicut materia eſt ſubiectum receptiuum formarum ſubſtantialium, ita & quantitas.

Reſp. Quantitas imitatur materiam in hoc, quia ſicut illa eſt receptiua formarum ſubſtantialium; ſic iſta accidentalium.

Obiicies ſecundò. Accidens non accidit accidenti ex Ariſt. 4. Metaph. 13. ergo quantitas non eſt ſubiectum aliorum accidentium.

Reſp. Non accidit tanquam ſubiecto principali & vt quod: accidit ſecundariò, & tanquam ſubiecto minùs principali, & vt quo.

Sectio IV.

De quibuſdam aliis materiæ proprietatibus.

Prima *difficultas*. An materia habeat aliquas proprietates.

Negat Ruuius, atque, Materiam nollas habere proprietates, quæ ſint accidentia realia, ſed ſolùm rationes quaſdam quas extra eius eſſentiam intelligimus.

Dico primò. Materiæ non repugnat habere aliquam realem proprietatem, quæ illi accidat & ab ea realiter diſtinguatur: huiuſmodi eſt quantitas. Eſt contra Thomiſt. qui volunt quantitatem dimanare à nexu formę & materiæ: Secunda pars patet ex dictis ſect. 1.

Prima pars probatur. Materia eſt eſſentia quædam ab aliis omnino diſtincta, ergo aliqua ab ea dimanat proprietas. Anteced. patet, conſequentia probatur inductione in aliis eſſentiis, è quibus ſemper aliqua paſſio dimanat.

A Obiicit Ruuius. Materia eſt pura potentia paſſiua, ergo nollam poteſt habere operationem, ergo nullam potentiam actiuam, ergo oec proprietatem.

Reſpondetur, nego vltimam conſeqoentiam: Non enim omnes paſſiones & proprietates ordinantur ad agendum & operandum, ſed etiam ad patiendum, ita quantitas quæ à materia dimanat non per actionem aliquam aut veram efficientiam, ſed tantùm per quandam reſultantiam, quæ potentiæ paſſiuæ non repugnat.

Secunda difficultas. An materia ſit ingenerabilis & incorruptibilis.

Reſp. affirmatiuè, probatur, quia ſi eſſet generabilis, præſupponeretur materia materiæ, cùm

B generari ſit fieri ex aliqoo tanquam ex materia. Eſt etiam incorruptibilis: Corrumpi enim illud dicitur, cùm oon abit totum in nihilum, compoſitum autem cùm corrumpitur aliquid remanet, illud autem eſt materia.

Notandum verò. Si incorruptibile largè ſumatur dupliciter dici: primò, ab intrinſeco, & eſt cùm nullum habet in ſe corruptionis principium. Secundò ab extrinſeco cùm per nullam potentiam neque per diuinam corrumpi poteſt. Materia igitur dicitur incorruptibilis ab intrinſeco: Ab extrinſeco verò corruptibilis; poteſt enim à Deo deſtrui.

Tertia difficultas. An materia habeat potentiam eductiuam, & an huiuſmodi poteotia in

C illa tantùm reperiatur.

Reſp. In materia eſſe potentiam eductiuam: ea autem eſt formam fieri dependenter ab agente à materia, ita vt formam ſuſtentet tum in eſſe tum in fieri: non tamen ſoli materiæ conuenit, cùm enim forma poſſit eſſe ſubiectum accidentium, vt diximus, poſſunt accidentia à forma educi, ſicut etiam ſuſtentari.

Quarta difficultas. An materiæ ſit proprium ſemper eſſe coniunctam alicoi formæ.

Reſpondetur affirmatiuè. Patet ex dictis: eſt enim pura potentia nullam habens exiſtentiam, &c.

Quinta difficultas. An appetitus ad formam

D ſit materiæ proprietas.

Reſp. Ruuius, Appetitum deſiderij eſſe paſſionem ab illa manantem, noo verò appetitum, vt ſic.

Rectiùs Neque appetitus complacentiæ, neque deſiderij eſt materiæ proprietas aut paſſio, ſed quid illi adueniens ab extrinſeco; Appetitus verò, vt ſic nullo modo proprietas, ſed eius eſſentiale conſtitutiuum cùm à poteotia non differat.

Vltima difficultas. Quomodo materia ſit principium indiuiduationis. Sed de hac re in Metaphyſ.

E *Corollaria præcedentium diſputationum, & collatio ad doctrinam Ariſt.*

E*X his colligitur primò*. Materiam realiter à forma diſtingui. Cùm enim poſſit eſſe modò cum vna, modò cum altera forma, neceſſariò materia non poteſt eſſe cum forma idem realiter. Sic probat Ariſt. Locum à locato diſtinguit 4 Phyſ. 3. eſt contra Aureol. & Soncin. Corol. 1.

Colligitur ſecundò. Materiam in minima quantitate eſſe in potentia ad omnes formas informantes naturales, tum ſubſtan- Corol. 2.

tiales tum accidentales, quamuis non quælibet A particula materiæ poſſit recipere quamlibet quantitatem aot quamlibet formam ſubſtantialem.

Prima pars patet: Quia materia vt toties diximus eſt homogenea, ergo quicquid conuenit toti debet coouenire partibus.

Secunda pars etiam patet: Quia formæ ſubſtantiales requirunt tum organizationem, figuram & quantitatem, ergo certam materiam, nec minima pars ſufficit. His addo ſi accidentia noo habeant minimum naturale, quælibet pars materiæ dummodo ſit quanta & extenſa poteſt recipere quamlibet formã accidentalem. B Probatur, quia materia ex ſe eſt io potentia ad formas omoes accidentales, & hæ non requirunt certam quantitatem, ergo quælibet pars materiæ poteſt recipere quodlibet accidens.

Colligitur tertiò. Materiam appetere omnes formas, tum quas habet, tum quas amiſit, tum quas non habet: omnes formas, tum in particulari, tum in communi, tum accidentales, tum ſubſtantiales: tum nobiles, tum ignobiles etiam quando iam poſſidet nobiliorem. Ratio eſt, quia appetitus ſequitur potentiam, habet potentiam ad omnes æqualiter ex ſe, ergo æquè omnes appetit. Loquor de potentia remota, licèt per potentiam proximam potiùs hanc quàm C illam reſpiciat ratione diſpoſitionum. Addit Piccolom. Materiam per potentiam remotam priùs appetere formas ſubordinatas id eſt accidentales, deinde ſubſtantiales: priùs formam elementi deinde mixti. Noo omoino diſplicet præſertim ordine executionis, cùm ordine intentionis ſit potiùs oppoſitum dicendum.

Synopſis doctrinæ Ariſtotelis de materia.

Ex his manent explicata quæ de materia 1. Phyſ. atque alibi docuit Ariſtoteles; Docuit enim tex. 3. Materiam non eſſe ſcibilem niſi per ordinem ad materiam rerum artificialium: tex. 6. Materiam eſſe ignotam & negatiooe cognoſci: ibid. Non eſſe ens ſicut hoc aliquid: tex. 79. Eſſe ens & prope ſubſtantiam: tex. 80. Ma- D teriam remanere & eſſe eorum quæ fiunt veluti matrem: tex. 81. Materiam appetere formam vt turpe pulchrum: tex. 82. Materiam per ſe ac ſecundùm poteotiam eſſe ingeoerabilem & incorruptibilem, & primum ſubiectum, ex quo inexiſtente res fiunt: tex. 75. & 78. Ex non ente ſimpliciter impoſſibile eſſe fieri aliquid, ſed ex eo quod partim eſt ens, partim non ens, cuiuſmodi materia, quæ non eſt id quod generatur actu, ſed poteſtate & habet ad cunctam priuationem propter quam eſt non ens; & 7. Metaph. 8. Materiam noo eſſe quid, nec quale, nec quantum, ſed poteotia omnia: & 12. tex. 10. Cuncta quæ traoſmu- E tantur habere potentiam; ibid. tex. 30. Intelligeotias eſſe immobiles & æternas, quia noo habent materiam; & 2. de Gener. 6. Materiam primam ſemper cum contrarietate exiſtere, ratione videlicet priuationis.

DISPVTATIO SEXTA.

De ſecundo principio Phyſico, ſeu de forma.

ALTERVM naturalis tranſmutationis principium eſt forma: agemus de ea tum ſecundùm ſe, tum relatâ ad materiam: ad compoſitum tum in facto eſſe, tum io fieri; denique ad operationem & ad ſuos effectus.

SECTIO PRIMA.

De forma ſecundùm ſe, an detur, quidue ea ſit & quotuplex.

AGIMVS de formis non quidem artificialibus ſed naturalibus: Earum aliæ omnino à materia abſtrahunt, vt intelligentiæ orbium motrices quę aſſiſtentes dicũtur: aliæ minimè, ſed ad materiã dicunt habitudinem, & dicuntur informantes. Hæ aliæ accidentales, aliæ ſubſtantiales: Accidentalium quædam realiter, & ſenſibiliter operantur vt frigus, & calor: quædam licèt reales ſint, agunt tamen intentionaliter, ſic ſpecies quibus ſentimus: ſubſtantialium verò quædam recipiuntur in materia tum in fieri, tum in facto eſſe, & ab ea ſuſtentantur ſic formæ materiales: quædam non ſuſtentaotur, ſed tantùm recipiuntur ſic formæ ſpirituales vt anima. Loquimur autem hîc de forma præſertim ſubſtantiali, ſiue à materia dependeat, ſiue tantùm illi vniatur.

Formas ſubſtantiales dari fatentur poſt Ariſt. D omnes Peripatetici ac Theologi. Demooſtrant multipliciter: Ex indigentia materiæ: ex rerum compoſitione, & diſtinctione: ex conſeruatione earumdem, & operatiooe; ex natura mutationis: & ex oon repugnantia.

Ex materiæ indigentia ſic. Datur materia ſubſtantialiter imperfecta in genere ſubſtantiæ vt vidimus, ergo debet dari correſpondens actus qui illam ſubſtantialiter perficiat.

Ex compoſitione rerum. Subſtantiæ naturales ſunt entia compoſita, ergo præter materiam debent habere aliam partem componentem, quæ ſit ſubſtantia; ſi enim eſſet accidens, homo v. g. eſſet vnum aggregatione, & ens per accidens. E Item homo & ignis ponuntur in pręedicamento ſubſtantiæ, ſed ſi accidentibus conſtarent, in illo non collocarentur. Item homo, vt homo eſt ſubſtat accidentibus, ergo oon eſt quid conſtans ex accidentibus.

Dices. Homo & ignis poouuntur in prædicamento ſubſtantiæ ratione materiæ.

Contrà. Noo eſſet maior ratio cur album, & quantum etiam in eodem prædicamento ſubſtantiæ noo ponerentur.

Quibus rationibus elucet dari formas ſubſtantiales.

Ex diſtinctione: Magis diſtinguitur homo ab equo, quàm homo albus à ſeipſo nigro; ſed homo albus differt à ſeipſo nigro accidentaliter, ergo ab equo differt eſſentialiter.

Ex cõſeruatione earundẽ: Aqua calida poſtquã

remouetur ignis, reducit ſe ad priſtinam frigiditatem, ergo debet dari forma ſubſtantialis à qua dimanet frigiditas; conſequentia probatur: Radix enim & origo frigiditatis non poteſt eſſe materia, quia eſt indifferens ad omnes primas qualitates; non frigiditas virtualis, quia ſi nulla forma ſubſtantialis, neque aliqua erit virtualis qualitas; erit ergo vel aliquod accidens occultum, vel forma ſubſtantialis à qua dimanet frigiditas; at cur accidens occultum ponendum eſt potiùs, quàm forma ſubſtantialis?

Ex operationibus: Quia dantur quædam operationes in rebus quæ dicuntur connaturales, quædam minimè: ſic calefacere eſt connaturale igni, aquæ præter naturam: Item in rerum naturis videmus diuerſos effectus & diuerſum modum operandi mediis iiſdem qualitatibus; ergo in ſingulis danda eſt propria forma ſubſtantialis; calor enim in igne producit ignem, in planta producit plantam; animalia per calorem augentur; datur ergo in ſingulis forma ſubſtantialis.

Ex natura mutationis: Datur aliqua mutatio in qua res mutat definitionem, & nomen; vt cùm ex aqua fit aër; alia in qua non mutat definitionem & nomen vt cùm aqua fit calida: alia in qua res tantùm ſecundùm quid mutatur; & in qua res mutatur ſimpliciter; denique in qua agens producit ſibi ſimile, & in qua non; ergo datur productio & formæ ſubſtantialis, & accidentalis.

Occurres: Tunc res mutat nomen & definitionem cùm mutantur omnia accidentia, ſeu ſaltem illud accidens, quo indiuiduum illud efficiebat præcipuam ſuam operationem homo enim cùm moritur, ideò mutat definitionem, & nomen, non quidem quia amittit omnia accidentia; ſed quia amittit aliquod accidens, quod erat principium vitalium operationum.

Rurſus. Formæ ſubſtantiales ponuntur ad ſaluandas operationes, ſed omnes ſaluantur per qualitatem & temperiem quamdam, quæ reperitur in corpore: Minor probatur. Quia per mixtionem qualitatum ſine vlla forma ſubſtantiali de nouo addita fiunt multa medicamenta, quæ habent varios effectus. & diuerſos ab aliis, quos antea producebant: Et confirmatur. Si ponatur ſiccitas in ſummo, haberet eoſdem effectus, quos habet nunc ignis.; Sed

Reſpondetur, negando minorem ad probationem Illos effectus tribuendos formis ſubſtantialibus, quæ miſcentur ſimul, ex quarum aggregatione attemperantur qualitates, quæ qualitates non adeſſent, niſi adeſſent formæ.

Ad confirmationem. Poſito illo caſu eſto ſit idem effectus, tamen impoſſibile eſt eſſe tales qualitates in ſummo ſine forma; quia hæc eſt neceſſaria vt illæ poſſint perſeuerare in eſſe: videmus enim recedente anima rationali accidentia non poſſe perſeuerare, ſed diſſolui. Nec rectè dicitur, quòd poteſt mutari definitio ob ſolam mutationem accidentis, cùm illud ſit omnino occultum, & congruentiùs aſſignatur forma ſubſtantialis.

Denique probatur ex non repugnantia: Non enim repugnat dari formam ſubſtantialem, ergo concedenda: Antecedens probatur. Datur potentia, quæ eſt ſubſtantia, vt demonſtratum eſt, quia ſi eſſet accidens deberet dari alia potentia, & ſic in infinitum; ergo debet dari, aut ſaltem non repugnat actus ſubſtantialis complens hanc potentiam.

Confirmatur ex principiis fidei: In homine enim datur anima, quæ eſt ſubſtantia & forma, ergo non repugnat actus ſubſtantialis.

Dices primò. Subſtantia non eſt actiua, ergo fruſtrà ponuntur hæ formæ.

Quare cōcedendæ formæ ſubſtantiales.

Reſpondetur, negando conſequentiam: Dantur formæ ſubſtantiales, vt hæc actio tribuatur huic compoſito non alteri: materia enim & qualitates ſunt indeterminatæ: ad hoc ergo vt producant hoc potiùs, quàm illud, debet dari forma ſubſtantialis, à qua dimanent, & à qua determinentur.

Dices ſecundò. Formæ ſubſtantiales ſaltem materiales non ſunt ſubſiſtentes, quia ſunt in materia & illi inexiſtunt, ergo ſunt accidentia.

Quare formæ ſubſtātiales non dicuntur inhærere ſubiecto.

Reſpondetur, Formas ſubſtantiales non eſſe ſubſiſtentes, ſed tantùm informantes. Ita D. Th. & Scholaſtici omnes: dependent enim à materia in eſſe, fieri, & conſeruari, & ab illa ſuſtentantur: non ſunt autem accidentia, quia reuera non inhærent; cùm non ſint in ſuſtentante diuerſi ordinis, quod ad veram inhærentiam requiritur, ideo dicuntur tantùm inexiſtere.

Formà quid.

Ex his colligitur formæ definitio. *Eſt enim actus ſubſtantialis vnum per ſe conſtituens cum materia.*

SECTIO II.

De forma relata ad materiam, quomodo in materia præexiſtat.

RECEPTISSIMVM eſt apud Philoſophos formas ſpirituales per creationem fieri, & independenter à materia: materiales verò non omnino fieri ex nihilo: ſed in materia præexiſtere & ex eiuſdem potentia educi: laborant in explicanda huiuſmodi præexiſtentia, & eductione, in quo formaliter conſiſtat.

Aureol. in 2. diſt. 18. vt refert Sotus, putat formas ſubſtantiales præexiſtere, tum ſecundùm eſſentiam, tum ſecundum exiſtentiam quoad aliquem gradum remiſſum in materia, agens verò mediâ actione gradum illum perficere, & formam ſecundùm eſſe completum reſultare; idque eſſe Formas è potentia materiæ educi; quia agens cùm producit formas, dat illis completum eſſe ſecundùm exiſtentiam, atque adeò non fieri ex nihilo.

Albertus primo Phyſ. tract. 5. exiſtimat, Formas in materia habere quidem aliquod eſſe, non exiſtentiæ, ſed tantùm eſſentiæ, & in confuſo: dicuntur verò educi, quia agens cùm producit formas, dat illis diſtinctum eſſe ſecundùm exiſtentiam.

Quidam apud Ruuium negant omnino formas in materia præexiſtere, ſed eſſe ſolùm in potentia agentis.

Dicendum primò. Formas ſubſtantiales non præexiſtere in materia ſecundùm aliquem gradum remiſſum exiſtentiæ, nec ſecundùm aliquod eſſe inchoatum eſſentiæ.

Prima pars probatur. Quia ſubſtantiæ non ſuſcipiunt magis & minus, nec ſucceſſiuè generantur; Tum quia ſi remiſſus aliquis gradus formæ eſſet in materia, materiam denominaret. Confirmatur. Ideo ponuntur iſti gradus vt ex-

Digitized by Google

plicetur quomodo forma nun fiat ex nihilo, ſed neque ſic ſoluitur difficultas: vel enim reliqui gradus, qui adduntur, de nouo fiunt, vel non: ſi non, ergo forma non erat ſecundùm eſſe remiſſum tantùm: Si de nouo fiunt, ergo ex nihilo ſiu ſiunt, ergo creantur

Denique. Vel ille gradus remiſſus eſt einſdem rationis cum iis, qui adueniunt, vel non; ſi eiuſdem rationis, ergo debet eſſe generabilis & corruptibilis: ſi non, ergo formæ non præxiſtunt ſecundùm aliquam ſui partem.

Secunda pars probatur. Nec præexiſtunt formæ in materia ſecundùm aliquod eſſe eſſentiæ incboatum: Vel enim forma reducitur ad eſſe perfectum per tranſmutationem, ita vt eadem res deſinat eſſe hoc, & fiat illud; & hoc eſſet impoſſibile: vel per intenſiunem, & ſic ſuſcipere magis & minus.

Formæ præexiſtunt in materia quomodo intelligendum. *Dicendum ſecundò.* Formæ præexiſtunt in materia non actu ſed potentiâ; hoc eſt formæ exiſtunt in materia virtualiter.

Explicatur; Sicut actualis eductio vt dicemus, eſt materiam actu concurrere ad cauſandum formam, & illam babere à ſe dependentem dum producitur: ſic continere illam in potentia eſt mareriam ex ſe eſſe talem, vt poſſit ſe exhibere cauſam formæ materiali illam ſuſtentando: ſicut rem eſſe in potentia agentis eſt poſſe agens concurrere in ſuo genere ad illarum actualitatem.

Probatur. Omnis effectus qui cauſatur ab aliqua cauſa actu dicitur fuiſſe in potentia & virtute cauſæ, ergo cùm materia ſit caoſa formarum, illas dicetur continere in potentia.

Anima qua re fiat ex nihilo, nec in materia dicatur præexiſtere. Secundò; Non poteſt aliter explicari, quo pacto formæ præexiſtant in pòrentia niſi hoc modo; & rectè ſaluatur quomodo res non fiant ex nihilo: anima enim ideò dicitur fieri ex nihilo, quia non eſt in potentia materiæ, id eſt quia materia non poteſt ad eius effectionem concurrere, & anima in fieri non poteſt ab illa depeodere.

Dices. ex Runio 1. Phyſ. tract. 2. quæſt. t. Eſſe in potentia materiæ nil aliud eſt, quàm eſſe materiæ potentiam ante generationem, at hoc non eſt formam præexiſtere, ſed ſolùm materiam eſſe potentem ad ſuſtentandam formam, ergo abſolutè non dicitur forma in potentia præexiſtere.

Præexiſtere in materia quid importat. Reſpoodetur ex eodem. Materiam eſſe in potentia ad ſuſtentandam formam non eſſe ſolùm materiæ potentiam præcedere; ſed eſt præcedere potentiam materiæ à qua nata eſt forma dependere in fieri, & in eſſe: ſicut deinde cùm actu educitur, dependet; & hoc formam in potentia materiæ præexiſtere, ſignificat.

Sectio III.

An forma educatur de potentia materiæ.

Educi quid. Certvm eſt formas materiales è materia educi; non enim præexiſtunt actu in materia, quia de nouo non producerentur: non producuntur ex nihilo; quia non creantur, ergo educuntur. quid ſit autem hoc educi variè olim explicabant DD. nunc.

Communis dicendi modus eſt, Formas educi eſſe fieri in materia cum dependentia ab illa, ita vt formæ dum fiunt à materia, ſuſtententur per receptiuam potentiam.

Duplex hîc difficultas: Prima: cùm forma quæ educitur debeat fieri dependenter à materia; an ſufficiat potentia receptiua obedieotialis, an requiratur potentia receptiua naturalis: Secunda: an materiæ potentia debeat præcedere formam, ita vt forma concipiatur fieri eâdem actione, quâ fit compoſitum.

Qua potentia requiratur naturaliſue, an obedientialis.

Fonseca 5. Metaph. cap. 2. quæſt. 4. ſect. 2. Conimb. 1. Phyſ. cap. 9. quæſt. 12. contendunt requiri potentiam naturalem, nec ſufficere obedientialem; Præſertim quia dona gratiæ oon dicuntur educi, licèt inhæreant in anima, quia ad illa anima potentiam non habet naturalem.

Dicendum eſt: Sufficere potentiam obedientialem: Probatur, vt res dicatur fieri dependenter ab alia, non neceſſe eſt vt in ſobiecto ſit poſitiua aptitudo, & inclinatio naturalis, ſed ſufficit noo repugnantia; quia formæ artificiales è potentia materiæ educuntur, vt idem Fonſeca ſect. 3 fatetur, & tamen ad illas non dicit poſitiuam & naturalem propenſionem, ergo licèt anima reſpectu donorum ſupernaturalium non habeat naturalem inclinationem; dona quæ dependenter fiunt ab illa, debent dici educi, ſicut etiam formæ artificiales. *Potentia obedientialis.*

An materia debeat formam præcedere.

Triplex in hac re ſententia. *Prima eſt*, Conimb. 1. Phyſ. cap. 9. quæſt. 12. pluriùmque recentiorum, & ex noſtris, Patris Arcſij, qui volunt ad eductionem neceſſariò requiri vt materia formam præcedat: hoc volunt elementorum, & orbium formas non eductas ſed creatas eſſe. *Conimb. Arcſius.*

Secunda eſt, Suarez diſp. 15. ſect. 3. qui ait. Non neceſſe eſſe vt materia præcedat tempore formas, ſed ſufficere prioritatem naturæ: hinc docet formas elemeotorum eductas; addit tamen neceſſarium eſſe vt forma fiat eadem actione, quâ fit compoſitum, binc ait cælorum formas non eductas, ſed concreatas. *Suarez.*

Tertia eſt, Ruuij 1. Phyſ. tract. 2. quæſt. 2. Molinæ, & Vaſquez 1. Par. quæſt. 45. ar. 1. Qui volunt formas omoes eductas tum cæleſtes, tum ſublunares. Pro noſtra ſententia *Ruuius. Molina. Vaſquez.*

Notandum primò. Eductionem eſſe ſpeciem actionis creationi oppoſitam, quare ſicut formalis ratio conſtituens creationem, eſt fieri independeoter à ſubiecto, & ex nihilo; ſic ratio formalis conſtituens & diſtinguens eductionem eſt fieri ex aliquo tanquam ex ſubiecto, & dependenter ab illo.

Notandum ſecundò. Fieri dependenter à ſubiecto poſſe intelligi dupliciter, & in ratione eſſentiæ, & in ratione exiſtentiæ. Dependentia à ſubiecto in ratione eſſentiæ, ſicut non tollit creationem, ita neque conſtituit eductionem: anima enim rationalis ſit dependenter à materia in ratione eſſentiæ, quia ad illam eſſentialiter ordinatur, tamen dicitur creari. Eductio ergo eſt dependentia formæ in fieri à ſubiecto in ratione exiſtentiæ: Dixi in fieri, quia ſi *Dependentia in fieri à materia in ratione eſſentiæ, & in ratione exiſtentiæ.*

forma dependeat à ſubiecto tantùm in eſſe, non ſtatim infertur, ergo educta; quia poteſt forma à Deo abſolutè creari, & deinde vniri materiæ, tunc tamen non dicetur educta.

Prima concluſio. Ad formalem conceptum eductionis ſufficit ſi intelligatur forma fieri dependenter à ſubiecto, ita vt dum fit non exiſtat, niſi ſubiectum concurrat ſuſtentando illam.

Probatur: Quia hoc ſolo poſito intelligitur eductio, & ablato nequit intelligi, ergo. Antecedens probatur: Ex eo quod anima rationalis, & quælibet alia forma non concipitur fieri dependenter à ſubiecto, licèt concipiatur dependenter conſeruari, non dicitur educi, ergo fieri dependenter à ſubiecto eductionem formaliter conſtituit.

Confirmatur: In hoc enim contradiſtinguitur creatio ab eductione, quia creatio fit non concurrente ſubiecto, eductio verò quia ſubiectũ præſupponitur & ideo implicat agens naturale poſſe creare, & dicitur educere formas, quia producit effectus dependenter à ſubiecto.

Confirmatur ſecundò, Quia Ariſtoteles dum creationem non cognouit, ſed ſolam eductionem, ſic definiuit materiam: Materia eſt id ex quo aliquid fit, igitur quod ex materia fit, vt ſic, educitur. Hinc

Secunda concluſio. Ad eductionem non requiritur vt materia præcedat tempore formam; atque adeò omnes elementorum & ſublunarium formæ fuerunt eductæ, licèt productæ ſimul cum materia in eodem inſtanti temporis.

Probatur primò. Ad hoc vt forma dicatur educi, ſufficit ſi concipiatur dependere in fieri à materia, ſed ſiue mataria tempore præcedat formam, ſiue non, poteſt forma dependere in fieri, ergo. Minor probatur: Dependere in fieri tantùm eſt ſubiectum concurrere in eodem inſtanti, ſeu tempore, dum forma fit ab agente, ad hoc autem non requiritur anteceſſio temporis in ſubiecto.

Secundò. Poteſt accidens educi de potentia materiæ in eodem inſtanti, ergo & forma ſubſtantialis. Antecedens patet, quia ſi ſol creatur, aërque ſimul in eodem inſtanti illuminabitur, ergo ad veram eductionem non requiritur temporis anteceſſio.

Dices. Requiritur anteceſſio temporis ratione materiæ, quæ priùs debet concipi in ſe, deinde ſubiectum eſſe. Contrà: Materia in eo inſtanti in quo fit, eſt eſſentialiter & intrinſecè potentia, ergo quantum eſt ex ſe poteſt pati in eodem inſtanti, niſi aliunde oriatur impedimentum.

Tertiò argumentor ad hominem: Materia in eodem inſtanti in quo fit, poteſt eſſe ſubiectum receptiuum formarum ſecundùm ipſos, ergo etiam ſubiectum eductiuum. Confirmatur: Poteſt principium actiuum in eodem inſtanti in quo fit producere ſuum effectum, nec requiritur prioritas temporis, ergo multo magis principium eductiuum cauſare ſuum effectum: plus enim requiritur ad agere, quàm ad pati. Maior probatur: Intellectus enim in eodem inſtanti in quo creatur, elicit intellectionem, & illam etiam recipit, vt in angelo patet; intellectus verò angeli, non tempore, ſed tantùm naturâ ſuam intellectionem antecedit.

Quartò argumentatur Suarez; In ſublunarium rerum productione ſunt duæ actiones, altera quâ Deus produxit materiam nullum ſupponendo ſubiectum; altera quâ formam produxit, quæ cùm materiam ſuppoſuerit à præcedenti diſtinguitur, ergo ſublunarium formæ non fuerunt creatæ.

Confirmatur ab eodem ſic: Si Deus in vno inſtanti temporis materiam produceret, & in alio formam dependenter à materia forma diceretur educta, ergo etiam ſi produceret formam in eodem inſtanti in quo materiam produxit, forma debet dici educta: interſtitium enim temporis nequit ſpeciem variare, cùm ſit illi extrinſecum.

Reſpondet Areſius, & concedit in elementorum productione eſſe duplicem actionem, vnam tamen ab alia omnino independentem, & vnam non priorem aliâ; ad eductionem verò ait ipſe, requiritur prioritas naturæ.

Contrà: In eo inſtanti in quo forma fieret ſimul cum materia, fieret dependenter à ſubiecto, ergo educeretur. Antecedens probatur, cùm forma fieret, fieret in materia, non extrà; ergo materia concurreret vt ſubiectum, & forma fieret dependenter ab illa. Conſequentia probatur: Quia dum forma fit dependenter à ſubiecto materia neceſſariò debet concipi prior naturâ, cùm omnis dependentia aliquam inuoluat prioritatem.

Reſpondet Palumbus, vt refert noſter Maffeius & refellit: In elementorum productione non fuiſſe duplicem, ſed vnicam actionem. Sed neque hoc poteſt dici, præter ea quæ hîc affert Maffeius. Sequeretur enim quod eadem actio poſſet eſſe eductio, & creatio, quod implicat. Sequela probatur, Quia reſpectu formæ illa actio eſſet eductio, reſpectu materiæ creatio. Minor probatur: Quia creatio, & eductio ſunt ſpecies contradictoriè oppoſitæ.

Tertia concluſio. Neque ad eductionem requiritur vt forma fiat dependenter à materia eadem actione quâ fit compoſitum. Eſt contra Suarez eſt enim ad eductionem ſuperflua conditio. Suarez reiicitur.

Probatur. Poteſt aliquod agens naturale naturaliter producere formam dependenter à materia, & Deus impedire vnionem vtriuſque in facto eſſe, ſine qua non fit compoſitum, illa autem eſſet vera eductio, quia eſſet dependentia à ſubiecto in fieri; res autem quælibet nequit eſſe ſine ratione formali conſtitutiua.

Secundò, Agens naturale naturaliter generans formam ex ſubiecto, non facit niſi per eductionem: quin addo impertinens eſſe ad rationem eductionis fieri compoſiti; vt enim forma dicatur educi ſufficit ſi materia concurrat vt ſubiectum ad fieri illius, ſed vt ſubiectum in fieri præſcindit ab eſſe compoſiti; quod patet; Prius enim eſt formam fieri, quàm compoſitum conſtituere, quia fieri eſt accipere eſſe; conſtituere ſeu componere eſt dare eſſe ſe exhibendo; ſed priùs eſt formam cauſari, quàm ſe communicare, ergo priùs eſt educi, quàm componere, & eductio formaliter non eſt eadem actio, quâ fit compoſitum.

Quarta concluſio. Ad eductionem ſufficit ſola prioritas naturæ vt concipiatur forma fieri dependenter à ſubiecto, & ideò nedum ſublunares omnes formæ, vt vidimus, ſed etiam cæleſtes à materia debent dici eductæ. Reliqua patent ex dictis; quoad formas cæleſtes.

Probatur. Formæ cœli non creantur ex nihilo, ergo educuntur. Conſequentia eſt clara. Quia creatio & eductio etiam in ſententia Suarez immediatè & contradictoriè diſtinguuntur. Anteeedens probatur: Illud non fit ex nihilo, ad cuius productionem in fieri concurrit materia vt ſubiectum illud ſuſtentans; ſed dum formæ cœli fiebant concurrebat materia vt ſubiectum, ergo. Minor probatur: Quia nunc de facto formæ cœli pendeot à materia in conſeruari, ergo & in fieri. Conſequentia hæc probatur. Non poteſt aliquid dici naturaliter factum eſſe ab aliqua cauſa, niſi etiam ab aliqua cauſa dicatur fieri aliquando, fieri enim prius eſt, & naturaliter præcedit factum eſſe, ergo non poteſt B cauſa tribuere effectui factum eſſe, niſi aliquando tribuerit fieri. Confirmatur, quia ſi forma in fieri poteſt eſſe ſine materia, ergo etiam in facto eſſe, cùm habeat forma perfectius eſſe cùm facta eſt, quàm cùm fit, ſed cùm eſt, dependet, ergo & cùm fit.

Reſpondet Suarez: Formas cœli non educi, ſed creari; quia per eamdem actionem, qua fit forma, fit etiam materia, materia creatur, ergo etiam forma.

Contrà. Ideo forma cœli non fuit producta per propriam actionem, ſed per eam quâ fuit producta materia, quia forma & materia cœli per ipſum ſunt inſeparabiles, & non poteſt materia iuxta exigentiam ſuæ naturæ abſque illa C produci; & ſi Deus ſepararet formam cœli ab illa materia naturaliter ſtatim corrumperetur: ſed ex hoc non ſequitur formam cœli eadem actione fuiſſe productam cum materia, ergo non debet dici creata. Minor probatur: Subſiſtentia & natura ſunt inſeparabiles, ſubſiſtentia verò dum emanat ſuo modo educitur. Item in ſententia ipſius; materia inferiorum pendet à forma à poſteriori, nec poteſt ſine illa exiſtere, & tamen non fit eadem actione quâ forma

Reſpondetur: Materia inferiorum poteſt exiſtere ſine hac, vel illa forma; materia cœli non niſi cum hac, ideò ad inuicem inſeparabiles, & D vnicâ actione productæ.

Contrà. Licèt materia inferiorum poſſit etiam exiſtere ſine hac vel illa forma, in eius tamen ſententia, non poteſt exiſtere ſine forma vt ſic; ergo materia debuit eâdem actione cum forma aliqua fieri.

Secundò probatur. Ideo forma ignis non fuit producta cum materia ignis eadem actione, quia ita fuit materia illa ſub forma ignis, vt potuerit eſſe ſub priuatione eiuſdem; ſed etiam materia cœli ita fuit ſub hac forma, vt potuerit eſſe ſub priuatione eiuſdem, ergo. Maior eſt ipſius Suarez num. 5. Minor probatur. Pars materiæ quæ eſt ſub forma cœli Mercurij, ſi cœlum E diuidatur in quatuor partes, poteſt ſine parte formæ quam habet, exiſtere, & ita eſt ſub prima parte formæ, vt poſſit eſſe ſub ſecunda parte formæ eiuſdem cœli, ergo poteſt exiſtere ſine prima parte formæ; forma enim totalis cœli eſt eiuſdem rationis in ſingulis partibus, & materia etiam eſt eiuſdem ſpeciei, & dicit ordinem ad totam formam; ergo ita poteſt ſubiectare vnam partem, vt poſſit aliam.

Confirmatur: Si Deus inuerteret formam omnem cœli, & poneret primam partem formæ in quarta parte materiæ, & ſic de reliquis; formæ omnes efficerent vnum per ſe cum qua- A libet parte materiæ, ergo materia habet potentiam ad omnes illas partes formæ, ergo poteſt hæc pars materiæ eſſe ſine ſua parte formæ, ergo non fuit producta vnâ & eâdem actione cum ſua parte formæ

Tertiò probatur. Ad eductionem ſufficit vt concurrat ſubiectum tantùm in priori naturæ præſuppoſitum, ſed materia cœli præſupponitur formæ cœli, cùm ſit illius ſubiectum ſaltem ordine naturæ, ergo dicitur educta. Maior eſt Suarez diſp. 13. ſect. 4. num. 15. vbi probat materiam habere propriam exiſtentiam non à forma, quia ſubiectum debet præſupponi, & eſſe prius his quæ ſunt in illo.

B Reſpondetur: Materia cœli licèt ſit ſubiectum, non tamen præcedit formam ordine naturæ, quia eâdem actione producta eſt ſimul cum forma ob intrinſecam conoexionem, & inſeparabilitatem.

Contrà: Vna pars materiæ cœli poteſt eſſe ſine parte formæ ſub qua creata eſt, vt vidimus; ergo ſaltem hæc pars materiæ præcedit ordine naturæ hanc partem formæ, quam habet, & ſic de reliquis.

Item, ſi pars materiæ præcedit ordine naturę partem formæ cur non tota materia totam formam? Præterea tota materia inferiorum eſt ſimpliciter prior omni forma, & tamen non poteſt eſſe ſine omni forma, ergo materia cœli dato C quod non poſſit eſſe ſine omni forma cœli, non inde non erit prior. Rurſus; Materia inferiorum dicitur ſimpliciter prior, non quia non poſſit eſſe ſine omni forma, ſed quia poteſt eſſe ſine hac vel illa, ſed materia cœli poteſt eſſe ſine hac vel illa parte formæ cœli, ergo etiam dici debet prior, licèt non poſſit eſſe ſine tota.

Denique, Natura Petri non poteſt exiſtere naturaliter ſine ſubſiſtentia Petri, & tamen natura Petri dicitur prior propriâ ſubſiſtentiâ.

Obiicit Maſſeius: Eductio eſt generatio, ſed ex Ariſtotele in cœlo non eſt generatio, ita 1. Cœl. eſt enim per ipſum ingenerabile & incorruptibile, ergo neque eductio. *Maſſeius.*

D Reſpondet primò Ruuius, negando maiorem: Eductio enim vt ſic abſtrahit à generatione, & latiùs patet, quia licèt omnis generatio ſit eductio, non tamen omnis eductio eſt generatio: Ratio eſt, quia generatio intrinſecè dicit mutationem ſubiecti, eductio verò tantùm fieri formæ. *Ruuius.*

Impugnat reſponſionem hanc Maſſeius ſic. Vbicunque eſt conſtitutiuum & diſtinctiuum ibi eſt conſtitutum: tum ſic. Generatio conſtituitur & diſtinguitur ab aliis mutationibus, quia eſt actio, quæ terminatur ad ſubſtantiam, ſed eductio formę cœli terminata eſt ad ſubſtantiam; ergo fuit generatio.

E Reſpondetur: Vbi eſt vltimum conſtitutiuum ibi eſt conſtitutum: concedo, verùm vbi eſt conſtitutiuum remotum non eſt conſtitutum: hinc actio quæ terminatur ad ſubſtantiam non eſt vltimum conſtitutiuum generationis, ſed talis actio, ea nimirum quæ ſubiectum in mutatione inuoluit: Patet ex definitione generationis; Eſt enim mutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente. Hæc pro Ruuio.

Secundò: Retorqueo argumentum ſic. Ariſt. cœlum putauit non eſſe creabile, quia volebat ex nihilo nihil fieri, & mundum fuiſſe æternum, ergo formæ cœli non fuerunt creatæ.

Digitized by Google

Tertiò: Concedo maiorem, idem eſſe eductionem & generationem: nego tamen min. cæli videlicet formas non fuiſſe generabiles. Ad Ariſt. dico nil mirum ſi id dixit, quia exiſtimauit cælum fuiſſe æternum. Et qualis hæc conſequentia quam ipſi contendunt, formæ cæli non ſunt generabiles ex Ariſt. ergo fuerunt creatæ?

Obiicit ſecundò Palumbus: Si Deus creaſſet primò formam elementorum, ſeu cæli, & deinde formam in materiam induxiſſet, vtraque diceretur creata, licèt duplex fuerit actio, ergo cùm ſimul creauit materiam & formam per duplicem actionem, non inde altera dicenda eſt creatio, altera eductio.

Reſp. nego paritatē, Quia in primo caſu forma non fuiſſet producta dependenter à ſubiecto in quo conſiſtit formaliter eductio: in ſecundo caſu forma diceretur educta, quia fieret dependenter à materia.

Obiicit tertiò Areſius: in mundi creatione quod intendebatur à natura, erat compoſitum, & productio ad compoſitum terminabatur, ergo non fuit priùs producta materia, deinde educta forma.

Reſp. Non priùs prioritate temporis, ſed naturæ; id enim rerum naturæ poſtulabant vt priùs produceretur ſubiectum quàm forma.

Quod hîc aſſerimus de formis ſubſtantialibus; idipſum dicendum de accidentalibus præſertim de iis quæ fiunt per veram efficientiam, ſiue realiter immutent ſubiectū & ſenſibiliter vt frigus, & calor: ſiue ſubiectum non immutent veluti accidentia intentionalia, vt ſpecies, &c. Siue à naturali agente producantur, ſiue à ſupernaturali vt dona gratiæ. Ratio eſt, quia illud dicitur educi, quod fit dependenter à ſubiecto, formæ omnes accidentales fiunt ab illo dependenter, ergo.

Dices. Gratiæ & dona ſupernaturalia dicuntur infundi, ergo fiunt à ſubiecto independenter, ergo non educuntur.

Reſp. Dicuntur infundi, non quia anima non concurrat illa ſuſtentando dum fiunt, ſed quia tribuuntur nobis independenter à noſtris meritis. Ideò negatur prima conſequentia.

Sectio IV.

De forma relata ad compoſitum quomodo ſit principium illius.

Qværitvr hîc quomodo forma ſit principium illius. *Dicendum primò.* Compoſitum ſi conſideretur in facto eſſe, forma eſt principium illius per ſuimet exhibitionem in genere cauſæ formalis; Si conſideretur in fieri, ait recentior quidam, poſſe concipi eſſe principium in triplici genere cauſæ, Formalis, Finalis & Efficientis.

Fallitur: Forma enim non poteſt eſſe principium efficiens reſpectu propriæ generationis, de qua nos loquimur, quia nil poteſt ſeipſum efficere. Neque in genere cauſæ formalis, quia forma dicitur forma, quia informat, forma autem non informat generationem, ſed materiam dans eſſe compoſito. Dicitur, ergo forma principium generationis vt finitio eſt in genere cauſæ finalis, quia eſt terminus ad quem tendit, ſeu à quo ſpecificatur generatio tanquam ab obiecto;

A Si verò generatio conſideretur vt mutatio eſt, tunc *Dico:* Formam eſſe mutationis principium vt forma eſt, & intrinſecè; quia dum fit, eſt ratio cur materia aliter ſe habeat & mutetur, vt alibi explicauimus.

Probatur ex Ariſt. 1. Phyſ. 68. vbi ait, Mutationem in materia fieri per abſentiam & præſentiam formæ, ergo eſt mutationis principium non in genere cauſæ finalis, aut formalis extrinſecæ, ſed in genere cauſæ formalis intrinſecæ.

Dices, Finis eſt cauſa extrinſeca, ergo ſi forma concurrit vt finis in generatione vt finitio eſt, concurrit extrinſecè. *Reſpondetur:* Concedo totum. Adhuc tamen dicitur cauſa etiam in- B trinſeca, quia non poteſt concipi generatio abſque forma.

Sectio V.

De forma relata ad effectus ſuos formales.

Dvplex hîc poteſt eſſe difficultas. Prima, an vna numero forma informare poſſit plures numero materias.

Dico primò: Naturaliter non poſſe ſi materiæ ſint numero diſtinctæ, nec ſimul, nec ſucceſſiuè. Probatur, quia forma eſt ex ſe indiui- C ſibilis, & tantùm ad materiæ diuiſionem diuiditur, ergo non poteſt eſſe vna forma in pluribus materiis.

Secundò: Idem non poteſt eſſe in pluribus locis, ergo nec eadem forma in pluribus materiis. Tertiò, formæ materiales non migrant de ſubiecto in ſubiectum, nec poſſunt à materia ſeparari, quia non ſubſiſtunt, ſed inexiſtunt; ergo nedum ſimul, ſed neque ſucceſſiuè plures materias informare poſſunt.

Secunda difficultas eſt: an plures formæ poſſint informare vnam materiam.

Dico ſecundò. Non loqui nos hîc de formis accidentalibus, de quibus certum eſt poſſe: in lacte enim eſt candor & dulcedo: Difficultas eſt D de ſubſtantialibus: ſubſtantiales verò ſunt in duplici differentia, quædam ſubordinatæ ad inuicem, ſic formæ partiales reſpectu formæ totalis: quædam verò diſparatæ. Dico igitur formas ſubſtantiales diſparatas naturaliter non poſſe eamdem materiam informare.

Probat quidam. Quia implicat idem indiuiduum numero eſſe ſub duplici ſpecie, ſed ſi duæ formæ diſparatæ vnicam informarent materiam id contingeret, ergo.

Probant alij ſic. Materia non eſt capax niſi vnius formæ, ergo non poſſunt plures illam in- E formare. Probatur antecedens: Quia potentia naturalis actiua non poteſt inducere niſi vnicam formam.

Alij ſic. Materia & forma ſe mutuò reſpiciunt; non poteſt vna forma informare plures materias, ergo neque vna materia informari à pluribus formis.

Quidam denique: Quia idem eſſet vnum & plura; vnum ratione materiæ; plura ratione formarum.

Contrà: Materia quantum eſt ex ſe eſt capax omnium formarum, ergo quantum eſt ex ſe omnes poteſt recipere, ergo & ab omnibus informari.

Probatur ergo concluſio. Licèt materia ex ſe

ſit capax omnium formarum, implicat tamen ratione diſpoſitionum; formæ enim diſparatæ diſparatas diſpoſitiones requirunt, & ratione illarum ad inuicem pugnant, & ſe expellunt: Hinc

Dico tertiò. Non implicare formas plures ſubordinatas ſubſtantiales eamdem informare materiam. Probatur: Non implicat ratione materiæ, quia eſt capax omnium, non ratione formarum aut diſpoſitionum, quia illæ non pugnant, ergo.

Dico quartò. Supernaturaliter & poteſt vna forma informare plures materias, & vna materia recipere plures formas diſparatas.

Prima pars probatur. Forma informans hanc materiam habet proportionem cum qualibet alia materia, quam non informat, ergo poteſt illas ſucceſſiuè informare: quin etiam ſimul, ſi eadem forma replicetur, vt poſſibile eſſe docent Theologi.

Secunda pars probatur. Materia eſt capax omnium formarum, & poteſt Deus impedire actiuitatem diſpoſitionum adinuicem pugnantium, ergo poſſet introducere plures formas in vnam materiam.

Confirmatur. Poteſt Deus impediendo expulſionem duorum corporum, eadem conſtituere in eodem loco, ergo etiam introducere duas formas in eamdem materiam, faciendo vt frigus non agat in calorem, vt album nigrum non expellat.

Sectio VI.

De forma relata ad operationes ſuas, an ſolius formæ ſit agere, & quot cauſalitates illius.

Dico *breuiter.* Agere eſſe ſolius formæ. Probatur: Materia eſt pura potentia paſſiua, ergo actio tantùm à forma: Probatur ex Ariſt. 1. de gener. tex. 55. Materiæ eſt moueri, & pati; agere alterius potentiæ.

Secundò: Omne agens agit vt producat ſibi ſimile, at materia ſi agit, non poteſt producere ſibi ſimile, ergo. Quod non poſſit materia producere materiam, patet; quia illa eſt ingenerabilis & incorruptibilis. Videatur Perer. lib. 6. cap. 17.

Quæritur ſecundò, quot habeat forma cauſalitates. Perer. & communiter omnes putant triplicem, Formalem, Finalem & Efficientem: ait enim reſpectu eſſentiæ vel exiſtentiæ eſt cauſa formalis: reſpectu operationum efficiens: reſpectu generationis finalis. Addimus cum noſtro Areſio quartam, materialem videlicet, reſpectu accidentium.

Corollaria præcedentis diſputationis, & collatio ad doctrinam Ariſtotelis.

Formæ materiales generabiles.

Ex his colligitur primò. Formas omnes materiales eſſe generabiles & corruptibiles, dum enim non creantur, ergo educuntur, ergo generantur, ſi generantur ergo corrumpuntur cùm non poſſint eſſe plures in eadem materia.

Colligitur ſecundò. Nullam formam materialem poſſe naturaliter exiſtere ſine materia, quia eſſet per ſe ſubſiſtens: exiſtit ergo in materia, tribuens quidem illi exiſtentiam, inexiſtendo tamen in illa tanquam in ſubiecto inuicem ſe adiuuant.

Eædem vade diuiſibiles.

Colligitur tertiò. Formas omnes materiales eſſe diuiſibiles non per ſe, ſed per accidens ita Ariſtoteles 6. Phyſ. 37. ratione videlicet quantitatis. Item formas omnes per ſe non moueri; mouentur autem per accidens ad motum compoſiti. Omne enim quod mouetur per ſe eſt diuiſibile & extenſum: mouentur per accidens ad motum compoſiti, ſicut motis nobis mouentur omnia in nobis.

Compoſitũ nobilius forma.

Colligitur quartò. Formam eſſe materiâ nobiliorem, ignobiliorem compoſito; forma enim ex Ariſtotele eſt magis ens, quàm materia; & actus potentiâ nobilior Metaph. 7. quòd ignobilior compoſito etiam patet, quia compoſitum continet formam & materiam, per ſe generatur, per ſe ſubſiſtit, per ſe operatur.

Vnitas, perfectio, diſtinctio tãtùm à forma.

Colligitur quintò. Formam eſſe quæ dat compoſito, vnitatem, perfectionem, diſtinctionem, quia eſt actus & maximè perficit, & diſtinguit. An autem ſola forma ſit indiuiduationis principium, vel etiam materia in Metaphyſicis.

Quid de forma docuit Ariſtoteles hic.

Colligitur ſextò. Quidquid de forma hoc libro docuit Ariſt. Dixit enim formam præſentiâ & abſentiâ ſuâ ſufficere ad faciendam tranſmutationem tex. 68. Eſſe quidpiam diuinum bonum & appetibile tex. 81. Denominationem de ſumi à forma ſic in 2. tex. 11. Reliqua quæ in hoc ſecundo lib. docuit ibidem explicauimus.

DISPVTATIO SEPTIMA.

De tertio principio Phyſico, ſeu de priuatione.

De ea hæc examinabimus. An ſit ens extra animam; an ſit principium: & quomodo diſtinguatur à materia. Ideò ſit

Sectio Prima.

An ſit ens extra animam nemine cogitante.

Recentiorũ quorumdã ſententia de priuatione.

Prima *ſententia* eſt plurimorum recentiorum, qui volunt negationes à parte rei formaliter non eſſe entia poſitiua, nec priuatiua, ſed iudicium intellectus, quo res vna negatur ab alia, cum aliquo tamen fundamento in re, quod non eſt niſi ipſa poſitiua eſſentia rei; Concretè verò ſumptas nil aliud eſſe niſi, eſſe iudicatum, aut negatum, dicens eſſentiam realem tanquam fundamentum, & iudicium, quo iudicamus hoc non eſſe illud, tanquam formam, & ideò non eſſe aliquid reale extra animam, ſed tantùm per intellectum. Citant D. Th. 4. Metaph. tex. 2. Auer. ibid. com. 2. Themiſt. in digreſ. aureâ, & alios.

Probatur: Homo vt homo eſt, nil habet extra animam niſi ſuam eſſentiam, quia quicquid eſt in homine vt homo eſt, eſt eſſentia illius, præterea nihil; ergo illa negatio quæ inſuper ponitur non eſt de eſſentia hominis, ſed quid ratione confictum habens tantũ eſſe obiectiuum.

Confirmatur : Ideò intellectus concipit in homine negationem lapidis, quia concipit hominem eſſe diſtinctum à lapide, ergo à parte rei, non eſt niſi eſſe hominis & lapidis, & non aliqua realis negatio.

Rurſus, Negatio lapidis ab homine nil aliud eſt, niſi conceptus lapidis negatus à conceptu hominis; ſic enim reſultat negatio, intellectus apprehendens eſſentiam hominis & lapidis, comparat hominem lapidi, & cognoſcendo aliam eſſe eſſentiam hominis, aliam lapidis affirmat negationem lapidis de homine.

D.Thomæ ſententia exponitur & probatur.

Secunda ſententia eſt D. Th. in quæſt. de Malo quæſt. 1. ar. 2. Caiet. 1. Par. quæſt. 48. Ferrar. 2. contra Gent. Conimb. Fonſec. Suarez & aliorum qui affirmant, Priuationem formaliter eſſe aliquid extra animam ſine vllo opere intellectus; cum quibus

Notandum primò : Non loqui nos hîc de negatione, & priuatione fundamentaliter ſumpta, ſed formaliter : Certum eſt enim negationem fundamentaliter eſſe ipſammet eſſentiam rei : Rurſus nec inquirimus, an priuatio ſit aliquod ens poſitiuum, ſed an ſit à parte rei eo modo, quo eſſe poteſt, quod idem eſt ac dicere: An ſicut datur à parte rei, ens reale poſitiuum, ita etiam poſſit dici dari formæ carentiam, ita vt poſſimus affirmare nedum terminis negatiuis, ſed etiam ſuo modo poſitiuis: Materiam videlicet eſſe priuatam formâ, in materia eſt carentia formæ.

Notandum ſecundò : Non aſſerere nos cùm huiuſmodi propoſitiones enunciamus, negationes has à nobis conceptas, non eſſe entia rationis : certum eſt enim intellectum non poſſe concipere, non ens ſub ratione non entis : Sed quod dicimus eſt, negationes à nobis conceptas ſub ratione entis eſſe entia à parte rei, ante intellectum, non quidem poſitiua, ſed negatiua : His adnotatis ſit

Vnica concluſio. Priuatio in ratione priuationis formaliter ſumptæ eſt à parte rei nemine cogitante.

Probatur : Priuatio in ratione priuationis formaliter nil aliud eſt, niſi abſentia formæ in ſubiecto apto; ſed hæc abſentia eſt à parte rei, ergo. Minor probatur : Abſentia hæc nemine cogitante principiat motum, motus nemine cogitante eſt, ergo & abſentia.

Secundò : Actus humanus malus nemine cogitante eſt malus, & per ſolam priuationem rectitudinis, ergo. Malitia enim eſt carentia rectitudinis debitæ in eſſe : Antecedens probatur, quia homo non eſt malus formaliter per opus intellectus cogitantis, ſed per ſuas operationes declinantes à parte rei à recta ratione.

Tertiò : Nemine cogitante res horrent vacuum, & aqua aſcendit ne illud detur; vacuum autem eſt negatio, ergo negationes poſſunt dari, & eſſe à parte rei.

Denique : Priuatio ex Ariſtotele tex. 82. in materia ad præſentiam formæ corrumpitur, inquiro an corrumpatur formaliter, an fundamentaliter; non fundamentaliter, quia corrumperetur materia, quæ eſt eius fundamentum, ergo formaliter id eſt ipſa priuatio, ergo non eſt ens rationis.

Obiectio 1.

Obiicies primò : Si negationes eſſent à parte rei, daretur negatio negationis, hæc enim negatio non bos, non eſt iſta non leo, ergo.

Confirmatur : Quia ſi negationes eſſent à parte rei, eſſent actu infinitæ.

Item, ſi non bos, eſſet negatio iſtius, non leo, ſequeretur per non bouem poſſe auferri negationem non leonis, at non poteſt, quia poteſt non bos eſſe equus, & remanere non leo.

Reſpondetur negando ſequelam, Non bos enim non eſt negatio non leonis, ſed bouis.

Ad confirmationem nego etiam ſequelam : Quia infinitum propriè dicitur de rebus poſitiuis, quòd ſi etiam ad negationes & priuationes extendatur, dico negationes eſſe eo modo infinitas, ſicuti ſunt infinita entia poſitiua, illa non dicuntur infinita ſimpliciter, ſed finita in infinitum, ſic etiam in negationibus. Ad ſecundam confirmationem patet: & per non leonem non poteſt auferri non bos, quia adinuicem non opponuntur.

Inſtabis : Ideo homo dicit negationem leonis, quia homo à leone diſtinguitur, ſed negatio leonis diſtinguitur à negatione bouis, ergo negatio bouis dicit negationem leonis.

Reſpondetur : Petit argumentum quomodo negationes opponantur, & diſtinguantur inter ſe; Ideo reſpondetur : Inter negationes & priuationes poſſe conſtitui quaſi genus negatiuum, vt ſit prius negatio, & tanquam ſpecies negatio ignis, bouis, &c. Dico ergo negationes diſtingui ad inuicem ratione formæ poſitiuæ cui opponuntur, & per illam immediatè tolli, & ideo non bos primò & per ſe non opponitur non leoni, ſed boni quod eſt ſuum poſitiuum, & ideo per bouem immediatè tollitur, non per non leonem, poteſt enim aliquid eſſe non bos, & non leo; Ideo negatio bouis diſtinguitur à negatione leonis, non immediatè ſed mediatè, quia videlicet bos & leo diſtinguuntur. Eadem ratione eædem priuationes ſuſcipiunt magis & minus, non quia ipſæ augeantur, & remittantur, ſed ratione formæ poſitiuæ.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò : Nullum ens reale poteſt prædicari de ente rationis, ſed negatio poteſt prædicari de ente rationis, ergo. Minor probatur : Quia negatio æquè prædicatur de ente reali, & rationis.

Reſpondetur : Negatio quòd prædicetur de ente reali eſt ens reale, quæ de ente rationis, ens rationis, ac ſicut ens abſtrahit à reali, & rationis, ita & priuatio, ſeu negatio.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò : Separatis omnibus quæ non ſunt de eſſentia rei, adhuc poſſumus negare de illa omnem aliam rem, ergo negatio non eſt quid reale ab ipſa eſſentia diſtinctum.

Reſpondetur: Negationes & priuationes non eſſe entia realia poſitiua ſupra rerum eſſentias, ideò omnibus ablatis poſitiuis ſemper remanent negationes, quæ neque præſcindi poſſunt : Ratio eſt, quia ſemper res remanet finita; ergo ſemper non eſt alia, & ſicut nequit fieri vt hæc res ſit alia, ſic neque vt non dicat negationem alterius.

Ad rationes in contrarium : Homo nil habet poſitiuum per quod non ſit lapis, habet tamen quid negatiuum, negationem videlicet lapidis, ſicut tenebroſum præter eſſe aëris habet carentiam luminis.

Ad confir. Non ideò homo habet negationem lapidis, quia intellectus concipit habere eſſe diſtinctum; imò ideò concipit habere eſſe diſtinctum, quia vnum dicit negationem alterius.

Sectio II.

An & quomodo priuatio principium ſit.

DIximvs toties priuationem eſſe negationem in ſubiecto apto: Negatio autem poteſt eſſe duplex, quædam antecedens formam; quædam ſubſequens. Item quædam eſt negatio vniuerſalis remota correſpondens potentiæ vniuerſali materiæ, abſtrahens an ſubiectum ſit aptum ſecundùm rationem genericam vel ſpecificam, an hoc tempore illi debeatur formæ, vel ne: Quædam particularis & proxima inuoluens videlicet diſpoſitiones. Difficultas modò eſt, quænam priuatio ſit mutationis principium. Antecedens, an ſubſequens: vniuerſalis, an particularis: Rurſus quomodo principiet.

Piſtus difficultatus.

Pererius lib. 8. de Materia, & Priuatione, vult principium naturalis tranſmutationis non eſſe priuationem ſubſequentem, ſed antecedentem, de qua re nulli dubium. Addit non eſſe priuationem vniuerſalem, ſed particularem.

Probat, quia priuatio vniuerſalis remanet in materia ad aduentum formæ, & nunquam corrumpitur; priuatio verò quæ eſt mutationis principium ex Ariſtotele, vt diximus corrumpitur ad formæ præſentiam; ſequitur noſter Maſſcius.

Dico primò. Priuationem antecedentem & vniuerſalem eſſe primum mutationis principium. Probatur, quia illa priuatio eſt principium, à qua incipit mutatio; incipit autem à priuatione vniuerſali, quæ abit & corrumpitur partialiter ad aduentum formarum; particularis autem eſt principium particularis mutationis.

Priuatio quomodo eſt principium.

Dico ſecundò. Priuatio eſt verum principium mutationis cuiuſlibet non per accidens, aut ſecundariò, ſed per ſe: Probatur, priuatio non eſt contingenter principium, nec poteſt concipi

A mutatio abſque priuatione, ergo non eſt principium per accidens. Item non eſt principium ratione alterius, & habet diſtinctam rationem principiandi ab aliis, vt alibi docuimus. Item principiat non vt diſpoſitio materiæ, & ponitur in definitione mutationis, ergo non eſt principium per accidens, & ſecundariò.

Sectio III.

Quomodo priuatio diſtinguatur à materia.

B DIco *breuiter*. Priuationem tum vniuerſalem, tum particularem diſtingui à materia formaliter, & ex natura rei.

Probatur primò: Poteſt per diuinam potentiam materia ſubiici omnibus formis, vt diſp. præcedenti diximus: Tunc materia eſſet abſque omni priuatione, ergo priuatio ab illa ex natura rei diſtinguitur.

Secundò: Hæc priuatio diſtinguitur ex natura rei à materia, ergo & omnes, quandoquidem quælibet illarum ad aduentum formæ cuius eſt priuatio corrumpitur.

Collatio ad Ariſtotelis doctrinam.

C EX *his patet*, quæ hoc libro Ariſtoteles docuit de priuatione: & primò priuationem non manere re facta tex. 59. & 60. Priuationem eſſe principium per accidens, & eſſe quaſi accidens materiæ, tex. 66 Priuationem non differre numero à materia, ſed tantùm ſecundùm eſſe, tex. 67. & 79. Priuationem per ſe eſſe non ens, id eſt poſitiuum, tex. 75. & 79. Priuationem non expetere formam, quia eſt illi contraria, tex. 81. Materiam ratione priuationis eſſe generabilem & corruptibilem, tex. 82. Denique priuationem eſſe quodammodo formam, 2. Phyſ. tex. 15. Et hæc de principiis Phyſicis in particulari dixiſſe ſufficiat.

IN II. LIBRVM PHYSICORVM ARISTOTELIS DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

EGit hactenus Ariſtoteles de principiis corporis naturalis in fieri, & naturalis tranſmutationis, nunc de ipſomet corpore, & cauſis eiuſdem in facto eſſe. Eumdem nos ſeruabimus ordinem; & qui partem veluti materialem obiecti phyſici præcedenti libro contemplati ſumus, formalem aggrediemur. Diſputationes omnes duplicem in partem diuidemus. In prima diſputabimus de natura, quæ cùm non niſi per analogiam ad artem explicetur ab Ariſtotele hic; ideò nonnihil etiam de arte: In ſecunda agemus de cauſis. Ideò ſit

PARS

PARS PRIMA.

De natura.

DISPVTATIO PRIMA.

De nom:ne & definitione na'uræ.

Sectio Prima.

Quid nomen naturæ ſignificet, & quæ eius definitio.

Naturę nomen variæ vſurpatum.

TRIA hîc communiter docent DD. Primum eſt, Naturæ nomen ad rerum genetationem, & vt ſic dicam naſcentiam ſignificandam primò adinuentum variè vſurpari; Modò enim rei eſſentiam ſignificat, ſic eſſentiam hominis, hominis naturam appellamus: Modò totam rerum vniuerſitatem, ſic dicimus aliquid eſſe, vel non eſſe in rerum natura: Modò Deum op. max: ſic Cicero de natuta Deorum inquit; Deus & natura idem ſunt: modò ſeriem omnium ſecundarum C cauſarum; in hoc ſenſu aiunt, Deum & naturam nil facere fruſtrà; Denique natura ſignificat Principium internum, ex quo oritur motus, & boc pactoſumitur hîc ab Atiſtotele, & cæteris philoſoplus.

Naturale quot modis dicitur.

Secundũ eſt: A natura deduci naturale, quod etiam multipliciter dicitur: Primò provt opponitur ſupernatutali; ſic dicitur naturale id, quod vires non excedit agentis naturalis, aut moralis, & fit medus diſpoſitionibus debitis & proportionatis. Secundò provt opponitur violento, & eſt id quod non fit repugnãte paſſo: ſeu id ad quod paſſum dicit aliquã inclinationem; D Tertiò provt opponitur coacto: ſic quod vi aliqua fit, non dicitur fieri naturaliter, vt cùm equũ impellimus: Quartò provt opponitur rei, quæ procedit ab agente non determinato ad vnum, qualis eſt motus animalium, quæ in motu noo determinantur ad vnum, vt formæ elementorum: Quintò provt opponitur libeto, ſic naturale dici ſolet, quod liberè non fit: Sextò provt opponitor rei aduenienti ab extrinſeco; hoc modo dicitur naturale id, quod à natura dimanat vt paſſiones: Septimò provt opponitur fortuito, & illi quod eſt præter naturam & intentionem agentis, vt mouſtrum; & ſic natutale dicitur quod accidit iuxta agentis intentionem & E ſæpius, vt ecclipſis. Denique natutale dicitur provt opponitur artificiali, & eſt illud quod habet in ſe principium motus & quietis; & hoc modo hîc accipitur.

Variæ loquendi formuiæ, vt ſenſum varient.

Tertiũ eſt. Hæc inter ſe maximè differre, Ens quod eſt natura: ens quod eſt à natura: ens ſecundùm natutam, & eos habens natutam. Inſuper ens præter naturam; ens ſupra naturam, & ens contra naturam. Ens quod eſt natura eſt forma, vel etiam materia: ens quod eſt à natuta ſunt proprietates: ſecundùm natutam accidentia eiuſdem ordinis: ens habens naturam eſt compoſitum: ens præter oaturam monſtrum: ſupra naturam Gratia, Viſio beatifica, &c. contra naturam chymeta.

A Naturam ſic definiit Atiſtoteles hîc. Eſt principium, & cauſa mouendi & quieſcendi in eo in quo eſt primum & per ſe, & non ſecundùm accidens.

Naturæ definitio Ariſtotelica explicatur.

Dicitur *principium & cauſa* quaſi ab ea dimanet motus; Dicitur *mouendi* provt comprehendit mutationem cùm accidentalẽ, tum ſubſtantialem, tum ſucceſſiuam, tum inſtantaneã, alterationis, localis, &c. Dicitor *principium quieſcendi* non illius quietis quæ motũ præcedit, ſed quæ ſubſequitur, & quæ eſt terminus ad quem à natura appetitus, non à quo: Dicitur *in quo eſt*, ad excludendas cauſas extrinſecas, artes, & Deũ B optimum maximũ, quæ ſunt principium motus in alio. Dicitur *primum*, id eſt principale ad excludenda principia inſtrumentalia, vt grauitas, & leuitas: Vel etiam dicitur *primũ*, id eſt ſecundùm quod ipſum, eſt immediatum, vt in lib. Poſteriorũ ad excludẽda artificialia, quæ non ſunt cauſa immediata motus. Dicitur *per ſe, & non ſecundùm accidens*; vel referendo hæc verba ad motum, ita vt natura ſit principium motus per ſe quatenus talis eſt, ſic lapis quatenus lapis tendit deorſum non vt ſabrefactum; vel referendo hæc verba non ad motum, ſed ad id in quo eſt principium, ita vt principium in eo in quo eſt, ſit per ſe, nou per accidens, hunc gubernator, licèt C ſit principium motus in naui, quia tamen ibi noo eſt per ſe, ideò non dicitur Natura.

Sectio II.

An naturæ definitio rectè ſit tradita.

Multiplex difficultas in definitione naturæ.

MVLTIPLEX hîc difficultas. *Prima*: an natura dicatur principium & cauſa coniunctiuè, ita vt ſimul oeceſſe ſit, vt ſit cauſa & principium: vel diſiooctiuè, vt ſenſus ſit, Natura eſt principium vel cauſa; ſi primum; ergo nec materia, nec priuatio erit natura, cùm nihil D influant: ſi ſecundum; ergo etiam priuatio, quod nemo coocedet præter voum Albertum.

Secunda difficultas eſt. Cùm non ſit minùs natutale rebus producere ſibi ſimile, quàm moueri & quieſcere ex 2. de Anima 34. non magis deberet definiri natura per ordinem ad motum, quàm per ordinem ad actionem productiuam, cùm per hanc res accipiant nobilius eſſe quàm per motum.

Tertia difficultas. Quomodo dicatur principium motus & quietis: Cœlum enim habet principium motus, non quietis in ſententia Ariſtotelis 9. Metaph. 17. & tamen eſt E corpus naturale. Terra ſecundùm ſe totam habet principium quietis, non motus, cùm ſit immobilis. Augetur difficultas: Forma enim mixti eſt natura, & non eſt principium motus niſi ratione elementi prædomioantis; ergo non omnis forma eſt principium motus. Item motus & quies ſuot oppoſita; ergo nequit eſſe idem principium vtriuſque.

Quarta difficultas. Quomodo dicatur principium in eo in quo eſt. Magnes enim eſt natura, & vt natura eſt, eſt principium motus in alio, nempe in ferro. Item figura artificiata verbi gratia pyramidalis, & acuminata eſt principium motus in ſe accelerationis, citiùs enim deſcendit, quàm quodlibet aliud corpus

eum alia figura, cùm aërem facilіùs ſcindat. Denique ignis manum calefacit, ergo natura eſt principium motus in alio.

Natura an cauſa ſimul & principium.

Quinta difficultas. Quies non eſt ens, eſt enim priuatio motus, ergo ad illam non eſt principium.

Auicenna.

Ad primam, reſpondet Albert. hìc, particulam, Et, ſumendam eſſe diſiunctiuè, ita vt ſenſus ſit; Naturam dici principium, vel cauſam; Cauſam propter materiam & formam, principium propter priuationem.

Pererius.

Pererius lib. 7. cap. 4 & recentiores communiter. Principium & cauſam hìc eſſe ſynonyma, & particulam, Et, ſumi coniunctiuè ad excludendam priuationem, quæ nequit dici natura, licèt ſit principium motus, quia non eſt principium influens.

D. Thomas.

D. Th. & Auer. ſic explicant; Natura eſt principium ratione materiæ: cauſa ratione formæ, quia forma eſt principium actiuum motus, materia verò tantùm principium paſſiuum: Non eſt tamen Priuatio Natura, quia illa non eſt nec principium actiuum, nec paſſiuum neque ad motũ dicit naturalem propenſionem, & etiam quia non eſt ens poſitiuum. De hac re infrà latiùs, vbi videbimus. An materia & Priuatio ſint natura.

Natura quare per motum definita.

Ad ſecundam. Rectiùs natura definitur per motũ, quàm per producere ſibi ſimile, quia motus eſt magis vniuerſalis & notior, cœlũ enim eſt corpus naturale, & nequit ſibi ſimile producere.

Natura qu modo principium motus & quietis.

Ad tertiam. Primus reſpondendi modus eſt eorum, qui volunt intelligi debere naturam eſſe principium motus & quietis coniunctiuè. Ad inſtantiam de cœlo variè reſpondent.

Albertus.

Albertus ait cœlum non eſſe corpus naturale, dum quieſcere non poteſt: terram verò moueri ſecundùm partes.

Themiſtius.

Themiſtius, concedit cœlum eſſe corpus naturale, & inſuper naturam eſſe principium motus & quietis; excipit tamen cœlum in quo tantùm eſt principium motus.

Simplicius. Philoponus. reiecti.

Simplicius & Philoponus, cœlum moueri circulariter, quieſcere ſecundùm totum, quia non transfertur de loco ad locum.

Alexander, cœlum moueri ſecundùm totum, quieſcere ſecũdùm partes, videlicet circa polos.

Alij. Cœlum moueri motu locali; quieſcere motu alterationis.

Denique: Recentior quidam quieturum poſt diem Iudicij.

Impugnatur Albertus & Themiſt. quia vt difficultatem effugiant gratis cœlum excipiunt.

Nec rectè Alexander, dum ait cœlum quieſcere ſecundùm polos, quia poli non ſunt cœlũ, ſed indiuiſibile cœli. Item ſi cœlum ſecundũ polos quieſcit, ergo poli ſunt natura, ergo debent etiam moueri, cùm natura ſit principium ſecundùm ipſum nedum quietis, ſed etiam motus.

Nec rectè Simplicius & Philoponus, cœlum enim eo modo deberet quieſcere, ſicut mouetur, cùm quies ſit terminus motus, ſed cœlũ mouetur circulariter, ergo etiam circulariter deberet quieſcere; & ſi mouetur motu locali, quieſcere debet etiã localiter, & non ſecundùm motum alterationis. Quies autem futura poſt iudicium, iudicio philoſophico indigoa.

D. Thomæ reſponſio.

Secuodus reſpoodendi modus tribuitur à quibuſdam D. Thomæ, qui ſic explicat defitutioné; naturam eſſe principiũ motus & quietis in eo in A quo eſt motus & quies, ita vt ſenſus ſit: vbicunque eſt motus & quies, ibi eſt natura, ſicuti dicimus de anima vbicunque eſt ſenſus, & intellectio, ibi eſt anima, non tamé quòd anima ſit ſemper principium ſenſus & intellectionis.

Impugnatur: Natura enim dicitur principium motus in eo in quo eſt principium, non in eo in quo eſt motus, alioquin cauſæ extrinſecæ eſſent natura; agens enim calefactiuum eſt principium calefactionis in eo in quo eſt calefactio: orbium motores & ars non ſunt natura, quia non ſunt principium motus in ſe, ſed in eo in quo eſt motus.

Rectiùs ex Auicenna 1. Suffic. c. ex Porphyrio apud Simplicium, Burlæo hìc, & Pererio. B Particulam illam ſumendam eſſe diſiunctiuè, hoc eſt naturam eſſe principium, vel motus, vel quiens.

Ad primam confirmationé reſpondet quidam, Idem non implicare eſſe principiũ oppoſitorum ſi oppoſita ſint adinuicé ſubordinata, vt motus & quies: Alij, ſi oppoſita ſint priuatiua.

Albertus concedit neque implicare ſi oppoſita ſint poſitiua, dummodo ſucceſſiuè dimaoent; ſi eadem voluntas ſeu anima eſt principium amoris & odij.

Burlæus negat motum opponi quieti, quia motus eſt via ad quietem, & quies eſt principium motus.

Ad ſecundam confirmationem: Licèt forma C mixti noo ſit principium illius motus, qui procedit à prædominante elemento, eſt tamen principium alterius motus, accretionis videlicet vel augmentationis; nec datur aliqua forma, quæ non habeat principium motus in ſe.

Ad quartam difficultatem. Magnes non vt natura eſt, eſt principium motus in ferro, ſed vt talis natura eſt, ideò captioſus ſyllogiſmus.

Inſtabis: Actio naturalis debet prouenire à natura, ſed ferrum trahere eſt naturale magneti, ergo eſt à natura, & natura eſt principium motus in alio.

Reſponderi poteſt ex Maffeio: Magnes attrahit ferrum non vt natura eſt formaliter, ſed vt D potentia eſt; habet enim potentiam attrahendi ferrum. Sic ipſe ad inſtantiam de igne, dum manum calefacit.

Maffeius reiicitur.

Impugnatur hoc pacto: dum mouetur animal, & dum augetur, motus ille augmentationis non erit à natura, cùm moueatur & augeatur per potentiam augmentatiuam & loco motiuam.

Reſpondetur ergo: Attractio ferri poteſt conſiderari dupliciter: & vt eſt à natura magnetis: & vt eſt in ferro. Primo modo dicitur naturalis, ſecundo minimè. Ratio eſt, quia attrahi vt ſic, poteſt eſſe in ferro, & non à magnete, ſed v. g. ab homine; quare ad maiorem: Actio naturalis debet prouenire à natura non vt eſt in alio, E ſed vt eſt in ſe.

Ad confirmationem: Figuram non eſſe principium motus in ſe, ſed modi eiuſdem motus, accelerationis videlicet, & velocitatis: natura auté eſt principiũ motus, vt motus eſt: patet, quia ſi ſit eadem figura & non eadem forma lapidis, non ſequitur idem motus, ergo. quia motus eſt à forma lapidis, velocitas à figura.

Inſtabis acceleratio, & velocitas producitur ab arte vt conceditur; ſed velocitas vt ſic eſt motus, ergo ars eſt principium motus in eo in quo eſt.

Reſpon. An velocitas ſit motus, alibi: Nuoc tranſeat maior; ars auté quãuis producat veloci-

tatem, non dicitur producere motum ſub ratione motus, ſed ſub ratione modi eius motus: A Vel & reſpondetur, Eſto ars produeat ſimul cum oatura motum ſub ratione motus, oon tamen ſequitur artem eſſe principium motus primò & per ſe, quia eſt tantùm principium motus in eo in quo eſt per accidens, vt eſt coniuncta naturæ.

Quies quomodo priuatio: & quomodo quid poſitiuum.

Ad quintũ reſpondet Pererius cap. 5. quietem poſſe ſumi dupliciter, & vt ceſſatio motus præcisè, & ſic eſt pura priuatio, & illius non eſt principium natura. Secundò: Pro ſtatu rei connaturali, & ſic eſt quid poſitiuum, & huius quietis eſt principium natura. B

DISPVTATIO II.

Quibus conueniat naturæ definitio.

Sectio Prima.

An forma ſit natura.

PRIMA ſententia eſt Simplicij hîc tex. 6. & in procem. lib. de anima, Formam non eſſe naturam, quia C natura eſt tantùm principium paſſiuum.

Probatur primò, quia principium actiuum vt actioum eſt, agit in alio, ergo principium actiuum vt actiuum qualis eſt forma non eſt natura: Antecedens probatur, quia nullum agens agit in ſeipſum.

Secundò ex Ariſtotele 8. Phyſ. 32. Qui ait grauia & leuia & cætera inanimata non habere principium actiuum motus, & habere naturam, ergo natura non eſt principium actiuum.

Secunda ſententia eſt Scot. in 2. Diſt. 18. & diſt. 3. quæſt. 1. Qui vult formam eſſe naturam, D ſed quatenus principium paſſiuum motus non actiuum.

Probatur primò, In hoc diſtinguitur natura ab arte, quia natura recipit motum in ſe, ergo de ratione naturæ eſt eſſe principium paſſiuum.

Secundò: Ex Ariſt. quæ mota mouent ſunt phyſicæ conſiderationis, ergo entia naturalia & naturalis motus per principium paſſiuum dignoſcitur & conſtituitur. Tertiò: Motus eſt actus entis in potentia, mobilis videlicet, ergo motus naturalis is tantùm, qui à principio paſſiuo. Quartò: Motus naturalis in hoc diſtinguitur à violento, quia hic fit contra inclina- E tionem paſſi ex Ariſt. 8. Phyſ. 27. ergo tantùm ille motus eſt naturalis, qui eſt iuxta paſſiuam inclinationem.

Tertia ſententia eſt communis: Cum qua ſit

Nõ repugnat principiũ actiuum motus eſſe etiam receptiuum.

Prima concluſio. Principium actioum motus vt actiuum eſt, eſt natura contra Scot. & Simpl. Probatur: Ideo repugnat naturæ eſſe principium actiuum motus ex Simplicio, quia naturæ proprium eſt recipere motum in ſe: at principio actiuo non repugnat motum in ſe recipere, ergo neque naturæ eſſe principium actiuum: Minor probatur. Quia cùm ignis ſurſum mouetur, nullum agens extrinſecum aſſignari poteſt, quod illum moueat, ergo ille efficit & recipit in ſe motum.

Dices ex Ariſtotele 8. Phyſ. 32. Elementa mouentur à generante, vel à remouente prohibente, ergo ignis non ſeipſum mouet.

Reſpondetur: Intelligi inchoatiuè, non effectiuè.

Secundò probatur concluſio contra Scotum. In hoc diſtinguitur ars à natura, quia ars efficit motum in alio, natura in ſe, ergo natura eſt principium effectiuum motus.

Secunda concluſio: Forma eſt principium motus nedum actiuum, ſed etiam paſſiuum, & vtroque modo eſt natura. Patet ex dictis, ſi enim eſt effectiua motus in ſe, eſt etiam principium paſſiuum eiuſdem.

Ad rationes in contrarium, *& ad primam* negatur antecedens: Non enim omnis actio ab alio principio diſtincto debet recipi ab eo à quo elicitur, vt patet in potentia diſcurſiua, & in aliis actionibus immanentibus. *Ad ſecundum.* Dubitant DD. An grauia & leuia habeant principium actiuum motus, vel ſolùm paſſiuum, de quo in libro de Generatione: interim dico Ariſtotelem negare in elementis tantùm principium actiuum inchoãs motum, quod eſt generans, vel remouens prohibens.

Secundò reſpondetur: Eſto elementa non habeant principium actiuum motus, adhuc nego conſequentiam, quod videlicet natura ſit tantùm principium paſſiuum, quia ſunt aliæ formæ, quæ eliciunt ſuum motum, & appellantur natura.

Ad primum, Scoti diſtinguo antecedens: Natura ab arte diſtinguitur, quia recipit in ſe motum, inadæquatè cõcedo, adæquatè nego: Hinc nego conſequentiam. *Ad ſecundum*: Ariſtoteles explicat naturam per paſſiuum, quia eſt vniuerſalius, quia meliùs intelligitur, quomodo natura ſit principium motus in ſe, non tamen quia principium actiuum non ſit natura.

Ad tertium, Motus eſt actus nedum entis mobilis, ſed etiam eſt actus mouentis: definitur autem per mobile, quia motus eſt quodammodo magis intrinſecus principio paſſiuo, quàm actiuo: non quia motus naturalis tantùm dicatur, quia ſolùm à principio paſſiuo.

Ad quartum, negatur conſequentia: Ideò enim motus, qui eſt contra inclinationem paſſi dicitur violentus, nedum quia fit repugnante paſſo, ſed etiam quia dum fit paſſo repugnante, fit etiam à principio extrinſeco, vt rectè docet Maffeius noſter.

Sectio II.

An formæ omnes ſint natura.

FORMARVM omnium aliæ ſublunares; aliæ cæleſtes. Sublunarium aliæ viuentium, aliæ non viuentium: viuentium, aliæ materiales, aliæ ſpirituales: de ſingulis eſt peculiaris difficultas.

Prima concluſio. Formæ omnes tum ſpirituales, tum materiales viuentium ſunt natura. Eſt contra Simpl. vbi ſuprà Anicen. 1. Suffi. cap. 5. Albert. de origine animæ cap. 4.

Simplicius. Auicenna. Albertus.

Probatur primò. Anima eſt principium motus in eo in quo eſt primò & per ſe, ergo. Secundò, operationes brutorũ animaſticæ ſunt naturales, ergo ab anima quæ ſit natura: Anteced. patet.

augmentatio enim, accretio & diminutio ſunt naturales & ab anima, 2. Phyſ initio.

Tertiò: Viuentia ſunt ſpecies obiecti phyſici diſtinctæ à corporibus ſimplicibus, & inanimis, vt patet ex 2. Phyſic. ex lib. de Plantis & Generat. animalium, ſed viuentia non diſtinguuntur ab inanimis, niſi per animam, ergo per animam ſunt ſpecies obiecti phyſici, ergo anima eſt natura. Quartò probatur, quòd ad animam rationalem; Anima rationalis in homine eſt principium nutritionis, augmentationis, & cæterorum motuum, qui licèt recipiantur in ipſa, recipiuntur tamen in comparte, imò & in toto quod ab ipſa conſtituitur; non enim ſunt plures animæ in homine, ſed vna: ergo anima rationalis eſt natura. Confirmatur, nedum quoad gradum ſeoſitiuum, ſed etiam rationalem: Anima rationalis eſt verè forma informans, & forma corporis oaturalis, ergo vt rationalis eſt, eſt natura. Conſequentia probatur: Quia compoſitum pbyſicum conſtat ex naturis: Item bomo vt homo eſt, eſt naturalis, ſed eſt homo per animam, ergo anima eſt natura.

Obiicies primò. Idem eſt eſſe rationale, & eſſe principium motus diſcorſiui, ſed anima vt eſt principium motus diſcurſiui, non eſt natura, ergo oon eſt natura vt rationalis. Minor probatur, qnia diſcurſus non eſt motus oaturalis.

Pererius reiicitur. Reſpondet Pererios lib. 7. cap. 12. & ex eo Pater Maffeius. Animã non eſſe naturam ratione motus diſcurſiui, ſed ratione motus pbyſici, localis, qui ab illa moderatur tanquam ab agente principali, in quo differt anima ab arte, quæ cùm moderatur motum, id præſtat inſtrumentaliter, vt in arte ſaltandi.

Non ſatisfacit. Figura enim pyramidalis facit vt lapis velociùs deſcendat, & oon inſtrumentaliter, & tamen non dicitur natura, ergo licèt anima modificet motus phyſicos vt rationalis eſt, non ideò debet dici natura.

Ruuius. Reſpondetur ergo ex Ruuio. Anima dicitur natura non reſpectu motus localis, qui neque ab ipſa promitur, neque io ipſa per ſe recipitur, ſed tantùm per accidens: ſed reſpectu motus admirationis, riſus, fletus, locutionis.

Obiicies ſecundò ex Auiceona, Anima ſupponit corpus naturale, eſt enim actus corporis organici naturalis 2. de Anima 7. ergo anima non eſt natura. Reſpondetur negando conſequentiam: Materia enim eſt natura ſaltem vt principium paſſiuum; forma vt actiuum.

Obiicies tertiò. Anima non eſt priocipium immediatum motos, natura eſt principium immediatum, ergo.

Reſp. Eſſe immediatum prout contradiſtinguitur à per accidens, non prout contradiſtinguitur à proximo: Vel eſt immediatum reſpectu cauſarum principalium, quia videlicet non eſt cauſa alia principalis immediatior.

Obiicies quartò. Natura debet reperiri in omnibus naturalibus, anima non reperitur, ergo. Reſpondetur: Natura in communi concedo, hæc aut illa nego.

Obiicies quintò: Omois natura vel eſt ſubiectum vel in ſubiecto, Pbyſ. 4. Anima rationalis, neque eſt ſubiectum, neque in ſubiecto, ergo.

Reſp. Licèt anima non ſit in materia tanquam in ſuſtentationis ſubiecto, eſt in illa tanquam in ſubiectó receptionis illud informando.

A *Obiicies ſextò*. Motus progreſſiuus eſt ab anima & oon eſt oaturalis, ergo eius principium non eſt natura. Aotecedens probatur, quia in motu naturali res non defatigatur vt lapis tendens deorſum, ſed animal in motu progreſſiuo deſatigatur, ergo.

Reſpondetur, Lapis ideò non defatigatur, quia eſt corpus ſimplex, & totus appetit motum deorſum; In motu progreſſiuo animal fatigatur, quia reſpectu elementi prædominantis motus ille eſt præter naturam, & violentus, licèt animæ ſit naturalis.

Obiicies ſeptimò. Anima rationalis ex Ariſt. 1. de Par. cap. 1. noo ſpectat ad phyſicum, quia eſt immaterialis, & per ſe ſubſiſtens.

B Reſpondetur: Animã poſſe conſiderari vt formam corporis informantem: & vt ens immateriale: ſecũdo modo ſpectat ad metaphyſicũ, primo ad pbyſicum. ſic explicandus Ariſtoteles.

Secunda concluſio. Formæ mixtorum ſi comparentur ad motum localem non ſunt natura: reſpectu aliorum motuum maximè.

Prima pars probatur: Quia mixta non moueotur ſurſum, aut deorſom, niſi ratione elementi prædominantis 1. Cœl. 7. noo à propria forma, ergo. Secunda pars probatur, quia quælibet forma eſt in ſe productiua alicuius proprietatis, aut accidentis, ſic magnetis forma eſt principium attractiuum.

C *Tertia concluſio*. Formæ omnes corporum ſimplicium tum cœleſtium, tum ſublunariom ſunt natura: ſecunda pars eſt contra Scotum, Durandum, Albertum, Auicennam: eſt tamen D. Th. Auer. & communis. D. Thom. Auerroës.

Probatur: Formæ ſimplices cœleſtium corporum, licèt non habeant principium actiuum motus oaturalis eius in quo ſunt; ſunt tamen principium paſſiuum, ergo.

Secuodò: Motus, quo cœlum mouetur vel eſt naturalis, vel violentus: non ſecundum, quia non eſſet perpetuus, ergo naturalis.

Confirmatur. Omnis motus, qui alicui eſt violentus, alteri eſt naturalis: ſed motus circularis D nulli niſi cœlo poteſt eſſe naturalis, ergo non illi violentus. Ita argumentatur Ariſt. 1. de Cœl.

Tertiò. Omne ens babet propenſionem ad propriam operationem & perfectionem; ſed propria cœli perfectio & operàtio eſt motus circularis, ergo ad illum habet propenſiooem.

Quartò: Formæ elementorum nedum habent principium paſſiuũ, ſed etiam actiuum, vt in igne: & in aqua, in qua forma eſt principium alterationis, cùm ſe reducit ad priſtinum frigus.

Dices. Motus naturalis fit à termino à quo & ad qoem, & in ſuo cooceptu eſſentialiter inuoluit priuationem: ſed motus cœli caret his terminis, ergo non eſt naturalis, ergo forma E non eſt natura. Confirmatur: Motus cœli eſt iofinitus, ergo non eſt naturalis, natura enim horret infinitum.

Reſpoodetur primò ex Pererio, id eſſe verum de motu recto, non circulari.

Dicerem in cœlo adeſſe terminum à quo, & ad quem ſaltem reſpectu partium.

Ad confirmationem: Motus cœli eſt infinitus ratione durationis, non ratione ſpatij; ao aotem natura horreat infinitum alibi.

Quarta concluſio. Formæ aſſiſtentes non ſunt natura.

Probatur: Quia non ſunt phyſicæ conſidera-

tionis niſi quoad an ſit, vt diximus alibi. Tum quia mouent immotæ, & ſunt principium motus in alio; Eſt contra Mirand. de Euer. ſing. Certaminis.

Dices. Formæ aſſiſtentes non ſunt natura, ergo neque motus, qui ab ipſis fit eſt naturalis.

Reſpondetur. Non eſt naturalis reſpectu principij actiui, ſed paſſiui.

Sectio III.

An materia vt contradiſtincta à forma ſit natura.

PRIMA *ſententia eſt* Auicennæ, qui voluit materiam non eſſe naturã; putauit enim naturam eſſe tantùm principium actiuum motus.

Secunda ſententia eſt Zabarellæ lib. de Natura cap. 7. qui vult naturam dici tum de principio actiuo, tum de paſſiuo, atque adeò materiam eſſe naturam. Addit tamen non vt à forma contradiſtinctam.

Probat: Si materia eſſet natura prout eſt contradiſtincta à forma, omnes motus eſſent naturales etiam violenti, & arte facti, hoc eſt falſum ergo. Sequela probatur, quia omnes motus recipiuntur in materia, cùm ipſa dicat inclinationem ad illos. Secundò, vnius rei vna eſt natura, ergo materia, vt ſic non eſt natura.

Tertiò. Non omnibus eſt vnus atque idem motus naturalis, & tamen eſt in omnibus vna materia, ergo materia non eſt principium alicuius motus, quia daretur motus, qui eſſet omnibus naturalis.

Confir. Vnumquodque tunc eſt natura, cùm actu eſt, non cùm poteſtate, ergo materia vt à forma contradiſtincta non eſt natura.

Tertia ſententia, eſt cummunis recentioribus quibuſdam & veluti media. Volunt enim materiam vt contradiſtinctam à forma eſſe naturam, non tamen vt ſeiunctam à forma, ſed formam requirere tanquam conditionem ſine qua non. Ratio eſt, quia materia ſecundùm ſe, & prout eſt ſeiuncta à forma non dicit inclinationem ad motum, ergo vt ſeiuncta à forma non eſt natura: Antecedens probatur, Quia ſi diceret inclinationem ad omnem motum, cùm non eſſet maior ratio cur vnum & non alium appeteret, quod eſt abſurdum: appeteret enim motum repugnantem formæ quam habet, & ſic appeteret malum ſibi, cùm bonum totius ſit bonum partium, & malum totius malum partium.

Quarta ſententia, eſt longè communior, pro qua

Motus non debet effectiuè à natura procedere.

Notandum primò contra Auicennam: Cùm dicimus Naturam eſſe principium motus, non intelligimus motum debere effectiuè procedere à natura, non enim neceſſe eſt, vt aliquid dicatur principium, quod aliquid actiuè producat, vt alibi diximus, ſed ſufficit ſi ſit ſaltem tale, vt ab eo res quomodocũque procedat; ad rationem autem naturæ, vt etiam ſit primum & non ſecundum accidens: ſic formæ cœli ſunt natura vt probauimus, & non ſunt niſi principium paſſiuum motus; Et ex Ariſtotele materia eſt natura, & nullam habet actiuitatem.

Notandum ſecundò; Cùm non repugnet materiæ eſſe naturam vt principium paſſiuum eſt, ſupereſt vt videamus an ſit principiũ paſſiuum motus prout eſt ſimul cum forma & à forma determinata, an ſecundùm ſe ſit talis. Ad hoc optima via eſt inquirere, an detur aliquis motus, qui ſit naturalis materiæ, vt ſeiuncta à forma; & ad hoc optima via eſt inquirere, An materia ex ſe ad aliquem motum dicat inclinationem; nequit enim aliquid inclinare ad aliquem motum, niſi motus ille ſit illi naturalis, res enim non inclinat, niſi ad bonum ſibi conueniens, & non ad malum. Hoc poſito

Materia eſt natura quare.

Prima concluſio. Materia vt ſeiuncta à forma dicit naturalem inclinationem ad generationem, ergo generatio eſt illi naturalis, ergo materia reſpectu illius eſt natura.

Probatur: Materia vt ſic dicit naturalem inclinationem ad formam, ergo & ad generationem formæ: tum quia generatio eſt idem realiter cum forma; vel ſaltem generatio eſt medium ad formam: Modò ſic, qui appetit efficaciter finem, appetit efficaciter media ad finem; ſed forma eſt finis, generatio eſt via & medium, ergo ſi materia appetit formam, appetit etiam generationem.

Confirmatur: Generatio ſimpliciter eſt motus naturalis, ergo reſpectu alicuius naturalis; ſed non eſt naturalis formæ præexiſtenti, quia illi repugnat, & eſt ſui deſtructiua, non formæ aduenienti, quia adhuc non eſt, ergo materia reſpectu illius eſt natura.

Item materia eſt ordinata ad ſingularium rerum generationes, & hoc præcipuum eius munus, ergo generationes reſpectu materiæ ſunt motus naturales. Secundò ex Ariſtotele 5. Metaphyſ. vbi ait materia dicitur natura, quia eſt motus ſuſceptiua, ſed materia non eſt ſuſceptiua motus prout eſt coniuncta cum forma, aut à forma determinata, ergo. Tertiò Ariſtoteles appellat hîc materiam primam Naturam, ergo intelligit de materia ſecundùm ſe, & ab omni forma ſeiuncta. Conſequentia probatur: Quia materia coniuncta formæ, ſeu determinata à forma eſt materia ſecunda, non prima.

Ad rationes in contrarium *& ad primam* ſecundæ ſententiæ reſpondetur: Motus violentos futuros naturales; ratione materiæ ſimpliciter fore violentos, quia repugnarent formis. Vel

Secundò, Nego omnes motus futuros naturales, quia materia non ad omnes dicit inclinationem, vt ad motus ſurſum, & deorſum, & ad arte factos; ſed ſolùm non repugnantiam, quia illi non ſunt ordinati à natura ad aliquod bonum materiæ.

Dices. Materia debet inclinare ad bonum formæ, ergo motus ſurſum erit naturalis materiæ ignis.

Reſpondetur, diſtinguo antecedẽs, Materiam debere inclinare ad bonum formæ vt materia ſecunda eſt, non vt materia prima; quæſtio eſt tantùm de materia prima vt prima eſt. Ad ſecundum: Vnius rei vna eſt natura, completa, concedo: incompleta; & nego.

Ad tertium, Diximus materiam dici naturam ratione motus generationis, non localis; Ideo non ſequitur eſt vna in omnibus materia, ergo idem in omnibus motus. Ad confirmationem. Vnumquodque, &c. intelligendũ eſt de natura completa vt diximus. Sic etiam reſpõdetur ad id

Q iij

quod afferr ex Ariſtotcle Zabarella, rem oon habere ſuam natutam niſi cùm haber ſormain.

Obiicies: Natuta eſt deretminata ad vnum: materia non eſt determinata ad vnum, ergo non eſt natura.

Reſpondetut primò: Formæ viuent um ſunt natura, & oon ſunt determioatæ ad vnum, ſed ſunt principium multarum operationum. Secundò, Naturam eſſe deretminatam ad vnum uon ſpecie, ſed genere: ſic etiam in materia, & eodem modo philoſophandum in materia, ſicut etiam in potentiis, vt alibi diximus.

Ad rationem tertiæ ſententiæ, Materiam non dicete inclinationem ad omnem motum, ſed præſertim ad motum generationis, ratione cuius dicitur natura: Quòd ſi appetit gcoerationem formæ, quam non babet; oon ſibi appetit malum, ſed bonum; licèt per accidens ſir cauſa cortuptionis compoſiti, & formæ præcedeotis.

Sectio IV.

An priuatio, quantitas, finis, & efficiens ſint natura.

QVOAD priuationem affirmant Albertos, Toletus, Conimbricenſes, & ex parte Ruuius, qui ait priuationem eſſe aoalogicè naturā. Probant: quia priuatio eſt principium primum & per ſe generationis, ergo etiam motus. Negant Pererius lib. 7. cap. 4. Scotus & communiter recentiotes, cum quibus ſit

Pererius. Scotus.

Prima conclusio. Priuatio non eſt natura, non voi uocè, non analogieè, ſed oec metaphoricè.

Probat quidam ex noſtris: Priuatio non eſt principium qoieris, ergo non eſt natuta. Non rectè, quia ſecundùm ipſos, natura eſt principium motus & quietis diſiunctiuè, ergo oon requiritur vt ſit principium quietis, vt ſit natota.

Probant alij: Priuatio eſt priocipium per accideos generationis, atque adeò etiam mutationis. Sed neque; eſt enim priuatio priocipium intrinſecum per ſe motus.

Probant alij. Noo eſt poſitiuum, oec ſubſtantia, aor cauſa per ſe influens.

Nec rectè, Ideò eoim requireretur ens poſitioum, aut ſubſtantia ſi natura eſſer ſemper principiom influens, ar hoe non requiritur, ergo: tuio quia natuta dicitur principiom & cauſa diſiunctiuè, vt exclodarur influxus ex D. Th. tum quia cœlum tantùm paſſiuè ſe habet reſpectu motus citeularis, & tamen eſt natuta.

Probatur, ergo: Priuatio ſe habet per modum accidentis io materia, & eſt in illa per accidens, licèt ſit per ſe principium motus, ſed oatura eſt principium motus in eo in quo eſt per ſe, ergo priuatio non eſt natura.

Secundò & rectiùs. Materia noo eſt natora, quia eſt tantùm principium paſſiuum motus, & illum in ſe recipit, quia ſic eſſet materia natura reſpectu motus ſurſum, & deorſum, & ad motus artificiales; ſed dicitur natura reſpectu motus generationis, & alteratioois, prout ſunt via ad formam ſubſtantialem, quia ad illam habet inclinatiooem, vt diximus; ſed priuatio nullam dicit inclinatiooem, aut aptitudinem ad generationem, alterationem, aut reliquos motus, cùm ſit mera carentia formæ, & per generationem expellatur. Minor eſt clata: Maior præterea quæ alibi diximus, etiam probatur. Ad hoc enim vt aliquid dicatur natura, & naturale principium motus non ſufficit non repugnantia, ſed requiritur naturalis propenſio, & appetitus: hinc motus artificialis, qui fit abſque incliuatiooe ſubiecti, licèt ſubiectum ad illum dicat non repugnantiam, non dicitur naturalis.

Obiicies. Priuatio io hoe diſtinguitur à negatione, quia eſt carentia in ſubiecto apto, ergo dicit aptitudinem & inclinationem.

Reſpondetur, Priuatiooem formaliter dicere carentiam, connotare tamen aptitudinem, non quidem ſuam ad generatiooem & formam, ſed ſubiecti. Ad hoc vt aliquid ſit oatura tequiritur vt illud idem, quod eſt principium motus, dicat inclinatiooem ad illum. Et ex his patet, cur materia licèt ſit principium nihil influens in motum ſir natura, non priuatio.

Secunda concluſio Quantitas & reliqua accidentia, qoæ ſunt principium diuiſibilitatis, & alterationis non ſunt natura.

Probatur eadem ratione: Non ſunt natura accidentia, quia non ſunt per ſe in materia, ſed per accidens: Neque etiam quantitas, quia ad diuiſibilitatem non dicit inclinatiooem, ſed ſolùm non repugnantiam.

Tertia concluſio. Finis non eſt natura, eſt contra Simpl. tex. 16. Philop. 2 Phyſ. initio. Sed neque cauſa efficiens: eſt communis.

Finis non eſt natura.

Prima pars probatur. Natura eſt principium, quod mouer & mooetur, hoc non conuenit fini, ergo. Mioor probatur, quia finis excludit motum, & quando natura finem adipiſcitur, quieſcit, & habitibus præſentibus ceſſat motus, 1. de gener 55.

Secunda pars probatur. Natura eſt principium motus io eo in quo eſt, talis non eſt efficiens: loquimur de cauſa efficiente motum in alio.

Obiicies primò ex Ariſt. 2. Phyſ. tex. 13. Formam eſſe natutam, quia homo geoerat hominem: ergo cauſa efficiens eſt natura.

Reſpondetur, Ariſtotelem ibi argumeotari contra aotiquos ad hominem, id eſt ex eorum principiis, præſertim contra Antiphontem qui putabat mareriam eſſe natutam, quia producerer ſibi ſimile.

Obiicies ſecundò. Forma eſt finis generationis, forma eſt oatuta, ergo natura eſt finis. Confirmatur: Natura eſt finis & principium motus, eſt enim id cuius gratiâ aliquid fit, tex. 23. mouer enim agens ad operandum.

Item eſt quietis priocipium, ergo finis vt finis eſt natura.

Reſpondetur. Formam poſſe conſiderari dupliciter, & vt eſt in compoſito, & vt eſt terminus generationis: & inſuper vt quid intentum à natuta vniuerſali: Hoc poſito finis eſt principium effectiuum, uon quia eſt quid intentum ab agente, ſed vt forma eſt. Et mouet agens ad operaodum noo phyſicè, ſed metaphoricè ſeu moraliter. Finis ergo ſpecificatiuè ſumptus eſt natura non formaliter.

Inſtabis. Finis vt finis eſt, eſt principium quietis.

Reſpondetur. Nego antecedens, Quia finis vt finis eſt, inuoluit cauſalitatem realem & metaphoricam, & ideò oon vt finis eſt, ſed vt

ſorma eſt, & vt terminus generationis quietem cauſat.

Maneat ergo eum Ariſtotele. Solam Formam & Materiam eſſe naturam 2. Phyſ. 4. Quòd ſi tex. 15. addit etiam priuationem, ibi intellige non careotiam formæ in ſubiecto apto, ſed deteriorem formam, quæ reſpectu perfectioris, vt forma cadaueris, ſi modò datur, vel forma embrionis, dici poteſt priuatio. Ita communiter Doctores.

Difficultas ſupereſt. An principium motus & quiens analogicè dieatur de actiuo & paſſiuo, ſeu an materiæ definitio vniuocè competat omnibus naturis.

Auerroës & Pererius hîc volont conuenire analogicè. Ratio eſt, quia natura dicitur aoalogicè de materia & forma, ergo etiam analogicè definitio. Aotecedens pater, quia materia dicitur natura, quatenus eſt ſuſceptiua formæ, & forma ex Ariſtotele eſt magis natura, quàm materia; cùm ſit principium influens.

Sectio V.

An totum vt totum eſt ſit natura.

CERTVM eſt, totum vt totum eſt, non eſſe naturam quæ ſit principium actiuum motus. Ratio eſt, quia materia, quæ pars intrinſeca eſt eſſeotialis totius, nullo modo poreſt eſſe principium actiuum oec formaliter, nec concomitanter: Sed ſemper paſſiuum ideò nec totum vt totum eſt vt includens formaliter ambas partes. Difficultas igitur eſt, An ſaltem ſit natura, quæ ſit principium paſſiuum motus, aut quietis.

Prima ſententia negat. eſt communis multorum recentiorum, volunt enim nullum compoſitum eſſe naturam, ſed ens à natura.

Probant ex Ariſtotele, tex 4. qui vt oſtenderet naturam omnem eſſe ſubſtantiam, ait: Omnis natura aut eſt ſubiectum, aor in ſubiecto, materiam intelligens, & formam. Confirmatur ex eodem, qui ait hic compoſitum ex materia & forma naturam non eſſe.

Secundò, omnis natura alicuius rei eſt natura, ſed totum vt totum eſt oullius rei eſſe dicitur, ergo nullius rei natura.

Burleus. Pererius.

Secunda ſententia affirmat. Eſt Burlei 2. Phyſ. tex. 4. innuit hanc Peret. lib. 7. cap. 7. Cum quibus

Dicendum primò. Totum vt totum eſt in pleriſque corporibus haber naturalem propenſionem ad recipiendum aliquem motum.

Probatur: Cœlum enim inclinat, vt totum eſt, ad recipiendum motum circularem, cùm ſit inſtitutum ad rerum ſublunarium conſeruationem mediante motu. Aër nedum ſecundùm materiam, ſed etiam ſecundùm formam habet inclinationem ad recipiendum lumen, cùm ſit veluti eius perfectio, licèt principium proximum ſit diaphaoeitas, ergo totum vt totum eſt formaliter eſt natura.

Confirmatur à Pererio: In cœlo eſt figura rotunda, adeſt grauitas, & leuitas, eſt ſobſtantia incorruptibilis carens contrario, quæ ſunt requiſita ad motum circularem, ergo cœlum ad illum inclinat.

Dices. Hos motus dici naturales aëri & cœlo non formaliter ſed materialiter, hoc eſt ſecundùm aliquid quod eſt natura, non ſecundùm totum.

Contrà. Motus circularis non dicitur naturalis reſpectu ignis, dum ab orbe lunæ rapitur, licèt ſecundùm materiam ſit illi naturalis; ſimpliciter verò eſt illi præter naturam, cùm motus naturalis ignis ſit motus rectus, ſed motus circularis reſpectu cœli dicitur ſimpliciter naturalis, nullo modo præter naturam, ergo cœlum nedum ſecundùm materiam, ſed etiam ſecundùm formam reſpectu illius eſt natura.

Ad primum; Ariſtoteles nomine ſubiecti ibi non intelligit materiam præcisè ſumptam, & informem, ſed omne ſubiectum motus ſiue illud ſit compoſitum, ſiue ſimplex; dummodo ſit principium paſſiuum, nomine verò eius quod eſt in ſubiecto formam iotelligere.

Ad confirmationem: Compoſitum poſſe ſumi dupliciter, & vt eſt aggregatum quoddam ex principio actiuo & paſſiuo, & ſic non eſt natura, ſed ens à oatura: Ratio eſt, quia omnis natura vel eſt principium actiuum tantùm, vel paſſiuum: & noo quid conſtans ex duplici principio realiter diſtincto. Secundò compoſitum ſumi poteſt prout aggregatum, quod ratione vtriuſque partis eſt tantùm principiũ paſſiuum, & ſic cœlum eſt natura. Ariſtoteles verò cùm ait; Compoſitum non eſſe naturam, ſed ens à natura, intelligit compoſitum primo modo non ſecundo.

Ad ſecundum diſtinguo mioorẽ. Totum etiam poſſe ſumi dupliciter. Et prout dicit tantũ partes eſſentiales: & etiam prout dicit aggregatum ex partibus eſſentialibus, & ex conditionibus indiuiduantibus. Secundo modo totum nullius eſt totum: primo modo alicuios eſt totum: hoc modo eſſentiam hominis dicimus eſſe naturam Petri, & hoc ſenſu cœlum eſt natura, & natura cœli alicuius eſt natura.

Dicendum ſecundò. Totum vt totum eſt, eſt natura à oaturis partium diſtincta. Re ac ratione alibi. Patet ex dictis.

Dicendum tertiò. Dixi totum vt totum eſt eſſe naturam ſuppoſito quòd materia dicat propenſionem ad omnes motus tum locales, tum generationis: Si verò tantùm ad motum generationis; tuoc dico, totum vt totum eſt nullo modo eſt oatura. Probatur, non eſt natura vt principium actiuum ratione materiæ; neque paſſiuum cùm materia ad illos non dicat inclinationem.

Sectio VI.

De natura comparata ad artem.

ARs multipliciter ſumitur. Modò amplè prout complectitur omnes ſcientias, ſic 1. Eth. 1. Aliquando pro omni cognitione practica. Denique prout ſignificat habitom, quo quis operatur ad extra. Defioitur ab Ariſtotele ſic: Ars eſt habitus cum recta ratione factiuus. Artificiata dupliciter dicuntur generari, ſecundùm quid & ſimpliciter, ſicut etiam entia naturalia: & ſicut ens oaturale dicitur ſimpliciter generari, cùm ſit ſecundùm ſubſtantiam; ſecundùm quid, cùm ſecundùm accidens; ſic res artificiatæ vt ſtatua generari dicitur ſimpliciter cùm ex

ligno fit; ſecundùm quid cùm aliquis modus illi additur, aut figura.

In quo natura differat ab arte, & in quo conueniat videatur Ruuius & Pererius. Multiplex hîc difficultas.

Prima. An ars poſſit opera naturæ efficere.

Reſpondetur: Præciſè & propria virtute minimè: per accidens à rebus naturalibus, & earum facultatibus adiuta, applicando actiua paſſiuis, maximè. Sic reſpondendum ad ea quæ circumferuntur de Archimede, de Architas & ad ea quæ aſſerit ſcriptura de Magis in Ægypto, cùm ſerpentes produxere à dæmonibus adiuti: ſic ad alchimiſtas ſi aliquando verè aurum ex arte produci poteſt: poteſt ergo ars aliquid naturale efficere vt patet in medicis & agricolis.

Secunda difficultas. An aliquid poſſit ars efficere, quod non poſſit effici à natura.

Reſpondetur: Totum id, quod efficit ars, totum poteſt effici à natura. Quia ars efficit ſuum opus per potentiam motiuam, quæ eſt potentia naturalis, ergo etiam illud opus poteſt effici à natura, licèt non tam facilè, aut tam perfectè. Item, Ars nil aliud facit, niſi per virtutem motiuam ſeparata coniungit, coniuncta ſeparat, aut mutat ordinem partium, quæ omnia non repugnat fieri naturaliter: non fiunt tamen quia natura indiget vt ab arte determinetur, vt bene ſeparare poſſit, aut coniungere.

Tertia difficultas An ars poſſit aliquid efficere realiter diſtinctum à ſua materia.

Reſpondetur non per ſe, ſed per accidens. *Probatur prima pars,* quia ars nil aliud poteſt efficere per ſe niſi figuram, modum, & ordinem partium, nil autem horum eſt diſtinctum realiter à materia, ſed tantùm modaliter. Item: Artificiata omnia producuntur per motum localem ex tex. 59. Sed per motum localem nulla realis entitas producitur per ſe loquendo, ſed tantùm modus.

Secunda pars patet, cùm artifex operatur applicando actiua paſſiuis vt in medicina & agricultura id enim quod producitur eſt realiter diſtinctum à materia: Ratio eſt, quia agens naturale habens naturalem virtutem producendi aliquid realiter diſtinctum à materia, ab arte applicatum, idem poteſt efficere; quódque producetur erit artificiale ratione applicationis, naturale reſpectu productionis.

Burlæus. Venetus. Thienæus.

Obiiciunt contra primam partem Burlæus, Venetus, tex. 2. & Thienæus quæſt. 1. obiect. 1. Ars eſt habitus cum recta ratione factiuus; ergo debet aliquid efficere. Item: Forma artis poteſt corrumpi & potentia remanere. Denique, Statua ſi nihil eſſet diſtinctum à ſua materia haberet in ſe principium motus.

Ad primum & ſecundum reſpondetur: ſufficere diſtinctionem modalem inter id quod fit, & materiam.

Ad tertium eodem modo. Neque enim ſtatua vt ſtatua eſt formaliter eſſet principium motus in ſe, ſed vt corpus naturale.

Vltima difficultas. Cùm ad operandum ex arte tria requirantur, Idea operis, Idea mediorum, Habilitas in membris, & in intellectu, quæ eſt qualitas quædam qua diſponimur ad facilè operandum & diſcurrendum circa ea, quæ fieri debent ab artifice; quæritur quid horum ſit ars.

Reſpondetur: Si per artem intelligimus principium operandi artificioſè, Ars eſt cognitio illa actualis, & Idea operis, & mediorum: Ratio eſt, quia hæc requiritur ſimpliciter ad artificioſè operandum. Item, quia ratione harum idearum agens dicitur producere ſibi ſimile, non quidem in natura, ſed in Idea: Si verò per artem intelligimus habitum cum recta ratione factiuum, ſic ars eſt qualitas illa in intellectu producta ex aſſuefactione.

Probatur, Quia ſcientia habitualis non eſt cognitio illa actualis, ſed qualitas & habilitas in intellectu, ergo & ars habitualis.

Confirmatur ex Ariſtotele 2. Ethic. cap. 2. Qui ait habitum acquiri ex aſſuefactione, & cap. 3 Habitum cognoſci ex dolore & voluptate quæ ideæ non conueniunt. Item, Idea eſt principium ſimpliciter operandi: habitus verò facilè operandi. Denique, Ars ſemper debet eſſe eadem, Idea verò mutatur, ergo ars, quæ eſt habitus cum recta ratione factiuus, non eſt Idea.

Maneat ergo Artem ſimpliciter eſſe habitum illum ſeu habilitatem, quæ gignitur in intellectu, non quæ in membris; quia ars eſt habitus intellectualis: Et eſſe habilitatem cum recta ratione factiuam ad differentiam ineptiæ; quæ licèt ſit factiua cum ratione, non tamen cum rectâ: Factiuam verò, quia factio præter vltimum finem & ſeipſam, habet etiam alium finem, vt patet in ædificatione domus; in quo diſtinguitur factio ab actione, quæ non neceſſariò habet alium finem præter ſeipſam, & vltimum vt eſt actus temperantiæ.

Dices. Ædificatio domus poteſt ordinari ad vltimum finem tantùm, ergo factio non eſt quæ præter ſeipſam habet alium finem.

Reſpon. Factionem poſſe ſumi dupliciter, & vt imperata à voluntate, vt videlicet fiat hoc tempore & propter talem finem, & ſic factio eſt actio: Vt verò eſt directa ab arte, eſt factio, quia præter ſeipſam & vltimum finem habet etiam alium finem.

Cauſæ artium ſunt hæ, Efficiens, homo: Formalis, definitio rei artificiatæ, vel forma: Finalis idem homo; eiúſque voluptas, commodum, &c. Naturalis in qua, entia naturalia; Materialis circa quam, ea quæ poſſunt fieri à nobis vel bene, vel malè.

Corollaria præcedentium diſputationum, & collatio ad Ariſt. doctrinam.

Ad principiũ paſſiuũ non ſufficit non repugnantia.

EX *his colligitur primò*; Cùm principium paſſiuum motus dicitur natura, ad principium paſſiuum non ſufficere non repugnantiam, ſed requiri inclinationem: Ratio eſt, quia motus artificialis eſſet ſubiecto naturalis, quia ſubiectum artis formam artificialem reciperet per non repugnantiam. Item ſi ſubiectum eſſet natura reſpectu motus artificialis, artifex eſſet agens naturale, quia videlicet potentiæ actiuæ naturali debet correſpondere potentia actiua naturalis.

Quomodo efficiẽs motum in alio non ſit natura.

Colligitur ſecundò. Naturam dici principium actiuum motus in ſe, non quia dum in alio operatur non ſit natura, aut quòd illa actio non ſit naturalis; ſed quia per agere in alio abſolutè non ita facilè dignoſcitur natura diſtincta ab arte, licèt nihil ſit principium agendi in extrin-

ſecum primò & per ſe conneniens ſubiecto, in A quo eſt, quod non ſit natura, vt inductione patet; Cùm ergo dicimus Efficiens vt efficiens in alio non eſt natura, intelligendum eſt de efficiente, quod non eſt per ſe in eo in quo eſt, ſicuti ars, quæ licèt ſit principium agendi in alio non eſt per ſe in bomine, ſed per accidens.

Diſcrimen artis & naturæ.

Colligitur tertiò: In quo præſertim ars differat à natura; non quia ars eſt principium agendi in alio dumtaxat, ſed quia in eò in quo eſt per accidens, & non per ſe reperitur, licèt interdum differant etiam in hoc, quia natura eſt principium agendi in ſe; ars in alio.

Generatio & natura.

Colligitur quartò. Generationem non eſſe naturam pront natura ſignificat principium mo- B tus, quia generatio eſt ipſe motus non motus principium, licèt poſſit dici natura prout hæc vox naſcentiam ſignificat.

Natura arte perfectior quibus rationibus oſtéditur.

Colligitur quintò: Quomodo natura dicatur perfectior arte, & ars perfectior natura: Eſt enim natura perfectior arte ſimpliciter, quia natura eſt ſubſtantia, ars eſt accidens rebus ſuperadditum: tum quia natura eſt finis artis, eò enim ars perfectior, quò naturæ ſimilior: Ars verò dicitur perfectior naturâ ſecundùm quid, ſicut etiam accidentia dicuntur ſecundùm quid perfectiora ſubſtantiis, quia illas accidentaliter perficiunt.

Ariſtotelis doctrina de natura.

Colligitur ſextò, id quod de natura docuit C hoc lib. Ariſtoteles cap. 1. tex 2. dum ait, quæ conſtant natura, ea omnia motionis & quietis in ſe habere principium: tex. 3. Naturam eſſe mutationis principium & quietis eius rei in quo ſunt primò & per ſe, & non ſecundùm accidens. tex. 4. Naturam aut ſubiectum eſſe, aut in ſubiecto: tex. 5. hæc ſunt ſecundùm naturam, quæ in hoc per ſe inſunt, vt igni ſurſum ferri. tex. 6. Ridiculum eſſe demonſtrare naturam, cùm dari motum, & entia naturalia manifeſtum ſit. Tex. 10. Aliter materiam primam eſſe naturam, aliter formam: tex. 11. Id quod ex arte eſt, & artificiatum dici artem; pari modo id quod ſecundùm naturam & naturale eſt, naturam nuncu- D pari. Ibid. Lectus nec lectus dicitur qui eſt poteſtate; ita quod eſt poteſtate natura, nec natura eſt. Tex. 12. quod ex materia & forma eſt non eſt natura, ſed à natura. Ibid. Formam eſſe magis naturam quàm materiam. Tex. 13. Formam eſſe naturam, quia homo ex homine gignitur. Tex. 14. Generationem non eſſe naturam, tamen dici naturam, quia tendit ad naturam. Tex. 15. Priuationem eſſe quodammodo naturam. Hæc de natura.

E

PARS SECVNDA.

De rerum naturalium cauſis.

VIDIMVS cum Ariſtotele, Quid ſit natura, quæ principia, mox de cauſis; non quidem ſingulariter, ſed in ordine ad motum, in quo phyſicus à metaphyſico differt, qui etiam cauſas conſiderat, ſed in communi, abſtrahendo à materia; & à logico qui de iis agit, prout ad ſcientiam conducunt. Tractationem hanc hoc ordine abſoluemus. Primò agemus de cauſis in communi: Secundò de iiſdem in particulari: Tertiò comparando cauſas ad ſuos effectus: quartò cauſas inter ſe: quintò denique de cauſis & effectibus per accidens, id eſt de caſu, fortuna, & de monſtris, tum de fato.

DISPVTATIO PRIMA,

De cauſis in communi.

SECTIO PRIMA,

Quid ſit cauſa.

In cauſis conceptus communis.

SVPPONENDVM *primò*: Dari conceptum communem cauſarum, & hunc analogum: Materia enim, Forma, Efficiens, & Finis conueniunt in ratione cauſandi, Quòd analogicè conueniant probatur: quia quod prædicatur etiam ſecundùm vltimas differentias eſt analogum, ſed cauſa prædicatur de omnibus cauſis ſecundùm vltimam differentiam, ergo. Minor patet, quia forma vt forma eſt vt ſic, cauſat materiam, & materia vt materia cauſat formam.

Cauſa in actu propriè cauſa.

Supponendum ſecundò: Nos quærere hîc definitionem cauſæ in actu, quia hæc dicitur propriè cauſa; cauſa verò in actu non intelligenda eſt in ratione exiſtentiæ, ſed ſufficit ſi eius eſſe apprehendatur vt poſſibile, aut futurum.

Cauſæ variæ definitiones reiectæ.

Cauſa diuerſimodè à DD. definitur: Primò ex lib. de cauſis, qui tribuitur Ariſtoteli ſic. Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequitur aliud. Non placet, latiùs enim patet definitio quàm definitum; ad vnam enim partem temporis ſequitur alia, & ad approximationem ſequitur combuſtio, & approximatio & pars temporis non ſunt cauſæ.

Definitur ſecundò à Conimbricenſibus. Cauſa eſt id, à quo aliquid quomodocunque dependet. Impugnatur à Suarez ſic: Vnum relatiuum pendet per ſe ab alio, vnum autem non eſt cauſa alterius; quòd dependeant correlatiua ad inuicem probatur, quia vno poſito ponitur aliud, & ablato aufertur, ergo eſt vera dependentia. Sed

Falſum tantus vir aſſumit: poſitâ enim creaturâ poſſibili & ablatâ aufertur & ponitur omnipotentia, omnipotentia tamen non pendet à creaturis cùm ſit omnino abſolutiſſima, vt rectè 1. Par. docuit Vaſquez, quæſtione de attributis.

Præterea: poſitâ perſonâ Patris in diuinis ponitur Filius, & ablata aufertur, & tamen hæc non dicit dependentiam, & imperfectionem.

Definitur à Suarez diſp. 12. ſect. 2. num. 5. Cauſa eſt principium influens in aliud.

Vtraque tamen definitio diſplicet, quia diminuta: Influxus enim concipitur à nobis tanquam quædam actio, quod eſt proprium agentis, aut ſaltem nomen influxus eſt aliquantulum ignotum. Item dependentia non eſt communis omnibus cauſis; anima enim à materia non dependet, & tamen reſpectu illius eſt cauſa materialis receptiua.

Alij ſic. Cauſa eſt id propter quod per ſe principaliter aliquid aliud eſt.

Sed nec rectè; quia ſic non differt cauſa à principio.

Digitized by Google

Vera cauſæ definitio.

Definirem ſic. Cauſa per ſe eſt illa quæ per ſe dat eſſe alicui. dicitur per ſe vt excludatur cauſa per accidens: Dicitur quæ dat non quæ influit, dandi enim nomen accommodatius videtur ad omnes cauſas, tum materiales, tum efficientes & formales; tum quia notiùs, & latiùs quodammodo patet; dare, quàm influere dicitur, quæ dat eſſe vt diſtinguatur à conditionibus ſine quibus non, quæ non dant eſſe vt approximatio, &c. Dicitur alicui ſeu alteri, vt intelligatur id quod dat eſſe, eſſe debere alterum & diſtinctum ab eo quod recipit eſſe ſecundùm naturam: hinc Verbum in diuinis, quia eamdem naturam habet, quam Pater, non dicitur effectus.

Eſt & alia definitio non omnino contemnenda: Cauſa eſt ea quâ poſitâ in ratione cauſæ cum omnibus requiſitis ſtatim ſequitur effectus. Requiſita autem ſunt vt cauſa ſit totalis, quia à partiali tantùm nil ſequitur; vt ſit per ſe, quia per accidens non ſufficit; poſita enim foſſione non ſtatim reperitur theſaurus: vt ſit debitè applicata, nil enim agit in diſtans: non impedita vt Babylonicus ignis; & vt cæteræ cauſæ in proprio genere concurrant. Intelligenda autem definitio non de cauſa libera, ſed naturali.

Obiicies, Verbum dat eſſe effectui, conſtituit enim compoſitum, & verbum non eſt cauſa, ergo cauſa non eſt, quæ dat eſſe effectui.

Item humanitas dependet à Verbo, ſeu à Verbo accipit eſſe ſubſiſtens.

Reſpondent Conimbricenſes. Humanitatem dependere à Verbo tanquam à termino, non tanquam à cauſa; influit enim terminando humanitatem non illam componendo. Ita etiam quidam ex noſtris.

Inſtabis: Licèt reſpectu humanitatis non influat, influit tamen reſpectu totius, conſtituit enim totum Chriſtum videlicet qui dici poteſt compoſitus.

Reſp. Verbum eodem modo terminare naturam & conſtituere compoſitum; terminatiuè videlicet; Verbum enim non concurrit vt materia, neque vt forma, quia diceret imperfectionem, neque vt efficiens, quia eſſet communis cum Patre & Spiritu ſancto, quia operationes ad extrà ſunt indiuiſæ: concurrit ergo in genere termini, ſic punctus reſpectu lineæ eſt terminus, neque habet rationem cauſæ.

Vrgebis; Non alia ratione materia dicitur cauſa, niſi quia dat eſſe componendo ipſum compoſitum, ergo.

Reſpondetur: Materiam non ideò eſſe cauſam, quia ſeipſam exhibet compoſito, ſed quia ſeipſam dat tanquam veram & propriam compartem recipiendo ſaltem formam: & formam ideò eſſe cauſam, quia dat ſe ipſam materiæ illam informando: neutrum autem accidit inter Verbum & humanitatem, quia Verbum eſt perfectiſſimum, quod nec recipit, nec informat, ſed tantùm terminat.

Dices. Materia reſpectu animæ tantùm recipit, ergo non eſt cauſa, nihil enim dat.

Reſpondetur: Materiam dare ſeipſam tanquam compartem, & tanquam potentiam receptiuam.

Sectio II.

Cauſarum multiplicitas, genera, diſtinctio.

Cauſa quot modis dicitur.

CAVSA multipliciter dicitur: Alia dicitur prima vt Deus: alia ſecunda vt creatura; Alia poſitiua vt ignis reſpectu calefactionis; Priuatiua alia, vt ignis abſentia quæ eſt cauſa frigoris; Poſitiua vniuoca, aut æquiuoca: Vtraque alia per ſe, effectum producens per virtutem ſibi propriam; Alia per accidens, quæ effectum producit ob coniunctionem alterius: Eadem alia dicitur in fieri, ſic pater dicitur cauſa in fieri reſpectu filij; Alia in facto eſſe, vt ſol reſpectu luminis. Vtraque alia immediata immediatè attingens effectum: alia mediata: Mediata, alia mediatione virtutis, quæ agit media virtute ab alio recepta; alia mediatione ſuppoſiti, vt cùm alio ſuppoſito mediante operatur, ſic faber per ſerram: Rurſus cauſa alia totalis quæ ſe ſola producit effectum in ſuo genere: Alia partialis; & hæc alia ſufficiens, vt cùm plura lumina idem lumen producunt, quod per quodlibet illorum poſſet produci: Inſufficiens cùm indiget concurſu in eodem genere, ſic plures trahentes nauim: Totalis verò vel partialis alia phyſica & naturalis, quæ phyſicè attingit effectum; moralis alia, quæ tantùm moraliter in effectũ influit prohibẽdo, conſulendo, &c. Phyſica alia principalis, alia inſtrumentalis; Inſtrumentalis alia coniuncta, quæ ſeparata nequit operari vt manus: alia ſeiuncta quæ ſeparata operatur vt calor ab igne: Coniuncta alia vnita per ſe vt manus; alia vnita per accidens vt malleus. Præterea cauſa alia realis vt materia & forma; alia intentionalis vt finis; Denique, alia extrinſeca, alia intrinſeca.

Cauſarum genera quot ſint.

Cauſarum genera ex Ariſt. 2. Phyſ. 68. ſunt quatuor, Materialis. Formalis, Efficiens, Finalis, contra Platonẽ, qui tria tantùm poſuit, Materiã, Efficientem & Ideam: contra Themiſtium & Simplicium, qui tantùm ponebãt Efficientem & Finem. Loquimur autem cum Ariſtotele de rebus naturalibus, quia in actionibus ſupernaturalibus aliquando deeſt materia, & etiam forma vt in creatione, vbi tantùm efficiens, & finis.

Quòd autem nec plura nec pauciora, probatur communiter ſic. Omnis res naturalis accipit eſſe ab alio cùm non ſit ens ſummè neceſſarium; & ecce efficiens. Item nullum agens naturale agit temerè, ergo propoſito aliquo fine; & ecce cauſam finalem. Præterea nullum materiale agens poteſt producere aliquid ex nihilo; & ecce Materiam. Materia verò & ſubiectum mutatur, ergo aliquid de nouo acquirit; & ecce formam.

Obiectio 1.

Obiicies primò. Nequit idem eodem tempore ſimul eſſe cauſa & effectus, ſed forma eſt effectus agentis, ergo non poteſt eſſe cauſa. Maior probatur: Quia omne ens priùs debet effici quàm aliud efficiat.

Reſpondetur, negando maiorem ad probationem; Non implicare id quod fit, eodem tempore quo fit aliud conſtituere, ideò neque implicare eodem tempore id eſſe cauſam & cauſatum, diuerſo tamen reſpectu: forma enim vt ab agente concipitur dependere, dicitur cauſata, vt conſtituit compoſitum, dicitur cauſa.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*. Ideò quatuor genera cau- A ſarum, quia omnis effectus pendet per ſe ab illis, ſed actus per ſe pendent ab obiectis, & obiecta non ſunt cauſæ.

Reſpondetur; Nedum quia effectus per ſe ab illis dependent, ſed quia quodlibet genus habet diſtinctam rationem cauſandi ab alio, quod non accidit obiectis, quæ vel reducuntur ad cauſam formalem, vt vult D. Th. 1. Par. quæſt. 1. ar. 3. vel ad efficientem, quia concurrunt immittendo ſpecies & ſpeciebus mediantibus mouendo agens concurrunt ad actum viſionis.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*. Ad agendum concurrunt inſtrumenta, & in agentibus per intellectum etiam ideæ.

B Reſpondetur: Inſtrumenta non conſtituere diuerſum genus cauſæ, ideò cauſarum genera non plura quatuor. Ratio eſt, quia dum cauſant adiuuando agens, non habent diſtinctam ab agente principiandi cauſalitatem, vt dicemus; ſicut quantitas & diſpoſitiones ad formam, quæ dum ſe tenent ex parte materiæ illam præparando, cùm diuerſam non habeant cauſalitatem, nec diuerſum genus cauſæ conſtituunt. Id ipſum dicendum de Idea.

Obiectio 4. *Obiicies quartò*. Forma, Finis, & efficiens ſæpè coincidunt ex tex. 70. ergo non reſpectu cuiuſcunque effectus naturalis quatuor cauſarum genera.

C Reſpondetur: Secundùm peculiarem rationem cauſandi, ſeu quod idem eſt formaliter, & nego: materialiter, ſeu ſecundùm entitatem: concedo: ratio enim cauſandi omnino diuerſa eſt in omnibus formaliter ſumptis, materia cauſat per modum potentiæ vt diximus, forma per modum actus informantis; efficiens per realem actionem, finis per mutationem metaphoricam, ſeu intentionalem: Cùm ergo hæ cauſalitates ſint formaliter diſtinctæ diſtincta conſtituunt cauſarum genera. Videatur Suarez ſect. 3. num. 9.

D Petes: an hæc diuiſio ſit immediata: Item an in ſpecies atomas. Reſpondet Suarez, ſect. 4. num. 19. ait enim quòd immediatior eſt illa in cauſas extrinſecas & intrinſecas. Item in Intentionalem & Realem.

Ad ſecundum etiam reſpondetur negatiuè; Quia cauſa materialis etiam ſubdiuidi poteſt in puram potentiam ſimpliciter reſpectu formæ ſubſtantialis; & in potentiam ſecundùm quid reſpectu accidentium. Id ipſum dicendum de efficiente & finali, vt infrà videbimus. Ariſtoteles verò non eſt vſus diuiſione immediata, quia media aptior ad doctrinam de cauſis; immediata verò nimis fuiſſet confuſa & indiſtincta.

E

Sectio III.

De cauſalitate, quid ea ſit, & an cauſalitates omnes nedum formaliter, ſed materialiter etiam diſtinctæ ſint.

Cauſalitas quid. CAVSALITAS, ſeu cauſatio nil aliud eſt niſi ratio, quâ qualibet cauſa in ſuo genere fit actu cauſans: Ea autem eſt influxus ille ſecundùm Suarez, quo cauſa actu influit in effectum: dependentia effectus à cauſa ſecundùm Conimbricenſes datio eſſe ſecundùm nos.

A Duplex hîc difficultas. Prima eſt, an huiuſmodi influxus, ſeu datio ſit realiter diſtincta à cauſa; & inſuper an ſit aliquid in ipſa cauſa, an in effectu modus ab illis diſtinctus, vel denominatio: Secunda, an diuerſæ rationes cauſandi ſemper nedum formaliter, ſed etiam materialiter inter ſe diſtinguantur.

Ad primam reſpondetur; Influxum ſeu dationem illam diſtingui ex natura rei à cauſa, cùm non neceſſariò ſit cauſa ſemper cauſans. An autem ſit aliquid in cauſa, vel in effectu examinandum infrà, cùm de cauſalitatibus & cauſis in particulari. Nunc ſupponamus cum Suarez. Influxum illum eſſe medium quid inter cauſam

B & relationem reſultantem ex poſitione effectus; cùm cauſalitas ſit fundamentum proximum, & ratio fundandi illius relationis, & conſequenter quid prius ipſa relatione.

Ad ſecundam reſpondetur ex eodem ſic; Si loquamur in ordine ad diuerſos effectus, plures cauſalitates non ſunt ſemper materialiter diſtinctæ: Eadem enim anima eſt forma reſpectu corporis, finis reſpectu generationis; efficiens quodammodo reſpectu potentiarum; materia reſpectu actionum vitalium, & immanentium. Reſpectu verò ad eumdem effectum eadem non poteſt eſſe cauſa materialis, & formalis; quia inuoluit conditiones oppoſitas & repu-

C gnantes, forma enim cauſat vt actus informans, materia vt potentia receptiua: ſed neque formalis & efficiens reſpectu eiuſdem effectus, quia idem non poteſt efficere ſeipſum.

Reſpectu eiuſdem ſubiecti. Idem poteſt eſſe cauſa formalis & finalis, eadem forma poteſt eſſe finis materiæ, & illam informare: non tamen reſpectu eiuſdem compoſiti, quia forma non eſt finis reſpectu compoſiti, ſed compoſitum eſt finis formæ. Reſpectu eiuſdem effectus eadem res non poteſt eſſe efficiens & finis cuius, vt ſanitas, cuius gratia ſumimus medicinam, quia nil poteſt ſeipſum efficere: poteſt tamen eadem reſpectu eiuſdem eſſe efficiens & finis cui, ſic Petrus poteſt eſſe efficiens deam-

D bulationis, & cui deſideratur ſanitas. Reſpectu eiuſdem, eadem res poteſt eſſe cauſa materialis & finalis: ſic corpus eſt materia reſpectu accidentium, & eſt finis eorumdem, quia ad ornandam materiam ſunt inſtituta. Reſpectu denique Formæ ſubſtantialis eadem res non poteſt eſſe cauſa materialis & efficiens, quia materia non poteſt efficere formam aut compoſitum cùm ſit potentia paſſiua. Reſpectu accidentium poteſt, quia anima poteſt eſſe cauſa materialis & efficiens ſuarum paſſionum. Hæc Suarez ſect. 3. num. 10. & deinceps.

DISPVTATIO SECVNDA.

De cauſa materiali.

MATERIAM eſſe cauſam pro certo ſupponendum eſt, ex ea enim multæ formæ fiunt & dependent in eſſe tum accidentales, tum ſubſtantiales. Definitur ab Ariſt. 2. Phyſ. 28. Eſt id ex quo fit aliquid cùm inſit, id eſt cùm componit: & licèt compoſitum fiat

etiam ex forma, quæ ineſt in materia. quia tamen fieri ex aliquo propriè competit ſubiecto, ideò tantùm materiæ tribuitur. Difficultas ergo eſt reſpectu cuius materia ſit cauſa, quæue ſit eius cauſalitas, quáſque ad cauſandum conditiones requirat.

Sectio Prima.

Quid cauſet materia, & qui eius effectus.

Prima *ſententia* eſt Capreol. in 1. diſtinct. 43. quæſt. 1. ar. 2. Soncin. 5. Metaph. quæſt. 1. Putant materiam cauſare formam non compoſitum.

Probatur primò. Quia materia eſt cauſa vt ſubiectum, ſolius autem formæ eſt ſubiectum, non compoſiti.

Secundò. Materia non eſt materia aut potentia niſi reſpectu formæ ex 2. Phyſ. 24.

Tertiò. Si materia cauſaret compoſitum cauſaret ſeipſam, quia cauſare compoſitum eſt cauſare totum, totum autem ſunt ambæ partes. Nec valet dicere, quòd dum cauſat formam, cauſat & compoſitum: quia vt cauſat formam, cauſat vnam partem.

Albertus. Auicenna. *Secunda ſententia*, oppoſita eſt Alberti hic tract. 2. cap. 1. & 5. Auicen. 6. metaph. tract. 2. cap. 4. materiam tantùm per ſe cauſare compoſitum, formam per accidens. Probatur, quia materia eſt cauſa eius rei cui ineſt, ſed ineſt compoſito, ergo. Probatur minor, quia materia eſt id ex quo fit aliquid, cùm inſit. Secundò, materia eſt cauſa intrinſeca, eſt autem intrinſeca reſpectu ſolius compoſiti, ergo. Tertiò: vna cauſa formaliter ſumpta non poteſt niſi vnam habere cauſalitatem; ſed ſi eſſet cauſa tum formæ tum compoſiti, duplicem haberet cauſalitatem, ergo.

Tertia ſententia eſt communis, cum qua ſit.

Prima concluſio. Materia eſt cauſa per ſe formarum materialium.

Probatur: Quia formæ materiales educuntur de potentia materiæ, ergo cauſantur ſecundùm eſſe ab illa: Conſequentia probatur. Educi enim de potentia materiæ eſt ab illa accipere eſſe in genere cauſæ materialis; accipere autem eſſe eſt cauſari. Secundò: Agens non poteſt aliquid producere niſi in materia, quam requirit non tanquam conditionem, ergo tanquam cauſam. Minor probatur; Ideò agens requirit materiam, vt ab ea poſſit formas educere, ergo vt materia det eſſe in ſuo genere effectiuè, non vt conditio ſine qua non dat eſſe.

Secunda concluſio. Materia eſt cauſa etiam formæ ſpiritualis.

Probat Suarez, ſect. 4. num. 6. Quia anima rationalis dependet quodammodo quoad eſſe à materia, quia videlicet formæ non debetur eſſe, niſi tali materiæ vnitæ.

Non placet; Cauſa enim non dicitur cauſa niſi cùm actu dat eſſe, & cauſat, ergo licèt animæ non debeatur eſſe niſi in tali materia, per hoc non ſit vt materia actu illam cauſet in genere cauſæ materialis.

Probant Conimbricenſes; Quia licèt anima non dependeat quoad eſſe, dependet tamen quoad informationem tanquam à propria potentia & ſubiecto.

Sed neque difficultatem expediunt: Peto enim vel per hanc dependentiam tanquam à ſubiecto anima recipit aliquod eſſe, vel non: ſi non, ergo materia non eſt cauſa reſpectu illius: ſi recipit, illud eſt explicandum; quid autem eſt dependere à materia quoad informationem?

Probatur ergo. Materia dicitur cauſa reſpectu animæ rationalis, licèt in illam non influat, quoad entitatem, quia dum illam in ſe recipit, ſeipſam illi communicat tanquam compartem; quod ſufficit quoad cauſalitatem materialem, cùm illa non requirat realem influxum in effectum.

Tertia concluſio. Materia eſt cauſa per ſe etiam compoſiti.

Probatur; Compoſitum eſſentialiter & intrinſecè includit materiam & formam, vt latiùs infrà, ergo materia illud cauſat. Conſequentia probatur: Quia partes eſſentiales dicuntur cauſa eius, cuius ſunt eſſentia.

Confirmatur: Compoſitum non eſt ex ſe compoſitum, ergo ab aliqua cauſa componente, non à forma tantùm, ergo etiam à materia.

Quarta concluſio. licèt materia ſit cauſa formæ & compoſiti, principaliùs tamen compoſiti.

Probatur: Quia materia non ordinatur ſimpliciter ad formam, vt in ea ſiſtat, ſed vt faciat vnum: Probatur, quia ſi productâ formâ impediretur per diuinam potentiam vnio, materia non acquiſiuiſſet ſuum finem, quia ideò materia appetit generationes, & formas, vt conſeruentur ſpecies, & reddatur pulchra.

Quinta concluſio. Materia reſpectu vnionis, & generationis eſt etiam cauſa, non quidem in rigore cùm vtraque ſit via potiùs ad effectum, quàm effectus.

Ad primum primæ ſententiæ. Subiectum aliud tantùm recipiens, & dans ſe, vt compartem ſubiectiuam; Aliud dans ſe vt compartem componentem: primo modo materia eſt cauſa reſpectu formæ; ſecundo modo reſpecto compoſiti. Ad ſecundum eodem modo: Materiam eſſe potentiam receptiuam, ſeu ſubiectiuam reſpectu formæ, componentem reſpectu compoſiti. Ad tertium; qui cauſat totum, cauſat ambas partes, ſi cauſet illas ſecundùm entitates proprias, non verò ſi illas cauſat ſecundùm eſſe vnitum; ſic materia. Ad primum ſecundæ ſententiæ; materiæ definitio tradita eſt ſecundùm id quod primariò cauſat non ſecũdùm id quod ſecundariò. Ad ſecundum: Materiam eſſe cauſam intrinſecam tum reſpectu compoſiti; tum reſpectu formæ non quòd eam componat, & ſit eius pars, ſed quia eius cauſalitas ſit intrinſeca materiæ, non extrinſeca; vt eſt cauſalitas agentis, & quia forma non recipitur niſi in materia, & ab illa fouetur. Ad tertium: non eſſe abſurdum vnam cauſam habere plures cauſalitates inadæquatas, ſicuti neque eſt abſurdum dari plures effectus inadæquatos.

Digitized by Google

Sectio II.

Quæ ſit cauſalitas materiæ.

DIximvs cauſalitatem eſſe rationem illam, qua quælibet cauſa eſt actu cauſans, quænam ea ſit in materia plures ſententiæ circumferuntur: *Prima eſt* cauſalitatem materiæ tum reſpectu formæ, tum reſpectu compoſiti non conſiſtere in aliqua re à materia diſtincta, ſed eſſe ipſammet materiæ eſſentiam.

Impugnatur: Materia nedum abſtractiuè, ſed negatiuè etiam poteſt concipi abſque forma, & actu non cauſans, ergo cauſalitas materiæ non eſt ipſamet materiæ eſſentia.

Fonſeca.

Secunda ſententia eſt Fonſec. 5. Met. quæſt. 13. ſectione 4. cauſalitatem materiæ eſſe eiuſdem entitatem vt actu concurrentem nullo reali ſuperaddito: Impugnatur; eſt enim implicantia in adiecto, ſi enim materia non ſimpliciter; ſed vt actu concurrens eſt cauſa, ergo non eſt ſola materiæ entitas, quia actualis ille concurſus eſt quid à materia diſtinctum, & ab illa ſeparabile.

Tertia ſententia eſt quorumdam, quos refert Suarez diſput. 13. ſect. 9. num. 2. cauſalitatem materiæ eſſe relationem eiuſdem ad ſuum effectum: Impugnatur ab eodem, & rectè: Relatio hæc conſurgit poſito effectu, ergo non poteſt eſſe cauſalitas, qua effectus producitur.

Quarta ſententia eſt. Cauſalitatem materiæ eſſe ipſum effectum materiæ diuerſo modo ſignificatum, & conceptum, ſic refert ibidem Suarez numero tertio, & etiam impugnat; cauſalitas in omnibus cauſis eſt aliquid medium inter cauſam & effectum; Addit, quia forma materialis eſt effectus materiæ, & nequit eſſe eius cauſalitas, ipſum conſulite.

Quinta ſententia eſt recentiorum quorumdam, materiæ cauſalitatem eſſe entitatem materiæ & formæ non ſimpliciter, ſed prout ſe ad inuicem penetrant; ſeu intimam præſentiam formæ, & materiæ. Impugnatur; poſſunt enim forma, & materia eſſe intimè præſentes, & formam non actuare materiam, nec materiam ſubiectari formæ, & eam cauſare in facto eſſe, ergo. Antecedens probatur: intima præſentia vt ſic non eſt actuare, neque actuari; ſed eſt potiùs conditio ſine qua forma non actuat, & ſe habet ſicut approximatio ligni ad ignem: Confirmatur, poteſt enim agens eſſe intimè præſens alicui ſubſtantiæ, & illam non actuare, ergo intima præſentia non eſt actuatio. Confirmatur ſecundò, forma actuando materiam facit vnum per ſe; ſed poſſunt ambæ partes eſſe intimè præſentes, & vnum per ſe non conſtituere, ergo. Antecedens probatur, quia ad hoc vt reſultet compoſitum aliquid aliud requiritur quàm ambæ partes, hoc autem non eſt intima præſentia formaliter.

Conimb.

Sexta ſententia eſt Conimbricen. 2. Phyſ. quæſt. 6. & 8. qui volunt eſſe modum in ipſa materia pullulantem ad formæ præſentiam, ſeu concurſum illum, qui de nouo aduenit rei, quæ denominatur cauſa.

Suarez.

Septima eſt Suarez. Cauſalitatem materiæ reſpectu generationis & vnionis eſſe ipſammet generationem & vnionem: reſpectu verò formæ, & compoſiti in fieri eſſe ipſam generationem: reſpectu formæ, & compoſiti in facto eſſe, eſſe vnionem prout duplicem dicit habitudinem, ita vt reſpectu compoſiti cauſa dicatur intrinſeca: extrinſeca reſpectu formæ.

Probat ſuam ſententiam Suarez per talem modum, forma & compoſitum pendent à materia, ergo talis modus erit materiæ cauſalitas. Antecedens probatur, quia poſito illo modo forma ſtatim eſt in rerum natura, illo ablato ſtatim forma perit, ergo.

Probant Conimbricenſes, quia ſtatim ac intelligimus cauſam actu concurrere ad ſuum effectum præſtandum, ſtatim concipimus cauſam in actu, ergo cauſalitas eſt concurſus ille.

Vtraque ſententia non omnino improbabilis, licèt præcedentem partim falſam, partim dubiam appellet Suarez; vtramque examinabimus.

Inter materiam & formam vnitam neceſſariò concedendus nexus aliquis.

Notandum primò. Neceſſariò concedendam inter formam, & materiam vnionem, & nexum, qui ſit ab iiſdem diſtinctus, & per quem forma ſimul & materia vniantur non quomodocunque; ſed vna tanquam pars ſubiectiua, & actuata, altera tanquam pars informatiua, & actuans. Eſt contra pleroſque recentiores. Probatur, non poteſt eſſe effectus formalis ſine cauſa formali; ſed eſſe vnitum eſt effectus formalis vnionis, vt per ſe patet, ergo non poteſt eſſe abſque vnione; ſed materia, & forma in compoſito ſunt vnitæ, ergo per vnionem. Dices, Vniuntur ſe ipſis: Contrà, compoſitum eſſet materia, & forma tantùm, & nil aliud diceret ſupra vtriuſque entitatem, quod eſt falſum; poſſunt enim forma & materia ſimul intimè penetrari, & compoſitum non conſtituere, ergo aliquid aliud requiritur ſupra vtriuſque entitatem, & intimam præſentiam. Confirmatur, inter naturam humanam, & verbum datur realis vnio ſupra entitatem vtriuſque, vt omnes Theologi docent, tantùm quia verbum dicitur naturæ humanæ vnitum, ergo à pari.

Dices eſſe diſcrimen; natura enim humana non ſe habet vt potentia naturalis reſpectu verbi, neque eſſentialiter ad inuicem ordinantur, non ſic materia, quæ eſt eſſentialiter potentia, & ideò ſeipſa vnitur.

Contrà, ſiue partes eſſentialiter ordinentur, ſiue non, omne vnitum fit per vnitionem; vnitio autem eſt motus realis; ergo debet habere terminum realem; Terminus autem vnitionis vt quod eſt vnum, ergo terminus vt quo, ſeu formalis eſt vnio.

Dices, Ariſtoteles 8. metaph. 15. ait materiam, & formam per ſe, & immediatè vniri, ergo non media vnione. Reſpondetur intelligi quod nil mediat ſubſtantiale aut reale à materia, & forma diſtinctum, non quòd nullus intercedat modus, qualis eſt vnio, cùm nequeat dari vnitum abſque vnione.

Notandum ſecundò. Vnionem non eſſe idem ac concurſus, & ſuimet exhibitio; Eſt contra Suarez & pleroſque recentiores.

Probatur, vnio ſequitur, & reſultat poſt exhibitionem, & priùs eſt materiam ſe exhibuiſſe vt ſubiectum, quàm materiam eſſe vnitam.

Vnio non eſt ſui exhibitio.

Confirmatur ex iis quæ diximus de eductione:

Digitized by Google

forma non fit, neque educitur eadem actione, qua fit compoſitum; ergo ſuimet exhibitio tanquam ſubiectum non eſt idem ac vnio.

Dices. Non poteſt intelligi formam cauſari niſi intelligatur recipi, & ſubſtentari; ergo vnio, & exhibitio ſui non differunt, nequit enim intelligi recipi & ſuſtentari formam à materia, & illam non concipere vnitam.

Reſpondetur, concedo antecedens, nego tamen idem eſſe exhibere ſe in ratione ſubiecti, & vnire ſe formæ; poteſt enim materia concurrere vt ſubiectum in fieri reſpectu formæ, & à Deo impediri vnio reſultans, vt alibi docuimur.

Difficultas modò eſt : An exhibitio ſui in ratione ſubiecti ſit materiæ cauſalitas adæquata, an verò vnio. Iden ſit

Prima concluſio. Materiæ cauſalitas reſpectu formæ non eſt vnio, ſed concurſus ſui ipſius in ratione ſubiecti, & potentiæ. *Prima pars probatur.* Materia reſpectu formę non fit actu cauſans per vnionem, ergo. Antecedens probatur, in eductione enim formæ materia eſt actu cauſans, & ibi formaliter non concipitur vnio, ergo. *Secunda pars probatur.* Statim ac intelligimus materiam ſe exhibere vt ſubiectum, ſtatim intelligimus illam cauſantem, ergo ſui exhibitio in ratione ſubiecti eſt eius cauſalitas.

Secunda concluſio. Materia reſpectu compoſiti ſuimet exercet ſuam cauſalitatem non per ſolam exhibitionem in ratione ſubiecti, ſed etiam per vnionem. Probatur, intellecta in materia ſui exhibitione non ſtatim concipimus compoſitum, ergo ſuimet exhibitio non eſt adæquata materiæ cauſalitas, ſed etiam vnio. Confirmatur, compoſitum dicitur vnum per ſe media vnione; ergo vnio eſt ratio, quia compoſitum à materia dependet, ergo eius cauſalitas.

Tertia concluſio. Cauſalitas materiæ reſpectu vnionis, & generationis non eſt generatio ipſa, neque vnio, vt vult Suarez ſect. 9. num. 5. ſed eſt concurſus materiæ in ratione ſubiecti.

Probatur, Ideò generatio & vnio ſi ad ſeipſas comparentur non indigent aliis cauſalitatibus ſuperadditis, quia ſimpliciter ſunt rationes cauſandi ex Suarez ibid. ſed hoc eſt falſum, ergo. Minor probatur, vnio enim eſt quid reſultans vbi materia eſt actu cauſans. Quoad generationem etiam probatur, generatio enim non eſt cauſalitas materiæ; ſed potiùs reſpectu efficientis: ergo reſpectu materiæ non eſt ratio cauſandi, ergo inter ipſam, & materiam poteſt intercedere cauſalitas.

Ad rationes in contrarium, & ad Suarez reſpondetur: compoſitum pendet à forma per vnionem: & concedo, non tamen forma; forma enim pendet à materia, quia materia ſe illi exhibet tanquam ſubiectum ex quo reſultat vnio vt quid poſterius, non enim ideò materia ſe exhibet quia eſt vnita; ſed ideò eſt vnita quia ſe exhibet.

Ad Connimbricenſes concedo antecedens reſpectu formæ, nego reſpectu compoſiti, quia concepta exhibitione in ratione ſubiecti non ſtatim compoſitum concipimus.

Dices. Materia cauſat formam prout concipitur, & eſt pars ſubiectiua formæ; ſed vt eſt pars ſubiectiua actuatur, ergo vt ſic cauſatur, & non cauſat, & exhibere ſe in ratione ſubiecti eſt potiùs cauſari, quàm cauſare. Minor probatur, quia eſſe partem ſubiectiuam non eſt aliud, quàm ſubiici, & quodammodo pati à forma, & ab illa recipere effectum informationis.

Reſpondetur, diſtinguo maiorem: Materia cauſat formam vt pars ſubiectiua importans actū recipiendi ab alio actuationem per modum paſſiui, & nego: Importans actum recipiendi ab alio actuationem per modum actiui: concedo, & ſic ad minorem materia vt eſt pars ſubiectiua actuatur vt dicit actum recipiendi, & ſuſtentandi quaſi paſſiuo modo, & nego formaliter, licèt materialiter tranſeat: at nil contra nos. Ad probationem nego maiorem prout ſubiici, & pati ſe tenet ex parte materiæ, ſed dicere etiam receptionem. Materia ergo eſt pars ſubiectiua, non quia ſimpliciter informatur, & prout informari ſignificat cauſari, ſed prout ſignificat recipere, & ſuſtentare, ſe exhibere, & dare aliquod eſſe, licèt in genere paſſiuo & materiali, ex quo oritur totius difficultatis & æquiuocationis euaſio.

Maneat ergo cauſalitatem materiæ eſſe ſuimet exhibitionem in ratione ſubiecti reſpectu formæ, & quidem adæquatam: reſpectu verò compoſiti etiam vnionem; vnionem verò reſpectu formæ non eſſe neque cauſalitatem, neque conditionem; ſed quid poſterius neceſſariò reſultans.

Sectio III.

De conditionibus, quæ requiruntur ad hoc vt materia actu ſit cauſans.

De hac re Suarez diſp. 13. ſect. 8. *Prima difficultas.* An in materia præter principium principale cauſans ponendum ſit principium proximum diſtinctum.

Reſpondet idem, & rectè ex D. Thom. 1. Phyſ. tex. 79. in materia idem eſſe principium principale, & proximum: Probatur, quia materia proximè cauſat per ſuam eſſentiam principaliter; ſed potentia materiæ eſt de eſſentia eiuſdem, ergo idem eſt principium proximum & principale.

Secunda difficultas. An materiæ exiſtentia ſit conditio requiſita ad eius cauſalitatem.

Reſpondet Suarez, eſſe quidem neceſſariam non quidem vt conditio, ſed vt quid intimè incluſum.

Rectiùs ex noſtris principiis. Aliter loquendum reſpectu quantitatis, & reliquorum accidentium; aliter reſpectu formarum ſubſtantialium.

Dico primò, Reſpectu formarum ſubſtantialium exiſtentia poſitiua non prærequiritur, neque vt quid intimè incluſum, neque vt conditio, cùm materia exiſtentiam accipiat à forma: requiritur tamen exiſtentia negatiua, qua res non eſt ampliùs in cauſis, de qua egimus ſuprà.

Dico ſecundò, Reſpectu quantitatis, & accidentium requiri exiſtentiam nedum negatiuam, ſed etiam poſitiuam; quia omne debet prius in ſe poſitiuè exiſtere, deinde reliqua ſuſtentare.

Tertia difficultas. An quantitas ſit conditio requiſita.

Reſpondetur quod non, eùm reſpectu formæ ſubſtantialis ſit quid conſequens, licèt ſit præreqniſita ex parte agentis naturalis, cùm naturale agens extenſum, & corporeum non poſſit agere niſi in ſubiectum extenſum; & etiam reſpectu formarum accidentalium, cùm non niſi in ſubiecto quanto recipiantur.

Quarta difficultas. An conditio præreqniſita ſit ſigillatio quam vocant materiæ, quâ materia diſponitur vltimò ad hanc numero formam, & non ad aliam: Item an accidentia, & diſpoſitiones.

Reſpondetur ſigillationem eſſe quid omnino fictitium: diſpoſitiones & accidentia tantùm prærequiri ex parte formæ, & agentis, non ex parte materiæ; agens enim naturale non agit niſi medus diſpoſitionibus, & formæ diuerſificantur à diſpoſitionum diuerſitate.

Vltima difficultas, conditio præreqniſita ad cauſandum in materia an ſit intima propinquitas, & indiſtantia à forma?

Reſpondetur quod ſic: Sicut enim efficiens debet conuenienter applicari paſſo, ſic etiam materia formæ. Hanc autem indiſtantiam non eſſe ipſam vnionem; ſed quid ab illa indiſtinctum ex natura rei; cùm enim anima creatur in corpore, non vnitur corpori ex vi creationis in tali loco, ſed per aliam actionem, & tamen creatur intimè indiſtans à corpore, vt rectè aduertit Suarez hic numero nono.

DISPVTATIO TERTIA.

De cauſa formali.

SECTIO PRIMA.

Qui ſint effectus, & quæ cauſalitas formæ.

DARI cauſam formalem, eámque ſubſtantialem probauimus alibi; ſolùm quærimus de cauſalitate & de effectibus. Quoad cauſalitatem eodem modo philoſophandum vti diximus in materia, reſpectu videlicet materiæ eſſe ſuimet exhibitionem, qua ſeipſam exhibet materiæ tanquam actum potentiæ: Reſpectu verò compoſiti eſſe tum exhibitionem, tum vnionem. Effectus reſpectu formæ poteſt eſſe tum materia, tum compoſitum; de vtroque dubitant DD.

Formæ effectus qui?

Alij volunt formæ effectum eſſe materiam actuatam: alij addunt etiam compoſitum. Suarez aſſerit materiam actuatam non eſſe effectum à compoſito diſtinctum, niſi ratione; idque ſecundùm noſtros conceptus inadæquatos, quibus concipimus duplicem relationem aliam ad materiam, aliam ad compoſitum: Addit verò formam nullo modo eſſe cauſam materiæ: mouetur quia forma nullum eſſe eſſentiæ, & exiſtentiæ influit in materiam, & materia pendet à forma à poſteriori, tanquam à conditione.

Dico primò: primarius effectus formæ ordine intentionis eſt compoſitum. Probatur: tria enim illi tribuit, eſſentiam, exiſtentiam & ſubſiſtentiam. Dat eſſentiam certam, & determinatam, quam non poteſt tribuere materia, cùm ſit omnibus communis: dat exiſtentiam, cùm omnis exiſtentia ſit à forma, vt alibi diximus, quare ſi compoſitum exiſtit, non niſi per formam: dat autem nedum exiſtentiam partialem, & imperfectam; ſed totalem, cùm materia ex ſe nullo modo poſitiuè exiſtat, vt alibi probauimus: id ipſum dicimus de ſubſiſtentia.

Dico ſecundò Materiam eſſe formæ effectum quoad exiſtentiam, & ab illa dependere tanquam à cauſa formali. Patet ex dictis alibi.

Obiicies ex Soncin. Qui putat effectum formæ eſſe modum quendam, ſeu eſſe, quod egreditur ab ipſamet forma, & tribuitur compoſito. Obiicit ergo. Effectus debet diſtingui à ſua cauſa; ſed ſiue forma det eſſe eſſentiæ, ſiue exiſtentiæ non diſtinguetur effectus à cauſa, ergo. eſt enim effectus ipſum compoſitum.

Reſpondetur primò compoſitum diſtingui à qualibet parte ſeorſim ſumpta, atque adeo eſſe effectum diſtinctum. Secundò, non neceſſe eſſe vt effectus diſtinguatur à cauſa intrinſeca: Eſſe enim informatum nil aliud eſt, quàm habere formam, ſicut album, quàm habere albedinem.

Obiicies ſecundò. Vnio eſt cauſalitas materiæ reſpectu compoſiti, vt diximus: ergo non poteſt eſſe cauſalitas formæ reſpectu eiuſdem. Ideo ſit

---

SECTIO II.

An vnio quæ eſt cauſa tum materiæ tum formæ reſpectu compoſiti ſit vna, vel duplex.

SVPPONENDVM, vnionem poſſe ſumi primò pro actione coniungente extrema, quæ aliter appellatur vnitio; Secundò pro relatione conſurgente inter extrema vnita; ſed de his non loquimur; certum eſt enim primam eſſe vnam; ſecundam eſſe duplicem, ſeu quot ſunt extrema vnita; Tertiò ſumitur vnio pro nexu & vinculo ne tente ad inuicem extrema, quod ſimpliciter dicitur vnio. De hac quærimus an ſit ſimplex, vel multiplex.

Vnio quid?

Prima ſententia eſt Suarez diſputat. 13. ſect. 9. Ruuij & ferè communis, aſſerens eſſe vnam.

Probatur: compoſitum eſt vnum, ergo vna ſufficit vnio inter formam, & materiam. Secundò, quia vnio eſt nexus duorum. Tertiò, in Myſterio Incarnationis vna tantùm vnio ſatis eſt vt verbum, & natura humana dicantur vnita.

Secunda ſententia eſt huic oppoſita, aſſerens eſſe duas realiter diſtinctas.

Probatur: cauſæ ſunt realiter diſtinctæ ergo & cauſalitates, cauſæ enim conſtituuntur in eſſe cauſę per cauſalitates & per illas diſtinguuntur. Secundò, non poteſt eadem res per idem cauſare, & cauſari, ergo vnica vnio implicat.

Tertia ſententia eſt veluti media Patris Arriaga lib. 1. Diſp. 2. quæſt. 16. ſect. 1. Ait inter materiam & formam dari duas ſemiuniones, ex quibus deinde fiat vnica totalis vnio, ſicuti ex materia & forma fit vnicum compo-

ſitum. Addit vnionem, quæ eſt ex parte materiæ formaliter eſſe in materia, terminatiuè in forma, & quæ eſt ex parte formæ pariter etiã ex parte materiæ. Probatur primò; Vnius rei vnius eſt modus, & implicat modum vnum duo modificare, ergo ſi duo vnita, neceſſariò duæ vniones. Secundò, in materia, & forma eſt duplex relatio realis voionis; ergo duplex vnio, quia nequit relatio conſurgere niſi poſito fundamento, quod eſt vnio.

Tertiò, Non eſt maior ratio, ſi vtraque pars eſt vnita, cur vnio ſit magis in materia quàm in forma Pro noſtra ſententia

Notandum, Vnionem in omnium ſententia eſſe nexum, & ligamen, quo aliqua vniuntur. Hinc

Colligitur primò. Vnionem eſſentialiter ordinari ad aliud, & exigere ſaltem duo extrema à parte rei exiſtentia, quæ connectat; nequit enim vnio eſſe ad ſe: Ratio à priori eſt, quia vnio recedit ab identitate, & tendit ad faciendum vnum compoſitum, ideò neceſſariò inter plura, in quibus tertium componatur, nam ſi nulla eſſet diſtinctio, nulla eſſet compoſitio: Hinc

Colligitur ſecundò. Quòd vnio, quæ ponitur inter extrema non requirat aliam vnionem, quia ſi aliâ iodigeret ideò eſſet, quia non poſſet alterum colligare, & vnio eſſet ad ſeipſam & ordinaretur ad identitatem, non ad compoſitiooem; quia ſi eſſet ad alterum poſſet illud attingere; ergo cùm vnio ſit ad plura debet illa plura poſſe attingere, attingere autem vnionis eſt vnire, ergo quæ poteſt attiogere debet poſſe vnire.

Colligitur tertiò ex eodem principio, oon implicare vnum & eumdem modum eſſe modum plurium; cùm enim vnio oon ſit vnius partis ſed plurium, debet plures poſſe modificare: quonam pacto, dicemus infrà in reſponſione ad argumentum. Sit igitur

Prima concluſio. Non dantur in materia & forma ſemiuniones. Probatur primò ex dictis. Vnio enim eſt inſtituta non ad vniendum ſeipſam, cum ſubiecto, ſed ad vniendum tertium. Secundò, vel iſta ſemiunio participat eſſentiam vnioois, vel non, ſi primum, ergo erit ſufficiens ad vniendum; conſequentia probatur: Quia vnio eſſentialiter eſt vinculum duorum, ergo &c. ſi ſecundum ergo accedente alia ſemiunione non poteſt vnire qoia non accipit ab illa eſſe vnionis intrinſecè: quicquid enim vnit debet eſſe eſſentialiter vnio.

Areſius refellitur.

Reſpondet Areſius ex vtriſque fieri vnam; cùm neutra ſit ſufficiens.

Contrà, ergo iam dat vnam vnionem, quæ eſt modus duorum: tunc peto quomodo vna modificet duo?

Reſpondetur: ſuot duæ incompletæ.

Contrà: illæ doæ non dicuntur vnire extrema vt duæ ſint, ſed vt vnum, quia vt vnum habent rationem vnionis per ipſum noo vt duæ, ergo vna vnio, & vnus modus duorum oon implicat.

Reſponderi poſſet ſecundò ex eodem: Illas ſemiuniones participare imperfectè rationem vnionis, & ideò vocari ſemiuniones.

Contrà, vel hoc participare imperfectè ra-

A tiooem vnionis eſt, quia vnio ſe habet vt calor remiſſus ad calorem intenſum: vel ſicut materia & forma: vel quia caret ſua parte veluti integrali. Non primum, quia eſſentialiter vnio eſt ratio perfectè vniendi, ſicut calor remiſſus eſſentialiter eſt calor: ad vniendum autem ſufficit id quod eſt eſſentialiter nexus. Non ſecundum, quia non eſt maior ratio, cur vna ſemiunio habeat ratiooem materiæ, altera formæ. Item ex vtraque vnione fieret vnum per ſe quod oulli competit exceptâ materiâ & formâ. Non tertium, quia ſemiuniones vel ſunt eiuſdem rationis, & tunc vna noo ſit perfectior per aliam, ſicut caro non ſit perfectior per carnem ſuperadditam: neque ſunt

B diuerſæ rationis, quia non efficerent vnum per ſe; ſed aggregatum per accidens.

Tertiò principaliter probatur: vel iſtæ ſemiuniones vniuntur; vel non: Non ſecundum, quia non fieret vera vnio, & totalis, vt adſtruit noſter Areſius; ſi vniuntur, ergo per aliam vnionem.

Dices, Non requiri aliam vnionem quia ſunt rationes vniendi. Contrà, Non poteſt eſſe quid ratio vniendi, niſi ſit eſſentialiter vnio, illa autem ſemiunio non eſt eſſentialiter vnio, cùm ex duobus non poſſit vnum efficere, neque reddere duo extrema vnita, vnio enim ſic definitur: Eſt ratio, qua vniuntur ex-

C trema. Confirmatur: ſemiunio, quæ eſt in materia vel reſpicit tanquam extremum formam, vel ſemiunionem, quæ eſt in forma: Si formam, ergo vnire ſe poterit formæ antequam vniatur ſemiuoioni, & ſic alia ſemiunio eſt ſuperflua: ſi non poteſt ſe vnire formæ, antequam vniatur ſemiunioni, ergo ſemiunio quæ eſt in materia, non eſt ratio vniendi per ipſos, cùm indigeat alia ſemiunione, vt poſſit ſe vnire formæ.

Quartò, vel illa totalis vnio eſt modus vtriuſque extremi, vel non: ſi noo, ergo non poterit vnire extrema; ſi eſt, ergo per aduerſarios debet ideotificari cum vtroque extre-

D mo.

Dices. Sufficit ſi ſemiuoio quæ eſt in forma identificetur cum forma, & ſemiunio quæ eſt in materia ideotificetur cum materia

Contrà, ergo ſemiuoio, quæ eſt in forma, oon dependet niſi à forma, & poſſet exiſtere abſque materia; ſed hoc implicat, ergo; ſeqoela patet. Minor probatur, quia vnio eſt actualis nexus, & actualiter debet vnire, ſicut relatio eſt actualis reſpectus.

Secunda concluſio. Vna & ſimplex vnio eſt cauſalitas tum materiæ, tum formæ reſpectu compoſiti.

Probatur primò, quia de eſſentia vnionis eſt

E connectere duo extrema, ergo ſi voa tantùm vnio ponatur, ſufficienter extrema vniuntur.

Secundò. Semiunio, quæ eſt in forma ſufficiens ad vniendam formam materiæ, facit vt forma perfectè vniatur materiæ, & materia formæ; ergo vnio ſufficit. Anteced. probatur. Nequit enim intelligi formam habere ſufficientem vnionem ex ſe, & non perfectè vniri cum materia, & materiam formæ: Probatur, quia ſi ponatur aliqua forma inſeparabiliter vniri alicui materiæ, vt ſecundùm multos ponitur forma cœli, implicat intelligere materiam non vniri inſeparabi-

A ter formæ, quamuis inſeparabilitas non petatur ex intrinſeca ratione materiæ, ſed ſolùm formæ; ergo ſi ſimpliciter ponatur vnio in forma potens vnire ſufficienter formam materiæ, etiam per eamdem vnionem dicetur materia vnita formæ.

Tertiò, vel iſta ſemiunio, quæ io materia attingit formam per aduerſarios terminatiuè reddit formam vnitam, vel non: ſi non reddit vnitam, ergo illa ſemiunio nullo modo attingit formam; cùm attingere vnitiuis ſit vnire: ſi reddit vnitam, ergo ad conſtituenda duo vnita ſufficit vnica vnio.

Ad ratiooes in contrarium ſecundæ ſententiæ reſpondetur. Nego conſequentiam; non B enim neceſſe eſt cauſalitates diſtingui realiter in cauſis intrinſecis, quæ ordinantur ad faciendum vnum per ſe, ſicut etiam idem eſt effectus vtriuſque, compoſitum videlicet; ſic cauſalitas poteſt eſſe vna & eadem ſub diuerſa tamen formalitate. Ad probationem: Cauſas poſſe conſiderari & quoad eſſe cauſatiuum, & quoad eſſe cauſans. Primo modo neque conſtituuntur, neque diſtinguuntur per cauſalitates: Secundo modo maximè. Ex hoc fit vt vna cauſalitas poſſit tribui pluribus cauſis actu cauſaotibus, ſub diuerſa tamen ratione: & ideò non valet argumeotari à diſtinctione cauſæ in eſſe cauſatiuo ad diſtinctionem cauſalitatis: quio addo neque vC niuerſaliter verum axioma illud; cauſas quoad eſſe cauſatiuum diſtingui realiter, cùm poſſint quandoque identificari; ſic intellectus eſt cauſa materialis & efficiens: & materia reſpectu quantitatis in ſententia quorumdam eſt efficiens, & materialis.

Cauſa quoad eſſe cauſans diſtinguitur per cauſalitates, non quoad eſſe cauſatiuum.

Ad ſecundum: Antecedens eſſe verum in genere cauſæ efficientis, nil enim poteſt ſe ipſum producere, quia eſſet, & non eſſet, licèt non implicet io alijs cauſarum generibus, vt in caſu noſtro.

Intellectus cauſa efficiẽs & materialis, nõ materia reſpectu quantitatis.

Ad primum tertiæ ſententiæ nego antecedens: Et vnus modus poteſt eſſe plurium, ſi ad plura ordinetur, quod dupliciter explicari poteſt. D Primò, concedendo non poſſe vnum modum niſi rem vnam modificare illi formaliter inhærendo, tanquam ſubiecto, potentem tamen alteram afficere tanquam terminum: ſic ſecundùm nonnullos Theologos poteſt Deus facere vt Angelus ſecundùm ſuam ſubſtantiam terminet naturam humanam nulla facta mutatione in Angelo, ſed tantùm producta vnione in humanitate, quæ humanitatem modificet, & Angelum terminet, vel econtrà; & ſic vnio illa erit modus intrinſecè modificans vnam partem, extrinſecè terminans aliam: Vel ſecundò E concedendo vnum modum poſſe vnire plura extrema ſingula modificando, & ſingulis formaliter inhærendo tanquam ſubiecto, ſi tamen ſe adinuicem penetrent: ſicuti io ſententia eiuſdem Arefij, eadem quantitas & figura ſubiectatur, tum io materia, tum in forma: & in ſententia multorum Theologorum, eadem perſonalitas & ſubſiſtentia Petri poteſt terminare naturam Petri & Pauli, vtramque modificando: Cùm ergo dicitur, vnius rei vnus eſt modus, axioma de iis intelligendum, qui ad plura eſſentialiter non inſtituuntur; non ſic in caſu noſtro.

Ad ſecundum, nego conſequentiam: Relationes illas dico fundari in vnione penetrante, & A modificante vtrumque extremum; Realis autem diſtinctio in relatione requiritur tantùm inter fundamenta remota, non inter proxima, cuiuſmodi eſt vnio in caſu noſtro.

Ad tertium: Vnicam eſſe vnionem, & in compoſitis ex materia, & forma materiali vnionem vtrumque extremum afficere; ſi forma fuerit ſpiritualis, eſt peculiaris difficultas; ideo ſit

SECTIO III.

An vnio animæ rationalis ſit in materia, an in forma: & an ſpiritualis ſit vel materialis.

B DIFFICVLTAS eſt, An hæc vnio ſit materialis vel ſpiritualis; ſi ſpiritualis quomodo cauſatur ab homine materiali, & à materia educitur, fit enim per generationem, & quod à materia educitur, non poteſt cum re ſpirituali identificari; Si verò materialis & tantùm in materia ſit, quomodo formam ſpiritualem attingit?

Suarez ait: Hunc modum eſſe ſpiritualem, conditiones tamen habere materiales, quia à materia omninò pendet, & ſuo modo cum illa coextenditur, licèt ex parte animæ nullam ha- C bear extenſionem; & ideo ſubdit, illum educi de potentia materiæ, non tamen ſola, ſed etiam ab anima.

Suarez reſponſio affertur, & reijcitur.

Verùm non placet, quia hic modus vel à Deo ſolo, vel à Deo ſimul cum agente naturali: Non primum, quia ſic homo non generaret hominẽ: nec ſecundum, quia tunc tota produceretur ab agente naturali, cùm non habeat partes, & ſit ſpiritualis: Tum quia agens naturale non poteſt res ſpirituales, eiuſdem enim rationis eſt via & terminus.

Confirmatur, Quia agens naturale produceret hunc modum concurrente potentia materiali, ergo potentia materialis contineret in potentia rem ſpiritualem, quod eſt abſurdum.

D Confirmatur ſecundò: Nullum agens, vel cauſa principalis continet effectum altioris ordinis, & maioris perfectionis, quàm ſit ipſa cauſa; ſed illa vnio eſſet ſpiritualis, ergo non poſſet contineri in potentia materiæ, neque ab agente naturali educi.

Confirmatur tertiò: Si agens naturale educit illam è potentia materiæ, & animæ, agens naturale poſſet agere in potentiam ſpiritualem, & ex illa aliquid educere.

Notandum primò. Certum mihi videri, potentiam à qua educitur vnio non eſſe niſi ſolam E materiam, loquor in homine; Patet, certum eſt enim hominem generare ſibi ſimile, ſicut cætera agentia naturalia; hoc autem ſaluari non poteſt niſi dicamus eum educere vnionem; nullo enim modo produceret ſibi ſimile niſi eius actio terminaretur in effectum non ſolùm diſpoſitiuè, quia hoc formaliter non eſt attingere effectum, ſed formaliter; & cùm non poſſit attingere effectum circa partes eſſentiales, dicetur illum producere vi ſua, quia vi ſua vnionem producit: Producitur ergo vnio ab agente naturali, & materiali: agens verò naturale non poteſt actione materiali educere aliquid niſi ex materia, quia actio debet eſſe proportionata potentiæ paſſiuæ, ſi ergo agens eſt materiale, &

Homo quomodo generat ſibi ſimile.

actio materialis, debet illi correſpondere potentia paſſiua materialis; hæc autem eſt ſola materia, & ideò potentia, qua vnio educitur, non eſt niſi ſola materia; ſed hinc augetur difficultas, an iſta vnio ſit ſpiritualis vel materialis: Quomodo ſpiritualis ſi à materia educitur? quomodo materialis ſi in anima ſubiectatur? Ideo

Notandum ſecundò. Modus dupliciter poteſt conſiderari, Et ſecundùm ſuam entitatem, & ſecundùm ſuam formalitatem: Entitas modi ea dicitur, quæ eſt entitas rei, cuius eſt modus, & cum qua modus identificatur: Formalitas verò modi eſt ipſamet ratio quam dicit modus, præciſa ab entitate rei cuius eſt modus: Et ſecundùm iſtos diuerſos conceptus poteſt habere diuerſas denominationes interdum repugnantes; B Hinc vnio quia eſt modus inter animam & corpus, quòad entitatem eſt ſpiritualis ſi vnio ponatur tantùm in anima, quia ſubiectum eſt ſpirituale: ſecundùm verò id quod dicit formaliter eſt materialis, prout videlicet educitur à potentia materiæ: quod ſic ſuadetur: poteſt enim aliquid ſecundùm ſuam realitatem eſſe naturale, & ſecundùm ſuam formalitatem ſupernaturale: ſicut vnio Chriſti identificatur cum natura humana, & in illa ſubiectatur, ratione cuius entitatiuè dicitur naturalis, & ſecundùm ſuam formalitatem eſt modus ſupernaturalis: Sic etiam intellectiones ſi ſunt eædem realiter cum intellectu, vt quidam volunt, in patria, quoad entitatem erunt naturales, ſupernaturales formaliter: Imò intellectus, qui eſt potentia ſupernaturalis adiutus lumine gloriæ producit aliquid ſupernaturale: Item puncta in continuo, ſi dantur, ſecundùm ſuam entitatem ſunt diuiſibilia in infinitum, formaliter omnino indiuiſibilia: His poſitis ſit

Poteſt aliquod eſſe ſimul naturale & ſupernaturale iuxta varias formalitates.

Intellectus adiutus lumine gloriæ producit aliquod ſupernaturale.

Prima concluſio. Vnio animæ ſpiritualis eſt materialis ſimul & ſpiritualis: Quod hoc non implicet patet ex dictis.

Secunda concluſio Vnio qua vnitur forma ſpiritualis corpori eſt in vtraque parte formaliter, vt verò concipitur in materia, & formaliter & entitatiuè eſt materialis: prout eſt in anima, formaliter eſt materialis, entitatiuè ſpiritualis.

Prima pars probatur. Vnio eſt idem re cum eo cuius eſt modus, ſed vnio eſt modus, tum materiæ tum formæ, ergo idem re cum materia & forma, ergo in vtraque ineſt.

Secundò: Vnio eſſentialiter ordinatur ad plura, ergo & plura debet poſſe modificare, ergo & in pluribus ineſſe.

Tertiò: Optimè poteſt intelligi quomodo vnio, quæ eſt vnus modus poſſit ineſſe & identificari cum duplici re, afficit enim non partes ſeiunctas, ſed intimè ſe penetrantes: Vnde ſic argumentor: Poteſt idem accidens eſſe in duplici ſubiecto, tum in materia, tum in forma, vt diximus de quantitate, ergo etiam idem modus.

Dices. Aliud eſt inhærere in duplici ſubiecto, aliud identificari: identificari enim cum duplici re dicit rem à ſeipſa quaſi diſtrahi, quod eſt implicans. Reſpondetur: Id non ſequi; vnio enim eſt modus faciens vnum & reddens vtramque partem vnitam, ergo non à ſeipſa diſtrahitur vnio ſi vtramque partem quam vnit, afficit; afficit enim duas partes per modum vnius.

Secunda pars concluſionis probatur. Vnio hæc A producitur ab agente naturali & materiali, aliter homo non generaret hominem; agens autem materiale debet habere terminum materialem, qui alius non poteſt eſſe niſi vnio.

Secundò; Vnio hæc pendet à materia vt quilibet alius modus materialis, materiæ coextenditur, & eſt pars in parte, & tota in tota, ergo. At ſi eſſet ſpiritualis eſſet tota in qualibet parte quod eſt falſum; Probatur, quia cùm areſcit brachium amittitur vnio inter ipſum & animam, ſed non amittitur tota vnio, ergo pars vnionis.

Tertia pars probatur. Illa vnio eſt in anima, & eſt modus illius, & cum illa identificatur, ergo identicè eſt ſpiritualis. Antecedens patet ex dictis, conſequentia eſt clara.

Secundò, Vnio debet vnire animam ſpiritualem, ergo aliquo modo debet eſſe ſpiritualis, ergo formaliter cùm non poſſit, erit identicè.

Dices. Vnio educitur de potentia materiæ, ergo non poteſt identificari cum anima diſtincta realiter.

Reſpondetur, nego conſequentiam: Actio enim materialis educitur de potentia materiæ, & eſt idem realiter cum forma.

Dices ſecundò. Si vnio præciſè ſumpta eſt materialis, ergo entitatiuè non eſt dicenda ſpiritualis, ſed materialis: entitas enim vnionis eſt ipſamet ratio phyſica, quam præciſè dicit.

C Reſpondent: Communiter entitatem modi appellari entitatem ſubiecti: phyſicam vero rationem modi appellari formalitatem: hinc philoſophi aiunt modum diſtingui formaliter à re cuius eſt modus, identificari cum illa cuius eſt modus; Quòd ſi velis Phyſicam entitatem modi eſſe eiuſdem modi formalitatem, tunc dico vnionem inter materiam, & animam ſimpliciter eſſe materialem etiam prout eſt in anima.

Dices tertiò. Non videtur poſſibile, quod immateriale ſit ſubiectum modi materialis, cùm immateriale ſit indiuiſibile, & materiale diuiſibile, & extenſum.

Reſpondetur: Etiam motus angeli apud D Theologos eſt diuiſibilis & extenſus, & etiam eius vbi intrinſecum, quod fit in loco, & tamen tam vbi, quàm motus ſubiectantur in angelo, qui eſt ſpiritualis.

Dices quartò. Forma ſpiritualis non educitur, nec continetur in potentia materiæ, ergo neque eius modus, vnio videlicet; modus enim ſequitur naturam illius cuius eſt modus.

Reſpondetur: Vnionem non eſſe tantùm modum formæ, ſed etiam materiæ, cui debet etiam proportionari: Neque modus debet proportionari ex omni parte cum eo cuius eſt modus, ſed ſatis eſt ſi proportionetur in hoc, vt reddat formam ſpiritualem informantem, non verò E inhærentem, in quo hæc vnio differt ab vnione formæ materialis, quæ reddit formam etiam inhærentem, vt dicemus forſitan: Quoniam autem debet hæc vnio fieri ab agente naturali, debet proportionari materiæ, & eſſe formaliter materialis: ſic vbi angelicum proportionatur angelo in eo quod facit illum totum in toto, &c. Quoniam vero idem vbi commenſuratur ſpacio eſt diuiſibile &c.

Hæc dixi ſi vnio in vtroque extremo ponatur formaliter: ſi verò in vno ponatur formaliter in alio terminatiuè, quod probabile iudicauimus, *Dico* vnionem formaliter eſſe potiùs in

Aliter loquendum de vnione poſita in vtroque ex-

ſtremo formaliter, aliter ſiin altero terminatiuè.

anima, terminatiuè verò in materia: & eodem A modo argumentandum ſicut in formis materialibus de quibus mox.

Sactio IV.

An vnio inter materiam, & materialem formam ſit in materia, an in forma, an in vtroque extremo.

PRIMA ſententia eſt ponentium vnionem ſolùm in materia. Ita Conimb. hîc quæſt. 6. & 8. & multorum recentiorum. B

Probatur primò. Vnio ſi eſſet in forma priùs vniretur forma, quàm vnio, & forma eſſet vnita àbſque vnione, quod implicat. Sequela probatur, quia priùs vnitur forma, quàm ea, quæ ſunt in forma.

Secundò, In eo debet eſſe vnio à quo educitur, ſed vnio educitur à materia, ergo. Minor prob. quia formæ educuntur à materia ergo & vnio.

Tertio, Implicat idem accidens ſubiectari immediatè in duobus ſubiectis, in eo caſu ſi vnio eſſet in forma, in illa eſſet tanquam in ſubiecto, cui identificatur; eſſet etiam in materia tanquam in ſubiecto, à quo educitur. C

Secunda ſententia eſt D. Th. de potent. quæſt. 4. art. 2 & quodlib. 3. art. 1. Caietani de ente & eſſentia quæſt 8. Flandriæ, Capreoli, & omnium Thomiſt. ſequitur Suarez Diſp. 13. ſect. 9. num. 13. & communiter, dicentium vnionem eſſe in forma formaliter, terminatiuè in materia.

Probatur primò. Vnio eſt ab agente naturali, ergo ſe tenet ex parte formæ, conſequentia probatur: Quia tota efficentia agentis terminatur ad formam educendo illam, & illam vniendo materiæ, ergo quicquid agens de nouo facit, eſt in forma tanquam in formali termino actionis, in materia tanquam in ſubiecto, à quo D educitur, vel etiam tanquam in termino ad quem terminatur. Confirmatur: Quia omnis mutatio in materia eſt ratione formæ. ergo omnis vnio eſt per coniunctionem formæ ad illam: Antecedens probatur: Quia materia tantùm extrinſecè mutatur, ergo materia non habet modum ſibi extrinſecum: baſis enim non mutatur, niſi intrinſecè per impoſitionem columnæ. Secundò, Materia ſubſtentat per ſuam entitatem, ergo non per vnionem ſibi inhærentem. Tertiò probat recentior quidam; In formis materialibus inhærentia ſe tenet ex parte formæ, ſed inhærentia eſſentialiter eſt vnio, ergo vnio ſe tenet ex parte formæ ſaltem in materia- E libus. Maior probatur: Quia inhærentia ex communi philoſophorum conſenſu eſt modus formæ, & ab ea modaliter diſtinguitur. Confirmatur: Quia ſi inhærentia ſe teneret ex parte materiæ deberet materia inhærere, ſicut quia vnio ſe tenet ex parte materiæ per aduerſarios, materia vnitur: inhærentia enim ordinatur ad faciendam naturam inhærentem, quam afficit. Minor principalis probatur: Quia ſi vnio & inhærentia eſſent duo modi, poſſet Deus vnum prohibere, atque ita poſſet forma ſubſtantialis materialis vniri ſubiecto & illi non inhærere, quod eſt falſum. Probatur: Quia ex eo quòd forma intelligitur vnita materiæ, materia intelligitur concurrere ad conſeruationem illius.

Confirmatur ſecundò: Quia ex eo quòd forma inhæret materiæ conſtituit effectum ſuum, nempe compoſitum, ergo inhærentia materialis formæ ab vnione non diſtinguitur.

Quartò alij ſic: Si vnio ſe teneret ex parte materiæ, non magis requireretur vnio, quæ ſit inhærentia cum aliquibus formis, & non in aliis; ſed hoc eſt falſum; ergo: inter formam enim ſpiritualem & materiam non requiritur vnio, quæ ſit inhærentia.

Vnio in vno extremorum formaliter in alio terminatiuè.

Prima concluſio. Si vnio ponatur in vno extremo formaliter, in alio terminatiuè vt probabile cenſuimus, vnio potiùs eſt in forma, quàm in materia. Patebit ex ſolutione argumentorum primæ ſententiæ, & ex allatis pro ſecunda. Tum quia in formis accidentalibus vnio ſe potiùs tenet ex parte accidentium, ergo & in formis ſubſtantialibus.

Secunda concluſio. Vnio eſt in materia & in forma formaliter, & tanquam in ſubiecto.

Probatur Vnio eſt nexus duorum, & eſſentialiter ordinatur, vt diximus, ad vnienda plura, ergo æquè debet plura modificare, ac afficere.

Secundò. Ideo non eſſet in materia, & in forma, quia nequit idem accidens eſſe in duplici ſubiecto; ſed hoc eſt falſum ergo. Quantitas enim vt diximus eſt in materia & in forma.

Tertiò, compoſitum pendet per vnionem tum à materia tum à forma, ergo vnio debet poni in vtraque.

Quartò & fortiùs. Non magis materia dicitur vnita formæ quàm forma materiæ, ergo vnio non eſt magis in forma, quàm in materia.

Dices. Tam verbum, quàm natura humana dicuntur vnita, & tamen vnio non eſt in vtroque extremo tanquam in ſubiecto; ergo ad hoc vt vtrumque extremum dicatur vnitum, non neceſſe eſt vt vnio ſit in vtroque, vtrumque immediatè afficiens, & modificans.

Reſpondetur: Diſparem eſſe rationem; verbum enim ob ſui infinitatem neque poteſt affici, neque modificari, & ob eamdem infinitatem poteſt intrinſecè denominari tale, abſque quòd intrinſecè modificetur. Res verò finitæ non poſſunt dici intrinſecè & formaliter tales, niſi per modum & formam intrinſecam: forma verò dicitur intrinſecè vnita ſicut etiam materia, ideò nonniſi per modum vtrique intrinſecum.

Ad primum primæ ſententiæ reſpondetur. Primò iuxta primam concluſionem nego ſequelam: Tunc enim prius ſubiectum, quàm quæ ſunt in ſubiecto vniuntur, quando ea quæ ſunt in ſubiecto non ſunt medium, & ratio qua vniantur: hæc enim habet ex ſui ratione vnire rem in qua eſt cum altero extremo, quare ipſa priùs debet vniri.

Reſpondetur ſecundò iuxta ſecundam concluſionem, vnionem eſſe tum in materia, tum in forma, ideò nil contra nos. Ad ſecundum etiam iuxta duplicem concluſionem; & iuxta primam nego maiorem; actio enim educitur à materia, & eſt in forma, & cum forma identificatur; ſic vnio licèt à materia educatur, non implicat eſſe in forma tanquam in ſubiecto, & cum illa identificari. Et meliùs iuxta ſecundam: Vnionem educi è materia, & eſſe in materia; eſſe etiam in forma quia eſt modus eſſentialiter inſtitutus ad modificanda plura.

Ad tertium identificari poteſt ſumi duplici-

Digitized by Google

ter, primò pro reperiri in aliquo tanquam in ſubiecto, & ſic non implicat idem reperiri in duplici ſubiecto, ſi illa duo ſubiecta ſint intimè præſentia ad inuicem; ſic punctus, ſi datur, vtramque partem modificat, quam continuat, & cum vtraque identificatur. Secundò ſi identificari ſignificet nullam habere diſtinctam formalitatem à ſubiecto, ſic concedimus non poſſe idem cum duplici ſubiecto identificari: vnio verò diſtinctam habet formalitatem.

Ad primum ſecunda ſententia reſpondetur. Vnionem produci ab agente, ſed non per eamdem actionem formaliter, qua producitur forma, vt alibi contra Suarez docuimus, & ideò vnio non ſe tenet tantùm ex parte formæ, ſed & materiæ, ordinatur enim ad vtrumque extremum vniendum, & modificandum. Ad primam & ſecundam confirmationem: Materiam mutari intrinſecè per amiſſionem exiſtentiæ, & vnionis, quæ pereunt pereunte forma; ideò negatur antecedens. Ad ſecundum concedo antecedens, inde enim diximus vnionem in materia reſpectu formæ non eſſe cauſalitatem, ſed reſpectu compoſiti. Ad tertium negatur minor, & ad probationem reſpondetur primò, eſto non poſſit reperiri vnio abſque inhærentia, quod eſt falſum, vt patet in materia & forma ſpirituali, vbi eſt eſſentialiter vnio abſque inhærentia; poteſt tamen reperiri inhærentia abſque vnione; dum enim forma ſubſtantialis educitur, inexiſtit, non tamen in eo tunc intelligitur vnita, vt alibi diximus, priùs enim res concipitur in ſe, deinde vnita alteri: tum quia poteſt hæc forma educi & impediri vnio, dum autem educitur neceſſariò inexiſtit, tum non poſſit eſſe per ſe, tum in fieri, tum in facto eſſe.

Vnio modus ordinatus ad plura munia exercenda.

Secundò reſpondetur: eſto vnio idem omnino ſit in formis materialibus cum inhærentia, non tamen ſequitur, quòd vnio ſit tantùm in forma: Poteſt enim idem modus, qui eſſentialiter ordinatur ad vniendum plura, plura exercere munia, & ſicut collatus ad formam eſt cauſalitas formæ, & collatus ad materiam eſt cauſalitas materiæ per aduerſarios; ita etiam collatus ad formam idem nexus gerit munus inhærentiæ; collatus ad materiam gerit munus (vt ſic dicam) ſubiacentiæ, & ideò non eſt maior ratio cur in vno quàm in altero extremo. Hinc

Ad primam confirmationem: Ideo inhærentia non facit materiam inhærere, quia non eſt in materia, vt inhærentia; ſed vt vnio, vel vt ita dicam, vt ſubiacentia.

Ad ſecundam. Nego antecedens; Dum enim forma educitur inexiſtit, nec tamen tunc habemus compoſitum, niſi poſtquam illam intelligimus vnitam.

Ad quartum patet ex dictis; vnio enim ſe tenet ex parte materiæ vt ſubiacentia eſt, ideò non expetitur vnio à materia, quæ ſit inhærentia, ſed tantùm à forma.

Singvlaris Difficvltas.

An definitio, & eius partes ad cauſam materialem vel formalem pertineant.

RATIO *difficultatis eſt.* Quia Ariſt. 2. Phyſ. 28. reducit partes definitionis ad cauſam formalem; prædicantur enim de definitione in quid, & concipiuntur tanquam quid adueniens. Textu verò 11. reducit illas ad cauſam materialem, partes enim ſignificant aliquid imperfectum, Imperfectum autem reducitur ad materiam.

Notandum eſt: Non eſſe abſurdum idem reduci ad cauſam formalem, & materialem diuerſa ratione, & rurſus partes definitionis ſi comparentur ad definitum non eſſe veras formas reſpectu definiti, neque partes materiales reſpectu totius definitionis: Dicuntur verò forma & materia lato ſumpto vocabulo, & ob quamdam analogiam.

Ad Ariſtotelem reſpondetur, partes definitionis ſi ad totum definitum conferantur, definitum reſpectu cuiuſlibet partis habet rationem formæ, ſic intelligendus Ariſt. tex. 11. vel partes definitionis dicuntur materia, quia ex illis quodammodo conſtat definitum. Textu verò 28. partes definitionis ad cauſam formalem reducit, comparando illas ad conditiones indiuiduantes, quæ conſtituunt hoc, vel illud indiuiduum: vel etiam quod genus in definitione reſpectu differentiæ ſit materia: reſpectu definiti ſit veluti forma, dum de illo prædicantur. Hæc de cauſa formali.

DISPVTATIO QVARTA.

De cauſa efficienti.

Sectio Prima.

Quid ea eſt.

Cauſa efficiens quid?

COMMVNITER ſic definitur ex Ariſt. 7. Metaph. cap. 2. & 2. Phyſ. 3. *Cauſa efficiens eſt principium primum & per ſe motus vel quietis.* Nomine quietis intellige nedum terminum, qui ſit naturalis ſubiecto, ſed terminum quemcumque qui media actione cauſatur; ſicuti nomine motus mutationem quamlibet, ſiue inſtantaneam, ſiue ſucceſſiuam: Motus vel quietis ſub disiunctione ratione intelligendarum, quæ ſunt tantùm principium motus. Nomine principij quidam volunt intelligi hîc principium motus contradiſtinctum à natura, quia natura vt natura eſt, eſt tantùm principium motus in eo in quo eſt: rectiùs, eſt efficiens principium motus à natura contradiſtinctum potiùs, quia natura eſt principium incompletum, & id quo agens agit. Id autem quod agit dicitur principium efficiens motum, & eſt propriè ſuppoſitum, vel indiuiduum per ſe ſubſiſtens, & quod agens denominatur. Forma agens ſimpliciter non dicitur, ſed id, quo agens agit.

Definitio cauſæ efficientis: explicatio Suarez reiecta.

Definitur efficiens, principium primum, quia efficiens debet eſſe principium principale motus habens virtutem mouendi à ſe; Item dicitur principium primum, vt agens diſtinguatur à materia, & fine: à materia, quia illa non eſt ſimpliciter principium primum, quia ſemper illam præcedit agens, ideò enim patitur, quia agens agit, non econtrà. A fine dicunt quidam, quia licèt finis ſit prior ipſo agente cùm moueat agens, ea tamē finis prioritas non eſt niſi in ordine intentionis, agens autem eſt prius fine ordine executionis. Ita Suarez Diſp. 17. ſect. 1. num. 5.

Non placet. Prius eſt enim finem mouere metaphoricè, & deinde agens agere, ergo etiam ordine executionis prior eſt finis, quàm agens; Ideò enim agens agit, quia motum eſt à bonitate finis. Dicitur ergo agens principium primum, prout primum in rigore dicit in ipſo agente prioritatem exiſtentiæ; finis verò non cauſat vt exiſtens, ſed vt apprehenſus; quare inter cauſas, quæ exiſtentes cauſant, cùm efficiens ſit omnium prima, & primum potiſſimùm ſignificet exiſtentiam; Ideò efficiens, principium primum: Dicitur per ſe, ad excludendas cauſas per accidens: Dicitur id vnde, non tantùm vt ordinem ſignificet, ſic enim prima-rio eſſet efficiens, ſed prout etiam importat efficientiam quandam, & vt excludantur cæteræ cauſæ, quæ non concurrunt ad productionem rei tanquam principium vnde motus; ſicut enim particula *ex*, & *in* ad cauſam ſpectant materialem: Cuius gratia, & propter ad cauſam finalem: & ipſum quod eſt ad formalem; ita id vnde ad efficientem: Hinc licèt motus ſit à materia, ſit à forma, ſit à fine, numquam tamen ab his dicitur eſſe tamquam à principio vnde.

Obiicies primò: cauſæ ſecundæ non agunt niſi motæ à prima, & non habent virtutem mouendi à ſe, ergo illis non competit definitio. Reſp. Suarez num. 4. Cauſas ſecundas dici primas, & principales in ſuo ordine. *Suarez.*

Rectiùs: cauſæ ſecundæ licèt indigeant causâ primâ, dicuntur tamen primæ, & agere propriâ virtute, quia agunt virtute, quæ illis debetur ſecundùm propriam naturam, vt alibi dicemus.

Obiicies ſecundò: Agens per creationem eſt verè agens, & tamen non eſt id vnde motus: in creatione enim non eſt motus.

Reſpondet Suarez: Definiri hîc tantùm agens naturale, quod ſemper per motum, aut cum mutatione agit; non ſupernaturale & ſupremum. Hinc quidam ſic definitionem corrigunt; efficiens cauſa eſt ea, qua exiſtente ſine ſui mutatione, niſi per accidens datur primum eſſe ſimpliciter alteri: Et Suarez, efficiens eſt id vnde principium primum actionis.

Dicerem, ſi nomen mutationis largè ſumendum eſt, vt communiter D. D. etiam quodammodo ſpectare ad agens per creationem; fit enim cum aliquali mutatione, ſcilicet ex non eſſe ad eſſe.

Sectio Secvnda.

Qua ſit cauſalitas agentis & an actio.

Soncinas. *Heruaus.*

PRIMA *ſententia* eſt Soncinatis 5. Metaph. quæſt. 4. Heru. quodlib. 2. quæſt. 1. Cauſalitatem agentis conſiſtere in eo, quod dat eſſe effectui, ſeu in agere: negant verò eſſe actionem. Aiunt enim actionem ſignificare ipſam operationem, vel motum, vnde magis habet rationem effectus, quàm cauſalitatis efficientis: Agere verò ſignificare eamdem operationem in concreto vt fit ab agente; & ideò magis connotat agens, à quo fit, & cauſalitas efficientis meliùs explicatur per agere, quàm per actionem. Huc recidit Fonſe. Metaph. cap. 2. ſect. 3. qui vult cauſalitatem efficientis eſſe influxum, quo aliquid de potentia ad actum producitur: aſſerunt id, vt omnino actionem excludant.

Probatur, quia actio eſt effectus agentis; Item quia actio non differt à re, quæ fit, niſi tanquam imperfectum à perfecto, vt calor in fieri à calore in facto eſſe: Sed effectus in facto eſſe verè cauſatur, per cauſalitatem, ergo etiam effectus in fieri, ergo etiam actio.

Secunda ſententia aſſerit, Cauſalitatem efficientis eſſe actionem. Eſt omnium ferè recentiorum: citant D. Th. 5. Metaph. cap. 2. Albert. 2. Phyſ. cap. 6. tract. 2. Sequuntur Conimb. hîc & Suarez diſp. 18. ſect. 10. num. 5. Ruu. 2. Phyſ. tract. 4. quæſt. 1. *D. Thom. Albertus. Conimb. Suarez. Ruuius.*

Probatur primò, quia efficiens dicitur actu cauſans per actionem, ergo actio eſt eius cauſalitas.

Confirmatur: Agens & efficiens idem ſignificant; ſed agens per actionem agit, ergo & efficiens per actionem efficiens.

Secundò, ſublata actione implicat aliquid dici actu efficiens, poſita actione ſtatim efficiens denominatur: ergo.

Tertiò, Non eſt aliud à quo efficiens poſſit denominari actu efficiens, niſi actio, ergo. Antecedens probatur, vel enim illud præcedit actionem, vel illam ſubſequitur: Non primum, quia ante actionem in agente non eſt niſi entitas efficientis, eius potentia, & virtus agendi; ſed per hæc efficiens non dicitur actu efficiens: ſed neque poteſt eſſe cauſalitas efficientis, quod actionem ſubſequitur, quia actio iam denominat cauſam actu, ergo non requiritur ad hanc denominationem aliquid, quod ſit actione poſterius.

Propria Sententia.

Notandum primò. Non bene auctores primæ ſententiæ diſtinguere agere ab actione, & actionem ab influere, ſi influxus connotat quid in patiente, vel in effectu: quia ſi præcisè efficiens ſit actu cauſans per agere, conſequenter etiam per actionem: & ſicut efficere dicitur ab effectione: ita agere ab actione, & producere à productione. Videndum igitur ſupereſt, an huiuſmodi agere, & actio ſit ratio, qua efficiens ſit actu cauſans. Ad id optima via eſt inquirere, an poſſit dari efficiens abſque actione: ſi datur, ergo efficientis cauſalitas non eſt actio: ſin minùs, econtrà. *Auctoris ſententia aſſertur, & explicatur.*

Notandum ſecundò, In qualibet actione naturali hæc repetiri: primùm ipſum ſuppoſitum, ſeu agens: ſecundò, eius virtus: tertiò applicatio, & veluti inflexio, & inchoatio ad illud opus, quod eſt actu incumbere: & hæc omnia ſe tenent ex parte agentis. Deinde eſt ipſa factio, ſeu medium, & via qua res fit; & hæc eſt actio: eſt quoque ipſa receptio formæ in ſubiecto, & eſt paſſio: denique dependentia formæ ab agente. In creatione verò vt ſi vis creatiua communicaretur alicui creaturæ, in creatura eſſet vis creatiua, applicatio, & inflexio, ſeu ipſum incumbere, quod connotaret ipſum principium exiens in opus. Præterea nulla eſſet actio, ſed tantùm terminus, ſeu effectus immediatè productus in poſteriori naturæ dependens. Quòd nulla eſſet actio probatur, Quia nulla eſſet paſſio: & probatur quia mutatio in rigore non fit niſi in ſubiecto, ſed in creatione nullum ſubiectum, ergo nulla in rigore *In actione quæ repetiantur.*

Digitized by Google

mutatio; vt optimè D. Th. quæſt. de potentia, & alibi; ergo neque paſſio: vltima conſeq. probatur, quia mutatio, & paſſio neque ratione diſtinguuntur, vt dicemus, ergo ſi in creatione nulla eſt mutatio, ergo nulla paſſio; ſi nulla paſſio, ergo nulla actio. Hinc

Prima concluſio. Agere & actio non ſunt cauſalitas efficientis Probatur, poteſt dari efficiens actu cauſans abſque actione, ergo actio non eſt cauſalitas. Conſequ. prob. quia cauſalitas ea tantùm eſt, quâ poſitâ, cauſa fit actu cauſans; ablata, non eſt cauſa actu. Anteced. patet ex ſecundo notab. In creatione enim habemus Deum actu cauſantem, & non habemus actionem, ergo non eſt ſimpliciter actio ratio, quæ reddit efficiens ſimpliciter actu cauſans.

Secunda concluſio. Efficientis cauſalitas eſt ipſum incumbere, & ſe applicare, & inflectere ad actum.

Efficientis cauſalitas quæ?

Probatur, eo enim concepto neceſſariò concipitur efficiens in actu, etiam nulla intellecta actione, & ablata applicatione efficiens non eſt actu efficiens, ergo applicatio, & inflexio eſt cauſalitas. Anteced. patet ex ſecundo notab. conſeq. eſt clara.

Secundò, artificem dici facientem, dicit aliquid in artifice; & in diuinis Patrem eſſe generantem dicit aliquid in Patre, & non nudam ſubſtantiam artificis, aut Patris eſſentiam. Ita D. Th. 1. par. quæſt. 41. art. 1. & Vaſquez ibid. Sed hoc non eſt actio, quia actio eſt in ſubiecto, vel in termino, ergo hoc erit applicatio ſeu inflexio, qua artifex dicitur actu faciens, ſicut origine actiua Pater dicitur actu generans, & ſecundùm D. Th. eſt in Patre.

Dices primò: Per actionem effectus dependet ab agente, ergo actio eſt cauſalitas.

Reſp. anteced. ſimpliciter eſſe falſum: In creatione enim nulla eſt actio; in agentibus verò creatis, licèt effectus dependeat ab agente per actionem, non tamen per ſolam actionem; ſed etiam per applicationem, & inflexionem agentis: non eſt autem actio agentis cauſalitas, ſed inflexio; quia actio non eſt in agente, cauſalitas enim debet eſſe intrinſeca cauſæ; huiuſmodi non eſt actio.

Dices ſecundò. Actio eſt dependentia effectus ab agente, ſed in creatione effectus dependet ab agente, ergo in creatione eſt actio. Reſpondetur, actio eſt dependentia effectus in fieri ab agente: dependentia verò in facto eſſe non eſt actio; ſed potiùs quid poſterius, & conſequens actionem. Ratio à priori eſt, quia actio vt actio eſt, eſt via, qua effectus fit: in creatione autem non eſt huiuſmodi via, quia ibi nulla mutatio, cùm mutatio ſupponat ſubiectum: hinc cùm nulla mutatio ſit, nulla eſt via, & ſic neque actio; ſed tantùm dependentia in facto eſſe, quæ vt diximus, non eſt actio.

Satisfit rationibus in contrariū.

Ad rationes in contrarium, & ad primam ſententiam reſpondetur neque influere, neque agere, neque actio ſunt agentis cauſalitas: non quia ſunt effectus agentis, ſed quia non ſunt quid in agente, ſed in paſſo.

Ad primum ſecundæ ſententiæ negatur antecedens. Ad confir. agens dici agens per actionem extrinſecè, intrinſecè verò per inflexionem; ideo inflexio eſt cauſalitas non actio.

Ad ſecundùm negatur antecedens, vt patet in creatione, in qua eſt cauſa efficiẽs, & nulla actio.

A Ad tertium. Efficiens actu dici ab inflexione, & applicatione, quod quidem in agentibus creatis actionem præcedit, éſtque modalitas quædam ab agentibus diſtincta, uſque ſuperaduenıens. In Deo verò eſt ipſamet Dei ſubſtantia, quæ ob ſummam ſui infinitatem, & perfectionem ſeipſam nunc actu applicat, & inflectit abſque ſui mutatione. Quòd dari debeat iſta applicatio in Deo, licèt ab eodem indiſtincta patet, quia nunc dicitur actu creans, non antea.

Requiſita ad cauſalitatem agentis communiter ponuntur tria: Primum; vt agens, & patiens ſint aliquo modo diſtincta, nihil enim omnino idem agit in ſeipſum. Secundum; propinquitas agentis ad paſſum, quia nil poteſt agere in diſtans. B Tertium: proportio aliqua inter agens, & paſſum: de ſingulis in lib. de Generat.

Ad cauſalitaté agentis quæ requirantur?

Sectio III.

An actio productiua eadem ſit ac conſeruatiua, & an cauſa conſeruans reducatur ad efficientem.

SVPPONENDVM, cùm aliquid ſit præter virtutem, & applicationem, quæ ſe tenet ex parte agentis, ex parte ſubiecti hæc reperiri: Actio productiua, quæ eſt veluti via ad formam: & Dependentia formæ in facto eſſe, quæ C dicitur conſeruatio. Hinc duplex difficultas. Prima, an huiuſmodi formæ dependentia in facto eſſe diſtinguatur ab actione, qua eadem forma fit realiter, vel modaliter, vel per quandam connotationem: Secunda, an ſi conſeruatio diſtinguitur à productione, ad cauſam efficientem cauſa conſeruans reducatur.

Prima ſententia eſt Suarez diſp. 21. ſect. 1. num. 4. Citat D. Th. 1. par. quæſt. 104. art. 1. ad 4. Henriæ. de ætern. mundi quæſt 1. & alios: vult efficiens eadem actione effectum producere, & conſeruare, & actionem productiuam à conſeruatione non diſtingui.

D. Thom. Hennam. Suarez.

Secunda ſententia eſt Henrici quodlib. 1. D quæſt. 7. Gregor. in 2. diſt. 1. quęſt 6 concl. 4. qui volunt conſeruationem ab omni rerum productione diſtingui, & in re qualiber duas concedendas actiones, productiuam vnam, qua res accipit eſſe: conſeruatiuam alteram, qua res in ſuo eſſe conſeruatur.

Henricus. Gregorius.

Prima concluſio. Si conſeruatio ſit ab eadem cauſa, à qua eſt productio, ſunt idem realiter tum ratione termini, quia eadem res eſt, quæ producitur, & conſeruatur; tum etiam ratione principij, quia ab eodem res conſeruatur & producitur, ſi tamen idem tempus continuetur, & eadem ſupponatur dependentia effectus à ſubiecto. Patet.

E *Secunda concluſio.* Productio diſtinguitur à conſeruatione, nedum ſecundùm connotationem; ſed etiam formaliter.

Probatur primò, quia productio eſt veluti via ad formam, conſeruatio verò eſt dependentia formæ ab agente, & quid poſterius natura ipſa productione: priùs enim res concipitur accipere eſſe, deinde dependere.

Secundò, via, & terminus formaliter opponuntur; ſed productio eſt via, conſeruatio eſt terminus, ergo.

Confirmatur, conſeruatio dicit rem pendere

ab alio: productio formaliter dicit rem accipere eſſe: dependere autem formaliter differt ab accipere eſſe, ſi res intimiùs expendatur.

Tertia concluſio. Licèt formaliter conſeruatio non ſit prodoctio ex parte effectus, cauſa tamen conſeruans reducitur ad efficientem.

Ptob. primò, quia producere, & conſeruare, ſeu conſeruare, & creare ex parte agentis, ſuot idem: & ex parte ageotis eſt cadeoi virtus, & applicano realiter.

Confirmatur, accipere enim nouum eſſe, & dependere ſunt tantùm formalitates differentea ex parte effectus.

Secundò, ad eamdem cauſam formaliter ſpectat dare primum eſſe compoſito, & illud conſeruare, ergo etiam ad eamdem cauſam efficientem dare eſſe, & conſeruare.

Tertiò, Effectus, qui depeodet à cauſa conſeruante, non dependet in alio genere, niſi io genere efficientis, ergo cauſa conſernans eſt efficiens.

Dices, efficieos eſt principium vnde motus, caoſa conſeruans non eſt principium vnde motus, quia cùm res iam producta eſt, non poteſt eſſe in motu, ſi eius principium ſit cauſa conſeruans.

Reſp. primò, in his quæ dependent in fieri, & in eſſe ab ageore eadem cauſa conſeruat, & producit, quòd ſi non producit, id eſt per accidens, & ita etiam per accidens eſt, vt cauſa conſeruans non ſit principium motus; vnde ſi effectus non eſſet productus, eadem cauſa conſeruans illum produceret.

Secundò reſpondetur, Efficiens eſt principium vnde motus & quies; cauſa conſeruans eſt tantùm principium quietis.

Quarta concluſio. In rerum productione & conſeruatione non eſt duplex actio, vna quâ res accipit eſſe; alia quâ in ſuo eſſe conſeruatur. Eſt contra Hent. Gregor. & reliquos pro ſecunda ſententia; Sed tantùm eſt vna actio, quâ res primò producitur, conſeruatio verò non eſt actio, ſed ſola rei dependentia.

Probator eâdem ratione quâ ſuprà ſect. præced. Vbi non eſt mutatio non eſt paſſio, vbi non eſt paſſio non eſt actio, in conſeruatione nulla formaliter eſt mutatio, imò conſeruatio formaliter dicit rem permanere in ſuo eſſe, & quietem quandam motui oppoſitam, ergo non eſt paſſio, ergo neque actio.

Dices contra ſecundam concluſionem pro Suarez oum. 4. Nullom eſt principium ſufficiens ad diſtinguendam cooſeruationem ab actione productiua, lucerna enim non alia actione illuminat hunc aërem, cùm primò applicator, & deinceps, neque enim apparet ratio, cur prima actio eſſet, ſecunda incipiat. Confirmatur primò. Actio ſi dorat tantùm per inſtans, cur poſtea ſecunda diu durat?

Confirmatur ſecundò. In viſione beata alia eſſet actio, quâ beatus vider primò Deum, & alia quâ perſeuerat in viſione Dei.

Reſpondetur conſeruatiooem poſſe conſiderari tum ex parte efficientis, tum ex parte effectus. Ex parte efficientis eadem omnino eſt, etiam formaliter, conſeruatio cum productione, vel creatione (quæ creatio, vel productio nil aliud eſt quàm ipſa applicatio creantis, vel producentis) per eamdem enim applicatiooem quâ agens creat, vel producit, per eamdem etA iam effectum ſuum conſeruat. Ex parte verò effectus conſeruatio formaliter diſtinguitur ab actione productiua, quia formaliter aliud eſt accipere eſſe, & fieri: & aliud dependere, vt diximus, quod eſt ſufficiens diſtinctionis principium.

Ad primam confir. cùm res fit, & conſeruatur non eſſe duplicem actionem, ſed tantùm vnam. Cùm enim Deus creat animam, eſt in Deo applicatio ad creandum, quâ dicitur actu creans, in anima verò ſola dependentia, qua iugiter conſeruatur, quæ conſeruatio nullam inuoluit formaliter actionem; ſed tantùm dependentiam in eſſe. Verùm cùm ſol producit lumen, luminis productio eſt vna actio, quâ lu-
B men in inſtanti accipit eſſe, in poſteriori verò ceſſat actio formaliter, & res tantùm dicitur conſeruari.

Ad ſecundum, eſſe diſparem rationem de actionibus tranſeuntibus, & immanentibus, cùm enim dicimus conſeruationem diſtingui formaliter à productione, loquimur de tranſeunte, prout actio, & cooſeruatio ſe tenent ex parte effectus, & cum effectu ideotificantur; & has dicimus formaliter eſſe diſtinctas. Modò, viſio beata, quæ primò producitur, & quæ deinceps eſt actus immaneos, & ſe tenens ex parte agentis, non eſt alia viſio, quâ primò beatus Deum videt & quâ poſtea. Id ipſum dicendum de volitione.

C Maneat ergo, conſeruare & creare, ſeu conſeruare, & facere, inter ſe nullo modo diſtingui, neque formaliter: conſeruari verò, & fieri formaliter diſtingui: hinc diximus conſeruationem formaliter diſtingui ab actione productiua, & cauſam conſeruantem nullo modo diſtingui ab efficiente.

SECTIO IV.

An cauſa inſtrumentalis ad efficiens reducatur.

D NOTANDVM *primò*, inſtrumentum illud eſt quod aſſumitur ab ageote ad efficiendum aliquid ſe nobilius. Hinc

Colligitur primò, quòd in inſtrumento, ſaltem reſpectu agentis creati, debet eſſe aliqua habilitas, ſi enim noo poſſet adiuuare fruſtra aſſumeretur. Colligitur ſecundò, inſtrumenta poſſe habere duplicem actionem: voam, quæ illi conuenit ſecundùm rationem propriæ naturæ: alteram, quæ conueoit vt inſtrumentum alterius. Colligitur tertiò, inſtrumentum, vt inſtrumentum eſt, non poſſe producere ſibi ſimile, ſed ſimile agenti principali. Hinc inſtrumen-
E tum, vt inſtrumentum eſt, neque eſt cauſa æquiuoca, neque vniuoca, quia effectum aſſimilat principali agenti.

Notandum ſecundò, quòd quædam inſtrumenta habent io ſe vim actiuam: quædam verò nullam habent vim actiuam, ſed tantùm aptitudinem, vt gladius. Inſtrumenta, quæ habent in ſe vim actiuam, alia dicuntur coniuncta, vt calamus reſpectu manus: alia ſeparata, quæ ex ſe aliquid producunt, vt calor producens ignem. Denique inſtrumenta alia naturalia, vt calor: alia ſupernaturalia, vt aqua reſpectu gratiæ: alia artificialia, vt ſerra, gladius.

A *Notandum tertiò*, in qualibet iuſtrumenti actione duo ſunt: ſubſtantia operationis, & modus eiuſdem operationis: ſubſtantia operationis eſt calefacere; modus verò eſt ealefacere ſic, & ſic In inſtrumento, quod habet propriam vim agendi, ſubſtantia operationis eſt ab ipſo ioſtrumento: modus verò à principali agente: In inſtrumentis, quæ oon habeot vim agendi propriam, ſubſtantia operis eſt à principali agente, modus verò ab iuſtrumento, & aliqua ratione ab agente principali; ſic cùm ſcribimus, motus calami eſt ab agente principali, figura verò characteris partim ab agente principali, partim ab inſtrumento. Poſito igitur B inſtrumeota tum naturalia, tum ſupernaturalia, tum etiam artificialia eſſe verè inſtrumenta, quod recentiores nonnulli negant, ſed immeritò: ſit

Aristot. *Vnica concluſio.* Inſtrumenta omoia reducuntur ad genus cauſæ efficientis. Eſt Ariſt. 2. Phyſ. 3t.

Probatur primò, quando aliquid eſt neceſſariò requiſituoi ad aliquam cauſam, reducitur ad illam; ſic quantitas ad materiam: ſed inſtrumenta ſunt requiſita quædam ad effectus producendos, tum naturales tum ſupernaturales reſpectu cauſæ efficientis, ergo ad illam reducuntur. Secundò, non apparet ad quodnam C aliud cauſarum genus poſſint reduci, ergo.

Scotus. *Obiicies ex Scoto* in 4 diſt. 1. quæſt. 5. Inſtrumenta debent eſſe actiua, ſed artium inſtrumenta non ſunt actiua, quia in illis non reperitur niſi durities, & mollities, & motus localis, quorum nullum eſt actiuum, ergo ſaltem hæc ad cauſam efficieotem non pertinent.

Caietanus. Reſpoodet Caietanus motum localem non eſſe per ſe actiuum, nec poſſe per ſe aliqnid producete, corpus tameo durum, quod localiter mouetur, dum acquirit nouum vbi, poteſt ſcindere, vel expellere corpus quod erat in eodem loco, & ſic inſtrumenta artificialia ſunt actiua.

D

Sectio V.

De ideis: quid idea & exemplar: an ratio obiectiua, vel formalis.

EXEMPLAR aliud externnm, quod oculis imitandum proponitur: aliud iotetnum, quod ſic definitur. Eſt forma mente concepta, quam effectus imitatur ex intentione agentis determinantis ſibi finem. Hinc

Quæ neceſſaria ad conſtitutionem ideæ. *Colligitur* ad conſtituendam ideam tria eſſe neceſſaria. Primum, rem ad cuius imitationem E producitur effectus: ſecundum, cognitionem, quâ res mente concipiatur: Tertium, vt res non quomodocunque ſit meote concepta, ſed in ordine ad imitationem. Ideo enim appellatur forma practica; forma quidem non informãs, & intrinſecè rem ad extrà componens: ſed prout eſt ratio, & imago quædam, quam in mente habemus, & exprimere volumus. Horum ſi aliquid deſit, Idea non eſt Idea: ſic eſſentia diuina, quamuis rerum omnium cootineat ſimilitudines antequam concipiatur; cognita non dicitur forma mente eoocepta, atque adeo nec idea.

Quæritur ergo an huiuſmodi idea, & forma mente concepta ſit ratio, vel conceptus obiectiuus, an formalis. Conceptus & ratio formalis eſt operatio mentis, quâ rem intelligimus: conceptus quidem quia eſt quaſi quædam proles mentis: formalis, quia vt forma eiuſdem intellectus intrinſecè illum informans, vel quia formaliter repræſentat rem cognitam, & ſolet etiam dici verbum mentis. Conceptus verò obiectiuus non eſt intellectio, ſed res quæ obiicitur menti intelligenda: dicitur obiectiuus per denominationem extrinſecam, quatenus formaliter conceptioni ſubſternitur, & obiicitur concipienda: ſic domus ſecundùm ſuum eſſe vocatur conceptus obiectiuus, quia conceptui obiicitur: operatio verò mentis, ſeu conceptus elicitus ab intellectu tendens in domum vocatur formalis.

Vnica concluſio. Idea eſt conceptus obiectiuus non formalis. Eſt contra Alenſ. 1. part. quæſt. 23. memb. 4. art. 1. Bonauent. in 1. diſt. 45. art. 1. Capreol. in 1. diſtinct. 36. quæſt. 1. art. 1. ad 1. Suarez diſp. 25. ſect. 1. num. 10. qui voluot ideam eſſe conceptum formalem ſubiectatum in mente repræſentantem obiectum. Eſt verò cum D. Thom. quæſt. de veritate. Durando in 1. diſtinct. 36. quæſt. Scoto diſt 35. quæſt. vnica. Ocham. & Gabr. ibid. quæſt. 5. Aliacenſ. in 1. quæſt. 6 Conimb hic. *D. Thom. Durandus. Scotus. Ocham. Gabriel. Aliacenſis. Conimb.*

Probatur, ad ideam ſufficiunt tria, res videlicet, ad cuius imitationem producitur effectus; cognitio, qua res mente concipiatur, & tandem vt res concipiatur in ordine ad imitationem, nec aliud requiritur, ergo idea eſt conceptus obiectiuus, non formalis. Antecedens patet ex dictis. Conſeq. probatur, quia ſi idea eſſet conceptus formalis, requireretur cognitio reflexa, qua cognoſceremus noſtram cognitiooem, quod eſt falſum. Sequela maioris probatur, ratio ideæ debet eſſe talis, ad quam reſpiciat agens operando; ſed per aduerſarios idea eſt cognitio obiecti, ergo ad cognitionem debet reſpicere agens; ſed reſpicere ad cognitionem eſt cognitio reflexa, ergo ſi idea eſt cognitio formalis, requiritur cognitio reflexa. Quòd verò non requiratur huiuſmodi cognitio reflexa, probatur ad hominem cootra Suarez. Poteſt intellectus creatus, ſi detur illi vis operatiua intuendi ideam diuinam operari, ſed tunc non reflectit ſe ſupra ſe, & operatur ex idea, ergo. Maior conceditur ab eodem numero quarto, minor probatur, quia tunc eſt actus directus. *Quæ ſufficiant ad ideam.*

Reſpondetur: in eo caſu intellectus in Deo videbit operationem formalem, quæ eſt idea creaturarum.

Contrà, Ideo enim agens creatum poſſet operari intuendo diuinam ideam, quia conſpicit ſimilitudinem rerum in illa; ſed agens creatum poteſt per actum directum intueri ſimilitudinem rei faciendæ in conceptu obiectiuo, ergo poteſt operari ex idea ſine cognitione reflexa.

Confirmatur, Deus poteſt operari per intuitum ſolius eſſentiæ ſuæ virtualiter continentis creaturas, ergo ſimpliciter ad operandum ex idea non requiritur cognitio reflexa. Antecedens probatur, quia noo magis eſt Deo repræſentatiua eius cognitio, quàm eſſentia, cùm cognitio nihil aliud repræſentet, niſi quod cognoſcit in eſſentia, ergo ſi intuendo cognitionem poteſt operari, vt conceditur, cur non etiam intuendo eſſentiam?

Denique, ad hoc vt agens operetur ex idea in-

Digitized by Google

intuendo illam, idea debet eſſet repræſentatiua obiecti, at via poteſt intelligi quomodo cognitio formalis ſit repræſentatiua, non enim vt quis operetur intendit aciem in cognitionem ſuam, ſed in obiectum, quod repræſentatur per illam cognitionem: patet in pictore, & ſicut pictor ſufficienter operatur, ſi imitetur, & intueatur Cæſarem propoſitum ad extrà, ſic ſufficienter operabitur intuendo ideam Cæſaris ad intrà, abſque quòd aliquid cogitet de ſua cognitione.

Sectio VI.

Ad quodnam cauſarum genus pertineat idea.

Seneca. Seneca epiſt. 66. putat ideam eſſe requiſitam. Communiter tribuunt DD. ideæ cauſalitatem aliquam, & cauſam eſſe concedunt; determinat enim, & dirigit agens per intellectum, vt ſic & ſic operetur. Hoc poſito quæſtio tantùm eſt ad quodnam genus cauſæ reducatur. *Conimb.* *Fonſeca.* *Albertus.* *Caietanus.* *Ægidius.* Conimb. hîc & Fonſ. ex Alber. in 1. diſt. 10 art. 1. Caiet. 1. part. quæſt. 6. art. 3. in fine Ægid. propoſ. 37. de Euchar. volunt pertinere ad cauſam formalem. Ratio eſt, quia tantùm concurrit per imitationem paſſiuam, ad dandam ſimilem formam, & ſpeciem effectui: vnde ideam vocant formam extrinſecam, ad diſtinctionem formæ intrinſecæ. *Vicomer.* Vicomercatus 2. Phyſ. textu 68. ad finalem, quia exemplar eſt id ad cuius imitationem effectus producitur, ergo habet rationem finis. *Scotus.* *Bonau.* *Alenſis.* *Perer.* *Suarez.* Scot. in 1. diſt. 2. num. 8. Bonauent. Alenſ. Perer. lib. 8. Suarez diſp. 25. ſect. 2. num. 8. ad efficientem.

Idea quotupliciter comparetur *Notandum primò*, idea dupliciter comparari poteſt, vel ad effectum, vel ad cognoſcentem. Si ad effectum, quatenus eſt illi ſimilis; ita vt idea ſe habeat modo quodam paſſiuo, vt pote expreſſa ab effectu producto: hac ratione idea non eſt idea; ad ideam enim non ſufficit ſimilitudo effectus; agentia enim naturalia dicuntur producere ſibi ſimile, & tamen non dicuntur operari ex idea: ſic patet falsò reduci ad cauſam formalem. Si verò idea comparetur ad cognoſcentem, etiam dupliciter conſiderari poteſt: Primò vt tantùm ſe habet tanquam obiectum terminans cognitionem: Alio modo vt obiectum operans aliquid in cognoſcente, & exercens ſuam cauſalitatem. Colligitur ex D. Thom. quodlib. 7. art. 3. Vbi habet, quod ſimilitudo rei cognitæ poteſt concipi, & vt cauſata à re, & vt cauſa rei, hoc eſt, & vt terminans cognitionem, & vt adiuuans ad faciendum aliquid influendo in effectum. Idea igitur tunc formaliter dicitur cauſa exemplaris, non cùm comparatur ad cognoſcentem tanquam obiectum, & terminus, quia ſic non differet ab aliis obiectis terminantibus intellectum: ſed tunc dicitur cauſa exemplaris formaliter cùm influit in opus: quæritur modò an iſte influxus pertineat ad genus cauſæ efficientis, vel finalis?

Prima concluſio. Idea non pertinet ad finem.

Probatur, quia finis ſupponit agens conſtitutum in ſuo eſſe, vt dicemus, & ideo diſtinctum conſtituit genus cauſæ; ſed idea non ſupponit, ergo idea non eſt finis, neque ad illam pertinet. Minor probatur, ſine idea agens eſſet A indeterminatum, & incompletum, & idea facit vt agens poſſit operari, & producere tales formas. Secundò, finis mouet agens ad operandum, & illud allicit, idea verò non mouet, nec allicit, ſed tantùm dirigit potentiam, & illam determinat. Confirmatur, quia vt finis moueat ad efficiendam ſui repræſentationem debet ſupponere cognitionem ideæ, & agens determinatum ad artificium, ergo alia cauſalitas finis, & ideæ.

Secunda concluſio. Cauſalitas ideæ pertinet ad cauſam efficientem.

Probatur, quodlibet non fit ea quolibet, ſed à ſuo agente determinato, ergo agens non dicitur completum in ratione agentis niſi concipiatur B determinatum; ſed agens intellectuale non determinatur niſi per ideam, ergo & per ideam completur in ratione agentis, ergo cauſalitas ideæ pertinet ad cauſam efficientem. Vltima conſequentia probatur, quia ideo finis conſtituit diſtinctum genus cauſæ ab efficiente, quia ſupponit efficiens completum in ratione potentię actiuæ; ſed idea non ſupponit, ergo.

Dices, forma determinat, & complet materiam, & tamen forma non pertinet ad materiam, ergo licèt idea determinet, & compleat efficiens, non inde pertinet ad efficiens: ſic etiam approximatio requiritur ad combuſtionem, & tamen illa dicitur tantùm conditio, neque ad efficiens reducitur.

C Reſpondetur, complete, & determinate ſtat dupliciter. Primò, vt concauſa, ſeu vt requiſitum, vel conditio; ſecundò vt complens potentiam in eſſe potentiæ. Primo modo ſupponitur potentia completa in ſuo genere, ſic forma ſupponit materiam potentem ad ſe recipiendam, & approximatio ignem potentem comburere, & finis efficiens potens agere. Quod verò influit vt complens potentiam in eſſe potentiæ efficit potentiam potentem in ſuo genere; ſic idea complet efficiens in genere efficientis: agens enim intellectuale nequit aliquid artificioſum producere, niſi habeat ideam, à qua adiuuetur.

D Confirmatur, illud enim complet agens in ratione potentiæ, à quo habet agens vt contineat in ſe effectum, ſed artifex per ideam continet in virtute effectum, ergo per illam conſtituitur in eſſe agentis: ſic ſtatuarius eſt ſimilis effectui per ideam, quam habet in mente.

Obiicies ſecundò, idea eſt illa quam imitatur agens, ergo conſiſtit tantùm in quadam imitatione paſſiua, ergo potiùs pertinet ad formam, quàm ad efficiens. Confirmatur, idea enim Græcè, Latinè appellatur forma.

Reſpondetur, ſi paſſiua imitatio ſumatur in rigore, nego ideam conſiſtere in paſſiua imitaE tione, realiter enim influit; diſtinguitur igitur antecedens, idea eſt quam imitatur agens abſque quòd illa nil omnino influat, nego. Si verò ita illam agens imitatur, ſic concedo; agens enim efficit effectum ſibi ſimile tantùm per ideam.

Ad confirmationem, idea dicitur forma, vel eo quod ſit quidditas rei abſtracta à re rem formaliter repræſentans, ſiue quia intellectum intrinſecè actuat, & informat: Vel denique ſicut formæ eſt determinare materiam, ſic ideæ agens.

Obiicies tertiò, conceptus obiectiuus ideę non

determinat agens, niſi agens illum reſpiciat, & cognoſcat, ergo idea formaliter, & vt cauſans non conſiſtit in conceptu obiectiuo, ſed formali.

Reſpondetur, negatur conſequentia, aliud enim eſt conceptum formalem eſſe cauſalitatem ideæ, aliud eſſe ipſam ideam: primum concedimus, ſecundum negamus: Sic etiam nec finis eſt motio ipſa, qua mouetur agens ad aliquid appetendum, ſed id quod appetitur: ita in caſu noſtro idea non eſt cognitio, qua idea determinat ipſum agens, ſed id, quod determinat agens, ſeu id ad quod terminatur cognitio. Niſi potiùs dicendum ſit directionem eſſe cauſalitatem ideæ: cognitionem verò, ſeu formalem conceptum eſſe requiſitum.

Sectio VII.

De concurſu cauſæ primæ cum ſecundis.

SVPPONENDVM *primò*, cauſas ſecundas tum ſpirituales tum corporeas & verè agere, & veram, & propriam efficientiam habere, & aliquid producere. Eſt adeo euidens, vt vix probatione indigeat, & ſol illuminat, & ignis calefacit, & terra germinat, & voluntas vult; alioquin nec liberum daretur arbitrium, nec Deus actiones humanas rectæ rationi aduerſantes iuſtè puniret, quæ omnia, & fidei, & rationi repugnant.

Colligitur hinc primò falſum eſſe omnino id quod Aliacenſi in 4. diſtinct. 1. quæſt. 1. artic. 1. tribuitur, Deum ex pacto conſtituto ad præſentiam ſecundarum cauſarum effectus producere; ſecundas verò cauſas nil omnino agere. Falſum quod docuit Auicemb. in lib. Fontis Vitæ, qui concedit creaturas ſpirituales agere, non tamen corporeas: Falſum denique quod Auicen. 1. Sophiſ. cap. 10. Corporeas creaturas tantùm accidentia producere, non ſubſtantiam, cùm neque huiuſmodi effectus creaturarum virtutes excedant, & huiuſmodi actiones ſint de perfectione earumdem.

Aliacenſis opinio damnatur.

Auicemb. item.

Auicennas.

Supponendum ſecundò, eſſe de fide cauſas ſecundas indigere continuo concurſu cauſæ primæ, à qua conſeruentur, nec poſſe per aliquod inſtans permanere ſine illius influxu. Sic Sapien. 11. *Quomodo poſſet aliquid permanere niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſeruaretur?* Ratio à priori eſt, quia quicquid eſt in creatura eſt ens participatum; Deus verò ens per eſſentiam, ideo quicquid in illa eſt, eſſentialiter pendet ab illo tum in fieri, tum in facto eſſe: ſicuti non eſt reperiri inſtans, nec res, cuius eſſe non ſit ens participatum, ſic neque quod eſſentialiter à Deo non dependeat, réſque omnes ſtatim deficerent, ſi huiuſmodi primæ cauſæ concurſus ſuſpenderetur.

Supponendum tertiò, eſſe etiam de fide cauſas ſecundas indigere immediato concurſu Dei nedum in eſſendo, ſed etiam in operando. Patet ex Scripturis, *priuſquam te formarem in vtero noui: fœnum agri Deus ſic veſtit. Omnia opera noſtra operatus es Domine: qui operatur omnia in omnibus*, & Concilium Arauſicanum, *Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiſcum, vt operemur operatur.* Ratio eſt, quia cùm res non poſſit eſſe, nec conſeruari abſque Dei concurſu, neque poterit agere, & ſi res poſſet incipere per influxum ſolius cauſæ ſecundæ, cur non poſſet etiam per influxum ſolius cauſæ ſecundæ etiam aliquantulum perſeuerare? Hinc iure exploditur Durand. in 2. diſtinct. 1. quæſt. 3. qui docet Deum tradidiſſe cauſis ſecundis virtutem, nec ipſum immediatè influere in actus illarum, & arbitrij electionem non eſſe à prima cauſa niſi mediatè, id eſt ſeruante arbitrium; totam verò electionem ab arbitrio: ita diſtinct. 37. quæſt. 1. Difficultas modò eſt apud Catholicos, quinam ſit huiuſmodi concurſus, quo Deus concurrit cum cauſis ſecundis in earum actionibus.

Quid ſentiendum de fide.

Supponendum quartò, concurſum cauſæ primæ alium eſſe immanentem, alium tranſeuntem. Immanens eſt actus diuinæ voluntatis, de quo non loquimur: Tranſiens eſt actus exterior à Deo dimanans, qui ſimul cum creatura illam adiuuans effectum producit, & de hoc quærimus quinam ſit.

Prima ſententia eſt quorumdam, qui volunt concurſum Dei eſſe aliquid per modum principij complentis cauſam ſecundam, eiúſque naturalem virtutem; refertur à Suarez diſpot. 22. ſect. 2. num. 4. &c.

Impugnatur, ab eodem, & rectè, cauſa ſecunda eſt ſufficienter in actu primo per propriam virtutem accidentalem, quæ ab illa dimanat, & per propriam formam: tum quia effectus producendus non excedit eius vires. Ipſum conſulite.

Secunda ſententia eſt multorum recentiorum, cum quibus maximè agendum eſt: concurſum Dei cum cauſis ſecundis eſſe aliquid per modum actionis à Deo dimanantis, éſtque ipſamet actio cauſæ ſecundæ vt per ſe, & immediatè fluens à prima. Eſt omnium è ſocietate præſertim Suarez diſpot. 22. ſect. 2. num. 16. ſequuntur nonnulli ex noſtris, præſertim doctiſſimi PP. Areſius, & Maſſeius: citant pro ſe D. Th. 1. part. quæſt. 105. art. 5. & 3. contra gent. cap. 70.

Suarez.

Areſius.

D. Thom.

Probatur primò, concurſus cauſæ ſecundæ eſt per modum actionis, ergo & concurſus cauſæ primæ, cùm ſit idem terminus, & effectus vtriuſque.

Secundò, ſi concurſus Dei non eſſet per modum actionis, ſed per modum virtutis impreſſæ daretur proceſſus in infinitum, quia illa virtus creata non poteſt adiuuare cauſam ſecundam ſine concurſu primæ, ergo indiget alia virtute, & illa alia, & ſic in infinitum.

Tertiò, per hunc concurſum Dei actualem per modum actionis ſaluatur omnis dependentia eſſentialis tum cauſæ ſecundæ à prima in cauſando, tum actionis eius in fieri, tum etiam effectus in omni eſſe ſuo.

Hanc ſententiam licèt multis conetur confirmare Suarez; mihi tamen non probatur Dei videlicet concurſum eſſe eamdemmet numero actionem, quæ eſt etiam à creatura, à Deo vt à cauſa prima: à creatura vt à cauſa ſecunda.

Primò, quia vel Deus, & cauſa ſecunda reſpectu actionis ſunt cauſæ partiales, ita vt illa actio partim ſit à Deo, partim à creatura:

vel totales, ita vt actio ſit tota à Deo, & tota à creatura; neutrum dici poteſt, ergo: Non primum, quia ſequeretur partem illam fluentem à creatura non eſſe à Deo, nec eſſet ens participatum, dum Deus in illam non influeret: concedunt hoc aduerſarij, præſertim Suarez loco citato.

Deus, & creatura nequeunt eſſe cauſæ totales reſpectu vnius actionis.

Sed neque Deus, & creatura reſpectu vnius actionis poſſunt eſſe cauſæ totales modo à Suarez explicato, quia etiam in eius ſententia ſequeretur partem phyſicam illius actionis eſſe à Deo, partem à creatura, quod eſt falſum. Sequela probatur, nequit duplex cauſa indiuiſibilem effectum producere, niſi vna alteram applicet: vel vna inhæreat formaliter in altera, vt habitus in intellectu: vel idem numero principium ſit in diuerſis ſuppoſitis, ſic in Patre & Filio in diuinis vna eſt voluntas, qua ſpirant Spiritum Sanctum; ſed in Deo & in creatura non eſt idem numero principium: nec creatura, & Deus ita ſe habent, alteri vt alter inhæreat. neque Deus per aduerſarios creaturam applicat, ergo nequit tota actio dimanare à Deo, & tota à creatura.

Quotuplex ſit vnio cauſarum in ordine ad effectus.

Maior probatur primò inductione, nunquam enim inuenies duas cauſas vnum effectum producere, niſi ſic copuleotur, vt diximus; vel enim cauſæ omnes ſunt concauſæ, quarum neutra aliam applicat, vt duo lumina: vel ſunt ad inuicem ſubordinatæ, vt manus, & malleus, qui à mano applicatur: vel ſunt conſtituentes vnum principium formale, vt habitus, & intellectus: ratio à priori eſt, quia actio eſſentialiter reſpicit agens, ergo vna actio dicit eſſentialem ordinem ad vnum agens, ergo agens niſi ſit omnino vnum, vel inducat rationem vnius, non poteſt vnicam actionem producere: vnicam inquam phyſicè, licèt poſſint in aliqua actione aſſignari gradus phyſicus, & metaphyſicus, vt cùm habitus concurrit ſimul cum intellectu ad actionem intellectualem

Secundò probatur, ex omnium ſententia tum Philoſophorum, tum Theologorum cauſa ſecunda eſſentialiter ſubordinatur primæ, quia ſecunda non agit niſi agente prima, vt concedit idem Suarez num. 13. & 14. Hinc cauſæ ſecundæ dicuntur inſtrumenta primæ à Platone, Damaſceno, & ſæpiſſimè à D. Th. Item cauſa ſecunda non mouet niſi mota à prima, ergo concurſus cauſæ primæ non conſiſtit in eo quod eadem actio ſit à cauſa prima, & à cauſa ſecunda, conſequentia probatur: quia ſic nequit explicari huiuſmodi ſubordinatio in quo conſiſtat.

Plato. Damaſc. D. Th.

Reſpondent primò, cauſa ſecunda dicitur ſubordinari primæ, non vt inſtrumentum eſt, quia creatura in ſuo ordine eſt cauſa principalis cùm producat effectum eiuſdem actionis, & gradus; Dicitur tamen ſubordinari, quia dependet à prima, & non poteſt agere niſi ad eamdem actionem prima concurrat.

Contrà, iſta dependentia non poteſt in alio conſiſtere, niſi quia virtus cauſæ ſecundæ conſeruatur à prima: Sed hoc non ſufficit, quia dum dicitur cauſa ſecunda ſubordinatur primæ, debet intelligi cauſam ſecundam dum actu cauſat illi quodammodo ſubiici, ſic autem non ſaluatur, ergo.

Confirmatur, certum eſt nedum virtutem A cauſæ ſecundæ ſubordinari primæ, ſed etiam ipſum cauſare prout eſt à cauſa ſecunda, ergo non ſufficit virtutem cauſæ ſecundæ conſeruari à prima; ſed neque ſufficit concurſus, quia concurrere dicit ſimpliciter tantùm concomitantiam, & æqualitatem in cauſando, ergo non quia prima ſimul cum ſecunda concurrit, ſecunda dicetur ſubordinari primæ.

Reſpondent ſecundò, ſecundam dici ſubordinatam, quia nequit in actum exire niſi adiuuante prima per concurſum conſeruerut.

Contrà, duo enim trahentes nauim, licèt alter ſine altero non poſſit, alter tamen non dicitur alteri ſubordinatus, ſed aſſociatus.

Reſpondent tertiò, dicitur cauſa ſecunda ſubordinata, quia ſecunda indiget prima, non contrà. B

Neque ſatisfacit, neque enim cauſa prima poteſt promere actum vitalem abſque ſecunda, neque inde dicitur prima ſubordinata ſecundæ. Item aliud eſt indigere conſortio alterius, aliud ſubordinari. Nec refert quod inſuper virtutem conſeruet; Creatura enim dicitur cauſa ſecunda nedū vt cauſa eſt, ſed etiam vt cauſans eſt, vt idem Suarez fatetur, ergo inter creaturam cauſantem, & Deum influentem eſt relatio ſecundi, & primi, ergo explicandum eſt quomodo creatura etiam dum actu cauſat ſit ſecunda, & Deus prima.

Reſpondet quartò Suarez, quia actio eſt priùs à Deo, deinde à creatura ſaltem in aliquo ſigno C naturæ: Sed hoc omnino falſum, alioquin in eorum ſententia tolleretur libertas.

Reſpondet quintò idem Suarez, prima cauſa dicitur prima, quia eſt dignior & vniuerſalior.

Contrà, ex maiori enim dignitate non ſequitur niſi conſortium, & non vt vna dicatur prima, altera ſecunda: vt ſi ego, & Angelus nauim traheremus, non inde Angelus dicendus eſt cauſa prima quia dignior. Item cauſa prima non eſt dignior, niſi in ratione entis. Nec refert vniuerſalitas, nil enim refert quod ad actiones omnes concurrat, vt hæc cauſa dicatur ſubordinata: nec influxus aliis præſtitus reſpectu D huius facit vt hæc dicatur prima, illa ſecunda.

Capreolus. Ferrarien.

Tertia ſententia eſt Thomiſtarum. Citantur Capreol. in 2. diſtinct. 1. queſt. 3. Ferrar. 3. contra gent. cap. 2. Aſſerunt hi Dei concurſum non eſſe eamdem met actionem dimanentem à creatura, ſed conſiſtere in quadam applicatione cauſæ primæ in ſecundam, non per modum principij complentis potentiam, ſed per modum conditionis requiſitæ.

Deus concurrit ad effectum immediatione virtutis, & immediatione ſuppoſiti.

Sed neque hæc ſententia ſic explicata omnino placet, & rectè à Suarez hîc impugnatur. Primò, quia Deus nedum concurrit immediatione virtutis, ſed etiam immediatione ſuppoſiti ad E effectum, & actionem quamlibet, at ſi media creatura actionem promeret, non ageret immediatione ſuppoſiti, quia eatenus diceretur ad actionem concurrere, quatenus creaturam promoueret.

Secundò, Deus eſt cauſa principalis, & per ſe reſpectu actionis creatæ, ergo eius concurſus non requiritur tanquam conditio ſine qua non.

Tertiò, poſita conditione ſine qua non, poteſt per diuinam potentiam ſuſpendi actio, ſic poſita approximatione poteſt facere Deus, vt ignis non comburat: ſed poſita illa applicatione primæ cauſæ non poteſt cauſa ſecunda

non agere, ergo illa applicatio non eſt tantùm conditio.

Vnica concluſio. Dei concurſus cum cauſis ſecundis nil aliud eſt quàm applicatio, quâ creatura ſe ipſam applicat ad agendum, quæ eſt à Deo, & à creatura; à Deo vt à cauſa prima applicante creaturam: à creatura vt à cauſa ſecunda applicante etiam ſeipſam: Concurſus quidem, & applicatio non per modum principij complentis potennam, neque per modum conditionis; ſed per modum cauſalitatis, quâ vtraque cauſa prima, & ſecunda, quælibet in ſuo ordine fit actu cauſans, & influens in actionem, & effectum: cauſa ſecunda producendo actionem, cauſa prima, & applicando ſecundam, & media eadem applicanne producendo immediatè & actionem, & effectum.

Prima pars probatur, quia ſic rectè concipimus quonam pacto creatura ſubordinetur Deo, & ab illo moueatur, & vna, & eadem actio ſit à Deo, & à creatura, dum videlicet Deus creaturam immediatè applicandu media eadem applicatione, ſimul cum cauſa ſecunda producit immediatè & actionem, & effectum: ſic etiam ſaluatur quonam pacto Deus nedū immediatione virtutis, ſed etiam immediatione ſuppoſiti ad effectum, & actionem producendam concurrat: Denique id videntur ſignificare verba ipſa, Deum videlicet cum cauſa ſecunda concurrere, & influere nedum in effectum, & actionem; ſed etiam in ipſam cauſam.

Petes quonam pacto eadem applicatio poſſit eſſe, & à Deo, & à cauſa ſecunda.

Quomodo ſit eadem applicatio à cauſa prima, & ſecunda.

Reſpondetur, eſſe eamdem applicationem à Deo, & à cauſa ſecunda, ſicut faber dum applicat ſerram, & malleum in opus, eadem omnino applicatio eſt, & agentis principalis, & inſtrumenti, eadem vtriuſque actio, idem effectus: Diſcrimen tantùm eſt, quia malleus non habet propriam virtutem, ſed tantùm habilitatem ad effectum producendum; creatura verò nedum habilitatem, ſed etiam virtutem.

Secundò probatur, niſi dicamus cauſam primam applicare ſecundam, nequit intelligi quomodo cauſa ſecunda moueatur à prima. Probatur, quia quòd cauſa prima agat ſimul cum ſecunda, & ſecundam adiuuet, non inde fit vt cauſa prima moueat ſecundam; ſed actio, quæ eſt à cauſa prima, tantùm mouet paſſum, & ſubiectum, cui inhæret, ſeu identificatur, ergo vel omnino negandum commune axioma, vel dicendum quòd cauſa prima applicet ſecundam.

Tertiò, nequit concipi idem actus vitalis inchoatus à Deo ſine concurſu voluntatis, actus enim vitalis petit produci eſſentialiter à principio vitali, ergo falſum eſt Dei concurſum eſſe ipſammet actionem, in aliquo priore à Deo procedentem, ergo ſi Deus in aliquo priori dicitur agens, & producens actum, vt contendit ſect. 3. Suarez num. 10. neceſſariò dici debet quòd potiùs applicet voluntatem, & ſimul cum voluntate media applicatione actum vitalem producat.

D. Thom.

Quartò, auctoritate D. Th. quæſt. 3. de potentia art. 7. Deus, inquit, operatur in natura, & voluntate operantibus primò, quia mouet ad agendum, in quo non intelligitur collatio, aut conſeruatio virtutis, ſed applicatio virtutis ad actionem, ſicut homo eſt cauſa in ſciſſione cultelli ex hoc quòd applicat illum ad incidendum, mouendo ipſum: Et hinc infert quod Deus neceſſariò ſit cauſa cuiuſlibet actionis rei naturalis vt mouens, & applicans virtutem ad agendum, & 1. part. quæſt. 83. art. 1. ait Deum eſſe primam cauſam mouentem naturales cauſas, & voluntarias: & ſicut facit vt naturales ſint naturales; ſic voluntariæ ſint voluntariæ, & 1. 2. quæſt. 109. artic. 1. in corpore hoc principium aſſumit, ad motum nedum formam exigi, ſed exigi motionem primi mouentis, & ad agendum aliquid ſupra naturam, & excedeus cognitionem naturalem, requiri formam, lumen ſuperadditum, & præterea vt intellectus moueatur à Deo.

Obiectio

Obiicit Suarez, hæc applicatio eſt omnino fictitia, neque enim apparet ad quid deſeruiat, & quem terminum habeat, aut ſubiectum. Præterea vel hæc applicatio conſiſtit in motione locali, vel eſt aliqua qualitas, aut virtus agendi, vel eſt realis vnio, aut intimior præſentia, vel eſt actio, vel via ad actionem; at nullum iſtorum: non actio, quia ſic ad actionem daretur actio: neque via ad actionem, quia identificaretur cum actione: neque virtus, aut qualitas, quia non ſe tenet per modum principij complentis potentiam: neque intima præſentia, quia hæc ſupponitur facta, ergo.

Solutio.

Quid ſit applicatio cauſæ ſecundæ ad agendum.

Reſpondetur, applicationem nullum eſſe iſtorum, ſed accidens quoddam tranſiens, à Deo procedens, quo cauſa ſecunda applicatur, & fit actu agens: ſeu eſt inflexio, & illud incumbere agentis creati ad actionem. Non eſſe fictitiam patet in Deo creante, in quo eſt huiuſmodi applicatio abſque actione, in conſeruatione rerum, vt alibi diximus. Eius terminus eſt reddere cauſam ſecundam actu cauſantem; ſubiectum, eadem cauſa ſecunda.

Secunda pars probatur, ex iis quæ alibi diximus de cauſalitate agentis.

Ad rationes in contrarium, & ad primum ſecundæ ſententiæ negatur antecedens, imò per modum applicationis.

Ad ſecundum negatur ſequela, applicatio enim eſt ratio agendi, ideò non indiget alio concurſu.

Ad tertium, licèt ſaluetur omnis dependentia effectus, non ſaluatur tamen dependentia cauſæ vt actu cauſantis, dum cauſa prima nil operatur in ſecunda, nec ſecunda per primam fit actu cauſans.

Quæ hactenus habuimus de concurſu Dei, dicta velim cum cauſis ſecundis naturalibus: cum liberis verò, & ſupernaturalibus alibi, licèt facilè ex his proportionaliter argumentari poſſit.

Digitized by Google

A

DISPVTATIO QVINTA.

De cauſa finali.

SECTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex ſit finis.

Finis quotuplex.

FINIS alius externus, & eſt extremum alicuius rei: alius internus, qui eſt cauſa rerum, de quo hîc. Definitur ab Ariſtot. 2. Phyſic. 29. & 31. ſic: *Finis eſt id cuius gratia aliquid fit.* Hinc

Quid.

Corol. 1. *Colligitur primò*, finem neceſſariò debere habere aliquam rationem boni, nullus enim agit vt malum aliquod adipiſcatur.

Corol. 2. *Colligitur ſecundò*, dicitur finis id cuius gratia, quia finis poteſt eſſe duplex: Alius qui dicitur finis cuius: alius finis cui. Finis cuius eſt id, cuius gratia obtinendi fit aliquid, ſic viſio beatifica, cuius gratia operamur: Finis cui eſt id cui, ſeu propter quem intenditur finis: ſic ſanitas eſt finis, cuius gratia ambulamus: homo finis cui, propter quem videlicet, intenditur ſanitas: finis autem propriè eſt finis cuius. ita Ariſtot. 2. de anima 35.

Finis internus duplex.

Corol. 3. Alia diuiſio finis. *Colligitur tertiò*, finem alium dici vltimatum, alium non vltimatum, ſeu remotum, & proximum ex 2. Metaph. cap. 2. Contingit enim interdum eſſe plures fines ad inuicem ſubordinatos. Finis vltimus dicitur ad quem adæquatè omnes fines diriguntur, ſeu id vltra quod non eſt aliud, quod ametur propter ſe: illud autem, quod licèt ametur propter ſe, & propter ſuam bonitatem, tamen ex intentione agentis, vel natura ſua dirigitur ad aliud, vocatur finis non vltimus, ſeu proximus: ſic complacentia Dei erit finis remotus abſtinentiæ: finis verò proximus, caſtitas.

Corol. 4. Idem poteſt eſſe medium & finis. *Colligitur quartò*, ex hoc quod modò adnotauimus, non implicare idem ſimul poſſe appeti propter ſe, & propter aliud, & eſſe medium, & finem; poteſt enim aliquid habere aliquam bonitatem, & propter ſe eſſe expetibile, & ſimul ordinari ad aliud, licèt dum ordinatur ad aliud, formaliter non poſſit dici finis, ſed medium.

4. diuiſio finis. Diuiditur denique finis communiter à DD. in finem actionis, & rei factæ, ſeu generationis, & rei genitæ: Finis actionis dicitur id, quod producitur per actionem, vt compoſitũ, vel forma, quæ intenditur vi generationis: finis verò rei genitæ eſt vſus, & operatio rei productæ: ſic finis creationis animæ eſt anima, finis animæ operatio eiuſdem.

5. diuiſio finis. Præterea finis alius formalis, alius obiectiuus: formalis eſt ipſa operatio vt viſio Dei: obiectiuus, Deus viſus. Item finis alius faciendus, alius obtinendus: primus eſt, qui verè producitur vt operatio vitalis, quæ fit ab anima: obtinendus, vt diuitiæ, vel Deus.

6. diuiſio finis.

SECTIO II.

An finis ſit cauſa.

QVÆRIMVS præſertim de fine cuius, hic enim obtinet præcipuè rationem finis, & illi competit tradita definitio, licèt finis cui poſſit etiam dici finis: quærimus ergo, an finis cuius ſit vera cauſa.

Vnica concluſio. Finis eſt vera cauſa.

Probatur, quia agentia, & præcipuè intellectualia agunt gratia alicuius; ergo effectus intrinſecè poſtulat vt alicuius gratia fiat. Conſequentia probatur, quia ſi effectus poſſet eſſe, & B fieri, & non gratia alicuius, poſſet agens aliquid efficere, & non intendendo aliquid: at hoc eſt falſum, agentia enim non temerè agunt; ſed gratia alicuius, quod eſt operari propter finem. Confirmatur experientiâ, cùm enim liberè agimus, operamur ex aliquo fine nobis propoſito.

Obiectio 1. Obiicies primò: cauſa vt cauſa dicit relationem ad effectum; ſed finis cuius gratia non dicit, ergo. Minor probatur, quia relatio realis nequit eſſe ſine fundamento reali, finis verò non exiſtit.

Solutio. Reſpondetur, nego ſimpliciter maiorem, omnem cauſam videlicet dicere relationem ad effe- C ctum: Patet in Deo, qui vera eſt cauſa, & tamen illam non dicit; ita finis. Ratio eſt, quia finis eſt cuiuſdam ordinis ſuperioris quàm cæteræ cauſæ, eſt enim cauſa ad quam cæteræ cauſæ ordinantur. Hinc Ariſtot. 3. de Anima 54. ait *quòd cæteræ cauſæ cauſant motæ, finis verò immotus.* Ariſtot.

Obiectio 2. Obiicies ſecundò: omnis cauſa in actu debet eſſe ſimul cum effectu in actu ex 2. Phyſ. 17. Finis autem non poteſt eſſe ſimul cum effectu, ex 1. de gener. 15

Solutio. Reſpondetur, diſtinguo antecedens, cauſa ſecundùm entitatem debet exiſtere cum effectu, & nego: ſecundùm cauſalitatem, concedo: ſic aliquando effectus cauſatur à principali D agente, quod non exiſtit, vt cùm forma generatur à diſpoſitionibus præcedentibus, quæ in aduentu eiuſdem formæ corrumpuntur, iuxta aliquorum ſententiam.

Obiectio 3. Obiicies tertiò: finis ſi eſt cauſa certè eſt cauſa circa formam: at tunc cauſaret ſeipſum, quia ex textu forma eſt finis.

Solutio Suarez. Reſpondet Suarez diſput. 23. ſect. 1. num. 11. finem non cauſare ſeipſum, ſed tantùm deſiderium ſui, quod eſt quid diſtinctum à fine.

Non placet; tenera enim ſaltem mediatè cauſat formam, & conſequenter ſeipſum.

Vera ſolutio. E Reſpondetur ergo finem cauſare ſeipſum diuerſa ratione, eſt enim cauſa ſui ipſius ſecundùm eſſe obiectiuum: eſt effectus ſecundùm eſſe reale, vt diximus de idea.

Sectio III.

Quæ ſit ratio obiectiua finis, & quæ cauſalitas eius.

RAtio obiectiua eſt virtus cauſatiua, ſeu ratio conſtituens cauſam in eſſe cauſæ, ſeu cauſam in actu primo, & potentia proxima, quæ à nonnullis dicitur cauſabilitas: Cauſalitas verò eſt, qua cauſa fit actu cauſans, vt diximus. Dubitant DD. primò quæ ſit finis cauſabilitas, & eius ratio obiectiua.

Communiter aſſerunt eſſe appetibilitatem, & *Scotus.* Scotus aſſerit eſſe appetibilitatem communem B bono, & malo: ita in 1. distinct. 1. quæſt. 4. & *Ochamus.* Ocham. in 3. diſt. 13. quæſt. 3. Alij verò eſſe appetibilitatem communem bono, & indifferenti, non malo: quia dantur ſecundùm iſtos quidam fines indifferentes, vt ambulare in foro.

Communior verò ſententia eſt eſſe appetibilitatem, quæ conuertitur tantùm cum bono: hinc cauſabilitatem finis tantùm conſiſtere in eiuſdem bonitate. Ratio eſt, quia nemo intendens malum operatur; ſed ſemper ſub ratione boni, ergo bonitas eſt tantùm finis cauſabilitas. Item indifferens vt indifferens non eſt conueniens, nec diſconueniens: appetitus autem non inclinat niſi in *Ruuius.* ſibi conueniens. Ita Ruu. tract. 5. de cauſa finali quæſt. 2. num. 19. C

Potiſſima difficultas eſt de cauſalitate, alij enim volunt cauſalitatem finis eſſe id cuius gratia, ſeu, quod idem eſt, ipſam bonitatem intrinſecam finis, quatenus connotat aliquem effe*Caietanus.*ctum à ſe dependentem. Citant Caiet. 2. 2, quæſt. 17. art. 5.

Alij verò docent dari duplicem rationem: Aliam propriam, aliã metaphoricam: propria eſt, quæ eſt ab agente in paſſum: Metaphorica eſt, quę fit per attractionẽ paſſi ad agens, & allectionem voluntatis, cùm propoſito bono, voluntas trahitur in eius deſiderium: non quòd hæc non ſit realis; ſed quia fit per affectionem quamdam. Rurſus motionem metaphoricam aliam eſſe in a- D ctu primo, quæ conſiſtit in oblatione bonitatis obiecti præcedente omnem actum voluntatis amoris videlicet, vel deſiderij: Aliam verò eſſe motionem in actu ſecundo, quæ conſiſtit in actu, quo voluntas fertur in ipſum finem, illum amando. Hoc poſito,

Volunt quidam cauſalitatem finis conſiſtere in motione metaphorica in actu primo, in oblatione videlicet bonitatis obiecti. Ita Conimb. *Conimb.* hîc quæſt. 21. cap. 7.

Alij in motione metaphorica in actu ſecundo id eſt in ipſo actu voluntatis quatenus eſt elicitus *Suarez.* gratia finis. ita Suarez diſput. 23. ſect. 7. Ruu. E tract. 5. quæſt. 3. & communiter.

Prima concluſio. Cauſalitas finis non conſiſtit in ſola bonitate intrinſeca fini: quatenus connotat effectum à ſe dependentem.

Probatur primò, quia ſic cauſalitas finis non eſſet diſtincta ab ipſo fine. Secundò, cauſa finalis dicitur realis ſaltem ratione cauſalitatis, at ſi cauſalitas conſiſteret in intrinſeca bonitate finis, neque ſecundùm cauſalitatem eſſet realis.

Secunda concluſio. Neque conſiſtit in motione metaphorica obiectiua, prout dicit oblationem bonitatis præcedentẽ omnem actum voluntatis.

A Probatur, cauſalitas nequit dari ſine effectu, at ſi cauſalitas eſſet ipſamet bonitas præcedens actum voluntatis vt oblata, daretur cauſalitas abſque effectu, ergo.

Tertia concluſio. Neque finis cauſalitas conſiſtit in ſola motione metaphorica in actu ſecundo. Eſt contra Suarez.

Probatur primò, motio metaphorica in actu ſecundo eſt deſiderium, & amor, vt idem fatetur: Modò ſic, potiùs hi ſunt effectus finis, ergo non cauſalitas. Antecedens probatur, quia propoſito fine voluntatem alliciente, inde voluntas appetit. Conſequentia probatur, quia effectus in actu præſupponit cauſam in actu, ergo etiam cauſalitatem, ergo ſi deſiderium, & amor B ſunt effectus, non ſunt cauſalitas.

Secundò, cauſalitas eſt ea, qua cauſa fit actu cauſans; ſed per deſiderium finis non fit actu cauſans, ergo. deſiderium enim præſupponit finem allicientem, ergo finem actu cauſantem.

Quarta concluſio. Finis cauſalitas conſiſtit in *Auctoris placitum.* actuali attractione, ſeu allectione, quæ ſe tenet ex parte obiecti, ſeu, quod idem eſt, in motione metaphorica obiectiua in actu ſecundo antecedente ordine naturæ omnem actum voluntatis.

Probatur primò, finis vt finis eſt verè attrahit voluntatem in priori naturæ, & in poſteriori concipitur voluntas finem appetere, ergo debet concipi aliquid ex parte finis, quo dicatur actu attrahens voluntatem.

C Confirmatur, finem eſſe actu attrahentem voluntatem eſt quid prius naturâ deſiderio, & amore voluntatis, ergo aliquid prius præcedens, ſaltem ordine naturæ, amorem, & deſiderium erit eius cauſalitas: huiuſmodi eſt ſola attractio.

Confirmatur ſecundò, finis etiam vt actu cauſans præcedit omnes cauſas, ergo eius cauſalitas præcedit omnes cauſalitates, ergo nequit eius cauſalitas eſſe deſiderium, & amor: conſequentia vltima probatur, quia deſiderium, & amor ſunt effectus voluntatis motæ à fine, ergo nullo modo cauſalitas, qua finis operatur.

Reſpondent, deſiderium & amor dicuntur effectus impropriè, reuera tamen ſunt eius cauD ſalitas.

Contrà, ſupponunt finem actu cauſantem, ergo illum non conſtituunt, ergo in omni rigore ſunt effectus.

Secundò probatur, finis dicitur mouere agens metaphoricè, ergo eius cauſalitas debet conſiſtere in eo, quo mouet deſiderium ſui; ſed non poteſt conſiſtere in bonitate obiectiua, & in actu primo, ergo ſaltem in attractione.

Tertiò, finis in actu eſt id cuius gratia aliquid actu fit, ſed hactenus aliquid fit actu, quatenus actu finis allicit voluntatem, & illam attrahit, ergo allectio ſeu attractio, prout ſe tenet ex parE te finis, eſt finis cauſalitas.

Obicies primò; nequit dari cauſalitas abſque *Obiectio 1.* effectu, ſed poſita allectione, & attractione actuali finis, non ſtatim ponitur effectus, non enim ſtatim eius gratia aliquid fit, ergo attractio non eſt cauſalitas.

Reſpondetur primò, neque poſito deſide- *Solutio 1.* rio, & amore ſtatim agens operatur. Obiicient ſe loqui de amore efficaci: ita etiam & nos allectionem intelligimus efficacem.

Secundò, effectum alium eſſe mediatum, *Solutio 2.* alium immediatum, non poteſt dari cauſalitas abſque effectu ſaltem immediato: & concedo:

A neceſſe eſt tequiritut mediatus, qui ab aliqua alia cauſa ſubordinata promatur, cùm hæc poſſit impediri: Modò effectus immediatus finis eſt ipſum agens motum eſſe, ſeu deſiderare propter finem agere, & illum amare.

Obiect. 2. Obicies ſecundò, mouere agens, allicere, attrahere, eſt quodammodo agere, & attractio quodammodo actio, quâ producit finis ſui deſiderium, ergo ſi motio, & attractio eſt cauſalitas finis, cauſa finalis non diſtinguetur ab efficienti.

Solutio. Finis, & agens quomodo differant in cauſando. Reſpondetur aliter cauſare finem, aliter agens: agens enim agit ſeipſum applicando, & mouendo paſſum, & aliquid in illud imprimendo: Finis verò alliciendo ad ſe voluntatem, abſque quod aliquid in voluntate imprimat; ſed B tantùm cauſando ſui deſiderium, quo deinde agens agit, quæ cùm eſſentialiter differant, duo conſtituunt cauſarum genera eſſentialiter diſtincta: inde enim factum eſt, vt allectio & attractio dicerentur motio metaphorica, vt videlicet contradiſtinguerentur à motione procedente ab agente.

Sectio IV.

Quæ ſint conditiones requiſitæ ad cauſalitatem finis, & an eſſe cognitum ſit conditio, vel formalis ratio cauſandi eiuſdem. C

Quæ ſufficiant ad cauſalitatem finis. AD finem non requiritur realis eius exiſtentia, ſed ſufficit obiectiua: nec eiuſdem requiritur poſſibilitas realis, ſed ſufficit ſi vt poſſibilis apprehendatur: Conditio igitur neceſſariò requiſita eſt cognitio intellectus, non quæcunque, ſed iudicatiua, & practica, vt rectè Suarez hîc diſp. 23. ſect. 7. num. 8. & deinceps. *Suarez.* Ratio eſt, quia nil volitum quin præcognitum, nec voluntas, cùm ſit potentia cæca, poteſt velle aliquid, niſi per intellectum illi illuceſcat: Dixi neceſſariò requiſita, quia neque per diuinam potentiam poteſt velle, & appetere incognitum: *Neque de potentia Diuina, voluntas fertur in incognitum.* Dixi iudicatiua, quia qui tantùm apprehendit finem bonum, & non ita iudicat, non illum cognoſcit eſſe bonum: Item debet eſſe practica, D debet enim agens cognoſcere rem eſſe amandam, dignam vt aliquid pro ea agatur. Difficultas modò eſt an huiuſmodi cognitio ſit reuera conditio requiſita, vel etiam ratio formalis, ſeu quod idem eſt, an finis cauſet ſecundùm eſſe cognitum, vel ſecundùm eſſe reale.

Vnica concluſio. Cognitio eſt conditio requiſita, non ratio formalis. Eſt contra Soncin 5. Metaph. quæſt. 13. Fland. 5. Metaph. quæſt. 9. Auicen. 7. Metaph. cap. 5. eſt Caiet 2.2. quæſt. 1. art. 1. Auer. 12. Metaph. commen. 36. D. Th. E 1. part quæſt. 2. art. 3. Ferrar.

Soncinas. Flandria. Auicenna. Caietanus. Auerroës. D. Thom. Ferrarien.

Probatur, voluntas non fertur in cognitionem, ſed in bonitatem cognitam, ergo. Confirmatur, bonitas formalis finis, & realis eſt quæ ſanat appetitum agentis non cognitio, ergo cognitio non eſt ratio formalis finis.

Obiectio 1. Obicies primò, multi fines qui cauſant non ſunt futuri, neque poſſibiles, quia nullum eſſe reale habent, nec poſſunt habere, ergo tunc ratio formalis erit bonitas cognita vt cognita eſt, ſeu vt apprehenſa.

Reſpondetur, finis cùm apprehenditur vt poſſibilis mouet voluntatem per bonitatem cognitã ſuo modo realem, concipit enim intellectus, & fingit in re poſſibilitatem, & bonitatem realem, à qua deinde mouetur.

Obiectio 2. Obiicies ſecundò. Dum finis impoſſibilis apprehenditur vt poſſibilis, nihil remanet in fine præter apprehenſionem, ergo illa eſt, quæ formaliter mouet.

Solutio. Reſpondetur, præter apprehenſionem eſſe in fine bonitatem realem apprehenſam, quæ eſt conceptus obiectiuus realis, & eſſentialis bonitati apprehenſæ, licèt habeat modum eſſendi intentionalem ab apprehenſione, & ſecundùm illam bonitatem & mouet, & allicit.

Sectio V.

Quæ res poſſint cauſalitatem finis exercere.

DIXIMVS bonitatem eſſe rationem formalem, ſeu obiectiuam finis; atque adeo nil poſſe cauſalitatem finis exercere, niſi quod ſit formaliter bonum. Difficultas modò eſt, an huiuſmodi bonitas debeat eſſe intrinſeca rei, ita vt res non appetatur propter aliud ſed propter ſeipſam, ſeu quod idem eſt, an media vt media poſſint habere rationem finis.

Suarez. Suarez diſput 23. ſect. 6. num. 1. & deinceps C ſupponit nullam rem poſſe exercere cauſalitatem finis, niſi quæ per ſe bona ſit, & expetibilis, & non in ordine ad aliud: hinc docet medium vt medium non poſſe habere rationem finis, quia vt medium eſt, amatur propter finem.

Vnica concluſio. Medium vt medium eſt poteſt habere rationem finis, eſt Nominal. Gabr. in 2. diſt. 38 art. 1. & Gregor. ibid. *Nominal. Gabriel. Gregorius.*

Probatur, omnis res participans rationem formalem in aliquo genere cauſæ, in eo genere poteſt cauſare, & exercere eius cauſalitatem, vt concedit idem Suarez ſect. 6. num. 5. ſed medium, vt medium eſt, participat rationem formalem finis, ergo poteſt eius cauſalitatem exercere. Minor probatur, quia medium, vt medium D eſt, dicit aliquam bonitatem, eſſe videlicet medium, ergo medium eſſentialiter poteſt exercere cauſalitatem finis.

Secundò probat Gabriel, omne obiectum voluntatis participat rationem finis; ſed media ſunt obiectum voluntatis, ergo. maior patet ex D. Th. 1. 2. quæſt. 1. art. 1. vbi ait, ita ſe habere finem ad voluntatem ſicut color ad viſum, at color eſt obiectum adæquatum viſus, ergo. Item voluntas amat omnia ſub ratione finis ex eodem. Denique ait Ariſtot. 2. Phyſ. cap. 3. *Finem & bonum idem eſſe*: ſed media participant rationem E bonitatis, ergo & finis. *D. Thom. Ariſtoteles.*

Obiectio 1. Obiicit primò Suarez in 2. Metaph. cap. 2. Illud eſt finis quod appetitur vt vltimum, & id in quo ſiſtit intentio mediorum, ſed in mediis, vt media ſunt, intentio non ſiſtit, ergo.

Solutio. Duplex conſideratio finis. Reſpondetur, finis poteſt conſiderari dupliciter: primò in ratione termini: ſecundò in ratione cauſæ finalis: finis appetitur vt vltimum in ratione termini, concedo: non in ratione cauſæ finalis (loquor de fine propriiſſimè dicto) appeti enim in ratione termini non eſt de ratione cauſæ finalis, ſed tantùm mouere metaphoricè voluntatem ad ſui amorem, ſiue is amor ſit propter ipſum, ſiue propter aliud.

Obiectio 2. Obicies ſecundò, bonitas debet eſſe intrin-

A ſeca fini, & finis debet amari propter ſe, ſed medium vt medium eſt amarur propter aliud, ergo non poteſt eſſe caoſa finalis. Maior probatur, quia medium amari propter aliud eſt poous effectus cauſæ finalis, illa enim efficit vt appetantur media.

Solutio. Reſpondetur, diſtinguo maiorem, finis, vt terminus eſt, debet amari propter ſe, concedo: vt cauſa finalis eſt, nego: Ad probationem licèt amor, & appetitus mediorum ſit effectus cauſæ finalis principalioris, ſeu finis propriiſſimè dicti; cum hoc tamen ſtat, & media appeti, & mouere voluntatem, & habere in ſe aliquam bonitatem, ſaltem quòd ſint media: quod ſufficit ad B cauſalitatem finalem exercendam.

Maneat ergo cauſalitatem finalem poſſe exercere ea omnia, quæ participant rationem formalem eiuſdem, bonitatem videlicet non quidem tranſcendentalem, quâ res dicitur ſibi ipſi bona, & quâ res complacet ſibi, vt in Metaph. ſed bonitatem alteri conueoientem, & prædicamentalem. Hinc

Corol. 1. An bonum vtile habeat rationem finis. *Colligitur primò* contra eumdem Suarez, nedum bonum honeſtum, & delectabile, ſed vtile poſſe habere rationem finis; neque enim ad cauſam finalem, ſaltem communiſſimè dictam, requiritur vt fiois ametur propter ſe ſed tantùm ad cauſam finalem, quæ ſimul babet ratio- C nem cauſæ finalis, & termin., ſeu finis propriiſſimè dicti.

Corol. 2. *Colligitur ſecundò*, nec malum, nec indifferens poſſe exercere cauſalitatem finis, quia nulli conuenieotia, & extra voluntatis obiectum.

Corol. 3. *Colligitur tertiò*, neque negationes, & priuationes, niſi ratione alicuius poſitiui; ſic carere dolore amatur propter delectationem oppoſitam: ſic etiam neque relatiooes prædicamẽtales, & rationis niſi ratione fundamenti: ſic qui amat filios, non relationes amat, ſed hos homines, qui ſunt filij: licèt trãſcendentales quia ſunt de eſſentia rerum, & per ſe à natura intenduntur; negandum noo ſit poſſe appeti.

Sectso VI.

Qui ſint cauſæ finalis effectus.

SVpponendum *eſt* hos actus intercedere in actione propter finem, præſertim in agentibus rationalibus: Primò intellectus rem proponit agenti conuenientem, & booam: voluntas illam appetit, deinde intendit illam acquirere per media; inde ſequitur conſultatio, & mediorum acquiſitio: poſt conſultaoonem iudicium, & electio mediorum: facta electione E imperium applicat potentias ad opus, & ad media; tandem eſt conſecutio finis: ad conſecutionem fiois ſequitur amor, gaudium, fruitio, & delectatio. quibus actibus voluntas in obtento fine quieſcit. Difficultas modò eſt, qui actus ſint effectus finis.

Qui actus intercedant in actione propter finem.

Dico breuiter Omnes actus, qui à voluntate procedunt, ſiue imperati, qui à cæteris potentiis procedunt, ac in iis cauſantur à voluntate ſic imperante: ſiue eliciti, qui immediatè à voluntate promuntur, ſunt effectus finis: Eliciti inquam, ſiue ij verſentur circa finem nedum obtentum, vt deſiderium: ſiue circa madia, vt electio, & vſus: ſiue circa finem iam acquiſitum, A vt delectatio, & gaudium. Eſt D. Th. 1. 2. quæſt. 1. art. 1. Henr. 2. part. art. 46. quæſt. 6.

D. Th. Henricus.

Probatur, cauſalitas finis, qua finis dicitur actu cauſans, eſt attractio, & allectio voluntatis, qua quilibet actus, qui elicitur à voluntate, producitur, ergo quilibet actus eſt effectus finis.

Confirmatur, finis obtentus fortiùs mouet voluotatem, & magis allicit quàm non adeptus, ergo tunc magis participat rationem finis.

Confirmatur ſecundò, gaudium, delectatio, & fruitio non procedunt niſi à bonitate finis, ergo ſunt effectus cauſæ finalis.

Obiectio. B Obiicies, finis eſt id cuius gratia aliquid fit, at ſolùm gratiâ finis fiunt actus, qui ſequuotur deſiderium, & intentionem, ergo deſiderium, & intentio non ſunt effectus finis.

Ariſtot. Confirmabis, *obtento fine agens quieſcit*. 1. de gener. 55. ergo non aliquid agit, ergo delectatio, & fruitio non ſunt effectus cauſæ finalis.

Solutio. Reſpondetur, ſemper fit aliquid tum in fine non adepto, tum in fine obtento, ipſe videlicet amor, & ipſa delectatio: nec requiritur vt præter amorem, & delectationem fiat aliquid diſtinctum ab ipſis actibus. Ad Ariſtot. agens obtento fine quieſcit quoad electionem, & vſum mediorum; agit tamen promendo actum delectationis, & fruitionis.

C Dixi omnes actus, qui à voluntate prodeuot eſſe effectus cauſæ finalis ad excludendos actus naturales externos, & actiones animæ vegetatiuæ, quia ad illos non eſt libertas, nec promuntur media motione metaphorica, & allectiooe.

Sectio VII.

Quæ agentia agant propter finem, & primò an bruta, & cætera agentia naturalia.

D DIco *primò*: Bruta, & agentia naturalia non agunt formaliter propter finem; ſed Deus per illa.

Prima pars probatur, quia agere propter finem formaliter eſt moueri metaphoricè à fioe illum cognoſcendo, & aliquando media; ſed hoc non conuenit agentibus naturalibus, ergo.

Confirmatur, ideò actiones, quæ fiuot ab homine ſine deliberatione, dicuntur carere fine, quia non cognoſcitur finis, ob quem fiunt.

Confirmatur ſecundò, finis cauſat ſecundùm eſſe futurum, aut ſaltem quod putetur tale, at lapis ita tendit ad centrum, vt ſiue conſecuturus ſuum finem, ſiue non, ſemper tenderet, ergo.

E Secunda pars patet, inde enim dicitur Deus, & natura nil fruſtrà operari.

Dico ſecundò: agentia naturalia aliquo modo poſſunt dici quòd agant propter fiuem, non quidem formaliter, quia hoc eſt agere cum perfecta cognitione finis; ſed materialiter, id eſt per quandaio proportionem; & bruta perfectiori modo, quàm cætera agentia.

Prima pars probatur, quia hæc agentia habent inclinationem naturalem ad ſuos terminos, & potentiam, & illos appetunt.

Secunda etiam patet, participant enim bruta aliqualem motionem metaphoricam, licèt imperfectam, appetitus videlicet; habent apprehenſionem, & quoddam iudicium practicum

ſui boni, quo carent reliqua agentia naturalia.

Sectio VIII.

An Deus agat propter finem.

DIco *primò*: Quoad actus immanentes, & liberas volitiones Deus non dicitur agere propter finem.

Probatur, quia actus immanens Dei eſt ens per eſſentiam, & ipſemet Deus, ergo non poteſt eſſe effectus, ergo nec habere aliquam cauſam.

Confirmatur, ſi actus diuinæ voluntatis immanens haberet cauſam finalem, neceſſariò deberet habere etiam cauſam efficientem, quod implicat.

Obiectio Soncinatis.

Obiicit Soncin. 5. Metaph. quæſt. 2. Agere ex fine eſt moueri metaphoricè à fine alliciente voluntatem, at voluntas diuina mouetur, & allicitur à bonitate, ergo voluntas diuina agit ex fine.

Item amare vnum propter aliud eſt moueri metaphoricè; ſed Deus amat creaturas propter ſuam bonitatem, non propter bonitatem earum.

Reſpondetur, cùm dicimus Deum amare ſe propter bonitatem, id propter non importare cauſam; ſed rationem, quâ diuina voluntas ſe, & creaturas diligit: ſicut non dicitur, Deus eſt immortalis, quia eſt immaterialis, illud quia, indicat rationem, non cauſam.

Gabriel.

Dico ſecundò: Quoad actus tranſeuntes agit Deus propter finem, hoc eſt vnum efficit propter aliud, & omnia propter ſeipſum; atque ideo nedum eſt finis rerum, vt notat Gabriel in 2. diſtinct. 1. quæſt. 5. ſed etiam cauſa finalis.

Probatur ex omnium Theologorum ſententia, cùm enim Deus agit, exercet ad extrà illam operationem propter aliquem finem, vt videlicet ſe v. g. ad extra communicet.

Obiectio

Obiicies: cauſa finalis non actu cauſans niſi per motionem metaphoricam mouendo agerer immutando voluntatem; at nequit hoc in Deo concipi, ergo neque quoad actus tranſeuntes agit ex fine.

Solutio.

Reſpondetur, Deus agit ex fine eminentiori modo quam agentia creata intellectualia; hæc non agunt, niſi immutentur, & metaphoricè moueantur: non ſic Deus, neque eſt in illo metaphorica motio, niſi ſecundùm noſtrum modum concipiendi; ſed, vt rectè hoc loco Suarez.

Suarez.

Diſput. 23. ſect. 9. num. 9. eſt tantùm libera applicatio eiuſdem Dei nulla ſui motione, dependentia, aut cauſalitate, ſimpliciſſimo, & eminentiſſimo modo; ita vt res, & dependeant à Deo tanquam ab efficienti, & ab eodem tanquam à cauſa finali digniſſima, propter quam omnia operantur: ſicut idem Deus dicitur operari ex idea; non tamen exercente illa aliquam cauſalitatem, & directionem in ipſum. Hæc Suarez.

Quomodo Deus agat ex fine quoad actus trãſeuntes, & non mouetur.

DISPVTATIO SEXTA.

De comparatione cauſarum ad ſuos effectus, & earumdem ad inuicem.

Sectio Prima.

An plures numero cauſæ totales eiuſdem generis, & ordinis ſimul concurrentes eumdem numero effectum poſſint producere.

DIxi an plures numero cauſæ totales, quia de partialibus certum eſt, ſic idem calor à pluribus ignibus partialiter concurrentibus: Dixi eiuſdem generis, quia certum eſt plures cauſas in diuerſo genere eumdem effectum poſſe producere, ſic effectus materialis conſtat ex materia, & forma producta ab agente propter finem: Dixi eiuſdem ordinis, & ſpeciei, quia etiam certum eſt plures cauſas efficientes, & finales ſubordinatas de facto eumdẽ effectum producere, vt patet in cauſa prima, & ſecunda: Dixi ſimul ſumptas, quia an poſſit idem numero effectus produci à pluribus cauſis totalibus eiuſdem generis, & ordinis ſucceſſiuè, infrà. Difficultas igitur eſt de cauſis totalibus eiuſdem generis, & ordinis ſimol concurrentibus in genere præſertim finali, & efficienti, quia etiam certum eſt duplicem materiam non poſſe vnum numero effectum conſtituere, quia nec vna forma poteſt recipi in duplici materia, nec in vna materia naturaliter duplex forma, & ideò nec poteſt duplex forma vnum effectum conſtituere.

Scotus.

Prima ſententia eſt Scoti in 3. diſtinct. 1. quæſt. 2. & in 2. diſtinct. 20. quæſt. 2. dicentis hoc implicare contradictionem, atque adeo nec per diuinam potentiam.

Caietanus.

Secunda eſt Caiet. 1. part. quæſt. 52. art. 3. qui vult non implicare contradictionem, nec naturaliter, nec ſupernaturaliter.

Suarez.

Tertia quodammodo media eſt Suarez hîc ſect. 4. num. 22. implicare quidem naturaliter, non tamen per diuinam potentiam: eſt etiam Fonſ. 5. Met. c. 2. quæſt. 15. Ruu. tract. 7. quæſt. 1.

Fonſeca. Ruuius.

Prima concluſio. Non implicat eumdem numero effectum fieri à pluribus cauſis totalibus coniunctim ſumptis, ſaltem per diuinam potentiam.

Probat Suarez, & rectè, poteſt Deus per vnam cauſam facere quod facit actu per aliam, poteſt enim duobus exiſtentibus luminoſis vtriſque ſuum concurſum præbere vt idem numero producant propria actione, & totali, & independente ab alia, ita vt effectus & totus pendeat ab vno, & totus ab alio.

Obiectio 1.

Obiicit Scotus: cauſæ totali vt totali repugnat conſortium alterius cauſæ, quia ſi alia cauſa accedat ad productionem eiuſdem effectus, ſtatim partialis euadet. Probat ſic, quia vel tunc vtraque adhibebit totam virtutem: vel non: ſi non totam, ergo ſingulæ partialiter concurrent: ſi vtraque totam, ergo effectus erit maior quàm poſſet quælibet cauſa ſeorſim, cùm virtus in eo

caſu ſit maior, & ſic quælibet etiam partialiter concurret.

Solutio. Reſpondetur, in eo caſu vtramque cauſam totam virtutem adhibituram; nec inde effectus erit maior, quia nec maior virtus intenſiuè, ſed tantùm extenſiuè. Videatur Suarez.

Obiectio 2. Obiicies ſecundò, agere eſt de non eſſe educere ad eſſe, ſed ſi vna cauſa totalis ſupponatur actu agere, & producere hunc numero effectum, non poteſt alia cauſa totalis iterum eumdem effectum producere, cùm iam productus fuerit, ergo alia nil aget.

Solutio. Reſpondetur, negando maiorem, aliud enim eſt agere ſeu efficere, & aliud de nouo producere. Hinc conſeruans dicitur efficere, non tamen de nouo producere: Modò cauſa totalis aduenniens, licèt effectum non produceret de nouo, diceretur tamen illum efficere: non producit quia reperit illum iam productum.

Obiectio 3. Obiicies tertiò, eadem numero actio non poteſt eſſe à duobus agentibus totalibus, ergo neque idem numero effectus: Antecedens patet, quia actio eſſentialiter pendet ab agente.

Solutio. Reſpondetur, negando conſequentiam, ratio eſt, quia actio accipit vnitatem numericam nedum à termino, ſed etiam ab agente; effectus verò à ſuamet entitate: Item actio eſt ab agente immediatè, effectus mediatè.

Obiectio 4. Obiicies quartò, qualibet cauſa totali ablata non auferretur effectus, ergo effectus à nulla illarum pendebit, quod eſt abſurdum.

Solutio. Reſpondetur, ad dependentiam ſufficere ſi effectus recipiat eſſe à cauſa, nec requiritur vt ablata cauſa auferatur effectus. Illa verò propoſitio ablata cauſa &c. tantùm eſt vera, cùm eſt vnica cauſa, nec ſuppetit alia conſeruans, vt in caſu noſtro. Hæc Suarez à num. 15. ad 21.

Suarez. *Secunda concluſio.* Si duo agentia totalia ſufficientia in eodem inſtanti applicentur, neque naturaliter implicat eumdem effectum numero totalem eſſe à pluribus cauſis totalibus.

Probatur, quia ſi duo luminoſa in eodem inſtanti applicentur, quorum vtrumque ſit potens, & habeat ſufficiens principium vt octo ad totum effectum producendum, vtrumque naturaliter aget quantum poteſt, & non poteſt producere duos effectus totales ſolo numero diſtinctos, quia ſupponimus ſubiectum non eſſe capax; ergo vtrumque eumdem numero effectum totalem producet.

Reſpondebis vtrumque non producturum eumdem numero effectum totalem, ſed duos partiales, eruntque veluti duo agentia partialia.

Contrà, in primo illo inſtanti vtrumque agens habet principium ſufficiens, & eſt potens producere totum effectum; Tunc peto cur quodlibet agens non agit quantum poteſt, & tantùm partialiter concurrit, & non totaliter?

Reſpondet Suarez ſect. 4. numero 25. Ob defectum concurſus Dei, Deus enim, & cætera abhorrent ſuperflua, & totalis concurſus eſſet ſuperfluus in qualibet illarum.

Ratio Suarez nulla. Contrà, vtrumque agens totale eſt potens, & habens ſufficiens principium, ergo vtrique debetur totalis concurſus; Deus enim ſe rerum naturis conformat, & vt verum fatear, eſt ratio philoſopho indigna.

Deinde hoc eſt contra ſuppoſitum, quod enim quærimus eſt, an duo agentia totalia habentia ſufficientem, & totalem virtutem, Deúmque paratum ad concurrendum prout poſtulat natura vtriuſque agentis, ſi in eodem inſtanti applicentur, idem numero effectus totalis erit à quolibet illorum? Certum eſt enim ſi Deus partialiter cum ſingulis concurrat, partiales cauſas futuras, & effectum emanaturum partialiter ab vna, partialiter ab alia.

Reſpondebis ſecundo, quia vnus numero effectus non poteſt naturaliter ſimul fieri niſi ab vnica actione, quia vnitas actionis ſumitur ab vnitate effectus.

Contrà, probatur primò idem per idem, atque adeo quod gratis aſſeritur, gratis negatur: item per eumdemmet Suarez num. 19. Effectus per plures actiones diſtinctas totales poteſt procedere à diuerſis cauſis eiuſdem ordinis: Denique ſicut ipſe ait num. 15. plures viæ poſſunt tendere ad vnum terminum, ergo & plures actiones ad eundem effectum.

Secundò probatur concluſio. Cùm duo luminoſa applicantur in eodem inſtanti, vel vtrumque agit, vel non: Non ſecundum, quia tunc nulla actio, & nullus effectus: Neque alterum aget, alterum minimè, quia non eſt maior ratio de vno, quàm de altero, ergo vtrumque aget, ergo totaliter. Vltima conſequentia probatur, vndenam illa duo agentia impediuntur vt non agant quantum poſſunt? non vnum ab altero, quia alterum agens eſt omnino ſimile, ergo alterum non impediet alterum: conſequentia probatur, quia agens partiale eiuſdem virtutis, & ordinis non impedit imò potiùs adiuuat alterum agens partiale, ergo neque vnum agens totale impediet alterum totale.

Confirmatur, ſi alterum alterum impedit, vel impedit minuendo virtutem alterius; & non, quia ſupponimus in eodem inſtanti applicari, & etiam quia non poteſt minuere virtutem, cùm ſit omnino ſimile: vel impedit minuendo actionem, & neque, quia ſi virtus agendi in quolibet illorũ eſt totalis, & totalis etiam Dei concurſus, erit etiam totalis actio: vel minuendo effectum; at potiùs effectus ab vtroque intenditur, & producitur, & deſideratur, ergo à neutro minuitur.

Tertia concluſio. De facto nunquam idem numero effectus totalis à duplici cauſa totali, ſed ſi plures applicentur totales, totus effectus ab vna, nil ab aliis: ſupponimus enim ſubiectum non eſſe capax duplicis effectus totalis.

Prima pars probatur, quia non poteſt fieri naturaliter vt duæ cauſæ in eodem omnino inſtanti applicentur, ſed ſemper vna priùs quàm altera applicabitur.

Secunda pars etiam probatur, applicata iam vna cauſa totali tunc iam effectus productus eſt per applicationem prioris cauſæ, ergo poſterior nil producet. Probatur conſequentia, quia omne agens agit vt aſſimilet ſibi paſſum, poſterior inuenit paſſum ſibi ſimile, ergo nihil aget. *Cur implicet de facto effectus totalis à duplici cauſa totali.*

SECTIO II.

An idem numero effectus poſſit eſſe à pluribus cauſis totalibus etiam ſucceſſiuè, & an eadem cauſa plures effectus contrarios producere.

NEGAT D. Thom. quodlib. 5. artic. 8. Capreol. in 2. diſtinct. 20. quæſt. 1. Sotus *D. Thom. Capreolus. Sotus.*

Auerrois. in 4. diſtinct. 43. quæſt. 1. artic. 3. & Auer. 7. A Metaph. com. 31.

Scotus. Suarez. Affirmat Scot. in 2. diſtinct. 20. quæſt. 2. ſequitur Suarez diput. 26. ſect. 5. num. 25. cum quibus ſit

Vnica concluſio. Non repugnat eumdem numero effectum dependere à pluribus cauſis tum æquiuocis, tum vniuocis proximis, & totalibus diſiunctis: ſeu, quod idem eſt, poſſunt plures cauſæ ſi ſucceſſiuè ſumantur eumdem numero effectum producere: quod ſic intelligendum: idem lumen, quod nunc producitur ab hoc luminoſo hoc loco, & tempore in hoc aëre, potuiſſet produci ab alio luminoſo ſi eidem loco, & eodem tempore fuiſſet applicatum.

B Quoad cauſas æquiuocas probatur, quia poteſt Deus ſe ſolo producere quod poteſt mediis ſecundis cauſis efficientibus; ſic etiam ſol idem aurum in terræ viſceribus, & quodlibet aliud eiuſdem ſpeciei, licèt numero diſtinctum.

Secundò, quoad cauſas vniuocas, poteſt vna cauſa eamdem numero qualitatem intendere, quam alia produxit, & inchoauit, ergo poteſt etiam illam inchoare, & efficere.

Confirmatur, quia non videtur veriſimile non poſſe eumdem Angelum efficere in eodem corpore eundem numero localem motum, vel producere idem vbi intrinſecũ (ſi tamen datur) quod aliàs. Ita Suarez, & rectè num. 24. Suarez.

C Supereſt difficultas, an eadem cauſa poſſit plures effectus contrarios producere.

Reſpondet Suarez, & rectè ſect. 6. num. 2. cauſam formalem non poſſe niſi vnum effectum producere, quia non cauſat niſi exhibendo ſeipſam: Cauſam materialem poſſe, non ſimul ſed ſucceſſiuè, eadem enim materia poteſt eſſe cauſa plurium formarum.

Quoad cauſam finalem etiam poſſe plures effectus ſimul, & ſucceſſiuè: contrarios verò tantùm ſucceſſiuè. Patet ex iis quæ diximus cùm egimus de effectibus finis, licèt quoad effectus contrarios non debeat ſumi cauſa finalis formaliter, ſed tantùm materialiter, idem enim D finis poteſt mouere ad amorem, & odium aliter, & aliter conſideratus.

Quoad cauſam efficientem æquiuocam poteſt efficere diſtinctos, & plures effectus contrarios nedum ſucceſſiuè; ſed etiam ſimul: quoad vniuocam poteſt plures, ſed non contrarios; plures inquam inadæquatos, non adæquatos propriæ virtuti: quoad cauſam efficientem liberam aſſerit etiam agens liberum per ſe ac propriè poſſe efficere contrarios effectus volitionis, nolitionis, amoris, odij: ipſum conſulite.

SECTIO III.

De comparatione cauſarum ad inuicem: an videlicet cauſæ ſint inuicem ſibi cauſæ.

Ariſtot. AFFIRMANT vnanimiter DD. cum Ariſtot. hîc tex. 30. & 5. Metaph. 2. intelligendum tamen non vt omnes cauſæ ſint ſibi inuicem cauſæ, ſed indefinitè, & non repugnanter, ac ſi dicerent cauſis non repugnare eſſe ſibi inuicem cauſas.

Notandum verò cauſas hîc non accipi reduplicatiuè, cauſæ enim vt cauſæ ſunt formaliter non poſſunt habere cauſas, nec etiam in diuerſo genere: cauſa enim in eo quòd eſt cauſa non poteſt pendere ab alia cauſa, cùm nequeat idẽ eſſe prius, & poſterius, notius, & ignotius: quærimus ergo tantùm de cauſis in ſenſu diuiſo.

Notandum ſecundò, cauſas eſſe ſibi inuicem cauſas non debere intelligi in eodem genere, & ſecundùm eamdem rationem, quia certum eſt idem v. g non poſſe eſſe cauſam effectiuam ſui ipſius.

Difficultas ergo eſt an in diuerſo genere, & ſecundùm diuerſam rationem. An videlicet materia ſit cauſa formæ, & forma materiæ: Item cauſas eſſe ſibi inuicem cauſas in diuerſo genere non intelligendum eſt ſecundùm quandam rationem vniuerſalem, quia ſic etiam certum eſt cauſam efficientem habere cauſam materialem, & materialem efficientem; difficultas eſt in indiuiduo, & particulari. An videlicet hæc forma ſit cauſa huius efficientis, à quo cauſata eſt. Denique cauſas eſſe ſibi inuicem cauſas poteſt intelligi vel ſecundùm eſſe, vel ſecundùm cauſalitatem.

Prima concluſio. Efficiens poteſt eſſe cauſa formæ, & quoad eſſe, & quoad cauſalitatem: forma verò non poteſt eſſe cauſa efficientis, neque quoad eſſe, neque quoad cauſalitatem.

Probatur, quia cauſa efficiens neceſſariò debet præexiſtere ante actionem, nec aliquid poteſt aliud producere efficienter, niſi prius ſit actu in ſe.

Secunda concluſio. Efficiens poteſt eſſe cauſa materiæ aliquo modo quoad eſſe, efficit enim ſaltem mediatè materiam exiſtere, dum formam producit. Item quia aliquo modo perficit materiam: Et etiam quoad cauſalitatem, qua materia cauſat compoſitum; agens enim producit vnionem, qua materia compoſitum cauſat: Materia verò nullo modo eſt cauſa efficientis, cùm ſit tantùm receptiua formæ.

Tertia concluſio. Efficiens poteſt eſſe cauſa finis quoad eſſe, non tamen quoad cauſalitatem.

Prima pars probatur, quia deambolatio eſt cauſa ſanitatis, & ſanitas cauſat deambulationem, vt finis.

Secunda pars contra Suarez probatur, quia cauſalitas eſt allectio, & attractio, quæ ſe tenet ex parte obiecti, vt diximus, quæ non fit ab agente, ſed dimanat ab ipſo fine attrahente, ergo.

Finis verò eſt cauſa agentis quoad eſſe, & quoad cauſalitatem, agentis inquam minus principalis, quia in agente principali nunquam finis eſt cauſa exiſtentiæ illius, quomodo enim finis poteſt allicere agens principale, ſi agens principale non exiſtit?

Quarta concluſio. Finis eſt cauſa reſpectu materiæ quia materia eſt propter finem, non tamen reſpectu formæ, prout forma eſt finis generationis, quia ſic idem eſſet cauſa ſui ipſius. Si verò per finem intelligitur compoſitum, forma, & finis quoad eſſe poſſunt eſſe ſibi inuicem cauſæ, quia forma eſt cauſa compoſiti, & forma eſt propter compoſitum.

Quinta concluſio. Materia, & forma ſunt ſibi inuicem cauſæ quoad eſſe, non quoad cauſalitatem.

Prima pars probatur, quia forma materialis dependet in eſſe à materia, & materia in eſſe à forma.

Secunda pars probatur, quia ad eductionem

formæ non requiritur neceſſariò vt materia poſitiuè exiſtat, ſed ſufficit exiſtentia negatiua, vt ſuo loco explicauimus.

Et ex his patet quonam pacto idem numquam ſit cauſa ſui ipſius, ſemper enim vna eſt cauſa alterius diuerſa ratione; nec ſequitur circulatio. Videatur Suarez diſput. 27. ſect. 2.

DISPVTATIO SEPTIMA.

De cauſis per accidens.

SECTIO I.

De Caſu, Fortuna, & Fato.

EGIMVS hactenus de cauſis per ſe: nunc de cauſis per accidens: ſunt autem Caſus, & fortuna. Pro intelligentia vtriuſque

Notandum primò, cauſa per accidens eſt duplex; Alia dicitur per accidens ex parte cauſæ, & eſt quæ per accidens eſt coniuncta cum principio per ſe cauſante, ſic per accidens aqua dicitur calefacere: Cauſa per accidens ex parte effectus eſt, quæ eſt cauſa alicuius, quod per accidens coniungitur cum effectu per ſe.

Notandum ſecundò, effectus, qui per accidens coniungitur cum effectu per ſe, dicitur per accidens dupliciter: Primò, quia licèt habeat connexionem aliquam cum actione, qua producitur effectus per ſe, eſt tamen præter intentionem agentis, ſic corruptio comitatur generationem. Secundò cùm effectus nullam habet connexionem cum actione, & eſt inſuper præter intentionem agentis, & cauſa huius propriè, & in rigore dicitur cauſa per accidens: ſic foſſio in inuentione theſauri.

Ariſtot. *Prima concluſio.* Fortuna ex Ariſtot. hîc ſic definitur, & rectè *eſt cauſa per accidens in his, quæ propter aliquem finem fiunt, & rarò contingunt.* Videatur Perer. lib. 9. cap. 7. (Pererius.)

Secunda concluſio. Caſus differt à Fortuna, quia non eſt in his, quæ fiunt ex electione, & ideò non reperitur in actionibus humanis: ſic inuentio theſauri dicitur fortuita, & caſualis: fortuita reſpectu hominis fodientis: caſualis reſpectu cauſæ naturalis.

Tertia concluſio. Fatum eſt diſpoſitio, & ordinatio cauſarum ad ſuos effectus, quæ ex diuina prouidentia, & voluntate infallibiliter operantur. Videatur Perer.

Duplex tamen non prætermittenda difficultas circa prædicta: *Prima eſt*, ad quamnam cauſam reducuntur Fortuna, & Caſus, quin etiam & Fatum.

Reſpondetur, Caſus propriè ſignificat effectum inopinatum; largè tamen ſumitur etiam pro cauſa per accidens caſualiter operante. Pertinent autem ad cauſam efficientem, poteſt enim quælibet cauſa efficiens, quatenus ex accidente cum effectu per ſe illius coniungitur alius effectus omnino accidentarius, eſſe cauſa fortuita.

Secunda difficultas, an monſtra ſint effectus per accidens, an per ſe, ſeu an ſint omnino fortuita, an per ſe intenta à natura. Ratio difficultatis eſt, quia Fortuna, & Caſus pertinent, vt diximus, ad cauſam efficientem, & ſunt effectus illius: monſtra autem interdum eueniunt ob exceſſum, vel defectum, ſeu prauam diſpoſitionem materiæ. (Ratio difficultatis.)

Reſpondetur, monſtra eſſe effectus per accidens, & fortuitos non quidem reſpectu materiæ, ſed reſpectu cauſæ efficientis, licèt ſic producantur ratione defectus, & prauæ diſpoſitionis, quæ reperitur in materia: Hinc neque dicuntur per ſe intenta à natura intentione primaria, quia natura ſemper intendit aſſimilare effectum ſuæ cauſæ, licèt interdum intentione ſecundaria ea intendat, dum melius non poteſt, vt in productione fœminæ.

Aduertendum autem nomine naturæ intelligere nos hîc ordinem cauſarum ſecundarum; quòd ſi nomine naturæ intelligatur Deus. Tunc *dicendum* monſtra reſpectu Dei nullo modo eſſe fortuita, & Deum per ſe illa intendere, neque enim illi potentia deeſt, aut ſcientia.

Obiectio. *Obiicies*, nemo poteſt malum intendere, & multo minùs Deus; at monſtrum eſt malum, ſic enim communiter definitur ex 2. Phyſ. 82. *Eſt effectus naturalis à recta, & ſolita diſpoſitione ſecundùm ſpeciem degenerans.*

Solutio. Reſpondetur, malum duplex: aliud naturæ: aliud morale. Deus non poteſt intendere malum morale: poteſt malum naturæ: huiuſmodi eſt monſtrum. Item nec monſtrum intenditur vt malum eſt naturæ, ſed vt magis bonum, inde enim aliquid boni elicit Deus.

Corollaria præcedentium diſputationum.

Corol. 1. Quæ prioritas cauſæ ad effectũ. EX *his colligitur primò.* Quonam pacto cauſa debeat eſſe prius ſuo effectu; poteſt enim efficiens, & materia eſſe prius tempore; Efficiens quoad exiſtentiam poſitiuam, materia quoad exiſtentiam negatiuam; ſimpliciter autem ſufficit prioritas, naturæ hoc excepto, qui quandoque cauſat ſecundùm eſſe reale futurum, & quoad exiſtentiam, neque eſt prior tempore, nec natura.

Corol. 2. Ariſtoteles quomodo intelligendus. *Colligitur ſecundò*, quomodo verum ſit, quod Ariſtot. docuit tex. 37. *Cauſa in actu debet eſſe cum effectu in actu: cauſa in potentia non ſemper eſt ſimul cum effectu.* Duplex hic ſenſus eſſe poteſt. Primus eſt vt cauſa actu exiſtente, actu etiam exiſtat effectus: ſed id non intenditur ab Ariſt. neq; enim eſt verum vniuerſaliter in cauſa finali, efficienti, & materiali; licèt verum ſit, naturaliter loquendo, in cauſa formali. Secundus ſenſus eſt, cauſa actu cauſans, debet eſſe ſimul cum effectu, & cauſa potẽs cauſare, cum effectu, qui poſſit cauſare, & hic ſenſus ſemper verus eſt, licèt reſpecto Dei neget verum eſſe Capreol. in 2. diſt. 1. quæſt. 2. ar. 3. ad 1. (Capreol.) Vult enim Deum ſemper ab æterno fuiſſe cauſantem in actu, ſeu agens in actu, licèt non ab æterno fuerit effectus; ſed reuera falſum docet, cauſa enim agens in actu ſignificat ſeipſam applicantem, huiuſmodi non fuit Deus ab æterno, aliter ab æterno fuiſſet effectus.

Corol. 3. *Colligitur tertiò*, an ſemper cauſa ſit nobilior ſuo effectu: at patet materiam, & formam ſeorſim ſumptas eſſe ignobiliores ſuo effectu, id eſt compoſito: ſimul ſumptas eſſe æquè perfectas, tantum enim continent perfectionis. Difficultas eſt quoad cauſam efficientem.

Dico

Quomodo cauſa effe-ctu nobi-lior.

Dico igitur, cauſa principalis nunquam ſuo effectu ignobilior: ſi æquiuoca, interdum nobilior: ſi vniuoca, æquè nobilis ſimpliciter loquendo; Poteſt enim vniuoca dici nobilior ſecundùm quid, reſpectu enim effectus eſt independens: cauſa verò inſtrumentalis ſemper ignobilior.

Corol. 4.

Colligitur quartò, quid intellexerit Ariſtot. tex. 38. cùm ait *effectum particularem debere habere cauſam particularem, & effectum vniuerſalem cauſam vniuerſalem*. Cauſa vniuerſalis alia in cauſando; alia in prædicando: Ariſt. non intellexit cauſam vniuerſalem in cauſando, quia *actiones omnes ſunt ſuppoſitorum* 1. Met. 7. ſed in prædicando: ideo notandum in cauſis præter conditiones requiſitas, exiſtentiam, approximationem &c. eſſe rationes cauſandi, quarum aliæ B ſunt vniuerſales, aliæ particulares: in fictione enim ſtatuæ Petrus eſt ratio particularis; eſſe ſtatuarium eſt ratio vniuerſalis: ſic etiam in effectu eſt ſtatua, & hæc ſtatua, huius ſtatuæ cauſa eſt Petrus: ſtatuæ vt ſic ſtatuarius.

Quid dicendum ex Ariſtot. de vniuerſalitate vel particularitate cauſarum.

Corol. 5.

Colligitur quintò ex his, quæ diximus diſput. præcedenti, ſi idem numero effectus totalis poteſt fieri à duplici cauſa totali ſimul, & ſucceſſiuè, multò magis poſſe eumdem numero effectum produci ab alio agente, ſiue illud ſit cauſa per ſe, ſiue per accidens, ſi illud aliud agens fuiſſet applicatum eodem tempore. Eſt Scot. in 2. diſt. 20. quæſt. 2. & in 4. diſt. 43. quæſt. 1. Ratio eadem quæ ſuprà, poteſt hic numero effectus productus ab hac cauſa conſeruari ab alia, ergo C etiam produci.

Scotus.

Dices, ſi hæc viſio, qua video parietem potuiſſet produci ab alio, per vnam numero viſionem potuiſſent videri obiecta diſtincta.

Reſpondetur, nos non loqui hîc de actionibus, ſed de effectibus; hæc enim actio dependet eſſentialiter ab hoc agente, non hic effectus numero.

Corol. 6.

Colligitur ſextò, eumdem numero effectum, qui fuit productus ab hoc agente hoc tempore, potuiſſe produci ab eodem alio tempore, ſi loquamur de effectibus permanentibus. Eſt contra Marſil. 2. de gener. quæſt. 9. Eſt tamen Pauli Veneti 2. de Gener. tex. 52. Sequitur à fortiori D ex his, quæ diximus: & etiam patet; Poteſt enim diuerſis temporibus eſſe idem agens, eadem materia, idem cœli concurſus, lumen videlicet, & calor, ergo. Item eadem forma cadaueris, quæ nunc producitur ab hoc agente, etas produci poſſet ab eodem, ſi cras occideret.

Marſilius. Paulus Venetus.

An idem numero effectus poſſet produci ab eodem agente alio tempore, & qui?.

Dices, idem numero effectus requirit eamdem numero actionem, & eadem numero actio idem tempus numero, ergo idem effectus non poteſt fieri diuerſis temporibus.

Reſpondetur, eadem numero actio requirit vnum numero tempus extrinſecum, hoc eſt non poteſt fieri niſi in vno tempore: poteſt tamen A fieri in hoc, vel in illo. Item neque idem numero effectus permanens requirit eamdem numero actionem: patet ex iis, quæ diximus de duabus cauſis totalibus ſimul concurrentibus.

Corol 7.

Colligitur ſeptimò, eumdem numero effectum poſſe reproduci ab agente eodem, ſi ſemel corruptus eſt, quantum eſt ex parte agentis; implicat tamen ex parte effectus. Explicatur, non enim implicant hæc duo, & quòd aliquid ſit poſſibile ex parte agentis, & quòd implicet ex parte effectus, vt ſi virtus deſit in agente, & res in ſe ſit poſſibilis, tunc implicantia erit ex parte agentis: ſic etiam ſi in agente ſit virtus, & effectus non poſſit reproduci, tunc implicantia erit ex parte effectus, vt in caſu noſtro.

Quomodo implicet reproductio effectus.

B Prima pars probatur, cum Scoto in 4. diſt. 43. quæſt 3. quia agens poſt productam formam eſt æquè potens, ergo ſi potuit illam producere, poterit & pòſt.

Scotus.

Secunda pars probatur, quia de ratione effectus eſt vt ſemel productus non poſſit ampliùs reproduci. Ratio à priori: idem non poteſt eſſe naturaliter bis in duplici loco, quia idem eſſet diſtinctum à ſeipſo, imò diuiſum, ergo neque in duplici tempore interrupto. Neque enim hic ignis qui produxit hunc calorem nunc, producere poteſt eumdem poſtea, quia hic calor diuideretur à ſeipſo.

Corol. 8.

Colligitur octauò quoad cauſas intrinſecas, quænam ſint de eſſentia compoſiti, an tantùm C forma, vel etiam materia.

D. Th.

Reſpondetur, cum D. Thom. 1. part. quæſt. 1. art. 1. Materiam eſſe partem eſſentialem compoſiti naturalis; Non enim homo eſt ſola anima rationalis, ergo etiam in eius eſſentia includitur materia. Addo etiam nedum materiam vt ſic, ſed etiam materiam ſingularem certam, & determinatam eſſe de eſſentia cuiuſque compoſiti phyſici, ſingularis; ita enim ſe habet homo ad materiam in communi, ſicut hic homo in particulari ad materiam in particulari.

Quæ cauſæ intrinſecæ eſſentiales compoſito.

Dices, materia particularis non eadem permanet in Petro, ergo non eſt de eius eſſentia, alioquin eſſentialiter mutaretur. Item eadem D materia modò eſt huius, modò illius compoſiti, ergo.

Reſpondent Conimbricenſes, materiam in Petro eſſe vnam continuatione ſicut aqua eſt de intrinſeca ratione fluminis, & hæc aqua huius fluminis; hæc inquam per continuationem. Neque implicat eamdem materiam ingredi eſſentiam plurium compoſitorum, cùm ingrediatur tanquam ſubiectum formæ ſuſceptiuum, non diſtinctiuum.

Corol. 9.

Colliguntur nonò quæ hoc libro docuit Ariſt. tum de cauſis per ſe, tum de cauſis per accidens, quæ videre poteſtis apud eumdem cap. 3. & 4. & deinceps.

IN RELIQVOS
SEX LIBROS PHYSICORVM
ARISTOTELIS,
SEV
DE CORPORIS NATVRALIS AFFECTIONIBVS
DISPVTATIONES, ET COMMENTARIA.

HActenvs corporis naturalis principia, & cauſas inueſtigauimus: nunc eiuſdem paſſiones quarum prima eſt Quantitas, quę primò inhæret, eſtq; coæua materiæ: ſecunda ratione quantitatis eſt Locus: tertia Qualitates actiuæ, & motiuæ, & etiam paſſibiles: quarta, quæ ex his oritur eſt Motus: quinta, quæ ipſum motum conſequitur veluti menſura eiuſdem eſt Tempus. Ordinem hunc immutauit Ariſtot. & à motu tanquam à digniori earum tractationem exorſus eſt, agit ergo in tertio libro de motu, & de infinito: in quarto de loco, qui per motum acquiritur, & de vacuo, & tempore: in reliquis vſque ad octauum rurſus ad motum regreditur: nos breuitati ſimul, & facilitati conſulentes ne eadem repetamus, agemus ſemel de motu, tum de reliquis.

PARS PRIMA.

De Motu.

IN motu hæc ſpectari poſſunt. Eſſentia, ſpecies, vnitas, partes, ſubiectum, terminus, contrarietas, motor. De ſingulis ſingulas diſputationes inſtituemus.

DISPVTATIO PRIMA.

De eſſentia motus.

Sectio Prima.

Quid ſit motus.

Definitur motus.

TRes tradidit Ariſtot. definitiones motus: Celebrior, & quæ reliquas duas continet eſt eiuſmodi: Motus eſt actus entis in potentia prout in

A potentia. Actus entis loco generis, reliqua loco differentiæ.

Multiplex hic difficultas. Prima eſt, quid intelligatur nomine actus, actus enim alius primus, alius ſecundus; ſecundus eſt operatio, quæ procedit à primo: primus eſt id vnde exit operatio, vt habitus, forma, & potentia operatiua.

Alexander. Simp. textu. Themiſtoc.

Alexan. apud Simpl. tex. 7. dicit hîc accipi pro actu primo: ſequitur Themiſ. Aiunt hi, motum eſſe actum primum reſpectu formæ, quia eſt prior quàm forma: eſſe verò actum
B ſecundum reſpectu agentis, quia eſt veluti forma agentis. Communiter verò actus hîc accipitur pro actu ſecundo, quia actus ſecundus eſt operatio, motus verò eſt operatio; forma habitus à quo operatio, & motus.

Secunda difficultas. Actus alius perfectus, alius imperfectus: perfectus eſt ille, qui ita ſubiectum conſtituit, vt non tendat ad vlteriorem perfectionem: imperfectus eſt, quo poſito ſubiectum non quieſcit, ſed tendit ad terminum perfectiorem. Difficultas modò eſt, pro quo actu hic accipiatur.

D. Thom.

D. Thomas, & communiter accipiunt pro
C actu imperfecto.

Probant, quia motus eſt terminus in fieri, ſeu fieri termini.

Item, ſi ſubiectum haberet ſuam perfectionem, & motus eſſet actus perfectus, ſubiectum vlterius non moueretur.

Quotupliciter poſſit ſumi hic actus in definitione motus.

Dicendum eſt, actus hic poteſt dupliciter accipi: & prout eſt in tota definitione, & ſic motus dici poteſt actus imperfectus, ſicut etiam dicitur actus ſecundus: ſi verò ſpectetur actus prout ſtat loco generis, actus
D hic neque ſupponit pro primo, neque pro ſecundo; neque pro perfecto, neque pro imperfecto, ſed ab vtroque abſtrahit, & tantùm per ſequentes particulas determinatur ad actum ſecundum & imperfectum.

Tertia difficultas circa illa verba actus entis, communiter ſic explicantur, motus eſt actus entis participialiter ſumpti, hoc eſt illius, quod exiſtit, non verò entis tranſcendentalis. Sed inſuper quæritur, reſpectu cuius entis motus dicatur actus, reſpectu

terminine, an reſpectu agentis, vel reſpectu mobilis.

In quo conſiſtat difficultas.

Ratio difficultatis eſt primò, quia Ariſtot. videtur intelligere, motum eſſe actum agentis; definiens enim motum alibi ſic ait, motus eſt actus mouentis. Secundò, calor poteſt fluere per vacuum abſque ſubiecto, quod calefiat: Quantitas ſeparata poteſt augeri, & tamen non adeſt ſubiectum recipiens hoc augmentum. Tertiò, motus non reſpicit eſſentialiter, & formaliter ſubiectum, aut mobile, ſed terminum; ergo motus non eſt actus reſpectu mobilis.

Dicendum eſt, Motus formaliter non dicitur actus reſpectu agentis, nec reſpectu termini, ſed tantùm reſpectu ſubiecti.

Prima pars probatur, quia reſpectu agentis formaliter dicitur actio. Secunda pars probatur, quia motus eſt actus, quo res formaliter fit mota, at per motum non dicitur terminus motus, ergo non eſt actus termini. Item ens in definitione motus ſupponit pro corpore naturali, ergo ſupponit pro ſubiecto. Tertia pars patet.

Ad primam rationem in contrarium reſpondetur, Ariſtotelem definiuiſſe motum materialiter, non formaliter.

Implicat fluxus caloris ſine ſubiecto in vacuo.

Ad ſecundam rectè negari aſſumptum, nequit enim dari fluxus caloris ſine ſubiecto in vacuo, fluxus inquam dicens mutationem, & acquiſitionem, cùm nequeat dari mutatio ſine ſubiecto, quod mutetur. Cùm quantitas augetur à ſubiecto diuiſa, ens, quod mutatur, eſt quantitas præcedens, quæ quodammodo fit maior, & augmentum eſt actus reſpectu illius, & illa eſt veluti ſubiectum.

Ad tertiam, omne accidens dicere ordinem eſſentialem ad ſubiectum, atque adeo per illud definiendum: motus verò, quia ordinem eſſentialem dicit nedum ad terminum, ſed etiam ad ſubiectum, ideò per vtrumque definitur, per ſubiectum explicitè, implicitè per terminum.

Obiectio.

Obiicies primò, actus mobilis eſt paſſio, ergo motus non eſt actus mobilis. Conſequentia probatur, aliter paſſio, & motus, eſſent idem formaliter.

Reſpondetur, mobile poteſt ſumi dupliciter, primò, prout ſuſcipit actionem, & ſic eius actus eſt paſſio, ſecundò prout ſignificat ſubiectum, quod non ſiſtit, ſed continuò tranſit, & ſic actus huius mobilis formaliter non eſt paſſio, ſed motus.

Circa tertiam particulam, in potentia, notandum Potentiam poſſe accipi, & pro actiua, & pro paſſiua; hîc verò tantùm pro paſſiua, cùm ens ſupponat tantùm pro ſubiecto, vt diximus. Sed hinc oritur

Quarta difficultas, quonam pacto ſubiectum, & mobile dicatur in potentia paſſiua: in potentia paſſiuáne ad ipſum motum ſimpliciter, vt videtur ſentire Alex. apud Simpl. tex. 7. com. S. an ad reliquas partes motus, vt communiter recentiores.

Alexander. Simplicius.

Vtraque explicatio reiicitur.

Neuter ſenſus placet, non primus, quia ſubiectum non dicitur in potentia per motum, quia caret motu, & per illum primò actuatur, quia in motu ſucceſſiuo in qualibet parte illius motus ſubiectum verè mouetur, & tamen tunc à motu non primò actuatur, ergo cùm dicitur, motus eſt actus entis in potentia, non intelligitur quòd ſit in potentia ſimpliciter ad motum vt ſic. Confirmatur, quia motus violenti ſunt ſimpliciter motus, & ad illos ſubiectum non habet potentiam, ſed tantùm non repugnantiam

Sed neque ſecundus ſenſus; quia motus eſt actus mobilis prout mobile eſt, mobile autem non dicitur, quia tendit ad alias partes motus. Minor probatur, quia mobile in quantum mobile eſt imperfectum tendens ad perfectum: motus autem ſecundùm omnes ſuas partes, vt motus eſt, ſemper eſt quid imperfectum; ergo motus non eſt actus entis, quod eſt in potentia ad alias partes motus. Confirmatur, quia ad motum non datur motus ex 5. Phyſ. 10. At tunc daretur.

Dicendum ergo motum eſſe actum entis in potentia, non ad motum ſimpliciter, neque ad reliquas partes motus ſubſequentes; ſed ad ipſum terminum, qui acquiritur per motum.

Additur denique prout in potentia ad ſpecificandam rationem motus formalem: nam motus poteſt multipliciter conſiderari: & vt paſſio eſt, & vt actio, & vt motus. Motus ergo formaliter non intelligitur motus, quia afficiat ſubiectum vt paſſio, ſed prout conſtituit ſubiectum tendens ad vlteriorem perfectionem, quæ non ſit formaliter motus.

Obiectio 1.

Obiicies, calor remiſſus in aqua actuat aquam conſtituens illam in potentia ad vlteriorem calorem, ergo.

Motus ordinat ſubiectum ad vlteriorem perfectionem poſitiuè: quælibet alia forma negatiuè:

Reſpondetur, Calor, & quælibet alia forma ordinant ſubiectum ad vlteriorem perfectionem negatiuè; motus verò ordinat ſubiectum ad vlteriorem perfectionem poſitiuè: Ordinare autem ſubiectum negatiuè ad vlteriorem perfectionem, eſt ita illud afficere, & actuare, vt intelligatur ſubiectum non adæquatè actuatum, ſed per alias eiuſdem remiſſæ formæ partes actuabile: Ordinare verò ſubiectum ad vlteriorem perfectionem poſitiuè, eſt etiam illud promouere, educere ad actum perfectiorem, quod eſt ſolius motus. Ita Ruu. cap. 3. quæſt. 2.

Quid ſit ordinare poſitiuè, & negatiuè:

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, actus, & potentia pugnant, ergo implicat motum eſſe actum entis in potentia, prout in potentia.

Reſpondetur primò, actus perfectus, & potentia pugnant; non verò actus imperfectus: ſic communiter. vel

Secundò, actus, & potentia dicens priuationem eiuſdem actus pugnant, concedo: actus, & potentia dicens priuationem alterius actus, nego. Motus autem eſt actus entis in potentia ad alium actum, videlicet ad formam.

SECTIO II.

Quibus conueniat definitio motus.

AN videlicet conueniat motui ſucceſſiuo tantùm, augmentationi videlicet, alterationi, lationi, & circulari: an etiam inſtantaneo, generationi, & illuminationi: inſuper an tertiæ operationi intellectus, denique an ſenſationi.

Quidam volunt tantùm hîc definiri motú ſucceſſiuum. Sic Auer. 5. Phyſ. 6. & 32. Conimb. quæſt. 1. & recentiores communiter. *Auerroës. Conimb.*

Quidam verò negant: ita Themiſ. tex. 6 D. Thom. ibid. Alex. Simpl. Burleus, Vicomer. cum quibus ſit. *Themiſt. D. Thom. Alexander. Simplicius. Burleus. Vicomer.*

Prima concluſio. Motus definitio hîc ab Ariſtotele tradita non competit tantùm motui ſucceſſiuo, ſed cuicunque mutationi, per quam aliquid acquiratur, generationi videlicet, & corruptioni. Ita etiam Ruu. hîc quæſt. 2. *Rubius.*

Probatur, Ariſtoteles quærit motum, cuius natura eſt principium; Natura verò eſt principium motus nedum ſucceſſiui, ſed etiam inſtantanei; eſt enim principium generationis. Probatur, quia generatio eſt motus naturalis: Maior patet ex eodem hîc, qui ait, motus, cuius initium eſt natura, ergo.

Secundò, quia etiam mutatio inſtantanea eſt actus entis, id eſt ſubiecti in potentia ad vlteriorẽ formam; generatio enim ſic actuat materiam, vt illam ordinet ad formam vlteriorem. Deniq; Ariſtoteles ait definitionem motus eſſe rectè traditam, quia conuenit alterationi, lationi, atque etiam generationi.

Fonſeca. *Conimb. reiecti.*

B Hinc patet malè hunc locum interpretari Fonſec. 5. Met. cap. 15. quæſt. 9. ſect. 1. Generationem eſſe motum, & comprehendi ſub definitione motus, tantùm ratione alterationis, cùm ab Ariſtotele hîc ab inuicem diſtinguantur. Malè etiam Conimbric. hîc art. 2. ad 3. Alterationem eſſe generationem, prout tendit ad corruptionem, & introductionem formæ ſubſtantialia: eſſe verò alterationem tantùm, quia qualificat materiam; quia hîc Ariſtoteles per generationem non intelligit niſi introductionem formæ ſubſtantialis: per alterationem, introductionem formæ accidentalis, vt ex contextu patet.

Obiectio 1.

C *Obiicies primò*, motus conſtituit ſubiectum in potentia ad vlteriorem formam, ſed per generationem ſubiectum non conſtituitur ad formam vlteriorem, quia dum eſt generatio in ſubiecto, eſt & forma.

Reſpondetur, diſtinguo maiorem, motus vt motus eſt ratione ſui, & præciſè ſumptus, & vt via eſt, debet conſtituere ſubiectum in potentia ad vlteriorem formam, concedo: non verò motus materialiter ſumptus, quatenus identificatur cum forma. Modò generatio præciſè, & formaliter ſumpta eſt tantùm via, & hac ratione etiam dicitur conſtituere ſubiectum ad vlteriorem formam; licèt materialiter ſumpta identificetur cum forma, & ſit ipſa forma in fieri.

D Inſtabis, dum ſubiectum mouetur, debet per motum carere forma, & habere priuationem illios; at per generationem neque formaliter ſumptam non caret forma, ergo generatio non eſt motus.

Per motum ſubiectum caret forma completa, non incompleta, & quare?

Reſpondetur, per motum debet ſubiectum carere forma completa, concedo: incompleta, nego. Quod etiam verum eſt nedum in motu generationis, ſed in omnibus motibus ſucceſſiuis. Ratio eſt, quia entitas motus eſt eadem cum entitate formæ, quæ fit.

E Vrgebis, forma ſubſtantialis non generatur per partes, ſed tota ſimul, ergo per generationem ſubiectum nedum habet formam incompletam, ſed completam.

Reſpondetur, generatio poteſt conſiderari dupliciter, & in genere cauſæ efficientis, vt quædam factio eſt: & in genere cauſæ formalis, prout eſt motus, ſeu mutatio quædam, & via. Primo modo, per generationem videlicet in genere cauſæ efficientis, ſubiectum eſt ſimul cum forma completa: per generationem verò formaliter acceptam, ſeu in genere cauſæ formalis, cùm generatio ſic non ſit niſi via, per illam præciſè ſubiectum non eſt ſimul cum forma completa, ſed ea caret, ſicut etiam per alios motus.

Obiectio 2.

A *Obiicies ſecundò*, 5. Phyſ. Ariſtoteles generationem opponit motui: Item hîc initio ait motum eſſe de genere continuorum, nec poſſe eſſe ſine loco, & tempore, at generatio ab his abſtrahit, ergo.

Reſpoodetur Ariſtotelem in 5. agere de motu ſucceſſiuo: in 3. vult tantùm aliquem motum eſſe continuum, non omnes. Item neque id aſſerit ex propria ſententia; ait enim, videtur autem.

Statuitur quibus conueniat motus definitio.

Secunda concluſio. Definitio motus nedum conuenit ſucceſſiuo, & inſtantaneo; ſed etiam artificiali; progreſſiuo & violento.

B Probatur, quia poſito motu artificiali, violento, & progreſſiuo in ſubiecto, ſubiectum conſtituitur in potentia ad terminum, ad quem ille motus ordinatur.

Obiectio 1.

Obiicies primò, in motu violento ſubiectum non eſt in potentia neque ad terminum, neque ad motum, imò & motus, & terminus repugnant ſubiecto; ergo illi non competit definitio.

Subiectum & ſi non ſit in potentia naturali ad terminum, ſufficit ſi fiat potens per ipſum motum.

Reſpoodetur, ad motum non requiritur, vt in ſubiecto ſit potentia naturalis ad terminum, & ad motum; ſed ſufficit ſi per motum, ſubiectum conſtituatur in potentia ad terminum, ad quem dirigitur.

Obiectio 2.

C *Obiicies ſecundò*, idem non poteſt habere potentiam ad terminos oppoſitos, aut ad motus contrarios; ſed lapis eſt in potentia ad motum, & locum deorſum, ergo per motum violentum non poteſt conſtitui in potentia ad motum, & locum ſurſum.

Reſpondetur, ſubiectum habet potentiam ad duos terminos, & motus contrarios, non per eamdem formam; ſed per motum violentum lapis fit in potentia ad terminum ſurſum, licèt per propriam formam dicat appetitum ad locum deorſum.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, Ariſtoteles inquirit motum, cuius principium eſt natura, ſed natura non eſt principium, motus violenti, fit enim eâ renitente, ergo.

D Reſpoodetur, certum eſt Ariſtotelem non intendiſſe tradere definitionem motus violenti, quia tamen motus violentus adhuc eſt actus entis in potentia, ideò ſub hac definitione continetur.

Si daretur motus in vacuo, ei competeret definitio motus.

Tertia concluſio. Definitio competit etiam motui circulari, orbium videlicet. Patet eâdem ratione, quia per illum motum cœlum fit ſemper in potentia ad nouum terminum, & ſemper aliquid acquirit de nouo, ſi non ſecundùm totum, ſaltem ſecundùm partes. Addo etiam quod competeret motui, qui fieret in vacuo, ſi in eo daretur. aliquid enim ibi ſubiectum acquireret, licèt deeſſet extrinſeca ſuperficies; E acquireret enim ſaltem nouum vbi intrinſecum.

Quarta concluſio. Competit etiam cuilibet intellectioni, ſenſationi, diſcurſui, & illuminationi: Non quia aliquid diſtinctum per huiuſmodi mutationes acquiratur, ſed quia ſubiectum in iis videtur aliquo modo moueri, & per illos ſubiectum fit aliquo modo alterum, licèt non in rigore.

Quinta concluſio. Hæc definitio conuenit principaliter motui ſucceſſiuo, & inſtantaneo, qui ſunt motus propriiſſimè dicti: proportionaliter verò aliis mutationibus, prout magis, vel minùs ab eo recedunt.

Quid dicat motus propriè dictus.

Ratio à priori eſt, quia motus propriè

dictis duo dicit: Primum, vt habeat aliquem terminum: Secundum, vt ita habeat aliquem terminum, vt dum eſt motus, ex vi ipſius motus non tollatur priuatio à ſubiecto, ſed per ſequentem terminum: hæc autem omnia conueniunt motui ſucceſſiuo, & inſtantaneo per ſe, & principaliter; licèt per generationem materialiter ſumptam, & in genere cauſæ efficientis tollatur priuatio; quia ita actuat potentiam, vt in eodem inſtanti, in quo eſt, ponat terminum ſuum completum; per illam tamen formaliter ſumptam, & vt via eſt, non tollitur.

Denique quia illuminatio, ſenſatio, intellectio non diſtinguuntur à termino à parte rei, B ſicut diſtinguitur generatio à re genita, ſed ſolùm per intellectum; ideò latiſſimè dicuntur motus, quia videlicet dum ſubiectum actuant, aliqualem inducunt mutationem.

Definitio motus non vniuoca.

Ex his facilè colligitur An hæc definitio ſit vniuoca, vel analoga, cùm enim inæqualiter participetur non poteſt eſſe vniuoca.

SECTIO III.

De motu propriiſſimè dicto. An tranſitus, ſucceſſio, & continuitas ſit de eſſentia motus.

C

Quæ poſſint conſiderari in motu propriè dicto.

PRÆTER ea, quæ modò diximus, in motu propriè dicto, hæc poſſumus conſiderare: Tranſitum, ſucceſſionem, & continuitatem. Tranſitus eſt, quo res tranſit ab vno eſſe ad aliud: Succeſſio eſt idem tranſitus, qui non fit totus ſimul, ſed per prius, & poſterius: Continuitas præterea ſupra tranſitum, & ſucceſſionem addit, vt partes illæ, quæ ſucceſſiuè acquiruntur per ſucceſſiuum tranſitum, ſine vlla interruptione acquirantur. Quæſtio modò eſt an tranſitus ſit de eſſentia motus; an ſucceſſio de eſſentia illius tranſitus, & an continuitas de eſſentia ſucceſſionis: an verò ſucceſſio ſit tantùm proprietas, & paſſio reſpectu tranſitus, & continuitas propria paſſio reſpectu ſucceſſionis. D

Prima concluſio. Tranſitus eſt de eſſentia motus. Patet ex iis, quæ toties diximus; eſt enim motus tranſitus de non eſſe ad eſſe, ſeu tranſitus ex vno contrario in aliud ex 5. Phyſ. 9. Item motus eſt fieri, fieri autem eſt tranſitus. Denique quieti non opponitur niſi tranſitus.

Petes quid ſit iſte tranſitus: eſtne ſubſtantia, vel accidens?

Tranſitus, qui eſt de eſſentia motus, nec ſubſtantia, nec accidens.

Reſpondetur, nec accidens nec ſubſtantia, ſed tantùm quidam modus, qui conuenit formæ dum fit, & in eodem prædicamento reponitur, in quo & forma; vt ſi forma ſit in prædicamento qualitatis, tranſitus eſt qualitas, ac intenſio: ſi in prædicamento quantitatis, eſt quantitas. E

An etiam ſucceſſio.

Vnde poſſit oriri ſucceſſio in motu.

SVCCESSIO in motu poteſt oriri, vel ex parte mobilis, cùm videlicet ſubiectum, in quo recipitur motus, eſt extenſum, & diuiſibile: Vel ex parte agentis, cùm agens non applicat omnes ſuas vires, vel inuenit aliquam reſiſtentiam in paſſo: Vel ex parte ſpatij, vt in motu locali, cùm mobile ſecundùm ſe totum non poteſt illud occupare: vel ex parte temporis, & durationis; vel denique ex parte formæ, quia videlicet forma ex natura ſua poſtulat partialiter acquiri. Certum eſt autem quòd ſucceſſio, quæ oritur ex mobili, vel ab agente, vel à ſpatio, vel à duratione, & tempore, ſit motui accidentalis, cùm botum omnium extenſio ſit extra eſſentiam motus. Quæritur ergo de ſucceſſione, quæ oritur ex parte termini, ideo ſit

Succeſſio, quæ à mobili, agente, te. ſpatio, duratione, & tempore, eſt motui accidentalis.

Secunda concluſio. Succeſſio non eſt de eſſentia motus reſpectu motus generationis. Probatur, quia forma, quæ fit per generationem, eſt omnino indiuiſibilis, ergo non petit eſſentialiter fieri ſucceſſiuè.

Tertia concluſio. Neque ſucceſſio eſt de eſſentia motus reſpectu augmentationis, & alterationis.

Probatur, quia forma, quæ fit per alterationem, eſt qualitas, per augmentationem, eſt quantitas; at neutra petit eſſentialiter partibiliter fieri, ſed ſucceſſiuè fit vel ex voluntate agentis, vel ex defectu virium, vel ex ſucceſſiua applicatione virtutis, vel ex reſiſtentia paſſi. Item, poteſt tota illa ſiue qualitas, ſiue quantitas ſimul produci, neque hoc implicat, ergo ſucceſſio non eſt de eſſentia horum motuum.

Vnde ſucceſſio in formis, quæ fiunt per alterationem, & augmentationem.

Quarta concluſio. Neque ſucceſſio eſt de eſſentia motus reſpectu motus localis vt ſic, neque eius proprietas.

Prima pars probatur, quia motus nil aliud eſt niſi fieri termini, ſeu ipſum acquiri, at terminus localis non petit eſſentialiter fieri, ſeu adipiſci ſucceſſiuè, ſed poteſt acquiri in inſtanti; ergo ſucceſſio non eſt de eius eſſentia. Minor probatur ex communi Theologorum ſententia, poteſt enim Angelus in inſtanti attingere terminum diſtantem, ſaltem in ſuo loco adæquato, & per inſtantaneum motum in propria ſphæra acquirere terminum ad quem, ergo acquiſitio termini ad quem non petit formaliter fieri ſucceſſiuè.

Angelus poteſt in inſtanti acquirere terminum ad quem in propria ſphæra.

Secunda pars, quòd neque ſit eius proprietas, probatur, quia ſi nullus terminus petit diuiſibiliter fieri in nullo horum motuum, ergo ſucceſſio non poteſt eſſe eſſentialis proprietas alicuius motus, cùm motus ſit ipſe terminus in fieri.

Quinta concluſio. Succeſſio accidit motui vt motus eſt, & tranſitus quidam.

Probatur, quia ſi aliquis motus neceſſariò petit fieri ſucceſſiuè, præſertim motus localis, id non prouenit à motu vt motus eſt, ſed vel ratione mobilis, quod nec ſecundùm ſe totum, nec ſecundùm aliquam ſui partem poteſt ſimul locum proximum, & diſtantem occupare, vt in mobili corporeo: vel ratione ſpatij, quod videlicet excedat ſphæram, & ſpatium adæquatum mobilis, vt in Angelo; ergo motui accidit ſucceſſio. Antecedens patet, conſequentia probatur, quia motus, vt motus eſt, nil aliud eſt, quàm fieri, & acquiſitio termini, at nullus terminus petit eſſentialiter ſucceſſiuè acquiri, ſed tantùm ratione mobilis, aut ſpatij, quæ ſunt extra eſſentiam motus, ergo ſucceſſio non eſt de eſſentia alicuius motus.

Vnde petat aliquis motus neceſſariò fieri ſucceſſiuè.

Obiicies primò ex Maſſeio, motus eſt fluxus & tendentia ad terminum, ergo ſucceſſio eſt de eius eſſentia; conſequentia probatur, quia fluxus, & tendentia nil aliud eſt quàm acquiſitio per partes, & ſucceſſiua.

Obiectio 1. Maſſeii.

Reſpondetur, negando conſequentiã ad pro-

bationem, fluxum, & tendentiam ſormalitet non adicere niſi tranſitum, ſucceſſionem verò pet accidens ratione mobilis, aut ſpatij.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, per ſucceſſiouem motus eſſentialiter diſtinguitut à mutatione ioſtantanea, ergo ſucceſſio eſt de eius eſſentia. Antecedens probatur, quia ſicut punctus eſſentialiter diſtinguitut à linea, & inſtans à tempore, ita ſucceſſiuum ab inſtantaneo.

Reſpondetur, concedo totum; non enim eſt quæſtio an motus inſtantaneus eſſentialiter differat à ſucceſſiuo, certum eſt enim motum ſucceſſiuum, vt ſucceſſiuus eſt, eſſentialiter differre ab inſtantaneo: quæſtio eſt an ſucceſſio ſit de eſſentia alicuius motus, quod non probatus.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, datur aliquod ens eſſentialiter ſucceſſiuum, etgo ſucceſſio eſt de eſſentia motus. Conſeqoentia probatur, quia hoc ens vel eſt tempus, vel motus; tempus autem eſt ſolùm ſucceſſiuum ratione motus, etgo motus eſt eſſentialiter ſucceſſiuus.

Reſpondetur, negando antecedens.

Sexta concluſio. Motus, vt motus eſt, abſtrahit ab eſſe ſucceſſiuo, & inſtantaneo, neque petit fieri in inſtanti, vel ſucceſſiuè exſe, ſed tantùm ratione mobilis, vel ſpatij.

Probatur, quia motus, vt motus eſt, eſt tantùm via ſormalitet, via autem abſtrahit à ſucceſſione, & fieri inſtantaneo.

Obiectio.

Obiicies, datur terminus, qui eſſentialiter petit fieri in inſtanti, ſorma videlicet ſubſtantialis, ergo datur motus, generatio videlicet, de cuius eſſentia eſt eſſe inſtantaneus, motus enim eſt fieri termini.

Reſpondetut, diſtinguo cooſequens, dator motus de cuius eſſentia ſit eſſe inſtantaneus, vt motus eſt, nego: vt talis motus, qui videlicet terminetur ad formam ſubſtantialem, concedo: Sic rationalitas non eſt de intrinſeca ratione animalis, ſed talis animalis. Hinc

Septima concluſio. Licèt motus, vt motus eſt, ſormalitet abſtrahat à ſucceſſiuo, & inſtantaneo, & non dicat ſormaliter niſi tranſitum, & viam; datur tamen ratione termini aliquis motus, qui petat fieri in inſtanti: nullus, qui petat fieri ratione termini ſucceſſiuè.

Prima pats patet in generatione ſormæ ſubſtaotialis. Secunda etiam patet, quia quilibet motus ſiue alterationis, ſiue localis, ita ſucceſſiuè fit, vt non repugoet tetmino fieri in inſtanti, vt vidimus.

An etiam continuitas.

DVPLEX *hic difficultas*, prima, an contiouitas ſit de eſſentia motus propriè dicti abſtrahentis à ſucceſſiuo, & inſtantaneo: ſecunda, an ſit de eſſeotia motus ſucceſſiui. Continuitas autem alia eſt ex patte mobilis, vt cùm mobile habet partes, dum in qualibet parte mobilis fit motus: alia ex parte durationis, cùm v. g. motus fit per totam horam; cettum eſt autem, quod vtraque contiouitas, & ſucceſſio in motu ſit accidentalis; poteſt enim ita variari cootinuitas, & ſucceſſio in motu oon variata continuitate teoporis, aot ſubiecti. Hinc Ariſtot. 5. Metaph. cap. 13. numerat motum, & tempus inter entia per accidens. Difficultas ergo eſt de continuitate, quæ otitur ratione termini, ideo ſit

Continuitas quotuplex?

Ariſtot.

Octaua concluſio. Continuitas, quæ oritur A ratione tetmini, non eſt de eſſentia motus vt ſic, ſed neque eius ptoprietas, ſed illi tantùm competit per accidens. Prima pars eſt contra Suarez diſput. 40. ſect. 8 Secunda contra Fonſ. 5. Metaph. cap. 13. quæſt. 8. ſect. 3. Conimbricenſ. lib. 3. cap. 2. quæſt. 11. art. 3. Perer. lib. 14 cap. 8.

Suarez.
Fonſeca.
Conimb.
Pererius.

Probatur, ſucceſſio non eſt de eſſentia alicuius motus, & motui accidit, vt vidimus, ergo multo minùs continuitas. Conſequentia probatur, quia continuitas addit ſupra ſucceſſionem partes copulatas termino communi, ſed nullus motus petit eſſentialiter fieri per partes ſucceſſiuè, ſed poteſt fieri totus ſimul, ergo nullus motus petit fieri per partes copulatas termino communi.

B *Nona concluſio*. Continuitas neque eſt de eſſentia motus ſucceſſiui vt ſucceſſiuus eſt, vt ſic.

Probatut, quia motus ſucceſſiuus abſtrahit à ſucceſſione diſcreta, & continua, ergo. Antecedens patet in eorum ſententia præſertim volentium augmentationis motum fieri pet inſtantia interpolata.

Decima concluſio. Continuitas eſt de eſſentia motus ſucceſſiui, vt motus ſucceſſiuus vnus eſt, eſt contta Conimb. Peret. Fonſ. locis citatis.

Probatur, nequit coocipi motus ſucceſſiuus vnus niſi continuus, & niſi pattes concipiantut vnitæ, ergo continuitas de eius eſſentia: ſic eſſe C diſgregatiuum viſus eſt de eſſentia parietis albi, licèt non ſit de eſſentia parietis.

SECTIO IV.

An motus ſit omnino idem cum actione, & paſſione.

VNICA *concluſio*. Idem omnino realis modus eſt Actio, Paſſio, & Motus.

Probatur primò, ex Ariſt. tex. 19. Vbi probans, actionem non eſſe in ageote ait. *Si actio eſſet in agente, omne mouens moueretur*. Item hîc D tex. 18. *Actus mobilis, & motiui eſt idem, quia actus mobilis eſt id, quo mouens mouet.*

Ariſtot.

Secundò prob. ratione, poſita realitate vnius modi, quæ ſit acquiſitio termini ad quem, in ſubiecto, ponitur quicquid oeceſſariũ eſt ad motum, actionem, & paſſionem, ergo ſunt idem realiter. Conſequentia probatut, quia ſi diſtinguerentur, vnus modus poſitus intrinſecè non ponetet etiam altetum. Antecedens probatur, quia realitas motus non eſt aliud, quàm acquiſitio termini, realitas actionis eſt illa, qua aliquid acquiritur, cùm ſit illa, qua aliquid accipit eſſe; & tealitas paſſionis nil aliud eſt quàm acquiſitio termini, qua non poteſt eſſe vt aliquid patiatur, E & nil acquitat.

Obiectio 1.

Obiicies, res per eamdem actionem fit, & conſeruatur, vt DD. communiter: Modò ſic, in continua, & ſucceſſiua productione luminis remanet eadem actio ſempet, & motus corrumpitur, ergo actio, & motus diſtinguuntur ſeparabiliter, etgo realiter, quia quæ poſſunt ab inuicem ſeparari, realiter diſtinguuntur. Antecedens probatur, quia dum motus ſucceſſiuus fit per partes ſibi inuicem ſuccedentes, in ſucceſſione huiuſmodi partes corrumpuntur, quia ſi permanerent, non eſſet ille motus ſucceſſiuus, ſed permanens.

Confirmatur, id ipſum in mutatione inſtantanea, quia poſt primum inſtans mutationis ſubiectum non mutatur, antea mutabatur, ergo petit mutatio, & non petit actio, quia actio prima productiua eſt eadẽ cum ſequenti conſeruatiua, ergo actio, & mutatio non ſunt idem realiter.

In illuminatione ſucceſſiua quæ conſiderari poſſint.

Reſpondetur, in illuminatione ſucceſſiua duo conſiderari poſſunt, & actio ipſa, ſeu illuminatio, & applicatio corporis luminoſi, quæ fit per motum. Applicatio, quæ ſucceſſiuè fit, cum motu ſucceſſiuè corrumpitur, cùm non ſit niſi coniunctio paſſi cum agente facta per motum, & quid extrinſecum illuminationi, non ipſa illuminatio; illuminatio verò eſt permanens ſicut etiam ipſa mutatio, licèt ſucceſſiuè fiant: in ſucceſſiua ergo illuminatione corrumpitur motus extrinſecus, per quem applicatur corpus, mutatio verò intrinſeca, quæ eſt illuminatio, permanet, nec remanet illuminatio vt actio eſt, corrupta illuminatione vt mutatio eſt.

Dices, ergo ſequitur quòd aliquod ſucceſſiuum permaneat, dum enim permanet mutatio, quæ eſt ſucceſſiua, & actio, qua lumen ſucceſſiuè producitur, permanet aliquod ſucceſſiuum.

Reſpondetur, ſucceſſiuum intrinſecè non poteſt permanere: poteſt ſucceſſiuum extrinſecè: modò illa actio, & illuminatio eſt ſucceſſiua extrinſecè, cùm poſſit fieri tota ſimul. Sicut enim non implicat lumen permanere, licèt ſucceſſiuè producatur, ita neque implicat permanere mutationem, & illuminationem.

Ad confirmationem, mutationem, qua aliquid fit de nouo dicere duo: Et mutationem ipſam inſtantaneam, & negationem formæ immediatè antè non exiſtentis; quando autem dicitur petire mutatio, non petit ipſa mutatio inſtantanea, quoad ſuum eſſe, ſed tantùm negatio formæ, quam connotabat: inde illa mutatio non dicitur ampliùs mutatio, ſed conſeruatio. Petit ergo mutatio non quoad aliquod poſitiuum intrinſecum, ſed quoad aliquod connotatum.

Palumbus.

Obiicies ſecundo ex Palumbo, poteſt dari actio ſine paſſione: item paſſio ſine actione, vt ſi Deus calorem hodie producat extra ſubiectum, tunc erit actio, non paſſio: ſi cras deinde immittat hunc calorem in aquam, cras erit paſſio ſine actione, ergo realiter diſtinguuntur.

Maſſeius.

Reſpondet Maſſeius, loqui nos de actione, quæ ſit illatiua paſſionis in ſubiecto; illa autem non eſſet illatiua paſſionis, ideò nec de ea inquirimus an à paſſione diſtinguatur.

Reſponſio Maſſeij reiicitur.

Contrà, non videtur omnino ſatisfacere; Hoc enim petit argumentum: actio enim cùm non ſemper ſit illatiua paſſionis, & altera ab altera ſeiungi poſſit, non erunt idem re, quæ enim ſunt idem realiter, nec per diuinam potentiam vnum ſeiungi poteſt ab alio, & ſemper vnum eſt illatiuum alterius.

D. Thom

Si calor heri productus hodie immittatur in aquam à Deo, erit ſaltem actio vel vnitiua, vel introductiua.

Reſpondetur ergo ex noſtris principiis, cum D. Thom. quæſt. de potentia. Tunc nullam futuram actionem, & ſic nulla erit etiam paſſio, ſed tantùm terminus productus, vt alibi docuimus. Ad ſecundam partem præcedentis difficultatis optimè idem Maſſ. Si Deus calorem heri productum hodie in aquam immittat, tunc non erit paſſio abſque actione, & licèt illa immiſſio non eſſet actio productiua, eſſet actio vel vnitiua, vel introductiua.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, poteſt dari actio, & paſſio A abſque mutatione, vt ſi Deus producat calorem in aqua in eadem conſeruando frigus.

Reſpondetur, nego non futuram mutationem, licèt conſeruetur frigus, adbuc enim ſubiectum ex non calido fieri calidum, quæ quidem mutatio cùm ſit effectus formalis caloris, neque per diuinam potentiam poteſt impediri.

Obiectio 4.

Obiicies quartò, actio eſt in agente, & paſſio, & motus in patiente, ergo actio ab his diſtinguitur realiter. Antecedens probatur primò, quia actio, vt actio, eſt accidens, ergo debet inhærere, ſed non in ſubiecto, ergo in agente. Quod non in ſubiecto probatur, quia illi ineſt vt paſſio: ſecundò, ſi actio inhæreret in ſubie- B cto, deberet illud denominare agens: tertiò, in eo eſt fundamentum relationis, in quo eſt relatio, ergo actio, quæ eſt fundamentum relationis agentis ad paſſum, eſt in agente, ſicut in agente eſt relatio: quartò, operatio perficit eſſe, ſeu agens; non poteſt autem illud perficere, niſi in genere cauſæ formalis exhibendo ſeipſam, & informando agens: quintò, agens quando agit aliter ſe habet quàm antea, ergo quia aliquid recipit.

Reſpondetur, diſtinguo maiorem, actio immanens eſt in agente, concedo: tranſiens, de qua nos loquimur, nego; inde enim dicitur tranſiens, quia tranſit in externum ſubiectum. C Sic ex Ariſtot. 9. Metaph. cap. 9. *Actio eſt in re facta ſicut ædificatio in domo.*

Ariſtoteles.

Actio non debet inhærere vt actio, ſed ſufficit ſi inhæreat vt paſſio.

Ad primam probationẽ, licèt actio, vt actio eſt, ſit accidens, non tamen, vt actio eſt, debet inhærere, ſed ſufficit ſi inhæreat vt paſſio. Ratio eſt, quia accidens non quot habet formalitates, tot debet habere ſubiecta, ſed ſufficit, ſi quoad entitatem alicui ſubiecto inhæreat: an ſecundùm hanc, vel illam formalitatem, nil refert.

Scotus.
Caietanus.

Ad ſecundam, non omnis forma poſita in ſubiecto illud denominat ſecundùm omnes rationes formales, quas habet, nec illi tribuit omnem formalem effectum, ſed illum ſecundùm quem eſt apta eſſe in illo: actio autem non eſt apta eſſe in ſubiecto, vt actio, ſed vt paſſio, ſiue vt acci- D dens, ideo tantùm denominat ſubiectum paſſum: ſicuti in ſententia Scoti & Caiet. actio in agente non denominat agens, vt inhæret in agente tanquam in ſubiecto, ſed tantùm vt ab illo procedens, & effectiuè dimanans: at ſecundùm hanc rationem poteſt actio denominare agens, etiam ſi concipiatur in paſſo.

Poteſt eſſe relatio ſine fundamento proximo, non remoto.

Ad tertiam, vbi eſt fundamentum ibi eſt relatio, remotum, concedo: proximum, ſeu ratio fundandi, nego: imò poteſt eſſe relatio pereunte omnino fundamento proximo, ſic tranſacta actione remanet relatio effectus ad cauſam.

D. Thom.

E Ad quartam, operatio perficit intrinſecè agens, vt operatio eſt, nego, imò potiùs, vt operatiu eſt, eſt perfectio alterius ordinata ad alterius exiſtentiam, vt optimè D. Thom 9. Metaph. lect. 9. ſolùm ergo reſpectu agentis eſt perfectio extrinſeca, ideò neque neceſſe vt in agente intrinſecè inhæreat.

Ad quintam, agens cùm operatur alio modo ſe habet, quoad aliquod abſolutum, & nego; Deus enim operatur ad extra abſque ſui mutatione: quoad aliquod reſpectiuum, ratione videlicet illius relationis conſequentis, concedo.

Ariſtot.

Inſtabis, 4. Metaph. tex 9. probat Ariſtot. Mundum fuiſſe ab æterno, quia ſi in tempore, Deus mutatus fuiſſet, ergo ex mente Ariſtot.

actio eſt aliqnid in agente illnd immutans.

Reſpondetur, per Ariſtotelem fuiſſet Deus mutatus ratione actus liberi, dum fieret ex non volente volens, non ratione actionis.

An autem motus, actio, & paſſio formaliter diſtinguantur, infrà; priùs tamen digredi cogimur ad actionem, & paſſionem, oequit enim aliter perfectè concipi eſſentia motus.

Digreſſio Prima.

Quid ſit actio.

LOQVIMVR hîc non de actione immanente, quæ in eo ſubiecto recipitur, à quo elicitur; ſed de tranſeunte, quæ tranſit in externum ſubiectum, licèt proportionaliter eidem applicari poſſit.

Quibus rebus conueniat denominatio actionis. In actione hęc fingi poſſent, quæ poſſent denominari actio: Primò res ipſa faciens, prout potentiam proximam includit ad agendum: Secundò res facta, ſeu effectus agentis: Tertiò agens, & effectus ſimul ſumpti, & ſimul exiſtentes: Quartò effectus denominans ipſum agens: Quintò relatio ſiue in effectu, ſiue in agente: Sextò applicatio, qua agens ſeipſum applicat: Septimò dependentia effectus ab agenre.

Prima concluſio. Actio oon eſt res ipſa faciens, prout includit potentiam proximam ad agen-

Soncinas. dum, ſeu agens tali potentia actuatum. Ita Soncin. 5. Metaph. quæſt. 38.

Probatur, quia prius eſt eſſe agens, ſeu potens agere, quàm agere: Item poteſt eſſe agens, & potentia proxima, & non eſſe actio, vt ſi potentiæ proximæ Deus ſuſpendat concurſum.

Secunda concluſio. Neque actio eſt res facta,

Scotus. ſeu effectus ageotis. Eſt contra Scot. 3. Phyſ. quæſt. 1. artic. 2. vbi ait quòd calor, vt effectus eſt, eſt in prædicamenro actionis.

Probatur, quia qualitas vt effectus eſt, ceſſante iam alteratione non deſinit eſſe effectus, ergo vt effectus eſt, non eſt actio. Item forma, quæ facta eſt, eſt poſterior ſuo fieri, ergo fieri ipſius non eſt ipſa, ptout effecta eſt.

Tertia concluſio. Neque actio eſt agens, & paſſum ſimul coëxiſtentes.

Suarez. Probat rectè Suarez diſput. 48. ſect. 1. num. 10 quia actio eſt medium quid inter agens, & effectum. Item poſſet Deus ponere principium cauſatiuum, & Deus per ſe producere effectum, quem potuiſſet illud principium cauſare, tunc nullum diceretur agens, niſi Deus.

Quarta concluſio. Neque actio eſt extrinſeca denominatio producentis ad productum. Eſt

Iauellus. contra Iauel. 5. Metaph. quæſt. 23. & Heruæum

Heruaeus. quodlib. 1. quæſt. 9.

Probatur, quia hæc denominatio agentis debet fieri ab aliqua forma reali, iſta autem vel eſt calor productus, vel quid diſtinctum à calore: Non primum, quia poteſt eſſe calor, & non denominare agens, vt ſi fieret à Deo: ſi aliquid diſtinctum à calore, hoc inquirimus, & hoc appellabimus actionem.

Quinta concluſio Neque actio eſt aliqua relatio ſiue in agente, ſiue in effectu. Prima pars

Scotus, Sotus, Soncinas. eſt contra Scot. ſecunda contra Sot. & Soncin.

Probatur, quia huiuſmodi relatio, quæ à Scoto dicitur extrinſecùs adueniens in agente, vel eſt prædicamentalis, & non; alioquio actio non conſtitueret diſtinctum prædicamentum à rela-

A tione: vel eſt tranſcendentalis, & neque, quia reſpectus tranſcendentalis io agente reſultat poſita actione. Sed neque poteſt eſſe relatio in paſſo ob eamdem rationem.

Sexta concluſio. Neque actio eſt applicatio.

Probatur, quia applicatio præcedit in quodam priori naturæ ipſum fieri effectus: Item applicatio eſt in agente, actio ex dictis in paſſo.

Septima concluſio. Neque actio eſt dependeoria effectus ab agente, qua effectus accipit ab illo ſuum eſſe formaliter.

Probatur, res priùs concipitur eſſe in ſe, quàm dependere ab alio, dependentia enim ſupponit aliquid, quod dependeat, ergo ſi ef-

B fectus ab agente dependet, debet priùs concipi effectus, quàm depeodentia, ergo formaliter dependentia eſt effectu poſterior, ergo non eſt actio, quia actio eſt prior, & ipſum fieri effectus.

Dices, actio non eſt dependentia in facto eſſe, ſed dependentia in fieri.

Contrà, effectus dum fit, non dicitur formaliter dependere, ſed fieri, & valet iſta cauſalis, ideo effectus dependet quia fit, ergo formaliter actio non eſt ipſa dependeoria. Ab hac concluſione neque videtur diſſeotire Suarez, eſt tamen contra recentiores nonnullos.

Octaua concluſio. Licèt actio in re ſit dependentia effectus ab agente, formaliter tamen ab

C ea differt, & eſt effectio, qua effectus eſt ab agente, formaliter duplicem reſpectum dicens, ad principium videlicet actiuum, & ad ipſum paſſum: præcipuè tamen & conſtituitur, & diſtinguitur per reſpectum ad paſſum. Eſt partim noſtri doctiſſimi patris Areſij. Areſius.

Prima pars probatur, quia fieri, & dependere io facto eſſe differunt penes diuerſa connotata.

Secunda probatur, ex impugnatione cæterarum ſeoteotiarum. Præterea paſſio eſt ipſum fieri effectus, vt dicemus, in ſubiecto, ergo actio eſt effectio, qua effectus fit ab agente.

Tertia pars probatut, actio denominat agens

D actu tale, éſtque veluti actus ipſius, licèt extrinſecus, ergo refertur ad agens, & refertur etiam ad paſſum. Probat noſter Areſius, agens dicitur agens per relatiooem, & reſpectum ad patieos, ergo & actio formaliter dicit reſpectum ad paſſum. Conſequentia probatur, quia actio eſt vltimus actus potentiæ actiuæ.

Confirmatur, in idem obiectum feruntur potentia, & actus: Sic potentia viſiua, & viſio in colorem.

Secundò, actio dicitur actio, tum quia & ipſa eſt ab agente, tum quia ab ipſa eſt patiens, ergo formaliter conſtituitur per relationem

E tranſcendentalem ad vtrumque.

Confirmatur, ex Ariſtot. 3. Phyſ. tex. 20. & 22. vbi ait, *actionem eſſe actum huius in hoc*, id eſt agentis in paſſum. Ariſtot.

Obiicies primò, actio collata cum agente habet potiùs rationem effectus, & patientis, quia ab illo quodammodo fit, ergo, vt actio eſt, tantùm dicit relationem ad paſſum. Obiectio 1.

Reſpondetur, actio collata cum agente habet rationem effectus non quomodocumque, ſed effectus medij, ſeu effectus noo vltimi, ſub qua ratione concipitur vt actio.

Obiicies ſecundò, actio deſumit vnitatem Obiectio 2.

Digitized by Google

ab agente, & ab eo pendet, nec ſine illo conci-pi poreſt, ergo tantùm dicit ordinem ad illud.

Areſius impugnatur.

Reſpondet Areſius, hæc omnia probare tantùm actionem ſe tenere ex parte agentis, & eſſe actum illius, non verò referri ad agens.

Contrà, forma quælibet ſiue intrinſeca, ſiue extrinſeca dicit proportionaliter ordinem ad ſuum ſubiectum: probat argumentum actionem eſſe veluti actum agentis, & ab eo ſumere vnitatem, veluti à principio, ergo & dicere relationem ad agens, tanquam ad principium.

Confirmatur, viſio oedum dicit ordinem ad colorem, ſed etiam ad porentiam viſiuam: ad illum tanquam ad termioum, ad hanc tanquam ad principium, & ſubiectum.

B Reſpondetur ergo, licèt actio ſumat vnitatem ab agente, ſpecificatur tamen à termioo, ideò negatur conſequentia.

Relatio primariò reſpicit terminum, ſecundariò ſubiectum.

Vltima pars probatur, quia omnis relatio reſpicit primariò terminum, ad quem ordinatur, ſecundariò ſubiectum: modò terminus, ſeu correlatiuum actionis eſt patiens, ergo: ſicuti ſimilitudo, licèt reſpiciat hunc parietem vt ſubiectum, & alium tanquam terminum, præcipua tamen relatio eſt illa, qua reſpicit terminum, non qua reſpicit ſubiectum.

Digressio Secvnda.

Quid ſit paſſio.

Suarez. Toletus. Ruuius. Areſius.

COMMVNIS *ſententia eſt*, actionem differre à paſſione per eſſe ab, ſeu per relationem ad agens: paſſionem verò ab actiooe per eſſe in. Item paſſionem eſſe receptionem formæ in ſubiecto. Ita Suarez, Tolet. Ruu.

Poſterior ſententia eſt Areſij, paſſionem formaliter dicere ordinem tranſcendentalem ad agens, non ad patiens: item oon eſſe receptionem formæ in ſubiecto, ſed depeodentiam effectus ab agente.

Prima concluſio. Paſſio dicit ordinem nedum ad ſubiectom, ſed etiam ad ageos.

Probatur, eſt enim paſſio huius ab hoc, ergo ſuo conceptu vtrumque reſpectum tranſcendentalem includit.

Secundò, paſſio ſecundùm ſuam entitatem eſt in paſſo tanquam in ſubiecto, illique inhæret, ergo illud reſpicit. Addo nedum ſecundùm entitatem, ſed etiam ſecuodùm omnem formalitatem: tum quia paſſio, vt paſſio eſt, etiam formaliter ſumpta, eſt accidens: item quia paſſio, vt paſſio eſt, eſt alicuius ſubiecti paſſio. Tertiò, agens, & actio dicunt relationem ad paſſum, ergo paſſio, & patiens dicunt relariooem ad agens, & actionem.

Secunda concluſio. Paſſio non eſt receprio formæ in ſubiecto.

Areſius.

Probat Areſius, quia ſequeretur actionem, & paſſionem differre realirer. Seqoela probatur, quia receptio formæ identificatur cum ſubiecto recipiente, at ſubiectum recipiens differt realiter à forma recepra, & ab actione, ergo etiam differret paſſio. Sic lib. 5. diſput. 5. de act. & paſſ. quæſt. 40. ſect. 2.

Tertia concluſio. Paſſio noo eſt dependeotia effectus. Eſt contra Areſium.

Probatur, quia dependentia effectus eſt poſterior ipſo effectu, vt ſuprà probauimus, ergo non eſt paſſio. Cooſequeotia probatur, quia

A paſſio eſt ipſum fieri effectus, vt mox dicemus.

Quarta concluſio. Paſſio, vt paſſio, eſt ipſum fieri effectus ab agente dicens formaliter relationem tum ad ſubiectum, tum ad agens: Paſſio principaliùs per relationem ad ageos, ſicut actio per relationem ad patiens.

Prima pars prob. ex dictis, actio enim ſi non eſt niſi effectio effectus, ergo & paſſio non niſi fieri eiuſdem. Item non eſt receptio formæ, neque dependentia eiuſdem, ergo tantùm fieri illius.

Poſterior pars probatur, iiſdem ratiooibus, qoibus ſuprà; quia omnis relatio reſpicit primariò terminum, terminus autem paſſionis, & eius correlatiuum eſt agens, ſicuti actionis eſt patiens.

Secundò in hoc præſertim diſtinguitur paſſio ab actione, quia actio reſpicit patiens tanquam correlatiuom: paſſio verò agens, & taoquam ad terminum refertur, ergo primaria relatio paſſionis erit ad agens.

Obiectio 1.

Obiicies primò, ſi actio eſt effectio effectus, & paſſio eſt tantùm fieri eiuſdem, ergo actio, & paſſio non conſtituuntur formaliter per relationem ad ſubiectum. Conſequentia probatur, quia ſic ſufficit concipere agens agere, & effectum fieri.

Reſpondetur, actionem in rigore non eſſe tantùm effectionem effectus vt ſic, ſed effectiooem effectus in ſubiecto. Dixi eſſe effectionem, & fieri in ſubiecto, quia actio omnis oaturalis

Omnis actio naturalis neceſſariò inuoluit ſubiectum, & quare.

C oon poteſt abſtrahere à ſubiecto, ſed neceſſariò illud iouoluit, & ita illud includit, vt ſecundùm multos Theologos oeqoe per diuinam potentiam poſſit fieri vt agens creatum agat, & non in ſubiecto, cùm ad agere abſque ſubiecto requiratur virtus infinita: hinc cùm neque poſſit dari actio abſque ſubiecto, neque poterit dari paſſio, neque etiam motus: & actio creata, vt talis, non abſtrahet à ſubiecto. Item neque poteſt dari paſſio abſque ſubiecto (propter hæc quæ diximus) quia eſto poſſit produci aliqua qualitas, & non in ſubiecto, tunc id erit propriè fieri, non pati. Denique neque poteſt dari abſque ſubiecto motus, aut mutatio naturalis,
D licèt de non eſſe concipiatur aliquid tranſire ad eſſe, quia terminus à quo motus naturalis debet eſſe priuatio, non negatio; ſi autem res tranſeat à non eſſe ſimpliciter ad eſſe, terminus à quo erit negatio: actio ergo in rigore, & paſsio non eſt agere, & fieri, ſed agere, & fieri in ſubiecto.

Creatio tũ actiua, tum paſſiua nequit dici in rigore actio, & paſſio.

An autem creatio paſsiua, & actiua poſsint dici actio, & paſsio licèt alterius generis, & ordinis, erit tantùm quæſtio de nomine; in rigore tamen neque poſſunt dici actio, nec paſsio, niſi per quandam analogiam, ſicut neque creans propriè loquendo deberet dici agens, ſi agens tantùm deſumat denominationem ab actione.

E *Obiicies ſecundò*, potentia paſsiua oon patitur niſi inquantum recipit actionem, ergo paſſio eſt recepno formæ in ſubiecto.

Reſpondetur, nego conſequentiam, & eſt tranſitus à ſenſu identico ad formalem, licèt enim potentia paſsiua non patiatur niſi recepta actione, actu tamen fit patiens per actionem, quia paſsio non eſt niſi actus patientis, actus autem patieotis noo eſt receptio paſsionis, ſed quid diſtinctum à receptione, hoc autem non poteſt eſſe niſi fieri formæ in ſubiecto, vt inductione patet; Neque enim rectè inferret quis, materia non informatur niſi in quantum recipit

formam, ergo actus materiæ eſt receptio formæ. Hæc de actione, & paſſione: Nunc ad motum regrediamur.

Sectio V.

An actio, paſſio, & motus formaliter diſtinguantur.

SVpposito hæc tria eſſe idem realiter, *prima ſententia* vult motum non diſtingui realiter ab actione, & in eodem poni prædicamento.

Secunda eſt, diſtingui hæc tria inter ſe eſſentialiter, ſeu ratione ratiocinata.

Suarez.

Tertia eſt propria Suarez, diſput. 49. ſect. 2. num. 12. Motum non diſtingui à paſſione, neque ratione ratiocinata, ſed tantùm appellatione.

Areſius.

Quarta eſt Areſij, qui ait motum dupliciter poſſe ſumi, & vt eſt tranſitus quidam à termino à quo ad quem, & vt eſt idem cum termino ad quem. Priori modo motus non eſt idem cum paſſione, poſteriori modo maximè: imò addit, licèt id verum ſit realiter, formaliter tamen ratione ratiocinata nedum, ſed etiam ex natura rei motum differre à paſſione.

Prima concluſio. Motus, vt motus eſt, metaphyſicè, ſeu formaliter ſumptus non eſt actio.

Principia tranſmutationis cur tãtùm tria.

Probatur primò, poſito quòd intelligatur ſubiectum tranſire nullo concepto agente intelligitur moueri, vt alibi diximus: inde tranſmutationis principia tantùm tria, ergo in ea ratione intelligitur motus. Secundò, actio, vt actio eſt, metaphyſicè ſumpta eſt forma denominans agens, ſed motus non denominat agens, ergo. Minor probatur, quia motus, vt motus eſt, denominat rem formaliter motam. Tertiò ex Ariſtot. hìc tex. 8. *Aliquod agens eſt immobile*, ergo actio non eſt motus.

Secunda concluſio. Motus, vt motus eſt, & vt eſt quidam tranſitus à termino à quo ad quem metaphyſicè ſumptus, non eſt paſſio.

Aër, perſeuerante lumine, verè patitur, nec mutatur.

Probatur, quia motus, vt motus eſt, ſecundùm ſuam rationem dicit, & connotat aliquo modo priuationẽ formæ, eſt enim actus entis in potentia prout in potentia, ſed paſſio vt paſſio non neceſſariò hoc requirit, ergo. Minor probatur in cõtinua, & perſeuerante illuminatione aëris, tunc enim aër verè patitur, & non dicitur verè, & formaliter mutari, quia mutari dicit aliter ſe habere: quòd verò aër patiatur patet, quia eſt eadem actio producens lumen, quæ erat antea, ergo & eadem paſſio.

Confirmatur, motus, vt motus eſt, eſt actus imperfectè actuans ſubiectum, conſtituens illud ad terminum: paſſio verò præſcindit, quia poteſt eſſe paſſio, & non imperfecta.

Denique motus eſt in prædicamento termini, vt communiter fatentur ex Ariſtot. hìc tex. 4. Vbi ait motum nil aliud eſſe præter rem, cùm intrinſecè ſit via ad terminum: paſſio verò habet diſtinctum prædicamentum.

Areſius.

Tertia concluſio. Cùm terminus adueniens ſubiecto facit vt ſubiectum formaliter muterur, vt cùm per albedinem ſubiectum ex non albo fit album, tunc motus ille non diſtinguitur à paſſione ex natura rei, ſed tantùm formaliter, eſt contra Areſ. diſp. 5. quæſt. 40. ſect. 2. conc. 4.

Prima pars probatur primò, neque enim datur motus, qui ſit idem formaliter ac terminus, vt infrà dicemus, ergo neque tunc motus, & paſſio diſtinguentur ex natura rei.

Secundò, ſubiectum cùm ex non albo fit album, inde optimè intelligitur mutari, ſi intelligatur albedinem fieri in ſubiecto, ergo fieri albedinis in ſubiecto, & mutari non ſunt diſtincta ex natura rei. Conſequentia patet.

Secunda pars probatur, quòd videlicet motus, & paſſio tunc formaliter diſtinguantur, quia licèt idem ſit in re fieri albedinis in ſubiecto, & ſubiectum mutari formaliter; tamen fieri albedinis abſtrahit à termino à quo, & ad quem, & tantùm dicit formam, & ſubiectum: ſubiectum autem mutari ſemper connotat terminum à quo, & ad quem, ergo. Antecedens patet, quia mutari formaliter dicit ſubiectum aliter ſe habere, ergo formaliter vtrumque terminum.

Quinta concluſio. Actio, & paſſio diſtinguuntur formaliter.

Patet ex dictis; actio enim dicit ordinem primariò ad patiens, ſecundariò ad agens: Econtrà paſſio primariò ad agens, ſecundariò ad paſſum, ergo formaliter diſtinguuntur.

Secundò probatur, quia licèt actio, & paſſio ſit fieri effectus in ſubiecto, prout tamen hoc fieri effectus ſe tenet ex parte agentis, dicens relationem ad patiens, dicitur actio: prout ſe tenet ex parte patientis, dicens ordinem ad agens, eſt paſſio.

Actio, paſſio, & Motus in quo differant.

Et ex his patet in quo differant actio, paſſio, & motus, eſt enim idem modus, qui vt ſe tenet ex parte agentis, eſt actio: ex parte patientis, paſſio: vtrumque terminum inuoluens, motus.

Obiectio 1.

Obiicies primò contra primam concluſionem, actio, vt actio eſt, eſt quid imperfectum tendens ad perfectum, dicens ordinem ad terminũ, quem debet producere, at id eſt motus, ergo. Confirmatur, quia mouens, in quantum mouens, eſt vera cauſa efficiens, ergo actio, vt actio eſt, eſt mouens.

Actio quid dicat ſupra motum.

Reſpondetur, actio eſt quid tendens, & dicens ordinem ad terminum dando illi eſſe effectiuè: motus verò non dat eſſe effectiuè termino, ſed tantùm ordinat, & reddit ſubiectum tranſiens ad terminum; Eſt enim motus formaliter via, de cuius ratione non eſt dare eſſe efficienter termino, ſed ordinare ſubiectũ ad illum: actio verò præter eſſe viæ, dicit etiam efficientiam, ſeu eſt etiam modus, quo agens dat eſſe effectui.

Inſtabis, etiam motus eſt via dans eſſe effectui. Probatur, quia calefactio eſt motus ad calorem.

Reſpondetur, calefactio eſt motus ad calorem in ſenſu phyſico, concedo; non autem præcisè in ſenſu formali, & metaphyſico. Patebit falſitas propoſitionis ſi dicamus, tranſitus ad calorem eſt calefactio, prout dat eſſe calori: Sic negabitur ſimpliciter propoſitio, quia tunc ſumitur motus præcisè ſumptus. Ex his patet ad confirmationem.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò contra ſecundam concluſionem, paſſio, vt paſſio eſt, eſt actus paſſi dicens ordinem ad ſubiectum, ſed motus formaliter eſt huiuſmodi, eſt enim actus entis in potentia, ergo.

Confirmatur primò, mobile actu, in quantum tale, eſt paſſum, ergo motus, à quo deno-

ninatur pati, erit paſſio; & moueri, pati.

Confirmatur ſecundò, motus, & paſſio reſpiciunt ſubiectum ſecundùm eamdem capacitatem, ergo ſunt vna ratio formalis. Antecedens patet, quia potentia paſſiua, & potentia mobilis ſunt omnino idem, nec inter ſe diſtinguuntur.

Paſſio, & Motus diuerſimodè reſpiciunt ſubiectum.

Reſpondetur, alio modo paſſio reſpicit ſubiectum, alio modo motus: Paſſio reſpicit ſubiectum in quantùm patibile eſt: motus verò reſpicit ſubiectum in quantùm tranſmutabile, ſeu transferibile; poteſt enim dari paſſio abſque tranſmutatione, vt patet in conſeruatione. Vel, motus formaliter non determinat ſubiectum patiens, ſeu recipiens, ſed vt conſtituens illud ad perfectionem, quæ non fit motus; paſſio verò conſtituit ſubiectum vt recipiens, & patiens.

Ad primam confirmationem, mobile eſt paſſum, & moueri eſt pati in ſenſu phyſico, non metaphyſico, per motum enim res conſtituitur tranſiens à termino à quo ad quem, non per paſſionem. Eſt ergo perpetuum ſophiſma aduerſariorum à ſenſu identico ad formalem.

Ad ſecundam, tranſeat antecedens, negatur conſequentia, non enim ſufficit vt eadem capacitas reſpiciatur à paſſione, & motu; ſed requiritur vt reſpiciatur eodem modo: Paſſio reſpicit ſubiectum vt illud afficiens, motus vt conſtituens illud ad aliud: ſic forma accidentalis, & ſubſtantialis reſpiciunt eamdem eſſentialem potentiam materiæ & tamen non eſt vnus ordo accidentis, & ſubſtantiæ.

SECTIO VI.

An vnio, & dependentia ſint omnino idem cum motu.

RATIO difficultatis eſt, quia vnio eſt connexio duorum extremorum, motus verò eſt tranſitus, ergo vnio non eſt motus.

E contrà, ſubiectum moueri ad formam eſt ſubiectum ire ad formam, & motus eſt quædam itio ad terminum, ſed ſubiectum non it ad terminum niſi per vnitionem, ergo motus nil aliud eſt realiter quàm vnitio.

Radix difficultatis.

Secundò, quæ prædicantur de motu ſecundùm ſuam entitatem, prædicari poſſunt de vnione, vnio enim eſt quaſi quædam ratio adductiua termini in ſubiecto, & ratio cur forma in ſubiecto recipiatur, natura prior eodem termino, per cuius entitatem præciſè non tollitur priuatio: patet, quia terminus eſt, qui opponitur priuationi, non vnio: Item licèt cum vnione ſit etiam terminus, non inde fit, vt non poſſit eſſe motus, cùm id accidat tantùm ratione termini formaliter, ſicut etiam dicimus de generatione, quæ etiam fit in inſtanti.

Imò videtur motum eſſe formaliter vnitionem, eſt enim etiam vnitio actus entis in potentia prout in potentia, ergo motus, & vnitio ſunt formaliter idem.

Vnio quotupliciter ſumi poſſit.

Notandum primò vnionem poſſe ſumi dupliciter: Primò vt dicit coniunctionem duorum extremorum in facto eſſe: ſecundò vt dicit coniunctionem extremorum in fieri, connotantem immediatè antea præceſſiſſe priuationem formæ. Primo modo vnio, vt vnio eſt, habet tantùm rationem nexus: ſecundo modo habet rationem, vt ſic dicam, itionis, & quodammodo viæ, & dicitur potiùs vnitio; ſubiectum enim non dicitur ire, & moueri ad formam quandocunque habet vnionem cum forma, quia poteſt habere vnionem ceſſante motu, ſed tantùm prout habet nunc primò vnionem.

Item motus.

Notandum ſecundò, motus etiam poteſt conſiderari dupliciter, adæquatè, vt dicit trãſitum à termino à quo ad quem, connotans & formam, & priuationem eiuſdem: ſecundò inadæquatè prout tantùm dicit formam in ſubiecto. Difficultas modò eſt de vnione, & motu vtroque modo accepto.

Prima concluſio. Vnio in facto eſſe, prout tantùm dicit nexum extremorum, non differt realiter à motu inadæquatè ſumpto dicente formam in ſubiecto.

Probatur, quia motus, prout tantùm dicit formam in ſubiecto, & non priuationem eiuſdem dicit formam vnitam ſubiecto, ſeu ſubiectum ſub forma: hoc ipſum phyſicè dicit vnio, ergo vnio in facto eſſe phyſicè, & realiter non diſtinguitur à motu.

Secunda concluſio. Motus adæquatè ſumptus eſt idem realiter cum vnione in fieri.

Probatur primò, quia motus eſt itio quædam ſubiecti ad formam, ſed hæc itio non eſt niſi vnitio, ergo vnitio eſt motus.

Secundò, quæ tribuuntur motui, optimè conueniunt vnioni in fieri, & poſita vnione in fieri, nil vltrà requiritur ad ponendum motum, ergo.

Tertiò, ſi differrent realiter, ad motum daretur motus, quod eſt falſum. Sequela probatur, quia vnitio eſt quædam itio, vt diximus, ſi ergo motus præcederet vnitionem, præcederet itionem, & quodammodo motum.

Obiectio 1.

Obiicies primò, motus localis eſt verus motus, at motus localis non eſt aliqua vnio ſubiecti cum forma, ſeu termini phyſicè, & realiter. Minor probatur, quia vel mobile comparatur ad vbi intrinſecum, vel cum loco extrinſeco: ſi ad vbi intrinſecum, tunc eſt motus, & non eſt vnio, quia inter mobile & vbi non requiritur vnio, quia vbi eſt modus, & ſeipſo vnitur: ſi cum loco extrinſeco, tunc etiam neque eſt vnio, quia mobile non vnitur loco extrinſeco, ſed tantùm illi coëxiſtit.

Vnitio quãdo identificetur cum motu.

Reſpondetur, motum eſſe realiter vnionem, ſeu vnitionem identificari cum motu, cùm forma, ad quam tendit mobile, illam exigit; cùm autem nulla requiritur vnio intrinſeca inter mobile, & locum extrinſecum, item neque, vbi modum aliquem diſtinctum requirat, per quem vniatur ſubiecto, ideò nil mirum, ſi tunc motus localis non ſit realiter vnio.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, actio, paſſio, & motus ſunt realiter idem modus, ſed vnio realiter non eſt actio, ergo neque motus. Minor probatur, quia vnio eſt potiùs terminus actionis. Item, vt diximus diſput. 6. de Forma ſect. 3. alia eſt actio, quâ forma educitur, & alia qua vnitur, ergo vnitio realiter non eſt actio quâ forma producitur.

Reſpondetur, vnio in facto eſſe eſt quodammodo terminus actionis, concedo. In fieri eſt ipſamet actio, qua forma fit in ſubiecto, & illi vnitur.

Ad confirmationem, licèt alia partialis actio ſit, per quam fit forma, ab ea partiali actione,

per quam ſit voio formæ cum ſubiecto; conſiciunt tamen hæ partiales actiones vnam totalem, per quam agens dicitur adæquatè formam producere, illam educendo à ſubiecto, eámque illi vniendo. Vnino ergo eſt idem realiter cum actione totali, non cum qualibet partiali: reuera enim vnitio tantùm identificatur cum actione vnitiua, noo cum eductiua. Dicitur verò actio eductiua, & vnitiua vna totalis, ſaltem ratione termini, quia adæquatus terminus vtriuſque eſt vnio ſubiecti cum forma, ſeu compoſitum. A

Vnitio qua ratione idē realiter cum actione totali.

Tertia concluſio. Vnio tum in fieri, tum in facto eſſe diſtioguitur à motu, actione, & paſſione formalitet, ſeu ratione ratiocinata.

Vnitio quomodo dicatur Actio, Paſſio, & Motus.

Probatur, quia vnitio, quatenus eſt actus extrinſecus agenns, & ſe tenet ex parte illius, ſeu quatenus eſt id, quo agens ponit formam in ſubiecto, & dat eſſe toti, dicitur actio: quatenus eſt fieti ſotmæ non ſimpliciter, ſed in ſubiecto illam vniendo, dicitur paſſio: quatenus eſt itio, ſeu actus, quo ſubiectum à termino à quo tranſit ad terminum ad quem, dicitur motus: Quatenus verò tantùm dicit coniunctionem in fieri ſubiecti cum forma, concipiendo ſolùm ſubiectum, & terminum ad quem, eſt vnitio. B

Quarta concluſio. Vnio in facto eſſe differt formaliter à motu ioadæquatè ſumpto, prout motus dicit tantùm fotmam in ſubiecto.

Probatur, diuerſus eſt effectus formalis vtriuſque, ergo ſaltem diuerſa ratio formalis. Antecedens probatur, quia effectus formalis vnionis vt ſic in facto eſſe eſt reddete vnum; mutus verò inadæquatè ſumpti eſt, reddere ſubiectum qua ſub tali forma. C

Quinta concluſio. Vnio tum in fieri, tum in facto eſſe formalitet diſtinguitur à dependentia, qua effectus depender.

Patet ex dictis, depeodentia enim tantùm formaliter diſtinguitur ab actione, paſſione, & motu, & eſt idem realiter cum his omnibus, ergu & idem realiter cum vnione, & ab ea tantùm formaliter diſtincta. Confirmatur, dependentiæ eſt conſeruari in eſſe, ergo formaliter à ſingulis diſtinguitur. D

Appendix.

Cur in nullo prædicamento ſit motus.

CVM motus formaliter diſtinguatur à paſſione, & actione, & in neutro iſtorum prædicamentorum collocetur, cur in prædicamento ſui termini, & non diſtinctum conſtituit?

Reſpondent quidam, quia motus eſt omnino idem cum termino, non cum actione, & paſſione.

Non placet, quia motus, vt dicemus, diſtinguitur à termino ex natura rei. E

Quidam, quia motus eſt quid imperfectum. At ſi nil aliud addunt, nec rectè; actio enim, & paſſio, imò & relatio ſunt entia omnino imperfecta, proprium tamen conſtituunt prædicamentum.

Dicendum ergo, motus communiter pooitur in prædicamento ſui termini, nec proprium conſtituit, quia eſt quid imperfectum inter ens, & non ens; eſt enim receſſus à non ente ad ens, & includit formalitet negationem, & terminum; actio verò non eſt huiuſmodi, quia poteſt dari actio ſine tali negatione, vt in cōſeruatione.

Item in prædicamentis ponuntur ea, de quibus ſimpliciter prædicari poteſt, quòd ſint actus vel habitus, vel potentiæ; Motus verò ex Ariſt. eſt medium quid participans ex actu, & potentia, quod non habent cætera prædicamenta.

DISPVTATIO SECVNDA.

De terminis motus.

Sectio I.

Quomodo motus diſtinguatur à termino à quo, & ad quem.

DVPLEX *poteſt eſſe hic difficultas*, tum de motu priuatiuo, ſeu corruptionis: tum de poſitiuo, ſeu effectionis: prius de poſitiuo.

Et quod ſpectat ad terminum ad quem, *prima ſententia* aſſerit motum ab eo diſtingui realiter. Eſt Thien. 3. phyſ. quæſt. 1. Burlei, & Veneti ibid. tex. 11. & 18. Auteol. apud Capreol. & aliorum.

Thienaus. Burleus. Venetus. Auteolus.

Secunda eſt Perer. lib. 10. cap. 10. Soncin. 5. Metaph. quæſt. 16. Buridani 3 phyſ. quæſt. 2. Alberti à Saxon. quæſt. 4. & 5. Ferrar. & Soti quæſt. 2. Tolet. quæſt. 3. hîc, qui volunt diſtingui tantùm ratione ratiocinata.

Perer. Soncinas. Buridanus. Albert. à Saxon. Ferrarien. Sotus. Toletus.

Tertia eſt Areſij, lib. 1. diſput. 5. quæſt. 37. ſect. 3. & quæſt. 4. ſect. 2. Vult motum adæquatè ſumptum diſtingui à termino realitet, ſicut totum à parte: Motum verò inadæquatè ſumptum nullo modo neque realiter, neque modaliter, ſed cum illo identificari.

Areſius.

Quarta eſt communis, motum videlicet diſtingui à termino ad quem ex natura rei. Ita Ruu. 3. phyſ. quæſt. 4. Conimb. quæſt. 3. art. 2.

Ruuius. Conimb.

Prima concluſio. Motus adæquatè ſumptus, vt eſt tranſitus à termino à quo ad quem, vtrumque terminum in ſuo formali conceptu includit, nec magis vnum quàm alium.

Probatur, quia de ratione tranſitus, & viæ eſt vnum terminum acquirere, alterum relinquere, ergo vterque terminus eius eſſentiam conſtituit.

Secunda concluſio. Motus etiam adæquatè ſumptus, prout dicit tranſitum à termino à quo ad quem, tantùm identificatur cum termino ad quem, neque ab eo realiter diſtinguitur. Eſt contra Areſ.

Probatur, quia motos eſt ipſum fieri formæ, ſeu termini ad quem, & non eſt fieri termini à quo, imò potiùs abiectio illios, ergo eſt maior ratio cur identificetur cum illo quàm cum hoc.

Obiectio 1.

Obiicies, Vterque terminus eſt de eius formali conceptu, ergo cum vtroque identificatur.

Motus cur non identificetur cum vtroque termino, & ſi ambo ſint de eius formali conceptu.

Reſpondetur, negando conſequentiam, paternitas enim nequit concipi abſque filiatione, & eſt de eius formali conceptu; & tamen non ſunt idem realiter. Item de conceptu eſſentiali vniunis adæquato ſunt duo extrema vnita, nequit enim concipi vnio, niſi plura vniat, & tamen probabile communiter putant tantùm identificari cum altero extremorum. Denique de conceptu formali actionis eſt agens, & actio non identificatur cum agente.

Obiicies

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò* ex Areſ. Totum diſtinguitur à parte realiter, ſed motus, vt eſt tranſitus adæquatè ſumptus à termino à quo, & ad quem, eſt quoddam totum, ergo realiter diſtinguitur à termino ad quem, qui eſt eius pars.

Reſpondetur, motum, & tranſitum non eſſe entitatem quamdam ex vtroque termino conflatam, ſed eſſe modum, qui identificatur cum termino ad quem, ideo ab eo non diſtinguitur realiter: vidcóque Areſium noſtrum tranſiſſe ab entitate motus ad conceptum formalem motus.

Tertia concluſio. Motus inadæquatè ſumptus, prout ſignificat terminum ad quem aduentre ſubiecto, vt loquitur Areſ. ſeu, vt cæteri loquuntur, motus præciſè ſumptus, vt eſt tantùm quidam tranſitus, & fieri termini in ſubiecto, diſtinguitur ex natura rei, & tanquam modus à re, ab eodem termino.

Probatur, motus eſt fieri termini, ſeu aduentus termini in ſubiecto à termino ſeparabilis in re; at hoc fieri, ſeu hic aduentus non diſtinguitur ab eodem vt res à re, ergo ſaltem modaliter.

Item multa conueniunt motui ante omnem intellectum, quæ non conueniunt termino, vt ex dictis patet, ergo motus, & terminus diſtinguuntur ex natura rei, non realiter, ergo modaliter.

Deniqoe, *ad formam eſt motus, ad motum non eſt motus*, 5. Phyſic. tex. 10. ergo.

Obiectio 1. *Obiicies primò*, ſi motus diſtingoeretur ex natura rei à termino, ſubiectum moueretur duplici motu, quod implicat.

Reſpondetur, nego ſequelam: ſequeretur id, ſi motus eſſet realis eotitas à termino diſtincta.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, generatio non differt à re genita, ergo neque motos à ſuo termino. Antecedens probatur, quia ſi generatio eſſet modus diſtinctus, inter eſſe, & non eſſe formæ ſubſtantialis daretur medium: item non poteſt aſſignari inſtans, in quo forma ſit affecta hoc modo: item hic modus in eodem inſtanti inciperet eſſe, & deſineret, quæ ſunt abſurda.

Confirmatur, motus localis nil aliud eſt niſi diuerſa vbi ſibi inuicem ſuccedentia, iis enim tantùm poſitis, ſtatim intelligitur motus localis.

Reſpondetur, non implicat concipere in re, quæ fit in inſtanti fieri, & factum eſſe, ita neque pugnat concipere in forma modum, qui cum illa identificetur dum fit, præſertim cùm is modus non ſit niſi ipſum fieri: ita neque implicat rem in inſtanti eſſe, & deſinere, ſi deſinat tantùm quoad aliquod connotatum, vt in caſu noſtro.

Ad confirmationem, motom localem non eſſe diuerſa vbi ſibi inuicem ſuccedeotia, ſed acquiſitionem eorumdem. Ad probationem reſpondetut, negando antecedens, ſi enim Deus aliquid crearet hîc, tunc noo intelligeretur motus, ſed neque ſi idem pluries, & pluries crearet in diuerſis vbi ſibi inuiceoi ſuccedentibus: ſucceſſio igitur plurium vbi vt ſic non eſt motus localis. Tum etiam poteſt dari acquiſitio termini, & localis motus abſque quòd concipiantur plura vbi ſibi inuicem ſuccedentia, vt cùm angelus à loco inadæquato transfert ſe iu alium adæquatum, vt alibi diximus.

Refelluntur ab eſſentia motus diuerſa vbi ſibi inuicem ſuccedétia.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*, ex dictis motus quoad entitatem remanet cum termino, licèt pereat quoad connotationem, ergo non eſt à termino ſeparabilis, oec ab eo ex oatura rei diſtinguetur.

A Reſpondetur, qooad diſtinctionem ex natura rei inter motum, & terminum ſufficit ſi ſaltem per diuinam potentiam poſſit dari terminus abſqoe motu, vt ſi producatut calor, & non in ſubiecto, tunc erit terminus, & nulla mutatio ex noſtris principiis.

Quarta concluſio. Motus præciſè ſumptus, vt eſt fieri termini poſitiui, diſtinguitur à termino à quo poſitiuo realiter: à termino à quo, qui ſit tantùm priuatio, pluſquam realiter, id eſt vt res à non ente.

Prima pars probatur, quia terminus ad quem realiter diſtinguitur à termino à quo poſitiuo, ergo & motus, qui cum termino ad quem identificatur, quia modus identificatur cum re, cu-
B ius eſt modus, ergo & realiter diſtinguitur ab eo, quod noo eſt id, cuius eſt modus. Secunda pars patet.

Sectio Secvnda.

An motus priuatiuus modaliter diſtinguatur à ſuo termino ad quem.

Motus poſitiuus, & priuatiuus, qui?

NOTANDVM *primò*, motus poſitiuus dicitur is, qui tendit ad terminum poſitiuũ, vt acquiſitio caloris; motus verò priuatiuus is eſt, qui tendit ad abiectiooem termini, ſeu ad
C priuationem formæ poſitiuæ, vt abiectio frigoris: vterque motus ſimul reperitur in aqua cùm ex frigida fit calida: eſt corruptio frigoris tendens ad priuationem eiuſdem, geoeratio, ſeu productio caloris ad calorem. Quæritur modò, an ſicut acquiſitio, & fieri caloris identificatur cum termino ad quem, & tantùm modaliter diſtinguitur, ita etiam abiectio frigoris diſtinguatur modaliter à priuatione frigoris, ad quam tendit.

Mutatio priuatiua nec actio poſitiua, nec paſſio, nec motus poſitiuus.

Notandum ſecundò tanquam certum, huiuſmodi mutationem priuatiuam non identificari cum actione poſitiua, quia actio eſt effectio effectus ab agente, vt diximus; & etiam, quia nequit
D quid poſitiuum per ſe tendere ad non eſſe: Neque identificari cum paſſione, ſiue reſpectu formæ, ſiue reſpectu ſubiecti, forma enim, quæ corrumpitur, neque in rigore dicitur pati, nec patitur ſubiectum, cùm potiùs, dum deſinit forma, deſinat paſſio: Neque identificari cum motu poſitiuo, ſed ab eo realiter diſtingui, cùm poſſit eſſe vnus ſine alio, vt ſi produceretur calor conſeruato per diuinam poteotiam frigore in eodem ſubiecto, tunc daretur motus poſitiuus abſque priuatiuo. Conceditur tameo huiuſmodi mutationem à philoſophis dici poſſe mutationem, & tranſitum, & de hac inquirimus an identificetur cum termino priuatiuo, ad quem tendit.

E *Quidam volunt* motum priuatiuum diſtingui realiter à priuatione, ad quam teodit, quia abiectio v. g. frigoris eſt mutatio realis, priuatio verò, non ens.

Alij diſtingui modaliter, quia motus priuatiuus eſt modus afficiens formam tendentem ad non eſſe.

Prima concluſio. Huiuſmodi motus priuatious, ſeu potiùs mutatio non eſt modus, qui poſitiuam dicat entitatem afficientem formam tendentem ad non eſſe, aut ſubiectum, ita vt dicatur priuatiuus tantùm ratione termini; ſed eſt merè non ens conceptum ad modum entis.

Digitized by Google

Probatur, quia corruptio eſt deſinere rei, deſinere autem in ipſa re non eſt niſi amiſſio exiſtentiæ, dependentiæ, & conſeruationis, ergo non eſt aliquis modus poſitiuam dicens entitatem, imò potiùs amiſſio modi poſitiui.

Obiectio. *Obiicies*, ita ſubiectum concipitur mutari cùm tranſit à frigore ad non frigus, ſicut cùm à non frigore ad frigus; vtrobique enim aliter atque aliter ſe habet, ergo ſi mutatio à non frigore ad frigus eſt realis, talis erit mutatio à frigore ad non frigus.

Reſpondetur, eſſe diſparem rationem, quia dum ſubiectum tranſit à frigore ad non frigus, motus ille non eſt modus aliquis poſitiuus ex parte ſubiecti, ſed priuatio modi poſitiui, deſitio formæ, & vnionis, licèt nobis ſecundùm noſtrum modum concipiendi aliter videatur: non ſic cùm ſubiectum tranſit à non frigore ad frigus, vt patet.

Secunda concluſio. Huiuſmodi mutatio priuatiua, ſeu potiùs corruptio non eſt, neque diſtinguitur realiter à priuatione, ad quam tendit; ſed potiùs, ſecundùm noſtrum modum concipiendi, cum illa identificatur.

Probatur, quia motus poſitiuus identificatur cum termino ad quem poſitiuo, ergo priuatiuus cum termino ad quem priuatiuo.

Obiectio 1. *Obiicies primò*, corruptio, vt corruptio eſt, non competit niſi rei poſitiuæ, connotat enim formam poſitiuam deſinere, ergo eſt aliquis modus poſitiuus illius.

Reſpondetur, nego conſequentiam, non enim ſufficit, vt aliquid dicatur poſitiuum, vt connotet aliquid poſitiuum; imò ſicut ens poſitiuum poteſt connotare aliquid priuatiuum, vt generatio, quæ connotat non ens, tanquam terminum à quo, ita ens priuatiuum poteſt in ſuo conceptu connotare aliquid poſitiuum.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, omne quod corrumpitur, à contrario corrumpitur, ergo per actionem; conſequentia probatur, quia dum à contrario dicitur corrumpi, ergo contrarium aliquid poſitiuè agit: tum ſic, eſt poſitiua actio, ergo & poſitiua paſſio, & poſitiua mutatio.

Reſpondetur, de hac re alibi latiùs; cùm autem contrarium contrarium deſtruit, non intercedit aliqua poſitiua actio per ſe, quæ enim deſinunt, vel ob ſolam incompoſſibilitatem deſinunt, vel quia nequeunt ſe conſeruare ad ſolam præſentiam oppoſiti, vt accidit frigori ad aduentum caloris.

SECTIO III.

Quinam poſſint eſſe termini per ſe motus tum ſucceſſiui, tum inſtantanei.

LOQVIMVR de termino ad quem, qui per ſe acquiritur, & non ad poſitionem alterius, vt accidit in relatione, quæ fit per ſolam reſultantiam. Quoad terminos motus ſucceſſiui, hæ conditiones requiruntur communiter. *Requiſita ad motum ſucceſſiuũ.* Prima, vt habeat aliquam latitudinem, aliter terminus non poterit ſucceſſiuè acquiri: Secunda, vt habeat aliquam oppoſitionem, non quidem priuatiuam, quia ſic omnia prædicamenta poſſent ſucceſſiuè acquiri. ſed neque propriam, & in rigore, aliter ſola qualitas poſſet eſſe terminus motus ſucceſſiui; ſed tantùm ſufficit aliqualis diſtantia inter vtrumque terminum, vel obſiſtentia. Huiuſmodi autem diſtantia poteſt eſſe triplex. Alia dicitur intentionis, vt inter calorem vt quatuor, & calorem vt octo: alia extenſionis, vt inter quantitatem palmarem, & tripalmarem: Alia eſt diſtantia ſpatij, quæ inter duo ſpatia reperitur.

Ex his colligitur primò, ſubſtantiam non poſſe eſſe terminum motus ſucceſſiui, cùm non ſuſcipiat magis, & minus, & ſit omnino indiuiſibilis; licèt enim acquiratur interdum per nutritionem, quæ ſucceſſiua eſt, id tamen non accidit ratione ſubſtantiæ, ſed alterationis: hinc ſæpè Ariſtot. etiam generationem ſucceſſiuam appellat. *Corol. 1. Subſtantia nequit eſſe terminus motus ſucceſſiui.*

Dices, forma ſubſtantialis, vt diximus, eſt ſubiectum quantitatis, ergo non eſt omnino indiuiſibilis.

Reſpondetur, forma ſubſtantialis non habet partes, neque eſt extenſa ratione ſui, ſed ratione materiæ, cui debet coaptari. Videatur Suarez diſput. 14. ſect. 5. *Suarez.*

Colligitur ſecundò, neque relationem, neque paſſionem, neque quando, neque ſitum, aut habitum poſſe eſſe per ſe motus ſucceſſiui terminos. *Corol. 2. Sed neque relatio, paſſio, quando, ſitus aut habitus.* Probatur, quia ad relationem non eſt motus, ſed tantùm reſultantia: Actio, & paſſio ſunt via ad terminos, ergo neque termini motus, ſed tantùm impropriè: quando, ſeu intrinſeca duratio non eſt terminus productionis, aut conſeruationis, niſi quatenus identificatur cum termino, ad quem ordinatur productio: ſitus acquiritur ad acquiſitionem modi illius, qui dicitur vbi: Habitus ſiue intrinſeca, vel extrinſeca denominatio, alibi; certum tamen eſt non acquiri niſi ad motum, & applicationem veſtis.

Dices, homo dum ſe induit, motus ille primariò tendit ad eſſe loricatum, vel veſtitum, idipſum poteſt dici de nonnullis ex prædictis prædicamentis. ergo.

Reſpondetur, cùm quis ſe induit, motus ille primariò tendit ad eſſe loricatum quoad intentionem, concedo: non tamen quoad executionem.

Colligitur tertiò, terminus per ſe motus ſucceſſiui poteſt eſſe vbi, & quantitas, non quidem quoad productionem, quia, vt diximus, eſt coæua materiæ, ſed quoad accretionem, habet enim latitudinem extenſiuam, quæ ſufficit ad motum ſucceſſiuum. *Corol. 3. Vbi, & quantitas quomodo termini motus ſucceſſiui.*

Dices, quantitas in accretione acquiritur ad acquiſitionem ſubſtantiæ, ergo non eſt terminus per ſe motus.

Reſpondetur, accretio non eſt motus ad ſubſtantiam, ſed generatio: accretio verò tantùm terminatur ad quantitatem, ideò quantitas per ſe terminus illius; in augmentatione enim non eſt vnus, ſed duplex motus, alter generationis, alter accretionis: generationis terminus eſt ſubſtantia, accretionis quantitas, & alter alterum ſequitur.

Colligitur quartò, qualitas, quæ habet extenſionem aliquam intenſiuam, poteſt eſſe terminus per ſe motus ſucceſſiui: huiuſmodi eſt qualitas tertiæ ſpeciei, paſſio videlicet, & paſſibilis qualitas vt calor, & frigus: Reliquæ verò ſpecies, vt forma, & figura acquiruntur ſolùm conſecutiuè ad acquiſitionem vel vbi, vel quantitatis. *Corol. 4. Quænam qualitas terminus talis motus.*

Digitized by Google

Dices, figura eſt terminus quantitatis, ſed terminus quantitatis eſt terminus motus ſucceſſiui, augmentationis videlicet; ergo.

Reſpondetur, figura non eſt tantùm terminus quantitatis importans quantitatem maiorem, vel minorem, ſed eſt modus quidam afficiens terminum quantitatis, qui cùm ſit, & conſiſtat in indiuiſibili, nullo pacto poteſt eſſe terminus motus ſucceſſiui. Conſiſtit autem figura in indiuiſibili, quia ſi lineæ vel paulum diſiungantur, vel incuruentur, ſtatim deſinit eſſe talis figura.

Aduertendum verò, quantitatem, vbi, & qualitatem dici terminos per ſe motus ſucceſſiui, non quia per ſe, & eſſentialiter petant ſucceſſiuè acquiri, vt diſput. præced. ſect. 3. diximus, B ſed dicuntur termini per ſe motus ſucceſſiui, quia non acquiruntur ad acquiſitionem alterius, neque per reſultantiam, reuera enim illis accidit ſucceſſiua acquiſitio, vt vidimus.

Quantitas, vbi, & qualitas cur dicantur terminare per ſe motum ſucceſſiuũ.

Sectio IV.

Quales, & quot debeant eſſe termini motus.

PRIMA *concluſio*. Termini motus debent eſſe oppoſiti: Item reſpectu motus ſucceſſiui debent eſſe diuiſibiles, vel re, vt accidit C in motu recto, vel ratione, vt in circulari.

Prima pars patet, quia motus eſt acceſſus ad terminum ad quem, & receſſus à quo, quorum alter acquiritur, alter reiicitur, ergo neceſſariò oppoſiti.

Obiectio 1. *Dices primò*, cùm angelus ex loco inadæquato fit præſens loco adæquato, terminus à quo non abiicitur, neque eſt receſſus aliquis, & eſt verè motus, vt diximus, ergo.

In motu angelico qualis oppoſitio ſufficiat. Reſpondetur, in eo caſu angelus ex non eſſe hîc fit hîc, & hoc pacto dicitur terminus à quo abiici, & hæc oppoſitio ſufficit.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, motus debet fieri inter terminos poſitiuos, D ergo vel tunc angelus non mouetur, vel termini non oppoſiti.

Reſpondetur, ad motum non requiri terminos poſitiuos, ſed ſufficit ſi vnus terminus includat abſentiam alterius, vt patet hîc.

Secunda pars probatur, vel mobile eſt totum in termino à quo, & ad quem, vel partim in vno, partim in altero: non primum, quia ſic nequit intelligi motus, ergo ſecundum, ergo termini diuiſibiles.

Secunda concluſio. In quolibet motu debent eſſe duo termini. Patet quia motus eſt eſſentialiter tranſitus.

Tertia concluſio. In eodem motu non niſi vnus terminus ad quem, & vnus à quo.

Prima pars probatur, quia motus identificatur cum termino ad quem. Secunda patet, quia idem corpus non poteſt eſſe in pluribus locis, ergo neque idem corpus poteſt à pluribus locis recedere, ergo non plures termini à quo.

Dices, in augmentatione acquiruntur plures partes quantitatis, in calefactione interdum plures gradus caloris, ergo non vnus terminus ad quem in eodem motu.

Reſpondetur, multitudo partium, & graduum pluralitas non conſtituunt plures terminos totales, ſed partiales: Vnius motus vnus eſt A terminus ad quem totalis.

Inſtabis, in augmentatione acquiruntur quantitas, & figura, quæ cùm ſint diuerſi generis, & prædicamenti non vnum terminum ad quem totalem conſtituunt.

Reſpondetur, quantitas, & figura licèt ſint termini totales, quantitas tamen dicitur terminus per ſe motus, figura minimè; ſed tantùm conſecutiuè: Vnius motus vnus eſt terminus ad quem totalis, & per ſe, licèt interdum plures partiales, & per reſultantiam, ſeu conſecutiuè.

DISPVTATIO TERTIA.

De mobili.

Sectio Prima.

An omnis motus ſit in mobili.

PRIMA *ſententia* eſt Soncin. 5. Met. quæſt. 4. Greg. in 2. diſt. 1. quæſt. 4. art. 1. Heru. quodlib. 1. quæſt. 9. ac reliquorum Thomiſ. Volunt motum non eſſe in mobili formaliter, ſed loco extrinſeco. *Soncinus.* *Gregorius.* *Heruaus.*

C Probatur primò ex D. Th. quæſt. 110. art. 3. Secundò ratione, quia locus eſt extrinſecus mobili, ergo etiam motus, per quem locus acquiritur, ergo. Tertiò, quia ſi mobile per motum aliquid acquireret intrinſecum, eſſet vbi, vbi autem eſt ſola relatio præſentiæ ad ſpatium, vel diſtantiæ ad centrum ex Ariſt. 5. Phyſ. cap. 2. *Ariſtot.*

Secunda ſententia, eſt motum eſſe in mobili: eſt communis, & verior.

Primò, quia motus eſt actus mobilis ex Ariſt. Secundò, motus per ſe terminatur ad quantitatem, qualitatem, & vbi, cum quibus identificatur; ſed quantitas, qualitas, & vbi ſunt in mobili, ergo & motus. Tertiò, ex Ruu. motus poteſt fieri in vacuo, ergo ſubiectum motus eſt mobile, cùm in vacuo non ſit ſuperficies ambiens, atque adeo nec locus. D *Ruuius.*

Ad rationes in oppoſitum, motus habet pro termino, cum quo identificatur, non locum, ſed vbi; vbi autem eſt intrinſecè inhærens in mobili. Reſponderi etiam poſſet iuxta ſententiam negantẽ vbi, & quidem faciliùs; ſed de hoc alibi.

Sectio Secvnda.

Quomodo motus diſtinguatur à mobili.

E RVV. 3. Phyſ. quæſt. 4. ait motum eodem modo diſtingui à termino, & à mobili, ex natura rei videlicet. *Ruuius.* Ex natura rei.

Valleſ. controuer 2. ad Tyrones, vt refert Ruu. diſtingui tantùm per intellectum, licèt diſtinguatur ex natura rei à termino. *Valleſ.* Per intellectum.

Conimb. docent ſola ratione diſtingui à termino, ſed à mobili ex natura rei. *Conimb.* A termino ſola ratione, à mobili ex natura rei.

Maff. noſter diſtingui à mobili, ſicut diſtinguitur à termino, quia motus cum termino identificatur. *Maffeius.* Ita à mobili ſicut à termino.

Dicendum primò, motus præciſè ſumptus, ſeu formaliter, & metaphyſicè diſtinguitur à

Digitized by Google

mobili modaliter, vt modus à re; eſt enim motus metaphyſicè ſumptus modus, ergo non diſtinguitur à mobili vt res à re, ſed vt modus à re.

Dicendum ſecundò, motus phyſicè ſumptus diſtinguitur realiter à mobili.

Probatur, quia entitas modi phyſicè eſt eadem ac entitas illius rei, cuius eſt modus, ſed motus eſt modus termini, & cum illo identificatur, ergo ſi terminus realiter diſtinguitur à mobili, diſtinguetur realiter & motus.

Obiectio.

Obiicies, quæ realiter diſtinguuntur, ſunt ab inuicem ſeparabilia, motus non poteſt ſeparari à mobili, ergo.

Ad diſtinctionem realem non requiritur ſeparabilitas.

Reſpondetur, negando ſimpliciter maiorem; materia enim, & forma, creatura, & creator, Pater, & Filius non poſſunt ab inuicem ſeparari, & tamen realiter diſtinguuntur. Ratio eſt, quia licèt huiuſmodi entia realiter diſtinguantur, dependent tamen ab inuicem eſſentialiter; Motus ergo non poteſt ſeparari à mobili ob eſſentialem dependentiam, non quia phyſicè ſumptus realiter à mobili non diſtinguatur.

Sectio III.

Quale debeat eſſe ſubiectum motus.

Mobile quotuplex.

MObile triplex, per ſe: ſecundùm partes: & per accidens. Per ſe dicitur aliquid moueri, cùm mouetur non ad motum alterius, ſed per proprium: Mobile per accidens cùm mouetur ad motum alterius: Mobile ſecundùm partes cùm totum quidem non mouetur, licèt pars mota per ſe moueatur, vt cùm quis oranum mouet. Loquimur hîc de mobili per ſe.

Prima concluſio. Subiectum motus phyſici debet eſſe ſubſtantia materialis completa.

Ariſtoteles.

Probatur, *quia partes, & accidentia non mouentur niſi per accidens, & ad motum ſubiecti, vel totius*, 5. Phyſ. & *ſola materia, & ſola forma non dicuntur per ſe moueri*, 4. Phyſ. 32. & alibi etiam nos.

Motus intelligentiarum contra Ariſtotelé.

Secunda concluſio. Subſtantiæ immateriales non mouētur motu locali phyſico, vt in procem. probauimus, quia ſunt ſubſtantiæ immateriales, & abſtractæ à quantitate; mouentur tamen motu locali impropriè. Probant Theologi contra Ariſtotelem, qui putauit illas immobiles.

Tertia concluſio. Nedum intelligentiæ, ſed etiam quodlibet ens, & ſubſtantia materialis, ſi per diuinam potentiam à quantitate abſtraheretur, & eſſet quid inextenſum, & indiuiſibile poſſet moueri. Eſt contra Ariſtot. & pleroſque Peripateticos.

Probatur, ad motum enim ſufficit ſi concipiamus mobile tranſire ab vno termino in alium, id rectè poteſt concipi in ente indiuiſibili, vt patet in Angelo, ergo.

Obiectio.

Obiicies, omne, quod mouetur, debet occupare ſpatium maius ſe, & debet eſſe partim in termino à quo, partim in termino ad quem; hoc autem implicat in puncto, & quolibet ente indiuiſibili.

Reſpondetur, etiam punctum, & ens indiuiſibile dum mouetur, dicitur occupare ſpatium maius ſe, occupat enim ſpatium (ſi ita licet loqui) quod occupabat in quiete, vt etiam aduerſarij fatentur de corpore, & illud, quod occupat in motu; non enim alia ratione dicitur corpus occupare ſpatium maius ſe in motu. An autem omne mobile debeat eſſe partim in termino à quo, partim in termino ad quem, vniuerſaliter non eſt verum, ſed tantùm in motu phyſico locali; in motu enim inſtantaneo, generationis videlicet, idem eſt mutari, & mutatum eſſe. In motu ſucceſſiuo dantur quædam alterationes, quæ fiunt ſimul ſecundùm omnes ſuas partes ſubiecti, vt cùm aqua congelaſcit. Calefactio inde ſucceſſiua dicitur, quia terminus non acquiritur totus ſimul, & ad ſucceſſionem motus ſufficit ſi terminus ſit diuiſibilis, vt diximus, nec requiritur vt ſit diuiſibile ſubiectum.

Non omne mobile debet eſſe partim in termino à quo, partim in termino ad quem.

DISPVTATIO QVARTA.

De motore.

Sectio Prima.

An motor diſtinguatur à parte rei à mobili.

Ariſtot.

DOcet id Ariſtot. 7. & 8. Phyſic. cap. 4. ait enim, *omne quod mouetur ab alio mouetur*, ab alio inquam, quod ſit à ſe nedum ratione, quia hoc clarum eſt, ſed etiam à parte rei diſtinctum.

Inter mouens, & mobile quotuplex diſtinctio.

Triplex autem poteſt concipi diſtinctio inter mouens, & mobile, ſuppoſitalis, id eſt ſecundùm diuerſa ſuppoſita, ita vt aliud ſuppoſitum ſit mouens, aliud mobile; ſed hæc non ſemper reperitur, viuentia enim mouent ſeipſa motu augmentationis, & locali, in quibus nulla ſuppoſitalis diſtinctio: Secunda diſtinctio poteſt eſſe ſecundùm diuerſas partes eſſentiales, ita vt vna pars eſſentialis ſit mouens, altera mota; ſed hæc non ſufficit, quia materia, & forma non mouent, nec mouentur vt quod, ſed vt quo; Ariſtoteles verò loquitur de mouente, & mobili vt quod, vt notat Ruu. 8. Phyſic. cap. 4. quæſt. 1. Tertia diſtinctio eſſe poteſt inter diuerſas partes integrantes, & in hoc ſenſu loquitur Ariſtot. ait enim, *In his quæ ſe mouent, ſemper quod mouetur ab alio mouetur*, quia ſemper vna pars eſt per ſe mouens, altera per ſe mota. Nodus ergo difficultatis is eſt, an ſemper id verum ſit, in quocunque motu phyſico tranſeunte ſubſtantiæ totalis, & materialis. Negat Ariſtotelicum axioma tanquam vniuerſaliter verum Scot. in 1. diſtinct. 3. quæſt. 7. & 9. Metaph. quæſt. 14. Gregor. in 2. diſt. 6. quæſt. 1. articl. 13. Iand. & ij, quos refert Ruuius.

Rutius.

Vis difficultatis.

Scotus.

Gregorius.

Recipit D. Thom. quæſt. 2. de verit. artic. 3, Capreol. & Ferrar. 1. contra gent. Suarez diſp. 18 ſect. 7. num. 11. & Ruuius. Sit

D. Th.
Capreolus.
Ferrarien.
Suarez.
Ruuius.

Vnica concluſio. Omne, quod mouetur motu phyſico, ab alio mouetur, quod ſit à ſe realiter diſtinctum.

Probatur, primò ab Ariſtot. à priori ſic, nequit idem ſecundùm idem eſſe in actu, & potentia, pugnant enim; at ſi aliquid poſſet moueri à ſeipſo, mobile eſſet in actu, quia motum efficeret, & in potentia dum eumdem motum reciperet.

Confirmatur à Suarez, & explicatur præſertim in motu alterationis ſic, vel in mouente eſt qualitas illa formaliter, vel virtualiter, vel violenter; ſi mouens habet qualitatem illam naturaliter, & formaliter, non poteſt ad illam eamdem ſe mouere: ſi verò violenter, & virtualiter, nequit illa res per illam qualitatem ſeipſam alterare; piper enim nequit ſeipſum calefacere.

Probatur ſecundò inductione à DD. ſic. Primò in motu alterationis, vel enim ſubiectum, quod alteratur, alteratur à qualitate repugnante, vt cùm aqua fit calida, vel indifferenti, vt cùm aër illuminatur, & ſic vtroque modo omne, quod mouetur, neceſſariò ab alio mouetur, nequit enim in ſe habere huiuſmodi alterationis actiuum principium: Vel denique alteratur à qualitate ſibi connaturali, vt cùm aqua fit frigida, frigiditas autem in aqua vel fit per dimanationem, quæ dimanatio cùm non ſit motus phyſicus tranſiens, de ea non loquimur, vel producitur à generante, & ſic quod alteratur, ab alio realiter diſtincto alteratur.

Secundò patet in motu augmentationis, fit enim augmentatio per actionem viuentis in cibum, conuertendo illum in ſubſtantiam aliti.

Tertiò in motu locali, qui, ſi ſit indifferens, vel violentus, neceſſariò erit ab extrinſeco, vel impellente, vel agitante: ſi ſit naturalis, & in viuentibus, etiam erit ab alio; viuentia enim mouentur à corde per immiſſionem ſpirituum vitalium in neruos, & muſculos.

Obiectio 1. *Obiicit primò* Scotus, poteſt idem ſimul eſſe in actu virtuali, ratione formæ virtualiter continentis effectum, & in potentia formali ad recipiendum terminum, quem non habet; per motiuam enim potentiam virtualiter continentem vbi, quod eſt terminus motus, corpus poteſt eſſe in actu, & ſe mouere, & per potentiam formalem illud in ſe recipiendi, affici eodem vbi.

Reſpondent quidam Ariſtotelicum axioma, & eiuſdem rationem eſſe veram in cauſis vniuocis, non æquiuocis, vt in caſu allato.

Non rectè, Ariſtotelica enim ratio erit inefficax, ſi ſemel idem ſecundùm idem poteſt eſſe in actu, & in potentia.

Reſponderi poſſet ſecundò, niſi videretur effugium, negando huiuſmodi vbi, veluti modos afficientes corpus.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, dum cor mouetur, vel mouetur à ſe, vel ab alio; ſi à ſe, ergo falſum axioma: ſi ab alio dabitur proceſſus.

Motus cordis an à ſe. Reſpondet Ruuius cor moueri à ſe; Ariſtotelicum verò axioma intelligendum de motu completo corporis, in quo ſufficit diſtinguere partem mouentem à motu.

An à generante. Reſponderi poſſet ſecundò, cor moueri à generante. Quomodo autem id intelligendum tum reſpectu cordis, tum reſpectu grauium, & leuium, dicemus alibi.

Neutra reſponſio omnino ſatisfacit. Non prima, quia ſi ratio Ariſtot. eſt efficax debet eſſe vera in quolibet motu, ideò enim in motu totali aliud mouens, aliud mobile, quia idem non poteſt eſſe in actu, & in potentia, at in partiali motu cordis hoc contingit, ergo ſimpliciter non implicat: Non ſecunda, quia motus cordis eſt motus vitalis, motus autem vitalis eſſentialiter petit fieri ab intrinſeco, ergo non à generante.

An à calore innato. Reſpondent tertiò alij Motum cordis prouenire à calore innato.

Sed neque id ſatisfacit, calor enim eſt principium motus alterationis, aut ſaltem eleuationis, non autem contractionis, qualis inſuper eſt motus cordis, ergo illius principium non eſt calor.

Quartò reſpondet D. Thom. motum cordis fieri ab anima. Sequitur Maffeius noſter. *D. Thom. Maffeius.*

Sed neque Ariſtotelem tuentur, non enim loquitur de mobili, & mouente vt quo, ſed de mobili, & mouente vt quod, vt ex Ruuio diximus; anima autem eſt mouens vt quo, ſeu principium motiuum, non motor; quæſtio ergo eſt de diſtinctione motoris à mobili; differunt enim hæc, principium motiuum, & motor, principium paſſiuum, & mobile: in igne principium motiuum eſt calor, motor eſt ipſe ignis: principium paſſiuum in lapide eſt materia, mobile ipſe lapis. An ab anima.

Quintò reſpondet Galen. 12. de vſu part. cap. 3. cor, & cætera membra mouentur, nequeunt tamen moueri niſi aliqua in parte quieſcant: pars quieſcens, cùm ſit veluti inſtrumentum motus, mouet immota, & ſic non datur proceſſus, & omne quod mouetur ab alio mouetur. *Galenus.* Cor an aliqua in parte quieſcat, dum mouetur.

Sed non minus inintelligibile quonam pacto pars quieſcens, immota, materialis poteſt eſſe principium motus, & mouere alias partes.

Reſponderem igitur, motum cordis eſſe à generante, tanquam à principio vt quod, à virtute motiua intrinſeca, tanquam à principio vt quo; actus autem vitalis ſufficit ſi ſit à principio intrinſeco vt quo, poteſt tamen eſſe à principio extrinſeco vt quod. Ratio autẽ cur reſpiratio, & motus cordis dicitur eſſe à generante vt quod, eſt quia generans tribuit effectui virtutem illam motiuam: Sic Franciſci generatio tribuitur Petro, qui ſolùm concurrit ad diſpoſitiones, & vnionem animæ, vt alibi diximus, licèt poſt conceptum fœtum immediatè pater moriatur. Vera ſolutio.

Vel denique reſponderi poſſet, non repugnare aliquid moueri à ſe ipſo localiter, & per ſe primò, ſiue vt quo, ſiue vt quod, quia in motu locali non pugnant ratio agentis, & patientis, cùm potentia loco motiua non producat ſibi ſimile; ſed motum, qui eſt alterius ſpeciei. Ariſtotelicum verò axioma tantùm verificatur in agentibus vniuocis, quæ producunt qualitatẽ ſibi ſimilem in ſpecie, vt cùm ignis producit medio calore calorem; non verò in agentibus æquiuocis, quæ producunt qualitatem alterius ſpeciei, vt cùm potentia actiua producit motum, ſic in corde. Ratio à priori eſt, quia id, quod agit, debet eſſe actu, & quod patitur debet eſſe in potentia; ſi enim calefacit vniuocè debet habere calorem, quem producit, & quia ſe calefacit debet illo carere, quare eſſet actu, & non actu: cùm autem aliquis ſeipſum mouet, graue ex grauitate eſt actu graue, in potentia verò ad motum, & corpus ſeipſum mouens eſt actu mouens, & in potentia ad vbi, & ſic idem non eſt in potentia, & in actu ſecundùm idem, ſed penes diuerſa. Sic ad Scotum, & Ariſtotelicum axioma intelligendum, falli in agentibus, & motoribus æquiuocis, in actionibus immanentibus, & dimanationibus: verum in motoribus, & agentibus vniuocis. Quomodo non repugnet aliquid moueri à ſe. Ariſtoteles quomodo intelligendus.

Saectio Sacvnda.

De primo motore.

Ariſtot.

PLVRA de primo motore Ariſt. 8. Phyſ. ac primò demonſtrat mototem primum, & vnum dari: ſecundò, cundein immobilem: tertiò, infinitæ virtutis: quartò, vnum, & perpetuum.

In via Ariſt. primus motor quomodo primus.

Primum demonſtrat ſic, omne, quod mouetur, ab alio mouetur, datur in rerum natura motus, ergo & primus motor. Conſequentiam probat, quia ſi id, quod mouet, mouetur, vel mouetur ab alio, vel à ſe: non ab alio, quia daretur proceſſus, ergo à ſe, ergo primus motor.

Immobilis.

Secundum ſic, & præſertim quòd ſit immobilis motu phyſico, omne, quod mouetur, ab alio mouetur: Modò ſic, vel illud, à quo mouetur, etiam mouetur, vel non: ſi mouetur, ergo ab alio, & ſic in infinitum, ſi non mouetur, ergo datur primus motor immobilis.

Infinitæ virtutis.

Tertium ſic, nimirum quòd ſit virtutis infinitæ, quod æterno tempore mouet, habet infinitam virtutem, Deus mouet infinito tempore, ergo habet virtutem infinitam.

Vnus.

Quartum ſic, quod ſcilicet ſit vnus, & perpetuus, motus non dicitur vnus niſi ab vno motore, ſi mundi motus eſt continuus, ergo & vnus motor, C quia continuum, & vnum conuertuntur.

Perpetuus.

Quòd perpetuus, ſic: Generationes neque aliquando cœperunt, nec vnquam ceſſabunt, ergo datur aliqua cauſa huius perpetuitatis, ergo & perpetuus motor.

Allatæ rationes an validæ.

Quærunt hoc loco DD. An huiuſmodi probationes aliquid demonſtrent, vel probent. At ignoſcendum homini fidei lumine deſtituto; Prima enim, & ſecunda ratio nititur principio ſatis dubio, ideo neutra demonſtratiua. Tertia, & quarta omnino falſa, & nedum fidei, ſed etiam naturali lumini diſſona; ſed quia paſſim hæc apud DD. eoſdem conſulite.

DISPVTATIO QVINTA.

De vnitate motus.

Sectio I.

An vnitas ſpecifica motus deſumatur à termino ad quem, an ab aliquo alio.

DIFFICVLTAS eſſe poteſt, an motus vnitatem deſumat à principio actiuo, an à mobili, an à ſpatio, à medio, à termino à quo, & à termino ad quem. Ideò

Motus quotupliciter ſumi poſſit.

Notandum primò, motus dupliciter ſumi poteſt: Primò communiſſimè, vt definitus eſt in 3. Phyſ. Eſt actus entis &c. Secundò vt diuiditur in naturalem, & violentum: Tertiò ſecundùm rationem primariam, ad quam eſt inſtitutus, nempè acceſſum: motus enim primariò non eſt inſtitutus, vt recedat à termino à quo, ſed vt accedat ad terminum ad quem.

A *Notandum ſecundò*, terminus ad quem, qui per motum acquiritur ſpectari poteſt dupliciter, primò vt eſt ratio entis conſtituens diuerſum genus prædicamenti: ſecundò non vt eſt ſummum genus, ſed vt eſt aliquid ſub illo, ſiue ſpecies vera, ſiue non.

Item quot modis terminus ad quem.

Prima concluſio. Motus in ratione genetica, & vniuerſaliſſima ſumit ſuam vnitatem, & conſtituitur per terminum à quo, & ad quem, & ſubiectum.

Probatur, quia motus eſt tranſitus alicuius rei exiſtentis ab vno eſſe ad aliud, ſed hîc includuntur hæc tria æqualiter, ergo; tranſitus enim eſt actus rei accedentis, & recedentis à termino à quo ad terminum ad quem.

B *Secunda concluſio.* Motus in ratione naturalis, & violenti non ſumit ſuam ſpecificationem à termino ad quem præciſè, ſed per denominationem à principio, à quo procedit, vel ad ſubiectum, in quod denominatur recipi.

Probatur, eadem calefactio ſi fiat in aqua, & in aëre eſt actio tendens ad eumdem calorem ſpecie, ſed iſta calefactio reſpectu aquæ eſt violenta, reſpectu aëris eſt naturalis (ſi modò aër ſit calidus,) ergo diſtinguetur in ratione naturalis, & violenti non per terminum, ſed per ſubiectum, in quo recipitur.

Item, eadem calefactio ſpecie, & etiam numero poteſt dici violenta, & naturalis; naturalis ſi procedat ab igne: C violenta ſi recipiatur in ligno, ergo diſtinctio naturalis, & violenti deſumitur interdum à principio actiuo, & paſſiuo.

Motus naturalis diſtinguitur à violento tantùm accidentaliter.

Aduertendum verò, motum naturalem diſtingui quidem à violento non eſſentialiter, ſed tantùm accidentaliter: eadem enim calefactio, quæ poteſt eſſe naturalis ſimul, & violenta, non poteſt à ſeipſa ſpecie, & eſſentialiter differre, licèt ratione connotati, id eſt ratione principij, vel ſubiecti, motus naturalis eſſentialiter differat à violento; ſed cùm id non intrinſecè conſtituat motum, neque etiam facit motum violentum eſſentialiter diſtinctum à naturali, vt rectè D. Thom. quæſt. 6. de potentia artic. 8.

D *Tertia concluſio.* Motus prout primariò dicunt acceſſum, & ſunt acquiſitiui terminorum conſtituentium diuerſum prædicamentum, & diuerſam ſpeciem ſub eodem prædicamento, ſumunt ſuam determinationem, & ſpecificationem à terminis ad quos. Eſt Ariſtot. 3. Phyſ. tex. 5. D. Thom. 1. part. quæſt. 23. artic. 1. Soti 5. Phyſ. quæſt. 3. Suarez diſput. 48. ſect. 3. Tolet. Ruu. Conimb. & communis.

Ariſtot. D. Thom. Sotus. Suarez. Toletus. Ruuius. Conimb.

Probatur primò, motus localis optimè per ſe diſtinguitur à cæteris motibus alterationis, augmentationis, &c. Quia per ſe terminatur ad locum, ergo ſolus terminus ad quem illum ſpecificat. Antecedens probatur, quia ſi intelligatur E aliquis motus non tendere per ſe ad locum, non intelligetur motus localis.

Motus cur non diſtinguantur eſſentialiter ratione materiæ, principij, vel termini à quo.

Secundò, dantur motus eſſentialiter diſtincti; vel ergo eſſentialiter diſtinguuntur ratione materiæ, & non, quia diuerſi motus ſpecie poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, & in eadem materia, vt generatio ignis, & ligni, caloris, & frigoris qui ſunt motus ſpecie diſtincti: Vel ratione principij, à quo procedunt, & neque, quia ab eodem principio, à potentia videlicet ſolis illuminatiua, prodeunt illuminatio, & calefactio, & ſiccatio, & ab eodem intellectu actus metaphyſicus, & actus phyſicus: vel ratione termini

à quo, & neque ob eamdem rationem; ab eodem enim puncto motus circularis, & rectus.

Tertiò, terminus ad quem eſt is, à quo motus, & nomen, & veluti vltimam differentiam deſumit, & per quem vltimò differt; non enim ponitur dealbatio in genere dealbationis, niſi quia albedinem producit: & motus ad ſanitatem, ad formam ſubſtantialem, ad calorem diſtinguuntur ſpecie, tantùm quia forma ſubſtantialis, ſanitas, & calor ſpecie diſtinguuntur.

Verùm, quia terminus ad quem poteſt ſumi materialiter, id eſt ſecundùm entitatem, quam habet: & formaliter, ſub ea ratione videlicet, ſecundùm quam ſunt termini ad quos. Ideo

Quarta concluſio. Motus ſpecificatur à termino ad quem non materialiter ſumpto, ſed formaliter.

Probatur, quia à minori quantitate ad quantitatem tricubitam poteſt eſſe motus augmentationis, & à maiori quantitate ad eamdem quantitatem tricubitam motus diminutionis, ſed tunc eſt idem terminus materialiter, & diuerſi motus augmẽtationis videlicet, & diminutionis.

Item, ſi deſcendat aër à concauo lunæ ad propriam ſphæram, & ad eamdem ſphæram aſcendat aër à centro terræ, alter erit aſcenſus, alter deſcenſus: alter dicetur motus ſurſum, alter deorſum, qui eſſentialiter differunt; & tamen idem terminus materialiter; ergo terminus ad quem ſpecificans motum eſt terminus ſumptus formaliter.

Quinta concluſio. Nedum motus poſitiuus, ſed etiam priuatiuus, ceſſatio v. g. frigoris, ſumit ſuam ſpecificationem à termino ad quem.

Probatur, quia ita ſe habet motus poſitiuus ad terminum ad quem poſitiuum, ſicut priuatiuus ad priuatiuum.

Maſſeius reiicitur. Reſpondet Maſſeius noſter, motum priuatiuum non identificari cum termino ad quem quatenus eſt nihil, ſed quatenus eſt forma aliqua tendens ad nihil.

Inſtari poſſet, verè vltimus terminus illius motus non eſt forma tendens ad nihil, ſed ipſum nihil, & totalis priuatio frigoris. Ideo reſpondetur, vt alibi diximus, motum priuatiuum non eſſe aliquid reale, licèt à nobis concipiatur ad inſtar motus realis, ideò nil mirum, cùm ſit non ens, ſi à non ente ſpecificetur ſecundùm noſtrum modum concipiendi.

Sexta concluſio. Lano, ſeu motus localis, licèt in genere ſummo ſumat ſuam ſpecificationẽ à termino ad quem, per quem ponitur in prædicamento vbi; in ſpecie tamen determinata talis motus interdum non ſumit ſpecificationem ab eodem termino.

Probatur, quia motus circularis qui fit per lineam curuam, & rectus motus, qui fit per lineam rectam, etiam ſi terminentur ad idem punctum, differunt ſpecie, ergo motus localis in ſpecie determinata eiuſdem motus non ſpecificatur à termino ad quem.

Conimb. Reſpondent Conimbricenſes, motum circularem, & rectum non differre niſi accidentaliter, ſicut linea recta à curua. Sed

Contrà, Ariſt. 5. Phyſ. 4. ait huiuſmodi motus eſſe ſpecie diuerſos, cùm idem ſpatium non reſpiciant, & 1. de Cœl. cap. 4. ait, *ideò corpus cœleſte ſpecificè differt à ſublunaribus, quia mouetur motu circulari, elementa verò motu recto.*

Septima concluſio. Motus circularis, & rectus eſſentialiter diſtinguuntur non ratione ſpatij formaliter ſumpti, ratione videlicet lineæ curuæ, & rectæ, vt Ruu. loquitur, & recentiores communiter: Neque ratione termini proximi, vt Maſſeius noſter; vocat enim terminum vltimum punctum illud commune, ad quod tendit vterque motus: terminum verò proximum curuitatem, & rectitudinem intermedias. *Ruuius. Maſſ. ius.*

Probatur, tam linea curua, quàm recta ſunt eiuſdem ſpeciei, ergo non poſſunt tribuere diuerſitatem ſpecificam motui.

Dices has lineas differre eſſentialiter ratione figuræ, quia curuitas, & rectitudo eſſentialiter differunt.

Contrà, licèt curuitas, & rectitudo eſſentialiter differant, non poſſunt tamen tribuere motui rationem ſpecificam diuerſam: ſic volare, & currere ſunt motus ſpecie diuerſi, & vterque motus poteſt fieri per eamdem lineam rectam.

Confirmatur, motus aquæ deorſum ſi primò fiat per lineam rectam, & deinde defluat per aliquod corpus ſphæricum, eſt eiuſdem ſpeciei: & ſi ignis priùs rectè tendat, & obuerſetur deinde aliquod corpus, ita vt deflectat à rectitudine, non videtur veriſimile quòd ſit motus diuerſæ ſpeciei.

Confirmatur ſecundò, quando aqua v. g. deflectit à rectitudine, & adhuc deſcendit, ille motus, licèt ſit curuus, eſt naturalis, ſicut præcedens rectus, ergo aqua habebit duos motus naturales eſſentialiter differentes rectum, & curuum, & conſequenter malè Ariſtot. à motu recto, & curuo colligit cœlum eſſentialiter differre ab elementis, ſi vterque motus eſſentialiter differens poteſt eſſentialiter conuenire vni elemento.

Dices ex Maſſ. & alijs, motus ab albo in nigrum per cæruleum non ratione termini vltimi, ſed ratione termini proximi differt eſſentialiter à motu ab albo in nigrum per rubrum, ſic motus rectus, & circularis different ſpecie, non quidem ratione termini vltimi, ſed proximi, curuitatis videlicet, & rectitudinis lineæ, ſuper quam fit motus.

Reſpondetur, eſſe diſparem rationem, quia rubeum, & cæruleum ſunt termini illarum alterationum, & ideo illis tribuunt differentiam ſpecificam; curuitas verò, & rectitudo ſunt extra rationẽ motus localis, vt diximus de motu progreſſiuo, & volatu, qui eſſentialiter differunt etiam ſi vterque fiat per lineam rectam, & idem motus aquæ eſt eſſentialiter idem, ſiue rectè deſcendat, ſiue obliquè.

Octaua concluſio. Diuerſitas motus circularis, & recti ſi aliquando eſt eſſentialis, vt in motu cœli, & elementorum, non deſumitur niſi per ordinem ad principia, quorum ſunt motus, & à quibus prodeunt.

Probatur, motus rectus elementi, & motus circularis cœli eſſentialiter differunt non ratione medij, aut termini proximi, vt vidimus, neque ratione termini vltimati, ergo ratione principij, à quo procedunt; ideò enim cœlum mouetur circulariter, & elementa motu recto; quia ſic poſtulat eorumdem corporum natura. *Motus cœli, & elementorum vnde eſſentialiter differant.*

Obiicies, Ariſt. diuidit motum in circularem, & rectum, in ſpecies omnino differentes tantùm ratione ſpatij, atque *in motu locali, præter terminum ad quem, attendendum inſuper & ſpatium.* Sic 5. Phyſ. *Obiectio.*

Reſpondetur, Ariſtot. non docet medium, A ſeu ſpatium formaliter tribuere ſpeciem diuerſam, ſed quòd in motu locali eſt attendendum ſpatium, quia ſæpe induit diuerſitatem eſſentialem, & quòd mobile petit moueri naturaliter ſuper talem lineam. Sic quia videmus aues ex ſua natura moueri in aëre, & homines in terra, coniicimus diuerſum principium, & motum illorum differre ſpecie: & quia quantitas ex natura ſua petit extendi impenetrabiliter, non autem petit hoc materia, dicimus vtriuſque extenſionem differre ſpecie; hoc autem eſt declarare diuerſitatem, non facere.

Nona concluſio. Ad vnitatem motus genericam, ſeu ſpecificam neque vnitas motoris concurrit, neque mobilis, neque termini à quo. B Non motoris, quia licèt motor requiratur ad exiſtentiam motus, cùm non poſſit eſſe motus ſine motore, non requiritur tamen ad eius eſſentiam, & ſpecificationem, quia motor eſt cauſa extrinſeca reſpectu motus, neque ponitur in definitione illius: poneretur autem, ſi ſpecificaret motum.

Item, idem motus ſpecie poteſt eſſe à diuerſis motoribus, ſic calefactio ab igne, & à ſole.

Neque concurrit vnitas mobilis, quia idem calor eſt ſiue producatur in lapide, ſiue in ligno, ergo eadem calefactio ſpecie.

Item, poteſt idem mobile moueri pluribus motibus ſpecie diſtinctis, ſed ſi mobile ſpecificaret motum, id non poſſet.

Quòd non concurrat terminus à quo probatur, motus enim ab albo in rubrum, & à nigro etiam in rubrum eſt eiuſdem ſpeciei, & termini à quo ſpecie differunt: deſcenſus etiam lapidis, à ſuperficie lunæ, & ab aëre in terram eſſet eiuſdem ſpeciei.

Obiectio 1.

Obiicies primò, motus ignis ſurſum, & motus etiam lapidis ſurſum ſpecie differunt, licèt terminus ad quem ſit idem, ergo non ſpecificantur niſi à motore, vel à mobili.

Reſpondetur primò negando antecedens, motus enim naturalis, & violentus non diſtinguuntur ſpecie, niſi ſint ad terminos ſpecie diuerſos.

Secundò reſpondetur concedendo quòd ſpecie differant; Nego tamen eſſe vtriuſque motus eumdem terminum, licèt enim ignis, & lapis tendat ſurſum, terminus tamen vtriuſque vltimatus eſt diuerſus, quia terminus lapidis non eſt aliquis locus determinatus, ſed ſi virtus non deficeret, pergeret vſque ad cœlum: terminus verò ignis eſt propria ſphæra, ſi datur: imò ſi ignis retineretur, vbi quieſcit aër, motus ignis, & aëris ſurſum differrent etiam ſpecie, quia motus ignis ex ſua natura tendit ad ſuperficiem cœli, non tamen motus aëris.

Motibus lapidis, & ignis ſurſum an idẽ terminus ad quem.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, calefactibile, vt calefactibile formaliter ſumptum non poteſt moueri motu calefactionis, & calefactiuum formaliter non poteſt niſi calefacere, ergo licèt motor, & mobile non ſpecificent motum materialiter ſumptum, ſpecificant tamen ſi formaliter ſumatur.

Confirmatur, quodlibet non fit ex quolibet, ſed ex determinata priuatione, ergo terminus à quo ſpecificat motum.

Reſpondetur, concedo vtrumque antecedens. Nego vtramque conſequentiam, ideo enim motus non ſpecificatur à termino à quo, mobili, & motore formaliter etiam ſumptis, quia etiam motor, & mobile, & terminus à quo A deſumunt denominationem à termino ad quem; calefactibile enim à calore &c. Item quia motus ſpecificari debet à re illa, ad quam eſt tranſitus, non à qua tranſit.

Obiicies tertiò, creatio differt ſpecie ab eductione tantùm ratione ſubiecti, cùm vtraque poſſit eſſe ad eumdem terminum poſitiuum. Obiectio 3.

Reſpondet quidam, creatio ſpecificatur à termino à quo, quia eſt mutatio diuerſæ rationis, ac cæteri motus, illa enim eſt inter contradictoria; hi inter contraria. Verùm ſicut motus phyſici diſtinguuntur per diuerſos terminos ad quos, ita etiam plures creationes per eoſdem terminos ad quos, creatio enim hominis ſpecie differt à creatione leonis.

Creatio an ſpecificetur à termino à quo.

B Reſpondent alij creationem differre à motibus phyſicis, quia generatio v. g. terminatur ad ſolam formam, creatio ad materiam, & formam.

Reſponderi etiam poſſet ex noſtris principijs creationem non eſſe motum, nec mutationem, ideo nil mirum ſi à termino ad quem non ſpecificetur.

Obiicies quartò, nequit concipi motus ſine mobili, ſine termino à quo, & ad quem, ergo ad omnem eſſentiam motus, & eiuſdem conſtitutionem concurrunt hæc tria. Obiectio 4.

Reſpondebis, & rectè, argumentum probare hæc tria concurrere ad motum in communi, & vniuerſaliſſimè acceptum.

Contrà, priuatio nedum requiritur ad motum C in communi, ſed etiam ad talem motum, priuatio videlicet albedinis ad motum albedinis.

Reſpondetur, concedo totum; motus autem non dicitur ſpecificari à termino à quo, quia, vt diximus, non conſideratur à nobis niſi vt acceſſus eſt.

Obiicies quintò, quicquid eſt de eſſentia generis, eſt etiam de eſſentia ſpeciei, ſed terminus à quo, terminus ad quem, & ſubiectum, eſt de eſſentia generis, & motus vt ſic, ergo etiam talis motus. Obiectio 5.

Reſpondetur, eſſe de eſſentia talis motus, vt motus eſt, non vt talis motus eſt, quia motus in ratione talis motus conſtituitur tantùm per terD minum ad quem, ſicut homo, vt homo eſt, tantùm per rationalitatem conſtituitur.

Sectio II.

A quo ſumat motus vnitatem numericam realem.

NOTANDVM *primò*, motus poteſt conſiderari dupliciter, primò non prout eſt à parte rei, ſed ſecundùm ſe, & obiectiuè: ſecundò prout eſt à parte rei. Vnitas numerica motus ſecundùm ſe ſpectati, & metaphyſicè ſumpti eſt principium illud conſtituens motum in eſſe E indiuiduali, faciens illum eſſe hunc, & non alium: Vnitas numerica motus, prout eſt à parte rei, eſt, quæ conuertitur cum continuo: in quo ſenſu idem eſt quærere quid requiratur ad vnitatem motus numericam, ac quid requiratur, vt motus ſemel poſitus à parte rei, dicatur vnus continuus.

Motus quoad vnitatẽ numericam dupliciter conſideratus.

Notandum ſecundò, ex Tolet. 5. Phyſ. quæſt. 3. Aliud eſſe motus eſſe ſimul: aliud eſſe contiguos: aliud eſſe continuos. Simul dicuntur ij, qui eodem tempore fiunt. Contigui quidem,

Quomodo differant inter ſe mo-

tus conti-gui, conti-nui, & ſi-mul.

qui fiunt nullo interrupto tempore, licèt inter A ſe diſtincti, vt ſi priùs deambulem, immediatè pòſt manducem, nulla interpoſita quiete: contigui ij, quibus eſt vnus terminus ad quem, idem mobile, & idem tempus.

Motus quotupliciter conti-nuus.

Notandum tertiò, tum mobile, tum motus poteſt dici continuus dupliciter, ſecundùm quid, & ſimpliciter. Motus dicitur ſecundùm quid continuus, qui tantùm eſt continuus ratione temporis, vel motoris, vel mobilis: Continuus ſimpliciter ille, in quo concurrunt illa tria, quæ numerauimus. Mobile dicitur continuum ſimpliciter, quando tum ratione formæ, tum materiæ, tum quantitatis eſt continuum: Secun- B dùm quid, quando non ratione formæ, ſed tantùm ratione materiæ, & quantitatis. His poſitis Ariſtot. ait 5. Phyſic. tex. 34. & 35. Ad vnitatem motus phyſicè accepti tria requiri, quid, in quo, & quando. Per quid, ſubiectum intellige: in quo, terminum ad quem: Per quando, tempus. Nos agimus hîc de motu phyſicè accepto, in ſequenti de eodem obiectiuè accepto.

Prima concluſio. Ad vnitatem numericam motus, prout eſt à parte rei, requiritur vnitas mobilis, termini ad quem, & durationis.

Quòd requiratur vnitas mobilis probatur, quia nequit idē numero accidens eſſe in pluribus ſubiectis, ergo nec vnus numero motus in du- C plici mobili. Antecedens patet, quia hæc numero inhærentia adæquatè reſpicit hoc ſubiectum numero; eſt enim actualis dependentia huius accidentis ab hoc ſubiecto, ſicut hæc relatio patris non poteſt referre niſi hunc patrem, & non alium.

Secundò, eſſe vnum numero motum, eſt eſſe vnum motum continuum non interruptum, ſed ſi ponantur diuerſa ſubiecta, non erit vnus motus continuus.

Confirmatur, ſi idem motus eſſet in duplici ſubiecto poſſet idem motus eſſe, & deſinere, & ſi vnum ſubiectum quieſceret, alterum moueretur. D

Obiectio. *Toletus. Sotus. Rubius. Pererius.*

Obiiciunt communiter Tolet. Sot. Rub. & Perer. ſi viuens ab altiori loco proiectus, dum deſcendit, moriatur: Item ſi arbor proiiciatur, quæ partim arida, partim viridis, erit vnus numero motus, duplex ſubiectum, ergo. Rurſus vnus motus ex Ariſtot. 5. Phyſic. 23. eſt, ſi fidicen eodem impulſu cordas tangat: ſi lapis luteus decidat, qui paulatim frangatur in via: ſi è duabus guttis decidentibus fiat vna, erit vnus motus continuus, plura ſubiecta, ergo.

An ad vnitatem numericam motus vnū ſubiectum.

Reſpondetur iuxta duplicem ſententiam, vel motus recipitur in materia, vel in toto: ſi in materia tantùm, erit vnus numero motus, quia vna materia: Si in toto, erit vnus numero mo- E tus continuus ſecundùm quid; in viuente enim, & in cadauere erunt duo motus contigui: in arbore duo motus ſimul, vnus ratione materiæ, & quantitatis; ſimpliciter verò erunt duo motus tum in viuente, tum in arbore partim viridi, partim emortua. Motus autem, qui fit à manu eſt vnus, duplex verò qui recipitur in fidibus: ſi frangatur lapis in via diuerſo exiſtente ſubiecto, diuerſus erit motus, licèt permanente ſemper aliqua parte, quæ antea, poſſit dici quòd continuetur idem motus partialis, qui antea; Nos autem loquimur de motu totali: Guttæ verò dum diuiſæ deſcendunt duplici mouentur motu, vnico cùm vniuntur.

Secunda concluſionis pars probatur, quòd A videlicet requiratur vnitas termini ad quem, motus identificatur cum termino ad quem, ergo vt vnus ſit motus, debet eſſe vnus terminus.

Secundò, ſi idem numero motus poteſt eſſe ad plures numero terminos, poſſet motus non cauſare quantùm poteſt; hoc autem implicat. Sequela probatur, quia ſi per vnum motum poſſent produci duæ albedines, poſſet idem motus producere vnam non producta altera, quia duæ albedines non habent eſſentialem connexionem ad inuicem, & non ponetur niſi vnicum ſubiectum. Minor patet, quia actio, cum qua identi- B ficatur motus, eſt cauſalitas, quæ facit quantùm poteſt.

Tertia pars probatur, quòd requiratur idem tempus, poſita vna linea, ſi alia interrupta ponatur, non dicetur vna numero, ergo neque motus interruptus dicetur vnus, ſi non reſpondeat continuo tempori.

Confirmatur, ea enim, quæ ſunt vnum continuitate numerica, habent eamdem vnionem, qua vniantur, interrupti autem motus illam non habent, cùm fiant interrupto tempore.

Secunda concluſio. Ad vnum numero motum, prout vnum conuertitur cum continuo, præter hæc quæ poſuit Ariſtot. requiruntur, & vnitas C termini à quo, & vnitas motoris. Eſt contra Paul. Venet. & alios.

Paulus Venetus.

Prima pars probatur, quia aliquid ex rubro, cæruleo, & albo ſi fiat nigrum, ſuppoſito quòd medij colores differant ſpecie, erunt plures motus numero, & idem terminus.

Præterea, ſi à pluribus punctis plures deducuntur lineæ ad idem centrum, erit punctus idem, lineæ plures, ergo & motus diuerſi, ſi à diuerſis terminis à quo.

Item patet ex Ariſtot. 7. Phyſic. tex. 5. Motum vnum numero eſſe, qui ab vno termino à quo tendit ad vnum terminum ad quem.

Dices, cur de eo non meminit Ariſtoteles?

D Reſpondetur, vel quia Ariſtot. de motu loquitur, vt acceſſus quidam eſt, vel quia in quo vtrumque terminum forſitan intellexit.

Secunda pars probatur, quia variata virtute motoris variatur actio, ſed actio eſt idem re cum motu, ergo variato motore variatur motus.

Tertia concluſio. Si formaliter ſumatur motus, ad eius numericam vnitatem non requiritur idem numero motor, licèt prout identificatur cum actione, & vt materialiter ſumitur, neceſſariò requiratur.

Secunda pars patet ex præcedenti. Prima probatur, quia motus etiam phyſicè ſumptus, præſcindit à motore, & motor eſt illi extrinſe- E cus, ergo ad vnitatem motus phyſici formaliter ſumpti, prout videlicet præſcindit ab actione, non requiritur idem motor.

Hinc patet cur hîc Ariſtot. ad vnitatem numericam motus non numerauit motorem, quia videlicet locutus eſt de motu, vt motus eſt, non vt actio eſt.

Obiicies, lignum ſciſſum ab artifice per ſerram dicit vnum motum, duo agentia, ergo motor non requiritur ad vnitatem motus, etiam materialiter accepti. Obiectio.

Item, ſi intelligentia vna mouet cœlum vſque ad hoc inſtans B, poteſt in eodem inſtanti proſequi eumdem motum alia intelligentia, eritque vnus motus continuus, duplex motor.

Præterea, poteſt duplex calor à duplici igne productos in voum coaleſcere, ergo & ex duobus motibus ſibi inuicem ſuccedentibus fieri vnus continuus.

Reſpondetur, faber, & ſerta ſunt ageotia ſubordinata, ideò nil mirum ſi vnus numero motus; loqoimur autem de pluribus motoribus ſibi ſuccedentibus quidem, ſed non ſubordinatis, qualis eſt faber, & ſerra.

Ad primam confirmationem, qoantumois immediatè ſuccedat alia intelligentia mouens cœlum, motus illi erunt plures oon cootinui, ſed contigui: vel vnus ſecundùm qoid cootinuus, ratione videlicet mobilis, oon ſimpliciter.

Ad ſecundam negatur paritas, calor enim noo ſumit vnitatem ab agente, cùm ſit ens permanens; motus verò, & actio, quia ab agente dependent, quot erunt agentia, tot erunt motus, & actiones, & ideo licèt duo calores poſſint in vnum coaleſcere, nequeunt io vnum coaleſcere duo motus, & duæ actiooes, quia quælibet pendet à ſuo agente. Idipſum dicendum ſi lapis dum deſcendit adiuuetur ab aëre, vt velociùs deſcendat; quot eoim motores tot motus.

Sectio III.

A quo ſumat vnitatem numericam metaphyſicam, & obiectiuam.

PRIMA *concluſio*. Ad vnitatem numericam, & indiuidualem motus metaphyſicè, ſeo obiectiuè ſumpti, non prout eſt à parte rei, non requiritur nec idem numero ſubiectum, necidem tempus, oec eadem forma, neque idem motor.

Prima pars probatur, eadem numero forma noo requirit idem numero ſubiectum, ergo neque vnus numero motus idem ſubiectum: Cooſequeotia patet, quia motus identificatur cum forma realiter, ergo ſi ſemel forma poteſt eſſe extra tale ſubiectum, etiam poterit via, & motus ad illam; alioquin ſi via ad hanc formam non poteſt eſſe extra hoc ſubiectum, nec forma. Antecedens probatur, quia cùm agens ſe applicat ad agendum, ſubiectum ex ſe eſt indifferens vt recipiat hanc formam, magis quàm aliam; quælibet enim materia ſicut ex ſe reſpicit omnes formas in ſpecie, ita indifferenter quamcumque in indiuiduo, & quælibet pars materiæ habet eamdem capacitatem, quam tota materia, vt alibi diximus.

Confirmatur, ſi hæc materia in indiuiduo reſpiceret hanc numero formam, & non aliam, cùm agens agit, noo eſſet neceſſaria determinatio primæ cauſæ, vt potiùs hanc numero formam produceret, quàm illam: ſed poſito hoc numero ſubiecto, ad hoc vt ignis producat hanc numero formam, neceſſe eſt vt Deus ignem determinet, ergo.

Secundò probatur, quia motus, vt quidam fluxus eſt, & tranſitus abſtrahens à mobili, ſaltem metaphyſicè eſt vnum quid, ergo non per ſubiectum.

Secunda pars, quòd non requiratur idem tempus, probatur, quia tempus eſt quid extrinſecum motui, & vnus, & idem motus poteſt fieri loogiori, & breuiori tempore, vt infrà dicemus; ſed tempus longius numero differt à breuiori,

A ergo idem numero motus poteſt eſſe in diuerſo numero temporis.

Reſpondebis, licèt tempus ſit extrinſecum motui, tamen hic numero motus dicit eſſentialem ordinem ad hoc numero tempus.

Eadem numero forma tum ſubſtãtialis, tum accidentalis poteſt eſſe diuerſo tempore.

Contrà, & probatur fortiùs concluſio. Eadem numero forma, ſiue accidentalis, ſiue ſubſtantialis, poteſt eſſe diuerſo tempore, ergo etiam motus. Conſequentia patet ex dictis, antecedens probatur, ex eo quòd agens nunc noo applicatur, non tollitur potentia in illo ad producendum hunc oumero effectum, ergo tranſacto hoc tempore poteſt agens producere effectum eumdem, ergo idem effectus poteſt eſſe diuerſo tempore, non enim videtur quomodo B tempus poſſit tollere, & ponere potentiam productiuam, cùm ſit quid extrinſecum, & potentia exhauriatur ſolùm per ablationem eorum, quæ ſunt in eadem poteutia.

Confirmatur, neque tempus habet eſſentialem connexionem cum effectu, & agente, ergo oon poteſt determinate agens ad talem formam, ergo nec ad talem actionem, & motum, poteſt enim agens agere, & non in tempore, vt ſi ſol creatus fuiſſet ab æterno, vel in inſtanti, & in eodem inſtanti lumen produceret: Item ſi ceſſaret motus cœli, ceſſaret tempus, & ceſſante tempore inferiora poſſent aliquid efficere, ergo ad motum non requiritur tempus.

Tertia pars, quòd non requiratur forma, probatur, C poteſt idem effectus oumero, vt diximus, produci à diuerſis numero agentibus per diuerſas actiones, & diuerſos motus, ergo hic numero motus oon reſpicit hanc formam numero. Conſequentia probatur, hæc forma numero non reſpicit hunc motum numero, ergo neque hic numero motus hanc oumero formam.

Secundò, ignis, vt producat hunc calorem, indiget vt determinetur à Deo, ergo etiam vt hæc calefactio producat hunc eumdem calorem, debet à Deo determinari. Conſequentia probatur, ideo ignis debet determinari, quia non eſt maior ratio cur producat hunc, & noo D alium, cùm omnes ſint eiuſdem ratioois, ergo etiam debet determinari calefactio, cùm non ſit ratio cur ſit via ad hunc calorem, & non ad alium, ergo hæc oumero actio obiectiuè ſumpta reſpicit hanc numero formam.

Obiectio.

Obiicies, ſi hæc actio determinari debet ad producendam hanc numero formam, actio ex ſe erit cauſatiua plurium, & cùm actu cauſabit vnam formam, non faciet quod poteſt, quod implicat, vt ſectione præcedenti diximus.

Idem numero motus obiectiuè ſumptus quomodo via ad hũc, vel illum effectum.

Reſpoodetur, non eſſe abſurdom dicere quòd eadem actio, & idem motus numero obiectiuè ſumptus poſſit eſſe via ad hunc, vel il- E lum effectum; non tamen dicetur motus, aot actio cauſatiua, quia cùm eſt via ad vnum effectum, nunquam poterit producere alium: ſic econtrà dicitur ignis caoſatiuus, quia cùm vnum ignem producit, poteſt producere alium, & alium: ſic vnio inter formam, & materiam non eſt vnitiua, ſed vniens, quia præter illa noo poteſt alia vnire, licèt ſi præſcindatur ab illa materia, & forma, quam vnit, poſſit vnire aliam formam, & materiam.

Qoarta pars, quòd neque requiratur idem motor, probatur, quia motor eſt extra rationem motus, & motus præciſè ſumptus eſt fluxus quidã.

Secundò, eadem actio poteſt eſſe ab hoc, & ab illo agente intra eamdem ſpeciem, eadem videlicet calefactio ab hoc, & ab illo igne, ergo actio, & motus non ſumunt ſuam vnitatem numericam ab agente, & motore. Antecedens probatur, cauſa enim ſecunda determinatur à Deo, nedum quoad hunc, vel illum effectum, ſed etiam quoad hanc, vel illam actionem; quia ideo cauſa ſecunda determinatur à Deo ad hunc, vel illum effectum, quia effectus omnes ſunt eiuſdem rationis: id ipſum fatendum de actionibus eiuſdem ſpeciei reſpectu eiuſdem agentis, neque eſt maior ratio cur per hanc calefactionem producat hunc calorem, & non per aliam. A

Aduerſariorum ſolutio. Reſpondent aduerſarij, Deum non determinare cauſam ſecundùm ad hunc, vel illum effectum, quia hi eſſentialiter dependent ab inuicem, ſed quinam effectus debeat eſſe prior, & poſterior. B

Impugnatur. Contrà, ideò requiritur determinatio quoad illum ordinem, quia non eſt maior ratio de ipſis effectibus, de vno, quàm de alio, ſed non eſt maior ratio de ipſis effectibus, cùm omnes ſint eiuſdem rationis.

Obiectio 1. *Obiicit* recentior quidam, agens indiuiduum nequit efficere omnes effectus eiuſdem ſpeciei, quia hic ignis contineret omnes ignes in indiuiduo, quod eſt abſurdum. Probatur minor, ita ſe habet hoc agens in ſpecie ad omnes effectus in ſpecie, ſicut hoc agens numero ad omnes effectus numero, ſed vna forma in ſpecie non poteſt efficere omnes formas, & effectus in ſpecie, ergo neque vna forma numero omnes formas numero. C

Reſpondetur negando minorem, & ad probationem negando paritatem, vna enim forma in ſpecie non continet alias formas in ſpecie, neque principium actiuum eſt commune, neque formę reliquæ ſunt eiuſdem rationis: ſecus in vna forma numero reſpectu indiuiduorum eiuſdem ſpeciei quis non videt aliter ſe habere hunc ignem ad alios ignes, quàm ignis vt ſic ad formas elementorum. D

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, actio eſſentialiter dependet ab agente, & eadem numero viſio neque ſucceſſiuè poteſt fieri à duplici oculo.

Reſpondetur, actionem in communi dependere eſſentialiter ab agente vt ſic, non autem eſſentialiter ab hoc, aut illo. De viſione non puto abſurdum dicere, poſſe fieri à duplici oculo ſucceſſiuè, ſicut neceſſariò fatendum eſt hunc oculum determinari ad hanc viſionem priùs, deinde ad aliam, ſic determinari etiam ad ſingulas.

Secunda concluſio. Ad vnitatem numericam motus obiectiuè ſumpti, ſatis eſt ſua propria hæcceitas. E

Probatur, quælibet enim res conſtituitur hęc per propriam ſuam rationem indiuidualem, quæ dicitur hæcceitas; dicitur enim, hæc res eſt hæc, quia habet in ſe intrinſecum principium, per quod conſtituitur hæc. Sed fuſiùs de hoc in Metaph.

DISPVTATIO SEXTA.

De contrarietate & oppoſitione motus.

SECTIO PRIMA.

Vnde ſumat motus tum reſpectu alterius motus, tum etiam reſpectu quietis oppoſitionem.

VIDIMVS à quo ſumat motus ſuam vnitatem ſpecificam, & numericam: videndum nunc à quo ſumat ſuam diuerſitatem, & oppoſitionem, quam habet cum aliis motibus, & quiete.

Notandum primò, motum poſſe ſumi dupliciter, vel ſecundùm propriam naturam, vel ſecundùm accidentia, quæ poteſt habere, tarditatem videlicet, & velocitatem.

Notandum ſecundò, ea quæ ſunt poſitiuè contraria, non poſſe in vnam ſpeciem coire, cùm contraria ea ſint, quæ ſub eodem genere maximè diſtant. Quæ ſunt poſitiuè contraria nequeunt in vnam ſpeciem coire.

Notandum tertiò, motum duplicem habere poſſe contrarietatem, aliam ad alium motum; aliam ad quietem: quietem verò poſſe ſumi dupliciter, alia eſt in termino à quo, alia eſt in termino ad quem. Motus quotuplicem contrarietatem habeat.

Prima concluſio. Vera eſſentialis, & poſitiua contrarietas motuum ab eodem ſumitur, à quo & ſpecificatio, à termino videlicet ad quem, non à termino à quo, ſed tantùm ab eo accidentalis.

Prima pars probatur, à quo res habet eſſentiam, habet oppoſitionem motus; habet eſſentiam, & ſpecificationem à termino ad quem, ergo & ab eodem oppoſitionem. Secundò, motus à cæruleo in nigrum, & à rubro in nigrum ſunt eiuſdem ſpeciei, etiam ſi termini à quibus eſſentialiter differant, ergo.

Secunda pars patet.

Secunda concluſio. Motui opponitur quies, quæ eſt in termino à quo tantùm priuatiuè, quies verò, quæ eſt in termino ad quem, nec priuatiuè, nec poſitiuè. Eſt Ariſt. 5. Phyſ. tex. 54.

Prima pars probatur, quia quies in termino à quo non ſolùm dicit priuationem motus, ſed etiam formæ debentis produci per motum, imò ſignificat formam oppoſitam illi, cum qua eſt idem realiter motus. Ariſtot.

Secunda pars probatur, quia motus tendit ad quietem, quæ eſt in termino ad quem, tanquam ad ſuum finem; motus enim ad calorem non opponitur calori, ita nec motus ad quietem, quieti. Ita Ariſtot.

Dices, etiam quies in termino ad quem dicit priuationem motus præteriti, ergo etiam illa quies opponitur motui præcedenti.

Reſpondetur, negando antecedens, cùm ille motus identificetur cum forma, & ſaltem inadæquatè remaneat cum ipſa forma, vt alibi diximus.

Tertia concluſio. Duæ quietes formaliter opponuntur ad inuicem impropriè, opponuntur autem propriè ratione habituum, quos negant.

Probatur, oppoſitio in rigore eſt entium, quies formaliter non eſt ens. Hinc patet magis opponi ad inuicem motus, quàm quietes, quandoquidem motus ſunt quid poſitiuum, & poſitiuè contrarij, quietes verò tantùm opponuntur ſicut oppoſitæ ſolent priuationes.

Sectio II.

An inter ſpecies cuiuſcunque motus reperiatur vera contrarietas.

Certvm eſt in motu alterationis eſſe veram contrarietatem, ſaltem inter calefactionem, & frigefactionem. Difficultas eſſe poteſt quoad eamdem alterationem in motu remiſſionis, & intenſionis: in motu augmentationis, quoad augmentationem, & diminutionem: in locali, an inter circularem, & rectum, ſurſum, & deorſum, naturalem, & violentum.

Ariſtot. *Prima ſententia* eſt aſſerentium huiuſmodi motus eſſe poſitiuè contrarios. Citant Ariſtot. 5. Phyſic. tex. 18. vbi decretionem motum appellat poſitiuum. Item, quia motus aëris in concauo orbis lunæ, & à centro terræ differunt ſpecie: Et in horum ſententia diximus ſuprà terminum ad quem ſpecificantem motum debere ſumi formaliter.

Secunda ſententia eſt oppoſita.

Prima concluſio. Motus remiſſionis, & intenſionis, augmentationis, & diminutionis non opponuntur niſi priuatiuè. Eſt Conimb. 5. Phyſic. cap. 4. quæſt. 2. artic. 2. Fonſ. 5. Metaph. quæſt. 9. ſect. 4. *Conimb. Fonſeca.*

Probatur, quia remiſſio, & diminutio non ſunt niſi deperditio, & diminutio quantitatis, & qualitatis, ergo ſunt motus priuatiui, & priuatiuè oppoſiti.

Secunda concluſio. Licèt motus ſurſum, deorſum, circularis, & rectus non habeant contrarietatem tam perfectam, qualis reperitur inter qualitates contrarias, ſunt tamen motus eſſentialiter diſtincti. Eſt Ruu. 6. Phyſic. cap. 6. quæſt. 1. *Ruuius.*

Probatur primò, quia ex motu ſurſum, & deorſum, circulari, & recto colligit Ariſt. cœlum, & elementa differre eſſentialiter.

Secundò probat Ruu. grauitas, & leuitas ſunt qualitates ſpecie diſtinctæ, ſunt enim paſſiones diuerſorum elementorum, ergo & motus ſurſum, & deorſum, qui ab his procedunt. Conſequentia probatur, quia potentiæ diſtinguuntur per actus, ſed actus leuitatis, & grauitatis ſunt motus ſurſum, & deorſum, ergo ſi grauitas, & leuitas diſtinguuntur eſſentialiter, etiam earumdem actus.

Dices, motus cœli, & elementorum non differunt niſi per extrinſecam denominationem, vt diximus, ergo non ſunt verè oppoſiti; inde enim motus naturalis, & violentus non dicuntur verè oppoſiti, quia tantùm opponuntur ratione mobilis.

Motus circularis, & rectus per quid differant.

Reſpondetur, motum circularem, & rectum differre non per extrinſecam denominationem, ſed ſeipſis, connotãt tamen intrinſecum principium, à quo fluunt; differunt enim inter ſe, quia ſunt proprietates, quæ talia corpora conſequuntur: colligimus autem illos differre ſpecie, quia petuntur à tali corpore ſemper, ſicut quia riſibilitas, & hinnibilitas petuntur ab homine, & equo, dicimus paſſiones illas eſſentialiter diſtinctas, per ordinem tamen inclusum ad ſubiectum, à quo dimanant: non autem id accidit in motu violento, cùm non petat eſſentialiter fieri ab hoc corpore, ſed extrinſecùs adueniat.

Tertia concluſio. Motus naturalis, & violentus non differunt niſi accidentaliter. Patet ex dictis, idem enim motus naturalis poteſt differre à ſeipſo vt violentus, tantùm ratione ſubiecti, & eadem calefactio violenta aquæ eſt aëri naturalis.

Quarta concluſio. Motus velox, & tardus non opponuntur niſi accidentaliter.

Probatur, quia tarditas, & velocitas ſunt modi quidam ſucceſſionis, quibus partes motus tardiùs, vel velociùs ſibi inuicem ſuccedunt, & idem numero motus poteſt eſſe longior, & breuior, ergo non differunt eſſentialiter.

Sectio III.

An inter motus oppoſitos neceſſariò detur quies, ſeu an in puncto reflexionis detur neceſſariò poſitiua, & vera quies.

Ariſtot. Affirmat Ariſtot. 8. Phyſic. cap. 8. ac docet quòd *Ideo motus circularis poteſt eſſe perpetuus, quia in cæteris motibus debet dari regreſſus, & interponi quies, ita vt interrumpatur motus.*

Pugnant hoc loco Ariſtot. expoſitores. Quidam Ariſtot. lapſum fatentur, vt Conimbric. lib. 8. cap. 8. quæſt. 1. Areſ. 2. de gener. diſputat. 4. quæſt. 4. & recentiores communiter: Quidam tuentur, ſic Ruu. Rem omnem his propoſitionibus abſoluemus. *Conimb. Areſius. Ruuius.*

Prima propoſitio. In puncto reflexionis non datur neceſſariò quies, atque adeo Ariſtot. axioma non vniuerſaliter verum. Eſt contra Ruu.

Probatur communiter, & rectè hîc, deſcendat prægrandis lapis, occurrat paruus lapillus violenter motus, cùm ille grandis lapis nunquam quieſcat, paruus ille lapis neque in puncto reflexionis quieſcet, ſed ſtatim deorſum deſcendet, ergo non ſemper in puncto reflexionis datur quies.

Ruuius impugnatur. Reſpondet Ruu. Tunc lapidem paruum non moueri per ſe, ſed per accidens, nec per eamdem lineam, ſed per aliam.

Contrà, ſupponamus deſcenſurum per eamdem lineam, reuera lapis ille non quieſcit, & continuò mouetur, ſiue moueatur per ſe, ſiue per accidens, nihil ad rem; illi ergo motus ſurſum, & deorſum parui lapidis non erunt per quietem interrupti.

Secundò probatur, ideo inter motum ſurſum, & deorſum debet interponi quies, quia illi motus ſunt ſpecie differentes, ac nullo modo poſſunt eſſe continui, ſed ad id non requiritur quies. Probatur, poſſunt eſſe duo motus nulla quiete poſitiua intercedente, ergo non ideo in puncto reflexionis debet dari quies, quia motus ſurſum, & deorſum, ſunt duo motus. Antecedens probatur, cùm enim viuens ab alto proiicitur, & interim moritur, ſemper quidem ſubiectum mouetur, & tamen erunt duo motus diſcontinui, licèt nulla intercedat quies.

Con-

Confirmatur, quia etiam quies differt ſpecie à motu: Peto nunc vel illa eſt continuũ quid cum motu, vel contiguum. Si continuum, ergo quæ ſic differunt, poſſunt continuari, ergo etiam motus ſurſum, & deorſum, quod non concedent: ſi contiguum, id ipſum dico de motibus ſurſum & deorſum, & ſi nulla intercedit quies, motus illos futuros contiguos.

Secunda propoſitio, ſi motus contrarij ſint ambo naturales, vt accidit in motu cordis, in intenſione, & remiſſione rerum, in augmentatione, & diminutione quantitatis, ſiue inter illos ſit oppoſitio poſitiua, vt quidam volunt, ſiue priuatiua, vt docuimus, in puncto reflexionis datur quies. Sic Ariſt. defendimus, nec aliud ipſe intendebat; tantùm enim intendebat probare B nullum motum poſſe eſſe perpetuum niſi circularem, quia in quolibet motu, cùm non detur ſpatium infinitum, mobile retrogreſſurum tunc in puncto reflexionis naturaliter quieſcet.

Prob ex tex. 65. ait enim, *nunquam natura producit aliquid vt tantùm duret per inſtans, ſed vt aliquo tempore duret*, ergo neque naturaliter aliquid mouebitur ab A vſq; ad B, niſi in B aliquantulũ permaneat. Patet in motu augmentationis, in quo id quod creſcit nõ ſtatim decreſcit: Patet in dilatatione, & contractione cordis, in quibus ſemper aliqua intercedit quies, licèt vix interdum percipiatur, ſi credendum eſt Galeno, & *Galenus.* *Valeſ.* teſtatur Valleſ. lib. 3. controuer. cap. 6.

Obiectio. *Obiicit Areſius*, quod naturaliter mouetur, C ſemper mouetur, niſi naturaliter impediatur. Item, non eſt maior ratio cur, dum quieſcit, tantum temporis quieſcat, nec magis, nec minus, ergo ſemper cor mouebitur. Item, neque vterque motus eidem cordi eſt naturalis, cùm cuilibet corpori graui repugnet quilibet motus præter deſcenſum.

Reſp. naturam eſſe principiũ tum motus, tum quietis, & potuiſſe ſic motum cordis attemperare vt modò moueatur, modò quieſcat: cur tantum tẽporis quieſcat, nec magis nec minus, prouenit à ſpirituũ copia, hinc modò velociùs, modò tardiùs mouetur. Item vterque motus naturalis, prouenit enim à tali principio intrinſeco, D quod vtrumque motum ad indiuidui conſeruationem expoſtulat.

Tertia propoſitio. Si motus contrarij ita ſe habent vt alter naturalis ſit, alter violentus, vt cùm proijcitur lapis, & deinde per ſe deſcendit, eſt aliqua quies, licèt imperceptibilis. Eſt cõtra Areſ. & Maſſ. Eſt verò Capreol in 2. diſt. 15. quęſt. ad 4. Thien. 8. Phyſ. tex. 62. Alb. de Sax. quæſt. 12. Iand. quęſt. 17. Niphi tex. 65. Conimb. &c. *Areſius.* *Maſſeius* *Capreol.* *Thienaus.* *Albertus de Saxon.* *Iand.* *Niphus.* *Conimb.*

Probat quidam cum Ariſt. ſic, hi motus ſunt contrarij, ergo non poſſunt eſſe continui, ergo debet interponi quies. Sed non rectè, vt vidimus, poſſent enim eſſe ſaltem contigui, ad quod E non requiritur quies.

Probatur ergo, quia impulſus, & virtus, qua lapis ſuſtollitur gradatim diminuitur, ergo eò deueniet vt mobile vix ſuſtollat, deniq; vt illud tantùm ſuſtineat, atq; adeò vt mobile aliquantulùm ſiſtat, tandem eadem euaneſcẽte virtute vt mox decidat, ergo datur in puncto reflexionis quies.

Obiectio 1. *Obiiciunt* Areſ. & Maſſ. impulſus ille ſemper in altum lapidem ſuſtollit, ergo lapis per virtutem impellentem aſcendet, vel illa deficiente deſcendet, numquam enim virtus illa poteſt eſſe æqualis grauitati.

A Reſpondetur, nego antecedens, cùm enim paulatim virtus illa impellens minuatur, neceſſariò eò deueniet vt inter impulſum, & lapidem ſit proportio æqualitatis, vt dum impulſus eſt maior, ſuſtollatur lapis, cùm æqualis, ſiſtat, cùm minor, deſcendat.

Obiiciunt ſecundò, ſequeretur, quòd lapis ab alto demiſſus velociùs moueretur, quàm lapis naturaliter deſcendens, quod falſum. Obiectio 2.

Reſpondetur, ſi cætera ſint paria, lapides illos æqualiter deſcenſuros, ſi videlicet poſt illam morulã, in qua lapis ſiſtit, dimittatur alius lapis.

Obiiciunt denique, huiuſmodi morula vix Obiectio 3. percipitur, ergo non datur. Item, vel illa æqualitas virtutis erit indiuiſibilis, & tunc quies tãtùm B durabit per inſtans, ergo in puncto reflexionis nõ dabitur quies poſitiua, ſed tantùm negatiua.

Reſpondetur negando vtramque conſequentiam, nec enim ſemper credendum ſenſibus; cùm detur pars quantitatis tam minima, quæ ſenſum effugiat: cogimur tamen fateri illam eſſe diuiſibilem in infinitum, & habere partes infinitas. Neque virtus illa indiuiſibilis; ens enim mathematicum tantùm conſiſtit in indiuiſibili, ens phyſicũ ſemper diuiſibile, ideò morula illa ſemper inſumet aliquod tempus, licèt minimum.

Quarta propoſitio. Si vterque motus ſit violentus, vt cùm pila in parietem proijcitur, & reſilit nulla intercedit quies. Eſt contra Maſſeium *Ruuius.* *Maſſeius.* Tolet. Ruu. eſt tamen Areſij. *Toletus.* *Areſius.*

C Probat Areſius, & rectè, ſi enim proiectum quieſceret in pariete non eſſet à quo impelleretur, non enim paries pilam impellit.

Reſpondet Maſſeius, permanere virtutem illam motiuam in pila, quæ cùm ob impedimentum non poſſit vlteriùs pilam impellere, poſt morulam aliquam temporis facit illam reſilire.

Contrà, virtus illa impellens eſt tota in actu, & dum eſt debet aliquid efficere, eſt enim virtus actiua, ſeu mouens in actu ſecundo, non primo, ergò ſemper efficit vt pila moueatur, ergo nunquam pila in pariete quieſcet.

Obiicit, ex Ruu. pila, & paries immediatè Obiectio. ſe tangunt, ergo ſi pila in inſtanti recederet, D daretur neceſſariò vacuum, conſequentia probatur, quia aër nequit in inſtanti occupare totum illud ſpatium, quod à pila relinqueretur in inſtanti, motus enim localis nequit in inſtanti fieri, ſed neceſſariò in tempore.

Reſpondetur motum, & impulſum fieri à pariete in inſtanti non mathematico, ſed phyſico, in quo poteſt fieri velociſſimus motus localis.

Rectiùs etiam inter corpora contigua ſemper remanere aliquem aërem tenuiſſimum, vt patet in chalybe, & lapide quando interiectus aër igneſcit.

Obiicies ex Ariſt. ſi nulla interponetur quies, ex Obiectio. E duobus motibus tum directo, tũ reflexo fiet vnus numero motus, quod eſt falſum, quæ enim ſpecie ſunt eſſentialiter oppoſita non poſſunt eſſe vnum continuum.

Reſp. quæ ſpecie differunt non poſſunt continuari ratione formæ, & ſimpliciter concedo: poſſunt tamen continuari ſecundùm quid ratione temporis, ſic illi motus ſimpliciter eſſent duo, vnum ſecundùm quid.

Obiicies ex eodem, ſi in puncto reflexionis non Obiectio. datur quies poſitiua, idem eſſet terminus à quo, & ad quem, quia ſubiectum v. g. in eodem puncto accederet ad B. & ab eodem recederet.

Ad diſcontinuandos motus ſufficit idem momẽtum.

Reſpondetur, ad diſcontinuandos motus etiam per ipſum Ariſtot. ſufficit idem momentum, neque mobile in eodem inſtanti accederet, & recederet, ſed in priori naturæ idem punctum reflexionis erit finis, & terminus ad quem vnius motus, & in poſteriori naturæ erit terminus à quo alterius motus.

DISPVTATIO SEPTIMA.

De partibus motus.

Partes motus dupliciter acceptę.

B PARTES motus aliæ metaphyſicæ, quibus idem motus, vt quid metaphyſicum eſt, in tali genere entis conſtituitur, vt genus, & differentia; ſed de his non loquimur: aliæ phyſicæ, quibus motus veluti integratur. Dixi integratur, quia motus formaliter non habet partes phyſicas eſſentiales ipſum componentes, materiam videlicet, & formam, cùm ſit formaliter modus, ſed tantùm integrales ad inſtar lineæ, quæ ex ſuis partibus coaleſcit.

Partes quibus integratur motus, item duplices.

Partes autem, quibus integratur motus, vt notat Perer lib. 14. cap. 7. ſunt in duplici differentia, aliæ dicuntur ſecundùm extenſionem: aliæ ſecundùm ſucceſſionem. C Partes ſecundùm extenſionem accipit motus à ſubiecto, in quo eſt, ſicut albedo dicitur extenſa ratione ſubiecti, cui inhæret: partes ſecundùm ſucceſſionem ſumit motus à termino ad quem, qui ſucceſſiuè acquiritur: partes ſecundùm extenſionem metimur per quantitatem ſubiecti: partes ſecundùm ſucceſſionem metimur tempore: denique partes motus ſecundùm extenſionem ſunt ſimul, ſi enim mouetur totum mobile, etiam omnes partes eiuſdem mobilis mouentur; partes autem ſecundùm ſucceſſionem eſt impoſſibile vt vel per minimum tempus ſint ſimul, ſed vna alteri ſuccedit. Hîc non loquimur de partibus motus ſecundùm extenſionem, ſed de D partibus ſecundùm ſucceſſionem, & de iis diſputandum, quæ eæ ſint, & an in illis detur prima, & vltima, ſeu, quod idem eſt; quomodo incipiat, & deſinat motus, & obiter quomodo cætera entia.

SECTIO VNICA.

An inter partes motus detur prima, & vltima: ſeu quomodo incipiat, & deſinat motus, & cætera entia tum permanentia, tum ſucceſſiua. Exponitur communis ſententia.

Ariſtot.

COMMVNIS *Peripateticorum ſententia* cum Ariſtot. hæc eſt. Aſſerunt primò motum diuidi in ea, quæ dicuntur moueri, & in ea, quæ vocantur mutata eſſe. Ea quæ dicuntur moueri ſunt partes veræ motus ipſum integrantes: Mutata eſſe non ſunt partes motus, ſed termini indiuiſibiles, quos habet in ſe motus, ſicut puncta in linea, inſtantia in tempore.

Secundò aſſerunt in motu non dari primam partem, neque vltimam, quia quælibet pars motus eſt vlteriùs diuiſibilis in infinitum, & ideò ante, & poſt quamlibet partem ſemper remanere aliam partem.

A *Tertiò*, in motu non dari primum mutatum eſſe, quia mutatum eſſe ſequitur moueri, ergo antequàm ſit moueri, nequit eſſe mutatum eſſe. Datur tamen in motu vltimum mutatum eſſe, quia in primo inſtanti poſt motum poſſumus dicere, nunc mutata res eſt.

Quartò, res omnes dupliciter poſſe incipere. Primò intrinſecè, vt ſi in eo inſtanti inceptionis res verè habeat ſuũ eſſe, vt accidit in rebus quæ creantur: Secundò extrinſecè, vt ſi in eo inſtanti inceptionis tenera res non habeat ſuum eſſe, ſed immediatè pòſt erit, vt accidit in tempore, quia in hoc inſtanti tempus non eſt, ſed immediatè pòſt erit. Idipſum aũt ex parte deſitionis, rem videlicet dupliciter poſſe deſinere. Primò B intrinſecè, cùm in vltimo inſtanti affirmari poteſt, res eſt, immediatè pòſt non erit, vt ſi Deus nunc ſuſpenderet ſuum concurſum, & res deſineret: ſecundò res poteſt deſinere extrinſecè, vt cùm in vltimo inſtanti affirmari poteſt, res non eſt, immediatè antè erat.

Quòd vt diſtinctiùs explicarent quatuor terminos, adinuenere duos poſitiuos, qui pertinẽt ad incipere, & deſinere intrinſecum: duos negatiuos, qui pertinent ad incipere, & deſinere extrinſecum: primum ſui eſſe, & vltimum ſui eſſe: primum ſui non eſſe, & vltimum ſui non eſſe; quæ enim incipiunt per inſtans intrinſecum, dicuntur incipere per primum ſui eſſe, quia C nunc ſunt, immediatè antè non erant; quæ deſinunt per inſtans etiam intrinſecum, dicuntur deſinere per vltimum ſui eſſe, quia nunc ſunt, immediatè pòſt non erunt: quæ verò incipiunt extrinſecè, dicũtur incipere per vltimum ſui non eſſe, quia nunc non ſunt, ſed immediatè pòſt erunt: quæ deſinunt extrinſecè, dicuntur deſinere per primum ſui non eſſe, quia verum eſt dicere, quia tunc non ſunt, immediatè antè erant. Ex his

Quintò docent tempus, motum, & quietem poſitiuam incipere extrinſecè, ſic etiam formas accidentales, quæ ſucceſſiuè acquiruntur; inſtantia verò temporis, & mutata eſſe motus, D & cætera entia indiuiſibilia incipere, & deſinere intrinſecè: formas omnes ſubſtantiales tum corruptibiles, tum incorruptibiles incipere extrinſecè, & fieri totas ſimul: corruptibiles deinde deſinere extrinſecè. Fundamentalis ratio illorum eſt, non poſſe dari duo inſtantia immediata, ideò &c. Hæc aſſerunt communiter tum veteres, tum recentiores. Rem omnem diſtinctiùs examinabimus.

Propria ſententia aſſertur.

Areſius.

OPPOSITAM *ſententiam* tuetur noſter Areſius, qui hæc aſſerit. Primò motum, & cætera entia ſucceſſiua incipere, & deſinere E intrinſecè. Secundò motum habere tum primam, tum vltimam partem. Tertiò nil poſſe incipere, & deſinere extrinſecè ſiue ſubſtantia ſit, ſiue accidens, ſiue ens ſucceſſiuum, ſiue permanens. Quartò, quod tanquam diſputatum alibi ſupponit, nullum à parte rei dari punctum, aut inſtans indiuiſibile, & partes temporis ſeipſis terminari ac connecti. Hanc ſententiam ſicuti longè probabiliorem, & faciliorem puto, ita nec ab ea auſim omnino recedere. Ideò

Notandum primò, ne à communi loquendi modo recedamus, tempus diuidi in quaſdam partes, quæ appellantur tempus, & in quaſdam,

Digitized by Google

Tempus in quas partes diuidatur

quæ dicuntur indiuiſibilia, & inſtantia: ſic etiam in corporibus quantis certum eſt dari partes quaſdam, quæ dicuntur extenſæ, & quantæ, & dari minima eiuſdem quantitatis, quæ omnino indiuiſibilia, inextenſáque dicuntur, & puncta appellantur, ſic etiam in motu. Ex his

Notandum ſecundò duplex dari inſtans, & duplex punctum, aliud Mathematicum, aliud Phyſicum: Inſtans, & punctum mathematicum illud eſt, quod mente fingimus omnino inextenſum, tum extrinſecè, tum intrinſecè: Inſtans, & punctum phyſicum eſt minima pars temporis, ſeu quantitatis indiuiſibilis extrinſecè, licèt intrinſecè diuiſibilis.

Inſtans, & punctum quotuplex.

Notandum tertiò, indiuiſibile intrinſecè, & extrinſecè illud dicitur, in quo neque à parte rei, neque per intellectum ſunt partes aſſignabiles: indiuiſibile tantùm extrinſecè eſt illud, quod ab agente phyſico non poteſt à parte rei diuidi, licèt poſſit à parte rei diuidi in partes, & partes in infinitum. Huiuſmodi eſt pars minima quantitatis, qua à parte rei nõ poteſt dari minor, ſine qua non poteſt naturaliter conſeruari forma illa materialis; & hanc partem appellamus punctum phyſicum extrinſecè indiuiſibile, intrinſecè tamen, & ex ſe diuiſibile in infinitũ. His poſitis ſit

Quid ſit indiuiſibile intrinſecè, & extrinſecum.

Prima concluſio. Motus non diuiditur in partes, quæ dicuntur moueri, & in mutata eſſe; ſed in partes eiuſdem rationis ſeipſis vnitas, nullis mediantibus inſtantibus: Motus quidem ex ſe, licèt ſecundùm nos diuidatur in partes diuiſibiles tum extrinſecè, tum intrinſecè, & in inſtantia intrinſecè indiuiſibilia.

Probatur, ſi inter partes motus darentur mutata eſſe intrinſecè indiuiſibilia, motus fieret in inſtanti mathematico, quod aduerſarij negant. Sequela probatur, dum lapis mouetur, vel continuò fit motus, vel interrumpitur, non ſecundum, vt ſupponimus, ergo continuò mouetur, ergo etiam in quolibet inſtanti mathematico mouebitur; ergo motus fiet in inſtanti.

Dices, motum, dum fit, continuari per mutata eſſe.

Contrà, vel mutata eſſe ſunt partes motus: vel non, ſi non; ergo interrumpitur motus: ſi affirmas, ergo mutata eſſe non correſpondent inſtanti mathematico, quod eſt contra ſuppoſitum.

Dices, non eſſe abſurdum in inſtantibus mathematicis fieri motum.

Contrà, ideo nequit motus incipere per inſtans per aduerſarios, quia habet partes, & partes, inſtans verò omnino indiuiſibile, ergo ſi poteſt fieri motus in inſtantibus intermedijs, ergo etiam in primo: vel ſi non poteſt in primo, neque in intermedijs.

Secunda concluſio. Datur in motu prima, & vltima pars.

Areſius.

Probat Areſius, & rectè, potentia naturalis non impedita ſtatim exit in actum, ergo poteſt dari motus, qui incipiat in inſtanti, ergo & prima pars. Antecedens patet, quia ſol in eodem inſtanti potuit illuminare, in quo fuit productus: Conſequentia probatur, quia ſi generetur lapis in aëre, in eodem inſtanti incipiet deſcendere, & eius motus incipiet per primum ſui eſſe.

Dices, motum non poſſe fieri tunc, cùm producitur lapis, ſed immediatè pòſt, quia repugnat ratione motus.

Contrà, vel in eo inſtanti lapis incipiet moue-

A ri, vel non: incipiet per aduerſarios, ergo dabitur prima pars motus in inſtanti.

Reſpondent incipere extrinſecè.

Contrà, hoc incipere extrinſecè implicat in adiecto. Probat Areſius, nulla maior repugnantia quam eſſe, & non eſſe: at ſi aliquid inciperet extrinſecè, ſimul eſſet, & non eſſet. Minor probatur, quia quod reuera incipit, eſt, ergo incipere, & non eſſe, eſt eſſe, & non eſſe. Antecedens probatur, quia quod incipit, non eſt ſimpliciter futurum, niſi ſecundùm alias partes ſuccedentes, ergo quod incipit ex futuro ſimpliciter fit præſens, quod autem eſt præſens neceſſariò eſt, ergo quod incipit eſt.

Dices, quod incipit intrinſecè, eſt; non

B quod incipit extrinſecè.

Contrà, ergo motus in eo inſtanti eſt futurus, ergo nunquam erit verum dicere, motus nunc incipit, quod repugnat ſenſibus: Et etiam probatur, quia quilibet impulſus tendit per ſe ad initium motus, at ſi motus nunquam inciperet intrinſecè, impulſus tenderet per ſe ad non motum.

Secundò probatur concluſio, ita ſe habet hoc inſtans in motu ſicut hoc punctum in continuo, ſed hoc punctum eſt aliquid lineæ, ergo & primum inſtans, in quo incipit motus, erit aliquid motus, & ſicut in puncto intrinſecè incipit linea, ſic etiam in inſtanti intrinſecè incipiet motus. Videatur Areſius.

C *Tertia concluſio*. In primo inſtanti motus, ſicut datur prima pars motus, ſic datur etiam primum mutatum eſſe.

Probatur, quia de ratione motus eſt formaliter reddere ſubiectum mutatum, ergo ſi in primo inſtanti datur motus, vt diximus, datur etiam in ſubiecto mutatum eſſe.

Quarta concluſio. Motus, tempus, & quies, & quælibet entia tum permanentia, tum ſucceſſiua incipiunt intrinſecè per primum ſui eſſe, & deſinunt etiam intrinſecè per vltimum ſui eſſe.

Probatur primò, quia à parte rei non datur aliquod vagum, & indeterminatum, ſed omne quod eſt, eſt hoc, & proprium eſſe habet, er-

D go omne quod incipit eſſe à parte rei, neceſſariò incipit per primum ſui eſſe, & per vltimum ſui eſſe deſinit.

Reſpondent, omne, quod eſt, eſt determinatè per ſuum eſſe: non autem omne quod incipit, debet incipere per ſuum eſſe, cùm poſſit extrinſecè incipere.

Contrà primò, quia implicat aliquid incipere, & non per ſuum eſſe: Deinde eſt talis inceptio, ergo per tale eſſe, ergo non niſi per proprium, & determinatum.

Reſpondent rem in fieri habere poſſe eſſe indeterminatum, licèt non in facto eſſe.

E Contrà, res non poteſt indeterminatè deſinere, ergo neque indeterminatè incipere; nequit enim concipi frigus corrumpi, niſi deperdat aliquod, ſaltem minimum, ſui eſſe, ergo neque produci calor, niſi aliquid minimum ſui producatur.

Secundò principaliter probatur concluſio, in eodem inſtanti deſinit frigus, & incipit calor, ergo motus incipit, & deſinit intrinſecè.

Dicent, prius corrumpitur frigus, deinde producitur calor.

Contrà, vel vnum deſinit in inſtanti, & alterum in tempore incipit: vel vtrumque

Digitized by Google

incipit, & deſinit in tempore: vel vtrumque in duplici inſtanti; ſed omnia ſunt abſurda, ergo vtrumque in eodem inſtanti. Probatur minor, quòd neutrum videlicet incipiat, & deſinat in duplici tempore, quia ſic in inſtanti intermedio, cùm poſt tempus ſequatur inſtans, dabitur materia ſine accidenti, quod eſt falſum: ſi vtrumque in duplici inſtanti, cùm poſt inſtans non detur inſtans, ſed tempus, in eo tempore materia erit abſque accidenti: ſi frigus deperditur in inſtanti, & calor producitur in tempore, totus motus deperditionis frigoris fiet in pluribus inſtantibus diſcretis, & motus caloris in tempore, ergo deperditio frigoris non erit continua, vel ſi continua, & ſucceſſiua, fiet in inſtanti, quod per ipſos implicat.

Tertiò argumentor ex repugnantiis, quas adſtruunt aduerſarij, & primò contra id, quòd entia permanentia, & formæ ſubſtantiales incipiant per primum ſui eſſe, ſic, calor vt octo conſiſtit in indiuiſibili, ergo per ipſos debet incipere intrinſecè, ergo forma ſubſtantialis incipiet in tempore, cùm calor ſit diſpoſitio præcedens ad illam, & illa immediatè pòſt introducatur.

Reſpondebis introduci ſimul.

Contrà, ergo calefactio vt octo deſinet intrinſecè, & in inſtanti, quod neque concedent, quia tunc motus deſineret per vltimum ſui eſſe.

Confirmatur, ſi enim formæ ſubſtantiales incipiant totæ ſimul per ipſos, quomodo incipiunt per primum ſui eſſe? indiuiſibile enim neque primum habet, neque vltimum. Ideo dicendum potiùs formas ſubſtantiales per totum ſuum eſſe incipere, & per totum deſinere.

Secundò contra id quod aiunt, formas ſubſtantiales deſinere extrinſecè, quod eſt indiuiſibile nec per Dei potentiam poteſt diuiſibiliter acquiri, nec diuiſibiliter deperdi. Maior hæc eſt fundamentum aduerſariorum; ſi enim ens nullas habet partes, quomodo poteſt per partes acquiri, & deperdi? ſed forma ſubſtantialis eſt indiuiſibilis, & nullas habet partes, & ideò per ipſos incipit intrinſecè, ergo neque poterit diuiſibiliter, nec per partes deperdi.

Reſpondebis, formam diuiſibiliter deſinere non ratione ſuæ entitatis, ſed ratione diuiſibilitatis ſubiecti.

Areſius.

Inſtat Areſius, & rectè, licèt ſubiectum habeat plures partes, forma tamen per aduerſarios non poteſt diuiſibiliter introduci, ergo neque diuiſibiliter deperdi.

Tertiò, contra id quod docent indiuiſibilia incipere, & deſinere intrinſecè, ſi indiuiſibile nullas habet partes, quomodo poteſt incipere per primum ſui eſſe, & deſinere per vltimum.

Dices, per primum, & vltimum intelligi idem inſtans, cuius eſſe eidem enti indiuiſibili eſt primum, & vltimum.

Contrà, & probo huiuſmodi indiuiſibilia implicare, ſic, vel præcedens non eſſe ad illud indiuiſibile continuatur cum non eſſe ſubſequenti eiuſdem indiuiſibilis, vel mediat aliquod eſſe: ſi præcedens non eſſe continuatur cum non eſſe ſubſequenti, ergo nunquam indiuiſibile fuit, quia continuum eſt illud, cuius extrema ſunt vnum, & nil mediat: ſi illa duo non eſſe non continuantur, ergo præcedens non eſſe diſtat à non eſſe ſubſequenti per illud indiuiſibile inter medium, ergo indiuiſibile, & punctũ in continuo erit cauſa diſtantiæ inter partes quantitatis, & inſtantia inter partes temporis, & ens indiuiſibile erit quantum, quod ipſi negant, & inſtans, & punctum faciet maius.

Vltimò probatur concluſio quoad quietem, incipere videlicet etiam intrinſecè, cùm deſinit motus in tempore vel in illo primo inſtanti ſubiectum adhuc mouetur, vel non: non primum, quia ſupponimus motum deſiiſſe: ſi non mouetur, ergo in illo inſtanti incipit quies.

Afferuntur obiecta, & diluuntur.

Obiectio 1.

OBICIES *primò* contra ſecundam concluſionẽ, motus, & tempus habet partes priores, & poſteriores, ergo neutrum poteſt incipere, & deſinere in inſtanti, & intrinſecè, ergo nec dari prima, & vltima pars.

Reſpondetur ex dictis, motus non poteſt incipere in inſtanti mathematico, quia non datur; poteſt in inſtanti phyſico.

Inſtabis, quælibet pars motus eſt diuiſibilis in alias partes, ergo antè, & pòſt ſemper remanet aliqua, ergo nunquam poterit motus incipere in inſtanti etiam phyſico.

Reſpondetur, inſtans phyſicum reuera habet partes, & intrinſecè eſt diuiſibile: dicitur verò indiuiſibile tantùm extrinſecè, quia eſt minimũ, quod dari poteſt à parte rei, & ideò poteſt motus in inſtanti phyſico incipere, licèt minima pars motus intrinſecè habeat partes, & partes, cùm minima pars temporis ob ſolam exiguitatem dicatur inſtans.

Obiectio 2.

Obicies ſecundò contra tertiam concluſionem, moueri præcedit mutatum eſſe, ergo non poteſt dari in prima parte motus mutatum eſſe.

Quomodo in primo inſtanti moueri præcedat mutatum eſſe.

Reſpondetur in primo inſtanti moueri præcedit mutatum eſſe natura, non tempore, vel inſtanti; nequit enim dari motus, niſi relinquatur terminus à quo, ac acquiratur terminus ad quẽ, ideo nequit dari moueri ſine mutatum eſſe.

Obiectio 3.

Obicies tertiò contra quartam concluſionem, quies eſt cùm res aliter ſe non habet, ac ſe habebat priùs; ſed in primo inſtanti, cùm res dicitur quieſcere, aliter ſe habet, quia priùs non quieſcebat, modò quieſcit, ergo.

Areſius.

Reſpondet Areſius, quieſcere, ſicut moueri, ſumi poteſt dupliciter, primò adæquatè, & eſt cùm res non ſe aliter habet: ſecundò inadæquatè cùm res incipit non aliter ſe habere: in primo illo inſtanti res dicitur quieſcere inadæquatè, quia tunc incipit non aliter ſe habere.

Inſtabis, vbi deſiit motus in primo inſtanti, verè ſubiectum aliter ſe habet, quia priùs mouebatur, poſtea non mouetur, ergo in primo inſtanti non quieſcet.

An ſufficiat ad motum ens non ſe habere ſicut priùs.

Reſpondetur, ad motum non ſufficere vt ens non ſe habeat ſicut ſe habebat priùs, ſed inſuper requiri vt tranſeat ad aliter ſe habendum: ad quietem verò ſufficit ſi ſubiectum non tranſeat; quod habet in primo inſtanti. Vel faciliùs reſpondetur, in illo primo inſtanti res dicitur quieſcere negatiuè quia videlicet non mouetur, quietura poſtea poſitiuè, cùm per tempus quieſcet.

Terminus inceptionis, & deſitionis quotuplex.

Maneat ergo vnum eſſe tantùm terminum inceptionis, vnum deſitionis, & vtrunque intrinſecum ſiue rei permanentis, ſiue ſucceſſiuæ, ſiue indiuiſibilis, ſiue quantæ: neque

A dari incipere, & deſinere extrinſecè: & rem omnem incipere per totum ſuum eſſe, & per totum deſinere, ſi ſit permanens: ſi ſucceſſiua incipere per primum, & deſinere per vltimum ſui eſſe. Videatur Areſius, Corol. ad quæſt. 23. lib. 1. de gener.

DISPVTATIO OCTAVA.

De ſpeciebus motus.

SECTIO VNICA.

Quæ ſint ſpecies tum eſſentiales, tum accidentales motus.

Diuiſio motus. SVPPONENDVM *primò* motum, & mutationem primò diuidi in inſtantaneam, & ſucceſſiuam: inſtantaneam in generationem, & conceptiones, vt omittamus motus illos intellectionis: ſucceſſiuam verò in alterationem, augmentationem, & lationem.

Vnde ſpecies accidentales motus ſucceſſiui. *Supponendum ſecundò* ſpecies accidentales motus ſucceſſiui deſumi ex varis accidentibus, quæ accidunt mobili: Ea autem ſunt quinque, primò C enim diuiditur motus in tardū, & velocem: Secundò in regularem, & irregularem: Tertiò in naturalem, & violentum: Quartò in ſimplicem, & mixtum: Quintò in rectum, & reflexum. His poſitis, quoad primam ſpeciem motus accidentalis,

Dico primò, motus velox eſt, qui breui tempore multum ſpatium conficit; tardus verò, qui multo tempore paruum ſpatium abſoluit. Ita Ariſt. Themiſt. Ariſt. 4 Phyſic. 96. ſeu vt Themiſt. 6. Phyſic. 13. motus velox ſecat tempus: Motus tardus ſecat ſpatium; hoc eſt, motus velox conficit in ſemihora, quod tardus in vna, ideò ſecat quo- D dammodò tempus: ſi verò velociùs moueatur per aliquod ſpatium, tardus conficit dimidium ſpatij, quod conficit velox.

Difficultas eſt in quo conſiſtat ratio formalis velocitatis, & tarditatis; ſi enim ſpatium ſemper eſt idem, & motus habet partes ſibi continuò ſuccedentes, & vnitas, ita vt non poſſint magis coniungi, aut diſtingui, vnde prouenit iſta diuerſitas? Ideo

Dico ſecundò, cauſæ velocitatis extrinſecæ poſſunt eſſe quatuor, virtus motiua: medium denſum vel ſubtilius: figura mobilis magis, vel minùs apta, vt ſi ſit quadra, vel orbicularis reſiſtentia, vel facilitas intrinſeca mobilis; ſed de his non loquimur. Cauſa autem formalis eſt ea- E dem, quæ in raritate, vel denſitate, & ſicut de denſo dicimus quod habet multum materiæ in parua quantitate, & de raro parum materiæ in magna quantitate; ſic velox eſt magna ſucceſſio in paruo tempore: tardus parua ſucceſſio in multo tempore. Hinc

Dico tertio, velocitatem, & tarditatem eſſe idem re cum ſucceſſione motus, diſtingui tamen ab ea modaliter; per velocitatem enim, & tarditatem partes motus coëxiſtunt tempori longiori, vel tardiori. Item quia idem numero motus poteſt eſſe modò velox, modò tardus.

De motu naturali, & violento.

COLLIGITVR hæc diuiſio ex 5. Phyſic. tex. 6. Violentus eſt, qui eſt à principio extrinſeco: naturalis, qui à principio intrinſeco. Difficultas eſt, an iſta ſit diuiſio adæquata motus, vel non. Ratio difficultatis eſt, quia D. Ratio difficultatis. D. Th. Thom. 1. Cœl. 11. & alij negant, quia motus circularis in propria ſphæra neque eſt naturalis, neque violentus igni; Alij verò aſſerunt illum motum eſſe violentum, atque adeo diuiſionem eſſe adæquatam.

Dicendum quartò, violentum poſſe ſumi dupliciter B Primo modo largè pro omni eo, quod non eſt ſecundùm naturam, & ſic diuiſio eſt immediata, & adæquata: Secundò ſtrictè pro eo, quod dicit repugnantiam in paſſo, vt in motu lapidis ſurſum, & ſic diuiſio non eſt adæquata.

Obiicies, motus ignis circularis nullo modo poteſt eſſe violentus, quia ſic non poſſet eſſe perpetuus.

Reſpondetur, ignis non poſſet perpetuò moueri circulariter, ſi illius motus eſſet violentus in rigore; quod tamen eſt violentum largo modo, id eſt tantùm præter naturam, non repugnat perpetuò durare.

Dicendum quinto, ſpecies motus violenti ſunt quatuor, tractionis, vectionis, vertiginis, C & pulſionis, quæ etiam diuiditur in impulſionem, & expulſionem: Expulſio eſt cùm mouens proiicit mobile: impulſio quando ita mouens impellit mobile, vt illi iugiter adhæreat.

De cæteris ſpeciebus.

MOTVS directus eſt cùm mobile à termino à quo tendit ad terminum ad quem: reflexus cùm à termino ad quem regreditur ad terminum à quo. Quid ſit motus directus.

Regularis eſt, qui fit ſemper cum eadem velocitate, vel tarditate: irregularis quando modò velox, modò tardus, vt pulſus in febricitantibus. Regularis.

D Motus mixtus, & ſimplex diuerſimodè à DD. explicatur. Breuiter, motus ſimplex eſt, Mixtus, & ſimplex. qui non eſt compoſitus ex pluribus motibus, vt circularis, vel rectus: ſurſum, vel deorſum: Mixtus econtrà, qui videlicet conſtat ex pluribus, vt is, qui componitur ex recto, & circulari, ex motu ſurſum, & deorſum, vt ſit in motu progreſſiuo, qui non eſt ſurſum, neque deorſum, ſed medio modo: & in motu lapidis molaris, qui dum circumagitur, aliæ partes deprimuntur, aliæ eleuantur. Vel motus ſimplex dicitur is, qui à corpore ſimplici, mixtus, qui à mixto: Et licèt mixta moueantur ab elemento prædominante; ſemper tamen motus ille erit E mixtus, quia à qualitatibus aliorum elementorum moderatur.

De latione, ſeu motu locali ſatis in præcedentibus dictum: addemus nonnulla cùm de Vacuo, & Tempore. De alteratione, & augmentatione agemus alibi. Et hæc de motu.

PARS SECVNDA.

De Continuo.

HACTENVS de principiis, & cauſis tum intrinſecis, tum extrinſecis motus, déque eius partibus, vnitate, contrarietate, ſubiecto, & ſpeciebus. Mox de continuo; motus enim partes quaſdam habet quatenus in ſubiecto extenditur, quaſdam verò vt continuus eſt, vt diximus. Ideo ad euidentiorem doctrinam eiuſdem motus agemus de continuo: & primò in quonam eius formalis ratio, ac veluti pars eſſentialis conſiſtat, ſeu de quantitatis natura, tum de partibus, quæ continuum integrant.

DISPVTATIO PRIMA.

De ratione formali continui, ſeu de natura quantitatis.

SECTIO I.

Aſſertur continui definitio ex Ariſtot. & obiectiones diluuntur.

Ariſtot.

QVANTVM *eſt, quod eſt diuiſibile in ea, quæ inſunt, quorum vtrumque vel vnumquodque vnum quid, & hoc aliquid aptum eſt eſſe.* Ita Ariſtoteles quinto Metaph. cap. 13.

Explicatur definitio quanti.

Dicitur quantum diuiſibile in ea, quæ inſunt, ideſt in partes, quæ in eo formaliter, ac realiter ſunt, ad differentiam, vt quidam volunt, elementorum, quæ non formaliter, ſed virtute ſunt in mixto, partes autem ſunt formaliter in continuo. Dicitur quorum vtrumque, vel vnumquodque vnum quid. & hoc aliquid aptum eſt eſſe, vt indicetur partes quanti talis naturæ eſſe debere, vt etiam poſt diuiſionem poſſint eſſe vnum quoddam totum, vt excludantur ab hac definitione omnia compoſita, quæ ſi diuidantur in ſuas partes eſſentiales, partes illæ non poſſunt eſſe quoddam totum, ſeu vnum quid, & hoc aliquid, ſed ſemper eſſentialiter erunt partes: Item vt indicetur quamlibet partem debere eſſe in infinitum diuiſibilem, dum enim ſemper quælibet pars continui ſeparata eſt hoc aliquid quantum, erit etiam in infinitum diuiſibilis in ea, quæ inſunt.

Obiectio 1.

Obiicies primò, ſubſtantia materialis eſt diuiſibilis in partes, ſic aqua in plures guttas, ergo non ſoli quanto conuenit definitio, ſed etiam ſubſtantiæ.

Reſpondetur, ſubſtantia materialis eſt diuiſibilis in partes integrantes non per ſe ſed ratione quantitatis, quantum verò eſt per ſe diuiſibile non ratione alterius, idque ſubintelligendum in definitione tradita, quantum videlicet eſt, quod eſt diuiſibile per ſe, &c.

Obiectio 2.

A *Obiicies ſecundò*, formæ ſubſtantiales, & accidentales præciſæ etiam à quantitate ſunt diuiſibiles in partes entitatiuas, tum quoad extenſionem, tum quoad intenſionem, quam habent independenter à quantitate. Rurſus dantur modi, quibus repugnat quantitas; ſunt tamen diuiſibiles, ſic præſentia angeli, qua ſit præſens toti ſpatio adæquato, poteſt fieri in illo, ſi ſe contrahat ad inadæquatum.

Reſpondetur, eodem modo formas ſubſtantiales, & accidentia eſſe diuiſibilia in partes per accidens, ratione videlicet quantitatis, cui inſunt.

Inſtabis, ſi Deus conſeruet formam ſubſtantialem abſtractam à materia quanta, & accidentia
B abſque quantitate, adhuc tamen erunt diuiſibilia in partes, ergo diuiſibilitas conueniet illis per ſe, non per accidens.

Forma ſubſtantialis abſtracta à materia an coitura in punctum. Suarez.

Reſpondent quidam formas illas, ſicut etiam accidentia, & materiam, ſi Deus auferret quantitatem, coituras in punctum.

Suarez Diſput. 40. ſect. 1. num. 10. Concedit poſſe diuidi, neque in punctum coituras; addit tamen formas, & accidentia tunc fore diuiſibilia, ſed non diuiſione phyſica, de qua hîc loquitur Ariſtot. diuiſibilitas autem phyſica, & quantitatiua ſit quando vnum corpus expellit aliud, & ſemper cum aliquo impulſu: formæ autem ſubſtantiales, & accidentia abſque quantitate erunt penetrabilia, ideo nullus impulſus.
C Addit formas accidentales non eſſe diuiſibiles propriè, ſed vel augeri, vel minui; alia enim eſt diuiſibilitas, quæ conuenit qualitatibus ratione quantitatis, alia quæ eiſdem conuenit ratione intenſionis, & qualitatis, quia diuidi quantitatiuè dicitur id quando partes vnitæ ablata vnione remanent, & ſeparatæ conſeruantur, quod intelligitur per illa verba, quorum vnumquodque vnum quid aptum eſt eſſe.

Ad confirmationem, neque modos illos eſſe diuiſibiles diuiſione phyſica, neque partes diuiſas manere, quod requiritur ad phyſicam diuiſionem: vel, dato quod manerent, illa diuiſibilitas deſumeretur ex habitudine ad rem quantam,
D & in ordine ad ſpatium.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, tempus, & motus, & entia ſucceſſiua ſunt quanta, & tamen non ſunt diuiſibilia in ea, quæ inſunt, ſi quidem aliæ partes prætentæ, aliæ futuræ, & nulla remanet, ergo.

Reſpondetur primò tempus, & motum eſſe quanta per accidens, ideo nil mirum, ſi iis non competit definitio. Definitur enim hîc quantum per ſe. Reſpondetur ſecundò, quantum eſt diuiſibile in partes, quæ inſunt ſuo modo, & proportionaliter: Quantum permanens in partes permanentes, ſucceſſiuum in ſucceſſiuas. Vel tertiò, tempus eſſe diuiſibile in partes, quæ in-
E ſunt, diuiſibile inquam, per deſignationem, quæ illi non repugnat.

Obiectio 4.

Obiicies quartò, numerus eſt quantus, & non eſt diuiſibilis, quia actu eſt diuiſus

Numerus quo modo diuiſus, & diuiſibilis ex Suarez.

Reſpondetur, numerus eſt actu diuiſus, & eſt adhuc diuiſibilis: diuiſus ratione continui, quia habet vnitates ſeiunctas: diuiſibilis verò diuiſione diſcreti, quia numerus duodenarius eſt diuiſibilis in ternarios, & quaternarios. Ita Suarez iuxta propria principia.

Reſponderem verò, iuxta noſtram ſententiam in Logicis, nil mirum ſi numerus eſt quantitas actu diuiſa, quia eius differentia eſſentialis

eſt diſcretio; allata autem definitio primariò conuenit quantitati continuæ: ſecundariò, & per quandam accommodatiooem diſcretæ, vt ſi dicatur, quantum diſcretum eſt illud, quod eſt diuiſum in ea, quæ inſunt. Vel

Secundò reſpondetur, licèt numerus duodenarius ſit actu diuiſus in duodecim vnitates, eſt tamen diuiſibilis in quatuor ternarios, & hoc eſt de eius eſſentia; quòd autem quinternarij, ſiue quaternarij actu ſint in duodenario nil refert; ſiquidem etiam partes, in quas continuum poteſt diuidi, ſunt actu in continuo, vt dicemus.

Fateor definitionem allatam neque omnino explicare rationem formalem quantitatis adæquatè, vt iofrà.

Sectio II.

An habere partes extra partes ſit ratio formalis quantitatis, an aliis etiam conueniat.

Extenſio quotuplex.

NOTANDVM *primò*, extenſio, ſeu habere partes extra partes poteſt accipi dupliciter, vel in ordine ad locum, & ſitum actualem, ſiue aptitudinalem, & eſt cùm entitas materialis eſt talis naturæ, vt eius partes petant diuerſum ſitum, & locum, ſiue actualiter, vt in hoc ligno, ſiue aptitudinaliter, vt in corpore Chriſti ſub ſpeciebus panis: vel in ordine ad totum, vt ſi conciperemus hominem abſque quantitate, tunc entitas ſubſtantialis capitis non eſſet entitas pedis.

Extenſio in ordine ad ſitū actualem non eſt conſtitutiua quantitatis.

Notandum ſecundò, certum eſſe, vt docet fides, extenſionem in ordine ad ſitum actualem non poſſe eſſe rationem formalem conſtitutiuam quantitatis; corpus enim Chriſti ſub ſpeciebus eſt quantum, & ſubiectum ſuorum accidentium, & tamen non eſt actualiter extenſum in ordine ad locum: Item quia extenſio localis eſt paſſio dimanans à quantitate, non formaliter ipſa quantitas. Quæſtio igitur eſt tum de extenſione aptitudinali in ordine ad locum, tum de extenſione in ordine ad totum, an videlicet vtraque extenſio competat etiam ſubſtantiis materialibus præciſa quantitate, vel aliqua ita ſit propria quantitatis, vt cæteris nullo modo conueniat.

Capreolus. Soncin. Conimb. Vaſquez.

Prima ſententia, eſt Capreol. in 2. diſt. 3. quæſt. 1. artic. 3. & diſtinct. 18. quæſt. 1. Soncin. 5. Metaph. quæſt. 3. Conimbricenſ. 1. Phyſic. cap. 1. quæſt. 3. artic. 2. Vaſquez, qui negant in ſubſtantia, præciſa quantitate, partes entitatiuas, & extenſionem in ordine ad totum, & ad locum.

Ochamus. Gabriel. Albertus.

Secunda ſententia, eſt Nominalium, qui ponunt in qualibet re ſuas partes, & quantitatem realiter identificatam. Ita Ocham. in 4. diſt. 12. Gabriel, Albertus 1. Phyſic. quæſt. 6.

Prima concluſio. Subſtantiæ materiales habent, præciſa quantitate, extenſionem aliquam in ordine ad totum, ita vt pars hæc materiæ, vel formæ non ſit alia: neque huiuſmodi extenſio poteſt eſſe à quantitate.

Probatur primò, ſubſtantia corporea petit extendi ad extenſionem quantitatis, ergo hoc naſcitur ex ratione partium, quas habet. Antecedens patet, quia in hoc differt ſubſtantia materialis à ſpirituali, quia materiali repugnat naturaliter eſſe tota in toto, & tota in qualibet parte.

Confirmatur, non eſt veriſimile, cùm omnes ſubſtantiæ materiales habeant partes extenſas ſub diuerſis partibus quantitatis, id habere, & non ex propria inclinatione. Confirmatur ſecundò, nullum ens corporeum eſt, quod non poſſit acquiri commenſuratiuè ad tempus, aut quod non poſſit extendi in loco diuiſibili, vt patet, ergo nullum, quod non habeat partes entitatiuas. Conſequentia probatur, quia quod poteſt per ſe acquiri per tempus, & per partes, neceſſe eſt vt habeat partes.

Probatur ſecundò, quantitas, per aduerſarios, tribuit ſubſtantiæ partes formaliter, videlicet exhibendo formaliter ſuas partes; ſed partes quantitatis formaliter non poſſunt eſſe partes ſubſtantiæ, ergo partes quas habet ſubſtantia, habet ex ſe. Minor probatur, quia partes ſubſtantiæ conſtituuntur in ſuo eſſe per propriam entitatem, & entitas quantitatis non poteſt eſſe entitas ſubſtantiæ, neque enim ſubſtantia digiti conſtituitur in eſſe ſubſtantiæ per entitatem quantitatis.

Denique poteſt ſacerdos conſecrare dimidiam hoſtiam, & non reliquam, tunc autem remanebit pars materiæ, & deſtruetur alia pars.

Vaſquez.

Secunda concluſio. Subſtantiæ materiales, præciſa quantitate, habent partes extra partes, & extenſionem nedum in ordine ad totum, ſed etiam in ordine ad locum aptitudinalem, ita vt petant aliquem ſitum, & non petant eſſe in indiuiſibili. Eſt præſertim contra Vaſquez, & alios.

Probatur, quodlibet ens corporeum habet ſuas partes, ergo illi naturaliter repugnat modus exiſtendi indiuiſibiliter; modus enim exiſtendi indiuiſibiliter oritur ex indiuiſibilitate entitatis, ergo entitati diuiſibili debetur modus exiſtendi diuiſibiliter.

Confirmatur, ens corporeum dicit ordinem ad quantitatem veluti ad primam, & propriam paſſionem, ergo dicet etiam ordinem, & petet extendi ex ſe ad extenſionem localem illius.

Secundò probatur, ſi Deus auferret quantitatem à cœlo, non videtur ratio cur non remaneret cœlum in proprio ſitu, vel cur deberet coire in punctum.

Dices, quia nulla quantitas.

Contrà primò, quia non eſt maior ratio, cur coëant partes in hoc punctum, vel in illud.

Secundò, licèt fluerent in punctum, fluerent per motum localem, & in tempore, cùm non poſſit fieri motus in inſtanti; illo autem tempore, quo partes fluerent in punctum, iam ſubſtantia materialis extenſa occuparet locum.

Obiectio 1.

Obiicies primò, ſi ſubſtantia materialis habet partes tum in ordine ad totum, tum ad locum, eſſent in compoſito plures trinæ dimenſiones, & lineæ ſuperficies, & puncta duplicia.

Confirmatur, Ariſtoteles ideo 1. de anima 72. negat animam eſſe quantam, quia non daretur penetratio, & eſſent plures dimenſiones.

Reſpondetur, an indiuiſibilia dentur, infra: nunc concedamus, nil tamen colligunt, neque abſurdum eſt dari duas ſuperficies, duas extenſiones, quarum vna ſit entitatiua, altera quantitatiua. Sic ad confirmationem.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, ſi ſubſtantia haberet par-

tes, eſſet per ſe ad illam motus, ſicut ad quantitatem, & qualitatem, quod negat Ariſtot. 5. Phyſic.

Reſpondetur, dixit Ariſtot. ad ſubſtantiam non eſſe mornm, quia non habet contrarium, & vt ſubſtantia eſt, petit fieri in inſtanti, licèt quatenus babet partes, poſſit ſucceſſiuè acquiri.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*, ex Ariſtot. 1. Phyſic. 15. Vbi ait, *ablata quantitate ſubſtantia omnis indiuiſibilis eſt.*

Subſtantia ablata quantitate quomodo indiuiſibilis. Reſpondetur, iodiuiſibilis, qoia non poteſt quantitatiuè diuidi; eſſet tamen diuiſibilis entitatiuè: ibi agit Ariſtot. de diuiſibilitate per corporum incompoſſibilitatem, & hanc negat ſoli ſubſtaotiæ.

Sectio III.

Quænam extenſio ſit ſolius quantitatis.

LABORANT DD. in aſſignando quænam ſit, illámque explicant per paſſionem aliquam: quæ primò, & per ſe ſoli quantitati conueniat.

D. Thom. *D. Thom.* Opuſ. 52. de natura Loci. & 1. part. quæſt. 29. artic. 1. ait extenſionem quantitatis eſſe illam vnde oritur ratio menſuræ.

Scotus. Albertus. Capreol. *Scot.* in Prædicam. quæſt. 17. Albert. 1. Phyſic. trac. 2. cap. 4. Capreol. in 2. diſtinct. 3. quæſt. 1. artic. 1. Eſſe extenſionem, vnde oritur diuiſibilitas.

Suarez. *Suarez* diſput. 40. ſect. 4. num. 15. Eſſe extenſionem localem aptitudinalem; ait enim triplicem dari extenſionem, aliam entitatiuam, quæ competit omnibus ſubſtantiis, & accidentibus: aliam localem in actu, & hæc eſt poſterior quantitate: aliam localem aptitudine, quæ in hoc conſiſtit vt res tali extenſioue affecta ex vi illius ſit apta habere extenſionem partium in ordine ad locum. Arriaga. Sequitur Arr. noſter 1. de gener. quæſt. 36. ſect. 4.

Alij denique exteoſiooem ſoli quantitati conuenieotem eſſe rationem partium extra partes, vnde oritur impenetrabilitas.

Prima concluſio. Extenſio, quæ ſit ratio formalis quantitatis ſoli illi cooueniens, non eſt extenſio vnde oritur menſura, ſiue actiua, ſiue paſſiua Eſt contra D. Thom.

Prima pars probatur, quia menſura actiua eſt, qua dimetimur cætera, & dependet à varia hominum inſtitutione, ergo nullo modo ratio formalis quantitatis, oec paſſio illius.

Secunda pars probatur, quia ſubſtantia poteſt conſetuari extenſa in ordine ad locum ſine quantitate, ſic autem poteſt menſurari cum altera ſubſtantia, ergo extenſio ſoli quantitati conueniens non eſt illa, vnde oritur menſurabilitas.

Dices per menſuram D. Thomam intelligere menſuram naturalem, per quam res habet vt ſit extenſa localiter impenetrabiliter, hoc autem non conuenit niſi ſoli quantitati.

Contrà, iſta menſurabilitas ſupponit rem eſſe extenſam in ordine ad ſitum cum impenetrabilitate, ergo ante menſurabilitatem eſt alia paſſio, quæ priùs quantitati conuenit illam immediatiùs explicans, & hanc inquirimus.

Secunda concluſio. Neqne extenſio ſoli quantitati conueniens eſt ea vnde oritur diuiſibilitas. Eſt contra Scotum.

Probatur, vel enim per diuiſibilitatem intelligitur diuiſibilitas entitatiua, & latè ſumpta, & hæc oon conueoit ſoli quantitati, vt diximus ſuprà; conuenit enim ſubſtantiis materialibus, & accidentibus: vel iotelligitur diuiſibilitas phyſica, & quantitatiua, quæ fit per repugnantiam, & excluſionem vnius partis, dum aliud corpus introducitur, ſed hac prior eſt alia paſſio ſoli quantitati cooueniens, impenetrabilitas videlicet, niſi enim illi conueniret priùs impenetrabilitas cum altero corpore, non poſſet ſic diuidi.

Tertia concluſio. Neque eſt extenſio in ordine ad locum. Eſt contra Suarez.

Probatur, quia eſſe extenſum in ordine ad locum eſt habere partes occupantes diuerſum ſitum, & ſpatium; ſed hoc poteſt conuenire ſubſtantiis abſque quantitate, vt ſi à cœlo auferretur ſua quantitas, adhuc eumdē ſitum retineret, & hoc poſtulat ſubſtantia materialis ex ſe, quæ eſt apta, & petit exiſtere diuiſibiliter, & extenſa in ordine ad locum, ergo neque actualis, neque aptitudinalis extenſio erit prima paſſio quantitatis, aut ratio formalis eiuſdem.

Quòd ſi dicas Suarez intelligere de extenſione locali, in qua ſit incompoſſibile aliud corpus, ergo tunc non ſufficiet dicere extenſionem in ordine ad locum, ſed ſufficiet exteoſio, per quam redditur corpus impenetrabile.

Secundò probatur, extenſio in ordine ad locum non competit quantitati ſucceſſiuæ, ſed tantùm permanenti, ergo illa non eſt ratio vniuerſalis ad omnem quantitatem, quam hîc ioquirimus.

Quarta concluſio. Extenſio, quæ eſt ratio formalis quantitatis tum ſucceſſiuæ, tum permanentis, eſt ratio partium extra partes, vnde oritur impenetrabilitas.

Probatur, quia hæc ita conuenit quantitati, vt oulli alteri attribuatur; quòd ſi alteri, id ratione ipſius. Antecedens patet inductione, omnis enim alia extenſio ſiue ſubſtantialis, ſiue accidentalis habet vt penetretur cum alia extenſione ſiue quantitatis, ſioe aliorum entium corporeorum; extenſio verò quantitatiua talis eſt, vt niſi impediatur, ita pooat partes extra partes, vt ſimul inuicem peoetrari non poſſint, quod conuenit quantitati ſucceſſiuæ: item vt neqoe etiam ab alia quantitate poſſint penetrari, quod cooueni t quantitati permanenti. Hinc ſit

Quinta concluſio. Extenſio, quæ eſt ratio formalis quantitatis ſucceſſiuæ, prout contradiſtinguitur à quantitate permanenti, eſt ea, vnde oritur impenetrabilitas, qua partes ſibi inuicem ſuccedunt, & penetrari non poſſunt, licèt ipſa quantitas ſucceſſiua, & penetret partes ſubiecti quanti, & à ſubiecto penetretur.

Secunda pars patet, quia dum ſubiectum mouetur, mouentur omnes partes ſubiecti, ergo motus eſt in qualibet parte illius, & illud penetrat.

Prima probatur, quia implicat doas partes motus, vel temporis eſſe ſimul, ergo impenetrabilitas temporis, vel motus eſt tantùm reſpectu partium eiuſdem motus, non ſubiecti.

Secunda concluſio. Extenſio, quæ eſt ratio formalis quantitatis permanentis, eſt ratio partium extra partes, vnde oritur impenetrabilitas,

& commenſuratio in ordine ad locum: ſeu, quod idem eſt, eſt extenſio in ordine ad locum impenetrabilis. Patet ex dictis.

Obiectio 1.

Obiicies primò, impenetrabilitas nil addit ſupra extenſionem partium, niſi proprietatem, ergo quantitas in eſſentia conuenit cum aliis rebus extenſis, quibus extenſio competit.

Impenetrabilitas quid addat quantitati ſupra extenſionē.

Reſpondetur, impenetrabilitatem addere quantitati ſupra extenſionem differentiam eſſentialem, non quia ipſa formaliter ſit differentia, ſed quia innuit principium tale, ſeu talem extenſionem, ex qua intrinſecè oritur impenetrabilitas. Neque impenetrabilitas quantitatis oritur ab extenſione entitatiua, ſed à tali extenſione, quæ eſt ratio formalis quantitatis, & explicatur per impenetrabilitatem, tanquam per primam proprietatem, ſic explicamus per rugibilitatem differentiam eſſentialem leonis.

Petes, quid addit illa talis extenſio quantitatiua ſupra entitatiuam?

Reſpondetur addere rationem formalem, & eſſentialem differentiam, qua quantitas conſtituitur, & à cæteris differt, quam non poſſumus explicare niſi per impenetrabilitatem.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, ſi partes non eſſent localiter extenſæ, ſe penetrarent, ergo ideò non ſe penetrant, quia ſunt extenſæ localiter, ergo extenſio localis eſt prior impenetrabilitate.

Reſpondetur, extenſio localis tum entitatiua, tum quantitatiua eſt prior impenetrabilitate, ponimus tamen impenetrabilitatem tanquã primam paſſionem, quia hæc eſt, quæ diſtinguit extenſionem quantitatiuam, ab entitatiua.

SECTIO IV.

An impenetrabilitas conueniat ſoli quantitati.

Rationes difficultatis

PRIMA *ratio* difficultatis eſt, quia etiam vbi videtur habere partes extra partes impenetrabiles ad inuicem. Probatur, quia ſi partes vbi eſſent ad inuicem penetrabiles, poſſet pars vbi, quæ eſt in pede, eſſe in capite, & ibi conſtituere pedem.

Confirmatur, quia poſito eodem vbi in duobus corporibus, fit penetratio, & poſito diuerſo vbi eadem corpora non penetrantur, & diſtant, ergo ratio impenetrabilitatis inter plures quantitates oritur ex diuerſo vbi.

Secunda eſt, quia petere partes impenetrabiles eſt petere partes extra partes, ſeu, quod idem eſt, vt partes non ſint ſimul, ſed vna extra aliam; ſed id petit ex ſe ſubſtantia corporea, & materialis. Probatur, quia ſubſtantia materialis petit exiſtere diuiſibiliter, atque adeo vt partes non coëant in punctum, ſed ſint localiter extenſæ, ergo petit vt partes ſe non penetrent.

Notandum primò, impenetrabilitatem poſſe ſumi dupliciter: altera, quam habent partes inter ſe: Altera, quam habent partes in ordine ad aliud corpus. Rurſus impenetrabilitas alia ſimpliciter, alia ſecundùm quid. Id dicitur ſimpliciter impenetrabile, quod eſt impenetrabile per ſe: ſecundùm quid eſt id, quod eſt impenetrabile ratione alterius.

Impenetrabilitas quotuplex.

Notandum ſecundò, tripliciter poteſt excogitari quòd vbi habeat partes extra partes impenetrabiles; primò ratione ſui, & formaliter ſumptum: ſecundò ratione ſubiecti, eùm videlicèt ſubiectum habet partes extenſas: tertiò ratione ſpatij, quod occupat, ſiue illud ſpatium ſit imaginatium, ſiue reale. ſit

Vbi quotupliciter habeat partes extra partes impenetrabiles.

Prima concluſio. Vbi habet partes extra partes tum ratione ſubiecti, tum ratione ſpatij impenetrabiles.

Prima pars probatur, quia vbi educitur ex partibus ſubiecti, ergo ſicut partes ſubiecti ſunt vna extra aliam, ſic dum vna pars ſubiecti concurrit ad eductionem vnius partis vbi, & alia ad eductionem alterius, partes vbi non poterunt ſe ad inuicem penetrare, ſicut nec partes ſubiecti.

Secunda pars probatur; debet enim vbi commenſurari loco, ſeu ſpatio imaginario, vel reali, ſed ſpatium habet partes extra partes, ergo & vbi.

Secunda concluſio. Vbi non competit ſimpliciter, & ratione ſui impenetrabilitas.

Probatur, quia vbi, quantùm eſt de ſe, non habet niſi conſtituere rem hîc, vel alibi, & ex ſe abſtrahit ab hábere partes extra partes, ergo illi non competit ſimpliciter impenetrabilitas, ſed tantùm ſecundùm quid. Antecedens probatur, quia vbi poteſt conſtituere aliquid in indiuiſibili, vt patet in Angelo.

Secundò, ſi Deus ponat plura corpora in eodem loco, & inuicem penetrentur, vnumquodque corpus habebit ſuum vbi, per quod conſtituetur hîc, & dum penetrabuntur duo corpora, penetrabitur vtrumque vbi, ergo vbi formaliter non repugnat penetrabilitas.

Confirmatur, in forma, & in materia, dum ad inuicem penetrantur, penetratur etiam ſuum vbi. Hinc

Ad primam rationem dubitandi patet. Vbi formaliter, & vt vbi eſt, petit partes impenetrabiles, & nego: Materialiter, ratione videlicet ſpatij, & ſubiecti, concedo; id autem eſt eſſe impenetrabile ſecundùm quid.

Ad confirmationem negatur antecedens; neque enim ſemper duo vbi faciunt vt corpora diſtent, & non penetrentur, forma enim habet ſuum vbi, & etiam materia, & tamen penetrantur, & ſunt vnum.

Tertia concluſio. Extenſioni locali vt ſic nullo modo conuenit impenetrabilitas, neque reſpectu alterius corporis, nec ue reſpectu partium ad inuicem. Eſt contra recentiorem quemdam.

Probatur, quia impenetrabilitas vt ſic, prout abſtrahit ab impenetrabilitate partium, & alterius corporis, eſt paſſio quantitatis abſtrahentis à permanenti, & ſucceſſiua per eumdemmet recentiorem, ergo nequit impenetrabilitas vt ſic conuenire extenſioni locali vt ſic, & entitatiuæ.

Confirmatur, impenetrabilitas reſpectu partium ad inuicem eſt propria paſſio quantitatis ſucceſſiuæ, ſicut impenetrabilitas reſpectu alterius corporis eſt paſſio quantitatis permanentis, ergo [illegible] ipſis debet conuenire.

Secundò, ſi ſubſtantiæ materiales ſunt penetrabiles ab alia quantitate, & ab alio corpore, ergo etiam inter partes earumdem dabitur penetrabilitas; quæ enim maior ratio vt hæc pars, quia ſeiuncta eſt, poſſit penetrare alias partes, vt verò coniuncta eſt, & continua non poſſit?

Ad rationem dubitandi reſpondetur ne-

gando antecedens; Aliud enim eſt petere vnam A partem extra aliam, & quòd partes non penetrentur: aliud quòd non ſint penetrabiles. Extenſio localis entitatiua facit tantùm vt partes non penetrentur, non autem vt ſint impenetrabiles; facit vt partes non ſint ſimul, non quòd non poſſint eſſe, & ideò partes materiæ vt ſic, & ad inuicem, & ab alio corpore poterunt penetrari; quantitas verò facit vt partes nec ad inuicem, nec ab alio corpore poſſint penetrari.

Sectio V.

Quid ſit impenetrabilitas, & quomodo à quantitate diſtinguatur.

B

QVIDAM ponunt impenetrabilitatem eſſe ſpeciem quantitatis.

Dico primò, impenetrabilitas eſt qualitas quædam, qua corpora redduntur inepta vt ſint intimè præſentia: & eſt quædam impotentia recipiendi in ſe aliud corpus, ſiue aliam partem in genere qualitatis.

Probatur ex his, quæ diximus in prædicamento qualitatis, vbi naturalis potentia, vel impotentia eſt ſecunda ſpecies in eo genere. Quòd non ſit quantitas probatur, eſt enim paſſio quantitatis, ergo nullo modo quantitas.

Dico ſecundò, impenetrabilitas nullo modo diſtinguitur ab extenſione locali in actu. C

Probatur, quia nequit ſeparari extenſio localis quantitatiua in actu ab impenetrabilitate, neque hæc ab illa, ergo. Probatur, quia ſi intelligamus partes corporis quantitatiuè extenſas, intelligemus illas impenetrabiles ad inuicem, & econtrà ſi impenetrabiles ad inuicem, etiam neceſſariò extenſas localiter.

Confirmatur, quia ſi concipiamus partes non actu extenſas localiter, intelligemus illas intimè præſentes, & conſequenter penetratas.

Dico tertio, impenetrabilitas diſtinguitur à quantitate, & extenſione locali aptitudinali ex natura rei.

Probatur primò, extenſio localis actualis ſeparatur à quantitate, & ab extenſione aptitudinali, vt in Euchariſtiæ Sacramento, in quo eſt quantitas corporis Chriſti ſine extenſione locali in actu, licèt extenſa aptitudinaliter, ergo etiam ſeparatur impenetrabilitas. Conſequentia probatur, quia ad hoc vt aliquid ſit impenetrabile, neceſſariò requiritur, vt ſit actu extenſum localiter, imò ſunt omnino idem eſſe actu quantitate extenſum, & eſſe impenetrabile, ergo ſi à quantitate ſeparatur actualis extenſio, ſeparatur etiam impenetrabilitas. D

Secundò, penetrabilitas, & impenetrabilitas opponuntur priuatiuè, & vnum includit priuationem alterius, ergo non poſſunt poni ſimul in quantitate, ergo nequit Deus ablata extenſione locali in actu facere vt partes penetrentur, & tamen ſint impenetrabiles; impenetrabile enim eſt id, quod non poteſt penetrari: non poſſe penetrari negat actum penetrationis, ergo ſi aliquid penetratur, non eſt iam impenetrabile. E

Confirmatur, nequit Deus conſeruare aliquid incorruptibile, & actu illud corrumpere, neque reddere ſpeciali priuilegio Petrū impeccabilem, & illum relinquere actu peccantem, A tantùm quia hæc opponuntur priuatiuè, ergo neque poteſt conſeruare quantitatem ſine extenſione locali in actu, & illam relinquere impenetrabilem.

Obiicies, impenetrabilitas eſt impotentia recipiendi aliud corpus reſpectu potentiæ naturalis, non verò reſpectu ſupernaturalis, ergo poteſt Deus duo corpora naturaliter impenetrabilia, conſeruata impenetrabilitate vtriuſque reddere intimè præſentia. Obiectio.

Confirmatur, licèt calor, & frigus non poſſint naturaliter conſeruari in eodem ſubiecto, poſſunt per diuinam potentiam, ergo poteſt Deus conſeruare duo corpora naturaliter incompoſſibilia ſimul penetrata.

B Reſpondetur, concedo antecedens, quia poteſt Deus tollere illam impenetrabilitatem, non tamen conſeruata impenetrabilitate. Ratio eſt, quia impenetrabilitas formaliter connotat negationem ſimultaneæ præſentiæ alterius corporis, & ideo ſi erit intima præſentia, erit intima penetratio, & conſequenter non erit impenetrabilitas. Neque per diuinam potentiam poteſt fieri penetratio conſeruata impenetrabilitate.

Ad confirmationem, calorem, & frigus eſſe contraria poſitiua, ideo poſſe à Deo ſupernaturaliter conſeruari ſimul in eodem ſubiecto; impenetrabilitas verò, & penetratio ſunt contraria priuatiuè.

Inſtabis, intima penetratio opponitur negatiuè impenetrationi, non autem impenetrabilitati, ergo poteſt ſtare impenetrabilitas cum C penetratione, ſicut poſſunt eſſe ſimul corpus calefactibile cum non calore.

Reſpondetur eſſe diſparem rationem, potentia enim in calefactibili eſt diſtincta à calore, ideò poſſunt ſtare ſimul calefactibile, & non calor; impenetrabilitas verò non eſt diſtincta à non penetratione, & ab actu, quia impenetrabilitas non eſt operatiua, ſed formaliter operans, & actu non penetrari eſt actu perſeuerare illam qualitatem, quæ eſt impenetrabilitas. Patet in reſiſtentia, & in incorruptibilitate; ſi enim cœlum corrumperetur, tolleretur à cœlo incorruptibilitas, & ſi lapis non reſiſteret, in lapide non D eſſet reſiſtentia, ita ſi actu tollitur impenetratio, tollitur etiam impenetrabilitas. Ad argumentum in forma negatur antecedens, ad probationem negatur paritas, quia eſſe calefactibile non eſt formaliter eſſe calidum, ideò poſſunt eſſe ſimul calefactibile cum non calore.

Inſtabis, de ratione duritiei eſt corpus difficulter terminari termino alieno, at ſi ſemel terminatur termino alieno, non tollitur durities, ergo corpus quantum, quod difficile poteſt penetrari per impenetrabilitatem, ſi per diuinam potentiam penetretur, non tolletur impenetrabilitas.

Reſpondetur, ſi corpus durum difficulter terminetur termino alieno, non tolletur durities, quia terminari difficulter non opponitur E duritiei, & ſi corpus durum non amplius difficulter, ſed faciliter terminetur, tunc non poterit permanere durities, ſed neceſſariò deſtruetur, quia idem non poteſt difficulter, & faciliter terminari: ſic in re noſtra ſi corpus impenetrabile penetretur, tolletur impenetrabilitas, quia penetratio, & impenetrabilitas opponuntur priuatiuè, ſicut facile, & difficile.

SECTIO VI.

Quomodo quantitas diſtinguatur à ſubſtantia materiali, & à qualitatibus eiuſdem.

Ochamus. Gabriel. Albertus de Saxon.

NEGANT *Nominales* diſtingui realiter, præſertim Ocham. in quodlib. 4. quæſt. 30. & in opuſc. de Euchar. quæſt. 3. Gabriel in 4. diſt. 10. quæſt. 1. & in Canon. Miſſæ ſect. 44. Albert. de Saxon. 1. Phyſ. quæſt. 6.

Affirmat vniuerſa Philoſophorum, & Theologorum ſchola. B

Nominales quid ſentiant.

Quæ docent Nominales ad hæc capita reuocari poſſunt. Primò quantitatem non differre à ſubſtantia, niſi ſolo nomine, & conceptu; homo enim, quatenus ſubſiſtit per ſe, dicitur ſubſtantia, vt verò habet partes extra partes, dicitur quantitas.

Secundò, quantitatem eſſe idem realiter nedum cum ſubſtantia materiali, ſed etiam cum qualibet re quanta, & ideò quot res ſunt in quolibet ſuppoſito, calor, odor &c. tot ſunt quantitates, quia tam ſubſtantia ex ſe, quàm quodlibet accidens habet partes extra partes, & ideò quodlibet propriam habet extenſionem, & quantitatem. C

Tertiò aſſerunt penetrationem ad inuicem quantitatum non repugnare ratione quantitatis præcisè, ſed talis quantitatis; quia videlicet ſunt quædam quanta, quæ non apta ſunt informare aliud, vt ſubſtantiæ materiales indiuiduales: quædam ſunt apta vt calor, & color. Hinc quantitas in ſubſtantiis eſt impenetrabilis; in formis, & accidentibus penetrabilis. Quod ſi inſtabis, neque accidentia in hoſtia penetrari poſſunt, & ibi nulla ſubſtantia, ideo.

Quartò addit Gabriel, accidentia non poſſe penetrari niſi ab illo ſubiecto, à quo educuntur, & ab illis accidentibus, quæ educuntur ab eodem ſubiecto; hinc albedo, ſapor &c. in hac hoſtia non poſſunt penetrari ab alia albedine alterius hoſtiæ, quia non fuerunt educta ab eodem ſubiecto: ſubſtantiæ ergo non poſſunt ſe penetrare, quia ſunt indiuidua perfecta; quæ non ſunt apta informare aliud, nec accidentia poſſunt ſe penetrare, quia non educta ab eodem ſubiecto. Sic hi ſuam opinionem tuentur. D

Alij verò volunt quantitatem eſſe idem cum materia, non cum cæteris accidentibus, ſed hæc eſſe quanta ratione materiæ.

Prima concluſio. Si quantitas identificatur ſemel cum materia, & ab ea nullo modo diſtinguitur, identificatur etiam cum omnibus aliis rebus quantis. Eſt contra Seminominales. E

Probatur, ideo per ipſos non diſtinguitur quantitas à materia, quia ſi ſeparetur à materia, adhuc materia remaneret extenſa, & haberet partes, & partes, ſed etiam quælibet res habet partes, & partes, ergo non eſt maior ratio cur quantitas debeat identificari cum materia, & non cum aliis rebus quantis, ergo vel cum ſingulis, vel cum neutris.

Confirmatur, quia per ipſos non implicat aliquid eſſe quantum per aliud, ergo materia poterit eſſe quanta per quantitatem à ſe diſtinctam. Antecedens patet, quia iam, per ipſos, accidentia ſunt quanta ratione materiæ, licèt habeant partes, & partes. A

Secunda concluſio. Quantitas realiter diſtinguitur à qualibet re quanta ſiue ſubſtantia, ſiue accidens ſit. Eſt contra Nominales.

Probatur ſuppoſitis principiis fidei, in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento habemus quãtitatem abſque ſubſtantia, vt ſcholaſtici omnes fatentur.

Secundò ex Ariſtot. pluribus in locis, ait enim 2. de anima 65. *ſubſtantiam eſſe ſenſibilem per accidens, quantitatem per ſe.* & 1. Phyſic. 15. *ſubſtantiam non eſſe per ſe diuiſibilem, ſed quantitatem,* & 5. Metaph. 18. *omnia accidentia eſſe quanta per accidens.* Ariſtot.

B Tertiò ratione, certum eſt dari inter entia materialia impenetrabilitatem, & hanc non prouenire niſi à quantitate: patet, quia impenetrabilitas non poteſt prouenire immediatè à ſubſtantia vt ſic, quia Angeli ſunt perfectiſſimæ ſubſtantiæ, & poſſunt eſſe ſimul: item plures formæ ſubſtantiales poſſunt eſſe in eadem materia, imò de facto forma penetrat materiam, & ambæ ſunt ſubſtantiæ; neque ab accidentibus, quia plura accidentia in eodem corpore ſe penetrant, ergo ne detur paſſio abſque principio, à quo fluat, dicendum eſt impenetrabilitatẽ prouenire à quantitate. Modò ſic argumentor, ſi C quantitas identificaretur cum re quanta, non poſſet eſſe principium impenetrabilitatis. Probatur, quia ſi quantitas eſſet idem cum materia, cum forma, cum albedine, tot eſſent quantitates in eodem ſuppoſito, quot entia, & ſic plures quantitates ſe inuicem penetrarent, ergo quantitas in illis non eſſet ratio impenetrabilitatis, nec impenetrabilitas à quantitate.

Reſpondebis quantitatem reddere ſubſtantiam, & accidentia impenetrabilia reſpectu alterius corporis, & accidentis, non verò impenetrabilia inter ſe.

Contrà, ſunt hæ quantitates in ſe penetrabiles, ergo etiam reſpectu alterius corporis, & D quantitatis. Conſequentia probatur, quia omnes ſunt eiuſdem ſpeciei, cur enim quantitas in hac materia poteſt penetrari à quantitate formę, non verò à quantitate alterius materiæ?

Confirmatur, ponamus duas hoſtias conſecratas, cur albedo vnius non penetrat albedinem alterius, cùm ſint eiuſdem ſpeciei? cur hic ſapor poteſt penetrare hanc albedinem, non aliam? quòd non educantur ab eodem ſubiecto, hoc eſt illis omnino intrinſecum.

Obiicies primò, ſicut ſe habet numerus ad res numeratas, ita quantitas continua ad ſubſtantiam, ſed numerus non diſtinguitur realiter à re numerata, ergo nec quantitas continua à re E quanta. Minor probatur, quia ſi numerus diſtingueretur realiter à rebus numeratis, cùm adhuc res numeratæ efficerent numerum, daretur proceſſus in infinitum. Obiectio 1.

Confirmatur, motus, & tempus, quæ ſunt quantitates ſucceſſiuæ, non diſtinguuntur realiter à re ſucceſſiuè quanta, ergo nec quantitas continua.

Reſpondetur, nego paritatem, quia in quantitate ſucceſſiua, & diſcreta ſunt plures rationes, quæ demonſtrant non eſſe realiter ſeparabiles à rebus quantis diſcretis, vel ſucceſſiuis: non ſic in quantitate continua.

Obiicies ſecundò, ea quæ habent eamdem proprietatem, nequeunt realiter diſtingui, ſed Obiectio 2.

ex Ariſtot. in prædicam. tum ſubſtantia, tum quantitas ſunt ſuſceptiuæ contrariorum, ergo eadem proprietas.

Quot modis aliquid ſit ſubiectũ accidentis.

Reſpondetur, aliquid tripliciter poteſt eſſe ſubiectum accidentis Primò vt ſit ſubiectũ per ſe ſubſiſtens: Secundò vt ſit conditio quædam, & requiſitum vt vnum accidens poſſit ineſſe ſubſtantiæ: Tertiò vt ſit ſubiectum accidentis non diſtincti realiter. Eſſe ſubiectum contrariorum primo modo tantùm conuenit ſubſtantiæ: ſecundo, & tertio modo etiam quantitati, & cæteris accidentibus. Sic Ariſtot. 4. Phyſic. 25. docet corpus eſſe album per ſuperficiem: ſic quantitas eſt ſubiectum figuræ: qualitas relationum. Vel ſecundù, ſubſtantia eſt ſubiectum contrariorum vt quod: quantitas verò vt quo. B

Ariſtot.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, ſi ponitur quantitas diſtincta à re quanta, multiplicantur entia abſque neceſſitate, ergo identificatur quantitas cum re quanta.

Reſpondetur, id non eſſe abſque neceſſitate. Ea eſt, quia corporum impenetrabilitas debet habere aliquod principium, à quo dimanet, & cùm non poſſit dimanare neque à ſubſtantia, neque à qoalitate, neceſſariò ponenda eſt quantitas ab vtriſque diſtincta realiter.

DISPVTATIO II.

De iis, quæ integrant continuum.

Sectio Prima.

An in continuo partes ſint actu, vel potentia.

Quotupliciter partes ſint actu, vel potentia in continuo.

NOTANDVM *primò*, partes eſſe actu in continuo, vel in potentia, poſſe accipi dupliciter. Primò an partes exiſtant extra caoſas, vel non exiſtant, & hoc modo non loquimor; certum eſt enim partes cootinui eſſe extra cauſas, ſi continuum ſit extra cauſas: Secundò per partes actu, vel in potentia intelligimus eas, quæ vel completè, vel incompletè ſunt partes.

Quæ ſint partes completæ, & incompletæ in continuo

Notandum ſecundò, partes in potentia, & incompletæ dicuntur eæ, quæ eſſent in continuo ſecundùm entitatem, non tamen eſſent inter ſe diſtinctæ: partes verò completæ, & in actu eæ ſunt, quæ præter propriam entitatem, dicunt etiam diſtinctionem inter ſe, & hæ propriè dicuntur partes, quia noo poſſunt dici plures partes, niſi inuoluant aliquam diſtinctionem, & totum conſtituant.

Notandum tertiò, certum eſſe in omnium ſententia in continuo eſſe partes ſecundùm entitatem, & ſecundùm illam continuum conſtituere, cùm continuum ſit quid extenſum impenetrabiliter, habens partes extra partes, ſaltem ſecundùm eotitatem. Cùm ergo quærimus an in continuo ſint partes actu, vel potentia, quæſtio eſt an partes conſtituentes continuum ſint in continuo, nedum quoad entitatem, ſed etiam dicant diſtinctionem ad inuicem.

Partes in continuo a-

Notandum quartò, partes in continuo eſſe in duplici differentia. Quædam dicuntur partes A æquales, ſeu non communicantes: qoædam verò proportionales, ſeu communicantes. Partes æquales appellantur à DD. aliquotæ: proportionales non aliquotæ. Partes æquales dicuntur eæ, quæ æqualiter diuidunt totum, vt in bipalmari palmus, & palmus. Dicuntur partes æquales non communicantes, quia vna eſt neceſſariò extra aliam, neque communicat niſi in indiuiſibili, ſi datur; vnus enim palmus totus eſt extra alium palmum. Dicuntur etiam aliquotæ, quia vt ait Ruu. lib. 6. de compoſit. contin. Aliquoties ſumptæ adæquantur toti; partes verò proportionales ſunt, quarum diuiſio fit ſecundùm proportionem, vt cùm diuiditur totum in duas medietates, medietates illæ erunt partes æquales: ſi rurſus vna medietas diuidatur in alias medietates, vna ex his reſpectu totius dicetur pars proportionalis: Dicitur communicans, quia continebatur in priori medietate: dicitur nõ aliquota, quia nunquam duo, poſteriores medietates adæquant totum. Difficultas modò eſt de partibus tum æqualibus, & communicantibus, tum de proportionalibus, non communicantibus.

liæ æquales, aliæ proportionales

Ruuius.

Notandum quintò, in hac re duplicem eſſe ſententiam. *Prima eſt* Nominal. & D. Thom. & eorum, qoos citat Suarez diſput. 4 volunt hi quantitatem continuam eſſe vnam, & ſine C interruptione extenſam, ex qua vnica entitate poſſunt plures partes accipi ſiue aſſignando illas per intellectum, ſiue per realem diuiſionem: ante huiuſmodi aſſignationem in cootinuo eſſe tantùm partes ſecundùm entitatem, ſeu in potentia.

D. Th.
Suarez.

Secunda ſententia eſt etiam communis: aſſerit partes in cootinuo eſſe actu, & in eo habere nedum entitatem, ſed etiam diſtinctionem ad inuicem, cum qua ſit

Prima concluſio. In continuo ſunt partes actu conſtituentes continuum ſecundùm entitatem, & ab inuicem diſtinctæ.

Probatur primò à partium entitate: ſecundò ab exiſtentia: tertiò à compoſitione: quartò à D diuiſibilitate: quintò à ſpatio, & à tempore; ſextò à definitione cootinui: ſeptimò ab argumentorum ſolutiooe.

Primò ab entitate partium ſic, realitas vnius palmi in quantitate bipalmari non eſt realitas, & entitas alterius palmi, ergo realitas vnius palmi diſtinguitur ab entitate alterius. antecedens ab ipſis conceditur, & etiam probatur, quia vnus palmus eſt omnino extra alium, ſunt enim partes non communicantes, ergo entitas vnius non eſt entitas alterius. Conſequentia prima probatur, quia ſi realitas vnius palmi non eſt realitas E alterius, & altera cum altera non communicat, ergo diſtinguuntur.

Secundò ab exiſtentia, partes in continuo habent propriam exiſtentiam diſtinctam ab exiſtentia alterius partis, ergo etiam diſtinctam entitatem. Conſequentia probatur; exiſtentia enim ſequitur entitatem, & inde cognoſcimus vnum non exiſtere exiſtentia alterius, cùm vnum naturaliter ſeparatur ab alio; (loquitur de eote, quod conſtat ex materia, & forma) nequit enim vna res exiſtere per exiſtentiam alterius, ſed partes quantitatis ita ſe habeot vt vna poſſit ab alia ſeparari, ergo vna habet diſtinctam exiſtentiam ab exiſtentia alterius, ergo.

Confirmatur, vel partes, cùm ſeparantur, exiſtunt

Digitized by Google

exiſtunt per exiſtentiam, qnam habebant antea, vel per exiſtentiam de nouo productam; non ſecundum, quia ſi remanet eadem entitas, & eadem forma, remanet eadem exiſtentia.

Confirmatur ſecundò, quia tunc entitas dicitur corrumpi, cùm eius exiſtentia corrumpitur, ergo tunc dicitur produci exiſtentia, cùm producitur entitas; ſed in diuiſione oulla producitur entitas, ergo nolla exiſtentia, & partes diuiſæ exiſtent per exiſtentiam, quam habebant antea. Modò ſic, ex partibus diuiſis voaquæque exiſtit per exiſtentiam propriam, ergo & in continuo habet propriam exiſtentiam, quæ non eſt exiſtentia alterius.

Tertiò à compoſitione ſic, vel continuum eſt ens omnino ſimplex carens omni compoſitione partium: vel actu compoſitum; Non primum, patet enim ſenſo continuum habere partes extra partes, & eſſe in partes diuiſibile, ergo dicit compoſitionem; ideò enim Angelus eſt indiuiſibilis, quia oullas habet partes, & eſt omnino ſimplex: ſi continuum actu compoſitum, ergo per partes actu diſtinctas.

Dices, eſſe actu compoſitum, quia partes ſunt actu ſecuodùm entitatem, in potentia tamen diſtinctæ.

Contrà, ſi enim continuum eſt actu compoſitum, ergo vnaquæque pars ad illud conficiendum concurrit, ergo vnaquæque ab alia diſtincta.

Confirmatur, cùm partes componunt totum, vniuntur per aliquem modum, ergo diſtinguuntur inter ſe. Conſequentia probatur, quia inter ea, quæ ſunt vnum, non requiritur voio, ſed inter ea quæ diſtiuguuntur.

Quartò à diuiſibilitate ſic, vna pars poteſt ſeparari ab alia, & omnino ſeiungi, ergo dum ſunt in continuo ante diuiſionem diſtinguuntur. Antecedens patet, cùm entitas vnius non ſit entitas alterius etiam per aduerſarios. Conſequentia probatur, quia diuiſio ſupponit diſtinctionem, quod enim eſt omnino voum, & ſimplex, & indiſtinctum, non poteſt in partes diuidi quia idē diuideretur à ſeipſo, ergo vt aliquid ſit diuiſibile, deber habere partes diſtinctas.

Quintò à ſpatio, & à tempore ſic, partes in quantitate bipalmari occupant diſtincta ſpatia: Item ſæpe producuntur diuerſo tempore, ergo ſunt diſtincta inter ſe. Anteeedens probatur, quia hæc pars v. g. carnis producitur bodie, alia producetur eras, & hæc pars, quæ eſt hîc, non eſt illa, quæ eſt illic, & boe ante aſſignanonem. Conſeqnentia probatur, aliter eoim idem eſſet, & non eſſet; rorſus conringeret idē eſſe in dinerſis locis naturaliter, quæ omnia implicant.

Sextò à definitione cootinui ſic, Ariſt. ait totum eſſe diuiſibile in ea, quæ inſunt, ergo partes actu in continuo.

Dices eſſe in actu quoad entitatem, in potentia quoad diſtinctionem.

Contrà, quia partes, ſi diſtinguuntur, non eſſent ampliùs partes, ſed totum, ergo ſi totum eſt diuiſibile in partes, qnæ inſunt, debet intelligi quoad partes actu, tum quoad entitatem, tum quoad diſtinctionem.

Confirmatur ex ipſomet Ariſtot. qui ait partes in continuo eſſe totum in potentia, non partes; ait enim, *quorum vnumquodque hoc aliquid aptum eſt eſſe*, id eſt hoc totum.

Obiectio 1.

Septimò ab argumentorum ſolutione, *Obiiciunt primò*, licèt dentur in continuo entitates partium, non ſunt tamen inter ſe diſtinctæ; probatur, quia indiuiduum eſt vnum quid omnino in ſe indiſtinctum, & partes in continuo faciunt vnum indiuiduum, ergo non poteſt habere partes inter ſe diſtinctas.

Confirmatur, ideo plores lapides non faciunt vnum indiuiduum, quia quælibet retinet ſuam diſtinctionem, ergo ſi partes in continno conſtituunt vnum indiuiduum, oon ſunt inter ſe diſtinctæ.

Reſpondetur, nego conſeqnentiam, ad probationem dico, indiuiduum eſt, quod eſt indiuiſum à ſe, & diuiſum à quocunque alio, quod optimè ſaluatur in gutta aquæ, licèt conſter ex pluribus partibus; aliud eſt enim eſſe diuiſas, aliud diſtinctas: diuiſio repugnat vnitati, indiuiduo, continuo, non verò diſtinctio; etenim hic homo conſtat ex anima, & corpore, quæ ſunt inter ſe omnino diſtincta, eſt tamen vnum indiuiduum, ſicut etiam totum heterogeneum, licèt habet partes diſſimilares; cur ergo totum bererogeneum, & hic bomo poteſt conſtare ex partibus eſſentialiter diſtinctis, non homogeneum? Hinc patet ad confirmationem.

Inſtabis, ſi partes in continuo ſunt actu diſtinctæ, retinent fundamentum completum limitaoonis, & diſtinctionis, & conſequenter habent terminum proprium diſtinctum ab extremo alterius partis, limitatio autem, & terminano repugnant continuationi.

Reſpondetur; limitatio reſultans ex diuiſione repugnat continuationi, non autem ea, quæ reſultat ex diſtinctione, & ſicot vnum indiuiduū conſtat ex diuerſis partibus eſſentialibus, ita & continuum ex diuerſis partibus integrantibos; vnde ſic argumētor, quæ diſtinguuntur, poſſuot immediatè vniri, ergo terminari termino communi, ergo continuari. Vltima conſequentia probatur, quia continuum eſt illud cuius partes copulantur termino communi. Antecedeos patet, quia quæ diſtinguuotur, poſſunt vniri media vnione, quæ ſit modus vtriuſque.

Obiiciunt ſecundò, ſi partes eſſeot actu diſtinctæ in continuo, poſſet Deus diuidere omnes has partes, hoc implicat, ergo. Maior probatur, quia ſi quælibet pars eſt diſtincta à qualiber, poſſer diuidi ab illa, quicquid enim eſt aliud, poteſt diuidi ab illo. Minor probatur, quia ſi eſſent diuiſæ omnes partes, vel eſſent diuiſibiles, vel indiuiſibiles: ſi ſecundum, ergo cootinuū conſtabit ex indiuiſibilibus, quod implicat: ſi primum, ergo continuum non eſſet diuiſum in omnes partes. — Obiectio 2.

Reſp. ptimò continuum poſſe diuidi in omnes ſuas partes æquales, & non communicantes, ſic bipalmare in duos palmos; non aotem in omnes partes communicantes, quia hæ intrinſecè, & eſſentialiter conſtituuntur ex aliis: ſimiliter dicendum eſt Deum cognoſcere illas communicare, & vnam includere aliam. Ad probatiooem maioris, quicquid eſt diſtinctum ab alio realiter, non ſemper poteſt diuidi ab illo; diximus enim toties falſam eſſe hanc propoſitionem, quæ realiter diſtinguuntur poſſunt realiter diuidi; licèt hæc ſit vera, quæ realiter ab inuicem ſeparantur, realiter diſtinguontur. Vel

Quæ realiter diſtinguuntur, non neceſſariò poſſunt diuidi.

Secundò reſpondetur, partes in continuo diſtingui inter ſe inadæquatè, quia, licèt voa non ſit alia, vna tamen continetur in alia eſſen-

Digitized by Google

tialiter, ideò non ſunt ſeparabiles in re: Adæquatè dicuntur diſtinctæ partes æquales, cùm vna non ſit intra aliam, & ideo ab inuicem etiam poſſunt ſeparari. Vel

Tertiò, in quantitate dari partes in duplici genere, quaſdam diuiſibiles intrinſecè, & extrinſecè: quaſdam verò intrinſecè diuiſibiles, licèt extrinſecè indiuiſibiles. Modò poteſt Deus diuidere quantitatem in omnes partes indiuiſibiles extrinſecè, non autem in ipſas partes indiuiſibiles intrinſecè, non quia non includant alias partes, ſed quia implicat rem illam conſeruari ſub minori quantitate, & defectus erit ex parte potiùs ſubſtantiæ, quàm quantitatis, ſeu partium, quæ ſunt in continuo.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*, ſi partes eſſent actu in continuo, haberent aliquam figuram: Item deberent eſſe determinatæ quoad aliquam magnitudinem: deberent habere vnitatem, & numerum conficere, nullum horum habent; ergo.

Reſpondetur ad primam partem, nego partes in continuo per ſe ſumptas debere habere figurã, prout ſunt in toto, concedo, illa autem erit figura totius. Ratio eſt, quia figura eſt modus quidam corporis reſultans ex limitatione, & terminatione quantitatis; Partes verò ita ſunt actu in toto, vt ſingulæ continuentur, & extendantur vlteriùs, ac copulentur, ideò per ſe non ſortiuntur aliquam figuram.

Inſtabis, quantitas terminata neceſſariò includit figuram, & ſingulæ partes ſunt terminatæ, ſi ab inuicem diſtinctæ, ergo ſingulæ includunt aliquam figuram.

Reſpondetur, quantitas terminata terminatione reſultante ex diuiſione includit figuram, concedo: terminata terminatione reſultante ex diſtinctione includit figuram, & nego, quia hæc vlteriùs extenditur per alias partes, cum quibus copulatur, illa minimè.

Ad ſecundam partẽ reſpondetur, partes ſunt determinatæ quoad aliquam magnitudinẽ quoad entitatem, concedo: quoad modum figuræ, & nego: habent vnitatem inadæquatè, non adæquatè, quia non ſunt actu diuiſæ: Conficiunt numerum, & quidem infinitum, qui non repugnat, vt dicemus.

Inſtabis, ſi in continuo eſſent partes infinitæ, deberent conficere extenſionem infinitam.

Reſpondetur, ſi partes non communicantes, & æquales eſſent infinitæ, infinitã conficerent extenſionem, non verò communicantes. Item, quia continuum, vt dicemus, conſtat ex multis partibus indiuiſibilibus phyſicè, ideò nil mirum ſi finitam conficiant extenſionem.

Obiectio 4. *Obiicies quartò*, ſi partes ſunt diſtinctæ in continuo, ergo conſtituunt vnum per accidens; ſed continuum non eſt tale, ergo non ſunt inter ſe diſtinctæ. Maior probatur, quia ea conſtituũt vnum per ſe, quorum partes ſe habent vna vt actus, altera vt potentia: Partium verò quantitatis neutra eſt vel actus, vel potentia.

Reſpondetur, continuum eſſe vnum per ſe, etiam ſi ponantur partes diſtinctæ, quia eæ ſunt partes integrantes, non eſſentiales: Partes eſſentiales ita ſe habere debent, vt vna ſit actus, altera potentia, quia faciunt vnum per ſe per informationem: Partes verò integrantes, quia faciunt vnum per integrationem, & quælibet ſe habet vt actus incompletus, ſimul cum aliis vnũ continuum conſlans, ideo non ſe habent vna vt actus, altera vt potentia.

Partes eſſentiales, & integrãtes quomodo ſe habeant in continuo.

Obiectio 5. *Ariſtot.* *Obiicies quintò*, ex Ariſt. 8. Phyſic. tex. 68. 9. Met. 4. 5. Met. 25. & 31. de ſenſu & ſenſib. cap. 6. His enim locis ſæpiſſimè docet in bipedali non eſſe actu duas pedalitates, & in continuo partes eſſe tantùm in potentia, non actu, & eſſe in potentia diuiſibile in infinitum.

Reſpondetur; aliud eſt continuum eſſe in potentia diuiſibile in infinitum: aliud habere partes in potentia: primum concedimus, ſecundum negamus. Rurſus continuum habere partes in potentia non intelligi debet, quòd partes non ſint actu in continuo, ſed quòd partes, quæ ſunt actu in continuo, in potentia ſunt tota quædam, quia poſt diuiſionem partes euadunt vnum quid, vt ex definitione continui colligitur. Hinc D. Thom. 5. Met. lect. 20. ait, *ſi reſpiciamus ad partes continui, magis ſunt partes quando actu ſunt in continuo, quàm quando ſunt diuiſæ, quia tunc ſunt tota quædam.* Ita Gregor. etiam in 1. diſt. 1. q. 24. art. 1. Hinc perperam citatur D. Thom. pro contraria ſententia. *D. Thom.* *Gregorius.*

Sectio II.

An indiuiſibilia in continuo dentur.

Indiuiſibile quotuplex. Triplex eſt indiuiſibilium genus, punctus, linea, ſuperficies. Poſſunt hæc ſumi dupliciter, vt alibi diximus; phyſicè, & mathematicè ſumpta ſunt omnino indiuiſibilia in eo genere, in quo ſunt indiuiſibilia; punctus ſecundùm omnem dimenſionem: linea ſecundùm latitudinem: ſuperficies ſecundùm profunditatem: phyſicè verò ſumpta licèt ſint extrinſecè indiuiſibilia, admittunt tamen intrinſecè aliquam diuiſibilitatem. Quæſtio modò eſt de indiuiſibilibus primo modo ſumptis, poſtea de aliis.

Hac in re duæ ſunt præcipuæ ſententiæ. *Prima eſt* Nominal. & eorum quos citat Aref. 1. de Genet. quæſt. 13. ſect. 2. quæ duos habet præcipuos dicendi modos.

Primus eſt indiuiſibilia formaliter dicere negationem omnis extenſionis, connotare verò extenſionem realem, ſic linea formaliter eſt negatio, connotat tamen profunditatem, & latitudinem: Punctus eſt negatio omnis extenſionis quantitatiuæ: ſuperficies corporis.

Alter modus eſt, puncta, lineam, & ſuperficiem eſſe quid reale; connotare verò negationem extenſionis, quæ tamen deſignatio accedat per deſignationem mentis, & contactus.

Secunda ſententia directè oppoſita eſt eorum, qui concedunt lineas, ſuperficies, & puncta formaliter eſſe entia realia, quæ etiam diuiditur in duas claſſes. Quidam volunt eſſe entia realia completa, id eſt habentia propriam entitatem, vt Suarez diſput. 40. ſect. 5. Quidam verò habere tantùm entitatem modalem, ita Ruu. lib. 6. de compoſ. contin. Rurſus quidam ex his differunt inter ſe, quidam aiunt punctum ſubiectari in partibus lineæ, lineam in partibus ſuperficiei, ſuperficiem in partibus corporis. Alij, vt Suarez, punctum, & indiuiſibile quantitatis ſubiectari in indiuiſibili ſubſtantię, & lineam quantitatis in linea ſubſtãtiæ, & ſic de reliquis. Has ex directo oppoſitas ſententias *Suarez.* *Ruuius.*

ſequuntur aliæ mediæ, quæ ingeniobus ſe implicant difficultatibus.

Tertia ſententia eſt eorum, qui volunt dari quidem indiuiſibilia terminantia quantitatem, non continuantia.

Quarta econtrà dari continuantia, non terminantia.

Fonſec. Conimb. *Quinta*, quam docuit Fonſ. 5. Metaph. cap. 13. quæſt. 6. & Conimb. lib. 6. cap. 2. quæſt. 1. ſolam ſuperficiem eſſe quid poſitiuum, reliqua minimè.

Sexta aſſerit dari puncta, lineas, ſuperficies, & omnia indiuiſibilia extima quidem, non intima, id eſt dari indiuiſibilia in ſuperficie, non autem intermedia in ipſo corpore. Singulas eruere conabimur: propriam vltimò proferemus. Facem, & filum præferet doctiſſimus noſter Areſius. Sit

Prima concluſio. Indiuiſibilia terminantia nullo modo in continuo admittenda.

Probatur primò, non datur prima, & vltima pars in continuo per aduerſarios, ergo neq; indiuiſibilia terminantia. Conſequentia probatur, ſi in linea datur punctus terminans, vel eſt vnitus vni parti lineæ, vel pluribus; non pluribus, quia illas penetraret, & poſt vnum punctum eſſent plures partes, quod ipſi negant, ergo vni, ergo illa erit prima pars. Id ipſum dici poteſt de primo inſtanti temporis, quod ſi datur, dabitur etiam prima pars temporis, vel enim immediatè poſt inſtans ſequitur vna pars, vel plures: ſi plures id eſt contra rationem entis ſucceſſiui: ſi vna, ergo illa erit prima pars.

Secundò, cùm lumen recipitur in ſuperficie vel tangit primam partem corporis, vel non: ſi tangit, ergo cùm lumen non penetret corpus opacum, dabitur prima pars corporis: ſi non tangit, ideò eſt, quia ſuperficies mediat, quæ ſecundùm vnam faciem illuminatur, ſecundùm aliam minimè, & ſic ſuperficies habebit partes, & partes. Rurſus vel ſuperficies facit diſtare lumen à corpore, vel non: ſi non, ergo tangit primam partem corporis: ſi facit diſtare, ergo ſuperficies diuiſibilis.

Tertiò, auferat Deus, vel quis ſaltem cogitatione punctum terminans à linea, lineam à ſuperficie, ſuperficiem à corpore: vel corpus, & linea erunt terminata, vel non: ſi primum, ergo ſeipſis terminantur, nec opus eſt hiſce indiuiſibilibus: ſi non, ergo corpus, & linea erunt infinita; infinitum enim eſt id, quod non habet fines.

Reſpondet Suarez, tunc linea terminabitur negatiuè per negationem vlterioris extenſionis: per punctum terminabitur poſitiuè; ſic natura dicitur negatiuè terminata abſque ſubſiſtentia.

Contrà, cur non dicitur linea terminata poſitiuè per vltimas ſuas partes, cùm illæ ſint entia poſitiua impenetrabilia, impedientia corpus ne vlteriùs tranſeat. Dicitur natura terminari poſitiuè per ſubſiſtentiam, quia ſubſiſtentia facit naturam per ſe ſubſiſtentem, & eſt vltimum naturæ complementum; punctus verò reſpectu lineæ, aut linea reſpectu ſuperficiei nihil horum præſtat.

Confirmatur, quia ſi punctus realiter diſtinguitur à linea, ergo linea iam intrinſecè habet ſuum terminum, ergo non requiritur alius extrinſecus, qualis eſt punctus: ſubſiſtentia verò

A reſpectu naturæ eſt modus intrinſecus.

Obiicies primò, cùm duo corpora contigua ſe mutuò tangunt, vel in aliquo indiuiſibili, vel in aliqua parte continui ſe tangunt: ſi primum, ergo datur ſuperficies indiuiſibilis: ſi ſecundum, ergo ſe tangunt ſecundùm profunditatem. Obiectio 1.

Reſpondet Areſius, & rectè, duo illa corpora ſe tangere in indiuiſibili ab extrinſeco, ſeu à parte exteriori, quæ habet profunditatem à parte interiori.

Inſtabis, contigua ſunt illa, quorum extrema ſunt ſimul, ergo duo corpora non poſſunt ſe tangere ſecundùm partes exteriores, quia tunc illæ partes non erunt ſimul, ſed quælibet pars in quolibet corpore.

B Reſpondetur, ad hoc vt extrema dicantur ſimul, ſufficit ſi prima pars indiuiſibilis ab extrinſeco ſit ſimul cum alia parte indiuiſibili ab extrinſeco, & nihil mediet: ſicuti in ſententia aduerſariorum ad hoc vt extrema ſint ſimul, ſufficit vt indiuiſibilis ſuperficies vnius corporis ſit ſimul cum ſuperficie alterius.

Obiicies ſecundò, ſi corpus tangit in indiuiſibili aliud corpus, ergo tactus fit in aliquo negatiuo, cùm indiuiſibile per nos non ſit aliquid reale poſitiuum. Obiectio 2.

Reſpondetur corpus tangere partem realem alterius corporis, ideo tactus ille poſitiuus, licèt illa pars connotet negationem, indiuiſibilitatem videlicet, hinc ſoluta difficultas.

C *Secunda concluſio.* Neque admittenda ſunt indiuiſibilia continuantia in continuo.

Probatur primò præſertim contra Suarez, ideò dandus punctus continuans per aduerſarios, vt partes quantitatis vniantur, ſed punctus continuans potiùs impedit vnionem, & faciliùs partes vniuntur ſeipſis, ergo non admittendus. Prima pars minoris probatur, quia inter punctum, & partem quantitatis datur vnio, vt concedit Suarez num. 46. ergo potiùs partes vniuntur cum puncto, quàm inter ſe. Secunda pars probatur, ſi quælibet pars poteſt vniri cum puncto, qui eſt alterius generis, ergo multò magis cum alia parte, quæ eſt eiuſdem ſpeciei.

D *Obiicit* Maffeius noſter, quæcunque vniuntur, per vnionem fiunt vnum, ergo ad inuicem ſe penetrant, vt patet in materia, & forma; partes quantitatis non ſe penetrant, ergo non poſſunt vniri media vnione, ergo neceſſariò debet intercedere punctus. Obiectio.

Reſpondetur, quæcumque vniuntur per vnionem, quæ fit per informationem, ita vt vnum ſit actus, alterum potentia, fiunt vnum, & penetrantur, concedo. Quæ fiunt vnum per integrationem, non debent penetrari, quia per illam vnionem corpus tantùm integratur, & continuatur, & extenditur, non eſſentialiter

E componitur: Vnio ergo hæc eſſentialiter differt ab illa, illa ſupponit penetrationem, hæc illi repugnat.

Secundò probatur, ſi darentur puncta in linea in actu, daretur in actu infinitum, quod vt plurimum aduerſarij negant.

Reſpondet ex Suarez Maffeius, infinitum ſecundùm quid non repugnat, qualis eſt punctorum infinitas: repugnat verò infinitas entium actu diſtinctorum, quæ eſt infinitas ſimpliciter. *Maffeius.*

Inſtat Areſius, & rectè, infinitum non repugnat per aduerſarios niſi ratione numeri,

non ratione entitatum, ergo vel entitates ſint perfectè, vel imperfectè diſtinctæ, nil refert ad infinitum, dummodo ſint innumerabiles.

Confirmatur, creet Deus in quolibet puncto lineæ vnum Angelum, cur id non poterit? Tunc Angelorum numerus erit infinitus, & Angeli entia perfectiſſimè diſtincta, & completa.

Tertiò probatur non dari puncta nec terminantia, nec continuantia, in diuiſione punctum continuans vtramque partem corrumpitur, generantur verò duo puncta terminantia de nouo: ſi iterum vniantur partes, corrumpetur vtrumque punctum terminans, generabitur continuans: id aduerſarij coguntur fateri. Modò ſic, quiſnam ea puncta terminantia, & continuantia producet? Item cur ea duo puncta terminantia corrumpentur, & producetur continuans cùm partes vniuntur? an quia puncta pugnant, & ſe expellunt? at ſunt entia omnino indiuiſibilia; & ſi punctum additum puncto non facit maius, imò potiùs vnum aliud penetrat, cur illa duo non remanent in continuatione.

Confirmatur, in diuiſione ſicut producitur duplex punctus terminans in quantitate, ſic etiam producetur duplex pũctus materiæ, eſt enim eadem ratio, tum quia punctus quantitatis ineſt in puncto materiæ, & etiam quia in materia continua eſt tantùm vnum punctum continuans: ſi diuidatur, exurgent duo puncta terminantia, ergo materia erit generabilis, & corruptibilis, dum materiæ punctus modò generatur, modò corrumpitur.

Quartò probatur ex abſurdis, quæ ſequuntur, ſi darentur puncta, fieret additio in eodem genere abſque accretione; & fieret detractio abſque diminutione. Sequela probatur, quia ſuperficies addita quantitati, vel ſuperficiei non facit maius; tunc peto vel eſt additum aliquid reale, vel non: ſi ſecundum, ergo ſuperficies non eſt aliquid reale: ſi primum, ergo facit maius.

Confirmatur, materia addita materiæ facit dẽſum, ergo punctus materiæ ſi addatur puncto materiei, illam adaugebit, alioquin ſi adderentur infinita puncta materiæ, non erit ibi plus materiei, quàm in vnico puncto eiuſdem materiæ.

Tertia concluſio. Punctus, linea, ſuperficies, neque tanquam reales entitates, neque tanquam modi debent admitti. Eſt contra Ruuium.

Probatur, ſi punctus eſt modus, ergo nullo modo indiuiſibilis, probatur, quia partes quantitatis ſunt diuiſibiles, ergo nequit dari modus, qui cum iis identificetur, indiuiſibilis. Item patet ex dictis contra præcedentes ſententias.

Obiectio præcipua. *Celeberrimum argumentum* eſt pro ſententia aduerſariorum, de corpore perfectè ſphærico tangente perfectè planum, tangit enim ſecundùm aliquid reale, & illud indiuiſibile, ergo. Minor probatur, quia corpus ſphæricum, vt demonſtrant mathematici, & planum perfectè non poterunt ſe tangere niſi in indiuiſibili.

Reſpondetur, cum noſtro Areſio, negando dari corpus perfectè ſphæricum, & perfecte planum in re, & phyſicè: mathematicè tranſeat. Addimus etiam, eo conceſſo, neque contactus ille erit in indiuiſibili mathematico, ſed tantùm in indiuiſibili phyſico, quandoquidem indiuiſibile mathematicum à parte rei repugnat, nec datur niſi per imaginationem. Videatur Areſ.

Obiectio 2. *Alterum argumentum eſt*, dantur inſtantia in tempore, ergo puncta in continuo. Antecedens A patet in generatione formæ ſubſtantialis, quæ neceſſariò fit in inſtanti, & tota ſimul.

Reſp. forma ſubſtantialis fit in minima parte tẽporis, ſeu in inſtanti phyſico, nõ mathematico.

Inſtat Maſſeius, forma ſubſtantialis eſt intrinſecè indiuiſibilis, ergo petit fieri in inſtanti mathematico, & intrinſecè indiuiſibili.

Reſpondetur entia phyſica non eſſe indiuiſibilia niſi phyſicè, neque dari indiuiſibile minus inſtanti phyſico: ſi aliquid imaginamur magis indiuiſibile, id imaginationi tribuendum, non naturæ.

Petes, quid de huiuſmodi indiuiſibilibus ſenſerit Ariſtoteles.

Reſp. ex multis locis colligitur, ipſum huiuſ- B modi indiuiſibilia ſupponere: ex pleriſq; ea omnino negare: ſic lib. 2. de animalium inceſſu ait, *indiuiſibilium nullam eſſe ſubſtantiam*, 2. Phyſic. tex. 18. *Mathematicos ſpeculari terminos quantitatis, non quatenus terminos phyſici corporis; neq; enim quatenus talibus exiſtentibus accidũt*, 1. Phyſic. tex. 7. ait, *ſi entia indiuiſibilia eſſent entia phyſica, haberent paſſiones*, ſed per ipſum indiuiſibilia nullam habent paſſionem, ergo neque ſunt entia phyſica. Minor patet, ait enim contra Platonem, *ſi res componerentur ex indiuiſibilibus, neque haberent paſſiones.* Ariſtoteli itaque Ariſtot. obiicimus, nec mirum ſi eius ſententiæ non inhæremus, quãdo nec ipſe ſibimet.

C *Obiicies*, continuum, etiam per nos, vt toties ex Ariſt. diximus, eſt illud, cuius partes copulantur termino communi, ergo datur punctus ſaltem continuans. Obiectio.

Reſp. ſufficit ſi terminus communis ſit entitas phyſicè indiuiſibilis, & ſufficit phyſica indiuiſibilitas, vt eadem pars dicatur vtriuſq; extremi.

Quarta concluſio. Licèt linea, ſuperficies, & puncta non dẽtur à parte rei, quæ ſint entia realia indiuiſibilia: obiectiuè tamen ſumpta, & in intellectu linea formaliter eſt quantitas dicens longitudinem, connotans negationem latitudinis, & profunditatis: ſuperficies formaliter dicit latitudinem, & longitudinem, connotans D negationem profunditatis: Punctus formaliter eſt ens rationis conceptũ ad modũ entis poſitiui, connotans priuationẽ cuiuſcumq; dimenſionis.

Probatur, quia dum concipimus lineam, quod primariò concipitur, eſt longitudo, ſecundariò negatio latitudinis, ergo primum formaliter includitur, ſecundum connotatiuè.

Obiicies ex Ariſt. 3. de anima tex. 25. vbi ait *Punctum, & cætera indiuiſibilia cognoſci, ſicuti cognoſcitur malum per bonum, nigrum per album, tenebra per lumen*, ergo formaliter ſunt priuationes.

Reſp. indiuiſibilia à parte rei certum eſt nihil eſſe, & eſſe tantũ entia negatiua, quæ non poſ- E ſunt agnoſci niſi ad modum entis. Quod verò dicimus eſt, conceptis iam huiuſmodi indiuiſibilibus, formaliter obiici intellectui aliquid ad modum poſitiui connotantis negationem: ſic dum linea obiicitur, nil aliud obiicitur niſi longitudo, connotans negationem profunditatis, & latitudinis.

Quinta concluſio. Etiam à parte rei linea, ſuperficies, & punctus ſunt entia realia, tantùm connotantia negationem vlterioris extenſionis; ſuperficies enim nil aliud eſt, quàm prima, & vltima pars corporis, prout eſt aſſignabilis à parte exteriori tan-

tùm, ex qua vlterius non extenditur, licèt ab A interiori in infinitum diuiſibilis. Linea ergo non eſt quid indiuiſibile reale diſtinctum à partibus quantitatis, ſed eſt vltima pars ſuperficiei: punctus vltima pars lineæ: ſuperficies vltima pars corporis: inſtans prima, & vltima pars temporis. Sunt res ſimpliciter diuiſibiles, indiuiſibiles ſecundùm quid: diuiſibiles vt partes, indiuiſibiles vt termini: diuiſibiles vt quantitates, indiuiſibiles prout vocantur ſuperficies, lineæ, puncta, inſtantia; ſimpliciter entia realia poſitiua, connotantia tantùm negationem vlterioris extenſionis.

Differt noſtra hæc concluſio ab aduerſariis, quia illi ponebant indiuiſibilia mathematica realiter, vel modaliter diſtincta à partibus quan- B titatis; Nos verò dicimus huiuſmodi indiuiſibilia eſſe entia realia, nullo tamen modo diſtincta à quantitatis partibus. Hæc quoad indiuiſibilia mathematica.

Sexta concluſio. Dantur in quantitate indiuiſibilia phyſica à reliquis partibus diſtincta realiter.

Probatur, quia datur in quantitate minima pars, quæ extrinſecè, & phyſicè non ſit vlterius diuiſibilis, licèt ex ſe diuiſibilis in infinitum, & hæc realiter ab aliis diſtincta, ergo dantur in quantitate indiuiſibilia phyſica. Minor probabitur, cùm agemus de terminis accretionis, & diminutionis.

Obiectio.

Obiicies, fruſtra eſt illa potentia, quæ non C poteſt reduci ad actum, ergo ſi illa minima pars phyſica non poteſt diuidi, dici non poteſt quòd ſit intrinſecè diuiſibilis.

Confirmabis, ſi de ratione quantitatis eſt vt ſit in infinitum diuiſibilis, ergo nunquam poteſt deueniri ad aliquod tam minimum, vt vlterius diuidi non poſſit.

Reſpondetur, poſſe diuidi intrinſecè non eſt fruſtra, ſed eſt conſtitutiuum illius partis quantitatiuæ, & hoc ſufficit vt illa potentia non dicatur fruſtratoria.

Secundò reſpondetur, indiuiſibile phyſicum poteſt vel ab Angelo, vel à Deo in infinitum diuidi: ſic cœlum, & Angelus dicuntur phyſicè D incorruptibilia, quia non datur agens naturale potens illa annihilare, vel corrumpere; dicuntur tamen corruptibilia intrinſecè, quia poſſunt deſtrui à Deo, & quia non ſunt entia ita neceſſaria, vt non poſſint non eſſe.

Corol.

Ex his colligitur, lineam, ſuperficiem, & punctum non eſſe ſpecies quantitatis inter ſe realiter diſtinctas, ſi enim punctus eſt vltima pars lineę dicens negationem vlterioris extenſionis: ſi linea eſt vltima pars ſuperficiei, connotans negationem latitudinis: ſuperficies vltima pars corporis connotans negationem profunditatis, non diſtinguuntur inter ſe niſi per negationem; negatio autem non poteſt eſſe differentia eſſentialis ſpeciei poſitiuæ. Fateor tamen eſ- E ſe ſpecies formaliter diſtinctas, quia linea formaliter concipitur vt longitudo, ſuperficies vt latitudo.

Linea, ſuperficies, & punctum nõ ſunt ſpecies quantitatis inter ſe realiter diſtinctæ.

PARS TERTIA.

De Infinito.

MOTVM, & quantitatem continuam ſequitur finitum, vel infinitum veluti paſſio quædam. Egimus hactenus de motu, & quantitate finita: mox de Infinito. Agit de illo Ariſtot. lib. 3. cap. 4. & deinceps. Nos vnicam de ipſo diſputationem inſtituemus, & videbimus quid, & quotuplex ſit, an de facto detur, vel ſaltem ſit poſſibile.

DISPVTATIO VNICA.

De poßibilitate infiniti.

SECTIO I.

Quid, & quotuplex ſit infinitum.

SVPPONENDVM *primò*, infinitum aliud ſecundùm eſſentiam, & ſimpliciter, & eſt illud, quod continet omnem perfectionem, vt Deus: aliud eſt infinitum in genere, & ſecundùm quid, & eſt, quod eſſentialiter quidem, & in ſe eſt finitum, ſecundùm aliquam verò rationem includit infinitatem, ſic qualitas infinitè intenſa, quantitas infinitè extenſa, licèt infinitæ ſint ſecundùm extenſionem, aut intenſionem, ſemper tamen earum eſſentia eſt finita, & limitata à proprio genere.

Infinitum quotuplex.

Supponendum ſecundò, infinitum in genere eſſe etiam duplex: aliud actu, ſeu categorematicum: aliud potentia, ſeu ſyncategorematicum. Dicitur infinitum actu categorematicum, quaſi infinitum completum: dicitur infinitum in potentia ſyncategorematicum, quaſi incompletum, quia eſt partim actu, partim in potentia, quoad id quod eſt actu, ſemper finitum: ſolum infinitum quoad ea, quæ habet in potentia. Infinitum categorematicum eſt triplex, vel ſecundùm intenſionem in prædicamento qualitatis: vel ſecundùm extenſionem in prædicamento quantitatis: vel ſecundùm numerum in quantitate diſcreta. Syncategorematicum triplex etiam, additione, vt in numero: ſucceſſione, vt in tempore, & motu: diuiſione, vt in continuo.

Item in genere quotuplex.

Supponendum tertiò, infinitum categorematicum poſſe etiam eſſe duplex, adæquatum, & inadæquatum. Adæquatum dicitur illud, quod continet omnem latitudinem infinitam illius generis, vel ſpeciei, in qua eſt; ſic infinitum categorematicum in genere qualitatis, eſſet, quod in ſe clauderet omne accidens qualificans ſubiectum: vel in ſpecie caloris, calor includens omnes gradus caloris poſſibiles: & in ſpecie gratiæ omnes gradus gratiæ. Inadæquatum verò, quod non includeret omnes gradus poſſibiles in ſpecie v. g. caloris, & ita eſſent infinito, vt alij gradus poſſent dari, vt ſi Deus faceret infi-

Categorematicum duplex.

nitos homines albos, poſſet facere infinitos a- A lios nigros. Differunt hæc duo infinita, quia infinito adæquato nulla poſſet fieri additio: inadæquato verò poteſt aliquid addi; hinc ſi adæquato dematur vnum indiuiduum, non erit ampliùs adæquatum: ſi inadæquato quicquid illi deeſt in genere illo, vel ſpecie addatur, fiet adæquatum.

Infinitum definitur.

Supponendum quartò veteres ſic definiiſſe infinitum, *eſt id cuius nihil eſt extra: ſeu cui nihil deeſt, ſeu nihil abeſt.* Impugnatur, & rectè ab Ariſtot. conuenit enim hæc definitio etiam toti, quia totum, & perfectum eſt, cui nihil deeſt: ſi enim aliquid deeſſet, perfectum B non eſſet. Addit Ariſtot. ſuam definitionem, *infinitum eſt id, cuius ſemper aliquid eſt extra accipere*, quæ de quolibet infinito verificatur.

Sectio II.

An poſsibile ſit infinitum actu.

Extra controuerſiam eſt, primò dari ens ſimpliciter, & ſecundùm eſſentiam infinitum, vt Deus: ſecundò dari ens infinitum ſyncategorematicè, & in potentia tum quoad additionem, tum quoad diuiſionem; quantitas C enim poteſt diuidi in infinitum, & numerus in infinitum augeri. Difficultas eſt de infinito categorematico, & in actu quoad extenſionem, intenſionem, & numerum, an videlicet de facto detur, vel ſaltem ſit poſſibile.

Ariſtot.

Negat Ariſtot. infinitum in actu ſecundùm extenſionem, vel intenſionem permanentem, atque neque dari, neque eſſe poſſibile. Cogitur affirmare ſecundùm ſucceſſionem, vel numerum, dum voluit mundum ab æterno. Sequuntur Ariſt. D. Thom. 1. part. quæſt. 7. art. 3. & 4. D. Bonauent. Scot. Durand. Sot. Tol. Conimb. & Rnu. lib. 3. tract. de infinito quæſt. 3. Albertin. & alij.

D. Thom. D. Bonau. Scotus. Durandus. Sotus. Toletus. Conimb. Rnuius. Albertinus.

D Affirmant Nominales Ocham. in 2. diſtinct. 15. quæſt. vnica, Almain. ibid. Aliacenſ. diſtinct. 42. Gregor. & alij.

Ochamus. Almain. Aliacenſis. Gregorius.

Prima concluſio. Infinitum actu eſt poſſibile.

Probatur primò, vel enim implicat ratione infiniti præcisè, vel ratione creati: non ratione infiniti vt ſic, quia Deus eſt infinitus, & Deus ex ſe includit infinitatem, ergo infinitas non inuoluit implicantiam: Neque ratione creati, quia infinitas non tollit rationem creaturæ; creatura enim, vt creatura eſt, dicit habere eſſentiam dependentem, & participatam, ſed infinito non repugnat dependere, ergo infinitas non tollit rationem creaturæ. Minor probatur, ſi ali- E quid concipitur imperfectum, ſtatim concipitur ens participatum, & dependens, quia independentia ſtatim oritur ex perfectione ſimpliciter, & in omni genere, ſed ſi aliquid ponitur infinitum, non ſtatim ponitur perfectum in omni genere, ergo ſi ponitur infinitum, non ſtatim ponitur independens. Minor probatur, quia ſi ponatur infinitum in genere qualitatis, non erit infinitum in genere ſubſtantiæ, & vt loquitur D. Auguſt. lib. 3. de Natura, & Gratia, *ſi ponatur gratia infinita, erit tantùm infinita in genere qualitatis ſupernaturalis, non in genere ſubſtantia, & ideò non erit Deus.*

D. Auguſt.

Confirmatur, quia ita ſe habet infinitum actu A ad ſuum eſſe, ſicut infinitum in potentia ad ſuum, ſed ſi ponatur qualitas infinita in potentia, non includit in ſe omne aliud ens in potentia, ſed tantùm qualitatem, ergo ſi ponatur tantùm qualitas infinita actu, non comprehendet in ſe omnem aliam perfectionem.

Secundò probatur principaliter, in cognitione diuina ſunt actu infinita, ſed aliqua infinita ex illis non implicant eſſe ſimul, ergo. Maior probatur, quia ſi omnia, quæ ſunt in cognitione diuina, ponerentur actu, eſſent infinita actu, & categorematicè, non verò infinita ſyncategorematicè, videlicet partim actu, partim in potentia; tunc autem omnia eſſent in actu. B Minor principalis probatur in Angelis, vel enim illis repugnat fieri ſimul ratione infiniti vt ſic, & non, quia infinitum vt ſic non implicat: vel ratione naturæ angelicæ formaliter, & neque, quia ea tantùm petit eſſe actus per ſe ſubſiſtens immaterialis, quæ non repugnant infinito.

Confirmatur, nullus ex Angelis, quos Deus cognoſcit poſſibiles, eſt, quem Deus non poſſet facere nunc, ergo omnes poſſunt eſſe. Conſequentia probatur, quia hæ ſunt propoſitiones æquipollentes, nullus non poteſt creari, ergo omnes poſſunt creari, ſicut nullus homo non eſt animal, ergo omnis homo eſt animal. Antecedens probatur, quia ita eſt factibilis ille Ange- C lus, quem tu dicis non poſſe fieri, ac illi, qui nunc fiunt, cùm ſit eadem ratio in omnibus.

Confirmatur, nullus Angelus petit ex ſe fieri diſtinctus ab altero, & ſicut non petit fieri ſimul, nec fieri diſiunctim, ergo ſi potentia Dei creatiua eſt infinita, poterunt omnes fieri ſimul.

Reſpondent primò, licèt nullus non poſſit fieri nunc determinatè; aliquis tamen Angelus indeterminatè non poteſt fieri, ſicut in ſententia eorum, nulla pars determinata poſt hoc inſtans ſequetur, aliqua tamen ſequetur, ſed indeterminata.

Contrà, ideo poſt hoc inſtans, in eorum ſententia, non ſequitur pars determinata, quia D quælibet includit eſſentialiter aliam, Angeli verò non includuntur ad inuicem, neque petunt intrinſecè fieri ſucceſſiuè, ſicut partes temporis, ergo neque aliquis Angelus indeterminatè petit non fieri ſimul.

Reſpondent ſecundò, licèt de quolibet Angelo verum ſit dicere, quòd ſit factibilis, non tamen valet, ergo omnes ſimul ſunt factibiles, quia non valet argumentari à diſtributiuo ad collectiuum; non enim valet, poſſum non committere hoc peccatum, & illud, & illud, ergo ſimpliciter poſſum non peccare; manducare hunc panem, & illum, ergo cunctum ſimul.

E Contrà, tunc non valet argumentari à diſtributiuo ad collectiuum, quando potentia adæquatur tantùm vni actui, & non omnibus ſimul, ſed Dei potentia creatiua adæquatur omnibus angelis ſimul; ergo optimè argumentamur à diſtributiuo ad collectiuum.

Reſpondent tertiò alij, Deum non videre, nec cognoſcere infinita, ſed finita in infinitum, ideò neque poſſe creare ſimul infinita, ſed finita in infinitum.

Contrà, infinitum actu non eſt aliud quàm omnes eius partes eſſe ſimul, ſed in cognitione Dei omnia poſſibilia, & futura ſunt ſimul, & non ſucceſſiuè, ergo actu infinita. Minor probatur, quia Deus omnia ſimul, & vnica intelle-

ctione cognoſcit, nec cognoſcit ſicut res fiunt, vnam videlicet poſt aliam, quia mutaretur, ergo omnia ſimul intuetur, & omnia ſunt actu. Vide Suar. 3. part. tom. 1. diſp. 26. ſect. 3. in fine.

Dices cognitionem Dei eſſe ſimul, non obiectum.

Contrà, implicat cognitionem verſari actu circa obiectum, & obiectum actu terminare cognitionem, & non eſſe actu obiectiuè in cognitione. Probatur, quid enim eſt eſſe actu in cognitione, niſi actu terminare cognitionem: modò ſic, ſi actu diuina cognitio verſatur circa omnia, & omnia actu terminant cognitionem, omnia ſunt obiectiuè in cognitione, implicat enim actu obiici, & non eſſe actu in intellectu.

Confirmatur, ita ſe habet obiectum ad mentem diuinam, ſicut obiectum viſibile ad potentiam viſiuam, ſeu obiectum cognoſcibile ad potentiam cognoſcitiuam creatam, ſed non poteſt cognitio creata verſari ſimul circa quatuor obiecta, & illa non obiici ſimul, & in actu, ergo neque Dei cognitio verſari circa omnia obiecta, & illa non habere rationem actualis obiecti.

Confirmatur ſecundò, vel ex illis, quæ cognoſcit Deus, ponitur aliquid eſſe actu obiectum, vel non. Non ſecundum, quia verè Deus aliquid actualiter cognoſcit; cognoſcit Deus aliquid actu, & aliquid actu eſt obiectum, ergo omnia, quia Deus omnia eodem modo cognoſcit, & ſi vnum eſt actu in mente Dei, omnia erunt actu.

Reſpondent quartò, Deus videt omnia poſſibilia actu, & actu obiiciuntur, ſed videt illa quemadmodum futura ſunt, non ſimul, ſed ſucceſſiuè, & vnum poſt aliud.

Contrà, licèt videat hoc prius futurum, illud poſterius, adhuc tamen verum eſt omnia obiici ſimul, & actu terminare diuinam cognitionem, ergo licèt videat res, vt ſunt futuræ, videt tamen illas ſimul, quod ſufficit ad infinitum in actu, & categorematicum.

Rurſus, quòd hoc ſit futurum prius, illud poſterius prouenit à decreto diuinæ voluntatis, quo ita decernitur; ſed ante decretum diuinæ voluntatis datur ſcientia ſimplicis intelligentiæ, qua Deus videt tantùm res poſſibiles, & abſque aliquo ordine, ergo tunc non videt hoc futurum prius, hoc poſterius, ſed omnia ſimul.

Reſpondent quintò, omnia illa dici infinita categorematica ex parte diuinæ cognitionis, quæ infinita eſt: ex ſe verò omnia illa entia non eſſe infinita niſi ſyncategorematicè.

Contrà, non enim apparet quid ſit hoc eſſe infinitum categorematicum ex parte cognitionis, & non ex ſe, aut quomodo illa poſſint eſſe infinita ſyncategorematica, ſi actu ſimul obiiciuntur; vnde recurrunt argumenta priùs ſuperiùs facta.

Reſpondent alij ſextò, concedentes omnia entia poſſibilia eſſe infinita actu categorematicè: at negant infinitum poſſibile eſſe ad extra. Ita Caiet. & alij Thomiſtæ. *Caietanus.*

Contrà, cur infinitum repugnat ad extra? vel enim repugnat ratione infiniti, vel ratione entis creati, vel ratione numeri, quia videlicet infinitas repugnat in numero; non primum, nec ſecundum, vt vidimus; ſed nec tertium, & probatur, datur in Deo ad intra per ipſos numerus infinitus, nec repugnat in cognitione diuina, ergo neque ad extra implicabit. Conſe- A quentia probatur, an numerus ſit entium ſpiritualium, intelligibilium, vel ſenſibilium, hoc eſt extra rationem numeri, ergo ſi ſemel datur numerus infinitus in mente diuina entium intelligibilium, neque implicat numerus infinitus entium ſenſibilium ad extra.

Confirmatur, dantur in quantitate continua partes actu diſtinctæ, & illæ ſunt infinitæ in numero, alioquin quantitas non eſſet diuiſibilis in infinitum, ergo numerus infinitus ad extra nedum non implicat, ſed etiam datur.

Tertiò probatur concluſio, ſi Deus ageret ex neceſſitate naturæ, non minùs poſſet producere quàm nunc, dum agit per intellectum, & voluntatem, ſed tunc produceret Angelos infi- B nitos, ergo & nunc poteſt producere. Maior probatur, quia intellectus, & voluntas potiùs adiuuant quàm minuant potentiam executiuam, addunt enim in Deo perfectiorem modum operandi, quia agit ex idea, & determinatione intrinſeca. Minor probatur, quia ſi daretur infinitus ignis, produceret infinitum calorem, quia ageret naturaliter, ſed Deus non minùs poteſt, quàm poſſet infinitus ignis, ergo etiam poterit producere infinitum.

Reſpondet Capreol. non poſſet Deus facere infinitum, quia infinitum implicat: quod ſi infinitus ignis produceret infinitum calorem, nil mirum, quia dum infinitus ignis implicat, pro- C duceret implicans: Deus autem non poteſt facere quod implicat. *Capreolus.*

Confirmatur, non valet argumentari, ſi eſſet alius Deus poſſet generare aliud Verbum, ſed Deus poteſt, quod alius Deus poſſet, ergo Deus poteſt generare aliud Verbum.

Contrà, valet ſic argumentari, Deus verus poteſt facere quidquid poſſet alius Deus: alius Deus poſſet generare vnum filium, ergo & Deus verus poteſt generare vnum filium; & hic eſt optimus argumentandi modus ab impoſſibili; ſeu per locum intrinſecum, ergo ſicut ad videndum quid poſſet potentia generatiua Dei, optimè argumentamur à poſitione alterius Dei, D ita ad videndum quid poſſit potentia Dei productiua infinita, optimè argumentamur à poſitione alterius potentiæ productiuæ infinitæ, qualis eſſet infinitus ignis.

Quartò probatur concluſio, Deus poteſt producere quantitatem vbicumque eſt, ergo poteſt producere quantitatem infinitam in magnitudine. Conſequentia probatur, ſuppoſito quòd Deus ſit in omnibus ſpatiis imaginariis, vt plerique ex aduerſariis contendunt, immenſus, quantitas producta eſſet immenſa, deberet enim occupare omnia ſpatia.

Reſpondet pater Maſſcius, poteſt Deus producere quantitatem in quolibet ſpatio diuiſim, E & ſeorſim ſumpto, non in omnibus collectiuè ſumptis, quia implicat dari quantitatem in magnitudine infinitam. *Maſſius.*

Contrà, ſi potuit Deus in toto hoc ſpatio, quod occupat vniuerſum, cœlos extendere, cur etiam non in omnibus aliis, cùm omnia ſpatia imaginaria ſint eiuſdem rationis? Non repugnat ergo ratione ſpatij, vt concedit, ſed neque ex parte magnitudinis, quia magnitudo vt ſic intrinſecè nullum petit terminum, ſed tantùm extenſionem partium, ergo nulla magnitudo intrinſecè, & eſſentialiter petit eſſe finita, ergo illi non repugnat infinitas.

Reſpondet idem Maffeius, omnis magnitudo perit eſſe finita ſi non eſſennaliter ſaltem conſecutiuè, quia nulla poteſt dari quantitas abſque figura.

Contrà, partes in continuo intermediæ ſunt verè quantitas, & tamen per ipſummet nullam habent determinationem, figntam, & modum neque eſſentialiter, neque conſecutiuè. Ita quæſt. 2. de quant. cap. 7. ad 1. obiect. ergo quantitatem vt ſic non neceſſariò conſequitur terminus, & figura.

Confirmatur, partes omnes magnitudinis infinitæ eſſent intermediæ, alioquin eſſet magnitudo finita, ergo de ratione quantitatis infinitæ non eſt habere figuram.

Quintò principaliter, ita ſe habet res ad ſpatium imaginatium, ſicut ad tempus imaginarium, ſed res poteſt exiſtere toti tempori imaginario, vt ſi crcetur ab æterno, ergo etiam poterit dari res, quæ occupet totũ ſpatium imaginarium. Maior patet, vtrumque enim extrinſecum eſt rei, vtrumque concipitur per modum cuiuſdam capacitatis infinitæ; ſpatium corporale aptum repleri corporibus, ſpatium temporale aptum repleri motibus, & ſicuti ſpatio locali ſunt res præſentes, ſic etiam ſpatio temporali res coëxiſtentes.

Reſpondet Maffeius, eſſe diſparem rationem, quia coëxiſtere tempori imaginatio non inuoluit infinitam perfectionem, neque ex hoc dicitur res infinitè perfecta intrinſecè, quia duratio ſiue æterna, ſiue non, eſt tantùm extrinſeca denominatio, coëxiſtere verò ſpatio imaginario ponit in re infinitam perfectionem intrinſecam; dicit enim rem eſſe infinitè extenſam, & habere molem infinitam, quæ eſt infinita perfectio, quæ implicat.

Contrà, quia moles infinita non repugnat, vt patebit ex argumentorum ſolutione: & etiam quia illa eſſet perfectio infinita in genere, non ſimpliciter, & ideò non implicat.

Secunda concluſio. Neque infinitum ſecundùm extenſionem implicat, neque ſecundùm intenſionem, atque adeò vtrumque poſſibile: ſecundùm numerum verò nedum poſſibile, ſed de facto datur.

Prima, & ſecunda pars patebit ex argumentorum ſolutione. Tertia probatur primò, in Ariſtot. ſententia mundus fuit ab æterno, ergo præceſſere infinitæ circulationes cœlorum: idem dicendum in generatione, & corruptione ſucceſſiua formatum: idem poſita animarum immortalitate, & ablata earumdem tranſmigratione, quia ſi infiniti homines præceſſerunt, ergo nunc actu exiſtunt infinitæ animæ.

Secundò, & rectiùs, entia poſſibilia ſunt actu in mente diuina, & ſunt in numero infinito, vt vidimus, & omnia ſimul, ergo numerus infinitus categorematicus datur de facto.

Tertiò, dantur in quantitate partes actu diſtinctæ, & eæ infinitæ actu, ergo.

Reſpondet quidam partes illas non conficere numerum infinitum, de quo loquimur, quia ſunt in continuo coniunctæ.

Contrà, coniunctio non repugnat diſtinctioni, & numero, ergo partes in continuo poſſunt eſſe tum diſtinctæ, tum numerabiles, licèt ſint coniunctæ. Antecedens probatur, quia ſi detur totum conſtans ex decem partibus, adhuc illæ partes ſunt decem, licèt non ſint diuiſæ, ſed tan-

A tùm diſtinctæ; ergo ſi partes ſunt in continuo infinitæ, conſtituent numerum infinitum, licèt tantùm diſtinctæ.

Confirmatur, partes in continuo licèt non diuiſæ ſunt numerabiles, per aduerſarios, habent enim vnitatem; ergo ſunt numerabiles. Modò ſic, non ſunt numerabiles numero finito, ergo infinito, ergo datur infinitum in numero actu.

Sectio III.

Afferuntur rationes in contrarium, & diluuntur.

B

MVLTA in hanc ſententiam obiiciunt veteres, & recentiores, quæ ad quædam capita breuitatis cauſa reducemus.

Probat primò quidam implicare numerum infinitum ſic, ſi Deus poſſet facere infinitos Angelos, non poſſet facere rem alterius ſpeciei, quod eſt abſurdum. Sequela probatur, quia infinitum eſt id, extra quod nihil eſt accipere: Item Dei potentia exhauſta. Obiectio 1.

Reſpondetur, definitionem illam non eſſe rectè traditam, conuenit enim toti perfecto, vt rectè Ariſtot. infinitum verò eſt id, cuius aliquid ſemper eſt extrà accipere.

Ad confirmationem reſpondet quidã Dei potẽ-
C tiam non fore exhauſtam, quia poſſet Deus illos Angelos annichilare, & iterum reproducere.

Alij ſic, non foret exhauſta, quia defectus non eſſet ex parte potentiæ, ſed ex parte obiecti.

Reſponderem, non exhauriretur Dei potentia, vel quia poſſet alios, & alios creare, licèt priores illi ſint infiniti; non enim implicat fieri additionem infinito inadæquato, ſed tantùm adæquato, quòd ſi produceret infinitum adæquatum in Angelis, neque diceretur exhauſta, quia quod prius exercuit producendo, poſtea exerceret conſeruando.

Obiiciunt ſecundò, ſi darentur infiniti Angeli, Obiectio 2.
D & ſinguli haberent vnum lapidem, & hunc proiicerent in vacuũ, deinde ſinguli ſumant decem lapides; tunc peto vel omnes aſſument decem, & non, quia tot erant lapides quot Angeli: nec ſecundum, quia ſi non omnes poſſunt accipere decem, ergo infinitus numerus lapidum exhauritur.

Confirmatur, quot erunt Angeli, qui non poterunt reaccipere decem lapides, finitine, an infiniti? ſi finiti, ergo iam infiniti Angeli acceperunt infinitos denarios lapidum, atque adeo pluſquam miſerunt, miſerunt enim infiniti Angeli infinitas vnitates, & accipiunt infini-
E tos denarios: ſi infiniti remanent, ergo finiti fuerunt qui acceperunt, ergo numerus infinitus lapidum conſtabit ex infinitis denariis, quæ implicant.

Reſpondent Conimb. ſingulos poſſe aſſumere decem lapides. *Conimb.*

Vaſquez, non poſſe ſingulos, quia infinitum eſt, cuius aliquid ſemper eſt extra accipere, ſed ab accipiente finitur, ideo nil mirum ſi ab infinitis accipientibus exhauriatur. *Vaſquez.*

Areſius, in tali caſu neminem accepturum, quia non eſt maior ratio cur vnus, & non alius. *Areſius.*

Reſponderem ego non omnes Angelos acce-

ptuтos decem lapides, vt ſenſus etiam dictar, A
quia ſinguli habebant vnum, cùm autem dicitur, ergo infinitus numetus lapidum exhauritur, diſtinguo, exhauritur, id eſt finitur per finitam ablationem, nego: Exhauritur, id eſt comprebenditur ab altero infinito, nec eouſq; extenditnt, quò aliud, & ſic concedo, hoc autem non eſt abſurdum, neque repugnat infinito: ſicur nec diceretur exhauriri numerus lapidum, & finiri ab infinitis Angelis ſi ſinguli acciperent vnum lapidem, ſed adæquari diceretur.

Ad confirmatiooem, & infiniti ſunt, qui acceperunt: & infiniti non accapiunt; Numerus enim infinitus in vnitatibus continet nedum vnitates B
infinitas, ſed etiam debet continere infinitos denarios, infinitos centenarios; infinitos millenarios &c. alioquin neque eſſet infinitus quoad vnitates: quare & alia infinita erunt maiora, & alia minora, & infinitas vnitatum erit omnium maxima, infinitas denariorum minor, & ſic deinceps. Hinc non rectè colligitur, infiniti acceperunt, ergo finiti remanent.

Obiectio 3. *Obiiciunt tertiò*, ex his ſequitur vnum infinitum maius altero, quod apertiſſimè implicat. Sequela probatur, ſi darentur infiniti homines, ſinguli haberent duos oculos, & tunc maior eſſet oculorum numerus quàm hominum.

Conimb. Reſpondent Conimb. negando ſequelam, C
volunt enim vnum infinitum, nec æquale alteri, nec inæquale, nec maius, nec minus, quia hæ ſunt paſſiones quantitatis finitæ.

Gregorius. Gabriel. Ferrarien. Caietanus. Soncinas. Ruuius. Reſpondeot ſecundò Gregor. in 2. diſtinct. 42. quæſt. 4. Gabr. ibid. diſtinct. 1. quæſt. 3. Ferrar. 2. contra gent. cap. 38. §. vltimo. D. Thom. 3. part. quæſt. 10. artic. 3. ibid. Caiet. Soncin. 12. Metaph. quæſt. 31. ad 1. Ruu. 3. Phyſic. tract. 2. de infin. quæſt. 4. concedendo ſequelam; aiunt enim infinitum poſſe ſumi dupliciter: materialiter pro rebus, ex quibus componitur: vel formaliter, pro ratione videlicet formali infinitudinis, quæ conſiſtit in non habere terminos, ſed in infinitum extendi; concedunt ergo dari vnum infinitum maius altero D
materialiter, non formaliter; infinitudo enim formaliter conſiſtit in ratione veluti indiuiſibili, id eſt in non habere terminum, quæ ratio cùm æquè ab omnibus infinitis participetur, omnia ſunt æqualia, licèt inæqualia materialiter.

At non omnino difficultatem ſoluunt, quia ſi infinitum vnicum eſt altero maius quoad vnitates, ergo vnum infinitum exceditur ab alio; excedi autem eſt ſupergredi, & finiri.

Confirmatur, cùm vnum infinitum non peruenit eouſque quò peruenit infinitum maius, ergo verè inuoluit aliquem terminum, dum maius infinitum vlteriùs protenditur. E

Reſponderem ergo, excedi ſtat dupliciter, primò poſitiuè, cùm res, quæ exceditur, habet terminum poſitiuum, & poſitiuè finitur: ſic quantitas continua palmaris per vltimam ſui partem, ſeu ſuperficiem terminatur, & numerus centenarius per vltimam vnitatem: ſecundò impropriè, ſeu negatiuè, quatenus infinitum minus non claudit omne id, ſeu tot, quot infinitum maius, ſic infinitas hominum dicitur excedi ab infinitate ocolorum, & denariorum infinitas ab infinitate vnitatum, licèt vtraque ſit infinita.

Ad confirmationem eodem modo, infinitum minus tantùm terminum negatiuum inuoluit, non poſitiuum, nec terminus negatiuus infinito repugnat. Patet hoc, neceſſariò concedendum etiam in ſeotentia aduerſariorum; vel enim tot partes ſunt in decima parte circuli, quot in toto circulo, vel pauciores: certè pauciores vt patet ſenſui; ſed partes in decima parte circuli ſunt infinitæ, & actu diſtinctæ, vt coguntur fateri, qui negant partes in potentia, & in toto circulo etiam infinitas, ergo datur de facto vnum infinitum maius altero, & alterum ab altero comprehenditur. Libet hîc verba D. Auguſt. *D. Auguſt.*
afferre 18. de Ciuit. cap. 12. noſtræ ſententiæ fauentia; Ait enim, *infinitam rerum multitudinem in mente Dei ab intellectu diuino finiri, & ineffabili quodam modo ab eo comprehendi; & maiorẽ eſſe capacitatem diuini intellectus, quàm ſit numerus creaturarum, qui ab eius intellectu exhauritur: omne enim, quod ſcientia ſcientis comprehenditur, comprehenſione finitur*; Finiri autem hoc modo non eſt habere terminum poſitiuè, ſed negatiuè.

Obiiciunt quartò, numerus qui eſt diuiſibilis in Obiectio 4.
duas partes æquales non poteſt eſſe infinitus, ſed quilibet numerus eſt diuiſibilis in omnes ſuas partes æquales, ergo nullus numerus poteſt eſſe infinitus. Minor probatur, in quolibet numero tot ſunt numeri pares, quot impares, corrumpat Deus omnes numeros pares, tunc remanebunt omnes numeri impares, & diuiſio erit in partes æquales.

Reſpondetur, negando maiorem, ſicut enim in infinito non implicat dari maius, & minus, ſic neque repugnat dari partes æquales, vel inæquales, dummodo hæ ſint infinitæ.

Obiiciunt quintò, infinitum non poteſt conſta- Obiectio 5.
re ex finitis, ergo numerus infinitus implicat. Conſequentia probatur, quia numerus infinitus conſtaret ex denariis, centenariis, millenariis, &c. qui ſunt numeri finiti.

Reſpondetur, numerum finitum conſtare ex finitis denariis, & finitis binariis &c. infinitum verò ex infinitis vnitatibus, ex infinitis denariis &c.

Inſtabis, Decem Angeli verè concurrunt ad conficiendum numerum infinitum Angelorum, inde enim, vt diximus, vnum infinitum maius altero, quia continet plures vnitates, quàm non continet alterum, ergo infinitum cooficitur ex finitis.

Reſpondetur, numerus finitus, decem Angeli videlicet, cum aliis decem non conſtituunt niſi numerum finitum, conſtituunt tamen numerum infinitum, ſi cum infinitis aliis denariis Angelorum coniungantur; ideò ex decem Angelis ex vna parte, & infinitis denariis ex alia poteſt reſultare nedum infinitum, ſed infinitum maius.

Obiicies ſextò, omnia poſſibilia in mente Obiectio 6.
Dei conficiunt numerum infinitum ſyncategorematicum. Probatur ſic, Deus ſcientia viſionis non videt entia, niſi ſicut ſunt futura, ſed à parte rei ſemper erunt futura finita, & nunquam erit verùm dicere ſunt infinita, ergo & in cognitiooe.

Confirmatur à Durando, diuiſiones poſſibiles continui in mente Dei non ſunt infinitæ categorematicè, ergo neque poſſibilia ſunt infinita in actu. Antecedens probatur, quia ſemper poſſunt dari plures, & plures diuiſiones etiam

in mente Dei, alioquin deuenitemus ad indiuiſibilia, ergo ſunt infinitæ ſyneategorematicè.

Reſp. futura habent duplicem in mente Dei eſſendi modum, vnum in ordioe ad intellectum diuinum, quatenus tes illi obiieiuntut: Alium in ordine ad exiſtentiam. Priot modus dicitur ſecundùm eſſe obiectiuum: poſteriot ſecundùm eſſe futurum, & reale. Videt Deus futura, & ſecundùm eſſe obiectiuum, & ſecundùm eſſe futurum; ſecundùm eſſe fututum videt illa finita in infinitum ſyncategorematicè: ſecundùm eſſe obiectiuum omnia ſimul videt, & infioita categotematicè: & futura ſunt infinita in ordine ad intellectum diuinum: finita in infinitum in ordine ad exiſtentiam.

Ad confitmationem eodem modo, diuiſiones cootinui, vt continentut in meute Dei, & quoad eſſe obiectiuum, ſunt omnes ſimul, & infinitæ io actu, neque poſſunt dari plures ſecundùm eſſe obiectiuum: & in ordine ad exiſtentiam actualem ſunt finitæ in infinitum.

Inſtabis, nunquam erit verum dicete, à parte rei nuoe ſunt actu infinita, ergo Deus non videt actu infinita. Conſequentia probatur, quia cognitio in tantum eſt veta, vel falſa quatenus conformatur rebus ad extta, ſed ad extra ſunt futura finita in infinitum, ergo.

Reſpoodetur, veritas infiniti categotematici in intellectu diuioo non conſiſtit quòd aliquando futurum ſit in actu, Deus enim non videt infinitum aliquando fututum, ſed veritas huius infioiti categotematici in boc conſiſtit, quòd ea, quæ ſunt futura finita in infinitum, ſint actu ſimul, & ſimul terminent cognitionem diuinam; Veritas ergo infiniti non pendet à ſimultanca exiſtentia à parte tei, ſed à ſimultanea exiſtentia obiectiua.

Obiectio 7. *Obiiciunt ſeptimò* qoòd implicet infinitum in magnitudine, ſic, ſi daretut linea iofinita verſus orientem, finita tamen vetſus occidentem, peto vel poterit moueri verſus occidentem, vel non: oou ſecundum, quia non videtur implicantia: ſi poterit moueri, ergo in otiente telinquet terminum à quo, quem ampliùs non occupabit, occupabit ergo ſpatium finitum, ergo finita.

Reſpondetur poſſe moueri, & ſemper ex vna parte occupatoram ſpatium infinitum; ſi enim dantur ſpatia imaginaria, vt plerique ex aduerſariis fatentur, neceſſariò dandum nedom ſpatium infinitum, ſed ſpatium iofinitius infinito: imò oequit coucipi ſpatium iofinitum vt ſic, niſi coocipiamus vnum ſpaoium infinitum magis alreto. Hinc ſi ſemel coucipiamus lineam infinitam ex vna parte oecupaturam ſpatium infinitum, & finitam ex alia, neceſſariò fatendum poſſe relinquete poſt ſe ſpatium nedum finitum ſed infinitum, & ipſa adhuc occupatet ſpatium infinitum, & quicquid aduerſarij concedent de ſpatio, concedemus & oos de linea, & magnitudine infinita.

Obiectio 8. *Obiicies octauò*, ponat Deus lineam infinitam, vt modò diximus, & deinde ſupetimponat aliam infinitam æquè, à qua poſtea auferat mille paſſus, & deiode linea decurtata pertrahatur verſus occidentem, vel occupabit tutam lineam priorem, vel non: ſi ooo occupabit, ergo poſtetior linea erit finita tum ab occidente, tum ab oriente: ſi occupabit, & neque, quia ſi dempti ſunt mille paſſus iam non ſunt æquales, oeque altera altetam potetit occupare.

Reſpondetur, poſteriot non occupabit totam priorem, erúntque inæquales, vtraque tamen proteudetur in infinitum ſpatium, & licèt id videatut difficile, demouſtratur tamen; Ponamus Petrum promptutum tot cogitationes per æternitatem, quot Paulus, certè cogitanones vtriuſque etunt infinitæ, alioquin per æternitatem non durarent: demantur mille cogitatiooes à Petro, vel incipiat cogitare pet mille annos aotequam Paulus, vel Pettus potetit cogitare per æternitatem æquè ac Paulus, vel non; ſi non, ergo illæ antea non eraut infinitæ, cùm per ablationem finiti finiantut, nec poterāt coëxiſtete æternitati: ſi æquè ac Paulus poterit cogitate, ergo cogitationes Petri longè pauciotes poterunt coëxiſtete æternitati: Sic etiam in re noſtra, ſi à linea infinita demantut mille paſſus, adhuc illa coëxiſtet infinito ſpatio, nec ſtatim euadet finita: ſicut nec tempus iofinitum euadet finitum, ſi ab eo demantur mille anni.

Obiectio 9. *Obiiciunt nonò* contra infinitum in intenſione ſic, ſi Deus eteatet infinitam grauitatem in lapide, & proiiceretut deorſum, tunc in inſtanti pertranſiret quodlibet ſpatium finitum, quod implicat. Sequela maioris probatut, quò enim mobile eſt grauius, eò velociùs mouetut, ergo graue in infinitum mouebitut in inſtanti, motus autem ſucceſſiuus in inſtanti implicat.

Conimb. Reſpondent Coomb. poſita infinita grauitate in lapide, lapidem uon deſcenſurum in inſtanti, quia Deus concurreret impetu finito. Reſponſio philoſopbo indigna.

Reſpondetem, lapidem deſcenſutum in inſtanti phyſico, in quo non implicat dari motum ſucceſſiuum, vt diximus: noo poſſet moueri in inſtanti mathematieo, quia noo datur. Iis conceſſis inſtantibus, probabile eſt non deſcenſurum in inſtanti, quia poſt inſtans non ſequitur inſtans, ſed tempus: vel neque motum ſucceſſiuum implicare in inſtanti, ſi ſucceſſio ſupetetur à grauitate mobilis, ſupetetur etiam diſtantia, & impedimentum intermedium.

Obiect. 10. *Obiicies decimò*, ſi poteſt dati qualitas infinitè intenſa, ergo Deus poſſet comprehendi, Deus autem incomprehenſibilis. Conſequentia probatur, quia poſſet dari lumen gloriæ infinitum, quo Deus poſſet comprehendi.

Reſpondetut, ſiue ponamus lumen gloriæ infinitum inadæquatè, ſiue adæquatè, nunquam Deus comprehendetur, quia maiot eſt quacunque re creata, vel creabili, atque adeò maior ipſo lumine gloriæ infinito, ſi infinitum produceretut, cùm ſit ens ſimpliciter infinitum in omni genere; lumen gloriæ in ſpecie qualitatis ſupernaturalis: ac ſicut intellectus diuinus omnem excedit numerorum multitudinem licèt infinitam, ita & eſſentia diuina excedet omne lumen, licèt infinitum.

Corollaria præcedentis diſputationis, & collatio ad Ariſtot. doctrinam.

E*X his colligitur primò*, difficultates omnes, quæ noſtram ſententiam vrgere videntut, non aliunde otiri, niſi quia dum de infinito loquimot, nunquam reuera infinitum concipimus, ſed neque concipere poſſumos. Ita Ariſtot. 1. Phyſic. cap. 4. tex. 5. & 65. & 3. Rhetor. cap. 4. vbi ait infinitum qua infinitum opi-

ignotum eſſe. Sic etiam D. Aug. in Gen. cap. 35. A D. Thom. 1. part. quæſt. 86. Scot. in 4. diſt. 1. quæſt. 1. Durandus, *Ægid.* &c. Ratio à priori eſt, quia noſter intellectus cùm ſit finitus, nequit naturaliter concipere infinitum, ſed ſemper illud concipit ad modum finiti, ſicut nequit concipere non-ens niſi ad modum entis, hinc ſophiſmata pæne inſolubilia, ex his tamen rectè colligitur infinitum non dari.

Colligitur ſecundo, non eſſe abſurdum poſito infinito adæquato, dicere non poſſe Deum aliquid amplius in eo genere producere, ſicut nec abſurdum putāt Theologi producto Verbo dicere, quòd Pater non poſſit aliud Verbum producere; quia ſicut Verbum eſt adæquatum obiectum potentiæ generatiuæ, ſic infinitum in genere B adæquatum adæquat potentiam creatiuam: & quemadmodum non dicitur exhauſta potentia generatiua, licèt nil de nouo generet, ſed tantùm iugiter idem Verbum generet, ita in caſu noſtro.

Colligitur tertiò, infinitum in numero ſemper poſſe diuidi in partes æquales infinitas, vt ſi demantur à Deo omnia paria, & ſic deinceps remanentibus diſparibus: Continuum verò non ſemper poſſe diuidi in partes æquales, ſed tantùm cùm continuum eſt ex vtraque parte infinitum; ſi verò ponatur infinitum ex vna parte, & finitum ex alia, nunquam diuidetur in partes æquales, ſed in vnam infinitam, & aliam finitam.

Colligitur quartò, quam veritatem contineat C Ariſtot. doctrina de infinito in 3. Phyſic. cap. 4. & deinceps. Hîc enim pro vtraque parte diſputans ingentibus ſeſe implicuit difficultatibus, ac pæne aſſeruit repugnantia. Tex. 31. probat dari infinitum, quia ſi infinitæ generationes, ergo infinitæ materiæ: Secundò, quia tempus principio, & fine caret: Tertiò, quia intellectus poteſt numerum maiorem, & maiorem excogitare. Tex. 85. argumentatur in oppoſitum, ac primò non dari infinitum in ſpiritualibus, quia nullam habent magnitudinem, & ſunt indiuiſibilia: tex. 39. non dari neque in materialibus, quia infinitum materiale deberet habere proprium locum in mundo; infinitum au- D tem corpus non poſſet habere proprium locum in mundo, ſed à cælo terminaretur: tex. 60. & 61. profert ſuam ſententiam, aitque in rerum natura dari tantùm infinitum in potentia, additione videlicet, & diuiſione, non infinitum in actu: tex. 62. infinitum eſſe id cuius aliquid ſemper eſt extra: tex. 68. in hoc differre magnitudinem à numero, quia infinitum in magnitudine nullum habet terminum verſus minimum, cùm quælibet pars ſit in infinitum diuiſibilis: infinitum verò in numero pro termino habet vnitatem: tex. 80. infinitum primò conuenire magnitudini; ratione magnitudinis motui, ratione motus tempori. tex. 74. & 75. reſp. argumentis probantibus infinitum in actu: ad pri- E mum, materias non eſſe infinitas, quia corruptio vnius eſt generatio alterius, & eadem materia deſeruit vtrique: ad ſecundum, tempus & motum eſſe etiā finita in actu, infinita in potentia, neq; cogitationi credendum, ſic ad tertium. Tex. 73. ait infinitum in potētia reduci poſſe ad genus cauſæ materialis, quia etiam materia infinita quodammodo eſt & interminata: infiniti rationem conſiſtere in priuatione, & formaliter importare negationem, & cùm priuatio ſubie- A cto non differat à materia, ſic infinitum ad materiam reducendum. Hæc Ariſtot. & hæc de Infinito.

PARS QVARTA.

De natura loci.

QVANTITATI debetur locus, quia ſicut illi competit eſſe diuiſibilem, & extenſam, ſic eidem occupare locum: Rurſus ſicut inter B motus omnes localis eſt præcipuus, ſic poſt tractationem de motu, & quantitate rum finita, tum infinita agendum de loco tanquam de termino, vnde motus maximè dignoſcitur; agemus ergo primò de eſſentia, & proprietatibus loci: tum de iis, quæ eſſe dicuntur in loco.

DISPVTATIO PRIMA.

De eſſentia loci.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit locus.

SVPPONENDVM *eſt*, locum alium eſſe definitiuum, ſeu intrinſecum; alium circumſcriptiuum, ſeu extrinſecum: Locus definitiuus, ſeu intrinſecus eſt modus, per quem res formaliter eſt in loco, ſeu in ſpatio, & ita in illo, vt extra illud naturaliter non ſit; ſic dicuntur Angeli eſſe in loco. Locus verò circumſcriptiuus, & extrinſecus eſt ſuperficies ambiens, qua ita res eſt in loco, vt ſit tota in toto, & pars in parte, & ſic dicuntur eſſe in loco ea, quæ habent D extenſionem, & quantitatem. Hinc licèt omnia, quæ ſunt in loco circumſcriptiuè, ſint etiam definitiuè, non tamen econtrà. Cùm ergo quærimus quid ſit locus, loquimur de loco extrinſeco, & circumſcriptiuo, an videlicet ſit ſuperficies corporis continentis, an verò ſit interuallum, & ſpatium, quod eſt inter latera continentis.

Locus alius definitiuus, alius circūſcriptiuus.

Omiſſis Platonicis, qui potiùs metaphoricè loquebantur, dum alij volunt locum eſſe materiam, dum recipit diuerſa corpora, ſicut materia diuerſas formas: alij eſſe formam, quia ſicut forma terminat materiam, ſic locus terminat locatum.

E *Prima ſententia* eſt Stoicorum, & Academicorum, quam tuentur Philop. digreſſ. de hac re, Themiſt. tex 36. Aſſerunt hi locum eſſe ſpatium, & interuallum, quod eſt inter latera continentis reale, quantum, & trinè dimenſum, realiter diſtinctum à corporibus locatis, nullam habens formam, & materiam, atque adeo immobile, impaſſibile, indiuiſibile, per totum vniuerſum diffuſum, ita vt ſine vlla ſui diuiſione diuerſa corpora recipiat, atque intimè penetret, & ſit æquale locato.

Philop. Themiſt.

Scaliger. Picus Mir. Toletus.

Secunda ſententia adſtruit locum eſſe ſpatium, & interuallum non reale, ſed imaginarium. Ita Scalig. exer. 5. num. 6. Picus Mirand. lib. 6. contra Mathemat. cap. 4. probabilem putat Tolet. quæſt. 3.

Tertia ſententia eſt Ariſtot. & omniom fere Peripateticorum, locum eſſe ſuperficiem corporis continentis immobilis.

Prima concluſio. Locus oequit eſſe ſpatium reale trinè dimenſum.

Probatur, quia ſi hoc ſpatium eſt teale, poteſt annichilari à Deo, cùm etiam & à Deo ſit factum; Modò ſic, corrumpatur hoc ſpatium inter latera vaſis, adhuc latera vaſis diſtabunt, ergo non eſt neceſſe admittere huiuſmodi ſpatium teale trinè dimenſum, penetrabile &c.

Secundò, vel hoc ſpatium trinè dimenſum eſt corpus phyſicnm, vel matbematicum; ſi primum, eſſet mobile, & in loco, & daretur locus loci. Si mathematicum, ergo dabitur quanitas à parte tei abſque ſubiecto: item eſſet penetrabile, quod repugnat qoantitati.

Secunda concluſio. Locus non eſt vacoum, ſeu ſpatium imaginatium priuatiuum, interiectum ioter latera continentis.

Probatur, quia locus oeceſſariò debet eſſe quid reale poſitiuum, ergo non quid imaginarium priuatiuum: Antecedens probatur, quia à loco dimanant paſſiones reales poſitiuæ, locus enim continet, conſeruat, eircumdar locatum, ergo locus oon poteſt eſſe quid priuatiuum.

Obiectio 1.

Obiiciunt primò, communis bominum opinio imaginatur locum eſſe ſpatium in quo ſit aër, imò in quo ſit torum vniuerſum, hoc autem non eſt quid reale, ſed prioatiuum.

Confirmatur, quia ſi locus eſt quid reale, debet eſſe alicubi, & ſic dabitur locus loci: Item poterit moueri, & ſic locus tendet ad locum.

Reſpondetur, falſam eſſe vulgi exiſtimationem, idque ideo arbitrantur, quia vident in eumdem aërem ingredi diuerſa corpora, & ſucceſſiuè exite; reuera tamen locus eſt quid teale, vt probauimus.

Ad confirmationem, locum noo eſſe quid reale realiter diſtinctum à continente, & ideo eſſe in loco continentis; cuios ratione etiam poteſt moueri; tunc autem neque eſt in loco, neque mouetur, & locus eſt formalitet, ſed materialiter, vt dicemus infrà.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, ſi totum Vniuerſum moueretur, certè mutaret locum, tunc autem mutabit tantùm ſpatium imaginarium, ergo ſpatium eſt locus.

Confirmatur, quia omne corpus quaotum eſt in loco, ergo & cœlum.

Si totum Vniuerſum moueretur, mutaretur tantùm locus intrinſecus.

Reſpondetur, ſi moueretur Vniuerſum, tantùm mutaret vbi, & locum intrinſecum correſpoodentem ad tales partes imaginarias.

Ad confirmationem, omne corpus quantum eſt in loco extrinſeco, & nego: in loco iotrinſeco, & concedo; ſed de hoc non loquimur nunc.

Ariſtot.

Inſtabis ex Ariſtot. 4. Phyſic. 42. vbi ait, *locus acquiritur per motum localem, & ob hoc cœlum minimè putamus in loce*, nomine autem loci ſimpliciter intelligitur locus extrinſecus.

Reſpondetur Ariſtot. loqui iuxta vulgi opinionem, ait enim, putamus; Patet hoc ipſum rex. 43. vbi apertè negat cœlum eſſe in loco, ait enim, *cui igitur corpori eſt aliud corpus extra continens ipſum, hoc in leco eſt, cui verò non, minimè.*

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, corpora, cùm mouentur, tendunt ad interuallum, ergo interuallum eſt terminus motus, atque adeo locus.

Reſpondetur non moueri ad interuallum, & ſpatium, ſed ad ſuperficiem illam, à qua poſſunt conſeruari; lapis enim non tendit ad centrum, ſed ad ſuperficiem concauam terræ.

Inſtabis, ſi cœlum oon eſſet, adhuc aſcenderet ignis, ſi non eſſet terta, adhuc lapis deſcenderet.

Reſpondetur, ſi non eſſet cœlum, & ſi non eſſeot alia elementa intermedia, ignis non aſcenderet, nec deſcenderet lapis; corpori enim leuiſſimo ſatis eſt ſi ſit ſupra omne graue, grauiſſimo ſi ſit infra omne leue.

Inſtabis ſecundò, ſi ſubtraberetur tetra, adhuc aqua deſceoderet, ergo terminus illius motus erit tantùm interuallum, & ſpatium.

Reſpondetur, ſi tolleretur tetta, & ibi non ſuccederet aër, neque aqua deſcenderet, ſicut nec aſcenderet ignis ſi non mediaret aër, ob rationem dictam; Niſi velimus dicere huiuſmodi corpora vel aſceoſura, vel deſcenſura ad replendum vacuum.

Sectio II.

Quid ſit Ariſtotelicus locus.

Ariſtot.

ARISTOTELES 4. Phyſicor. rex. 30. ex loci proprietatibus naturam loci inueſtigauit. *Primò ait*, locum debere continere locatum, ita vt locarum ſit totum intra locum; rum quia locatum à loco ſæpè recipit figuram, tum quia locus conſeruat locatum, ſunt enim quædam loca ſalubria, quædam non: Denique quia vnum corpus eſt altero perfectius, & ordo vniuerſi petit vt perfectiora contineanr imperfectiora, ſic elementa egent cœlo, vt ab eo figorentur, nullum enim ex ſe habet figuram. Sic 3. cœl. 62 vt ab eodem conſeruentur, ſunr enim ipſa ex ſe corruptibilia, & vt ab eo circumſcribantur tanquam à perfectiori.

Locus debet continere locatum.

Secunda proprietas eſt, vt locus ſit æqualis locatu, non quidem quoad tunam dimenſionem, ita vt locus formaliter tot dimenſiones habeat, quot locatom, id enim implicat, & daretur quantitatũ penetratio, ſufficit ergo æqualitas contioentiæ, ita vt locus tantùm ſit aptus continere, quantum locatum eſt aptum replere.

Eſt æqualis locato.

Tertia proprietas eſt, vt locus ſit ſeparabilis à locato.

Separabilis à locato.

Quarta, vt ſit terminus motus localis non quidem iotrinſecus, ſed extrinſecus; tribuit enim motui ſpecificationem, & denominationem.

Eſt terminus motus localis.

Quinta, vt locus attrahat locatum, non quidem per veram, & phyſicam efficientiam, vt ferrum attrabitur à magnete, ſed per metaphoricam, & in genere cauſæ finalis.

Attrahit locatum.

Sexta, vt locus conſeruet locatum concurrendo ad eius eornatis, & ſpeciei conſeruationem, & generationem; plantæ enim noo omnes vbique progerminant.

Conſeruat locatum.

Septima, vt locos habeat differentias poſitionum, ſurſum videlicet, & deorſum: dexteram, & ſiniſtram.

Habet differentias poſitionũ.

Octaua,

Eſt immobilis.

Octaua, vt ſit immobilis, de qua infrà. Ex his ergo proprietatibus, vnde veteres ſuum ſpatium, & reale interuallum ſuppleere nitatur Ariſtot. loci naturam, ideò cum eodem ſit

Vnica concluſio. Locus eſt primus terminus corporis continentis immobilis. Terminus idem hîc ſignificat ac ſuperficiem concauam, ambientem corpus: ſeu, quod idem eſt, primam partem corporis continentis, quæ pars, & ſuperficies dicitur terminus primus, id eſt immediatus, ad differentiam veſtium, quæ licèt ambiant, non tamen primò, & immediatè. Dicitur terminus primus corporis, quia corpus eſt continens vt quod, ſuperficies vt quo. Dicitur continentis, quia ſi præſcindatur continentia, neque habet rationem formalem loci. Denique additur immobilis, ne locus dicatur tendere ad locum.

Probatur primò inductione, vel enim locus eſt vacuum, vel ſpatium illud reale, vel huiuſmodi ſuperficies; non duo priora, vt vidimus, ergo poſtremum.

Confirmatur, quia huiuſmodi ſuperficiei competunt omnes proprietates enumeratæ; ſi enim ſolùm intelligatur ſuperficies ambiens aliud corpus immediatè, dicitur hoc eſſe locatum, & illa locus, & habere proprietates loci, quas enumerauimus.

Secundò, continere locatum eſt proprium loci, ſed locatum continetur à ſuperficie, ergo ſuperficies eſt locus. Minor prob. quia locatum non poteſt contineri à vacuo, quia continere eſt entis poſitiui: non à quantitate, ſeu à corpore trinè dimenſo, quia daretur penetratio inter locans, & locatum, ergo à ſuperficie ambiente.

Obiectio 1.

Obiicies primò, Ariſt. in prædicam. quant. diſtinguit ſuperficiem à loco, ergo. *Secundò*, locus eſt conſeruatiuus locati, ſuperficies non item; ſuperficies enim eſt aliquid quantitatis, quantitas autem non eſt actiua. *Tertiò*, corpora ita ſe habent vt vna ſuperficies alterã tangat, non ergo maior ratio cur vna dicatur locans, altera locata.

Ad primum, Ariſtot. in prædicam. locutus eſt iuxta vulgi opinionem. Vel ſecundò, locus eſt ſuperficies ambiens, & vt ſic non eſt in prædicamento quantitatis, & à ſuperficie vt ſic diſtinguitur prout dicit tantùm latitudinem, & negatiuem profunditatis. *Ad ſecundum*, ſuperficies ambiens eſt cõſeruatiua locati non vt ſuperficies eſt, ſed vt ſuperficies corporis, quod ſatis eſt. *Ad tertium*, illud dicitur locans, quod ſe habet ad modum vaſis, vel ambientis: locatum verò id, quod circumdatur, vel continetur.

Sectio III.

An ſuperficies formaliter ſit locus, an materialiter tantùm.

Quid includatur in definitione loci.

NOTANDVM *eſt* in definitione loci plura includi, includitur enim ſuperficies, corpus continens, ipſa continentia, ſeu, quod idem eſt, actus continendi rem locatam, & immobilitas. Item locus dicit præſentiam, & poſitionem in ſpatio, diſtantiam ad polos, ſiue ad partes imaginarias, virtutem conſeruatiuam. Difficultas modò eſt, cùm hæc omnia concurrant ad conſtituendum locum adæquatè, quid formaliter dicatur locus, ſuperficiéſne, an aliquid aliud, ſeu, quod idem eſt, an ſuperficies formaliter ſit locus, an verò tantùm materialiter, ita vt locus ſit ſuperficies cum aliqua alia re ſuperaddita, tanquam ratione formali.

Iand.

Iand. 4. Phyſic. quæſt. 4. ait locum materialiter dicere ſuperficiem ambientem, formaliter qualitatem conſeruatiuam, quæ primò eſt in cœlo, deinde communicatur alijs corporibus.

Scotus.

Scot. quodlib. 11. art. 4. locum materialiter eſſe ſuperficiem, formaliter relationẽ continentiæ ad locatum, & relationem diſtantiæ ad polos. Mouetur, quia locus debet eſſe immobilis, non eſt autem immobilis, niſi ratione huius relationis ad polos.

Neutra opinio placet.

Vtraque ſententia impugnatur, quia locus non eſt in prædicamento qualitatis, aut relationis, ergo locus formaliter non poteſt eſſe relatio continentiæ, aut virtus conſeruatiua: Item proprietates loci nec relationi conueniunt, nec qualitati: Denique virtus conſeruatiua non competit omnibus locis, ergo non eſt ratio formalis loci.

Soncinas. Sotus. Toletus.

Soncin. 5. Metaph. quæſt. 4. concluſ. 2. Sot. 4. Phyſic. quæſt. 1. Tolet. ibid. quæſt. 4. volunt locum formaliter dicere ſuperficiem, connotare verò continentiam, & immobilitatem; ait enim Ariſt. locus eſt ſuperficies.

Impugnatur, ſi formaliter locus eſſet ſuperficies, debuiſſet Ariſtot. in Metaph. Vbi iuxta propriam ſententiam loquebatur, collocare locum in prædicamento quantitatis.

D. Thom. Rubius.

Prima concluſio. Tum ſuperficies, tum continentia, & immobilitas ſunt de eſſentia loci, ſuperficies vt quid materiale, immobilitas, & continentia vt quid formale: atque locus materialiter dicit ſuperficiem, formaliter continentiam. Eſt D. Thom. hîc lect. 6. opuſc. de natura loci, & 5. Metaph. lect. 13. Rub. 4. Phyſic. tract. de loco quæſt. 2. & Thomiſtarum.

Probatur primò, quia locus eſt accidens concretum; concreta autem non definiuntur per genus, ſed per ſubiectum; locus definitur per ſuperficiem, ergo ſuperficies eſt ſubiectum.

Secundò, quantitas continua ſolùm dicit ordinem eſſentialem ad ſubſtantiam, ad alia tantùm accidentalem, ergo illi accidit continere, & eſſe ambiens, ergo ſuperficiei accidit continentia, ergo continentia eſt ratio formalis, ſuperficies ſubiectum.

Tertiò, ſuperficies non eſt locus vt dicit longitudinem, & latitudinem, & carentiam profunditatis, quia ſic eſt in prædicamento quantitatis, ergo vt continens eſt, ergo continentia eſt ratio formalis loci.

Obiectio 1.

Obiicit primò recentior quidam, illud eſt ratio formalis loci, cui per ſe formaliter conuenit, ſaltem vt quo, repleri, & occupari à corpore locabili, ſed id per ſe, & formaliter competit ſuperficiei, ergo ſuperficies eſt ratio formalis.

Reſpondetur, conuenit ſuperficiei occupari tanquam parti materiali, quæ per ipſam continentiam, & repletionem conſtituitur formaliter in eſſe loci, ideò non eſt ratio formalis.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, corpus propriè fertur ad ſuperficiem, ergo ſuperficies formaliter eſt locus.

Reſpondetur, ferri ad ſuperficiem continentem, non ad ſuperficiem vt ſic, ideo potiùs continentia eſt ratio formalis.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*, in definitione accidentis ſubiectum ponitur in obliquo, ſed ſuperficies in definitione loci ponitur in recto, ergo non eſt ſubiectum, ſed ratio formalis.

Reſpondetur, in definitione accidentis in abſtracto ponitur ſubiectum in obliquo; ſi verò definiatur accidens in concreto, ſubiectum ponetur in recto: ſic ſi quis definiret album, diceret eſt ens diſgregatiuũ viſus; locus ergo qui hîc definitur non eſt quid abſtractum, ſed connotatiuum, & quid concretum ex ſuperficie, & continentia.

Obiectio 4. *Obiicies quartò*, ſi immobilitas, & continentia eſſent formalis ratio loci, poſſent prædicari de loco, nequit autem dici locus eſt continentia, & immobilitas, ergo.

Reſpondetur, ideo non poteſt dici locus eſt continentia, quia locus eſt quid concretum, continentia quid abſtractum, abſtractum autem non poteſt prędicari de concreto: recta erit prędicatio, ſi dicatur, locus eſt ſuperficies continens, immobilis.

Obiectio 5. *Obiicies quintò*, continentiæ, & immobilitati non competunt proprietates loci, nec enim continentia penetrat, aut ſuperficies conſeruat.

Reſp. has proprietates conuenire loco ratione ſubiecti; ſæpè autem quæ ſunt propria ſubiecti in concretis, denominant rationes formales.

Sectio IV.

Quid ſit hæc immobilitas loci.

Certvm eſt locum eſſe immobilem, neque aliquis id vnquam negauit, vt rectè notat Ruuius; datur enim motus ad locum, ergo locus non mouetur, vel poſſet corpus moueri, & non mutare locum. Certum eſt ergo locum eſſe immobilem apud DD. Difficultas modò eſt, ſi locus eſt ſuperficies continentis, quonam pacto poſſit dici immobilis, cùm enim quodcunque corpus naturale ſit mobile, nulla erit ſuperficies corporis immobilis, quælibet enim ſuperficies eſt mobilis, nedum vt ſuperficies eſt, ſed vt continens eſt; patet in turri quæ aëre ambitur, & in ligno aqua adoperto, quod mouetur in flumine, ſi quidem mouetur, & lignum, & corpus ambiens, etiam vt ambiens eſt, quia inde ſecum lignum trahit.

Auerroës. Iand. *Prima expoſitio* eſt Auer. & Iand. quæſt. 6. 4. Phyſ. locum per ſe eſſe immobilem, mobilem verò per accidens ad motum videlicet corporis ambientis, cuius eſt accidens: vel etiam, quia locus non mouetur eodem motu, quo corpora mouentur ad ipſum. Refert Ruu. num. 32.

Impugnatur; non enim difficultatem effugiunt, & iiſdem arctantur anguſtiis: item vas poſſet dici locus, tum quia non mouetur per ſe, tum quia non mouetur eodem motu, quo aqua v. g. mouetur ad ipſum.

Secunda expoſitio eſt Scot. in 2. diſt. 2. quęſt. 6. art. 1. §. ad quæſtionem, ait locum dici immobilem per æquiualentiam, non per identitatem, quia videlicet ſemper eſt alia, & alia ſuperficies, quæ æquiualet præcedenti: vult turrim non eſſe in eodem numero loco decedente veteri aëre, ſed manere idem connotatum, ratione cuius dicitur idem locus, & immobilis: ſicut in fluuio formale eſt aqua, connotatum verò alueus, & A licèt aqua continuò fluat, dicitur tamen idem fluuius ratione connotati.

Impugnatur communiter ſic, differentia eſſentialis ſpeciei eſſentialiter competit ſingulis indiuiduis, ſed immobilitas eſt eſſentialis differentia loci, ergo debet competere cuilibet loco.

Confirmatur, dicere locum eſſe eumdem per æquiualentiam eſt dicere eſſe eumdem ſecundùm ſpatium; Ariſt. verò cùm dixit locum eſſe immobilem, intellexit de quolibet loco in indiuiduo. Videatur Ruu. num. 34.

Tertia expoſitio eſt D. Th. loco citato, Soncin. & aliorum. Aiunt locum dici immobilem ratione diſtantiæ, quælibet enim res habet certam D. Th. Soncinas. B diſtantiam à mundi partibus, qua variata non manet idem locus, & inuariata idem manet; licèt ergo aër circa turrim diſſipetur, & alius ſuccedat, nunquam dicetur turris mutaſſe locum, ſed ſemper immobilis, quia eadem diſtantia.

Impugnatur, vel enim hæc relatio diſtantiæ, qua locus dicitur immobilis, eſt in ſuperficie, vel in corpore locato: ſi primũ, ergo mutata ſuperficie mutabitur diſtantia, & relatio & locatum non erit in eodem loco: ſi relatio diſtantiæ, & immobilitas erit in corpore, ergo ſuperficies non eſt immobilis, ſed corpus cum tali diſtantia: nos verò quærimus immobilitatem loci, non locati.

Secundò, vel iſta relatio diſtantiæ eſt ad terC minum realem, ad polos videlicet, & non, quia ſi Deus inclinaret cœlos, turris non haberet eamdem diſtantiam, eſſet tamen in eodem loco, ergo relatio diſtantiæ ad polos non facit eſſe in loco eodem: ſi iſta relatio eſt ad terminum imaginarium, ergo non erit relatio prædicamentalis, quia hæc non reſpicit niſi terminum realem.

Item, relatio propinquitatis eſt realis prædicamentalis, ergo & relatio diſtantiæ, ergo nequit eſſe ad terminum imaginarium.

Quarta expoſitio eſt Ruuij, qui veluti explicat præcedentem D. Thom. ſententiam, aitque locum non eſſe ipſam ſuperficiem vt ſic, ſed ſuperficiem cum tali diſtantia ad polos, & ad cenD trum terræ, vel ſaltem ad puncta illa imaginaria, & hanc diſtantiam complere rationem loci, ita vt ſi homo ſimul, & aër moueantur, non dicetur homo in eodem loco, quia iam non eſt illa diſtantia, vel ſi turris ſit immobilis, & aër continuò de nouo ſuccedat, quia habebit eamdem diſtantiam ad polos, cenſebitur idem locus, & immobilis. Hanc probabilem putat Maffeius Ruuius. Maffeius.

Impugnatur, iſta relatio, & diſtantia debet eſſe accidens reale, ergo mutata ſuperficie, quæ eſt ſubiectum, mutatur diſtantia, quæ illi accidit, ergo locus non dicitur immobilis ratione diſtantiæ. Antecedens probatur quia locus realis ſumit vnitatem ab hac diſtantia, vt idem Ruu. E fatetur, ergo diſtantia realis.

Secundò, corpus non diſtat per ſuperficiem, ſed eo ipſo quod eſt hîc, ſeu quod habet præſentiam in tali parte vniuerſi, habet talem diſtantiam, ergo non ideo corpus dicitur mutare locum, quia ſuperficies mutat diſtantiam. Item, quæ eſt iſta diſtantiæ relatio ſecundùm dici, quàm affert Ruuius? relatio enim diſtantiæ non eſt niſi prædicamentalis.

Tertiò, ſi diſtantia hæc ſunt puncta imaginaria, eſt omnino ficta, ergo nequit dare vnitatem numericam loco reali. Antecedens patet, relatio enim eſt ficta, quæ fictũ habet terminum.

Quartò, immobilitas hæc competit etiam vaſi, quia vas ſi non moueatur, continet, & ambit locatum in tali diſtantia, & non ambit in tali diſtantia ſi moueatur, ergo locus non differet à vaſe.

Auerroës. Alexander. Piccolomin.

Quinta expoſitio eſt etiam Auer. com. 41. Alex. apud Simpl. tex. 40. Pic. de affection. com. cap. 10. & communis. Locus dicitur immobilis, quia non mouetur ad motum locati, & in hoc aiunt differre à vaſe ex Ariſtot. quia vas eſt locus mobilis, locus vas immobile; mobile autem vel immobile ſemper intelligendum ad motum locati.

Impugnatur, fieri poteſt vt motus moueatur ad motū locati, vt ſi aliquis dum mouetur ſuum deſerat locum. Item ſequeretur quòd vas poſſet dici locus, non enim vas neceſſariò mouetur ad motum locati, ſed poteſt remanere vas immobile, & moueri aqua.

Reſpondet quidam id eſſe per accidens; & ſufficere ſi vas ſit per ſe inſtitutū ad transferendum locatum; locum verò non eſſe inſtitutum ad hoc, vt videlicet ſit quaſi vehiculum locati, ſed tantùm vt ambiat, & contineat.

Contrà, aqua in fluuio non eſt inſtituta ad transferendam nauim, ſed per accidens illam trahit, quia tamen aqua mouetur ad motum nauis, aqua ambiens ab Ariſtot. dicitur vas, non locus.

Sexta expoſitio eſt recentiorum quorumdam indicata à Patre Maffeio, aiunt hi aliud eſſe locum eſſe mobilem: aliud variabilem. Mobilis eſſet locus, ſi hinc aliò transferretur: variabilis diceretur ſi deſineret eſſe prior locus, & alius ſuccederet. Hinc aiunt, cùm circa turrim mutatur ſuperficies ambiens, turris non habet amplius eumdem locum, non quia locus moueatur, & aliò transferatur, ſed quia variatur, dum prior deſinit, & alius ſuccedit. Eſt ergo ſecundùm iſtos locus ſuperficies immobilis, ſed variabilis, quia variatur, non mouetur.

Obiicit ſibi ipſi Maff. ergo turris immota acquirit noua loca; hoc autem eſt abſurdum.

Reſpondet idem, non eſſe abſurdum, quia turris non acquirit noua loca per motum, ita vt ipſa moueatur, ſed quia præcedens deſinit, & alius ſuccedit per mutum corporis ambientis.

Doctiſſima reſponſio, ſed non omnino ſatisfacit. Impugnatur primò, quia res eſt communi ſenſu recepta, vt tunc res cenſeatur mutare locum, quando ipſa mouetur, ergo non rectè conceditur turrim immotam habere diuerſa loca.

Secundò, id dicitur eſſe in eodem loco, quod conſeruat eumdem ſitum, & ordinem, & relationem, & diſtantiam ad vniuerſum, & cui remanet eadem conuenientia immobilis ratione diſtantiæ. Ita idem Maff. ſed turris ea omnia conſeruat, ergo.

Confirmatur, ſuperficies dicitur immobilis ob eamdem diſtantiam conſeruatam, ergo & res circumdata à ſuperficie.

Tertiò, idem habet eumdem numero locum, quod eſt in eodem hîc, vel ibi, in quo priùs erat, turris eſt huiuſmodi, ergo. Maior probatur, quia non poteſt eſſe idem hîc niſi turris ſit in aliquo loco, cùm enim aliquid eſt hîc, alicubi eſt, eſſe autem alicubi eſt eſſe in loco, & pro eodem ſumitur ab Ariſt. vt infrà dicam, ergo ſi turris ſemper erit hîc, habebit ſemper eumdem locum.

Mutius de Angelis.

Septima expoſitio eſt Mutij de Angelis, multa attribuit loco ſecundùm diuerſas acceptiones eiuſdem loci; locus enim primò poteſt importare ſpatium, & interuallum, quod occupant corpora, vt dicebat Scalig. Secundò locus poteſt ſumi pro ſitu, ſeu poſitione, quam habent corpora in vniuerſo: Tertiò pro ſuperficie corporis continentis; locus ergo eſt immobilis vt ſignificat interuallum & ſitum, non vt ſuperficies eſt. Fatetur hic Ariſtotelicam definitionem vix poſſe ſaluari.

B *Octaua expoſitio* ait Ariſtotelicam expoſitionem tantùm veram eſſe quoad locum elementorum, eúmq; tantùm eſſe immobilē; ita Per. hîc. *Pererius.*

Non rectè; Ariſt. enim nedum loquitur de loco elementorum, ſed de loco vt ſic, quem oppoſuit vaſi dum vult locum eſſe immobilem.

Nona expoſitio eſt aliorum qui aiunt locum dici immobilem, quia cùm mouetur non eſt amplius locus.

Neque ſatisfacit, ſic enim eſſe immobile competit cuicunque accidenti, ſi enim calor ſeparetur à ſubiecto, non eſt ampliùs calor, & tamen immobilitas non tribuitur calori.

Statuitur vera immobilitas loci.

Vnica concluſio. Loci immobilitas ſumenda eſt à quodam modo reali, qui dicitur vbi.

C Prob. quia locum locare locatum immobiliter non eſt aliud, quàm ita conſtituere rem hîc, vt non poſſit conſtituere illam alibi; ſed hoc habetur per vbi, ergo. Maior probatur, quia ſi aliquid poteſt locari alibi quàm hîc, iam locus non eſt immobilis, ſed mobilis; poteſt enim hîc locare, & poſtea moueri, & locari alibi locatum. Confirmatur eadem maior, ideò vas non eſt locus, quia poteſt hîc, & alibi locare, ergo vt locus diſtinguatur à vaſe, non debet niſi in vno tantùm loco conſtituere ſubiectum. Minor principalis probatur, quia id non habetur per ſuperficiem formaliter, nec per relationem, vt diximus, quia poteſt variari ſuperficies, & relatio diſtantiæ ad partes mundi, & eſſe in eodem hîc. Confirmatur, quia non poteſt aliquod ſubiectum habere vbi, per quod conſtituatur hîc, & moueri, ergo vbi conſtituit immobiliter. Antecedens prob. quia vbi, quod eſt hîc, non poteſt conſtituere niſi hîc, & ſi poſſet conſtituere alibi, non eſſet hîc, quia hîc diſtinguitur ab alibi.

Sectio V.

An præter locum extrinſecum ponendum ſit aliud, quod compleat rationem loci, ſeu, quod idem eſt, an vbi intrinſecum detur.

Vis difficultatis.

E NOuæ difficultatis eſt, an præter locum extrinſecum, ſeu ſuperficiem ambientem, & præter extenſionem illam localem actualem, quam habent corpora, detur etiam in re locata aliqua forma, ſeu modus intrinſecus, qui ſit ratio conſtituens rem locatam hîc, & non alibi.

Prima ſententia eſt quorumdam, qui putant hunc modum eſſe è medio tollendum, ſiue res ponatur in vacuo, ſiue in pleno, aiúntque eſſe in loco circumſcriptiuè nil aliud eſſe, niſi rem corpoream alteri coexiſtere commenſurabiliter, & conſequenter præter illum modum

Digitized by Google

extenſionis ad locum, nil aliud requiri ad hoc vt corpora ſint in loco formaliter.

Probatur primò, quia fruſtra ponitur hic modus, cùm ſatis ſit localis extenſio actualis in ordine ad locum, connotans exiſtentiam alterius corporis. Confirmatur, ad contactum ſufficit exiſtentia duorum corporum, ergo etiam ad hoc vt vnum corpus ſit in alio, tanquam in loco.

Secundò, poteſt vna, & eadem res moueri pluribus motibus, vno quidem per ſe, alijs per accidens, ſed tunc non poteſt acquiri hoc vbi, etiam ſi mobile ſit in pleno, ergo hoc vbi non datur. Maior patet ſi moueatur circulus verſus Orientem, & econtrà formica moueatur: Item ſi quis in naui ad Auſtrū pergente moueatur verſus Aquilonē iactans in aëre pilam, quatiens caput. Minor probatur, quia motus localis nil aliud eſt niſi ipſum vbi ſucceſſiuè productum, ſeu fieri, & productio huius vbi. Modò ſic, vel per tot motus acquiruntur plura vbi diſtincta, vel vnum; non plura diſtincta, quia ſi corpus eſt in vna tantùm parte ſpatij, vnum tantùm vbi debet habere, & vnam rationem eſſendi in loco, cùm nequeāt eſſe plures rationes formales eiuſdem effectus formalis: ſi tantùm eſt vnum vbi, contrà, quia eadem forma numero acquireretur per plures cauſas adæquatas adæquatè agentes, cùm quilibet motus ſit cauſa adæquata illius vbi ſine alio motu.

Tertiò, in motu darentur infinita vbi, ſicut dantur infinita inſtantia in tempore. Sequela probatur, quia per quodlibet inſtans res non mouetur, ſed quieſcit, ergo per quodlibet inſtans acquirit vnum vbi; inſtantia infinita, ergo vbi infinita.

Secunda ſententia aſſerit dari hunc modum intrinſecum, & hoc vbi cùm res eſt in pleno, non autem cùm eſt in vacuo.

Probatur primò, quia datur hoc vbi ad hoc vt res ſit hîc, & non alibi, ſed res in vacuo neque eſt hîc, neq; alibi, ſed tantùm in pleno, ergo tantùm in pleno datur. Minor probatur, quia res in vacuo vel eſt nullibi, vel vt D. Th. loquitur, de grano milij, quod ſi ſolum eſſet, eſſet vbique, id eſt non futurum præſens vlli loco, ſed vbi ipſum eſſet.

Secundò, ens reale quatenus ens reale, non poteſt eſſentialiter dependere à non ente, & nihilo, ſed ſi daretur hæc forma, ens reale eſſentialiter dependeret à non ente, & nihilo, ergo. Maior probatur, quia quælibet res in eo ab alio dependet, in quo accipit aliquid ab illo, ens autem reale non poteſt aliquid accipere à nō ente. Minor probatur, quia hoc vbi, quod eſſet ens reale, ordinaretur tanquam ad finem ad illam partem ſpatij imaginarij, quæ omnino nihil eſt, & priuatio omnis quantitatis, & omnis entis, & omnia habet per apprehenſionem.

Tertiò, ſpatium imaginarium eſt nihil, ergo nihil poteſt in illo exiſtere, ergo non poteſt à natura dari modus ordinatus ad ponendam rem in huiuſmodi vacuo.

Tertia ſententia eſt communis. Aſſerit dari hunc modum intrinſecè conſtituentem rem hîc, qui modus pendeat ſolùm materialiter, & ſubiectiuè à re, in qua eſt, nullo modo à corpore ambiente, & circumſcribente. Ita Suarez diſp. 51. ſect. 1. num. 14. & 18 cum quo ſit Suarez.

Prima concluſio. Præter ſuperficiem extrinſecam, & extenſionem actualem in loco, datur vbi

A intrinſecum, per quod res dicatur eſſe hîc, vel illic.

Probatur primò, res per motum localem acquirit nouam, & realem præſentiam in aliquo ſpatio, hæc præſentia non eſt nec ſuperficies extrinſeca, nec actualis extenſio in ordine ad locum, ergo eſt modus diſtinctus ab his, per quem dicitur res eſſe præſens hîc, & non alibi. Maior probatur, quia per motum localem res dicitur realiter fieri hîc, ergo per motum localem fit realiter præſens huic ſpatio, ergo acquirit per motum realem præſentiam. Minor probatur, quia eadem ſuperficies non conſtituit ſemper hîc vt patet in lapide ſub flumine, qui ſemper B eſt hîc, & continuò mutat ſuperficies.

Confirmatur, cùm lapis dicitur eſſe hîc vel dicit tantùm lapidem cum ſua actuali extenſione, & ſpatio, vel aliquid aliud. Non primum, quia ſi lapis ſit Patauij, & ſpatium ſit Venetiis, lapis non dicitur eſſe Venetiis, ergo cùm lapis dicitur eſſe hîc præter actualem extenſionem, & ſpatium aliquid aliud requiritur vt ſit hîc.

Reſpondet recentior quidam, ſufficit coexiſtentia actualis lapidis ad hoc ſpatium.

Contrà, vel iſta coexiſtentia ſignificat præſentiam lapidis ad hoc ſpatium, quam lapis poteſt acquirere, vel deperdere, & hanc coexiſtentiam vocamus vbi: vel ſignificat lapidem habere ſuam exiſtentiam, & ſpatium ſuum in- C teruallum, at hoc non ſufficit, vt lapis dicatur in hoc ſpatio.

Secundò probatur, implicat dari motum localem abſque termino, ſed poteſt eſſe motus, & non acquiri terminus extrinſecus, vt patet in vacuo, ergo neceſſariò dabitur terminus intrinſecus. Probatur maior, quia motus eſſentialiter eſt tendentia ad terminum, & eiuſdem acquiſitio, & res, quando mouetur localiter, non habet pro fine motum, ergo vltra illum aliquem alium terminum petit, & nequit eſſe ſine illo.

Reſpondetur, motum eſſe acquiſitiuum termini in potentia, non actu.

D Contrà, motus eſt actualis tendentia, & identificatur cum actione, quæ eſt influxus actualis; implicat autem actualis influxus, & nil effici, ergo implicat vt motus ſit actu, & actu non acquiratur terminus.

Reſpondent alij, motus dicit acquiſitionem actualem ſui termini, completam, ſi fiat in pleno: incompletam, ſi fiat in vacuo: id eſt, motus, quantùm eſt ex parte mobilis, eſt acquiſitio actualis, cùm nihil requiratur ex parte ipſius mobilis: motus verò quantùm eſt ex parte termini, non ſemper dicit acquiſitionem actualem completam. Putant ergo motum poſſe fieri ſine termino actuali.

E Contrà, motus localis nil aliud eſt, niſi ſucceſſiua productio vbi, & rem ſucceſſiuè moueri nil aliud eſt niſi acquirere diuerſa vbi ſucceſſiuè, quorum beneficio res conſtituitur in loco, ergo cùm res quieſcit, debet habere modum, per quem permanenter ſit in loco.

Confirmatur, quia motus vt diximus 3. Phyſic. tres habet conditiones eſſentiales, prima vt ſit actus mobilis, veluti medius, eſt enim actus in potentia &c. Secunda, vt ſit vnio mobilis cum termino: Tertia, vt entitas motus, cùm remaneat eius terminus, remaneat tranſacto motu, licèt non cum omnibus connotatis, quæ for-

maliter requiruntur ad motum, vt patet in motu ad qualitatem; modò ſic, motus localis eſt propriiſſimè motus, ergo eſt actus medius entis in potentia, & vnitio mobilis cum termino, & eius entitas remanet in mobili, ſaltem materialiter; hæc autem non poteſt eſſe niſi vbi.

Reſpondent, negando poſſe fieri motum in vacuo, & aiunt quòd ſi corpus ſit in vacuo eſt nullibi, neque diſtat.

Contrà, poſſet Deus ponere idem numero corpus extra cœlum bis illud replicando in duabus partibus imaginariis, ſicut poſſet in duobus locis intra cœlum. Quando corpus idem ponitur ſecunda vice, aliquid facit Deus; aſſignetur quid? non producit ſubſtantiam de nouo, ergo aliquid producit in corpore, per quod conſtituatur in duabus partibus, Tunc peto, vel diſtabunt, vel non; Certè diſtabunt, ergo datur in ſpatiis imaginariis diſtantia, & propinquitas, ergo etiam motus.

Datur motus in ſpatiis imaginariis.

D. Thom.

Dices ex D. Thom. quæſt. 6. de potentia art. 3. Motum ſecundùm locum vt ſic non eſſe in potentia ad aliquid intrinſecum, ſed ad aliquod extrinſecum, ergo vel ad ſuperficiem, vel ad ſpatium, & interuallum vt ſic.

Confirmatur, quia motus propriè videtur tendere ad ſpatium, & interuallum, ergo potiùs ſpatium, & interuallum erit terminus, non modus aliquis.

Reſpondetur D. Thomam intelligere motum ad ſuperficiem eſſe ad locum non intrinſecum, ſed extrinſecum, non tamen negare hoc vbi.

Ad confirmationem, motum tendere ad ſpatium, & interuallum, cui ſpatio non poteſt corpus fieri præſens, niſi mediante præſentia, præſentia ergo, & vbi eſt terminus vt quo: ſpatium vt quod.

Secunda concluſio. Hoc vbi eſt conſtitutiuum corporis hîc, vel illic immobiliter per ordinem ad tale ſpatium imaginarium, non reale.

Probatur, quia ſi eſſet in ordine ad aliquod ſpatium reale, eo mutato non poſſet ſubiectum remanere ibidem; ſed quolibet reali ſpatio poſitiuo mutato, ſi res non moueatur, poteſt remanere ibidem. ergo; ſi enim deprimantur poli, vel extollatur centrum, ſi turris remaneat immota, ſemper dicetur eſſe in eodem ſpatio, ergo vbi eſt immobile per ordinem ad ſpatium imaginarium.

Tertia concluſio. Hoc vbi eſt modus quidam exiſtens in ſubiecto, modaliter ab illo diſtinctus.

Probatur, quòd diſtinctus, quia hoc vbi acquiritur per motum: quòd diſtinctus modaliter probatur, quia diſtinctio modalis ſufficit, realis eſt ſuperflua; videtur enim impoſſibile poſſe eſſe vbi, & aliquid non vbicare. Item hoc vbi dicit eſſentialem ordinem ad hoc numero ſpatium, ergo non poteſt locare alibi.

Corol. 1. Vbi quare immobile.

Ex his colligitur primò, vbi dici immobile, quia eſt conſtitutiuum in tali ſpatio, & non in alio, & dum ſpatium mutari non poteſt, vbi etiam erit immobile.

Corol. 2.

Colligitur ſecundò, vbi non dicere relationem prædicamentalem, quia hæc non poteſt eſſe ad terminum non poſitiuum; Vbi ergo eſt quid abſolutum includens tranſcendentalem ordinem ad tale ſpatium, in quo ſpatio ſi ponatur corpus reale propinquum, & contiguum alteri corpori, erit vbi fundamentum relationis propinquitatis, vel diſtantiæ.

Satisfit aduerſariorum rationibus, & obiectiones aliæ diluuntur.

AD *primum primæ ſententiæ*, reſpondet recentior quidam, modum intrinſecum vbi neceſſariò concedendum in pleno ad hunc finem, vt res locata in ratione rei locatæ vniatur loco extrinſeco, & ſuperficiei; putat enim eſſe maiorem connexionem inter rem locatam, & ſuperficiem ambientem, quàm inter duo corpora, quæ tantùm ſe tangunt.

Non placet, quia locus, & ſuperficies ambiens eſt extrinſeca locato, ergo non requiritur modus, & vnio vniens illas. Conſequentia probatur, quia ſi inter ſuperficiem, & corpus eſſet vnio realis, ſuperficies reſpectu corporis eſſet locus intrinſecus: Præterea inter corpus, & ſuperficiem ambientem, præter relationem propinquitatis, non intercedit niſi contactus quidam rei, quæ tamen ſe habeat ad modum continentis, ad id autem non requiritur vnio, ſed ſufficit modificatio eiuſdem contactus, per quem vnum dicatur continens, aliud contentum.

Reſpondetur ergo neceſſariò dandum hunc modum: ratio eſt, quia ſola exiſtentia locati, & ſola exiſtentia ſuperficiei, & ſpatij non ſufficit, vt res dicatur præſens hîc, quia poteſt eſſe corpus in rerum natura, & ſpatium, & ſuperficies, & tamen corpus non dici præſens eidem ſpatio niſi ad illud moueatur, & fiat illi præſens; præſens autem realiter non poteſt fieri niſi per realem præſentiam, ideo neceſſariò concedendus hic modus; per hæc ad confirmationem.

Ad ſecundum, concedo maiorem, nego minorem. Ad probationem, per tot motus tantùm acquiri vnicum vbi, neque eſſe abſurdum ex noſtris principiis plures cauſas adæquatas concurrere ad eumdem numero effectum. Secundò etiam reſpondetur, vbi produci à ſingulis motibus inadæquatè, adæquatè ab omnibus copulatim ſumptis; quilibet enim motus per ſe non produceret hoc vbi, ſed aliud ſi ſolus eſſet, quia diuerſum vbi acquireret homo, ſi tantùm moueretur verſus occidentem, ab eo quod acquirit dum eodem tempore mouetur nauis verſus orientem, & ipſe tendit ad occidentem.

Ad tertium, non ſequi infinita vbi in noſtra ſententia, qui negamus indiuiſibilia, nec abſurdum putamus infinita vbi communicantia, ſicut nec infinitas partes communicantes in motu, & in quantitate.

Ad primum ſecundæ ſententiæ, negatur minor; ſemper enim ablata quacunque ſuperficie, ſi Petrus eſſet in hac aula, diceretur hîc, & non alibi.

Ad ſecundum, vbi nullo modo reſultare ex circumſcriptione ſuperficiei ambientis, neque à ſpatio, neque ab eo, à quo eſt motus: & qui eſt cauſa motus, eſt etiam cauſa huius vbi, cùm motus localis non ſit niſi productio huius vbi, vt diximus. Hoc vbi non dependet à ſpatio imaginario ac ſi ab eo aliquid recipiat, ſed tanquam à termino, quem per relationem tranſcendenta-

Vbi quomodo dependeat à ſpatio imaginario.

lens reſpicit; ſic autem noo eſt abſurdum dicere ordinem eſſennalem, & eſſennalem dependentiam à non ente, ſic potentia realis depender ab ente poſſibili, & potentia viſiua dicit ordinem ad viſibile non exiſtens.

Spatium imaginariũ quomodo ens reale. Fonſeca. Conimb.

Ad tertium, ſpatium imaginarium non eſſe imaginarium ens, & quid omnino fictum, ſed ens reale, verum, æternum, & immutabile, non poſitiuum, ſed priuatiuum. Ita Fonſ. 5. Metaph. cap. 5. quæſt. 1. ſect. 1. & Conimb. 8. Phyſic. cap. 10. quæſt. 2. art. 4. vel, vt alij aiunt, ſpatium imaginarium eſſe nihil, non negatiuum, ſed nihil poſitiuum. Suarez diſp. 51. ſect. 1. num. 24. ait eſſe ens rationis, non purum vt chimæra, ſed cum fundamento in re, realiter tamen eſſe nihil; cùm verò infertur, ergo nihil poteſt eſſe in illo, diſtinguo conſequens, eſſe in, poteſt ſumi tranſitiuè, & intranſitiuè: Eſſe in tranſitiuè eſt eſſe in alio, ſic corpus in pleno eſt in loco: Eſſe in intranſitiuè eſt eſſe ibi, vbi, ſi auferatur corpus, nos ſpatium concipimus, ſic corpus eſt in vacuo, & in illo nihil &c.

Suarez.

Manca tergo dari hoc vbi, ſeu hunc modum, & locum intrinſecum, per quem res dicitur eſſe hîc, & non alibi, & vnde locus extrinſecus ſumit ſuam immobilitatem, vt diximus. Sed

Obiectio 1.

Obiicies primo, ſi ſubiectum conſtituitur immobiliter per ſuum vbi, ergo non eſt ſuperficies, quæ immobiliter locat corpus, & facit illud eſſe hîc.

Vbi duplex.

Reſpondetur vbi eſſe duplex: aliud actiuum, quod eſt in corpore locante: aliud paſſiuum, quod eſt in locato; corpus autem dicitur immobiliter locatum per ſuum vbi paſſiuum intrinſecè: per vbi actiuum ſuperficiei, extrinſecè. Dicitur verò immobiliter locatum magis propriè per vbi actiuum, quia ſuperficies propriè dicitur locus, quia illa propriè ambit, & continet locatum, vbi verò tantum conſtituit rem hîc, & non ambit, ideo dicitur locus cum additamento, non ſimpliciter, id eſt locus intrinſecus. Datur ergo in pleno duplex vbi, paſſiuum, per quod tantùm res fit hîc, & non fit propriè in loco ambienti, & continenti: & vbi actiuum, ſuperficiei videlicet, per quod fit propriè in loco ambienti, & circumſcribenti, & ratione huius vbi dicitur locus ſuperficies immobilis, non quidem ratione ſuæ entitatis, ſed ratione huius modi, qui facit vt ſuperficies hæc locet corpus hoc hîc, & non alibi. Hinc ſenſus definitionis elicitur, locus eſt ſuperficies corporis continentis immobiliter.

Corpus per vtrumque vbi quomodo locatum immobiliter.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, hic locus intrinſecus implicat in terminis, quia ſi vbi datur, certè eſt modus inhærens in ſubiecto, ergo eſt in locato, ergo non poteſt eſſe ratio loci, quia locatum dicitur eſſe in loco, & non econtrà.

Vbi intrinſecum an habeat rationem loci.

Reſpondetur, concedo vbi intrinſecum eſſe in locato, nego tamen non poſſe habere rationem loci, quia verè eſt id, quo corpus dicitur eſſe præſens ibi, vbi eſt, locum verò continere locatum eſt tantùm proprietas loci extrinſeci.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, antequam concipiamus ſubiectum recipere vbi, debet eſſe hîc ſecundùm ſubſtantiam, ergo hic modus ſuperfluus. Antecedens patet, quia ſicut quod operatur, ſupponitur in loco, & ſi operetur hîc, ſupponitur eſſe hîc, ita ſubiectum, quod recipit aliquid, priùs debet eſſe in loco, & conſequenter hîc.

Confirmatur, cùm Angelus, ſeu corpus fit hîc per vbi, vel fit hîc ex eſſe hîc, & non, quia ſi eſt hîc, quomodo rurſus fiet hîc: vel fit hîc ex non eſſe hîc, & neque, quia ſupponimus iam ſubiectum creatum.

Reſpondetur, nego antecedens, ad probationem, nego paritatem, quia præſentia eſt requiſita conditio ante operationem, & non eſt ratio formalis agendi, ideo priùs corpus debet eſſe hîc, deinde operari; vbi verò eſt ratio conſtituendi ſubiectum hîc, & ideo non debet ſupponi ſubiectum eſſe, antequam ſuſcipiat vbi.

Ad confirmationem, corpus fieri hîc ex non eſſe hîc, ſicut per creationem ex poſſibili fit exiſtens, & idem qui facit quòd res ſit, facit etiam vt ſit hîc, nec poteſt concipi ſubiectum exiſtere, & non alicubi.

DISPVTATIO SECVNDA.

De iis quæ ſunt in loco.

SECTIO PRIMA.

An rebus omnibus conueniat eſſe in loco.

Quot modis res dicatur eſſe in loco.

SVPPONANDVM *primò*, eſſe in loco poſſe ſumi multipliciter. Primò definitiuè: ſecundò circumſcriptiuè: tertiò immenſurabiliter: quartò ſacramentaliter: quintò per ſe: ſextò per accidens: ſeptimò partialiter: octauò totaliter: nonò per replicationem: decimò indefinitè, & vagè: vndecimò penetrabiliter.

Entia ad quædam capita reducuntur.

Supponendum ſecundò, entia ad hæc capita reduci poſſe. Deus, Chriſtus, intelligentiæ, animæ ſeparatæ, cœlum, elementa, mixta, animalia, partes eſſentiales, integrantes, accidentia naturalia, artificialia, & mathematica.

Dicendum primò, implicat rem exiſtere, & non eſſe alicubi, ſeu non eſſe in loco aliquo ex his modis.

Probatur, quia exiſtere eſt eſſe poſitiuè extra cauſas, ergo implicat rem exiſtere, & non eſſe alicubi. Conſequentia probatur, quia res vel eſt in cauſis, vel in intellectu, vel in loco: res exiſtens non eſt in cauſis, quia non eſt ampliùs poſſibilis: neque in intellectu, quia eſt ens reale, ergo in loco, nec poſſumus aliud imaginari.

Dicendum ſecundò, implicat ſingulare indiuiduum eſſe indefinitè, & vagè in loco, id eſt neque hîc, neque alibi, ſed tantùm alicubi.

Probatur, implicat indiuiduo habere entitatem indefinitam in actu, ergo etiam implicat habere locum indefinitũ, locus enim conſequitur exiſtentiam, & entitatem, vt diximus.

Dicendum tertiò, accidentia mathematica nullo modo ſunt in loco, neque præciſè ſumpta, & formaliter, neque materialiter contra Ruo.

Probatur, quia abſtrahunt ab omni materia, & ſunt tantùm per intellectum, neque datur à parte rei linea, aut ſuperficies mathematica, vt diximus, ergo nullo modo in loco.

Dicendum quartò, accidentia artificialia non ſunt in loco niſi materialiter ratione ſubiecti, cui forma artificialis imprimitur, ſic ſtatuæ debetur locus non ratione artificij, ſed ligni.

A *Dicendum quintò*, accidentia, & partes eſſentiales, & integrales non ſunt in loco niſi per accidens ratione totius.

Probatur, quia ſicut entia localiter mouentur, ſic locum acquirunt; motus enim localis non eſt niſi acquiſitio vbi, & loci; mouentur per accidens, ergo in loco per accidens.

Dicendum ſextò, partes integrantes, & anima rationalis, licèt dum coniunctæ ſunt in toto, non ſint in loco niſi per accidens, poſſunt tamen materialiter eſſe in loco per ſe, quia poſſunt naturaliter ſeparatæ exiſtere: accidentia, & formæ materiales poſſunt eſſe in loco per ſe tantùm per diuinam potentiam, quia ſolùm per illam poſſunt exiſtere ſeparatæ: Materia verò neque naturaliter, neque ſupernaturaliter poteſt per ſe B eſſe in loco, quia neque per diuinam potentiam poteſt ſeparata exiſtere.

Dicendum ſeptimò, animalia ſunt in loco per ſe, non tamen in loco proprio, & quieto, ſed communi, quia vagantur, ſic piſces in aqua, aues in aëre, &c.

Difficultas eſt an quadrupedia debeant dici quòd ſint in terra tanquam in loco, licèt ab ea non ambiantur. Diſtinguunt quidam locum in totalem, & partialem, totalis eſt is, qui ambit, & circumſcribit locatum totaliter: Partialis, qui tantùm ſuſtinet locatum, ſic terra beſtias. An rectè id doceant, videant alij.

C *Dicendum octauò*, corpora ſimplicia, & elementa ſunt in loco naturali, & quieto per ſe, non per accidens; Terra eſt in aqua, licèt ob vniuerſi pulchritudinem, & vt viuentia poſſint generari, ſit etiam partialiter in aëre: aqua in aëre: aër in igne: ignis in concauo orbis lunæ, ſic alterũ alterum ambit, continet, & conſeruat; mixta verò inanimata ſunt in loco iuxta exigentiam prædominantis elementi.

Dicendum nonò, cœlum Mercurij eſt locus orbis Lunæ, Mercurij cœlum Veneris, & ſic de cæteris.

Auerroës.
Auempau.
Alpharab.
Perer.
Themiſt.
Areſius.

Quinam ſit locus vltimi pugnant DD. quidam aiunt eſſe centrum, ſic Auer. Auempauſ. Alpharab. Algazel. & Perer. lib. 11. cap. 8. D

Alij eſſe cœlum inferius. Ita Themiſt. ſequitur Areſ. noſter, additque cœlum ſupremum eſſe in inferiori tanquam in loco partiali, non totali, vt diximus de quadrupedibus.

Scotus.

Scot. eſſe in inferiori tanquam in loco paſſiuo, non actiuo.

Porrectan.

Alij locum ſupremi cœli eſſe propriam ſuperficiem. Sic Porrectan.

Conimb.
Ruuius.
D. Th.
Ferrarien.
Herueus.
Auicenna.
Alexander.
Suarez.

Alij verò nullum habere locum neque ſecundùm totum, neque ſecundùm partes, ſed tantùm in potentia, quatenus quælibet pars cœli poteſt ita diuidi à toto, vt poſſit continere, & circumſcribere aliam. Ita Conimb. & Ruu. 4. Phyſic. cap. 5. citant D. Thom. Ferrar. & Herueum. E

Denique alij Cœlum vltimum eſſe in loco tantùm intrinſeco. Ita Auicen. 2. Soph. Alex. vt refert Simpl. digreſ. de loco: Suarez diſp. citata ſect. 2. num. 8.

Dicerem cum his cœlum in actu eſſe tantùm in loco intrinſeco: aptitudine eſſe in loco extrinſeco, quia poteſt ambiri ab alio cœlo in infinitum: ſic omne corpus debere eſſe in loco explicandum eſt, quoad extrinſecum actu, vel aptitudine: quoad intrinſecum, ſemper actu.

Dicendum decimò, intelligentiæ, & animæ A ſeparatæ ſunt tantùm in loco definitiuè; ita hîc vt non ſint alibi: corpora omnia circumſcriptiuè, & definitiuè, ita enim ſunt in loco, excepta ſuprema ſphæra, vt ab eo circumſcribantur: Deus neque definitiuè, neque circumſcriptiuè, ſed immenſurabiliter, quia nullis finibus, aut numeris terminatur: Chriſti corpus in Euchariſtia neque definitiuè, neque circumſcriptiuè, neque immenſurabiliter, non eſt enim vbique, vt falsò adſtruebant Vbiquetarij, ſed ſacramentaliter, eſt enim ſub qualibet parte totus ad modum ſpirituum incircumſcriptus, ſed ita eſt hîc, vt ſit etiam alibi, quod naturaliter non habet ſpiritus. An autem poſſit dari ens, quod ſit in B pluribus locis per replicationem, infrà: ſic etiam an duo corpora poſſint eſſe ſimul penetrabiliter in eodem loco.

Vbiquetarij refelluntur.

Obiicies, ſi locus, vel ſaltem vbi conſequitur exiſtentiam, & entitatem, ergo quælibet res exiſtens habet ſuum vbi, ergo accidentia, & partes, quæ habent propriam exiſtentiam, habent etiam proprium vbi, & in quolibet indiuiduo ſicut dantur plura accidentia, & partes, ita etiam plura vbi.

Obiectio.

Reſpondetur, in corpore licèt ſint plura accidentia, & partes, non tamen plures loci extrinſeci, ſed vna ſuperficies ambiens totum corpus. Ita etiam dicendũ de loco intrinſeco; ratio eſt, quia vbi eſt terminus motus localis, & licèt C in vno corpore ſint plura accidentia, & partes, non tamen dicuntur eſſe plures motus, quia accidentia non dicuntur moueri per ſe, ſed per accidens 1. Phyſic. cap. 1. Ita neque plura vbi, ſed vnum, & accidentia non habent ſuum vbi niſi per accidens.

In vno corpore an plura vbi.

Confirmatur etiam, quia præſentia fundatur in eſſe rei, ergo ſingulis rebus debetur præſentia ſecundùm modum eſſendi, ſed accidentia non ſunt entia per ſe, ſed ſunt aliquid ſubſtantiæ, ergo neque illis debetur præſentia per ſe.

SECTIO SECVNDA.

D

An duo corpora poſſint eſſe in eodem loco penetrabiliter.

CERTVM eſt naturaliter repugnare, vt Fonſ. ipſe demonſtrat; Repugnat enim corporum penetratio, ergo etiam duo corpora eſſe ſimul in eodem loco, idem enim eſt duo corpora penetrari, & occupare eundem locum.

Difficultatem tamen faciunt experimenta nonnulla. Aurum immiſſum in aquam etiam in magna quantitate vel nullum, vel minimum occupat locum, præter eum quem occupat aqua, E ergo penetrantur ad inuicem.

Rationes dubitandi.

Reſpondet quidam, id tribuunt ſympathiæ eorundem corporum, ita vt aqua ad præſentiam auri expetat non ſeiungi.

Ruu. id tribuit ſiccitati, quæ eſt in labiis vaſis.

Ruuius.

Dicerem, quia immiſſo auro in aquam, fit aqua in orbem ſupra calicem, & cùm figura circularis ſit maximæ capacitatis, ideo etſi parum ſuperemineat, multum auri capiet.

Difficultas adhuc vrget, quia tantùm aquæ infundi poteſt in vas auro plenum, ac in idem omnino vacuum, quod non niſi expertus credi-

Aurum, & aqua quomodo pe-

netrentur ad inuicem. Cinis item, & aqua.

diſſem: id ipſum referunt de cinere. Sed in hoc paulò facilior eſt ſolutio, tum quia ob humiditatem conſtipantur cineres, tum quia partes ſubtiliores cineris exhalant, & diminuitur cinis: in præcedenti tamen experientia nullum iſtorum afferri poteſt.

Obiicies ex Riui vel penetratio repugnat ratione materiæ, & formæ, vel ratione quantitatis: non primum, quia illæ ſe penetrant: Non ſecundum, quia ſequeretur quòd quantitas eſſet actiua, dum altera alteram expelleret.

Reſpondetur penetrationem repugnare ratione quantitatis, neque ſe inuicem expellere per efficientiam, ſed per naturalem incompoſſibilitatem: ſic etiam duæ formæ ſubſtantiales totales ab eadem materia ſe expellunt, ideo huiuſmodi incompoſſibilitas ad genus cauſæ formalis à nonnullis reducitur: ſed hæc ſunt certa.

· *Difficultas eſt* an etiam repugnet per diuinam potentiam.

Scotus.

Scot. in 4. diſt. 49. quæſt. 16. Vult, ſi duo corpora ſint extenſa ſimul actualiter, non poſſe ſe penetrare, ſi verò vnum extenſum ſit, alterum minimè, tunc poſſe.

Durandus.

Durand. in 4. diſt. 44 quæſt. 6. omnino negat, aitque nullo modo poſſe duo corpora quanta ſe ipſa penetrare: in Euchariſtia eſſe tantùm corpus Chriſti abſque quantitate.

Probat Scotus ſuam ſententiam, quia ſequeretur vniuerſum poſſe includi in minima parte quantitatis, atque adeo pars eſſet æqualis toti.

Probat Durandus, de eſſentia quantitatis eſt habere partes extra partes, ergo nequit vna quantitas aliam penetrare.

In oppoſitum eſt communis, PP. & Theologorum ſententia. Sit.

Vnica concluſio. Poſſunt per diuinam potentiam duo corpora eſſe ſimul, & occupare idem ſpatium.

Probatur primò, ex fide, ex myſteriis Natiuitatis, Reſurrectionis, & Euchariſtiæ.

Secundò, ratio formalis quantitatis non conſiſtit in actuali extenſione, & impenetratione, ſed in extenſione aptitudinali, vnde oritur impenetrabilitas, ſed hæc poteſt optimè ſtare ſimul cum actuali penetratione, ergo non implicat duo corpora quanta penetrari.

Dices, rationem formalem quantitatis eſſe aptitudinalem extenſionem nequit demonſtrari, niſi ſuppoſitis myſteriis fidei, ſed hæc poſſunt ſaluari, ſi aſſeramus Chriſti corpus abſque quantitate, ergo.

Reſpondetur nullo modo poſſe, quia Chriſtus eſt integer ſub ſpeciebus, ac cum illis omnibus accidentibus, quibus in cœlo: Item integer natus eſt, integer reſurrexit; ergo non abſque quantitate, ſed in iis myſteriis neceſſariò concedenda penetratio.

Ad rationem Scoti, concedo antecedens, nunquam tamen pars eſſet æqualis toti, ſaltem quoad entitatem.

Ad Durand. patet ex dictis, neque enim ratio formalis quantitatis eſt actualis extenſio.

A

Sectio III.

An idem corpus ſaltem per diuinam potentiam in duplici loco eſſe poſſit.

Præſentia conſtituentia rei in loco alia ſacramentalis, alia naturalis.

NOTANDVM *primò*, quòd præſentia, qua res conſtituitur in loco, eſt duplex, alia ſacramentalis, alia naturalis. Conueniunt hæ, quia vtraque eſt modus realis corporis accidentaliter illud denominans, neutra eſt terminus per ſe formalis alicuius mutationis ſiue adductiuæ, ſiue productiuæ, neutra eſt fundamentum propinquitatis, aut diſtantiæ; differunt
B verò, quia corpus quantum naturali modo exiſtens ita occupat ſpatium, quod replet, vt excludat omnem quantitatem naturali modo etiam extenſam in loco, nec poteſt fieri vt vnum penetret aliud; per præſentiam verò ſacramentalem corpus ita fit ſub ſpeciebus, vt non excludat quantitatem panis, & non eſt incompoſſibilis cum naturali præſentia alterius corporis quanti. Differunt ſecundò, quia præſentia ſecundùm modum naturalem facit, vt corpus ſit totum in toto, & pars in parte, & vt exiſtat circumſcriptiuè, ita vt de ratione illius corporis ſit vt circumſcribatur; præſentia verò ſacramentalis facit
C vt corpus ſit totum in ſingulis partibus ad inſtar ſubſtantiæ ſpiritualis.

Notandum ſecundò, certum eſſe in myſteriis fidei poſſe idem corpus conſtitui in pluribus locis per plures præſentias ſacramentales, vt patet in Euchariſtiæ Sacramento. Difficultas tantùm eſt an idem corpus poſſit eſſe in pluribus locis ſecundùm plures præſentias naturales.

D. Thom. D. Bonau. Durandus. Ferrar. Capreol.

Prima ſententia eſt D. Thom. 1. part. quæſt. 75. art. 1. ad 3. & alibi pluries. D. Bonauent. in 4. diſt. 44. de dote ſubtilitatis. Durand. in 4. diſt. 10. quæſt. 1. num. 30. & 31. Ferrar. 4. contra Gent. cap 64. Capreol. in 4. diſt. 10. quæſt. 1. num. 3. & omnium Thomiſtarum: aſſerunt replicationem ſecundùm naturales præſentias
D implicare contradictionem.

Scotus. Bellarm. Conimb. Suarez. Ruuius.

Secunda eſt Scoti in 4. diſt. 10. quæſt. 2. Bellarm lib. 3. de Euchariſt. cap. 3. & 4. Conimb. 4. Phyſic. cap. 5. quæſt. 5. art. 2. Suarez diſput. 48. ſect. 4. Ruu. vtramque putat probabilem.

Prima concluſio. Non eſt omnino improbabilis D. Thom. opinio, qua aſſerit replicationem ſecundùm modum naturalem eſſe impoſſibilem, nec iure contra D. Thom. recentiores nonnulli inuehuntur.

Probatur, quia præſentia ſacramentalis differt eſſentialiter à præſentia naturali; ſacramentalis eſt modus exiſtendi ſpiritualis, & indiuiſibilis, ita vt de eius ratione ſit quaſi replicari, &
E eſſe plures, & plures, ergo de ratione modi quantitatiui, ſeu naturalis præſentiæ eſt oppoſitum, non eſſe videlicet replicabile, & eſſe tantùm ſimul in vno loco, & illo definiri, & circumſcribi.

Secundò, quia ſi poſſet vnum corpus exiſtere in duobus locis modo quantitatiuo, ſequerentur hæc contradictoria, quòd illud corpus non eſſet circumſcriptiuè, quia eſſet alibi: eſſet circumſcriptiuè, quia exiſteret quantitatiuè.

Confirmatur, quia circumſcribi eſt limitari, ita vt res non ſit extra terminos circumſcribentes.

Obiectio 1. *Obiicit primò* Suarez, corpus Chriſti eſt in cælo circumſcriptiuè, & tamen eſt extra, & alibi præſentia ſacramentali, ergo eſſe circumſcriptiuè non dicit eſſentialiter negationem eſſendi alibi.

Reſpondetur, eſſe circumſcriptiuè non dicit negationem eſſendi alibi circumſcriptiuè, & nego: eſſendi alibi ſacramentaliter, concedo.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, poteſt Angelus virtute naturali ſeipſum replicare non ſolùm intra propriam ſphæram per continuatam ſeriem, ſed etiam in locis inadæquatis diſtantibus, ergo quod in ſuam ſubſtantiam poteſt Angelus naturaliter, poterit Deus in corpus quantitatiuè extenſum ſupernaturaliter.

Reſpondetur, poſſet id Deus, ſi non implicaret, & deinde Deus poteſt aliquid ſupra corpus, illud videlicet reddere exiſtens modo indiuiſibili, & deinde replicare, & hoc ſufficit ad eius potentiam.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*, non poteſt Angelus naturaliter eſſe extra ſuam ſphæram adæquatam, quia illa circumſcribitur, & tamen poteſt per diuinam potentiam eſſe extra illam in duplici loco adæquato, ita & dicere debemus, quamuis de ratione exiſtendi modi quantitatiui ſit circumſcribere corpus in tali ſpatio, & non in maiori, poterit tamen per diuinam potentiam pluries replicari.

Reſpondetur, nego paritatem, ideò præſentiæ Angeli non repugnat vt eius ſubſtantia replicetur in pluribus locis, quia illi quodammodo connaturale eſt non eſſe ſemel, ſed pluries, & pluries intra eamdem ſphæram, & ideò quaſi inclinatè habet hoc vt poſſit replicari extra eamdem ſphæram; de ratione autem extenſionis quantitatiuæ, & præſentiæ naturalis eſt vt ſit ſemel, eſt enim intrinſeca differentia illius, ideò neque per diuinam potentiam poterit fieri talis replicatio.

Obiectio 4. *Obiicies quartò*, poteſt facere Deus vt vna forma accidentalis inhæreat multis ſubiectis, & vna natura ſit in multis perſonis, vt idem effectus adæquatè pendeat à pluribus cauſis totalibus, ergo & corpus locare in duplici loco. Probatur paritas ſaltem ex hoc, quia in his exemplis res afficitur ſimul pluribus modis, cùm ex natura ſua tantùm vnius ſit capax, ergo licèt extenſio quantitatiua ex natura ſua non poſſit coextendere corpus niſi tantùm in vno ſpatio, poterit tamen per diuinam potentiam.

Reſpondetur, nego paritatem quia occupare tantùm vnicum ſpatium eſt intrinſeca, & eſſentialis differentia extenſionis quantitatiuæ, non ſic in aliis caſibus.

Secunda concluſio. Poſito ſemel Chriſto in hoſtia faciliùs poteſt concipi replicatio ſecundùm præſentias ſacramentales, quàm ſecundùm præſentias naturales: ſeu facilior captu eſt replicatio ſecundùm præſentias ſacramentales, quàm ſecundùm naturales. Eſt contra Suarez, Bellar. Scot. & reliquos.

Probatur, quia præſentia ſacramentalis eſt veluti ſpiritualis, conſtituit enim rem quodammodo replicatam intra ſuam ſphæram, ergo faciliùs poteſt concipi replicatio ſecundùm præſentiam ſacramentalem, quàm ſecundùm naturalem. Antecedens probatur, quia Angelus eſt totus in toto, & totus in qualibet parte, & Chriſtus totus in tota hoſtia, & totus in qualibet parte; Corpus verò ſecundùm præſentiam naturalem coextenditur pars in parte toti ſpatio, & circumſcribitur, ergo faciliùs poteſt intelligi Angelum poſſe replicari pluribus in locis, quàm corpus localiter extenſum.

Confirmatur, ſi ſcindatur hoſtia facilè concipimus Chriſtum replicatum, tantùm quia exiſtit totus ſub qualibet parte hoſtiæ, ergo faciliùs intelligimus replicationem ſecundùm præſentias ſacramentales, quàm ſecundùm naturales.

Obiicit Scotus, in replicatione iuxta modum naturalem vnicum eſt miraculum, ſcilicet replicatio, in replicatione ſecundùm modum ſacramentalem duplex, replicatio videlicet, & indiuiſibilitas eiuſdem præſentiæ.

Reſpondetur nos non aſſerere faciliùs poſſe intelligi exiſtentiam corporis Chriſti ſub ſpeciebus, quàm replicatio ſecundùm modum naturalem, ſed, poſito Chriſto ſub hoſtia, collata replicatione ſacramentalis præſentiæ cum ea, quæ eſſet ſecundùm præſentiam naturalem, dicimus illam eſſe faciliorem, quàm hæc. Vel

Secundò reſpondetur, faciliùs percipitur replicatio ſecundùm præſentias ſacramentales, quia nulla implicantia reperitur: ſecundùm præſentias naturales omnino implicat. Patet ex prima concluſione.

Tertia concluſio. Probabiliorem tamen dicerem Scoti ſententiam, & corpus in pluribus locis replicari non implicare.

Probatur, corpus Chriſti eſt quantum ſub qualibet hoſtia, & extenſum localiter in actu primo, ergo illi ſub qualibet hoſtia non repugnat actualiter extendi, & occupare locum; tunc autem ſecundùm præſentias naturales erit in pluribus locis.

Secundò, eſſe actualiter extenſum in loco, ſeu actualis extenſio eſt extra eſſentiam quantitatis, & ſubſtantiæ, & realiter diſtinguitur, ergo poteſt Deus ſeparare quantitatem, & ſubſtantiam ab hac extenſione locali, & locare illam in pluribus locis.

Confirmatur, poteſt Deus auferre à ſubſtantia, & quantitate localem extenſionem, vt fit in Eucharistia, ergo multò magis poterit ſubſtantiam, & quantitatem locare in pluribus locis. Conſequentia probatur, quia minùs repugnat recipere duplicatam proprietatem, quàm omni priuari.

Quarta concluſio. Vtraque ſententia ſic facilè conciliari poteſt. Non poteſt idem corpus hîc localiter extenſum locari alibi replicata eadem actuali extenſione: poteſt tamen idem corpus locari in duplici loco etiam modo quantitatiuo, & naturali, ſi tamen actualis extenſio duplicetur; non poteſt ergo replicata præſentia: poteſt duplicatè replicari idem corpus.

Prima pars probatur, quia D. Thom. ſententia in hoc tantùm fundatur, quia vna extenſio localis actualis non poteſt actualiter extendere, & circumſcribere corpus hîc, & eadem extenſio circumſcribere corpus alibi, quia circumſcriberet, & non circumſcriberet, limitaret, & non limitaret; non tamen ait, non poſſe idem corpus quantitatiuo modo exiſtere in diuerſis locis, ſi modi ſint diuerſi, concedit enim Chriſtum localiter extenſum in cælo poſſe exiſtere per alias præſentias ſacramentales alibi.

Confirmatur, quia ſicut nequit per diuinam

potentiam idem vbi locare hîc, & alibi, quia eſt de eſſentia illius locare tantùm hîc, ita etiam nequit eadem extenſio actualis coextendere, & circumſcribere corpus hîc & alibi, quia de eius eſſentia eſt limitare corpus vt ſit ſemel.

Secunda pars probatur, quia poteſt Chriſtus extendi localiter in duplici hoſtia, eſt enim quantum in actu primo, extendetur autem per duplicem extenſionem ſecundùm idem corpus.

Sectio IV.

Quomodo idem corpus poſsit eſſe in duplici loco.

Referuntur proprietates corpori conuenientes.

SVPPONENDVM *primò*, proprietates, & accidentia, quæ alicui corpori conueniunt, quædam dependent à loco, vt vbi, ſtare &c. quædam minimè vt eſſe album, nigrum &c. Accidentia, quæ non dependent à loco, quædam ſunt in corpore antequam corpus ſit in loco, vt eſſe riſibile v. g. quædam accidunt corpori poſtquam eſt in loco, vt eſſe calidum, eſſe frigidum. Accidentia quæ conueniunt corpori antequam ſit in loco, quædam illi conueniunt eſſentialiter, & per intrinſecam connexionem, vt eſſe riſibile: quædam verò contingenter, vt eſſe ſimum, eſſe nigrum &c. Accidentia, quæ acquirit corpus antequā ſit in loco, quædam acquirit per actionem tranſeuntem, vt cùm calefit, cùm percutitur, aut quaſi tranſeuntem, vt cùm augetur: quædam per actionem immanentem, vt actus viſionis &c. Accidentia, quæ acquiruntur per actionem immanentem alia acquiruntur dependenter à ſenſibus, & obiectis extrinſecis, vt viſio, auditio &c. Quædam independenter, vt odiſſe, amare &c.

Supponendum ſecundò, corpus diuina virtute replicatum in eo differre ab eo, quod eſt naturaliter tantùm in vno loco, quia in vno loco eſt vnum, & gerit vicem vnius, in duplici loco eſt vnum gerens vicem plurium, ſeu per modum plurium: in vno eſt tantùm ſimul extenſum per vnicam extenſionem, in duplici per duplicem extenſionem. Cùm eſt in vno loco ea, quæ de ipſo corpore proferuntur, ſunt ſimpliciter vera, vel falſa, cùm eſt in duplici, quæ de illo proferuntur ſimpliciter, non ſunt ſimpliciter vera, ſed falſa, tantùm vera cum additione: his poſitis ſit

Prima concluſio. Cùm ponitur corpus idem in diuerſis locis, non habet neceſſariò eadem accidentia, quæ dependent à loco; habebit autem de lege ordinaria omnia ea, quæ à loco non dependent, & ſunt in corpore antequam illud ſit in loco, ſiue eſſentialiter illi conueniant, & per neceſſariam connexionem, vt eſſe riſibile: ſiue contingenter, vt eſſe album; licèt per potentiam diuinam poſſit illis carere, quia realiter hæc à corpore diſtinguuntur. Patet ex ſe.

Secunda concluſio. Corpus replicatum non habet neceſſariò eadem accidentia, quæ accidunt corpori poſtquam eſt in loco, ea inquam quæ acquiruntur per actiones tranſeuntes, aut quaſi tranſeuntes, quia poteſt aliquis hîc calefieri, alibi frigefieri, hîc manducare, alibi eſurire, hîc perenti, alibi minimè. Ratio eſt, quia agens naturale non agit in diſtans.

Tertia concluſio. Neque corpus replicatum habet neceſſariò accidentia, quæ acquiruntur per actiones immanentes dependentes ab obiectis extrinſecis, vt viſio, & tactus, vt ſi tangerem hîc, vel viderem hunc parietem, Romæ replicatus eundem non viderem: quæ verò non dependent ab obiectis extrinſecis, eadem poterit habere, ſic amare hîc, & Romæ.

Probatur vtraque pars, quia in primo caſu agens, & patiens non ſunt propinqua; in ſecundo maximè.

Obiectio 1.

Obiicies primò, poſita replicatione corporum, certificarentur contradictoria de eodem, poſſet idem corpus hic viuere, alibi mori, hîc ſedere, illic ſtare.

Reſpondet Suarez non ſequi contradictionem, quia illa prædicata abſolutè prolata de corpore replicato ſunt falſa; neque enim corpus replicatum hîc mortuum, alibi viuum ſimpliciter dici poteſt quòd ſit mortuum, aut viuum; erunt tantùm vera ſi cum additione proferantur, id eſt hîc mortuum, illic viuum, ſic autem non erunt contradictoria, eadem enim anima poteſt amittere vnionem, quam habet cum manu, & remanere vnita cum capite, ſic idem corpus poteſt retinere in vno loco vnionem cum anima, & eſſe viuum, alibi amittere, & eſſe mortuum: ſic etiam poteſt corpus hîc ſedere, illic ſtare, quia hæc ſunt accidentia, quæ dependent à loco.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, mori, & viuere; percuti, & occidi, non ſunt accidentia, quæ dependeant à loco, abſtrahunt enim ab eſſe illic, vel hîc, ergo non magis conueniunt corpori in vno loco, quàm in alio.

Reſpondet Suarez in 3. part. D. Th. tom. 3. diſput. 48. ſect. 6. ſi corpus hîc calefit, calefieri alibi, ſi percutitur hîc percuti alibi, quia conſentaneum eſt rerum naturis, vt Deus ſuppleat defectum agentis naturalis præbendo ſufficientem concurſum, vt huiuſmodi actiones eodem modo fiant vbicunque eſt corpus replicatum.

Suarez refellitur.

Non placet, agens enim naturale nequit agere in diſtans, neque illi eſt conſentaneus talis operandi modus.

Reſpondetur ergo, ſi Petrus hîc percutitur, non percutietur, Romæ, non quòd hæ actiones pendeant à loco quoad efficientiam, ſed tantùm dependent à loco, quia non poteſt percuſſio inhærere, niſi ſit indiſtans, cùm percuſſio nequeat denominare niſi inſit in corpore, & percuſſio non poteſt eſſe Romæ ſi hîc eſt percuſſor.

Inſtabis, ſi poteſt idem corpus eſſe viuens hîc, & alibi mortuum, tunc non erit idem numero corpus, ergo non erit ampliùs replicatum, quod eſt contra ſuppoſitum.

Reſpondetur, erit idem numero ſaltem materialiter, & ratione quantitatis, quæ eſt eadem numero in vtroque.

Inſtabis, ſi hîc concidatur corpus mortuum, neque erit vnum ratione materiæ, aut quantitatis, quia corpus in plures partes diſſectum non eſt vnum, ſed plura.

Ruuius.

Reſpondet Ruuius, vel accidentia, quæ corpus acquirit, tollunt omnimodam vnitatem numericam, & ſic concedit non futurum tunc idem numero corpus; vel relinquunt vnitatem numericam ſecundùm partem aliquam, & ſic remanet idem numero corpus, vt cùm frigeſit, Vel ſecundò, quòd ſaltem erit materia repli-

A cata ſecundùm illas particulas, carentes tamen contiouatione.

An autem huiuſmodi replicatio poſſit fieri per adductiuam actionem, vel productiuam, diſputant de hac re Theologi: vtramque ſententiam putamus nos probabilem; ideò nihil de hoc agemus.

PARS QVINTA.

De vacuo

B VACVVM ſumi poteſt dupliciter, negatiuè, & impropriè, & eſt illud, quod neque formaliter, neque materialiter dicit aliquid poſitiuum, ſeu quod neque poſitiuum corpus includit, neque ab aliquo corpore continetur, nec de eo nunc loquimur; ſupponimus enim dari extra cœlum, quod & ſpatium imaginarium vocatur: ſecundò ſumi poteſt priuatiuè, & propriè, & eſt tantùm locus, ſeu interuallum interiectum inter latera continentis, non repletum corpore, ſed aptum repleri: Locus, ſeu interuallum ſtat loco generis, reliqua loco differentiæ, & rationis formalis. Hæc de eo diſputabimus, an C detur, vel dari poſſit naturaliter, aut per virtutem angelicam, vel ſaltem diuinam: an eo poſito poſſit fieri motus in illo: an hic motus fieret in iuſtanti. Breuiter ſingula expediemus cum Ariſtot. hîc à tex. 50. vſque ad 86.

DISPVTATIO VNICA.

De natura vacui.

SECTIO PRIMA.

An poſſit naturaliter dari vacuum.

D VNICA *concluſio.* Impoſſibile eſt naturaliter dari vacuum: Eſt contra veteres, qui neceſſarium illud putabant ad motum localem, rarefactionis, augmentationis &c.

Probatur, quia vacuum repugnat rerum exiſtentiæ, vnitati, polchritudini, actionibus, & experimentis, quia quælibet res, quærit conſeruare ſuum eſſe naturaliter, res autem nequeũt conſeruari niſi ſint inter ſe vnitę per contactum, & mutuò ſe foueant: repugnat pulchritudini, vacuum enim eſt maxima deformitas, E quippe eſt priuatio inferens ingens malum vniuerſo, quia per illud impediuntur ne ſuperiora influant, atque geoerationes, & dimanationes: Repugnat voitati, quia mundus eſt vnus per contiguitatem, contiguitati repugnat vacuum, ergo: Repugnat actioni rerum, quia agens ſemper debet eſſe approximatum paſſo, & virtus non transfunditur niſi per contactum: Repugnat deniq; experimeotis, ſic aqua attracto aëre aſcendit, & aërem ſequitur, ſic in cucurbitulis ſuccenſis intrinſecus, ſi extrinſecus apponatur frigidum aliquid, plus ſanguinis attrahunt ob condenſationem aëris antea rarefacti.

Vacuum quare repugnet.

Obiectio 1. A *Obiicies primò*, datus motus localis augmentationis, & rarefactionis, ergo datur vacuum. Conſequentia probatur, quia ſi res debet moueri ad aliquem locum, debemus concedere vacuum, ne detur penetratio corporum, vel fluctuatio, & motus vniuerſi; ſic ſi res debet augeri, debet dari vacuum, in quo recipiatur noua pars alimenti. Item ſi res denſa rarefiat, neceſſariò concedendæ vacuitates inter partes prìus conſtipatas. Ita veteres communiter.

Ariſtot. Reſpondet Ariſtot. Non ponendum vacuum ob motum localem, quia licèt corpus moueatur ad alium locum, per ingreſſum vnius egreditur aliud, ac locum cedit, neque quodlibet corpus B cedit locum alteri ſemper per motum localem, ſed interdum per condenſationem: vel obuiat reſiſtentia corporis ſolidi, non ſinentis aërem vlteriùs progredi; hinc non fluctuat vniuerſum: Neque ob motum augmentationis, quia nutritio, & augmentatio fiunt per corruptionem alimenti ingredientis, & conuerſionem in ſubſtantiam aliti, interim defluunt fæces, & excrementa: Neque ob motum rarefactionis, quia cùm condenſantur res, egreditur aër exiſtens in poris illius rei: cùm rarefit, idem aër ingreditur, vel dimanat vapor, vel exhalatio.

Quare ob motum localem non ſit ponendum vacuũ.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, dantur plura experimenta, propter quæ videtur neceſſariò ſequuturum C vacuum, vt patet in follibus, in lapidibus perfectè planis, in vaſe vndique obſtructo calida aqua pleno, in lucernis turritis æneis.

Confirmatur, quia ſi non daretur vacuum, deberemus concedere aſcenſuram terram, deſcenſurum ignem, in quibus motibus non poterit aſſignari agens naturale, à quo moueantur.

Reſpondetur communiter ad experimenta, nec folles attracturos aërem, nec lapides poſſe ſeiungi; ſed alter alterum trahet, quamuis magnum: vas aqua calida repletum, ſi ob frigus ambiens congelabitur aqua, vel priùs per vapores replebit ſpatium, quod remanet ob condenſationem, vel diſrumpetur vas: in lucernis turritis, licèt non appareat vnde ingrediatur D aër, certò tamen ingreditur; quòd ſi nullo pacto intraret, lucerna extingueretur, vt experimento conſtat. Videatur Ruuius.

Diluuntur experimenta conantia probare vacuum.

Ad confirmationem, agens quod impedit vacuum ſunt eædem res, non prout naturæ particulares ſunt, ſed prout ſunt partes vniuerſi, quarum magis refert vniuerſi bonum, quàm proprium. Ratio eſt, quia bonum vniuerſi cedit in bonum particulare, & bonum totius in bonum partis, ſic manus opponitur ictui gladij petentis caput.

Quodnam agens impediat vacuum. *Dices*, quodnam agens impediet vacuum?

Reſpondetur, quod faciliùs, ac primò poterit occurrere, & moueri, & illud replere, E nec neceſſariò recurrendum ad Angelos, & Deum, vt docet Ruu.

Dices ſecundò, quibus medijs natura impedit vacuum?

Reſpondetur, ſemper facilioribus. Primò per obſiſtentiam negatiuam, non ſinendo corpus à proprio loco dimoueri: Secundò eleuando, vel demittendo vnum corpus ad locum alterius, vt cùm aqua aſcendit, vel deſcendit aër: Tertiò per condenſationem, aut euaporationem, & rarefactionem: vel denique per fractionem diſrumpendo latera continentis.

Dices, an motus ſit naturalis?

A Reſpondet recentior quidam non eſſe naturalem, quia eſt ab extrinſeco, poſſe tamen dici naturalem, quia huiuſmodi motus ſunt inſtituti à natura.

Reſpondeo ego, motus ille erit oaturalis, quia à principio intrinſeco, nil enim magis intrinſecum ſibi, quàm res ipſa. Item eſt res pars vniuerſi intrinſecè, & motus ille procedit ab ea, vt natura quædam vniuerſalis, ergo.

Sectio Secvnda.

An vacuum poſſit fieri per virtutem Angelicam, vel diuinam.

B

Ratio difficultatis.

RATIO difficultatis eſt, poteſt Angelus impedire corpora, quæ mouentur ad replendum vacuum, ergo poteſt aërem retinere, & ſic inducere vacuum; omnia enim corpora obediunt Angelis ad quemlibet motum, vt docet D. Thom. 1. part. quæſt. 110. art. 5.

In contrarium eſt, quia nec videtur poſſe fieri per diuinam potentiam, quia nequit Deus aliquid facere contra legem à ſe latam, contra ſapientiam, & bonitatem, id faceret ſi vacuum induceret, ergo.

Prima concluſio. Nequit nedum ob decretum diuinæ voluntatis, ſed neque ex parte rei naturalis virtute Angelica dari vacuum. C Colligitur ex D. Thom. quæſt. 16. de malo art. 10. ad vltimum.

Probatur, quia vacuum repugnat naturæ vniuerſali, ergo nequit induci ab agente limitato, finito, & particulari, quale eſſet quilibet Angelus, & omnes ſimul, qui ſemper conficerent particulare agens: agens autem particulare eſt improportionatum vniuerſali.

Secunda concluſio. Non implicat vacuum poſſe à Deo induci per virtutem abſolutam, repugnat per potentiam ordinariam.

Prima pars probatur, quia poteſt Déus annihilare aquam aſcendentem in fiſtula. Secunda etiam probatur, quia vacuum pugnat cum D ordine conſtituto in vniuerſo, & nullo modo datur vacuum, ergo nequit per ordinariam potentiam induci; hinc ad ſecondam rationem dubitandi patet.

Ad primam reſpondetur, corpora obediunt Angelis ad motus particulares locales, non repugnantes ordini vniuerſi; non verò ad motus repugnantes toti naturæ, quia hoc ſuperat vires quaſlibet naturales, & finitas.

Inſtabis, virtus, quæ impedit aquam ne ſurſum aſcendat eſt finita, ergo poterit retineri per virtutem finitam.

Reſpondent Coimbr. Res impedientes vacuum non cadunt ſub certam menſuram, i- E deò non ſunt ſub ſphæra actiuitatis entis creati, & ideo non poſſunt impediri. Vel ſecundò, virtus illa aquæ, qua aſcendit, eſt finita, non tamen poteſt ab Angelo impediri, quia eſt effectus vniuerſalis, qui ab agente particulari impediri non poteſt.

Sectio III.

An ſi daretur, fieret in eo motus, & an ille inſtantaneus, an ſucceſſiuus.

TRIPLEX *in hac re ſententia.* Prima eſt Ariſt. qui ſic argomentatur, in vacuo ſi fieret motus, fieret in inſtanti, hoc autem implicat, quia motus eſt de genere continuorum. Sequela probatur, quia omnis ſucceſſio eſt a reſiſtentia medij, in vacuo nullum datur medium, ergo nulla reſiſtentia, & motus in inſtanti fiet. *Ariſtot.*

Confirmatur, quia inter vacuum, & plenum nulla eſt proportio, ergo motus in vacuo nedum erit velocior eo, qui fit in pleno, ſed neceſſariò inſtantaneus; quo enim ſubtilius eſt medium, eò motus velocior, ergo ſi nullum medium, motus ſummè velox.

Secundò alij ſic probant, mota non poteſt prouenire à motore, quia motor vellet quamprimùm eſſe in termino, ergo à reſiſtentia; non à reſiſtentia formæ, quia in deſcenſu lapidis potiùs cauſat velocitatem, nec poteſt ſibi ipſi reſiſtere: non ratione materiæ, aut quantitatis, quia hæ non ſunt actiuæ, ergo neque reſiſtitiuæ, ergo tota reſiſtentia eſt à medio; in vacuo nullum eſt medium, ergo.

Secunda ſententia eſt Gregor. in 2. diſt. 6. quæſt. 3. art. 1. Alberti tract. 2. cap. 7. Thien. 4. Phyſic. quæſt. 2. volunt motum in vacuo futurum in inſtanti, neque huiuſmodi motum implicare. *Gregorius. Albertus. Thienaus.*

Probatur primò, motus alterationis, ſublata reſiſtentia, fit in inſtanti, ergo & motus localis. Antecedens patet in illuminatione.

Secundò, ſi in vacuo fieret motus ſucceſſiuus, æqualiter mouerentur grauia, & leuia, quod implicat. Sequela probatur, quia non ob aliam cauſam graue mouetur velociùs, niſi quia citiùs ſcindit medium, ergo.

Tertia ſententia eſt, communis D. Thom. D hîc tex. 64. Scot. in 2. diſt. 2. quæſt. 9. Docent in vacuo poſſe fieri motum, eúmque ſucceſſiuum, cum quibus ſit *D. Thom. Scotus.*

Prima concluſio. In vacuo non repugnat fieri aliquis motus, generationis videlicet, corruptionis, alterationis, & ſi ſupponatur cibus, nutritionis. Patet, quia ſi in vacuo poneretur ignis, certè ſi quis ipſum contingeret, combureretur.

Secunda concluſio. Neque implicat in vacuo motus grauium, & leuium.

Probatur, quia ſi poneretur vacuum intra cœlum, & terram, lapis ab orbe lunæ in terram deſcenderet, à cuius ſuperficie melius conſeruabitur: E ſi verò terra tolleretur, lapis tunc non deſcenderet, quia non eſſet ratio cur ſiſteret in hac parte, vel in illa.

Dices deſcenderet in centrum.

Contrà, ideo nunc deſcendit in centrum lapis, vt ſit infra leue, & conſeruetur à ſuperficie terræ, tunc nihil eſſet, ergo.

Tertia concluſio. Si poneretur animal in vacuo, non poſſet fieri motus progreſſiuus.

Probatur, vel animal poneretur in terra, vel abſolutè in vacuo: neutrobique moueretur, ergo. Probatur primùm, quia res naturales amant omnimodam contiguitatem, ſi ergo ponere-

neretur animal in terra, plantæ contiguæ eidem terræ non poſſent diuelli, vt experientia patet.

Dices, tunc erit vacuum iam, ergo non erit ratio cur pedes adhæreant terræ, aut natura timeat vacuum.

Reſpondetur, natura non eſt agens per intellectum, & naturaliter amat, & ex inſtinctu contiguitatem, & vnionem, quam ſemper cupit conſeruare quantùm poteſt; iſta enim cauſalis eſt vera, natura horret vacuum, quia amat vnionem, & contiguitatem; non ideo quærit vnitatem, quia horret vacuum, quare cùm ſemel habet vnitatẽ, ſemper quærit illam conſeruare.

Secundum probatur, quia ſi animal ſimpliciter ponatur in vacuo, ita vt à nullo corpore contineatur, brachia animalis, femora, pedes fient omnino contigua, nec poterunt ſeiungi. Hinc etiam colligitur, quod neque fieret in vacuo motus proiectionis ab agente corporeo, quia lapis inhæreret manibus ob eiuſdem contiguitatis amorem.

Quarta concluſio. Si Deus auferret hanc propenſionem vnitatis inter partes animalis, ita vt poſſent pedes, & brachia ſeiungi, & Deus suppleret etiam reſpirationem, poſſet tunc fieri motus progreſſiuus.

Probatur, quia tunc nullum eſſet impedimentum, ergo ſicut nunc dantur motus in pleno, poterunt dari etiam in vacuo.

Dices, aſcendere, deſcendere, & incedere ſunt modi motus progreſſiui, in vacuo non poteſt dari aſcenſus per gradus, neque deſcenſus, neque inceſſus, ergo nec motus progreſſiuus. Minor probatur, quia in vacuo nihil eſſet ſolidum, in quo pedes inniterentur, ergo nec poſſet aſcendere.

Reſpondetur, ideo nunc requiritur ſolidum, quia corpus non poteſt conſiſtere ſupra leuius, quod eſt aër, tunc autem in vacuo animal poſſet eſſe in medio, & vbicunque quia non eſt leuius infra, infra quod deſcendat.

Quinta concluſio. Motus proiectionis, & tractionis ſimpliciter non implicant, vt ſi lapis proiiciatur, vel trahatur ab Angelo.

Probatur, quia in Angelo eſſet virtus motiua, & ſubiectum eſſet mobile, vacuum non eſt actiuum, atque adeo nec reſiſtitiuum, ergo. Mouerentur autem proiecta, donec vis impellens deficeret, verſus illam partem, ad quam proiiciens illa impelleret.

Sexta concluſio. Motus, qui fieret in vacuo, non eſſet inſtantaneus, ſed ſucceſſiuus.

Probatur primò, cauſa ſucceſſionis in pleno non eſt tantùm reſiſtentia intrinſeca medij, quod mobili reſiſtit, ſed etiam reſiſtentia intrinſeca eiuſdem mobilis, & quantitas, quæ eſt eadem in pleno, & in vacuo, ergo vtrobique motus erit ſucceſſiuus. Minor probatur, quia quantum habet vnam partem extra aliam, ergo repugnat vt, vbi eſt vna pars, ſit alia ſimul in eodem inſtanti, ergo neceſſe eſt vt vna ſuccedat alteri, & motus in vacuo neceſſariò ſucceſſiuus.

Secundò repugnat motus in inſtanti ratione diſtantiæ terminorum, repugnat mobili ſimul eſſe in duabus partibus diſtantibus eiuſdem ſpatij, ergo neceſſariò in vno inſtanti debet eſſe in vna, deinde in alia. Confirmatur ex Ariſtot. 3. Phyſic. vbi ait motum eſſe ſucceſſiuum ob continuitatem ſpatij, hæc continuitas eſſet in vacuo, ergo.

Ariſtot.

Tertiò, virtus actiua motoris erit finita, ergo non poterit mouere niſi in determinata velocitate, ergo nunquam in inſtanti.

Ex his patet ad rationes in contrarium primæ ſententiæ. Ad primum verò ſecundæ ſententiæ de alteratione, & motu locali negatur paritas, quia illuminatio non tranſmittitur per ſpatium, ſed producitur in qualibet parte; corpus autem, quod localiter moueretur, tranſiret ſpatium.

Ad ſecundum concedo ſequelam, nego autem id eſſe abſurdum.

PARS SEXTA.

De tempore.

DE tempore agit Ariſtot. 4 Phyſ. à tex. 87. vſque ad finem; nequit autem tempus rectè dignoſci, niſi etiam de duratione diſputemus, ideo rem altiùs repetentes, agemus primò de duratione vt ſic: ſecundò de duratione permanenti: tertiò de ſucceſſiua.

DISPVTATIO PRIMA.

De duratione vt ſic.

SECTIO I.

Quid ſit duratio, & quomodo diſtinguatur ab exiſtentia, & re quæ durat.

QVid ſit duratio variè explicatur hoc loco à Scholaſticis. Quidam volunt durationem eſſe exiſtentiam connotantem ſucceſſionem ſiue actualem, ſiue poſſibilem, cui poſſit coexiſtere. Ità Ocham. in 2. diſtinct. 2. quæſt. 10. Gabr. ibid. quæſt. 1. art. 1.

Ochamus. Gabriel.

Quidam aiunt durationem eſſe exiſtentiam, ſed cum negatione, id eſt quòd non ſit corrupta.

Alij parum ab his diſtant: volunt durationem eſſe formaliter permanentiam, & perſeuerantiam eiuſdem eſſe, & diſtingui ab exiſtentia ſolùm per connotatũ, & quòd ſicut conſeruatio à creatione differt, quia conſeruatio connotat rem præexiſtentem, ita duratio ſupra exiſtentiam connotet permanentiam. Ita Suarez diſp. 50. ſect. 2. num. 10. Perer. lib. 12. cap. 5.

Suarez. Perer.

Thomiſtæ verò, durationem addere ſupra exiſtentiam rationem, ſeu relationem menſuræ. Ita Capreol. & cæteri.

Capreol.

Denique D. Bonauent. in 2. diſtinct. 2. art. 1. quæſt. 3. docet durationem non eſſe exiſtentiam rei durantis, ſed aliquid ſuperadditum: Sequuntur Riccard. ibid. quæſt. 1. art. 1. Henricus quodlib. 1. quæſt. 113. Argent. quæſt. 1. art. 1. Molina 1. part. quæſt. 3. dub. 2. idque ij fateri debent, qui volunt exiſtentiam diſtingui ab eſſentia, & materiam exiſtere per formam.

D. Bonau. Riccardus. Henricus. Argentinas. Molina.

Prima concluſio. Duratio non eſt exiſtentia cum negatione corruptionis, ſeu cum connotato, quod antea præextiterit.

Probatur, quia duratio, & conſeruatio differunt eſſentialiter, ſed ſi duratio eſſet exiſtentia modo explicato, non differrent, ergo. Maior patet, quia nemo dicit fieri rem per durationem, ſed fieri per conſeruationem. Item conſeruatio eſt in prædicamento actionis, duratio minimè. Minor probatur, quia duratio per aduerſarios eſt conceptus tendens in rem exiſtentem ſine conuitate eſſendi, ſed hæc eſt conſeruatio; hæc enim terminatur in exiſtena, quod priùs extiterat.

Confirmatur, tota hæc hora durat, ſed hæc non poteſt durare quia connotet exiſtentiam, quæ antea fuerat, ergo. Minor probatur, quia ante totam horam non fuit exiſtentia ipſius horæ.

Reſpondebis, ſufficit ſi connotet partes præexiſtentes, & alias ſubſequentes.

Contrà, quia illæ non ſunt tota hora, ſed omnes ſimul, omnes autem non connotant priorem exiſtentiam.

Secundò probatur, ad durationem non eſt neceſſe concipere quòd immediatè antè præceſſerit, Deus enim dicitur durare abſque quòd concipiatur immediatè antea, quia durat per æternitatem, in qua non eſt prius, aut poſterius.

Confirmatur primò, res in inſtanti verè dicitur durare, ergo duratio non eſt exiſtentia cum connotato. Antecedens probatur, quia res in inſtanti poteſt habere veram exiſtentiam, ergo veram durationem. Probatur, quia ſicut res, quæ dicitur habere vbi indiuiſibile, verè dicitur eſſe alicubi, ſic res, quæ durat per inſtans, verè dicitur durare.

Confirmatur ſecundò, quia ſi quis in vltimo inſtanti vitæ conuertatur ad Deum, verè dicetur illum perſeueraſſe in gratia, nemo enim ſaluatur, niſi perſeueret per donum perſeuerantiæ, & tamen ille in gratia non præextitit, ergo ſi per inſtans poteſt dici quis perſeuerare, ergo etiam durare.

Confirmatur tertiò, per aduerſarios res permanentes incipiunt, & deſinunt intrinſecè, ergo durant etiam in vltimo inſtanti, ergo in inſtanti eſt duratio formaliter.

Secunda concluſio. Duratio eſt aliquid ſuperadditum exiſtentiæ, ſeparabile ab illa.

Probatur, quia omnis duratio vel permanens, vel ſucceſſiua, vtraque diſtinguitur ab exiſtentia rei durantis. Probatur, quia motus diſtinguitur à ſua duratione, vt infrà etiam à permanenti; eſt enim eadem paritas.

Secundò, ita ſe habet præſentia localis ad ſpatium, ſicut duratio rei permanentis ad tempus, ſeu ad æternitatem, ſed non poteſt eſſe præſentia localis ad ſpatium niſi per vbi diſtinctum à re, ergo neque exiſtentia ad tempus, niſi per modum diſtinctum. Maior probatur, quia ſicut per vbi coexiſtimus ſpatio, ita per durationem coexiſtimus tempori, vel æternitati, nec poteſt aſſignari diſparitas.

Dices, res coexiſtit tempori reali, aut imaginario per propriam exiſtentiam.

Contrà, non eſt hoc aſſignare diſparitatem: præterea ſi coexiſtere tempori nihil importat formaliter additum exiſtentiæ, tunc non ha-
A bebitur conceptus durationis, ſed ſimultatis exiſtentiarum; per ſimultaneas autem exiſtentias non concipitur duratio.

Tertiò, materia, relatio, & alij modi imperfecti non exiſtunt exiſtentia propria, ſed ſubiecti, & tamen intrinſecè durant, ergo per modum ſuperadditum. Quod non per exiſtentiam propriam patet, quia non habent: neque per alienam, quia res, vt contradiſtinguitur ab exiſtentia extrinſeca, intrinſecè durat, eſt enim intrinſecè entitas quædam; quæ habet ſuam permanentiam à parte rei.

Tertia concluſio. Duratio eſt mora rei exi-
B ſtentis in ſuo eſſe. Dicitur rei, quia res propriè dicuntur durare, non entia rationis, & priuationes, niſi valde impropriè: Dixi exiſtentis, quia duratio ſequitur ad res, quæ ſunt à parte rei, ſiue durent per inſtans, ſiue per tempus: Dixi in ſuo eſſe, quia ſi idem eſſe non ſit, non poteſt dici durare, ſiue illud ſit permanens, ſiue ſucceſſiuum: Dixi eſſe moram, vt ſignificarem eſſe quid ſupperadditum rei exiſtenti, mora autem hîc idem eſt ac permanentia, ſeu perſeuerantia.

Probatur primò, hoc ſolo poſito intelligitur duratio; neque enim poteſt concipi aliquid morari, niſi concipiatur durare. Secundò, Deus non accipit exiſtentiam, nec ponitur extra cau-
C ſas, & tamen dicitur durare, ergo ratio durationis non eſt in eo quòd communicetur eſſe, & ponatur extra cauſas, & conſeruetur. Hinc

Colligitur primò, durationem non rectè explicari per coexiſtentiam ad ſucceſſionem actualem, vel in potentia, quia poteſt aliquid durare, licèt non ſit aliquid, cui coexiſtat: ſic Deus duraſſe dicitur, nulli tamen coextitit, & coexiſtere eſt quid conſequens ad durationem. Corol. 1. Duratio nõ rectè explicatur per coexiſtentiam ad ſucceſſionẽ.

Colligitur ſecundò, neque durationem poſſe conſiſtere in ratione menſuræ. Ratio eſt, quia licèt eo ipſo quòd aliquod concipitur commenſurari tempori, concipiatur durare, non
D tamen formaliter menſura ſiue actiua, ſiue paſſiua poteſt eſſe ratio formalis durationis, ſed erit tantùm quid poſterius reſultans, & conſequens durationem, ſicut eſſe commenſurabile ad magnitudinem, conſequitur magnitudinem; eſt ergo commenſurabilitas non ratio formalis durationis, ſed proprietas conſequens. Corol. 2. Duratio n conſiſtit ĩ ratione menſuræ.

Obiicit Suarez, ex vi ſolius exiſtentiæ, abſque alia re, vel modo ſuperaddito, res durat, ergo duratio formaliter eſt ipſa exiſtentia. Antecedens probatur, quia licèt res in primo inſtanti non dicatur exiſtere, poſtea nequit exiſtere niſi duret, ergo exiſtentia eſt formaliter duratio. Conſequentia probatur, quia vt ip-
E ſum eſſe permaneat, non eſt neceſſe vt aliquid addatur, alioquin eſſet potiùs augmentatio, quàm duratio eiuſdem eſſe, ergo rem permanere nil aliud eſt, quàm retinere eamdem exiſtentiam. Obiectio 1.

Confirmatur, quia ſicut actio, & conſeruatio non diſtinguuntur niſi ſola ratione, ergo eodem modo perſeuerans exiſtentia.

Reſpondetur, licèt res non poſſit permanere niſi duret, vel ſine duratione, non ſequitur tamen, ergo duratio eſt exiſtentia; ſic enim poſſumus dicere quòd exiſtentia ſit vbi, quia non poteſt res exiſtere niſi cum aliquo vbi.

Ad probationem conſequentiæ, nego ad permanentiam rei non neceſſarium eſſe aliquid ſupra exiſtentiam, quia permanere dicit aliquid, quod non dicit exiſtentia; permanentia enim ſupponit exiſtentiam, nec res poteſt durare niſi exiſtat, & hic modus, qui ſuperadditur, non eſt appellandus augmentatio, ſed duratio.

Ad confirmationem negatur paritas; ideo enim actio, & conſeruatio non diſtinguuntur niſi ſola ratione, quia conſeruatio eſt actio, duratio verò non eſt exiſtentia, cùm hæc ſit in prædicamento ſubſtantiæ, duratio in prædicamento quando.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, exiſtentia eſt inſeparabilis à parte rei à ſua duratione, & duratio eſt inſeparabilis ab exiſtentia, & vtraq; eſt variabilis æquè ac inuariabilis, ſi exiſtentia eſt omnino neceſſaria, duratio eſt neceſſaria; ſi illa eſt incorruptibilis, vel corruptibilis, ita & duratio: ſi vna permanens, aut ſucceſſiua, ita & altera, ergo à parte rei non diſtinguuntur. Antecedens patet, quia impoſſibile eſt rem durare niſi dum res exiſtit, & dum res exiſtit permanens neceſſariò durat.

Exiſtentia an ſeparabilis à duratione.

Reſpondetur, nego exiſtentiam non eſſe ſeparabilem à duratione, licèt non ab omni, & motus eſt ſeparabilis à ſua duratione, vt dicemus, imò exiſtentia eſt ſeparabilis à duratione ſecundùm ipſum Suarez; poteſt enim eſſe exiſtentia, & non duratio, & poteſt priùs corrumpi duratio, & non exiſtentia, vt ſi poſt hoc inſtans corrumpatur res, in illo inſtanti erit exiſtentia, & non duratio, quia res ſecundùm ipſum in inſtanti non durat. Ad probationem idem argumentum diximus poſſe fieri de vbi, & impoſſibile eſt rem non vbicari dum exiſtit, vbicatio tamen non eſt exiſtentia: ſic etiam motus, & tempus habent ad inuicem omnes illas conditiones, & tamen ſunt ſeparabiles.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, duratio ſubſtantiæ eſt ſubſtantia, vel quid pertinens ad prædicamentum ſubſtantiæ, ergo non erit accidens genere diſtinctum. Antecedens probatur, duratio ſubſtantiæ eſt menſura ipſius, ſed menſura debet eſſe eiuſdem rationis cum menſurato. 10. Met. cap. 2. & 3. ergo duratio ſubſtantiæ debet eſſe ſubſtantia.

Reſpondetur, menſura cum menſurato debet eſſe eiuſdem rationis ſecundùm aliquam proportionem, ita vt ſi menſura ſit in genere perfectionis, menſuratum debeat habere aliquam perfectionem, ſi eſt in genere quantitatis, menſuratum ſit quantum, vel ad modum quantitatis menſurabile; ſic ſi menſura ſit in genere durationis reſpondeat in menſurato aliqua duratio; non debent tamen menſura, & menſuratum eſſe in eodem prædicamento; Deus enim eſt menſura creaturarum, & accidentia menſura perfectionis ſubſtantiarum, & tamen ſunt in diuerſo prædicamento. Duratio ergo in ſubſtantia eſt ratio menſuræ paſſiuæ, quæ proportionem habet cum menſura extrinſeca, nimirum cum tempore, & eſt accidens pertinens ad prædicamentum quandu.

SECTIO II.

Quotuplex ſit duratio, ſeu de ſpeciebus durationis.

Æternitas, Æuum, Duratio, Tempus quid?

IN hac re hæ voces communiter ſolent vſurpari, æternitas, quæ tantùm tribuitur Deo: Æuum, quod tribuitur Angelis, & rebus ſpiritualibus: Duratio permanens, ſeu etiam inſtans, & tribuitur ſubſtantiis corruptibilibus: Æternitas participata, & tribuitur beatis: tempus continuum, & eſt duratio ſucceſſiua motus: tempus diſcretum, & componitur ex multis inſtantibus inter ſe diſcretis, quæ inſtantia deſumuntur ex pluribus operationibus Angelorum: ſic quot actus ſiue intellectiones, ſiue volitiones promit Angelus, tot dicuntur inſtantia, quæ tempus diſcretum conſtituunt. Duratio in has ſpecies communiter diuiditur, alia eſt permanens, alia ſucceſſiua: ſi duratio permanens eſt independens, ſit æternitas Dei; ſi verò dependens aut eſt ex ſe defectibilis, aut per potentiam diuinam: ſi à ſe defectibilis à Thomiſtis dicitur inſtans, communiter dici ſolet duratio permanens: ſi defectibilis per diuinam potentiam, dicitur æuum: ſi duratio ſit ſucceſſiua dicitur tempus, de quo præſertim nunc agimus. Ideò ſit

Duratiò duplex.

DISPVTATIO II.

De ſucceſſiua duratione, quæ eſt tempus.

SECTIO PRIMA.

An tempus ſit quid reale extra animam.

PRIMA *concluſio*. Tempus vt eſt duratio ſucceſſiua motus eſt quid reale extra animam.

Probatur, quia nemine cogitante idem motus poteſt eſſe diuturnior, idem breuior, ergo poteſt habere aliam, & aliam durationem, ergo duratio eſt quid reale; & licèt non ſit ſecundùm eſſe permanens, ita vt demonſtrari poſſit, eſt tamen quid reale ſecundùm eſſe ſucceſſiuum, cuius partes non debent poſſe demonſtrari, quia in tranſitu conſtituunt, & fluxu quodam.

Secunda concluſio. Tempus in ratione menſuræ tum actiuæ, tum paſſiuæ ſecundùm aptitudinem remotam eſt etiam ens reale: licèt in ratione menſuræ tum actiuæ, tum paſſiuæ ſecundùm aptitudinem proximam, ſeu etiam actualem ſit ens rationis, & ab anima dependens.

Prima pars probatur, quia nemine cogitante tempus habet partes priores, & poſteriores, ergo menſurabiles, ſeu menſuratiuas.

Secunda etiam probatur, quia in ratione menſuræ actiuæ, & paſſiuæ ſecundùm aptitudinem proximam, & ſecundùm actum ab intellectu dependet; proxima enim aptitudo eſt ab inſtitutione hominum.

Sectio II.

Quid ſit tempus, & an rectè definitum.

Tempus dupliciter vſurpatur.

TEMPVS, ſeu duratio ſucceſſiua poteſt ſumi dupliciter, primò pro tempore imaginario, quod caret principio, & fine, éſtque ens priuatiuum: ſecundò pro duratione reali, & poſitiua motus: agitur hîc de tempore reali poſitiuo prout eſt duratio motus: cuiuſnam, infra.

Ariſtot.

Definitur ſic ab Ariſtot. 4. Phyſic. *Tempus eſt numerus motus ſecundùm prius, & poſterius.*

Tempus quomodo numerus

Notandum primò, tempus dicitur numerus. Numerus verò alius numerans, & eſt qui mente fit nulli materiæ applicatus, qui dicitur etiam abſtractus, ſicut mathematicus: alius verò numeratus, qui eſt applicatus rebus, vt binarius hominum eſt, & dicitur concretus. Tempus dicitur numerus numeratus applicatus rebus, nempe motui.

Numerus duplex.

Notandum ſecundò, numerus duobus modis applicari poteſt, vel rebus actu diuiſis à parte rei, qualis eſſet numerus militum: vel rebus diuiſis tantùm in potentia. Tempus eſt numerus ſecundo ſenſu; metitur enim motum non actu diuiſum, ſed tenera continuum, diuiſibilem per intellectus deſignationem.

Notandum tertiò, tempus poteſt intelligi quòd ſit numerus actu: vel quòd ſit numerus potentia proxima: vel quòd ſit numerus potentia remota; ſic quantitas continua dicitur multiplex, quia poteſt diuidi in plura ſaltem per deſignationem: Tempus eſt numerus in potentia remota; eſt videlicet talis naturæ vt accedente intellectu poſſit ipſum diuidere, & metiri motum.

Notandum quartò, tempus eſt numerus motus; motus verò ſumi poteſt dupliciter, primò pro motu circulari primi mobilis: ſecundò pro motu cuiuſcunque corporis.

Auerroës. Albertus. Conimb.

Quidam volunt per motum intelligi motum primi mobilis, quia ille eſt vniuerſalior. Ita Auer. Albert. Conimb.

Ochamus. Themiſt. Simplicius.

Alij, & rectiùs volunt intelligi motum cuiuſcumque corporis. Ita Ocham. Themiſt. & Simpl.

Probatur, quia extra motum primi mobilis ſunt alij motus, ergo extra tempus primi mobilis eſt aliud tempus, per quod menſuratur idem motus. Conſequentia probatur, ex tex. 97. Vbi ait tempus non eſſe ſine motu.

Notandum quintò, dicitur ſecundùm prius, & poſterius, quæ verba duplicem habent expoſitionem, vt ſi prius, & poſterius coniungantur cum voce numerus, ſit ſenſus, tempus eſt numerus nempe extenſio, quæ poteſt diuidi, & numerari per partes ab intellectu, in qua extenſione præcedunt partes priores, & poſteriores: vel ſecundò ſi coniungantur cum voce motus, vt videlicet tempus ſit numerus motus, id eſt extenſio numerabilis, ſeu menſura paſſiua, quam habet motus, quia in ſe includit prius, & poſterius, id eſt quia motus habet ſucceſſionem prioris, & poſterioris.

Senſus definitionis.

A Neutra diſplicet. Senſus ergo definitionis eſt, tempus eſt motus numeratus ſecundùm partes priores & poſteriores temporis. vel motus: vel tempus eſt duratio ſucceſſiua motus numerabilis ſecundùm partes priores, & poſteriores.

Obiectio 1.

Obiicies primò, id, quo aliquid metimur, & numeramus, eſt numerus numerans; ſed tempore metimur & numeramus motum, ergo.

Reſpondetur, numerus numerans ſimpliciter dicitur numerus abſtractus, concretus autem eſt numeratus, licèt quandoque numerus numeratus poſſit eſſe numerans, vt B ſi eo vtamur ad aliud numerandum. Cùm ergo tempus non ſit niſi numerus motus ſimpliciter non dicitur numerans, ſed numeratus; licèt conſideratio, qua metimur motum poſſit dici numerans: ſic explicandus Ariſtot. cùm diuerſimodè loquitur, ac modò docet motum eſſe numerum numeratum, modò numerantem, vt rectè Burlæus.

Burlæus.

Inſtabis, motu poſſumus metiri tempus, ergo motus eſt numerus temporis, vt patet in clepſydra.

Reſpondetur ex D. Thom. lect. 19. tempus dicitur menſura motus, quia ordine naturæ tempore metimur motum, licèt interC dum motu metiamur tempus, cùm motus eſt nobis notior. Hinc diſtinguo antecedens, motu metimur tempus, per ſe, nego: per accidens, concedo.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, tempore nedum motum, ſed etiam quietem metimur tex. 100. ergo.

Reſpondetur, quies poteſt ſumi dupliciter, & vt ceſſatio motus eſt, & quid negatiuum; tunc menſurabitur tempore per accidens, & impropriè per proportionem ad motum, quia videlicet ſit duratio tanti motus, qui duret tanto tempore: ſi verò ſumitur quies vt eſt quid poſitiuum, tunc habeD bit ſuam durationem intrinſecam, ſicut cæteræ res permanentes, quæ menſurantur tempore extrinſeco. Commenſurari ergo tempore propriè conuenit motui, quia tempus eſt propriè duratio motus.

Tempus quomodo menſura quietis.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, textu 134. & 2. de gener. 61. & 62. *Tempus eſt numerus motus circularis*, ergo non cuiuſcunque motus. Item *tempus motus circularis eſſe maximam menſuram, quia notiſſimum.*

Reſpondetur, tempus aliud vniuerſale, aliud particulare. Vniuerſale eſt, quod ſequitur ad motum primi mobilis, quo metimur noſtra tempora, & diuidimus horas, E dies, & ſæcula: particulare tempus eſt tempus, & duratio cuiuſcunque motus: agit ergo iis locis Ariſtoteles de motu vniuerſali, non particulari.

Sectio III.

An motus diſtinguatur à tempore.

PRIMA *ſententia* eſt Nominal. motum diſtingui à tempore ſolùm ratione ratiocinata. Sequitur Suarez diſput. 50. ſectio-

Suarez.

ne prima numero 1. Maſſ. & communiter recentiores.

Ratio Suarez præcipua eſt ea, quæ de duratione in communi, omnis duratio eſt exiſtentia rei durantis, ergo & tempus, cùm ſit duratio motus, erit idem cum motu. Confirmatur, quia eo ipſo quod ponimus motum extra cauſas abſque alio modo ſuperaddito, intelligitur durare, ergo duratio eſt eius exiſtentia: & ſi duratio non eſſet exiſtentia, exiſtentia non eſſet vltimus actus, & poſtremus modus naturæ, vltra quem nihil aduenit.

Riccardus. Argentinas. Conimb. Flandria. Burlæus.

Secunda ſententia eſt Riccardi in 2. diſtinct. 2. quæſt. 5. articulo 1. Argentin. quæſtione 1. articulo 1. Conimbricenſium 4. Phyſic. cap. 14. quæſt. 2. artic. 2. Fland. 1. Metaph. quæſt. 14. Burlæi tex. 102. concluſ. 51. quæſt. 1. cum quibus

Prima concluſio. Motus diſtinguitur à tempore ex natura rei.

Probatur, cùm mobile mouetur, non eſt vnica tantùm, ſed duplex ſucceſſio, acquiſitio formæ, & duratio eiuſdem acquiſitionis, quia quilibet fluxus aliquam includit moram, & durationem, in qua fiat; ſed hæ ſucceſſiones ex natura rei diſtinguuntur ab inuicem, ergo ex natura rei duratio diſtinguetur à motu. Minor principalis probatur, ſucceſſio, & continuitas motus deſumitur ex ſpatio, & magnitudine ſiue reali, ſiue imaginaria, ſupra quam fit, tex. 79. propter ſpatium enim motus non fit totus ſimul, & mobile non poteſt eſſe ſimul in duabus partibus diſtantibus; ſucceſſio verò, & continuitas temporis non deſumitur à ſpatio, ſed quia motus eſt continuus, vt ait Ariſt. ſi enim concipimus motum continuum eſſe, ſtatim concipimus moram aliquam continuam eſſe, ergo aliunde ſumitur continuitas motus, & temporis, ergo ex natura rei diſtinguuntur.

Confirmatur primò, magnitudo, ſupra quam fit motus, ſemper requirit eaſdem partes motus, nec poteſt pertranſiri pluribus aut paucioribus, non verò requirit ſemper eaſdem partes temporis, ergo alia ſucceſſio motus, alia temporis. Minor probatur, quia hoc ſpatium eſt indifferens ad partes durationis, & vnus palmus ſpatij, qui neceſſariò petit tot partes motus, poteſt pertranſiri per plures, vel pauciores partes temporis, breuiori videlicet, & longiori tempore, vt ſi virtus ſit fortior, erit tempus breuius, ſin minùs, longius.

Confirmatur ſecundò, hic motus poteſt eſſe cum hoc, vel illo tempore, ergo ex natura rei diſtinguuntur. Hinc in re diſtinguitur materia à forma, quia poteſt eſſe ſine hac, vel illa, ſic quantitas à figura. Antecedens probatur, quia motus poteſt eſſe idem, & tempus diuerſum breuius, vel longius; ſol enim poteſt circuire totum ſpatium, quod per diem conficit, vna hora, ſi Deus citiùs moueat; tunc erit idem ſpatium, & idem motus, & non idem tempus.

Reſponderi poteſt ex Suarez num. 4. duratio motus alia intrinſeca, alia extrinſeca; extrinſeca eſt illa, cum qua coexiſtit. Intrinſeca eſt entitas eiuſdem motus. Duratio intrinſeca orbis ſolis cùm mouetur, dum motus fiet per vnam horam, erit æqualis motui diurno; dicetur tamen duratio diei maior per durationem extrin-

A ſecam ad aliud tempus, cum quo coexiſtit: ſicut dicitur æuum magis, & minus durare per coexiſtentiam ad durationem extrinſecam. Motus ergo per Suarez dicitur magis, & minùs durare, quia habet partes magis, vel minus complexas.

Contrà, partes motus eſſe magis, vel minùs complexas eſt aliquid intrinſecum ſuperadditum motui, ſicut quantitas permanens dum habet partes rariores, vel denſiores aliquid intrinſecum acquirit, vel deperdit, qualitatem videlicet. Modò ſic, hoc intrinſecum, quod acquiritur, quod eſt habere partes laxiores, eſt maius quàm ſit illud, quod acquirit per partes

B minùs laxas, & hoc intrinſecum eſt tempus, ergo motus habens partes magis complexas fiet breuiori tempore, & tempus breuius non habebit tot partes, quot tempus longius; nequit enim aliquid intrinſecè variari ſecundùm magis, & minus nulla re adueniente.

Secundò contra eamdem reſponſionem, ſi moueatur globus ligneus in terra per ſpatium viginti quatuor horarum, duratio illa motus erit æqualis durationi cæleſti, ſed motus non eſt æqualis, cùm vnus globus pertranſeat ſpatium breuius, quàm alius, ergo motus vnius erit breuior, quàm alius, & æqualis duratio

C etiam intrinſeca.

Tertiò argumentor ſic, quælibet pars motus eſt continuò fluens, & nulla eſt magis permanens, quàm altera, ergo non poteſt dici quòd aliqua pars coexiſtat pluribus partibus temporis extrinſecè. Conſequentia probatur, quia hoc eſt entis permanentis proprium, quod dicitur magis, vel minus durare ob eamdem durationem permanentem, quæ coexiſtit pluribus partibus extrinſecis. Antecedens probatur, quia nulla pars motus globi lignei, qui tardè mouetur, permanet, ergo nulla pars coexiſtit pluribus partibus temporis extrinſecis, ſed æqualis pars motus correſpondet æquali parti temporis.

D *Dices* pro Suarez, motus ſiue tardus, ſiue velox tot habet partes motus, quot durationis, quia quælibet pars motus durat, ergo ſi plures partes motus, ita etiam plures partes durationis intrinſecæ poterunt correſpondere vni parti temporis extrinſeci. Obiectio 1.

Confirmatur ex Ariſtot. textu 99. qui ait *quantus enim motus eſt, tantum tempus debet eſſe.* *Ariſtot.*

Reſpondetur, licèt, cùm motus ſit tardiùs, quælibet eius pars habeat partem durationis extrinſecam ſibi correſpondentem, cùm tamen res velociùs mouetur, non quælibet pars motus æqualem partem durationis habet ſibi corre-

E ſpondentem, ſed tantùm partem durationis correſpondentem velocitati motus; motus videlicet tardus, qui fit per viginti quatuor horas, ſi idem fiat velociùs per vnam horam, tempus, & duratio vnius horæ correſpondebit velocitati motus, hoc eſt pluribus partibus eiuſdem motus magis complexis. Quonam pacto id poſſit eſſe, cùm vtrumque, motus videlicet, & duratio ſit ſucceſſiuum, ſic explico: Moueantur duo circuli, quorum vnus ſit intra alium, dum mouentur ſimul, nulla pars eſt circuli minoris, quæ non habeat partem circuli maioris correſpondentem ſibi, quia

dum vnus mouetur, mouetur alius, & tamen ſine controuerſia ſunt plures partes motus circuli maioris, qui conficit maius ſpatium, quàm partes circuli minoris.

Ad confirmationem reſpondetur ex D. Th. id Ariſtot. non aſſerere de quolibet motu, ac tempore, ſed de tempore, & motu primi mobilis, in quo ex æquo ſibi correſpondent.

Reſpondent Conimbricenſes, motus dicitur tantus quantum dicitur tempus, ſi intelligatur de extenſione, quam habent ex parte termini per motum acquiſiti, non verò de ſua peculiari ratione, qua tempus adæquatur durationi imaginariæ, quæ modò eſt maior, modò minor.

Obiectio 2.

Obiicit ſecundò Suarez, motus non poteſt fieri cum hoc, vel illo tempore, ergo tempus eſt idem re cum motu.

Antecedens probatur, quia vnitas motus ſumitur ex vnitate temporis, vt diximus cùm de motu, ergo ſi motus ſit cum alio tempore, iam non erit idem numero motus.

Reſpondetur, vnitas motus quoad continuitatem ſumitur ab vnitate temporis, concedo: vnitas verò indiuidualis motus, ſeu indiuiduatio motus, qua motus dicitur hic numero motus, non ſumitur à tempore, ſed à propria hæcceitate.

Obiectio 3. *Scotus.*

Obiicit tertiò Scot. ſi tempus eſſet res diſtincta à motu, poſſet Deus idem numero tempus reproducere, hoc implicat, ergo. Sequela prob. quia Deus poteſt quamcunque entitatem præteritam iterum producere. Minor prob. quia ſicut ex eo quod natura temporis eſt fluere, implicat non fluere, ita implicat reuerti, nec videtur poſſibile quòd Deus poſſit reproducere comeſtionem, qua heri edi, licèt poſſit intelligi quòd ſit reprodocibilis panis.

Confirmatur, quia ſi poſſet Deus reproducere diem heſternum, poſſet etiam conſeruare hodiernum, vt nunquam præteriret, & ſic poſſem viuere quantum vixit Mathuſalem, & haberem tot annos, quot nunc habeo. Confirmatur ſecundò, quia ſi heſternus dies eſſet præſens, iam non eſſet præteritus, ſed implicat præteritum non eſſe præteritum, ergo & præteritum redire.

Reſpondetur primò, ſicut per ipſum non poteſt reproduci motus, licèt diſtinguatur ex natura rei à mobili, ita neque poteſt reproduci tempus, licèt diſtinguatur ex natora rei à motu.

Secundò, ſiue rectum inferat, ſiue non, concedo ſequelam, poſſe videlicet tempus reproduci, & neque id eſſe abſurdum. Ad probationem licèt ſit de natura temporis fluere, non tamen implicat illud reuerti, quia poteſt reuerti fluendo, ſicut poteſt reuerti eadem comeſtio cum eodem pane.

Ad primam confirmationem, ſi intelligat poſſe conſeruari heſternum diem, ita vt non fluat, & partes non habeat inuicem ſuccedentes, nego: ſi verò intelligat elapſum diem poſſe eumdẽ iterũ reproduci, & reproduci, concedo: non tamen tunc, qui vno die viuet, viuet quantum Mathuſalem, quia vnus dies replicatus, & multiplicatus, æquiualet pluribus annis. *Ad ſecundam*, licèt dies reproducatur, adhuc verum eſt dicere fuiſſe præteritum, ſic de Lazaro dicimus fuiſſe mortuum, licèt reuixerit.

Obiectio 4.

Obiicies quartò, non poteſt idem vbi numero eſſe in diuerſis ſpatiis imaginarus, etenim eo ipſo quod intelligitur vbi eſſe in alio ſpatio, ſtatim

A non intelligitur idem vbi, ergo neque idem tempus, ſeu eadem duratio coexiſtere pluribus temporibus imaginariis, quia cùm concipimus coexiſtere pluribus temporibus imaginariis, ſtatim dicimus non eſſe idem tempus.

Reſpondetur, eſſe diſparem rationem, quia vbi eſt ordinatum ad conſtituendum corpus in ordine ad tale ſpatium immobile, & ideo intrinſecè dicit ordinem ad illud; motus verò, & eius duratio non dicit ordinem ad tale tempus imaginarium, ſed per accidens illi conuenit, vt hic motus, & hæc duratio correſpondeat huic tempori imaginario: ſic idem numero motus primi mobilis poterat antè incipere, quàm incæpit.

Obiectio 5.

B *Obiicies quintò*, ex Ariſtot. tex. 99. *Tempus eſt continuum, quia motus eſt continuus*, ergo tempus ex ſe nullam habet ſucceſſionem, & continuitatem, & neceſſariò erit quantum per accidens.

Ariſtot.

Reſpondetur, Ariſtot. 5. Metaph. tex. 18 ait *motus eſt quantus per accidens ratione magnitudinis*, & tamen per aduerſarios motus habet aliquam ſucceſſionem. Tempus ergo dicitur continuum propter motum, non tanquam propter rationem formalem, ſed tanquam propter conditionem, vt ſenſus ſit, tempus non exiſtit continuum, niſi motus exiſtat continuus. Hinc

Secunda concluſio. Motus non diſtinguitur à
C tempore vt res à re, ſed modaliter, ſeu ſeparabiliter.

Probatur, quia tempus ſemper eſt cum motu, & motus cum tempore ex Ariſtot. Tempus autem, ſiue duratio ſufficit ſi concipiatur tanquam modus afficiens motum.

Petes primò, an vnicum ſit tempus, an plura.

Tempus quotuplex.

Reſpondetur, ſi tempus conſideretur vt duratio quædam motus, tot ſunt tempora, quot motus: ſi verò vt menſura quædam actiua, vnum eſt tempus vniuerſale primi mobilis; particularia verò tempora ſunt plura, quot etiam ſunt motus.

Ruuius.

An autem omnes durationes ſint eiuſdem ſpeciei, vel diuerſæ. Reſp. Ruu. durationes omnes rerum naturalium eſſe eiuſdem ſpeciei, at rerum
D ſpiritualium conſtituere aliam ſpeciem: nec referre ſi motus, & actiones, quarum ſunt durationes, & tempora, ſpecie differant inter ſe; quantitas enim ſemper eſt eiuſdem ſpeciei, licèt reperiatur in corporibus ſpecie differentibus.

Petes ſecundò, quæ res menſurentur tempore?

Reſpondetur, ad hoc vt aliquid dicatur menſurari tempore, requiritur vt quodam modo ſuperetur à tempore, nec ſufficit coexiſtentia tempori. Hinc Deus non dicitur commenſurari loco, aut tempore, cùm ſit in vtroque immenſurabiliter: ſic etiam nec propoſitiones æternæ veritatis: quæ ſemper non ſunt, vt chimæra, quia non poſſident aliquam variationem: hinc etiam
E omnes motus phyſici, & corporales poſſunt commenſurari tempore, in quibus per ſe primò commenſuratur duratio, ſecundariò velocitas, & tarditas: ſucceſſio diſcreta non poteſt menſurari tempore continuo, ſed fortaſſe diſcreto, licèt neget Suarez Diſput. 50. ſect. 2. num. 10. Mutatio inſtantanea commenſuratur tempore, ſi tamen datur: Quies, vt eſt ceſſatio motus, per accidens menſuratur tempore, per ſe verò, vt dicit ſtatum permanentem, & quid poſitiuum: ſubſtantiæ generabiles, & corruptibiles menſurari poſſunt tempore, non quidem per ſe primò, ſed ratione motuum, & actionum.

Angeli, & eorum motus an menſurentur tempore

An Angeli, eorúmque motus menſurentur tempore, negant communiter tum reſpectu noſtri, tum etiam reſpectu eorumdem Angelorum, quia motus Angeli nobis eſt ignotus; Angeli verò non indigent menſura extrinſeca ad illos menſurandos, ſed poſſunt cognoſcere durationem eorumdem motuum in ſeipſis, ſi iiſdem libuerit.

Ad rationem Suarez, initio propoſitam, nego durationem eſſe exiſtentiam vt diximus, nec motus eò quod ponitur extra cauſas dicitur durare, ſed ſolum habere eſſe, ad quod ſequitur tempus. Ita apertè fatetur Ariſt. tex. 110. *Tempus non eſſe motum quia tempus non eſt velox vel tardum:* & tex. 104. *Tempus ſequitur motum, ſicut motus magnitudinem.* Si verò tempus non eſſet diſtinctum à motu, illum non ſequeretur, ſicut ſi motus non eſſet diſtinctus à magnitudine non diceretur ſequi illam, ſed idem eſſet cum illa, cùm nihil realiter ſequatur aliud, quod ſit idem realiter cum illo. — *Ariſtot.*

Ad primam confirmationem, concedo quòd in aliquo priori intelligatur motus eſſe, & dico quòd vt ſic non intelligitur durare, licèt in ſenſu materiali, & phyſico motus à parte rei intelligatur cum duratione, nec poſſint ab inuicem ſeparari.

Ad ſecundam, axioma ſic intelligendum, exiſtentia eſt vltimus modus, qui requiritur ad ponendam rem poſitiuè extra cauſas, non tamen eſt vltimus modus adueniens rei vt ſic, nam poſt exiſtentiam ſuperuenit naturæ ſubſiſtentia. Eſt ergo tempus proprietas ſequens motum, non quemcunque, ſed illum, qui ſit cum aliqua reſiſtentia ſiue ſit localis, ſiue alteratiuus.

DISPVTATIO TERTIA.

De duratione permanenti.

SECTIO PRIMA.

An duratio rerum permanentium ſit ſucceſſiua, vel permanens.

QVIDAM tripliciter durationem diſtinguunt, vt alia ſit permanens rei permanentis: alia ſucceſſiua rei ſucceſſiuæ; Tertia ſucceſſiua rei permanentis. Prima conſtituit æternitatem: ſecunda tempus: tertia durationem rerum permanentiũ. Volunt ergo durationem entis creati permanentis eſſe ſucceſſiuam, habere prius, & poſterius, præteritum, & futurum.

Secunda ſententia eſt Capreol. in 2. diſt. 2. Fonſ. Suarez, D. Th. 1. part. quæſt. 10. art. 4. & 5. volunt hi durationem entis permanentis eſſe permanentem. — *Capreol. Fonſeca. Suarez. D. Th.*

Tertia eſt D. Bonauent. veluti media in 2. diſt. 2. art. 1. quæſt. 3. quam probabilem putant Scot. & Riccard. qui ait durationem entis permanentis creati in hoc differre à tempore, quia tempus admittit ſucceſſionem præteriti, & futuri. duratio rei permanentis tantùm ſucceſſionem prioris, & poſterioris, ita vt rei permanenti ſemper noui aliquid adueniat, ſed non tranſeat, nec deſinat eſſe, ita nec ſit præteritum, ſed tan- — *D. Bonauen.*

A tùm prius, & poſterius.

Probatur primò ſic, duratio permanens, & non habere præteritum, & futurum eſt proprium Dei, ſic DD. loquuntur, ergo.

Secundò, ſi duratio entium permanentium eſſet permanens, in illis idem eſſet fuiſſe, & fore, & ſicut res, quæ fuit, non poteſt non fuiſſe, ſic non poterit non fore, & res corruptibilis eſſet neceſſariò duratura, quod eſt falſum.

Tertiò, Angelus Gabriel vel actu habet durationem craſtinam, vel potentia: ſi ſecundum, ergo duratio hodierna non eſt craſtina, & conſequenter duratio Gabrielis erit diuiſibilis: ſi primum, ergo eſt infinita, quia ſicut habet craſti-

B nam, ſic aliam, & aliam in infinitum.

Quartò, vnus Angelus poteſt habere maiorem durationem, quàm alter, ergo in duratione eſt aliqua extenſio, ergo diuiſibilis, & ſucceſſiua. Conſequentia probatur, quia indiuiſibile non dicitur maius altero; maius enim ſupponit exceſſum ſupra minus. Antecedens probatur, quia ſi Deus crearet nunc nouum Angelum, hic duraret minùs quàm cæteri, quos in initio creauit, vt apertiſſimè patet.

Prima concluſio. Duratio intrinſeca rerum permanentium nullo modo poteſt eſſe ſucceſſiua, ita vt connotet præteritum, & futurum intrinſecè.

C Probatur, non poteſt perire duratio niſi pereat res durans, ſed ſi duratio eſſet ſucceſſiua, periret non deſinente aliquo eſſe rei, ergo. Maior probatur, quia implicat alicuius durationem perire, & rem permanere, ſicut dum duratio non durat, verum eſt dicere rem non durare.

Reſpondebis ſuccedere aliquam durationem.

Contrà, ſicut partialis duratio eſt apta facere rem durantem, ita partiali duratione deſinente debet aliquid, quod ea durabat, deſinere. Ratio eſt, quia ſicut durationis effectus formalis eſt reddere rem permanentem in eſſe, ita negatio eiuſdem debet eſſe deſitio eiuſdem eſſe.

Secunda concluſio. Implicat durationem ha-

D bere prius, & poſterius, & non præteritum, & futurum, ſeu non habere tempus.

Probatur ex Ariſtor. 4. Phyſic tex. 100. *Ad cognoſcendum tempus hæc eſt regula, vt cùm anima cognoſcit ipſa nunc, prius, & poſterius*, ſed in quo, & duratione rei permanentis eſt prius, & poſterius, & ipſa nunc, ergo. Minor probatur, quia in duratione Angeli ſunt inſtantia phyſica correſpondentia huic nunc noſtri temporis, & aliquid diuiſibile, & ſucceſſiuum tempori correſpondens.

Secundò probatur, 8. Phyſic. 10. ſic Ariſtot. prob. Tempus fuiſſe ab æterno, *Ad hæc autem prius, & poſterius quomodo erunt tempore non exiſtente, aut quomodo tempus non exiſtente*

E *motu?* ergo ex eo quod conceditur prius, & poſterius ſtatim infertur eſſe tempus, ergo ſi in duratione rei permanentis, & æui angelici eſt prius, & poſterius, exiſtet tempus.

Tertia concluſio. Duratio rerum permanentium eſt omnino permanens, & indiuiſibilis. eſt D. Thom. — *D. Thom.*

Probatur, ideo non poſſet duratio angelica eſſe indiuiſibilis, & permanens, quia indiuiſibile non poteſt menſurari diuiſibili, & res permanens per durationem hodiernam indiuiſibilem non poteſt coexiſtere craſtinæ, ſed hoc eſt falſum, ergo. Minor probatur, quia res exi-

ſtens ſub duratione diuiſibili, in ſententia aduerſariorum, eſt indiuiſibilis, quia ſemper eadem permanet, & noo habet aliquam ſucceſſionem in entitate, ſed hæc poteſt coëxiſtere durationi diuiſibili, quam ponunt, ergo indiuiſibile poteſt coexiſtere diuiſibili, & ens permanens ſucceſſiuo. A

Quomodo dicatur ſoli Deo non conuenire prçteritum, & futurum.

Ad primum, cùm PP. aiunt ſoli Deo non conuenire præteritum, & futurum, non intelligendos ratione durationis, ita vt ſolus ipſe habeat durationem ſine præterito, & futuro; ſed quia in ſuis operationibus non admittit præteritum, & futurum; omnes enim aliæ creaturæ mutantur intrinſecè, & aliquid de nouo accipiunt, nouas ſpecies videlicet, nouam ſcientiam, nunquam tamen recipiunt nouam durationem; in Deo verò nihil tale nouum, & hoc illi proprium eſt. B

Æuum & duratio permanens an careant præterito, & futuro.

Ad ſecundum, Æuum, & durationem permanentem, cùm ſit indiuiſibilis, neque habere præteritum, neque futurum; eſt enim talis naturæ, vt poſſit coexiſtere futuro, vt coextitit præterito, & ſicut liberè à Deo factum eſt, ita liberè conſeruatur, & poteſt non exiſtere tempori futuro.

Ad tertium, durationem craſtinam in Angelo dicere duo, & durationem intrinſecam Angeli, & tempus craſtinum, cui poteſt coëxiſtere; primum habet actu: ſecundum potentiâ, quia ſcilicet habet totum illud intrinſecum, C quod eſt potens, & ſufficiens ad reddendum Angelum coexiſtentem tempori craſtino, & futuro. Hinc non eſt infinita duratio intrinſeca Angeli, licèt tempus futurum ſit infinitum, quia ex ſe eſt indiuiſibilis, potens tamen coexiſtere omni tempori futuro.

Ad quartum, vna duratio æuiternorum dicitur altera maior extrinſecè, ratione temporis realis, vel imaginatij, cui coexiſtit, intrinſecè verò ſunt omnes durationes æquales.

Inſtabis, ſi nos præſcindamus à tempore reali, & imaginario, & concipiamus vnum Angelum priùs fuiſſe creatum, adhuc vnus dicetur magis duraſſe, ergo per durationem intrinſecam. D

Reſpondetur, ſi præſcindamus ab omni tempore extrinſeco, non poterit dici vnus Angelus magis duraſſe. Cùm vrgent, verè magis durauit quia prius fuit, iam inuoluunt neceſſariò prius, & poſterius, atque adeò tempus.

Vrgebis, prius eſt Angelum durare, quàm coexiſtere tempori, ergo prius eſt magis duraſſe, quàm coextitiſſe maiori tempori.

Reſpondetur, concedo antecedens, nego conſequentiam. Ratio eſt, quia durare ſimpliciter importat aliquid intrinſecum in re durante, quæ eſt ratio formalis, qua poſſit coexiſtere tempori: magis vel minus durare connotat tempus extrinſecum, & comparationem ad extrinſecam menſuram, ad quod non requiritur maioritas durationis intrinſecæ.

Sectio II.

De æternitate, & æuo.

Æuum, & æternitas quid?

ÆVVM eſt duratio indiuiſibilis, tota ſimul, & inuariabilis, ex propria natura, non omnino perpetua, ſed tantùm à parte poſt, eáque dependens.

Boëtius.

Æternitas verò ex Boët. lib. de conſol. Proſa ſecunda, eſt interminabilis vitæ tota ſimul, ac perpetua poſſeſſio.

Æuum in quo differat ab æternitate.

Ex his definitionibus patet in quo differant æuum, & æternitas, duratio permanens, & tempus. Dicitur Æuum duratio indiuiſibilis tota ſimul, vt contradiſtinguatur à duratione rei permanentis, quæ ex propria natura eſt defectibilis, ſi modò res permanens eſt corporea: Dicitur non perpetua, & dependens, vt contradiſtinguatur ab æternitate, quæ neceſſariò, & eſſentialiter eſt independens.

Dicitur verò æternitas interminabilis vitæ, quia caret omni mutatione poſſibili in ipſo eſſe: dicitur tota ſimul, quia caret ſucceſſione: dicitur perfecta poſſeſſio, quia caret ſucceſſione, & mutabilitate, non ſolùm quoad eſſe, ſed etiam quoad actus internos, in quo ab æuo contradiſtinguitur, quia res, quæ æuo durant, ſunt variabiles ſecundùm operationes, & accidentia. Hinc æternitas ſoli Deo, æuum ſolis ſubſtantiis ſpiritualibus, duratio permanens corporibus, tempus motui tribuitur.

Vnica difficultas, an æternitas in ſua ratione formali dicat reſpectum aliquem rationis.

Ferrarienſ.

Reſpondet Ferrarienſis, durationem æternam eſſe ens reale, prout dicit negationem principij, & finis; eſſe verò ens rationis, prout eſt menſura diuini eſſe.

Quidam oppoſitú docent, videlicet, Æternitatem includere ens rationis, quia dicit negationem menſurabilitatis in Deo, & in hac negatione videtur æternitas quodammodo dependere ab intellectu.

D. Thom. Caietanus. Rauius.

Rectiùs cum D. Thom. Caiet. & Ruu. Æternitatem nullum ens rationis includere in ſuo formali conceptu, quia ratio menſuræ actiuæ non videtur eſſe eſſentialis æternitati, contra Ferrar. ſed quid conſequens; negatio verò principij, & finis, negatio menſurabilitatis non ſunt entia rationis, ſed conſequuntur nemine cogitante ipſam æternitatem; ſicut nemine cogitante ex eo quod homo eſt animal rationale, non eſt leo. Hæc in octo libros Phyſicorum. Faxit Deus vt qui eius æternitatem ſpeculantes diſputationibus phyſicis finem facimus, ſic eadem aliquando poſt exactæ vitæ periodum illuceſcat.

Digitized by Google

FRANCISCI MARIÆ DEL MONACO DREPANITANI CLERICI REGVLARIS

IN LIBROS DE GENERATIONE, ET CORRVPTIONE DISPVTATIONES, ET COMMENTARIA.

ABSOLVTA in octo Libros Phyſicorum tractatione de corpore naturali in communi, & explicata in libris de cælo natura corporum ſimplicium, & ſimpliciter incorruptibilium, quales ſunt cæli, vel ſaltem ſecundùm totum, qualia ſunt elementa, aggreditur Ariſtoteles his duobus libris explicationem corporis naturalis generabilis, & corruptibilis mixti, quæ eſt altera ſpecies ſubalterna adæquatè diuidens corpus naturale in communi. Ita paſſim Interpretes hoc loco: Aliter Flaminius de Nobilibus, qui vult explicari in his elementa ceu generabile quid ſunt, & corruptibile; etenim, inquit ille, in libris de cælo conſiderata ſunt ab Ariſtotele tanquam ſubiecta partialia, & ſpecies obiecti totalis, quibus tanquam paſſio conuenit remotè generabilitas. In his verò libris eadem elementa conſiderantur tanquam principia ſubiecti partialis, in ordine videlicet ad corpus generabile, & corruptibile mixtum, ad quod conſtituendum concurrunt. Nobis Ariſtotelicum librorum ordinem libuit tantiſper inuertere, ac priùs agere de corpore generabili, & corruptibili, acturi deinde de incorruptibili, ac ſimplici; nempe vt ita vniuerſi totius ſingillatim gradus conſcendere videremur, & non iam ſtultitiâ cælum petere, vt ille inquit, ſed ipſius amore ſapientiæ, vnde vtinam etiam ignem ſurripere contingeret aliquando, & in noſtri conditoris laudes amoréſque exardere. Sed hæc quoad horum librorum obiectum.

Quoad eorumdem librorum partitionem, ſciendum eſt quòd generari aliquid tripliciter poteſt: Primò, cùm producitur totum ali-
A quod, vt cùm ex aëre fit aqua, & dicitur ſimpliciter generatio: Secundò, cùm non producitur totum diſtinctum, quod non erat, ſed tantùm additur aliquid præexiſtenti, vt in viuentibus cùm nutriuntur, & augentur, & dicitur nutritio, vel augmentatio: Tertiò, quando ex pluribus ſuppoſitis concurrentibus fit aliquod mixtum, & dicitur mixtio. Hinc Ariſt. à textu 1. vſque ad 25. agit de generatione, à 25. ad 45. de augmentatione, quæ non fit ſine ſuis diſpoſitionibus, & alterationibus; ideo diſputat etiam de alteratione; quæ cùm fiat actione, & paſſione, & actio, & paſſio non ſine contactu, ob id à textu 63. ad 82. agit de Actione,
B Paſſione & Contactu, à quo vſque ad finem de Mixtione, cuius inquirens naturam, totum etiam ſecundum librum inſumit: agit ergo in ſecundo de Miſcibilibus, id eſt de elementis, quæ ſunt materia mixtorum.

Nos eumdem ferè ſeruabimus ordinem, agemus primò de generatione ſimpliciter: ſecundò de generatione ſecundùm quid, ſeu de alteratione: tertiò agemus de actione, & paſſione, earúmque requiſitis, iis prætermiſſis, quæ in libros Phyſicorum tetigimus: quartò eſſet agendum de augmentatione, & nutritione,
C ſed de his commodiùs in lib. de Anima: verùm eius loco agemus de mixtione, ac de miſcibilibus, de elementis videlicet, quorum tractationem in hunc locum ſuperioribus commentariis reiecimus.

PARS PRIMA.

De generatione.

NOMINA generationis intelligimus hîc generationem ſimpliciter, & ſubſtantialem. De ea tria diſputabimus. Primò quæ ſit generationis eſſentia: ſecundò de eadem collata ad corruptionem: tertiò de cauſis eiuſdem.

DISPVTATIO I.

De natura generationis.

SECTIO I.

Quid ſit generatio.

GENERATIO ſubſtantialis duobus modis poteſt accipi, primò preſsè prout tantùm dicit productionem viuentium: ſecundò laxiori vocabulo prout dicit quamlibet productionem ſubſtantialem. Primo modo accepta ſic à D. Thom. ex Ariſtot. definitur. *Eſt proceſſio viuentis à viuente à principio vita coniuncto in ſimilitudinem natura ſpecifica.*

D. Thom. Ariſtot. Definitur generatio.

Dicitur proceſſio viuentis, vt excludatur generatio non viuentium: Dicitur à principio vitæ coniuncto, nam viuens debet ſaltem ratione ſeminis coniungi cum ſuo principio: Dicitur in ſimilitudinem naturæ ſpecificæ, quia aliter illa proceſſio non diceretur generatio; non enim vocatur generatio productio capillorum, vermium &c. hi enim non dicuntur filij, quia non ſunt ſimul in eadé ſpecie cum ſuo principio.

Generatio verò ſubſtantialis prout competit cuicunque mutationi ſubſtantiali multipliciter ab Ariſtot. deſcribitur, *generatio eſt via ad naturam, id eſt ad formam.* Ita 2. Phyſic. tex. 14. *Generatio eſt mutatio ex non ſubiecto in ſubiectum ſimpliciter*, ita 5. Phyſic. tex. 7. *generatio eſt mutatio ex non ente ad ens.* 8. Phyſ. tex. 62. *Generatio eſt mutatio à ſubiecto, quod eſt potentia ad ſubiectum actu.* 1. de gen. 25. Sed his omiſſis, potiſſima eſt ea, quam in fine tradit Ariſtot. tex. 23. *Generatio eſt mutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto eodem:* Cuius ſenſus eſt, generatio eſt productio, ſeu tranſitus alicuius totius ſubſtantialis ad totum ſubſtantiale, ita vt in hoc tranſitu ſubiectum non remaneat idem ſenſibile ſub vtroque termino, & à quo, & ad quem. Cùm ergo dicitur, generatio eſt *mutatio totius*, denotatur terminus à quo; cùm dicitur *in totum*, terminus ad quem, *nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto eodem*, ſubiectũ indicatur, à quo deſumitur differentia contradiſtinguens generationem ſubſtantialem ab accidentali, quia in alteratione remanet idem ſenſibile, in ſubſtantiali minimè.

Ariſtot.

Hæc generatio ſic definita dicitur generatio ſimpliciter, id eſt ſine addito; vel quia ſola ſubſtantia eſt ens perfectum, & propriè ens vt habetur 1. Phyſic. tex. 62. vel quia, vt ait Simplicius, ſola ſubſtantia ſimpliciter per ſe dicitur exiſtere, vel vt ait D. Thom. hîc lect. 9. quia quando generatur ſubiectum non præſupponitur ſubſtantia actu exiſtens; accidentia verò ſupponunt compoſitum, ideò dicuntur generari ſecundùm quid. Verùm ſingulas definitionis particulas intimiùs examinemus.

Simplicius. D. Thom.

SECTIO II.

Exponitur quid ea verba ſignificent, eſt mutatio totius in totum, ſeu de ſubiecto, & termino ad quem generationis.

VIDENDVM hîc quodnam ſit ſubiectum generationis, quinam terminus.

Notandum primò, cùm quærimus quodnam ſit ſubiectum, duplex poteſt eſſe quæſtio. Prima, quodnam ſit ſubiectum formale generationis, quatenus generatio eſt, hoc eſt, quid ſit illud in quo formaliter exercetur, & recipitur generatio, vt generatio: Secunda eſt, quodnam ſit ſubiectum generationis, quaſi materialiter ſumptæ, illius ſcilicet mutationis ſubſtantialis. Controuerſia eſt præſertim de primo ſenſu.

Notandum ſecundò, ſubiectum aliud dicitur inhæſionis, in quo generatio inhæret, aliud denominationis, quod denominatur fieri; hæc enim ſæpe diſtinguuntur, ſubiectum enim denominationis eſt illud, quod participat nomen, & ſignificationem alicuius rei, non conſiderando tamen vtrum res inhæreat, vel non: ſic viſio inhæret tantùm in organo, & denominat totum compoſitum.

Subiectum generationis quotuplex.

Notandum tertiò, ſubiectum denominationis poteſt eſſe duplex, primarium, & principale, & ſecundarium, & partiale; ſeu, quod idem eſt, ſubiectum aliud vt quod, aliud vt quo. Subiectum primarium, & vt quod eſt id, cui vltimatè conuenit denominatio: vt quo verò, eſt ratio cur alteri conueniat talis denominatio; ſic homo dicitur intelligere, & eſt ſubiectum denominationis vt quod, intellectus verò ſubiectum vt quo.

Subiectum denominationis duplex, vt quo, & vt quod.

Notandum quartò, etiam in generatione eſſe duplex ſubiectum denominationis, id autem eſt terminus, qui denominatur fieri, & vt quo, & vt quod: ſubiectum vt quod eſt, quod vltimò eſt volitum, ſubiectum vt quo eſt id, quo acquiritur, quod immediatè fit per generationem; id, quod generatur vt quod, dicitur fieri ſimpliciter: quod verò vt quo, ſecundùm quid. Quærere ergo poſſumus an generetur compoſitum, & an ſimpliciter dicatur generari, ſic etiam de forma.

Prima concluſio. Subiectum denominationis, ſeu terminus, qui denominatur fieri ſimpliciter, & vt quod, non eſt niſi compoſitum.

Probatur primò, de quo dicitur eſſe ſimpliciter, dicitur fieri ſimpliciter; ſed compoſitum eſt, quod dicitur eſſe ſimpliciter, ergo quod ſimpliciter fit. Minor probatur, quia id dicitur ſimpliciter eſſe, quod magis accedit ad ſubſtantiam, tale eſt compoſitum, non forma.

Secundò, illud dicitur ſimpliciter fieri, quod magis intenditur à generante: à generante in-

tendatur magis compoſitum, ergo. Minor patet, quia generans intendit ſimile ſibi; ſimile autem eſt ſuppoſitum.

Tertiò, in artificialibus ſtatua eſt, quæ dicitur ſimpliciter fieri, & domus, non forma domus, vel ſtatuæ, ergo. Denique forma eſt principium eius, quod generatur per ſe; principiat autem compoſitum, ergo quod per ſe fit eſt compoſitum.

Secunda concluſio. Forma dicitur fieri vt quo per generationem, ſeu ſecundùm quid: éſtque ſubiectum generationis ſecundarium.

Probatur, quia omne ens eo modo debet fieri, quomodo eſt, ſed forma eſt ens ſecundùm quid, & quo compoſitum conſtituitur in eſſe, ergo debet habere ſuum fieri ſibi proportionatum, nempe ſecundùm quid.

Tertia concluſio. Materia non poteſt dici ſubiectum denominationis, ſeu terminus, qui fiat per generationem.

Probatur, quia eſt ingenerabilis, & incorruptibilis. Secundò, ſi fieret materia, vel fieret ex aliquo, vel ex nihilo: non ſecundum, quia agens naturale dum generat, non creat: nec primum, quia daretur materia materiæ.

Quarta concluſio. Materia dicitur generari ſubiectiuè, id eſt eſſe ſubiectum generationis, ſaltem materialiter ſumptæ.

Probatur, quia Ariſtot. ait interdum materiam dici generari, ſed hoc non poteſt eſſe terminatiuè, ergo ſubiectiuè. Antecedens probatur, quia materia eſt ſubiectum formæ in fieri, ergo etiam generationis, cùm generatio ſit fieri formæ. Antecedens probatur, quia forma materialis dum fit, habet aliquod eſſe, ergo debet ſubiectari in materia, quia ſicut in facto eſſe ſubiectatur, ita & in fieri.

Quinta concluſio. Subiectum adæquatum, & formale generationis formaliter ſumptæ eſt illud totum, quod producitur, & fit.

Probatur, quia totum eſt, quod dicitur formaliter, & adæquatè generari, ergo generatio formaliter eſt in toto.

Præterea, materia non eſt ſubiectum generationis formaliter ſumptæ, ergo compoſitum. Probatur, quia materia eſt tantùm ſubiectum mutationis; quia hæc dicitur verè, & propriè mutari; eadem autem non dicitur propriè generari, ergo non eſt ſubiectum generationis formaliter ſumptæ.

Obiectio 1

Obiicies primò, ſi totum eſt ſubiectum generationis, debet à termino ad quem eſſe diſtinctum, quod eſt abſurdum; quia ſubiectum debet eſſe diſtinctum à termino ad quem, aliter non moueretur ad illum.

Reſpondetur primò, Cùm aliquid creatur, ſubiectum creationis eſt totum; totum autem eſt etiam terminus creationis, ergo non repugnat idem eſſe terminum generationis, & ſubiectum. Secundò, nedum non eſſe abſurdum, ſed eſſe omnino neceſſarium, ſi quidem eadem res quatenus eſt quod accipit eſſe, eſt ſubiectum talis fictionis.

Subiectum generationis eſt idem cum termino ad quē.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, terminus eſt poſterior natura fictione, per quam fit idem terminus, ergo nequit idem eſſe terminus, & ſubiectum mutationis, meliùs dicam fictionis, quia ſubiectum debet prius eſſe natura, quàm terminus.

Reſpondetur, non implicare vt eadem res ſecundùm rationem termini ſit poſterior; at ſecundùm alterum, id eſt ſecundùm rationem ſubiecti, ſit prior ſua fictione; non enim eſſet prior, & poſterior in eodem genere cauſæ, ſed eſſet prior in genere cauſæ materialis, poſterior in genere cauſæ efficientis: & etiam, quia huiuſmodi prioritas, & poſterioritas eſſet tantùm à quo, & non in quo.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, ſubiectum in vnaquaque mutatione debet eſſe aliquod, quod permaneat ſub vtroque extremo, totum autem, quod generatur, non manet ſub vtroque extremo generationis, ergo.

Reſpondetur, ideo dicimus generationem non eſſe mutationem. Antecedens ergo verum in mutatione, non autem in generatione, hæc enim formaliter à mutatione diſtinguitur, vt diximus in Phyſicis, & docet noſter Areſius hîc, vel

Areſius.

Secundò, duplicem dari mutationem ſubſtantialem. Alia eſt, quæ eſt tranſitus ſubiecti ad formam: alia, quæ eſt totius in totum. Subiectum in mutatione debet eſſe ſub vtroque termino, ſeu extremo, in mutatione inquam ſubiecti ad formam, non in mutatione totius in totum.

Obiectio 4.

Obiicies quartò, ideo totum eſt ſubiectum generationis, quia totum eſt, quod producitur, ſed hoc eſt falſum, ergo. Minor probatur, quia in nulla generatione naturali producuntur omnes partes compoſiti, quia in omni mutatione eſt materia, quæ præſupponitur, & remanet in vtroque termino.

Reſpondetur, ſatis eſſe ſi ex vi generationis producatur totum, & compoſitum, quod antea non erat, poſtea fiat. Nec requiritur vt materia etiam producatur, aut forma, quia ſufficit ſi partes copulatim ſumptæ producantur, nec neceſſe eſt vt eædem producantur copulatiuè: ſicut vt corrumpatur totum, ſatis eſt ſi partes ad inuicem disiungantur. Ex his

Generatio quomodo mutatio.

Colligitur primò, quomodo generatio ſit mutatio, materialiter videlicet, non formaliter; generatio enim formaliter eſt tantùm fictio, vel vt Theologi loquuntur proceſſio, connotatio, relatio: & ratio potiſſima eſt, quia quod generatur, non mutatur, nec tranſit à termino à quo ad quem formaliter loquendo. Patet id in Verbo diuino quod propriè, & verè generatur, nulla tamen interuenit mutatio.

Quomodo mutatio in totum.

Colligitur ſecundò, quid intelligatur cùm dicitur eſt mutatio in totum, compoſitum videlicet ſubſtantiale, quod eſt ſubiectum, & terminus adæquatus, & totalis generationis, per quam particulatio præſertim diſtinguitur generatio ſimpliciter ab alteratione, & ab aliis mutationibus, in quibus non mutatur totum in totum, ſeu non producitur totum; licèt enim deſtruatur totum album, & producatur totum nigrum, album tamen, & nigrum non ſunt tota niſi ſecundùm quid.

SECTIO III.

Cur dicatur generatio mutatio totius: ſeu de termino à quo generationis.

DIXIMVS toties generationem dupliciter conſiderari poſſe, primò vt effectio quæ-

Digitized by Google

dam eſt, vt hactenus illam conſiderauimus, & vt ſic conſtituitur in eſſe formaliter per terminum ſuum ad quem adæquatum: Secundò vt mutatio eſt, quomodo nunc conſideratur à nobis, & ab Ariſtot. in allata definitione, qua ratione dicitur generatio mutatio totius; ideò difficultas eſſe poteſt quodnam ſit hoc totum, quod mutatur, & tranſit.

Ratio difficultatis.

Ratio dubitandi eſt, quia cùm ex generatione ex ligno fit ignis, vel totum eſt ipſe ignis, qui fit; & non, quia ignis non eſt antequam fiat, nec poteſt mutari; ex Ariſtot. enim id, quod mouetur, debet eſſe, ignis autem non eſt: vel eſt materia; & neque quia materia non dicitur totum, ſed pars, ergo mutatio totius non poteſt eſſe mutatio materiæ. Præterea in allata definitione totum mutatur in aliud totum; materia verò non mutatur in aliud totum, ſed abiicit vnam formam, & recipit aliam: vel denique totum illud, quod mutatur in totum, eſt lignum; & neque, quia id, quod tranſit debet eſſe ſub termino à quo, & ad quem, ſed lignum non eſt ſub termino ad quem, ſed deſinit ſimpliciter.

Areſius. Maſſeius.

Prima ſententia eſt noſtri Areſij, quem etiam ſequitur Maſſeius, qui aiunt, cùm ex ligno fit ignis, nomine totius intelligi lignum, quod corrumpitur, corrumpitur enim lignum, & generatur ignis. Quòd ſi dicas, quomodo totum lignum dicitur mutari. Reſpondent, vt totum dicatur mutari, & corrumpi, aut gigni, non eſt neceſſe vt mutetur ſecundùm omnes ſuas partes, & ſecundùm omnes partes generetur, aut corrumpatur, ſed ſufficit ſi mutetur in eo aliqua pars, à qua totum ipſum dependeat ſecundùm rationem totius.

Areſius impugnatur.

Impugnatur, ex ipſorum ſententia, & vt nos etiam docuimus, aliud eſt formaliter generari, & corrumpi, aliud mutari; & licèt vt aliquod totum generetur, aut corrumpatur non ſit neceſſe vt corrumpatur, aut generetur ſecundùm omnes partes, vt autem aliquid dicatur mutari, ſi totum mutatur, totum debet eſſe ſub vtroque extremo, id eſt ſecundùm omnes partes. Ratio à priori eſt, quia generatio formaliter eſt fictio, & non requiritur niſi terminus, qui fiat; mutatio verò eſt tranſitus: tranſitus autem eſt actus eius, quod abiiciendo vnum terminum alterum acquirit, & hoc nequit fieri, niſi id, quod tranſit, ſit ſub vtroque extremo.

Præterea, mutatio facit aliter, atque aliter ſe habere, vt aliquid autem denominetur aliter ſe habere, debet eſſe ſub forma faciente illud aliter, atque aliter ſe habere; ſed lignum non manet ſub alia atque alia forma, quia in termino à quo eſt cum propria, poſtea verò corrumpitur, & deſinit eſſe quod erat.

Tertiò, in generatione non requiritur per ſe terminus poſitiuus, à quo procedatur in terminum poſitiuum, generatio enim eſt ex non ente ad ens 8. Phyſ. 62. ſufficit enim in generatione terminus negatiuus; cùm ergo dicitur generatio eſt mutatio totius, hoc totum non poteſt eſſe terminus poſitiuus, qui corrumpitur, cùm hic terminus non requiratur per ſe in generatione, neque formaliter, neque materialiter ſumpta.

Secunda ſententia eſt alterius cuiuſdam recentioris, qui docet nomine totius non intelligi totum quod corrumpitur, ſed materiam, ſeu totum, quod producitur, quam ſententiam

A ſic explicat; ait enim materiam poſſe conſiderari dupliciter, primò vt eſt quædam pars componens cum forma vnum totum, nullam aliam rationem induens niſi componentis, & hoc modo habet rationem partis, non verò totius: Secundò vt eſt quid potentia continens aliud, & includens rationem illius, & ſic materia ſub priuatione ignis dicitur quoddam totum, quia illud continet poteſtate, & ſub hac ratione materia priuata forma ignis poteſt appellari ignis non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, nempe ignis in potentia, quomodo dicitur roſa exiſtere in hyeme in potentia. Ait ergo, cùm dicitur generatio eſt mutatio totius in totum, nomine

B totius intelligi totum, quod eſt in potentia, ignis videlicet, qui in potentia materiæ continetur, qua ratione dicitur ignis tranſire, & eſſe ſub vtroque termino; in termino ad quem exiſtere ſimpliciter, & actualiter, in termino verò à quo exiſtere potentialiter; atque adeo totum variè ſumi, totum ſecundo loco poſitum ſignificare totum ſimpliciter, quod generatur, prout eſt terminus ad quem, & finis completus generationis actualiter exiſtens: totum verò primo loco poſitum ſignificat idem totum prout eſt in termino à quo, & in potentia materiæ.

Impugnatur etiam hæc ſententia; quia id, quod creatur dicitur fieri à potentia in actu, &

C tamen non dicitur tranſire; in creatione enim nullus eſt motus propriè dictus, vt alibi ex D. Thom. notauimus, ergo licèt forma ignis tranſeat à potentia in actum in materia, reuera non dicetur tranſire, & mutari. Nec refert quòd id, quod creatur ſit in potentia logica, quod generatur in potentia phyſica, quia hæ potentiæ non differunt inter ſe niſi penes connotata, eſſentialiter verò vtraque dicit eamdem poſſibilitatem rei.

Secundò, lignum, quod corrumpitur non dicitur tranſire, ſed deſinere, & tamen tranſit ab actu ad potentiam: item forma non dicitur formaliter tranſire, ſed fieri, generari, ergo

D eſſe in potentia ſiue logica ſiue phyſica non ſufficit, vt aliquid dicatur moueri, & tranſire, cùm deinde ſit in actu.

Tertiò, materia vt eſt pars componens recipit mutationem, ergo ipſa eſt, quæ mouetur, & non quod fit. Econtrà ignis eſt, quià potentia fit actu, ergo ignis propriè non dicitur mutari, ſed fieri.

Prima concluſio. Ariſtotelica definitio nullo modo eſt rectè tradita.

Probatur, hæc enim formaliter nec pertinet ad generationem, neque ad mutationem, neque ad corruptionem, neque illas formaliter explicat, ergo. Antecedens probatur, non con-

E uenit hæc definitio formaliter generationi, aut corruptioni, quia hæ propriè, & formaliter non dicuntur mutationes: neque hæc eadem definitio competit generationi vt mutatio eſt, quia in illa reuera non reperitur totum, quod tranſeat ab vno termino in alium.

Secunda concluſio. Generatio, ſi formaliter eſſet definienda, ſic rectiùs poſſet definiri; non quòd ſit mutatio, vel tranſitus, ſed quòd ſit fieri ſimpliciter totius ex præexiſtenti ſubiecto.

Dixi fieri, quia generatio formaliter eſt fictio: dixi ſimpliciter, vt contradiſtinguatur ab alteratione, & aliis mutationibus: dixi totius,

vt

vt contradiſtinguatur à fieri formæ. Patent omnia ex dictis.

Tertia concluſio. Tradita definitio Ariſtot. eſt tantùm quædam deſcriptio complectens generationem, mutationem, & corruptionem: eſtque tradita per quaſdam conditiones, & proprietates, per quas maximè generatio diſtinguitur ab alteratione, in qua nomine totius intelligitur totum, quod corrumpitur; ſed quàm rectè id dici poſſit diximus ſuprà.

Ariſtot. *Quarta concluſio.* In generatione non requiritur terminus à quo poſitiuus.

Probatur primò ex Ariſtot. 1. Phyſic. tex. 9. 8. Phyſic. 6a. & 1. de Generat. 23. vbi habet ea, quæ generantur fieri ſecundùm terminos contradictorios, ergo. Secundò, generatio diſtinguitur à conuerſione ſubſtantiali vnius in aliud; ſed tantùm diſtinguitur quia conuerſio formaliter ſupponit per ſe terminum exiſtentem poſitiuum à quo, ergo generatio formaliter non requirit terminum poſitiuum.

Dices, conuerſio, & generatio ſufficienter diſtinguuntur penes hoc, quia in generatione eſt materia, quæ remanet; in conuerſione verò non.

Contrà, licèt in aliqua conuerſione poſſit deſtrui materia, vt fit in conuerſione panis in corpus Chriſti; poteſt tamen etiam fieri conuerſio manente materia, vt ſi ex aqua fiat vinum; tunc autem niſi intelligatur quòd aqua mutetur, & conuertatur in vinum, & vnus terminus poſitiuus vertatur in alium, non intelligetur conuerſio, ſi enim intelligatur vinum fieri, & non ex aqua, intelligetur fieri ex non vino, ſeu ex priuatione ſui; hæc autem erit generatio, non conuerſio. Reliquum definitionis in ſequenti.

DISPVTATIO II.

De generatione collata ad corruptionem.

VBi Ariſtot. dixit Generationem eſſe mutationem totius in totum, addidit nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto eodem. Ex occaſione horum verborum inquirimus primò,

SECTIO PRIMA.

An in generatione fiat reſolutio vſque ad materiam primam.

Occaſio difficultatis. DIFFICVLTATIS occaſio ſunt vt dixi Ariſt. verba, nullo ſenſibili &c. *Aliqui enim volunt* ly ſubiectum ſenſibile importare materiam cum accidentibus, ideò aiunt cùm compoſitum corrumpitur, fieri reſolutionem vſque ad materiam primam, & nullum accidens relinqui, quod ſit idem numero in genito, & in corrupto. Eſt omnium Thomiſtarum cum D. Thom. 1. part. quæſt. 76. & 77. art. 2. Sequuntur Conimbr. licèt diuerſis rationibus. *D. Th. Conimb.*

Probant ſuam ſententiam Thomiſtæ ſic, accidentia ſubiectantur in toto compoſito, & materia ex ſe non habet exiſtentiam, ſed illam recipit à forma, ergo corrupta forma materiæ exiſtentia corrumpetur, & omnia accidentia, quæ fundabantur in exiſtentia materiæ communicata à forma.

Probant Conimb. ſic, licèt accidentia ſubiectentur in materia, in ea tamen ſubiectantur prout ſubeſt formæ, ergo ea corrupta etiam deſinent.

Præterea, incongruum eſt dicere quòd ſit maior vnio inter materiam, & quantitatem, & cætera accidentia, quàm inter materiam, & formã ſubſtantialem; eſſet autem maior vnio inter materiam, & accidentia, ſi corrupta forma ſubſtantiali eadem accidentia remanerent, ergo. Maior probatur, quia materia, & forma ſunt in eadem categoria ſubſtantiæ: materia, & accidentia minimè, ergo maior debet eſſe vnio inter formam, & materiã, quàm inter materiam, & accidentia.

Item, eodem ordine materia recipit formas, quo illas reſpicit, ſed priùs reſpicit formas ſubſtantiales quàm accidentales, ergo. Quòd ſi accidentia remanerent, eſſet inuerſus ordo.

Durandus. Probat Durand. in 1. diſt. 8. quæſt. 4. ſic, omne ens per accidens priùs ſupponit ens per ſe, ſed materia cum accidentibus facit vnum per accidens, ergo accidentia ſupponunt ens per ſe, ergo non ſunt eadem accidentia in genito, & in corrupto, quia ſic eſſet priùs ens per accidens, quàm ens per ſe.

Confirmat primò, accidentia denominant cõpoſitum, ergo in eo inhærent, ergo eodem corrupto corrumpuntur; paries enim eſt, qui dicitur albus, & aqua, quæ dicitur frigida; non dicitur frigida materia aquæ, neque alba materia parietis.

Confirmat ſecundò, ex definitione generationis, in qua habetur non debere remaoere idem ſubiectum ſenſibile, quod non eſſet ſi aliqua accidentia remanerent, quæ per ſe, & propriè ſunt ſenſibilia; quantitas enim eſt ſeoſibile commune, cætera per ſe ſentiuntur.

Alij verò aiunt ſubiectum ſenſibile in definitione allata ſignificare non materiam cum accidentibus, ſed compoſitum ſubſtantiale; ideò docent in noua generatione quantitatem non corrumpi, atque adeo nec cætera accidentia. Sequuntur hanc ſententiam Auerr. 1. de Generat. com. 24. & 2. de Generat. com. 25. Albert. tract. 2. cap. 2. Zabarel. de Generat. cap. 7. Suarez diſput. 14. ſect. 3. Tolet. 1. de Generat. quæſt. 7. Conimb. qui tres vltimi probabilem etiam putant oppoſitam ſententiam, nec inter ſe eodem modo loquuntur, præſertim Tolet. qui ait quòd licèt non fiat reſolutio vſque ad materiam primam in qualibet generatione, fit tamen aliquando poſt multas corruptiones. Videatur noſter Arel. diſput. 2. quæſt. 11. ſect. 2. lib. 1. *Auerroës. Albertus. Zabarella. Suarez. Toletus. Conimb. Arſius.*

Supponendum primò, quòd infrà dicemus accidentia habere actionem ſuam ad producendam ſubſtantiam, & hanc eſſe veram actionem ſubſtaotialem diſtinctam ab ea, qua producitur accidens. *In accidentibus eſt vera actio ſubſtantialis ad ſubſtantiam producendam.*

Supponendum ſecundò, vt agens agat debere priùs exiſtere quàm eius effectus, & in illo priori non poſſe habere entitatem, & exiſtentiam effectiuè ab effectu, quem producit, tum quia idem eſſet cauſa ſui ipſius, & etiam quia omnis actio ſupponit rem conſtitutam in ſuo eſſe; operari enim ſupponit eſſe. Hinc fit vt non poſſit vera diſpoſitio in genere cauſæ *Agens neceſſariò præexiſtit ante effectum.*

efficientis accipere eſſe reale à forma ſubſequenti. His poſitis ſit

Vnica concluſio. In generatione non fit reſolutio vſque ad materiam primam, ſed aliqua accidentia remanent in genito, quæ erant in corrupto. Dixi aliqua, non omnia; certum enim eſt corrupto homine corrumpi etiam ea omnia accidentia, quæ eſſentialiter ab eius forma dimanant, & corrupta forma ignis deperdi ſplendorem &c. Loquimur ergo tantùm de iis accidentibus, quæ à formis non pendent in conſeruari.

Probatur concluſio primò ſic, diſpoſitiones accidentales concurrunt immediatè ad efficiendam ſubſtantiam, v. g. calor ad producendum ignem; vel ergo id efficiunt diſpoſitiones præcedentes formam ignis, quæ erant in corrupto: vel diſpoſitiones, quas aduerſarij volunt effici à forma, quæ fit: neutrum ipſi poſſunt dicere, ergo. Maior patebit. Minor probatur; non enim dici poteſt primum ab aduerſariis, quia in primo inſtanti, in quo dant eſſe formæ, debent eſſe ſimul cum forma, ergo per aduentum formæ non corrumpontur, ſic calor qui fuit diſpoſitio ad formam ignis non eſt incompoſſibilis cum illa, ſi quidem fuit eius diſpoſitio, ergo ſi in aliquo inſtanti ſunt ſimul, etiam erunt per tempus ſequens. Antecedens patet, quia quando agens agit, vt diximus, debet eſſe; operatur enim quatenus eſt.

Nec poteſt dici ſecundum, quia idem efficeret ſeipſum, nam ſi forma ignis efficit calorem, quo mediante accipit proprium eſſe, cauſabit efficienter principium actionis ad ſeipſam. Præterea ſi diſpoſitiones dant eſſe formæ, debent dare vt ſunt in actu, in actu autem per aduerſarios ponuntur mediante forma, ergo non poterunt illam cauſare, quia cum forma ſupponitur eſſe.

Secundò probatur communiter, & quidem rectè ſic, plurima accidentia videntur omnino eadem in homine viuo, & mortuo, idque ſenſus omnino iudicat, ergo ſic etiam dicendum, cùm non vrgeat in oppoſitum euidens ratio, qua cogamur aſſerere non eſſe eadem.

Confirmatur, [illegible] accidentia non ſunt eadem, à quonam petuntur vt producantur in cadauere: non à materia, quia hæc non magis petit hæc accidentia, quàm alia: non à forma cadaueris, quia ſemper eaſdem cicatrices produceret, ſeu eadem accidentia.

Dices, producuntur hæ cicatrices ex tali numero forma, quia talis numero forma cadaueris ſequitur ad talem numero formam viuentis, quæ expellitur.

Contrà, quicquid ſit an hæc numero forma cadaueris ſemper ſequatur hanc numero formam viuentis, tamen eo conceſſo adhuc talis numero forma cadaueris non peteret has cicatrices. Probatur, ponamus eumdem hominem viuum non habuiſſe illas cicatrices, eadem forma mortui fuiſſet, quia habuit eandem numero animam, ad quàm opponitur forma cadaueris, ergo ſignum eſt non peti talia accidentia à tali forma, quæ ſequitur.

Confirmatur hoc ipſum, & fortiùs. Si quis calore exæſtuans in inſtanti moriatur, ſentiemus mortuum, & viuum eodem modo exæſtuare: non poteſt autem aſſignari cauſa tanti caloris in

A mortuo, quæ poſſit in inſtanti producere calorem adeò intenſum, cùm calor ſoleat ſucceſſiuè produci. Nec rectè poteſt recurri ad formam cadaueris ob eandem rationem allatam, tum etiam quia forma cadaueris non videtur calorem poſcere, cùm non ſit propriè diſpoſitio, ſed potiùs illi repugnet. Cùm ergo non poſſit aſſignari principium intrinſecum productiuum talium accidentium, & ſæpè deſit extrinſecum, dicendum eſt eſſe eadem, quæ antea.

Tertiò probatur ex Ariſtot. 2. de Generat. 25. vbi habet in elementis ſymbolis eſſe faciliorem tranſitum, quàm in diſſymbolis, quia in ſymbolis ſunt pauciores diſpoſitiones pro- *Ariſtot.*

B ducendæ quàm in diſſymbolis, ergo ſignum eſt quòd maneant eadem accidentia, alioquin non eſſent pauciores diſpoſitiones producendæ, & 1. de Generat. ait manere eandem tranſparentiam in genito, & in corrupto.

Ad rationes in oppoſitum, & ad rationem Thomiſt. quonam pacto corrupta forma remaneat eadem quantitas, & eadem accidentia, licèt in forma, & in materia ſubiectentur, diximus in phyſicis cùm de forma.

Ad Conimbricenſ. etiam alibi ni fallor ſatisfecimus; concedimus enim maiorem vnionem inter materiam, & formam, quàm inter materiam, & accidentia; per maiorem autem *Quomodo maior vnio inter materiam, & formam, quàm inter materiam, & accidentia.*

C vnionem intelligimus vnionem perfectiorem, eſt enim modus ſubſtantialis faciens vnum per ſe, non tamen dicimus eſſe magis indiſſolubilem. Præterea nego formaliter ſequelam, licèt enim materia, & accidentia videantur magis indiſſolubilia, id prouenit vel quia accidentia non habent contrarium, qualis eſt quantitas: vel ſi habent, nullum adeſt, quod actu illa expellat à ſubiecto, non autem quia ſit maior nexus. Eſt ergo maior nexus inter materiam, & accidentia tantùm materialiter, non formaliter: ſeu per accidens, non per ſe, non ratione vnionis, ſed ob maiorem imperfectionem accidentium, vt rectè noſter Areſius docet.

D *Ad confirmationem* nego maiorem, imò ordo executionis vtplurimùm opponitur ordini intentionis, & quod eſt primum in intentione eſt in executione poſtremum.

Ad Durandum, cùm ait ens per accidens ſupponere ens per ſe, verum eſt ſi intelligat ens per accidens eſſe propter ens per ſe; non eo ſenſu, quo ipſe loquitur.

Ad primam confirmationem reſpondetur, tranſeat antecedens, & conſequentia, licèt non ſemper ſit verum quod aſſeritur; quomodo autem corrupto compoſito non corrumpantur omnia accidentia diximus in Phyſicis.

E *Ad ſecundam*, quomodo intelligendus Ariſtot. reſpondet Zabarella, licèt remaneat materia cum aliquo accidente ſenſibili, nullum tamen accidens remanet vt ſubiectum ſenſibile, quia accidens non eſt ſubiectum, ſed remanet tantùm materia vt ſubiectum, quæ ex ſe non ſenſibilis eſt. Sed videtur verbis illudere, dum enim remanet materia cum accidentibus, remanet idem ſubiectum ſenſibile. *Zabarella.*

Alij communiter, cùm Ariſtot. ait nullo ſenſibili &c. per ly ſenſibile intelligere compoſitum, vt ſenſus ſit, generatio eſt mutatio totius in totum nullo ſubſtantiali compoſito remanente, quia illud corrumpitur.

Sed neque omnino ſatisfacit, quia in aliquibus generationibus manet compoſitum ſubſtantiale idem, ergo non hoc intelligitur nomine ſenſibilis, præſertim in ſententia eorum, qui ponunt formas partiales in animali, cùm enim producitur anima remanet eadem caro. Præterea vt rectè noſter Areſius, compoſitum non eſt ſenſibile niſi per accidens, ergo nequit intelligi compoſitum ſubſtantiale.

Areſius. Non diſplicent quæ hoc loco affert Pater Areſ. Ait, in corruptione licèt remaneat idem accidens ſenſibile, non remanet vt in ſubiecto eodem, quia prius ſubiectum illius accidentis, caloris videlicet, erat aër, poſtea ignis.

Explicat eadem verba ſecundò ſic. Generatio eſt mutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto eodem, hoc eſt, nullum eſt ſubiectum in generatione, quod recipiat vtrumque terminum, dum enim ex aqua fit aër, aqua perit, aër producitur, nec remanet tertia alia ſubſtantia ſub vtroq; extremo; ait ergo nullo remanente ſubiecto eodem, vt oſtendat quòd in mutatione ſubſtantiali ſit quaſi duplex ſubiectum, vnum corruptionis corpus videlicet, quod corrumpitur, aliud generationis, compoſitum inquam, quod generatur, in quo potiſſimùm generatio ab alteratione differt.

Sectio II.

An generatio vnius ſit corruptio alterius.

CERTVM eſt primò Ariſtot. axioma non intelligendum eſſe formaliter, ita vt generatio vnius ſit formaliter corruptio alterius. Sed neque intelligendum eſſe identicè ita vt ſint vna, & eadem res ſimplex, cùm generatio, & corruptio pluſquam realiter diſtinguantur, vt alibi diximus. *Senſus difficultatis.* Difficultas ergo eſſe poteſt, an generatio, & corruptio ſint idem identicè, id eſt an contineant vnicam entitatem compoſitam ex vtraque, ita vt nunquam vna ſit abſque alia: vel, an generatio vnius ſit corruptio alterius cauſaliter, ita vt vna ſit cauſa alterius: vel denique an concomitanter, vel conſecutiuè.

Certum ſecundò eſt, hanc propoſitionem intelligendam eſſe de generatione ſimpliciter, & ſubſtantiali, non autem de accidentali, quia in corruptione accidentali vnius non ſemper ſequitur generatio alterius: ſed neque multiones apta eſt ſequi, vt cùm corrumpitur lumen.

Certum tertiò eſt, vt ex contextu patet, Ariſtot. hoc axioma protuliſſe t. de Generat. 17. & 22. & 3. Phyſic. tantùm vt oſtenderet cur mundus aliquando non finietur, cùm continuò fiant corruptiones; ait ergo, quia corruptio vnius eſt generatio alterius, vt ſenſus ſit, dum generatur vnum compoſitum, aliud corrumpitur.

Prima concluſio. Quando corrumpitur aliquod compoſitum, quod vnicam habet formam ſubſtantialem, ſemper ad eius corruptionem ſequitur alterius formæ generatio, & econtrà. Valet hæc concluſio in elementis; & corporibus ſimplicibus.

Probatur, quia non corrumpitur forma præterita niſi ab aliquo agente, ergo quia ſuam introducit; omne enim agens agit vt producat ſibi ſimile, & etiam quia non corrumpitur forma ab agente niſi per formas introductas contrarias, ergo per formas, quæ ſint aptæ producere formam oppoſitam; ſi enim non eſſent aptæ producere, nec poſſent corrumpere. Secundò, ſi corrupta forma in corporibus ſimplicibus non introduceretur alia, materia remaneret nuda, id autem implicat, vt diximus.

Secunda concluſio. In compoſito, quod conſtat pluribus formis ſubſtantialibus ſubordinatis, non ſemper corruptionem vnius ſequitur generatio alterius.

Probatur, quia non ſequitur hoc inconueniens, quòd videlicet materia nuda remaneat, ſi enim corrumpatur forma principalis, remanent partiales.

Ex his patet, quonam pacto corruptionem ſubſequitur generatio: non quidem formaliter, non identicè, non cauſaliter, ſed tantùm concomitanter, vel conſecutiuè; non ſemper, ſed tantùm in corporibus ſimplicibus, idque ſufficit ad axiomatis illius veritatem, & Ariſt. mentem explicandam. *Generatio quomodo ſubſequatur corruptionem.* Atque adeo patet quid reſpondendum ſit cùm *Obiiciunt* in diuiſione alicuius continui fieri duo tota, nihil tamen corrumpi: vel contrà, in nutritione corrumpi alimentum, & nouum compoſitum non generari: in morte animalis perire animal, & nouam formam cadaueris non produci: & corruptis pluribus formis elementorum non generari niſi vnicam formam mixti; licèt enim quidam reſpondeant axiomatis ſenſum eſſe tantùm mutuam connexionem vtriuſque, generationis videlicet, & corruptionis, oſtendere, non verò vt tot debeant eſſe generationes, quot corruptiones: & in morte animalis, licèt nulla forma ſimpliciter producatur, produci tamen ſecundùm quid formas partiales, id eſt in ratione formæ vltimæ: cùm alimentum corrumpitur, licèt non generetur compoſitum ſimpliciter, generari tamen ſecundùm quid nouum compoſitum per aggenerationem, cum forma præexiſtens extenditur: in diuiſione denique dum producuntur duo tota, adhuc eſſe aliquam corruptionem ſaltem quoad integritatem præcedentis totius; Rectiùs his omnibus reſpondetur, vt diximus, axioma non eſſe verum vniuerſaliter, ſed tantùm in generatione, & corruptione corporum ſimplicium; in aliis verò non ſemper verificari.

Sectio III.

Quid ſit corruptio, & an poſſit dici naturalis: & quomodo à natura intendatur.

PRIMA *concluſio.* Corruptio ſimpliciter ſumpta eſt deſitio totius permanente ſubiecto.

Dicitur deſitio vt diſtinguatur à generatione, in qua forma fit: dicitur totius, vt diſtinguatur à corruptione ſecundùm quid: Dicitur permanente ſubiecto, vt ab annihilatione diſtinguatur, in qua nil remanet. Patent omnia ex dictis.

Secunda concluſio. Corruptio dicitur naturalis tum reſpectu materiæ, tum etiam reſpectu formæ, & compoſiti, prout naturale contra-

diſtinguitur ab artefactis, & à ſupernaturali, & tantùm ſignificat quòd ſit ab agente naturali, vel quòd rei naturam ſequatur. Patet, quia corruptio formarum naturalium neque eſt ab arte, neque ab agente ſupernaturali; ſi verò naturale ita accipiatur, vt etiam importet inclinationem, & appetitum, ſit

Tertia concluſio. Corruptio per ſe non eſt naturalis neque materiæ, neque formæ, neque compoſito.

Prima pars probatur, quia materia eſt tantùm indifferens ad mutationem, ergo corruptiu non erit illi naturalis.

Præterea, materia per ſe tantùm appetit formas, & corruptio ſequitur per accidens ex incompoſſibilitate formarum ad inuicem, ergo corruptio non eſt naturalis reſpectu materiæ.

Secunda pars probatur, quia neque compoſitum, neque forma poſſunt appetere non eſſe, ergo neque propriam corruptionem, ergo corruptio neutri naturalis.

Quarta concluſio. Corruptio intenditur à natura tantùm per accidens: ſola generatio intenditur per ſe.

Probatur, quia intantum corruptio appetitur, quatenus ad generationem conducit.

Præterea corruptio ſicut ad pulchritudinem pertinet vniuerſi, ſic à natura intenditur: pertinet tantùm per accidens, ergo per accidens intenditur. Minor patet, quia corruptio nullam habet in ſe rationem bonitatis, ſed tantùm in ordine ad generationem.

DISPVTATIO III.

De cauſis actiuis generationis.

CAVSÆ actiuæ aliæ dicuntur agere vt quod, & ſunt ipſa agentia, ſeu ſuppoſita, quæ denominantur agere, & comprehendunt primam, & ſecundam cauſam: Aliæ vt quo, & ſunt principia agendi. De cauſis primo modo acceptis egimus in Phyſicis, vbi diximus quomodo ſecunda cauſa dependeat à prima, & quid ab ea recipiat. Nunc quærimus de cauſis actiuis ſecundo modo ſumptis. Ideo ſit

---

SECTIO PRIMA.

An principium, quo agit ſubſtantia, ſit ſubſtantia, vel accidens.

SENSVS eſt, an ſubſtantia formaliter in actionibus agat immediatè, an verò mediis accidentibus ſiue realiter, ſiue formaliter ab ea diſtinctis.

Prima ſententia eſt veterum quorumdam, qui dixerunt cauſas ſecundas non eſſe verè cauſas, atque adeo nec verè agere, & principium agendi vt quo actiuum non eſſe neque ſubſtantiam, neque accidens, ſed Deum ad præſentiam earumdem operari, ad præſentiam ignis calefacere, ad præſentiam aquæ frigefacere. Hos ſecutus eſt Gabr. in 4. diſt. 1. quæſt. 7. *Gabriel.*

A Mouetur, quia poteſt Deus ſe ſolo efficere omnia, ergo fruſtra dantur cauſæ ſecundæ. Præterea, quia ſequeretur quòd cauſæ ſecundæ creatent, quia omnis forma fit ex nihilo ſui.

Secunda ſententia eſt Auicen. 9. Met. 7. qui putauit ſubſtantiam non concurrere neque mediatè, neque immediatè ad ipſam productionem ſubſtantiæ, ſed tantùm diſpoſitiuè, videlicet diſponendo materiam: formam verò introduci à quadam intelligentia abſtracta, quæ ab ipſo dicitur Cholchodea, à qua omnes formæ ſubſtantiales producuntur. *Auicennas.*

Fundamentum eſt, quia naturalia non agunt niſi per accidentia; accidentia autem nequeunt B producere ſubſtantiam, ergo ſi nequeunt accidentia producere ſubſtantiam, neque ſubſtantia ſubſtantiam, cùm ſubſtantia agat per accidentia. Sequitur ex parte Niphum, qui vult ſaltem in viuentibus formas ſubſtantiales produci ſolùm à primo motore. *Niphus.*

Tertia ſententia fuit Auicembr. in lib. Fontis vitæ, qui volebat nullam ſubſtantiam corpoream poſſe agere, ſed cuique ineſſe ſpiritualem virtutem, qua mediante agat. *Auicemb.*

Sed hæ ſententiæ ferè ab ſcholis reiectæ. Celebtiores verò ſunt quæ ſequuntur.

Quarta ergo ſententia eſt Scot. in 1. diſt. 37. quæſt. 1. & in 4. diſt. 12. quæſt. 3. Ocham. in C 2. quæſt. 23. Durand. in 2. diſt. 1. quæſt. 13. docent principium, quo ſubſtantia ſubſtantiã producit, eſſe ſubſtantiam; accidentia verò neque tanquam agentia principalia, neque tanquam inſtrumenta ad ſubſtantiæ productionem concurrere: ſed accidentia ſolùm diſponere materiam, in quam deinde ſubſtantia immediatè, & principaliter ſubſtantiam producit. *Scotus. Ochamus. Durandus.*

Quinta ſententia eſt omnino oppoſita; Peter. lib. 5. cap. 13. Soncin. 7. Met. quæſt. 7. & aliorum, qui volunt principium principale, quo ſubſtantia producitur eſſe tantùm accidens. *Pererius. Soncinas.*

Sexta ſententia eſt Suarez diſp. 18. ſect. 2. & communis, & vel [illegible] media; docet enim accidens producere ſubſtantiam tanquam ſubſtan- D tiæ inſtrumentum, ſed non abſque influxu ſubſtantiali, qui erit vel à forma ſubſtantiali, ſi ſit præſens, vel ab aliqua cauſa ſuperiori, quæ eminenter effectum contineat, vt Deus, & Sol. *Suarez.*

Septima ſententia eſt D. Thomæ 1. parte quæſt. 45. art. 5. Albert. in 2. diſtinct. 12. art. 12. Ægid. in Theorem. Prop. 43. Ferrar. 4. contra gent. cap. 66. Capreol. in 4. diſtinct. 12. quæſt. 2. Caiet. 1. part. quæſt. 54. art. 3. Conimb. 2. Phyſic. cap. 7. quæſt. 18. Albertin. princip. 2. quæſt. 2. qui tenent ſubſtantiam producere ſubſtantiam mediis accidentibus, ita vt ſubſtantia non agat immediatè, nec per ſeipſam in illam immediatè influat, ſed accidentia tanquam E inſtrumenta ſubſtantiæ productionem attingant. *D. Thom. Albertus. Ægidius. Ferrarien. Capreolus. Caietanus. Conimb. Albertinus.*

Octaua ſententia eſſe poteſt, quam refert ex Caietan. 1. part. quæſt. 54. artic. 3. Pater Areſ. ſect. 4. quæſt. 20. & nonnulli recentiores ſequuntur, quæ docet neque formas ſubſtantiales, neque accidentales eſſe principium, quo ſubſtantia producatur: ſed neque ſubſtantiam propriè produci per aliquam actionem nouam diſtinctam ab alteratione, ſed poſito calore, verbi gratiâ, vt octo reſultare formam ignis.

Nona ſententia, quæ ferè cum Auicenna

Areſius.

A coincidit, eſt noſtri doctiſſimi Patris Areſij hîc concluſ. 5. qui negat in ſubſtantia principium actiuum tum mediatum, tum immediatum, quo poſſit ſubſtantiam producere; virtutem verò producendi ſubſtantiam ſoli primæ cauſæ attribuit.

Sectio II.

Fertur de relatis ſententiis iudicium.

PRIMA *ſententia* aſſerens cauſas ſecundas non eſſe verè cauſas iure à D. Thom. ſtulta, B à Suarez erronea, & catholicæ veritati oppoſita exiſtimatur. Idem dicendum eſt de tertia ſententia; Ideo ſit

Prima concluſio. Cauſæ ſecundæ, & particulares tum ſpirituales, tum corporeæ poſſunt eſſe veræ cauſæ. Eſt contra auctores primæ & tertiæ ſententiæ Auicembr. Gabriel. & veteres.

Probatur primò, ſenſibus ipſis videmus effectus aliquos non produci niſi à propriis cauſis, ignem videlicet calefacere, & niuem frigefacere; at ſi Deus eſſet, qui calefaceret ad præſentiam ignis, non eſſet ratio cur etiam interdum non calefaceret ad præſentiam aquæ.

C Confirmatur, ſunt effectus, qui non poſſunt fieri niſi à cauſis creatis, & nullo pacto à Deo immediatè, quia dicerent imperfectionem; actus enim vitales non poſſunt fieri niſi à principio intrinſeco vitali, ſic viſio non niſi ab oculo. Præterea experimur, quòd nos ſumus, qui intelligimus, nos qui volumus, nos qui ſentimus, ergo non Deus ad præſentiam intellectus, vel voluntatis; alioquin tolleretur meritum, & pœna, & actiones neque eſſent meritoriæ, nec demeritoriæ, nulla laus, nulla libertas.

Cauſæ ſecundæ cur veræ cauſæ?

Denique non diſtinguerentur viuentia à non viuentibus, fruſtra res haberent varias facultates, & virtutes, ſatiſque eſſet ſi Deus ad præſentiam cuiuſque opus efficeret: nec ad calefaciendum D requireretur in agente calor, nec ad frigefaciendum frigus: neque ex effectibus poſſemus venari cauſas, & ex perfectioribus operationibus cauſarum excellentiam, & perfectioné.

Secundò probatur cóclusio, virtus actiua cauſis ſecundis non repugnat, cùm potiùs conſentaneum cuique rei ſit poſſe agere, & producere ſibi ſimile, ergo iis concedenda. Antecedens patet, cùm ad agendum non requiratur virtus omnino independens, & infinita.

Tertiò probatur ex ſcripturis. Gen. 1. *germinet terra herbam virentem*. Luc. 21. *Arbores, cùm producunt iam ex ſe fructus*.

E *Ad primam rationem* in oppoſitum reſpondemr, non fruſtra dantur cauſæ ſecundæ, licèt Deus ſe ſolo poſſit agere, quia ſic magis elucet diuina bonitas, & ita eſt magis conſentaneum rebus, & pulchritudini, & perfectioni vniuerſi.

Ad ſecundam, licèt formæ fiant ex nihilo ſui, non dicuntur tamen fieri ſimpliciter ex nihilo, cùm ex ſubiecto educantur, ad quod virtus infinita non requiritur, vt alibi docuimus.

Obiectio.

Obiicit Auicemb. agens debet eſſe intime præſens paſſo vt agat, corpora autem non poſſunt eſſe intimè præſentia, cùm ratione quantitatis non poſſint ſibi inuicem penetrari, ergo neque poterunt agere.

Reſpondetur, ad actionem non requiritur intima præſentia, ſed ſufficit propinquitas, vt dicemus.

Secunda concluſio. Formæ ſubſtantiales nedum diſpoſitiuè concurrunt ad productionem ſubſtantiæ, ſed etiam effectiuè principaliter poſſunt influere ad eiuſdem generationem, formã videlicet educendo è materia. Eſt contra ſecundam, & nonam ſententiam.

Probatur, quia ad producendam ſubſtantiam neque ex parte rei factæ, neque ex modo, quo fit, requiritur infinita virtus, & independens, vt rectè Suarez num. 15. ergo illa non eſt deneganda ſubſtantiis. Præterea, forma ſubſtantialis producenda non excedit perfectionem cauſarum ſecundarum, éſtque eiuſdem rationis, & ordinis, neque apparet vnde oriatur implicantia, vt patebit ex dicendis.

Tertia concluſio. Formæ ſubſtantiales non ſunt actiuæ immediatè, ſed mediis agunt accidentibus, & accidentia ſunt ſufficientia principia productiua ſubſtantiæ. Eſt contra Scot. & auctores quartæ ſententiæ.

Prima pars probatur, in formis ſubſtantialibus neceſſariò dandæ ſunt potentiæ operatiuæ, quibus operentur, & producant ſibi ſimile. Modò ſic, vel potentia operatiua eſt ſupra eſſentiam formę ſubſtantialis, & quid ſuperadditum: vel eſſentia illius; ſi primum, ergo ſubſtantia non agit immediatè, ſed mediis potentiis: ſi ſecundum, contra eſt, quia ſicut ſe habet poſſe ad eſſe, ita potentia ad eſſentiam. ſed poſſe non eſt eſſe, ergo potentia non eſt eſſentia. Maior videtur clara, minor patebit in lib. de anima; nunc probatur inductione per ſingula, anima enim intelligitur eſſe antequam intelligatur poſſe; ad concipiendam enim animam ſatis eſt, ſi concipiamus actum corporis organici, tunc autem nulla concipitur potentia, ſic etiam ignis, & aqua priùs concipiuntur in eſſe proprio, antequam concipiantur potentes producere ſibi ſimile. Denique ſicut operari ſupponit priùs conſtitutum poſſe, ita poſſe ſupponit eſſe.

Dices, licèt poſſe ſupponat eſſe in ſubſtantiis, non tamen ſtatim fit vt ſubſtantia agat mediatè; Deus enim agit vt potens eſt, & poſſe ſupponit eſſe, & tamen dicitur agere immediatè.

Contrà, ideò Deus dicitur agere immediatè, quia potentia non concipitur illi aduenite, ſed eſt de eius eſſentia, & nullum accidens mediat inter eſſentiam, & actionem; licèt enim Deus agat vt potens, tamen potentia eſt de eſſentia Dei, ita vt nequeat concipi adæquatè, & perfectiſſimè Deus niſi concipiatur potens; in ſubſtantiis verò creans non ſic poteſt ſubſtantia optimè, & perfectiſſimè concipi quoad eſſentiam, abſque quod intelligatur potentia: Hinc fit vt formæ ſubſtantiales, dum agunt vt potentes, dicantur agere mediatè non immediatè, quia videlicet attingunt effectum per aliquod, quod non eſt illi eſſentiale, & intrinſecum; ſed hoc argumentum tantùm probat concurrere mediatè ſubſtantiam formaliter ſumptam, & ſecundùm noſtrum conceptum, & reuera non tollit immediationem ſubſtantiæ materialiter ſumptæ. Ideo

Secundò probatur concluſio, & quod neque materialiter ſubſtantia concurrat immediatè, præſertim in actionibus tranſeuntibus, de quibus præcipuè loquimur, ſed medijs accidentibus. Verè homo dicitur generare hominem, leo leonem, & tamen iacto ſemine in capacem materiam neque homo neque leo immediatè operantur, ſed tantùm medio ſemine, ergo in actionibus tranſeuntibus non agunt immediatè ſubſtantiæ.

Reſpondet Scotus, & concedit neque hominem propriè generare hominem, neque leonem leonem, & viuentia, quæ per ſemen generantur, produci à ſolo Deo, cùm non poſſint à ſolo ſemine procedere, neque à cælo; imò addit perfectiora viuentia minùs eſſe actiua in generatione ſui ſimilis, quàm imperfectiora. Sed

Quàm facilè id patiatur communis ſenſus nedum philoſophorum, ſed hominum omnium, ipſe videat. Præterea, generationis nomen primum locum obtinet in eo quod maximè viuit, & eſt prima vita, Deus ergo propriè dicetur generare quòd perfectiori modo viuit, ergo falſum quòd perfectiora viuentia minùs ſint actiua.

Tertiò probatur concluſio principio illo euidenti ferè lumine naturali, quòd nullum agens poteſt agere in diſtans, ſed id in ſententia Scoti neceſſariò ſequitur, ergo. Sequela minoris probatur, quia dum ſol aurum producit, non eſt præſens immediatione ſuppoſiti, ſed tantùm virtutis in viſceribus terræ, ergo ſi ſol ſecundùm ſubſtantiam agit, agit in diſtans.

Secunda pars probatur, quòd videlicet accidentia ſint principia ſufficientia productiua ſubſtantiæ, videmus enim calorem ſeparatum ab igne, & in fœno excitare ignem: id ipſum accidit in reflexione ſpeculi; hæc autem actio non poteſt tribui niſi accidentibus, vt patebit infrà.

Confirmatur primò, accidentia data ſunt ſubſtantiis vt inſtrumenta, ergo illis debent vti in generatione, & ſi iis non vtuntur in generatione, non poterunt vocari inſtrumenta, quia accidentia reſpectu aliorum accidentium habent potiùs rationem cauſæ principalis; ſunt enim principia vniuoca, & eiuſdem ordinis, & perfectionis cum effectu.

Confirmatur ſecundò, quia accidentia totum eſſe habent reſpectu ſubſtantiæ, & in ordine ad ſubſtantiam, ergo totam virtutem actiuam tribuit illis natura ad ſubſtantiam; virtus autem actiua eſt efficientia, ergo debent poſſe accidentia efficere ſubſtantiam, quòd ſi efficiant, non eſt quòd ſubſtantia agat immediatè.

Confirmatur tertiò ex ratione ipſius inſtrumenti, inſtrumenta tunc dantur, vt, cùm agens non poteſt per ſeipſum attingere effectum, attingat medijs inſtrumentis, & ideo Deus inſtrumenta non habet, quia poteſt ſeipſo omnia attingere, ſed data ſunt ſubſtantiæ inſtrumenta, ergo nequit ſubſtantia immediatè effectum attingere.

Denique probatur vniuerſaliter concluſio, ſubſtantia ex ſe eſt indifferens ad diuerſas actiones, nec poteſt ſeipſa determinari, ergo neque poteſt ipſa immediatè agere. Antecedens probatur, quia illa, quæ ex ſe poſſunt plura facere, & non poſſunt per vnum, & idem principium determinari, indigent potentiis, quibus

A mediantibus efficiant hunc, vel illum effectum, ſic anima per potentiam viſiuam determinatur ad viſionem, per nutritiuam ad nutritionem, & intellectui, quia eſt principium plurium intellectionum, & actuum eſſentialiter diſtinctorum, ideò adduntur diuerſi habitus, & ſic per habitum phyſicæ operatur phyſicè: per habitum prudentiæ operatur prudenter. Sed

Dices, ſicut intellectus, quamuis determinetur per habitus ſcientiæ, tamen adhuc concurrit immediatè ad actus ſcientiæ, ita licèt forma determinetur per accidentia, poterit adhuc immediatè operari.

Reſp. nego conſequentiam, intellectus non
B ſolùm determinatur per habitus, ſed etiam completur in eſſe potentiæ, ita vt habitus non ſint inſtrumenta intellectus, ſed compartes, & concauſæ in genere efficientis, quæ ſine intellectu nihil poſſent; Accidentia verò data ſunt ſubſtantiis vt inſtrumenta, non vt concauſæ; inſtrumenta autem naturalia ſubeunt vices ſubſtantiæ, & à ſubſtantia etiam ſeparata operantur, & in aliqua generatione poſſunt ſola efficere totum effectum ſubſtantialem: quòd ſi id ſemel efficiunt, cur dicemus etiam ſubſtantias immediatè agere. Sed

Obiicit primò Scotus, ſubſtantia poteſt immediatè pati, ergo & immediatè agere. Ante- *Obiectio 1. Scoti.*
C cedens patet in materia.

Reſpondetur, ſicut non omnis ſubſtantia poteſt immediatè pati, ita neque neceſſe eſt vt omnis ſubſtantia immediatè agat, & ſicut aliqua immediatè patitur vt materia, quæ eſt pura potentia, ita aliqua immediatè agit, vt Deus, qui eſt purus actus: poteſt autem materia immediatè pati, nec indiget accidentibus, quia ad patiendum non debet ipſa determinari, ſed agens eſt, quod determinari debet, & potentiis indiget, non autem materia.

Subſtantia an immediatè agat ſicut immediatè patitur.

Dices, materia dicitur immediatè pati, licèt non poſſit pati niſi ſit priùs extenſa per quantitatem, ergo etiam forma dicetur immediatè agere, licèt priùs determinetur à potentiis.

D Reſpondetur nego paritatem, quantitas enim non eſt inſtrumentum quo materia patitur, ſed tantùm conditio requiſita; forma autem immediatè recipitur in materia, ideo materia immediatè patitur: potentia verò reſpectu formæ ſunt inſtrumenta, quibus formæ agunt.

Obiicit ſecundò, cur ſubſtantia non immediatè agit? non quia ſubſtantia creata eſt imperfecta, quia accidens eſt longè imperfectius, & tamen immediatè agit: Non quia eſt ſubſtantia maximè perfecta, quia etiam Deus immediatè agit. *Obiectio 2.*

Reſpondetur, omiſſa Caiet. & Fonſecæ reſponſione, ideo ſubſtantia non agit immediatè,
E quia ipſa eſt indifferens, & debet determinari ad hunc, vel illum effectum producendum: determinatur autem à potentiis: Deinde, accidentia ſunt inſtrumenta ſubſtantiæ, ergo ne fruſtra data ſint, debet illis vti: Denique ideo ſubſtantia creata non agit immediatè principaliter, qui hic modus operandi dicit ſummam perfectionem in ſubſtantia; dicit enim maximam independentiam, vt patet in Deo, ideo talis operandi modus creatæ ſubſtantiæ non competit, quæ eſt tantum perfecta in genere.

Aſſignatur vera ratio cur ſubſtantia agat immediatè.

Obiicit tertiò, elementa reducunt ſe ad priſtinas qualitates, aqua videlicet ad priſtinum *Obiectio 3.*

frigus, id autem nullo medio accidente.

Reſpondet Fonſeca, paſſionem non effici à ſubiecto, ſed ab eo agente, à quo ſubiectum producitur.

Sed probabilius puto paſſiones effici à proprijs principijs, neque enim eſſentiæ ſunt tantùm cauſæ ſubiectiuæ, ſed etiam efficientes ſuarum paſſionum, & Ariſtot. cùm ait, *ſcire eſt cauſas paſſionum cognoſcere*, non intelligit cauſas ſubiectiuas, ſed effectrices; hoc enim eſt, cùm videlicèt ſcimus propter quod res eſt, non cùm in quo res ſubiectatur.

Præterea, neque poteſt concipi quonam pacto paſſiones ſint à generante; cùm enim generans reproducit frigus, vel producit idem numero frigus eadem numero actione, vel diuerſa diuerſum frigus; non poteſt eſſe eadem actio, quia iam illa tranſijt, & effecit quod potuit, cùm actio non ſit factiua: Neque poteſt eſſe idem numero frigus, quod iam corruptum eſt, cùm à priuatione ad habitum non detur regreſſus. Sed neque diuerſa actio, neque diuerſum frigus quia multoties agens non eſt, vt ſi ſit corruptum, atque adeo neque erit actio.

Congruentiùs ergo dicetur formam eſſe principium actionum. Ad argumentum ergo

Reſpondetur, ad hoc vt paſſiones dimanent à ſubiecto, & potentiæ ab eſſentia, non requiritur alia potentia, noua actio, & nouus influxus, vt fit in generatione; paſſiones enim non fiunt per veram actionem, ſed tantùm per quandam dimanationem, ideo nec ſequitur proceſſus, nec alia potentia requiritur, vt potentiæ dimanent. Ratio à priori eſt, cur ad hoc vt potentiæ dimanent, non requiratur potentia, quia omnis natura intrinſecè petit ſuas proprietates, éſtq; determinata ad connexionem cum illis, & non eſt indifferens; ad alterandum verò, vel generandum non eſt actualiter determinata, ideo indiget potentijs; neque enim eſſe rei pendet à generatione ſui ſimilis, cùm pleræque res nec ſibi ſimile poſſint generare, vt Angelus. Ex quo patet præcipuum diſcrimen inter actionem, & dimanationem.

Obiectio 4. *Obiicit quartò* Suarez. Ideò cauſæ ſecundæ dicuntur agere, quia nulla eſt ratio cur illis denegetur actio, ſed nulla eſt ratio cur ſubſtantijs negetur immediata actio, ergo ſubſtantiæ immediatè agent.

Confirmatur, quia aliter forma ſubſtantialis non eſſet principium per ſe eductionis, quod eſt abſurdum, quia formæ dicuntur operatiuæ, & productiuæ ſui ſimilis; at non eſſent operatiuæ, ſi non actu influerent. Denique non daretur inter ſubſtantias generatio vniuoca, quæ fit à principio vniuoco cum effectu ſuo.

Reſpondetur nego minorem, cauſa enim cur ſubſtantia non agat immediatè eſt, quia videmus accidentia agere, & producere ſubſtantiã, ergo ſignum eſt quod illis vtatur ſubſtantia; quod ſi ſemel concedatur, non eſt recurrendum ad immediatam actionem ſubſtantiæ, vt patebit infrà.

Qua ratione ſubſtantiis negetur immediata actio.

Ad primam confirmationem, ſi per non actu influere intelligit ſubſtantiam non influere per ſuam actionem immediatam, diſtinctam ab actione accidentium, concedo: Si verò intelligas ſubſtantiam non cauſare ſubſtantiam, & nullo modo effectum dependere ab illa, nego; quia effectus dependet ab accidentibus, vt

A ſunt quid ſubſtantiæ, & ſubſtantia agit ijs mediantibus, vt virtutes propriæ ſunt; quare licèt ſubſtantia principalis corrupta ſit, dependet effectus formaliter ab illa, in quantum continetur in ſua virtute. Hinc

Ad ſecundam confirmationem, ſubſtantia dicitur producere, & generare ſimile in principio vniuoco mediante ſuo inſtrumento, neque enim vt dicatur aliquid agere, debet immediatè operari, vt inductione patet in multis.

Quarta concluſio. Accidens attingit productionem ſubſtantiæ, non vt cauſa principalis, ſed vt inſtrumentalis.

B Prima pars probatur primò contra Scotum, qui volebat accidentia tantùm diſponere materiam, non autem educere formam, & ſubſtantiam attingere; quia accidentia ſunt inſtrumenta ſubſtantiæ: inſtrumenta autem debent effectum attingere.

Secundò, ideo accidens non poſſet attingere ſubſtantiam, quia non eſt proportio inter effectum ſubſtantialem, & principium accidentale, ſed eſt proportio, ergo. Minor probatur, quia ſicut connaturale eſt ſubſtantiæ vti inſtrumentis accidentalibus in productione ſubſtantiæ, ita erit connaturale ſubſtantiæ ab illis fieri, ſi enim eſſet improportionatum ſubſtantiæ fieri per accidentia, eſſet improportiona-
C tum agenti ſubſtantiali illis vti.

Tertiò, in percuſſione ſilicis generatur ignis ex ſolo motu locali. Item animalia interdum generantur ex putri, tunc autem nulla aſſignari poteſt ſubſtantia, quæ operetur, ergo tunc accidens attinget productionem ſubſtantiæ. Antecedens patet, quia nec cælum poteſt eſſe cauſa principalis viuentium, cùm non ſit viuens. Præterea cæli ſubſtantia non eſt proxima, agit ergo medijs qualitatibus, at idem poterit dici de inferioribus: Sed neque aſſignari debet cauſa prima, licèt aliter alibi quaſi per tranſitum docuimus, & nunc rem meliùs conſideranti videtur, quia ſi hoc ſemel concedamus, non eſſet ratio
D cur tantopere inueheremur contra illos, qui dicunt Deum ad præſentiam agentium producere effectus.

Confirmatur, quando ſubſtantia non adeſt, vel accidentia operantur ſimul cum Deo, & ſic habemus intentum, quòd videlicet accidentia attingant ſubſtantiam: ſi accidentia non agunt, ſed tantùm Deus, ergo cùm ſunt ſimul cum ſubſtantia, ſola ſubſtantia operabitur, quod ſuprà refutatum eſt. Quòd ſi anima rationalis à ſolo Deo producatur, id eſt quia anima eſt immortalis, immaterialis, nec à materiali agente poteſt produci, & id certò ſcimus. At non certò ſcimus accidentia non poſſe producere ſubſtan-
E tiam, ergo non ſtatim recurrendum ad cauſam primam.

Obiicies primò, principium debet eſſe proportionatum effectui, ſed effectus eſt ſubſtantia, ergo principium debet eſſe ſubſtantia. Obiectio 1.

Reſpondetur, accidens eſt proportionatum ſubſtantiæ in ratione inſtrumenti, licèt ſit improportionatum in ratione entis.

Quæ proportio accidentis ad ſubſtantiã.

Secundò dico, accidens eſt valde proportionatum, quia agit vt virtus ſubſtantiæ, vt [illegible] autem poteſt producere ſubſtantiam, quia [illegible] gitur vice ſubſtantiæ, ſicut qui fungitur vice Regis, poteſt actiones habere in m[illegible] ſe.

Obiicies ſecundò, non poteſt [illegible] entia mate- Obiectio 2.

rialis accipi vt ioſtrumentum ad tes ſpititoales, putaꝟ. g. ad intellectiones eliciendas, ergo neque accidens ad producendam ſubſtantiam.

Quomodo accidens in ſubſtantiã & ſi materiale non agat in ſpirituale neque vt inſtrumentum

Reſpondetut, nego paritatem, quia certò ſcimus nullum mateтiale poſſe eſſe inſtrumentum immaterialis, quia materiale non poteſt agere in ſpitituale: non ſic dicendum de accidentibus; videmus enim quòd ſubſtantia iis vtatur in productione ſubſtantiæ, ergo ſignum eſt quòd poſſint in ſubſtantiam agere.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, vel accideutia operantur virtute propria, & non, quia oullum ignobilius habet virtutem proptiam ad ſe nobilius: nec virtute ſubſtantiæ, quia id nequit explicari. Probatur, vel enim hæc virtus ſubſtantiæ eſt B diſtincta ab accidenti, vel non: ſi oon, ergo non magis ſubſtantia fit virtute ſubſtantiæ, quam accidentis: ſi diſtincta, vel eſt ſubſtantia, vel accidens; ſi accidens, peto quomodo producat oobilius ſe: ſi ſubſtantia, ergo iam ſubſtantia immediatè aget.

Accidens qua virtute agat.

Reſpondetur, accidens agete in virtute ſubſtantiæ, quæ virtus non eſt diſtincta ab accideoti, vt videbimus concluſiooe ſequenti.

Secunda pars quòd accidens non ſit cauſa principalis, contta Peret. probatur, nulla cauſa principalis poteſt producere aliquid ſe perfectius, accideos eùm producit ſubſtantiam producit aliquid ſe perfectius, ergo, Maiot probatur, quia agens non poteſt date niſi id, quod C habet in ſe vel formaliter, vel eminenter.

Confirmatur, quia illud dicitur agens principale cui aſſimilatut effectus, accidenti autem non aſſimilatur ſubſtantia. Præterea ex perfectione effectus rimamut perfectiotiem cauſæ, ſed ſi accidens vt cauſa principalis ſubſtantiam efficeret, id noo liceret, ergo. Maior patet; ideo enim dicimus viuens eſſe perfectius non vioeote, quia habet perfectiores operationes, vt ſunt actus virales.

Capreolus. Aureolus. Durandus. Soncinas.

Quinta concluſio. Inſtrumenta non recipiunt aliquid à ſubſtantia ad hoc vt poſſint ſubſtantiã tanquam inſtrumenta producere. Eſt contra D quoſdam Thomiſtas, præſertim Capteol. in 4. diſtinct. 1. quæſt. 1. att. 13. ad 3. Auteol. Durand. in 4. diſtinct. 1. quæſt. 4. Soncin. & alios, qui volunt produci in inſtrumento quandam formam imperfectam eiuſdem ſpeciei cum forma producenda, & continuò fluentem, quæ non ſit in inſtrumento oiſi dum agit.

Probatur, quia vel hæc forma ſubſtantialis imperfecta, & fluens eiuſdem ſpeciei cum forma producenda producitur ab accidenti: vel non; ſi ab accidenti, ergo ſicut illam poteſt producere, poterit etiam producere alteram, quæ eſt eiuſdem ſpeciei: ſi non producitur ab accidenti, ergo neque à ſorma ſubſtantiali, quia E hæc ſæpe non adeſt, vt in accidentibus ſepatatis.

Præterea ſi ſubſtantia poſſet producere baoc formam ſubſtantialem imperfectam ſine inſtrumento, cur non poſſet perfectam, cùm ſit eiuſdem ſpeciei? Item nec poteſt explicari quid ſit iſta virtus ſubſtantialis imperfecta in genere ſubſtantiæ, cùm ſubſtantia non ſuſcipiat magis, & minus.

Rurſus, iſta virtus ſubſtantialis imperfecta debet recipi in inſtrumento, at quis vnquam audiuit accidens eſſe ſubiectum ſubſtantiæ?

Denique ſucceſſiuum, & permanens non A poſſunt habère eamdem eſſentiam ſpecie, ergo illa virtus non poteſt eſſe eſſentialiter ſucceſſiua, & fluens, & eiuſdem ſpeciei eum forma ſubſtantiali permanenti.

Dices, quid ſi dicant non eſſe ſubſtantiam id, quod recipitur, ſed aliquid aliud?

Contrà, vel boc, quod recipitur, eſt accidens, vel non, ſi accidens eadem recurrit difficultas quomodo accidens agat, & concurrat virtute ſubſtantiæ: ſi ſecundum, explicetur quid ſit, erit ergo in eotum ſenteotia ſubſtantia.

Suarez.

Sexta concluſio. Accideotia non operantur adiuta ab aliquo influxu ſubſtantiali, qui ſit à forma ſubſtantiali; vel ſi ea ſit abſens, ab aliqua cauſa ſuperiori. Eſt contra Suarez diſput. 18. B ſect. 2. qui volebat accidens non recipere quidem aliquid à ſubſtantia, vt præcedeos ſententia; ſed virtutem, quam habet eſſe inſufficientem ad prodncendam ſubſtantiam; fieri autem ſufficientem per concurſum immediatum formæ ſubſtantialis immediatè operantis, vt cauſa principalis, ita vt effectus ſubſtantialis ſit tum à ſubſtaotia, tum ab accidente: à ſubſtantia quidem eleuante accidens vt agat cum ipſa tanquã inſtrumentum: ab accideuti tanquam à cauſa inſtrumeotali eleuata.

Prob. ex eo quòd ſubſtantia agat immediatè, noo perficitur accidens in ratione inſtrumenti, ſed manet ſicut antea, ergo ſi antea erat im-C proportiooatum ad effectum, & poſtca erit. Antecedens probatur, quia ſubſtantia agens non eſt in genere inſtrumenti, ſed in geoere cauſæ principalis, ergo ex eo quod agat cum accidenti, non perficit illud in genere inſtrumeoti, quo in genere eſſet perficiendum.

Confirmatur, ex eo quòd cauſa vniuerſalis agat cum cauſa ſecunda, illam non perficit in genere cauſæ ſecundæ, ſed illam relinquit in ſuo eſſe, oeque illam eleuat ad operandum ſupra ſe, ergo oeque ſubſtanoia ex eo quod agat cum inſtrumento, perficit illud, aut eleuat, ſed illud relinquit in ſuo eſſe. Conſequentia probatur, quia ideo Deus non eleuat cauſam ſecun-D dam, quia concurtit non in genere cauſæ ſecundæ, ſed primæ, & habet ſuum gradum diſtinctum, ſed cauſa principalis habet ſuum gradum diſtinctum, & agit tantùm vt principalis, ergo non eleuabit inſtrumentum vt poſſit agere in ſubſtantiam.

Confirmatur ſecundò, cauſa principalis adueniens nil confert formaliter inſtrumento, alioquin coinciderct cum ſententia præcedenti, ſed tantùm aliquid præſtat in ordine ad effectum, qui non poterat produci à ſolo inſtrumento, ergo aduentus ſubſtantiæ noo eſt perfectio inſtrumenti, ſed actionis & effectus, ergo ſi inſtrumentum antea non babebat perfe-E ctionem, & proportionem ex vi ſua cum effectu ſubſtantiali, neque poſt.

Denique, ſemper accidens temanet io genere inſtrumenti, licèt ſimul operetur cum ſubſtantia, ergo à ſubſtantia nunquam eleuatur.

Dices pto Suarez, accidens requirit ſubſtantiam vt agat, qùia agens completum eſt vtrumque: ſic nauis requirit decem, à quibus trahatur, & decem ſunt agens completum, & vnus non erit ſufficiens, ideò requirit cæteros.

Refellitur Suarez.

Contrà, quia ſect. 2. num. 6. ait ideo accidens requirit ſubſtantiam, ad boc vt accidens eleuetur ab illa, & quia eſt ignobilius, & im-

perfectius; tunc autem accidens non eſſet agens totale completum, ſed partiale. At cur accidens non eſt cauſa totalis? Certè, quia eſt ignobilius ſubſtantia, ſed adhuc ſi ponatur cauſa partialis, eſt ſubſtantia ignobilius, ergo neque poteſt eſſe cauſa partialis; cauſæ enim partiales vniuerſaliter ſunt intra idem genus, & ſemper in effectu eſt reperire aliquid, quod contineatur formaliter, vel eminenter in cauſa partiali, cuiuſmodi non reperimus in accidenti, ergo non erit accidens cauſa partialis.

Secundò probatur concluſio, ſi ſemel concedatur ſubſtantia agere immediatè, cur non eſt cauſa ſufficiens, & totalis ad effectum ſibi ſimilem producendum: & ſi accidens habet hanc perfectionem, poſſe videlicet producere ſibi ſimile, cur negatur ſubſtantiis?

Tertiò, ideò ſola accidentia non poſſunt attingere ſubſtantiam, quia ſunt valde imperfecta, & hæc videtur ratio adæquata, ergo per Suarez ſola ſubſtantia poterit attingere effectum. Conſequentia probatur, quia ſubſtantia, & cauſa principalis vel eſt vniuoca, vel æquiuoca, & vtroque modo vel eſt æquè, vel magis perfecta ſuo effectu.

Confirmatur, quia ſi imperfectior eſſentia habet imperfectiorem actionem, ergo iuxta hanc ſententiam perfectior eſſentia habebit modum perfectiorem, qui eſt poſſe producere per ſe totum effectum, cùm effectus non ſuperet perfectionem ſui principij.

Denique non placet hæc ſententia, primò, quia debet reſpondere argumentis Scoti, quomodo accidens poſſit ſubſtantiam attingere, & producere aliquid ſe perfectius: ſecundò, quia debet reſpondere quomodo ſubſtantia immediatè attingat ſubſtantiam: Tertiò, quia in inſtrumentis, & accidentibus ſeparatis recurrendum eſt ad cauſam vniuerſalem, ne dicatur ſolum accidens producere ſubſtantiam, vt fatetur Suarez.

Septima concluſio. Accidens in productione ſubſtantiæ nil recipit à ſubſtantia, quod ſit à ſe diſtinctum.

Probatur primò, in ſententia Suarez, dum ait creaturam, aquam v. g. per potentiam obedientialem actiuam, abſque quod recipiat aliquid, poſſe eſſe inſtrumentum phyſicum ad gratiam producendam, ergo vt aliquid dicatur eſſe inſtrumentum, non eſt neceſſe vt aliquod recipiat ab agente, ergo.

Secundò, ſemen ſeparatum nil poteſt recipere à ſubſtantia, cùm ſit loco diuiſum ab illa, ergo.

Reſpondet Suarez, tunc à Deo ſuppleri concurſum cauſæ ſecundæ.

Contrà, malum eſt recurrere ad cauſam vniuerſalem, cùm poteſt aſſignari ratio, quæ ſit conformior naturis rerum. Præterea, quia hac ratione poſſemus dicere totum effectum produci à Deo.

Octaua concluſio. Accidentia agere in virtute ſubſtantiæ non eſt aliud niſi illa eſſe potentias, & virtutes, quibus operantur ſubſtantiæ.

Probatur, quia vt aliquid ſit virtus alterius, ſatis eſt ſi intelligatur eſſe potentia operatiua illius, ſed accidens eſt potentia operatiua ſubſtantiæ, ergo. Minor conceditur ab omnibus; ideo enim ſunt data accidentia vt illis vteretur ſubſtantia tanquam potentiis. Maior probatur, A quia virtus præſertim naturalis debet eſſe potentia operatiua: Præterea, quia accidentia non dicuntur virtutes ſubſtantiæ, quia aliquid recipiunt ab illa diſtinctum à ſeipſis, ergo quia ipſa per ſe ſumpta ſunt virtutes, & potentiæ ſubſtantiæ.

Secundò, quicquid ponatur ſupra entitatem accidentis ſiue qualitas, ſiue ſubſtantia fluens, ſiue cauſa principalis agens, adhuc accidentia ſecundùm ſuam entitatem ſpectata ſunt virtutes ſubſtantiæ, quia ſecundùm ſuam entitatem ſunt inſtrumenta, & operatiua, & aſſumuntur à ſubſtantia ad effectum nobiliorem, ergo ad intelligendum accidentia eſſe virtutem ſubſtantiæ, B ſatis eſt quòd accidentia ſint talia, id eſt virtutes operatrices eiuſdem ſubſtantiæ. Id ipſum patet in potentiis animæ, quæ ſecundùm ſuum eſſe dicuntur inſtrumenta illius abſque alio ſuperaddito.

Sectio III.

Afferuntur rationes in contrarium, & diluuntur.

DIximus hactenus cum D. Thom. accidens eſſe cauſam inſtrumentalem totalem C ſubſtantiæ ad producendam ſubſtantiam, non quia aliquem influxum recipiat actualem à ſubſtantia, ſed quia eſſentialiter eſt inſtrumentum ſubſtantiæ, & accidens producere ſubſtantiam in virtute ſubſtantiæ nil aliud eſſe, niſi ipſum accidens eſſe virtutem ſubſtantiæ, eiúſque inſtrumentum potens ſubſtantiam producere. Sed

Obiectio 1.

Obiiciunt primò, nil perfectius poteſt attingi ab imperfectiori, ſaltem niſi eleuetur, & proportionetur, ergo impoſſibile, vt ſubſtantia producatur ab accidenti, niſi accidens per aliquem influxum actualem eleuetur, & proportionetur.

Quomodo accidens poſſit attingere ſubſtantiam ſe nobiliorē.

Reſpondetur, non neceſſe eſt vt accidens eleuetur ad producendam ſubſtantiam, quia eleD uatio requiritur ad ponendam proportionem requiſitam inter effectum, & cauſam. Modò accidens eſſentialiter, & ex ſe eſt proportionatum ſubſtantiæ inſtrumentum; proportio autem perfectionis non requiritur inter cauſam inſtrumentalem, & effectum, ſed tantùm inter effectum, & cauſam principalem; quod adeò verum eſt, vt inde innoteſcat quæ ſit cauſa inſtrumentalis, cùm videlicet cauſa producit effectum ſe nobiliorem, & perfectiorem, ideo negatur ſimpliciter conſequentia.

Inſtabis, verè accidens per nos attingit ſubſtantiam, licèt inſtrumentaliter; quomodo auE tem accidens, quod eſt ignobilius, poteſt ſubſtantiam attingere.

Reſpondetur, id quod eſt ignobilius alio, & nullo modo eſt virtus ſuperioris, & perfectioris agentis, concedo repugnare, & non eſſe principium ſufficiens ad nobiliorem effectū; poteſt eſſe autem principium ſufficiens effectus nobilioris, quod gerit vicem æquè, vel magis perfectæ cauſæ; ratio à priori eſt, quia ad talem effectum non operatur virtute propria, ſed cauſæ principalis, cum qua ſit coniunctum, vel nil refert, quia præſentia, vel abſentia formæ ſubſtantialis nihil confert ad nobilitatem, vel ignobilitatem accidentis, & ſi ſemel præſente ſub-

ſtantia poteſt producere effectum ſubſtantialem, poterit etiam ſeparatum, quando accidens tale eſt, vt noo iugiter dimanet à ſuo principio.

Obiectio 2.

Obiiciunt ſecundò, agens inſtrumentarium agit virtute agentis principalis, ergo aliquid ab eo debet recipere, aliter niſi aliquid reciperet, ageret propria virtute.

Confirmatur, inſtrumenta artis ſunt inſtrumenta inquantum recipiunt aliquid ab agente principali, ergo & naturalia inſtrumenta.

Accidens qua virtute agat.

Reſpondetur, nego conſequentiam, quia vt accidens agat virtute alterius, ſatis eſt vt ſit virtus, & facultas, & potentia alterius; neque ob id ſequitur agere virtute propria, nam agit vt virtus alterius eſt.

Ad confirmationem negatur conſequentia, ratio eſt, quia inſtrumenta artis non ſunt ex natura ſua inſtrumenta, ſed ex arte, & ideò ab illa dependent in complemento in genere inſtrumenti, & ſine ea non poſſunt operari: accidentia verò ex ſe ſunt inſtrumenta, & potentiæ operatiuæ ita inſtitutæ à natura, quare nullo indigent ſuperaddito.

Inſtabis, ſi accidentia poſſint ex ſe producere ſubſtantiam abſque quod aliquid à ſubſtantia principali recipiant, effectus pendebit à ſubſtantia remotè, & extrinſecè, & ſubſtantia verè non operaretur, quòd enim ſubſtantia ſit radix, vnde dimanat accidens, non facit vt ſubſtantia verè dicatur agere; ſed ſaltem ſequitur quòd extrinſecè ab ea dependet effectus.

Confirmatur, ſi Deus produceret calorem, qui poſtea calefaceret aliquid, Deus diceretur cauſa per accidens, & extrinſeca illius calefactionis, licèt primum illum calorem produxiſſet.

Subſtantia quomodo pendeat à ſubſtantia.

Reſpondetur, ſubſtantiam pendere à ſubſtantia mediis accidentibus: neque hoc eſſe ſubſtantiam non operari, & eſſe cauſam extrinſecam, quia ad hoc vt dicatur aliqua res cauſari, non neceſſe eſt habere efficientiam ab entitate cauſæ, ſed ſatis eſt ſi cauſetur ab aliquo ſui: ſic res pendet à fine, & finis dicitur verè cauſare per cauſalitatem ſuam, & motionem metaphoricam in operante, quæ motio prior eſt entitate finis principaliter intenti; neque ob hoc finis dicitur extrinſecè, & remotè cauſa, quia ſatis eſt ſi res fiat mediante cauſalitate finis; ita ſubſtantia verè pendebit à ſubſtantia ſi pendeat à virtute, & potentia ſubſtantiæ.

Ad confirmationem, nego paritatem, ideo enim in illo caſu Deus non diceretur cauſa propria effectus, ſed per accidens, quia accidens non eſt ordinatum ex natura ſua vt inſtrumentum, & facultas diuini auctoris, quòd ſi per impoſſibile Deus non concurreret ad illã calefactionem, & accidens ageret vt ipſius inſtrumentum, diceretur Deus cauſa propriè illius effectus, quia operaretur per proprias virtutes.

Inſtabis, id, quod non eſt, nullo modo poteſt cauſare, quomodo ergo res dicetur cauſari, & pendere à ſubſtantia, quæ aliquando non eſt, & contingit eſſe corruptam cùm effectus fit, vt ſi poſt præciſum ſemen animal moriatur.

Reſpondetur, id quod nullo modo eſt neque in ſe, neque in ſua virtute non poteſt cauſare, nec effectus ab illo pendere; ſubſtantia verò eſt in ſua virtute, quia accidens eſt, quod eſt virtus illius, ſic lapis dicitur moueri à proiiciente, etiam ſi proiiciens ſtatim moriatur, quia lapis mouetur à virtute producta in lapide ab illo. A

Obiectio 3.

Ariſtot.

Obiicies tertiò, ex Ariſt. 2. de Anima 41. calor eſt inſtrumentum nutritionis, quo producitur caro ex nutrimento, & eum vocat Ariſtoteles concauſam, & tamen calor eſt inſtrumentum, ergo inſtrumentum requirit ſubſtantiam vt coagentem.

Calor quomodo concauſa nutritionis.

Reſpondetur, Ariſtoteles vocat calorem concauſam non abſolutè, ſed quaſi diminuens, ait enim eſſe quodammodo concauſam, ideo nil contra nos. Requirit autem calor in nutritione cauſam coagentem, non ratione inſtrumenti vt ſic, ſed talis, vt videlicèt inſtrumentum nutritionis eſt, B quia calor in nutritione non quomodocunque agit, ſed moderatus à ſubſtantia, & quatenus attemperatus, & modificatur per temperiem naturalem: Tum etiam requirit præſentiam animæ ad agendum, quia nutritio eſt actus vitalis; hic autem non poteſt eſſe niſi à principio vitæ.

Obiectio 4.

Obiicies quartò, accidens poteſt virtute propria corrumpere ſubſtantiam, ergo & virtute propria illam producere.

Accidens qua virtute corrumpat ſubſtantiã.

Reſpondetur, nego antecedens, & conſequentiam; tantum enim poteſt virtute propria corrumpere diſpoſitiones oppoſitas, & per accidens ſubſtantiam deſtruere: vel Secundò, accidens corrumpere ſubſtantiam in virtute C ſubſtantiæ, ſicut & illam generat. Fateor tamen reſpectu corruptionis accidens non dici ita propriè inſtrumentum, cùm inſtrumenta non ordinentur per ſe ad corruptionem, & ad non ens.

Obiectio 5.

Obiicies quintò, primæ qualitates non ſunt inſtrumenta ſubſtantiæ, ergo nullum accidens eſt inſtrumentum ſubſtantiæ. Antecedens probatur, quia ſi calor eſſet inſtrumentum, eſſet tantùm inſtrumentum debitum ignis, ergo tantùm ignem deberet producere, quod eſt falſum, vt patet.

Primæ qualitates an inſtrumenta ſubſtantiæ.

Reſpondetur, primæ qualitates ſunt inſtrumenta nedum ad formas elemẽtares, ſed ad om- D nes corporeas; licèt autem calor, & ſiccitas ſint inſtrumenta ignis v. g. humiditas, & frigiditas aquæ, tamen omnes primæ qualitates ſimul ſumptæ mixtæ, & attemperatæ ex omnibus ſint inſtrumenta etiam mixtorum. An etiam detur quædam quinta qualitas fluens à forma mixti, per quam mixta operentur, tanquam per inſtrumentum, dicemus alibi, cùm de mixtione.

Sectio IV.

Enodantur nonnullæ aliæ difficultates.

E

PRIMA *difficultas*, cùm accidens producat ſubſtantiam vt virtus ſubſtantiæ eſt, an ſemper debeat aſſignari cauſa principalis, vel interdum ſufficiat ſola cauſa inſtrumentalis. Ratio difficultatis eſt productio ranæ ex pluuia.

Reſpondent communiter, certè non debere dari effectum, qui tantùm producatur à cauſa inſtrumentali, ſed omnem effectum tribuendum alicui cauſæ principali; laborant tamen in ea aſſignanda.

Quidam aiunt, eſſe ſolem; ſed non rectè, neque enim accidentia producentia ranam ſunt

Sol an cauſa principalis productionis ranæ.

inſtrumenta debita ſoli, cùm ſol huiuſmodi effectus nec formaliter, nec eminenter contineat, non poteſt eſſe ergo cauſa principalis.

Alij reſpondent, quòd cauſa principalis, in cuius virtute agunt hæc accidentia, dum huiuſmodi effectus producunt, ſit ſpecies eiuſdem effectus; qui producitur, ſic cauſa principalis ranæ, & culicis eſt ſpecies ranæ, vel culicis.

Species effectus an talis cauſa principalis.

Non placet; quomodo enim cauſa vniuerſalis poteſt eſſe cauſa phyſica huius effectus in indiuiduo, dum hæc nec à parte rei ſit, nec poſſit eſſe, & actiones ſint ſuppoſitorum?

Albertinus.

Reſpondent alij, vt Albertin. 2. Princip. Philoſoph. dub. 1. aſſert. 3. num. 13. Eſſe ranam indeterminatè ſumptam, & indiuiduum vagum. Quòd ſi inſtes, cauſa indeterminata, & vaga non poteſt concurrere ad effectum, reſpondent verum eſſe hoc, quando cauſa actu influit in effectum, non quando effectus illi tribuitur. Quòd ſi rurſus inſtes, non poteſt tribui effectus alicui cauſæ, niſi illa aliquo modo influxerit in effectum vel per ſe, vel per aliud, & cuiuſlibet denominationis debet dari fundamentum; rana autem indeterminatè nullo modo influit, atque adeo nec poteſt denominari cauſa principalis, cùm nullum appareat fundamentum, reſpondent ideo tribui ranæ indeterminatæ, non quia illa influat, ſed quia illud accidens producens ranam ſiue producatur à cælo, ſiue ab alio, eſt tamen proprietas ranæ, non cæli, quia intendit aſſimilare effectum ipſi ranæ, cuius eſt virtus propria. Sed

An indiuiduum vagum.

Contrà, quia hoc accidens ſit virtus propria producens ranam, [illegible] tantùm infertur accidens eſſe inſtrumentum productiuum ranæ, non tamen vt rana indeterminata ſit cauſa illius. Adhuc ergo ſupereſt difficultas, quænam ſit cauſa phyſica, principalis, realis, indiuidua, in cuius virtute operatur huiuſmodi accidens.

Reſponderem ergo; cùm philoſopho indignũ ſit ſtatim ad miracula, & ad primam cauſam recurrere, & in productione ranæ nulla cauſa principalis appareat, rectiùs dicendum puto quòd non omnis effectus requirit cauſam principalem, & indiuiduam, à qua producatur; re vera enim id non eſt neceſſe, ſed ſatis eſt ſi quilibet effectus habeat cauſam indiuiduam, à qua producatur; & ab effectu hæc ſola cauſa requiritur, non alia in cuius virtute agant accidentia.

An omnis effectus neceſſariò requirat cauſam principalem.

Secunda difficultas, quænam accidentia ſunt, quæ producunt ſubſtantiam, ea, quæ in paſſo, an quæ in agente?

Albertinus.

Reſpondetur, ea, quæ in paſſo. Ita Albertin. aſſer. 4. Areſ. & communiter.

Probatur, quia ſæpe datur accidens producens effectum tanquam inſtrumentum abſque cauſa principali, vt modò diximus, ergo accidens producens ſubſtantiam non eſt illud, quod eſt in agente principali, ſed quod eſt in paſſo; Ratio autem præcipua eſt, quia accidentia, quæ ſunt in paſſo, ſunt intimiùs applicata, quàm ea quæ in agente.

Accidentia quæ ſunt in paſſo producunt ſubſtantiam.

Tertia difficultas, an accidens, dum producit ſubſtantiam, illam attingat per nouam actionem diſtinctam à diſpoſitione præcedenti, vel illam producat per eamdem actionem, qua diſponit ſubiectum.

Caietanus refellitur.

Reſpondet Caietanus, non promere accidens nouam actionem in productione ſubſtantiæ, ſed tantùm diſponere materiam, & ſubiectum; reſultare deinde formam ſubſtantialem, ita vt accidens ſit inſtrumentum attingens ſubſtantiam non intrinſecè, ſed extrinſecè. Sed non rectè.

Reſponderem ergo, actio illa, qua accidens ſubſtantiam producit, eſt noua actio, & realiter diſtincta, & eſſentialiter ab ea, qua diſponit ſubiectum.

Ratio eſt, quia vbi eſt terminus eſſentialiter diſtinctus, ibi eſt diſtincta actio, & via: modò terminus diſpoſitionis eſt accidens, generationis eſt ſubſtantia, ergo ad vtrumque diſtincta requiritur actio, vna, qua diſponit ſubiectum, altera, qua producit, & attingit ſubſtantiam.

Quarta difficultas, quodnam ſit principium, quo ſubſtantia producit accidens. Dubium eſſe poteſt tum de accidenti, quod fit per dimanationem vt calor in igne: tum de accidenti, quod fit per veram efficientiam, vt frigus productum in manu. Præterea accidens dimanans aliud eſt immediatum cum eo principio à quo dimanat, aliud mediatum.

Reſp. principium formale, quo accidens dimanat immediatum à ſubſtantia, eſt ipſamet ſubſtantia: principium, quo dimanat accidens mediatum, erit accidens illud, quod mediat: Principium formale, quo fit accidens, quod producitur per veram efficientiam, & actionem, vt calor in ligno, eſt accidens, nimirum calor ille, qui eſt in igne, eſt principium, quo lignum calefacit ignis. Addit Suarez in actibus vitalibus principium, quo nedum ſunt potentiæ, ſed ipſamet animæ ſubſtantia. An verum ſit in lib. de Anima. Nunc tamen ſtatuendum eſt nunquam ſubſtantiam immediatè agere per veram efficientiam, ſed tantùm medijs accidentibus, à quibus determinatur, licèt ab ea poſſit aliquid immediatè dimanare.

Suarez.

Quinta difficultas, an accidens producat accidens virtute ſubſtantiæ, an propria.

Fonſeca & Conimb. aiunt accidens producere accidens non virtute propria, ſed in virtute ſubſtantiæ, quia accidens eſt quid ſubſtantiæ, ergo vt quid ſubſtantiæ operatur, cùm vnumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad operari.

Fonſeca. Conimb.

Præterea, ideò accidens virtute ſubſtantiæ producit ſubſtantiam, & vt inſtrumentum, quia eſt ignobilius, & reſpectu accidentis eſt æquè perfectum, ſed hoc non refert, quia potentiæ ſunt nobiliores ſuis actibus, & tamen ſunt inſtrumenta.

Dicendum cum communi ſententia. Accidens producere accidens virtute propria, non ſubſtantiæ, & eſſe reſpectu accidentis agens nedum totale, ſed principale.

Accidens qua virtute producat accidens.

Notandum primò, agens principale reſpectu accidentis poteſt eſſe duplex, primum denominationis, & vt quod, & hac ratione certum eſt agens principale reſpectu accidentium eſſe ſuppoſitum; neque accidentia poſſunt eſſe agentia principalia vt quod, cùm neque hoc conueniat formis ſubſtantialibus, ſunt enim tantùm rationes, quibus ſuppoſita dicuntur operari: Secundum vt quo, & formale, & de hoc quærimus cùm dicimus, an accidens reſpectu accidentis ſit agens principale, an verò illud producat vt quid alterius.

Agens principale reſpectu accidentis quotuplex.

Notandum ſecundò, accidens v. g. calor, poteſt conſiderari, & vt ens eſt, & vt accidens, & vt qualitas, & vt ratio formalis, & vt principium productiuum ſui ſimilis, & vt princi-

Accidens quotupliciter conſideretur.

pium rareſactiuum, & vt principium inſtrumentale, quæ omnia conueniunt ad conſtituendam vnam rationem caloris, ſiintque plures conceptus inadæquati, & licèt calor vt calor hæc omnia includat, tamen quando agit vt principium caleſactiuum, non ſemper rareſacit licèt rareſactiuum, & caleſactiuum principium ſit, & dum caleſacit non agit ſub ratione entis, licèt vt ſic ſit ens; ita licèt calor ſit inſtrumentum ſubſtantiæ, tamen non producit ſubſtantiam ſecundùm id, quod eſt productiuum ſui ſimilis, ſed ſecundùm quod eſt virtus alterius, licèt & eſſe virtutem alterius, & eſſe principium productiuum ſui ſimilis ſint idem realiter, & ſolùm ratione differant. Ratio à priori eſt, quia entitas realis non tollit diuerſitatem principiorum, nec facit quin poſſit concipi res agere ſecundùm vnam rationem, & non ſecundùm aliam. Sic etiam Theologi aiunt iuſtitiam, miſericordiam, & potentiam idem eſſe in Deo; Deus tamen non dicitur creare niſi vt omnipotens, punit vt iuſtus, parcit vt miſericors: & apud Philoſophos ſubſtantialis forma ſubſtantia eſt, & actiua, & tamen communiter aiunt formam ſubſtantialem agere vt actiua eſt, non vt ſubſtantia.

Ex his patet quomodo accidens, cùm producit accidens, poſſit illud producere virtute propria, licèt etiam ſit virtus ſubſtantiæ: & cùm accidens producit non operari vt quid alterius, licèt ſit quid alterius. Patet id ipſum etiam in creaturis, quæ ſunt quid Dei, & non operantur vt virtutes Dei, ſed tanquam cauſæ principales. Sic ad primam rationem in oppoſitum.

Propoſitio verò ſic intelligenda eſt, res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad operari, vt ſi eius principium ſit dependens à ſubiecto, etiam operatio fiat dependenter ab illo, atque ita operationes accidentis attribuuntur ſubſtantiæ, id eſt fiunt dependenter ab illa, tanquam à cauſa ſubiectiua, ſi ſit materialis.

Suarez. *Ad confirmationem reſpondent* quidam, & concedunt potentias eſſe perfectiores ſuis actibus, vt Suarez diſput. 18. ſect. 5. num. 4. probabilius tamen puto actus eſſe perfectiores ſuis potentiis, ſaltem in ratione perfectiui, nam actus ſunt fines potentiarum, & potentiæ ſunt propter actus. Dixi ſaltem in ratione perfectiui, quia poteſt ſub alia ratione inſtrumentum, & potentia eſſe nobilior actu ſecundùm entitatem, & categoriam, in qua ponitur: ſic organa ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, actus in prædicamento qualitatis; licèt è contrà ſi comparentur actus vitales, & organa ad ſubiectum, ad quod ordinantur in ratione perfectiui, nobilior eſt actus vitalis, quàm ſubſtantia organica, quia per actum vitalem ponitur ſubiectum in genere vitæ, per ſubſtantiam, & formam partialem non ponitur; melius autem eſt viuere quàm non, & ideò aliqua ſubſtantia poteſt eſſe inſtrumentum ad aliquam operationem, quæ ſit accidens. At ſi comparetur accidens, calor v. g. qui eſt potentia ignis caleſacientis, & calor, qui ſit in ſubiecto, vnum non poteſt eſſe inſtrumentum ad aliud; vterque enim calor æquali ratione eſt perfectiuum ſui ſubiecti.

Obiectio. *Obiicies*, ſi accidens eſt cauſa principalis reſpectu ſui ſimilis, & immediatè agit, accidens in ratione operandi erit perfectius ſubſtantia, quia perfectius eſt agere principaliter, & immediatè, vt patet in Deo, quàm mediatè, & principaliter.

Reſpondetur, actio tranſiens immediata poteſt comparari ad diuerſa agentia. Primùm ad id, quod eſt primum in genere cauſæ ſecundæ, vt ſubſtantia: Secundò ad id, quod non eſt tale in eodem genere cauſæ ſecundæ, quale eſt accidens. In accidenti actio principalis immediata non dicit de facto perfectionem, ſed imperfectionem, quia connotat principium imperfectiuo nempe infimum in genere actiuo; connotat enim tale agens, quod non habeat agentia ſubordinata, ſed vltimum ſit, quod ſuum opus conſequitur: Eſſe autem vltimum in genere actiui, & nullam poſſe habere cauſam ſubordinatam eſt infima perfectio, & melius eſt agere mediatè, quia hoc importat eſſe ens nobilius, habere videlicet cauſas ſub ſe operantes, & ſibi inſeruientes; in accidente ergo agere immediatè dicit imperfectionem: in cauſa verò ſecunda ſubſtantiali agere principaliter, & immediatè diceret maximam perfectionem, quia eſſet cauſa prima in ſuo genere, & diceret non indigere inſtrumentis, & poſſe pertingere quouſque poſſunt pertingere inſtrumenta. Ideò in Deo agere immediatè dicit ſummam perfectionem: in accidentibus verò imperfectionem, quia in Deo indicat maximam virtutem, in accidentibus infimum gradum entis: Deum potentem agere quicquid poſſunt omnia inſtrumenta: accidens agere immediatè, & per ſe, quia ſub ſe non habet aliud agens ſubordinatum. Hæc de Generatione. Accidens in ratione operandi an perfectius ſubſtantia.

PARS SECVNDA.

De Alteratione.

DISPVTATIO PRIMA.

De natura Alterationis.

SECTIO I.

Quid ſit alteratio, & quotuplex.

DICENDVM *primò*, alteratio dicitur etiam generatio ſecundùm quid, quia per illam accidentia producuntur, quæ ſunt entia ſecundùm quid. Sic dicitur, quia facit ſubiectum alterum, & aliter ſe habere quàm antea.

Dicendum ſecundò, Alteratio multipliciter ſumitur. Primò latiſſimè, & pro mutatione etiam ſubſtãtiali, ſic 2. Phyſ. tex. 1. Secundò pro qualibet mutatione accidentali, ſic 1. de Generat. cap. 1. Tertiò pro mutatione ad qualitatem ſiue perſectiuam, ſiue corruptiuam, ſiue corpoream, ſiue ſpiritualem, ſic 8. Phyſic. tex. 26. Quartò prout eſt mutatio ad qualitatem non habentem contrarium, vt illuminatio: Quintò, vt eſt mutatio ad qualitatem habentem contrariũ, quæ videlicet ſit ad qualitates ſenſibiles, & corruptiuas, quæ propriiſſimè appellatur alteratio, & de qua loquimur hîc cum Ariſt. plura hîc etiam addit Pater Areſ. quæſt. 24. ſect. 1. Areſius.

Dicen-

A

Dicendum tertiò, alteratio eſt mutatio manente ſubiecto eodem ſenſibili in eius paſſionibus, aut contrariis, aut mediis. Ita Ariſtot.

Dicitur mutatio loco generis, in quo connenit cum cæteris mutationibus: dicitur manente ſubiecto eodem, ad diſtinctionem generationis: dicitur in paſſionibus, id eſt in qualitatibus, vt etiam à generatione diſtinguatur, quæ terminatur ad ſubſtantiam, ab augmentatione, quæ ad quantitatem, à motu locali, qui ad vbi: dicitur contrariis, aut mediis, quia non eſt neceſſe vt alteratio fiat inter extrema; poteſt enim fieri alteratio tum in album, tum in nigrum, tum in viride.

B

Dices primò, cùm plures ſint ſpecies qualitatis, de quibuſnam propriè hic loquitur Ariſtot.

D. Thom. Auerrhes. Buccafer.

Reſpondetur, cum D. Thom. Auer. Buccaferreo, & aliis hîc Ariſtot. præcipuè de alteratione, quæ fit ad tertiam ſpeciem qualitatis, nempe ad qualitatem, quæ habet contrarium, vt calor, & frigus, dulce, & amarum, & ad qualitates medias. Ratio eſt, quia Ariſt. agit præcipuè de alteratione corruptiua, hæc autem eſt ad terminos contrarios, vel ex his conſtantes: hinc 1. cæl. vocat cælum inalterabile, & tamen certum eſt habere ſuas mutationes ad lumen, & vbi, & 7. Phyſic. 17. negat per acquiſitionem habituum ſcientiarum intellectum pati, & alterari: paſſio ergo, & alteratio eſt ad qualitates tantùm tertiæ ſpeciei.

C

Dices ſecundò, cur alteratio quæ eſt ad res generabiles, & corruptibiles appellatur corruptiua?

Reſpondetur, vel quia eſt ad terminos ſibi inuicem pugnantes: vel vt à perfectiua diſtinguatur, qualis eſt illuminatio, ſenſatio, intellectio, quæ ſunt tantùm ad terminos perfectiuos, de quibus hîc non agitur.

Dices tertiò, ex Areſio, ſi Ariſt. agit de alteratione corruptiua, ergo non manebit idem ſubiectum ſenſibile, quod eſt contra definitionem.

D

Reſpondetur quòd alteratio, quæ eſt via ad generationem, non eſt corruptiua ſubiecti formaliter, ſed conſecutiuè; cùm autem dicitur, alteratio eſt mutatio manente ſubiecto ſenſibili, definitur alteratio prout eſt in ſe, & formaliter, non conſecutiuè.

Dices quartò, in alteratione debent mutari qualitates ſenſibiles, ergo nequit remanere idem ſubiectum ſenſibile.

E

Reſpondetur, per ſubiectum ſenſibile quoſdam intelligere ſubſtantiale compoſitum, vt alibi diximus, quia in alteratione manet idem ſubſtantiale ſubiectum: quòd ſi per ſenſibile intelligatur etiam compoſitum ſubſtantiale affectum accidentibus ſenſibilibus, adhuc remanet in alteratione ſubiectum idem ſenſibile, ſi non quoad omnia accidentia, ſaltem quoad aliqua.

SECTIO II.

De intenſione, & remiſſione qualitatis: quomodo in alteratione eadem qualitas intendatur, & remittatur.

CONSTAT ex dictis quid ſit alteratio, & quotuplex, & ex præcedentibus diſputationibus eſſe propter bonum, videlicet ſubſtantiæ, ad quam ordinatur tanquam ad finem. Supereſt vt videamus qua ratione fiat. Fit autem cùm ſubiectum ab vna qualitate tranſit ad aliam: Rurſus cùm eadem qualitas intenditur, & remittitur, ideò quærimus quomodo in alteratione eadem qualitas intendatur, & remittatur. Quare

Quibus modis qualitas perficiatur.

Notandum primò, qualitatem duobus modis poſſe fieri perfectiorem. Primò extenſiuè: ſecundo intenſiuè. Extenſiuè perficitur quando priùs in vna parte ſubiecti, deinde in alia paulatim producitur, & hæc vocatur intenſio materialis, quia calor non perficitur in ſe, ſed ponitur in pluribus partibus ſubiecti, ſeu materiæ: perfectio intenſiua eſt quando eadem qualitas in eadem parte ſubiecti fit maior, & iſta dicitur intenſio formalis, quæ ſic definitur, eſt acquiſitio plurium graduum eiuſdem qualitatis ſecundùm eamdem partem ſubiecti. His duobus modis intenſionis opponitur remiſſio tum materialis, tum formalis: materialis cùm calor deficit, ſed in pluribus partibus ſubiecti, & remanet in paucioribus: formalis cùm calor vt octo fit vt ſeptem, vel vt ſex. Loquimur hîc de intenſione, & remiſſione formali.

Intenſio quot modis fiat.

Notandum ſecundò, intenſionem hanc multipliciter poſſe fieri. Primò per agens ſimile in qualitate, vt cùm calidum vt octo intendit calidum vt duo: Secundò per dimanationem naturalem, vt cùm aqua reducit ſe ad frigiditatem priſtinam, & magis frigeſcit: Tertiò per reflexionem, vt in radiis ſolis: Quartò per obſtructionem, vt cùm obſtruitur olla, aut camini os: Quintò per antiperiſtaſim, vt cùm hyeme in puteis aqua fit calidior. Quærimus nunc an in huiuſmodi intenſione qualitas, quæ intenditur, acquirat nouam entitatem, & qualis ea ſit.

Examinatur prima Thomiſtarum ſententia.

D. Thom.

PRIMA *ſententia* eſt Thomiſtarum, quæ etiam D. Thomæ tribuitur; aſſerunt autem qualitatem in ſe eſſe indiuiſibilem, & nullas habere partes entitatiuas; quòd ſi augeri, & minui videtur, id eſſe quia eadem qualitas magis, ac minus in eadem parte ſubiecti radicatur. Ita Ægid. quodlib. 3. quæſt. 14. & in 1. diſtinct. 13. quæſt. 1. Argentin. quæſt. 2. Bannes 1. de gen. cap. 2. quæſt. 3. Soncio. 8. Met. quæſt. 21. Capreol. in 1. diſt. 27. Caiet. 1. 2. q. 52. art. 2. Sed non eodem modo ſuam ſententiam explicant.

Ægidius. Argentinas. Bannes. Soncinas. Capreol. Caietanus.

Ægidius, qualitatem magis radicari in ſubiecto ait eſſe, eandem formam indiuiſibilem habere perfectiorem exiſtentiam. Capreolus eſſe eamdem formam magis educi de potentia ſubiecti, vel magis dominari ſubiecto, vel actuare. Caietanus explicat quid ſit hoc magis educi, & ait eſſe formam perfici, quia ſubiectum ſibi magis ſubiicit. Quid ſit autem ſubiectum magis ſubiici explicat ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 24. art. 5. ad 3. eſſe formam magis inhærere; cùm autem inhæſio formæ ſit vnio, educi magis erit magis vniri, atque adeo formam magis radicari eſſe eam maiorem, & perfectiorem vnionem ſibi vendicare in ſubiecto. Sed hi omnes modi, vt video, ad duos facilè reduci poſſunt, vt primus ſit formam magis radicari eſſe acquirere perfectio-

tem exiſtentiam: Secundus, eſſe acquirere perfectiorem inhærentiam, ſeu vnionem. In vniuerſum autem hæc ſententia.

Ariſtot. Probatur primò ex Ariſtot. 4. Phyſic. tex. 84. Vbi ait *fieri magis calidum nullo facto in materia calido*, ergo poteſt fieri maior intenſio caloris non adueniente calore.

Confirmatur, quia corpus album, & corpus calidum ſi condenſenit, fiet magis calidum, vel album ſine vlla additione caloris, vel albedinis.

Secundò Soncinas, & Bannes locis citatis 8. Metaph. cap. 3. éſtque eorum præcipuum fundamentum, aiunt continuò mutari ſpecies ex additione nouæ formæ, cùm enim ſpecies ſint ſicut numeri, quælibet differentia in formis abſtractis erit indiuiſibilis, ergo albedo in abſtracto non ſuſcipiet magis, & minus; ſuſciperet autem, ſi intenſio fieret per additionem.

Confirmatur. quia ſi intenſione fieret additio, fieret additiu eſſentiæ, quod eſt falſum; eſſentiæ enim non ſuſcipiunt magis, & minus 8. Metaph. 1. Sequela probatur, quia forma eſt eſſentia rei, ergo ſi fit additio formæ, fit additio eſſentiæ.

Tertiò, non poſſunt plura euadere vnum, niſi ſe habeant ad inuicem vt actus, & potentia, ſed omnes partes qualitatis ſunt eiuſdem rationis, ergo non vna actus, altera potentia: ergo non conflant vnam numero qualitatem: ergo potiùs dicendum eſt quòd intenſio non fiat per per additionem, ſed quòd ſit vna qualitas, quæ magis actuet potentiam, & ſubiectum.

Præterea ex Ariſtot. 5. Metaph. cap. 10. duo accidentia ſolo numero differentia non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. Tum ſic, vel illi gradus numero differunt, & ſic plura accidentia numero differentia eſſent in eodem ſubiecto: vel ſpecie, ergo nec poterunt in vnam numero qualitatem conuenire.

Quartò, ſi intenſio fieret per additionem, poſſet qualitas in infinitum creſcere, & intenſio eſſet per accidens ad perfectionem qualitatis, ſicut & extenſio eſt illi per accidens, quæ ſunt abſurda.

Quintò, ponantur plures partes quantitatis ſimul per diuinam potentiam, quantitas non dicetur intendi, ergo nec qualitas, ſi tantùm dicamus gradum gradui addi, ſed maior requiritur radicatio.

Sextò, ſi intenſio fieret per additionem nouæ formæ, poſſet fieri intenſio in formis abſtractis, & vnus calor poſſet fieri magis calor; at hoc eſt falſum, quia tantùm fit magis calidum, non magis calor, quod ſignum eſt maioris radicationis, abſtracta enim non ſuſcipiunt magis, & minus. Denique, accidentis eſſe eſt ineſſe, ergo perfectiùs eſſe eſt perfectiùs inhærere.

Prima concluſio. Qualitas non dicitur intendi ob maiorem radicationem ſubiecti, id eſt per maiorem vnionem, vt volebat præſertim Caietanus.

Caietanus impugnatur. Probatur primò, qualitas in ſententia Thomiſt. eſt entitas omnino indiuiſibilis, & tota in ſubiecto, & omnibus ſuis partibus vnita, ergo nequit intelligi quomodo acquirat nouam, & maiorem vnionem cum ſubiecto; cùm enim qualitas per ſui primam productionem

A informet totam materiam, non poteſt ampliùs informare, ergo nec vniri, quia maior vnio dat informationem, & inhærentiam maiorem.

Secundò, vel maior vnio eſt eiuſdem rationis, & eſſentiæ cum præcedenti vnione, vel diuerſæ: ſi diuerſæ, ergo non poteſt facere vnam numero vnionem, vt ipſi contra nos argumentantur: ſi eiuſdem, ergo non poterit vnire; eſſe autem vnionem, & non vnire eſt abſurdum. Sequela probatur, quia forma indiuiſibilis per primam vnionem eſt perfectè vnita, & nil eſt ipſius, quod non ſit vnitum, ergo vnio adueniens non poterit vnire, & eſt

B ſuperflua.

Dices vnionem aduenientem perfectiùs, & permanentiùs vnire formam cum ſubiecto, nam qualitas minor poteſt expelli faciliùs, quàm maior.

Contrà, quia difficilior expulſio non reddit qualitatem intenſiorem, rubor enim ex verecundia eſt intenſior quàm naturalis; ille tamen faciliùs expellitur, quàm naturalis.

Tertiò, per aduerſarios poteſt addi pars vnionis vnioni præcedenti, vt vnio dicatur perfectior; nequit enim concipi perfectior vnio, niſi facta aliqua additione, ergo eadem additio poterit concedi ipſis qualitatibus, eadem

C enim abſurda ſequuntur vtrobique, tum in additione qualitatis, tum in additione vnionis.

Quartò, ſi maior intenſio eſt maior vnio, ergo cùm qualitas remittitur, corrumpetur vnio, quod eſt apertè falſum.

Dices non auferri vnionem ſimpliciter, ſed ſecundùm quid.

Contrà, quia ſi illa maior vnio præſtabat eumdem numero effectum ac minor, ad ablationem huius vnionis debet corrumpi forma. Conſequentia probatur, ſi auferretur prima vnio, corrumperetur compoſitum, ſicut per eam conſtitutum eſt, ergo ſi aufertur ſe-

D cunda vnio, debet corrumpi compoſitum, & corrumpi forma.

Quintò, per priorem vnionem forma eſt vnita ſubiecto quantùm vnibilis erat, & inerat quantum poterat ineſſe, quia habet ad hoc naturalem propenſionem, & nullum eſt impedimentum, cùm ſubiectum ſe præſtet ad informandum, & vt cauſam materialem, ergo non poterit magis vniri.

Denique alteratio continua eſt eiuſdem rationis, ergo ſicut per primam producta eſt qualitas, & non tantùm modus, ita per ſequentem debet etiam produci qualitas, & non tantùm vnio.

E *Dices*, non producitur qualitas, quia iam eſt, ſed tantùm maior vnio.

Contrà, licèt qualitas ſit vnita, adhuc producitur noua vnio, ita quamuis ſit qualitas producta, debet per ſequentem actionem produci etiam qualitas.

Secunda concluſio. In intenſione non dicitur qualitas intendi, quia producitur maior exiſtentia qualitatis, vt volebat alter dicendi modus.

Probatur, in formis nequit corrumpi, aut produci exiſtentia, niſi corrumpatur, & producatur entitas; forma enim, & exiſtentia ſunt omnino idem, vt diximus in Phyſic.

Ad rationes in contrarium, & ad primum, ſic

Qoomodo fiat magis calidum nullo facto in materia calido.

A Ariſt. explicamus, calidum fieri magis calidum nullo facto in materia calido, quod non erat calidum, ſed quod fit calidum, iam erat calidum, alioqoin non fuiſſet intenſio caloris, ſed ſimplex productio.

Ad confirmationem, cùm partes condenſantur, albedo, ſeu calor non iotenditur, ſed tantùm partes magis vniuntur, & habent maiorem efficientiam; actio enim eſt fortior ex materia denſiori, vt dicemus.

Areſius.

Ad ſecundum, principium illud falſum eſſe, vt rectè noſter Areſ. quod videlicet formæ in abſtracto non poſſint ſuſcipere magis, & minus. D. Thom. verò cùm ait quòd formæ ſeparatæ non ſuſcipiunt magis, & minus, B loquitur de formis, quæ natura ſua ſunt ſeparatæ, vt intelligentiæ. Præterea non mutatur eſſentia in intenſione, licèt tunc mutetur entitas; confundere enim videntur hi DD. eſſentiam metaphyſicam, quæ eſt compoſitum ex genere, & differentia, cum eſſentia, ſeu entitate phyſica, quæ reſultat ex partibus integrantibus. Cùm dicitur quòd eſſentiæ ſunt ſicut numeri, intelligendum de metaphyſicis.

Formæ in abſtracto an ſuſcipiant magis & minus.

Ad tertium, quonam pacto partes, & gradus qualitatis faciant vnum, & ſe habeant vt actus, & potentia licèt ſint eiuſdem rationis, & C ſpeciei, in ſequenti; nunc dico, ſicut ſi noua pars carnis vni digito adhæreret, efficeret vnum numero digitum, & vnam numero carnem, ita & qualitas, & ſicut eadem qualitas addita in diuerſis partibus ſubiecti facit vnam numero qualitatem extenſiuam, ita ſibi ipſi addita in eadem parte ſubiecti facit vnam qualitatem intenſam.

Ad confirmationem, gradus illi cùm ſuperaduenient, vnum conficiunt numero accidens. Quomodo id fiat ſect. ſequenti.

Intenſio, & extenſio an ſe habeant per accidẽs ad perfectionem qualitatis.

Ad quartum, qualitatem poſſe in infinitum creſcere non putamus abſurdum in Phyſic. tum quoad intenſionem, tum quoad extenſionem; intenſio verò non ſe habet per D accidens ad perfectionem qualitatis, licèt extenſio ſe habeat per accidens. Diſparitas eſt, quia in intenſione reuera qualitas perficitur intrinſecè, quia fit additio qualitati in eademmet parte, quod non accidit in extenſione.

Ad quintum, ſi addatur quantitas quantitati, ſubſtantia ſubſtantiæ, non dicuntur intendi, quia naturaliter non poteſt ſubſtantia addi ſubſtantiæ in eadem parte, & loco, ſed ſemper magis res dilatabitur, & extendetur, eritque potiùs extenſio, quàm intenſio; qualitas verò naturaliter poteſt alteri ſuperaddi in eodem loco omnino, & in eadem parte E ſubiecti: Vel, ſi per diuinam potentiam adderetur ſubſtantia ſubſtantiæ in eodem loco, neque diceretur intendi, quia ſubſtantia quælibet ex ſe eſt completa, & perfecta, vel, ſi eſt incompleta, indiget ſubſtantia alterius perfectionis, ſeu rationis, à qua perficiatur: qualitas verò remiſſa eſt imperfecta, & perfici poteſt à qualitate eiuſdem ſpeciei, & rationis. Neque etiam dicetur perfici, ſi quantitas addatur quantitati, quia nunquam perficietur in ratione quantitatis, ſed in ratione qualitatis; tunc enim vel addenſabitur, vel rarefiet; raritas autem, & denſitas ſunt ſpecies qualitatis.

An ſubſtantia per diuinam potentiam addita ſubſtantiæ in eodem loco diceretur intendi.

A *Ad ſextum*, patet ex dictis: Et etiam addo, cùm dicimus in intenſione non fit magis calor, hæc propoſitio duplicem poteſt parere ſenſum. Primus eſt, vt calor non perficiatur in ratione eſſentiæ caloris, & ſic vera eſt: Secundus eſt, per additionem caloris entitatem caloris non fieri perfectiorem, & ſic falſa eſt; Reuera enim calor per additionem caloris perficitur.

Ad vltimum, nego quòd accidentis eſſentia ſit inhærentia, tranſeat tamen; Ad conſequentiam dico, eſſe accidentis nunc non comparari quoad eſſentiam metaphyſicam, ſed B phyſicam, & hanc dicimus perfici.

Aſſertur ſecunda ſententia, & refellitur.

SECVNDA *ſententia* ſic explicat intenſionem, illam quidem non fieri per maiorem radicationem accidentis in ſubiecto, neque quia addatur noua qualitas præcedenti; ſed quia præcedens corrumpitur, & perfectior generatur. Ita Gotfred. quodlib. 11. quæſt. 3. Durand. in 1. diſtinct. 17. quæſt. 7. num. 25. Auicen. & Gilbert. Porretan. & Burlæus tract. de entitate formarum, vt refert Areſ. hîc.

Gotfredus. Durandus. Auicenna. Gilbert. Porretan. Burlæus.

C Præcipuum horum fundamentum eſt, quia in qualibet mutatione deperditur terminus à quo, & producitur terminus ad quem; ſed in alteratione terminus à quo eſt qualitas imperfecta: terminus ad quem qualitas perfectior; ergo illa deperditur, hæc producitur.

Impugnatur ab Areſio, & rectè; non enim apparet à quonam præcedens qualitas corrumpatur; à quo enim calor vt quatuor corrumpitur, cùm producitur calor vt ſex? non à contrario, quia non eſt: non à ſimili, quia ſimile non agit in ſimile, ergo nullo pacto præcedens qualitas corrumpetur.

Confirmatur, ſi vt producatur calor vt D ſex debet priùs corrumpi calor vt quatuor, cur ignis produxit priùs in aqua calorem vt quatuor, ſi ſtatim calor ille erat corrumpendus?

Secundò, cùm aqua frigeſit, & reducit ſe paulatim ad priſtinam frigiditatem; cùm ex calida fit tepida, à quonam producitur calor ille remiſſus? non ab agente, quia non adeſt: non ab aqua, quia tendit illa ad frigiditatem, ergo calor vt ſex non erit qualitas omnino indiuiſibilis, vt hi auctores aſſerunt.

Ad rationem in oppoſitum, cùm dicitur quòd in mutatione deperditur terminus à quo, intelligitur de priuatiuo, nec neceſſe eſt E vt deperdatur terminus à quo poſitiuus, cùm enim producitur calor vt ſex, ſatis eſt ſi ſubiectum non ſit amplius ſub priuatione caloris vt ſex, nec neceſſe eſt vt amittat calorem vt quatuor, ſi calor vt quatuor fuerat terminus à quo.

Tertia, & quarta ſententia proponitur, & impugnatur.

TERTIA *ſententia* vult qualitatis intenſionem ſitam eſſe in maiori diſpoſitione ſubiecti, ita vt illud ſubiectum dicatur magis calidum, quod habet maiorem diſpoſitionem

A ad calorem, nulla facta mutatione intrinſeca in ipſa entitate qualitatis. Ita Aquarius 8. Met. Dilucidatione 6. videtur etiam Ægidius aſſentiri, quæ ſententia duplicem poteſt habere ſenſum, vt tunc ſubiectum magis dicatur diſponi, cùm magis afficitur, quem ſenſum ſuprà impugnauimus. Secundus eſt, vt ſubiectum magis diſponi ſit habere aliquam formam, per quam reddatur aptius ad qualitatem recipiendam, qui ſenſus propriè intenditur ab ipſis auctoribus. Sit

Aquarius. Ægidius.

Tertia concluſio. Qualitas non dicitur intendi, quia ſubiectum magis diſponitur.

Probatur primò, hæc diſpoſitio, qua ſubiectum magis diſponitur ad qualitatem recipiendam, vel eſt diuiſibilis, vel indiuiſibilis. Si ſecundum, vel ſubiectum erit totaliter diſpoſitum, vel totaliter carebit diſpoſitione, & conſequenter non erit nunc magis, nunc minus diſpoſitum: ſi primum, ergo fruſtra ponitur hæc diſpoſitio, cùm id ipſum poſſit dici de qualitatibus.

Secundò, in primis qualitatibus ſubiectum non diſponitur niſi per quantitatem, quæ non intenditur, ergo per aduerſarios nec qualitas.

Denique, agens validiùs producit intenſiorem qualitatem in ſubiecto æquè diſpoſito, ergo intenſio non conſiſtit in eo quòd ſubiectum ſit magis diſpoſitum.

Quarta ſententia eſt aſſerentium qualitatem intendi per remotionem contrariæ qualitatis: remitti per maiorem admixtionem eiuſdem oppoſitæ qualitatis, ſic frigus dicitur intenſum per minorem admixtionem caloris, dicitur remiſſum per maiorem admixtionem. Videtur id docuiſſe Simpl. 5. Phyſ. 17. & in Prædicam. qualitatis. Refertur à Gregorio in 1. diſtinct. 14. quæſt. 3. art. 1.

Simplicius.

Sed hæc ſententia, ſi aſſerit ſolam intenſionem qualitatis eſſe connexam cum remiſſione oppoſitæ qualitatis in alteratione, quæ fit inter qualitates habentes contrarium, veriſſima eſt; verè enim naturaliter loquendo, nunquam ſubiectum mouetur ad calorem, niſi recedat à frigore, calor enim, & frigus ſecundùm eamdem potentiam immediatè recipiuntur in ſubiecto; ſi autem velit intenſionem formaliter conſiſtere in remiſſione oppoſitæ qualitatis, falſa omnino eſt. Ideo ſit

Quarta concluſio. Intenſio formaliter non fit per remotionem contrariæ qualitatis.

Probatur, ex eo quod præcisè intelligimus qualitatem creſcere in ſubiecto, vel eius acquiſitionem, optimè intelligimus qualitatem intendi ſine vlla conſideratione remiſſi contrarij, ergo formaliter intenſio non conſiſtit in remiſſione contrarij.

Confirmatur ex lumine, illud enim intenditur abſque quod habeat aliquod contrarium.

Confirmatur ſecundò, prius eſt qualitatem augeri, & intendi, quàm oppoſitam remitti, ergo potiùs intenſio formaliter conſiſtit in augmento qualitatis, quàm in remiſſione contrarij.

Confirmatur tertiò, in habitibus ſupernaturalibus, vt in gratia, & charitate fit augmentum, & non per minorem admixtionem contrarij, quia nullum habent. Præterea volitio, & nolitio neque in gradu remiſſo poſſunt eſſe ſimul reſpectu eiuſdem obiecti.

Obiicies, Ariſt. 5. Phyſic. 19. ait, magis, & minùs in eadem qualitate eſt eo quod plus, & minùs contrarij ſit in ſubiecto. *Obiectio.*

Reſpondetur Ariſtotelem non loqui formaliter, ſed concomitanter, ſeu conſecutiuè.

Communis ſententia aſſertur, & probatur.

VERIOR, & communior ſententia eſt, quæ intenſionis radicem conſtituit in latitudine, & diuiſibilitate eiuſdem qualitatis, vnde ait qualitatem fieri intenſiorem per additionem nouæ partis ipſius, quas partes Philoſophi appellant gradus. Eſt D. Bonauent. in 2. B art. 1. quæſt. 1. Alberti art. 10. Scot. in 1. diſtinct. 17. quæſt. 3. Sequuntur Fonſeca 8. Met. cap. 3. quæſt. 2. ſect. 2. Suarez diſp 46. ſect. 4. num. 34. Tolet. 1. de generat. cap. 3. Niph. 8. Metaph. dub. 6. Heru. quodlib. 2. quæſt. 9. & 13. Durand. in 1. diſtinct. 17. quæſt. 7. Gabr. Gregor. & recentiores fere omnes, cum quibus ſit

D. Bonau. Albertus. Scotus. Fonſeca. Suarez. Toletus. Niphus. Heruaus. Durandus. Gabriel. Gregorius.

Quinta concluſio. In intenſione qualitatis acquiritur noua entitas qualitatis.

Probatur primò, per continuum motum alterationis aliquid ſemper acquiritur, & non poteſt eſſe modus, ergo entitas eiuſdem qualitatis. Antecedens patet, quia intenſio fit continuò, C eſt etiam actio agentis durans per tempus, ſed non poteſt eſſe actio niſi aliquid producatur, ergo continuo tempore, dum durat, aliquid producitur; hoc autem non poteſt eſſe niſi qualitas, quod probatur, quia totus motus calefactionis v. g. qui durat per totam horam, eſt eiuſdem rationis, ergo debet habere eumdem terminum, qui eſt qualitas, quæ in principio terminauit actionem; terminus enim ſpecificat actionem, & ſi terminus calefactionis eſt diuerſus, diuerſa etiam erit calefactio, ſed in calefactione eſt omnino eadem alteratio, ergo idem terminus.

Confirmatur, intenſio qualitatis ſolùm differt à productione eiuſdem, quia intenſio ſupponit aliquid illius; productio verò nihil: hoc D autem non facit ſpecificam variationem, ergo cùm calefactio ſimpliciter ſit ad calorem, & non ad modum, etiam intenſio erit ad calorem. Secundò, ſi Deus ſepararet ab vno ſubiecto albedinem vt duo, & ab alio albedinem vt octo, albedo vt octo eſſet magis intenſa quàm albedo vt duo; tunc autem nulla eſſet vnio in ſubiecto, vel actualis exiſtentia, vel maior diſpoſitio, ergo tantùm eſſet intenſior, quia plus haberet entitatis.

Dicent Thomiſtæ, ſi Deus ſepararet qualitatem à ſubiecto, qualitas non poſſet vlteriùs intendi, quia eſſet infinitè perfecta in ſuo gene E re; haberet enim omnem modum eſſendi ſpeciei.

Contrà, ſequeretur enim quòd qualitas vt duo ſeparata à ſubiecto haberet totam perfectionem, quam poteſt qualitas habere, quod videtur abſurdum.

Præterea, ſi omnis perfectio qualitatis, in illorum ſententia, eſt reſpectu ſubiecti actualiter informati, quam ergo perfectionem poterit habere qualitas à ſubiecto ſeparata?

Sectio III.

An entitas, quæ in intenſione acquiritur, ſit eiuſdem rationis cum præcedenti: ſeu an qualitatis gradus ſint homogenei, an heterogenei.

PRIMA *ſententia* putat gradus omnes qualitatis eſſe homogeneos, ita vt primus non differat magis à ſecundo, quàm duo primi gradus inter ſe; ſeu quod idem eſt, gradus omnes qualitatis differre inter ſe tantùm materialiter. Ita Scot. in 1. diſt. 17. quæſt. 3. Ocham. ibid. quæſt. 6. & 7. Gregor. quæſt. 4. Foroliuienſ. lib. de hac re, parte vltima. Sequitur Maſſ. hîc cap. 5.

Scotus. Ochamus. Gregorius. Foroliuienſ. Maſſius.

Secunda ſententia eſt quorumdam, quos citat Ocham. in 1. diſt. 17. quæſt. 7. eſt etiam Aureol. vt refert Gabr. loco citato. Dicunt, omnes gradus qualitatis intenſæ eſſe eiuſdem rationis excepto primo, in quo eſſentialiter continetur tota eſſentia qualitatis, reliquos verò gradus non eſſe qualitates, ſed conqualitates

Aureolus.

Tertia ſententia eſt dicentium, gradus omnes eſſe heterogeneos, ita vt gradus illi ſpecie, & eſſentialiter differant. Meminit etiam huius ſententiæ Ochamus, & Gabriel locis citatis.

Quarta ſententia eſt, aſſerentium gradus illos eſſe quidem homogeneos in ſpecie; in indiuiduo tamen heterogeneos. Hanc graduum numericam diuerſitatem variè explicant. Quidam gradus illos eſſe heterogeneos, quia vnus eſt altero perfectior ſecundùm ſua principia indiuiduantia: Quidam, quia aliqui gradus ſunt aliis magis actiui; ſic ſecundus actiuior primo: quidam, quia vnus gradus alteri ſubordinatur, ratione cuius ſubordinationis vnus dicitur primus, alius ſecundus, ſic Suarez diſput. 46. ſect. 1. num. 38.

Suarez.

Quinta ſententia eſt Patris Arreſ. qui diſtinguit qualitates in habentes contrarium, vt calor, & frigus, & in eas, quæ contrarium non habent, vt lumen, & virtus impreſſa. Vult ergo qualitates primi generis habere gradus heterogeneos: ſecundi generis, gradus homogeneos.

Arriſius.

Prima concluſio. Qualitatis gradus nequeunt eſſe heterogenei, ita vt ſpecie, & eſſentialiter differant.

Probatur primò, quia illi gradus non conſtituerent vnam qualitatem, qualitas autem debet eſſe vna. Minor probatur, quia ſubiectum ſecundùm eamdem qualitatem dicitur magis, vel minus calefieri, ſi autem non eſſet vna, id non poſſet dici, quia cùm ſit diuerſa forma dabit diuerſam denominationem. Maior probatur, ea enim, quæ ſpecie differunt, non poſſunt in vnam ſpeciem conuenire; neque enim vnum ſpecie differens poteſt eſſe potentia, vel actus reſpectu alterius, ex duobus enim entibus completis non poteſt fieri vnum per ſe.

Secundò, quando duo vniuntur, quæ ſunt actus, & potentia, conſtituunt aliquod tertium ſpecie diſtinctum; ex duobus autem gradibus luminis non apparet tertium ſpecie diſtinctum.

A Tertiò, vel primus gradus qualitatis eſt diuiſibilis, vel indiuiſibilis. Si diuiſibilis, vel habebit partes ſpecie diuerſas, vel eiuſdem ſpeciei: ſi diuerſas ſpecie, ergo neque vnus gradus dicetur verè vnus; ſi partes non ſint ſpecie diſtinctæ, idem dici poterit de tota qualitate: ſi verò gradus ſunt indiuiſibiles, ergo alteratio non erit motus continuus, quia producto vno indiuiſibili in inſtanti deberet interrumpi actio, & expectari aliud inſtans, cùm non poſſit forma indiuiſibilis per partes produci.

Secunda concluſio. Gradus qualitatis non ſunt omnino homogenei ſine vlla prorſus indiuidua- B li differentia.

Probatur primò, quia poſſet Deus omnes partes caloris, quæ ſunt in toto palmari calido auferre, tunc ſicut totum palmare habebit partes infinitas, ſic etiam erunt infinitæ partes caloris, quæ ſi in eodem ſubiecto ponantur, conſtituent infinitum calorem naturaliter, quod videtur abſurdum.

Secundò, ſi omnes gradus qualitatis intenſæ eſſent homogenei, poſſet agens calidum vt vnum intendere paſſum calidum vt vnum, quod eſt abſurdum. Sequela probatur, quia calidum vt vnum poteſt producere gradum vt vnum, ergo ſi applicabitur paſſo, quod- C cumque illud ſit, illum producet. Probatur, quia ad actionem nil aliud requiritur niſi contactus; diſſimilitudo ſubiecti, & principium actiuum; adeſt prima, & tertia conditio; primus enim gradus eſt principium actiuum ad producendam qualitatem ſecundùm ſe: & ſubiectum ponitur omnino indiſtans. Secunda conditio probatur, quia licèt ſubiectum habeat vnum gradum, habet priuationem omnino ſimilis gradus, & poteſt illum recipere, ergo eſt ſufficiens diſſimilitudo.

Confirmatur, quia accidentarium eſt ſubiecto accipere vnum gradum caloris à calido vt octo, vel à calido vt vnum, quia ad D producendum calorem vt vnum ſufficit calor vt vnum.

Quod etiam ſic declaratur, productio ſecundi gradus non differt à productione primi niſi extrinſeca denominatione; non enim eſt ſecundus, quia eſt perfectior primo, ſed quia ſecundo loco productus eſt, & poteſt eſſe primo loco productus, ergo cùm poſſit agens producere vnum, poteſt eumdem reiterando producere, atque ſæpius eumdem facere, vſque quò perueniat ad octauum.

Dices, licèt calor vt vnum poſſit producere calorem vt vnum quantum eſt de ſe, non poteſt tamen hunc calorem vt vnum producere E in ſubiecto calido vt vnum, quia eſt ſibi ſimile, & impedimentum prouenit ex parte agentis, & ſubiecti.

Contrà, ſi agenti calido vt vnum, quod per aduerſarios non poterat producere gradum ſibi ſimilem in paſſo calido vt vnum, addatur alius gradus, producet gradum ſecundum, per hoc autem ſubiectum nullam aliam capacitatem acquiſiuit, ſed eamdem habet, quam priùs, & primus ille gradus habet eamdem potentiam, ergo non requirit ex ſe aliam diſſimilitudinem, niſi potentiam cum priuatione totius latitudinis caloris.

Rurſus, quia ſi ſecundus gradus haberet propriam priuationem, quæ non eſſet ſimilis priuationi primi, differret à primo, atque adeo gradus non eſſent homogenei.

Præterea, ſequeretur quòd ſecundus non poſſet produci niſi à ſecundo, & ex ratione ſui peteret talem gradum determinatum, & conſequenter eſſet alterius perfectionis, vel conditionis quàm ſit primus, dum peteret produci à tali, & non à tali, quod aduerſarij non concedent.

Tertiò probatur concluſio, ſi gradus eſſent homogenei, non eſſet ratio cur, dum ignis agit in aquam, expellat hunc gradum frigoris, non alium, niſi fieret recurſus ad primam cauſam, qui recurſus à philoſopho vitari debet, dum alia via poteſt difficultatibus ſatisfieri; quòd ſi recurrimus ad primam cauſam, cùm dicimus Deum determinare agens ad producendum hunc numero effectum, ideò id dicimus, quia nulla alia apparet via: ſecus hîc, vt patebit ex dicendis.

Præterea, qua ratione prima cauſa determinat vt potiùs corrumpatur hic gradus non alius, ſi quidem omnes gradus caloris opponuntur cum omnibus gradibus frigoris æqualiter in aduerſariorum ſententia; An quia Deus immittat aliquam qualitatem deſtructiuam illius gradus frigoris, & non; quia tunc gradus ille frigoris, qui corrumpitur, corrumperetur ab illa qualitate immiſſa, non à calore; quòd ſi nihil immittit, non eſt ratio cur calor potiùs corrumpat hunc gradum frigoris, non alium: vel denique corrumpitur gradus ille frigoris, quia Deus ſuſpendit concurſum, quo illum conſeruabât, & ſic non erit calor, qui frigus corrumpet, ſed Deus.

Tertia concluſio Non eſt danda talis diuerſitas inter gradus qualitatis, vt vnus ſit altero perfectior, ita vt qui perfectior eſt, ſit magis actiuus.

Probatur primò, quia ſi huiuſmodi varietas in gradibus qualitatis adeſſet, deberet ſentiri, at licèt ſentiamus in pluribus gradibus vehementiorem actionem, non tamen ſentimus huiuſmodi diuerſitatem. Minor patet experimento, maior probatur, cur enim ſi huiuſmodi inæqualitas adeſſet, non ſentiretur?

Dices primò, quia eſt magna ſimilitudo inter illos gradus.

Contrà, licèt ſit maxima ſimilitudo inter octauum, & ſeptimum, eſt tamen magna diſſimilitudo inter primum, & octauum, cur ergo inter iſtos non dignoſcitur?

Dices ſecundò non cognoſci, quia omnes gradus ſunt in eodem ſubiecto.

Contrà, imò quia ſunt in eodem ſubiecto, eo meliùs deberet percipi eadem diuerſitas, ſicut duarum quantitatum diuerſitas magis dignoſcitur, cùm vna alteri ſuperimponitur, quam cùm omnino diſiunctæ ſunt.

Dices tertiò, ideò non ſentitur diſcrimen, quia qualitas magis intenſa lædit ſenſorium.

Contrà, licèt id interdum verum ſit, cùm tamen aliquando ſenſorium non lædatur, vt cùm qualitas eſt moderatè intenſa, deberemus tunc ſentire huiuſmodi diuerſitatem.

Dices quartò, id euenire quia ſentitur tantùm vltimus gradus, cæteri confunduntur.

Contrà, cur cæteri gradus, ſi diuerſi non ſen-A tiuntur? Præterea, ſi id verum eſſet, poſſet facilè quis aſſerere iuxta aliorum ſententiam vltimum tantùm gradum remanere in ſubiecto, cæteros perire.

Secundò probatur concluſio, ita ſe habent partes qualitatis ad intenſionem qualitatis, ſicut partes quantitatis ad eiuſdem extenſionem; ſed in extenſione quantitatis non requiritur huiuſmodi diuerſitas in perfectione, ad hoc vt dicatur vna quantitas extenſa, & continua, ergo nec inter partes intenſiuas qualitatis.

Quarta concluſio. Gradus qualitatis ſunt heterogenei non ſecundùm maiorem, aut minorem perfectionem in actiuitate; ſed quia vnus B gradus habet aliquam indiuidualem conditionem, & determinationem, quam non habet alter, ſecundus enim gradus dicitur diuerſus à primo in hoc, quia eſt determinatus ad informandum ſolum illud ſubiectum, quod eſt affectum primo gradu, & ſic de cæteris: quæ quidem diuerſitas non conuenit gradibus omnino materialiter, & per accidens, id eſt ratione ſubiecti, in quo recipiuntur, ita vt ſecundus dicatur ſecundus, quia ſecundo loco eſt introductus in ſubiectum affectum primo gradu, ſed conuenit illi formaliter, & per ſe ſecundùm indiuiduationem, quam habet. ita vt indiuiduatio talis gradus ſit ratio determinatiua qualitatis ad informandum tale ſubiectum, & non aliud, C & cùm id cauſet aliquam diuerſitatem inter gradus, ideo dicuntur heterogenei.

Probatur primò, gradus qualitatis non ſunt homogenei, ſed neque heterogenei ſecundùm maiorem, aut minorem perfectionem ſpecificam, aut indiuidualem, ſunt autem aliquo modo heterogenei, ergo modo iam explicato. Secundò, quia ſic optimè explicantur omnes difficultates, quæ quamlibet ſententiam ex prædictis vrgent.

Vrget tertiam ſententiam quomodo partes qualitatis, cùm differant ſpecie, faciant vnam qualitatem, & continuò acquiri poſſint; in noſtra enim ſententia partes omnes ſunt eiuſdem D ſpeciei: ſic etiam in continuo plures partes eiuſdem rationis faciunt vnam quantitatem continuam. Nec refert quòd partes ſint aliquo modo heterogeneæ; neq; enim omnis heterogeneitas tollit vnitatem, vt patet in vbi, cuius partes locant corpus in diuerſis partibus ſpatij, & tamen omnes partes vbi conſtituunt vnum vbi: & eadem illuminatio eſt vna in tota aula, dum vniformiter difformiter aër illuminatur: id ipſum patet in lineis curuis mathematicis, circulari excepta, quæ tamen habent aliquam heterogeneitatem, licèt vnam numero conficiant figuram.

Quod vrget primam ſententiam eſt quod in E ea recurrendum ad primam cauſam, nec eſt ratio cur hic non alius expellatur, cùm omnes gradus ſint homogenei. Item, quia vnus gradus caloris poſſet intendere ſubiectum calidum vt vnum, vt duo &c. imò ſeipſum; reſpondemus enim nos, quòd ſi ſubiectum ſit frigidum vt octo, ſi admouebitur ignis, priùs corrumpetur octauus gradus frigoris, deinde ſeptimus, & ſic de cæteris, abſque quod ad cauſam primam fiat recurſus. Id autem dicimus, quia cùm in calido, vel in frigido ſit corrumpendus aliquis gradus, eſt maior ratio cur potiùs corrumpatur octauus, quàm quintus, eò quòd octauus neceſſariò ſup-

ponit reliquos ſeptem, & ſi quintus corrumperetur, corrumperetur ſextus, ſeptimus, & octauus; corrupto autem tantùm octauo reliqui poſſunt remanere, quia non dependent ab octauo ſicut octauus ab ipſis.

Quod viget quartam ſententiam eſt, quia ſi gradus eſſent heterogenei in perfectione, iſta heterogeneitas deberet ſentiri; in noſtra autem ſententia non ſentitur hæc diuerſitas, quia non ponitur in perfectione, aut maiore actiuitate, vt illi volebant, ſed tantùm penes illam indiuidualem conditionem, qua, ſecundum gradus videlicet, non poteſt informare ſubiectum niſi affectum primo, cùm, vt diximus, ita ſe habeant partes qualitatis in intenſione, ſicut quantitatis in extenſione, quæ ſicut in quantitate ſunt æquè perfectæ, ſic etiam in qualitate.

Obiectio 1.

Obiicies primò, pro gradibus homogeneis, duo homines poſſunt trahere nauim, quam neuter ſolus poſſet; vires autem vtriuſque ſunt eiuſdem rationis, & homogeneæ, ergo homogenea poſſunt intendi.

Confirmatur, pondus additum ponderi fit maius, & grauitas intenditur, ergo intenſionis gradus non ſemper diuerſi.

Reſpondetur, dum duo homines ſimul trahunt nauim, vires vtriuſque hominis non intendi; nauis autem trahitur ex congruentia virium.

Ad confirmationem, ſi pondus addatur ponderi, pondus non intenditur; non poteſt autem maius pondus moueri, quia quodlibet agens non eſt idoneum ad mouendum niſi vnam partem rei grauis ſecundùm extenſionem, non quia grauitas ſit intenſior.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, calor vt quatuor, & calor vt quatuor ſi in vno, & eodem ſubiecto ponantur, faciunt vnam qualitatem intenſam, & tamen ſunt homogenei.

Reſpondetur, ſi per diuinam potentiam id fieret, tunc non fieret vna qualitas extenſa, cùm in eodem ſubiecto ponantur: ſed neque vna qualitas intenſa, quia gradus ille vt quatuor non eſt informatiuus niſi qualitatis vt tria. Addo tamen quòd ſubiectum illud tunc haberet eamdem vim, quam haberent duo ſubiecta, quorum quodlibet qualitatem intenſam vt quatuor haberet.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, verè illi calores vnitentur, ergo verè eſſet vna qualitas intenſa.

Reſpondetur, illi calores vnitentur tantùm entitatiuè, id eſt in vnam entitatem ad eum modum planè, quo ſi plures formæ ignis ponerentur in eadem materia, vnirentur ſolùm in vnam entitatem, neque facerent vnam formam extenſam, neque intenſam; poſſet tamen hæc vnio in vnam entitatem potiùs appellari extenſiua, habet enim totam illam virtutem, quam præſtaret ſi eſſet extenſa: quare ſi duplex calor vt quatuor ponatur in eodem ſubiecto per diuinam potentiam, calor ille non eſſet extenſurus ſuam ſphæram producendo maiorem qualitatem in ſingulis partibus ſuæ ſphæræ, licèt non maiorem ea, quam in ſe habet ſecundùm intenſionem; atque adeò actiuus ad maius interuallum, nunquam tamen intenſurus ſuam ſphæram, producendo qualitatem intenſiorem ea, quam habet à ſingulis caloribus vt quatuor ſeorſim acceptis.

Plures formæ ignis in vna materia an facerent vnam formam extenſam, vel intenſam.

Obiectio 4.

Obiicit quartò Pater Areſius, impellat quis rotam, mouebitur v. g. vt duo: addito nouo impulſu eiuſdem rationis, mouebitur vt quatuor: addatur tertiò idem impulſus, mouebitur vt ſex; tunc autem motus vt duo intendetur per additionem graduum homogeneorum.

Confirmatur primò, ſi duo homines impellant idem mobile, faciliùs mouebitur quàm ſi impellatur mobile ab vno, ergo ſignum eſt quòd ad intenſionem ſufficiunt gradus homogenei.

Confirmatur ſecundò, ſi ponantur duæ candelæ æquales, ab iis aër intermedius magis illuminabitur, quàm ab vna tantùm candela.

Confirmatur tertiò, in reflexione radiorum lumen intenditur: ſic etiam per vnionem eorumdem, vt patet in phiala vitrea plena aqua, ſiue in ſpeculo concauo dum radij in centrum coëunt.

Reſpondet quidam, ſicut cùm trahitur nauis à duobus per multiplicationem virium non fit propriè intenſio, vt diximus, ſed tantùm plura agentia ſunt, quæ agunt, quia non eſt additio vnius gradus ad alium, nec vera expulſio contrariæ qualitatis, quod requiritur ad intenſionem, dum enim ſuperant pondus maius, nihil pereunt vires à naui: ita cùm quis impellit rotam vt duo, & iterum impellit vt duo, propriè non fit intenſio in ſubiecto: non enim expellitur per illum impulſum rotæ grauitas.

Reſponderem rectiùs, cùm quis impellit rotam vt duo, & deinde iterum impellit vt duo, tunc non fiet intenſior impulſus, nec velociùs rota mouebitur, ſed tantùm motus ille magis durabit, eritque additio potiùs extenſiua quàm intenſiua; velociùs verò rota tantùm tunc mouebitur, ſi impelletur vt quatuor, vel vt ſex.

Ad primam confirmationem, ſi duo homines rotam impellerent, & quilibet vt duo, tunc rota moueretur vt quatuor, quia illi duo homines conficerent vnum agens totale: neque vnus producet duos gradus impulſus, & alter duos alios gradus, ſed totus ille impulſus erit ab vtroque, & ab vtroq; dimanabit virtus impulſiua vt quatuor, ſicut cùm duo ignes partialiter concurrunt, & producunt calorem vt quatuor, & ſicut quilibet gradus caloris eſt ab vtroque igne, ſic totus ille impulſus eſt ab vtroque homine tanquam ab vna cauſa totali; ideò vterque ſi ſimul applicetur, totum illum impulſum producet.

Quare duobus impellentibus rotam vt duo moueatur vt quatuor.

Ad ſecundam reſpondetur, falſum eſſe experimentum, & contra ſenſum: imò oppoſitum videmus. Ponantur duo luminoſa in angulis vnius aulæ, & quodlibet ſit luminoſum vt duo, aër intermedius non erit luminoſus vt quatuor, imò minùs luminoſus quàm quælibet candela; lumen ergo vt duo non intendet lumen vt duo: quare ſimpliciter dico aërem non illuminari à quolibet luminoſo niſi luminoſum ſit maioris luminis quàm aër, ſi enim aër habet plus luminis quàm candela, vt in meridie, potiùs candela illuminabitur quàm aër, atque adeò nunquam vna qualitas intendet aliam, ſi ſit minùs intenſa, vel æqualiter, ſed tantùm cùm eſt magis intenſa.

Poſitis duobus luminoſis vt duo in angulis aulæ, an aër intermedius luminoſus vt quatuor.

Ad tertiam, in reflexione intenditur lumen, quia producitur lumen maius, vt dicemus cùm de reflexione.

Obiectio 5.

Obiicies quintò, ad productionem quinti gradus caloris concurrunt omnes octo gradus agentis calidi vt octo, ergo gradus omnes ſunt

homogenei. Antecedens patet, magis enim calefacit calidum vt octo, quàm calidum vt quinque, ergo ſignum eſt calorem vt octo, & omnes eius gradus concurrere ad calefaciendam manũ vt quinque. Conſequentia prima probatur, quia ſi octauus gradus concurrit ad productionem quinti, erit eiuſdem rationis, & perfectionis cum illo, ergo gradus non ſunt heterogenei.

Reſpondetur, nego vltimam conſequentiam, concedo enim quòd dum quintus gradus caloris producitur, omnes octo gradus concurrant, atque adeò concedo omnes gradus eſſe humogeneos ſpecificè, & indiuidualiter quoad perfectionem, nec magis poſſe octauum quàm primum; dicuntur tamen illi gradus heterogenei, B tantùm quia habent talem conditionem vt ſecundus primum ſupponat, tertius ſecundum.

Obiectio 6.

Obiicies ſextò, ſi per diuinam potentiam poneretur tantùm ſeptimus gradus ſupra octauum, ſextus ſupra ſeptimum, inferior intenderet ſuperiorem, ergo & æqualis æqualem, vt ſi ponerentur duo calores vt quatuor, vnus alium intenderet. Antecedens patet, non enim videtur ratio cur qualitas illa non diceretur intenſior, ſi poſito octauo ponerentur alij ſeptem.

Reſpondetur, ſi priùs introduceretur octauus, deinde ſeptimus, & ſic deinceps, & inuerteretur ordo, gradus illi efficerent qualitatem intenſiorem, quia ordo ille introductionis eſt C per accidens, nec refert ad rationem formalem intenſionis, vt hic priùs introducatur quàm ille, dummodo octauus ſit cum reliquis, & reuera neque inferior intenderet ſuperiorem, ſed econtrà; ideò nego conſequentiam, eſt enim diuerſa ratio inter gradus æquales, quia non poteſt æqualis efficere vnum calorem formaliter cum æquali, ſed tantùm efficeret vnum calorem entitatiuè. Idipſum contingeret ſi in eodem ſubiecto poneretur calor vt vnum, & calor vt octo non interpoſitis alijs; tunc enim illi duo calores ſolùm id præſtarent, quod præſtarent ſimpliciter duo gradus, neque qualitatem efficerent intenſiorem.

D Petes, quonam pacto poteſt eſſe eadem omnino qualitas, & habere gradus æquè perfectos nedum ſpecificè, ſed etiam indiuidualiter, & tamen habere gradus heterogeneos, ita vt vnus alium ſupponat?

Reſpondetur, explicando hoc duplici exemplo, primum deſumptum eſt ab vbi, ſeu à modo eſſendi in loco, dum enim quis eſt in loco habet vnum vbi, cuius partes licèt ſint æquales in perfectione eſſentialiter, & indiuidualiter, ſunt tamen ordinatæ ad collocandam rem mobilem in diuerſis partibus ſpatij, ita vt hæc pars vbi non ſit informatiua ſubiecti niſi ad hanc E partem ſpatij realis, & alia nonniſi in ordine ad aliam, & ſic de cæteris. Secundum exemplum ſumi poteſt à duabus ſpeciebus intelligibilibus repræſentatiuis duorum alborum omnino ſimilium in gradu albedinis; licèt enim hæ duæ ſpecies ſint æquales in perfectione tum eſſentiali, tum indiuiduali, tamen ita ſe habent vt vna ſit determinata ad repræſentandum vnum album, alia ad repræſentandum alterum.

Corol. 1.
Intenſio, & remiſſio qualitatis quid?

Ex his colligitur primò, quid ſit qualitatem intendi, & remitti, & quonam pacto qualitas intenſior dicatur perfectior, licèt vnus qualitatis gradus non ſit perfectior altero, quia videlicet aliud eſt, qualitatem intenſiorem eſſe magis A perfectam, & magis actiuam: aliud, quòd vnus gradus ſit magis perfectus, & actiuus altero; primum verum eſt, quia tenera plus calefacit calidum vt quatuor, quàm calidum vt vnum, quia plus continet formæ, & entitatis: ſecundum falſum eſt, vt vidimus ſuprà.

Corol. 2.
Quænam radix intenſionis.

Colligitur ſecundò, quænam ſit radix intenſionis: & cur ſi plures formæ ſubſtantiales afficiant eamdẽ materiam, non intendantur ad inuicem; qualitates verò intendantur. Radicem dico eſſe latitudinem, & diuiſibilitatem qualitatis, cuius partes cùm poſſint omnino ſubiectum idem afficere, ideò dicuntur intendi: non dicuntur intendi formæ ſubſtantiales, ſi ponerentur in eadem materia, quia nulla aliam requirit B ad ſuam integritatem in ſuo ordine; vnus autem gradus alium requirit ad ſuam omnimodam integritatem, & perfectionem, & maiorem actiuitatem; ideò formæ ſubſtantiales in eadem materia dicerentur vnitæ tantùm entitatiuè, partes verò qualitatis dicuntur vnitæ formaliter.

Corol. 3.

Colligitur tertiò, duplicem dari extenſionem, aliam, quæ fit in duplici parte, ſeu diuerſa ſubiecti, & dicitur in rigore extenſio: aliam, quæ fit in eadem parte, cùm vel per diuinam potentiam, vel etiam naturaliter concurrunt duæ partes qualitatis eiuſdem rationis, & gradus, vt cùm duplex lumen vt quatuor afficeret eumdem C aërem. Appellatur concurſus hic duplicis qualitatis eiuſdem gradus potiùs extenſio, quàm intenſio, quia illæ duæ qualitates præſtant totum id, quod præſtarent in duplici ſubiecto; habebunt enim ſphæram actiuitatis maiorem, nunquam tamen producent qualitatem altioris gradus; non dicentur intendi, quia ad intenſionem requiritur vt qualitas fiat vna: ex iis verò non fiet vna qualitas, cùm vnus gradus alium non ſupponat. Hinc poſſet reſponderi tertiò ad difficultatem illam, an duo luminoſa æqualia producant lumen intenſius; dico enim, licèt quodlibet luminoſum producat lumen vt quatuor, aër interiectus non dicetur illuminatus vt D octo, neque erit intenſio luminis, ſed tantùm extenſio, licèt in eadem parte ſubiecti erit tantùm duplex lumen vt quatuor: neque hoc voluntariè dictum, ſed experimento conſtat; manent enim illa duo lumina inter ſe impermixta, vt patet ex diuerſitate vmbrarum. Cùm ait Ariſtot. duo accidentia numero non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, intelligitur cùm ſunt eiuſdem ſpeciei, & eodem fungutur munere; non ſic duplex illud lumen.

Extenſio quotuplex.

DISPVTATIO II.

De continuitate alterationis.

SECTIO PRIMA.

An alteratio ſit continua.

Alteratio quotupliciter continua.

NOTANDVM *primò*: Cùm quærimus, an alteratio ſit continua, poteſt intelligi dupliciter. Primò, an ſit continua ratione qualitatis in eadem parte ſubiecti: Secundò, an ſit continua ratione eiuſdem qualitatis in diuerſis partibus ſub-

iecti. Prima dicitur alteratio intenſiua: Secunda extenſiua. De vtraque loquimur. A

Notandum ſecundò, cùm quærimus, An alteratio intenſiua ſit ſemper continua, loquimur præſertim de qualitatibus habentibus contrarium; Certum eſt enim in qualitatibus non habentibus contrarium ſubiectum alterari in inſtanti: Sic etiam cùm quærimus, an alteratio extenſiua ſit continua, non loquimur de ea, quæ fit cùm agens eſt applicatum toti ſubiecto; tunc enim illud alterat in inſtanti, vt patet cùm aqua gelaſcit; lac coagulatur &c. Sed tantùm de ea, quæ fit cùm agens ſucceſſiuè applicatur. Quare ſenſus quæſtionis eſt, an alteratio, qua plures gradus qualitatis acquiruntur tum in eadem, tum in diuerſa parte ſubiecti, ſit continua: vel tot ſint alterationes, & mutationes, quot ſunt gradus qualitatis, vel partes in ſubiecto. B

Prima ſententia eſt, alterationem non poſſe fieri continuò, ſed ſolùm per mutationes inſtantaneas, & diſcretas, ita vt agens, poſtquam produxit in inſtanti aliquid qualitatis, quieſcat, & ſic deinceps alium producat gradum vſque ad octauum per inſtantia interpolata. Ita Soncin. 8. Metaph. quæſt. 22. Ferrar. 8. Phyſic. quæſt. 11. Aquar. ibid. Fland. 8. Metaph. Capreol. in 1. diſtinct. 17. quæſt. 2. art. 2. ad 1.

Soncinas. Ferrarien. Aquarius. Flandria. Capreol.

Secunda ſententia eſt Ægid. qui vult qualitatem quoad intenſionem produci quidem continuò, & ſucceſſiuè, in primo inſtanti verò totam qualitatem; ſucceſſiuè quoad radicationem; licèt quoad extenſionem, & ratione ſubiecti non continuò, & ſucceſſiuè producatur. C

Ægidius.

Tertia ſententia eſt communis, vtramque alterationem poſſe fieri nedum ſucceſſiuè, ſed etiam continuò. Ita Boccafer. 1. de generat. tex. 10. Scot. in 2. diſtinct. 2. quæſt. 9. D. Thom. 1. 2. quæſt. 24. art. 3. ſic

Boccafer. Scotus. D. Thom.

Prima concluſio. In qualitatibus habentibus contrarium, & reſiſtentiam in paſſo, qualitas continuò, & ſucceſſiuè de facto producitur: loquor de alteratione intenſiua.

Probatur primò, ideò non poteſt qualitas produci continuò, quia aliqua pars minima non fit in tempore, ſed in inſtanti; ſed hoc minimum in inſtanti productum non datur, ergo. Maior eſt fundamentum aduerſariorum: Minor iuxta noſtra principia eſt certa, quia negamus inſtantia, & indiuiſibilia. Sed iis conceſſis probatur non dari huiuſmodi minimum, in qualitate. Si in aliquo inſtanti fit minimum, vel hoc habet contrarium, vel non: ſi non habet contrarium, ergo non eſt pars qualitatis, quia ſicut tota qualitas habet contrarium, ita partes eiuſdem: ſi habet, ergo producitur qualitas illa in tempore, dum enim contrarium reſiſtit, retardat actionem, ergo impedit ne fiat tota ſimul. Quòd verò contrarium reſiſtat probatur, quia ponimus agens, & paſſum æqualis virtutis, ergo ſicut vnum poteſt agere, alterum poterit reſiſtere; poſita autem reſiſtentia neceſſariò ſequitur effectum non ſimul poni. D E

Secundò, ſi alteratio non fieret ſucceſſiuè continuò, ſequeretur quòd agens debitè applicatum, & potens ſuperare contrarium, non ageret, quod eſt abſurdum. Sequela, probatur, vbi agens produxit qualitatem illam in inſtanti, vel aget, vel non, ſi aget, ergo continuò aget: ſi ſecundum, ergo debitè applicatum non aget.

Capreolus.

Reſpondet Capreolus, agens non quieſcere,

A ſed tunc diſponere ſubiectum rareſaciendo, vt recipiat alterum gradum caloris.

Contrà, quia ſubiectum non rareſit niſi per actionem calefactiuam; raritas enim ſubſequitur ad calorem, non antecedit, ergo ſi in ſequenti tempore agens rareſacit, etiam calefacit, & actionem continuat. Quòd ſi dicat rareſacere ſubiectum, & non per calefactionem; Contrà, iſta ſaltem rareſactio debet eſſe continua, & eius terminus debet continuò fieri, quandoquidem fit in tempore poſt inſtans, ergo datur actio continua ad rareſactionem.

Tertiò, tota qualitas habet reſiſtentiam, ergo debet produci continuò. Conſequentia B patet ex 4. Phyſic. 71. vbi Ariſtot. vult continuitatem, & ſucceſſionem motus continuò oriri ex reſiſtentia, ergo ſi illa continuò adeſt, continua erit alteratio, & qualitas continuò producetur.

Quartò, ſi qualitas produceretur in inſtanti, ſequeretur quòd tantum poſſet agens fortiſſimum quàm debiliſſimum, quod eſt abſurdum. Sequela probatur, applicentur duo agentia, vnum fortiſſimum, hoc producet qualitatem totam per octo inſtantia vnius horæ: applicetur etiam agens debile, modò ſic: In eodem inſtanti agens fortiſſimum producet minimum, agens debile vel producet æquale, vel minus: ſi minus, ergo agens fortiſſimum non produxit mi- C nimum: ſi æquale, ergo tantum poterit agens fortiſſimum, quàm debiliſſimum. Minor patet, quia ſicut eſt abſurdum id concedere in motibus localibus, vt tantum agat agens forte, quàm debile, ita etiam in motibus alterationis.

Secunda concluſio. Qualitas, quæ habet contrarium, ſi agens non ſit æquè applicatum omnibus partibus ſubiecti, dum illud ſucceſſiuè applicatur, ſucceſſiuè producetur quoad extenſionem.

Probatur primò, quia poſtquam calefecit vnum palmum, vel quieſcit, vel mouet alterum palmum: ſi mouet, ergo alteratio etiam extenſiuè eſt continua: ſi quieſcit, ergo agens debitè D applicatum potens ſuperare paſſum non aget, quod eſt abſurdum.

Secundò, ita ſe habet id, quod mouetur localiter ad ſuum motum, ſicut principium actiuum ad ſuum: ſed lapis v. g. qui localiter mouetur ſemper continuò, & ſucceſſiuè mouetur in partibus diuerſis ſpatij, vſque dum impediatur, ergo agens actiuum ſemper aget in variis ſubiecti partibus per ſuum effectum, ſi non impediatur; vtrumque enim ponitur applicatum cum reſiſtentia, & principio actiuo ſemper eodem modo applicato.

E

SECTIO II.

Enodantur quædam difficultates.

PRIMA *difficultas*, an in quolibet inſtanti producatur aliquid diuiſibile, vel indiuiſibile.

Nos qui indiuiſibilia negamus, facilè ab his eruimur anguſtiis; iis tamen conceſſis, licèt alij oppoſitum ſentiant, probabilius puto in inſtanti produci aliquid indiuiſibile; in tempore aliquid diuiſibile. Ratio à priori eſt, quia quotieſcunque aliquid creſcit per continuam durationem, ex natura rei creſcit cum proportione

A eiuſdem duratioois, ſi cætera ſint paria, vt ſuppoṅimus; ergo vt proportio ſernetur, in partibus duraoonis diuiſibilibus, ereſcet diuiſibilirer, in partibus indiuiſibilibus indiuiſibiliter.

Secunda difficultas, an in qualitaobus detur minimum, ſiue ex ſecundùm ſe, ſiue vt ſunt diſpoſitiones formarum ſubſtantialium conſiderentur. Facilis eſt teſpooſio iuxta noſtra priocipia, dari in qualitatibus primam partem determinatam, & minimum non quidem mathematicum, ſed phyſicum, atque ab eo incipere alterationis motum.

Tertia difficultas, an detur maximum.

Scotus. Caietanus. Durandus.

Scot. in 3. diſtinct. 13. Caier. 2. 2. quæſt. 24. art. 7. & 3. part. quæſt. 7. 11. 12. Durand. in 1. B diſtinct. 17. quæſt. 9. voluot qualitates eſſe determinatas quoad maximum, quia intenſio eſt modus qualitatis intrinſecè qualitatem perficiens, ſed eſſeotia qualitatis eſt finita, & determinata, ergo etiam determinati, & fioiti modi; habent ergo maximom.

D. Thom. Capreolus. Ockam. Gregorius.

D. Thom. 2. 2. quæſt. 2. art. 7. Capreol. in 1. diſtinct. 17. quæſt. 4. Ocham. Gregor. & alij docent qualitates naturaliter eſſe determinatas, tum quoad maximum, tum quoad minimum, licèt poſſint augeri per diuinam potentiam, vt patet in qualitatibos ſupernaturalibus, quæ poſſunt augeri in infinitum, vt gratia, & lumeo gloriæ. Præterea intenſio in qualitate ſe C habet, vt in quantitate extenſio, quantitas poteſt in infinitum exteodi, licèt habeat eſſentiam determinatam, ergo etiam qualitas.

Ad rationem Scoti reſpondetur, licèt intenſio ſequatur qualitatem, non tameo neceſſe eſt licèt qualitas ſit finita, vt non poſſit intenſio augeri infinitè, ſicut extenſio eſt modus quantitatis, tamen poteſt in infinitum exereſcere.

Quarta difficultas, vnde attendatur intenſio qualitatum.

Soncinas.

Soncin. 8. Metaph. quæſt. 24. putat menſuram intenſionis eſſe ſummum gradum, ita vt dicatur illud magis inteoſum, quod ad ſummum gradom magis accedit, illud magis remiſſum, D quod à ſummo gradu magis recedit.

Impugnatur, calor enim vt ſex diſtat à calore vt octo duplici gradu. calor vt quatuor diſtat à calore vt octo quatuor gradibus, & tamen calor vt ſex eſt tantùm duplo intenſior calore vt quatuor, & excedit illum proportione ſeſquialtera.

Calculator. Foroliuienſis

Calculator & Foroliuieoſ. tract. de intenſ. aiunt menſuram intenſionis eſſe non gradum; Dicerem tameo menſuram intenſionis poſſe deſumi à minimo eiuſdem qualitatis, vt ea dicatur magis intenſa, quæ continet plura minima, ſeu plures gradus eiuſdem qualitatis ſuperadditos.

E

A

DISPVTATIO III.

De contrarietate alterationis.

SECTIO I.

An duæ qualitates oppoſitæ poſſint eſſe ſimul in eodem ſubiecto.

Gregorius. Burlaus. Soncinas.

PRIMA *ſententia eſt*, Gregor. in 1. diſtinct. 17. quæſt. 3. Bur- B lei tract. de intenſ. Soncin. 10. Metaph. quæſt. vltima, qui dicunt non poſſe eſſe in eodem ſubiecto aliquos gradus ſimul oppoſitæ qualitatis.

Secunda ſententia eſt oppoſita, & communis.

Notandum primò, qualitatem, vt diximus, habere limitem, & eſſe finitæ perfectionis; quilibet enim effectus debet eſſe proportionatus potentiæ, à qua dimanat; cùm enim potentia actiua ſeu productiua, quæ eſt radix ipſius, ſit finita, finitus etiam erit effectus.

Perfectio qualitatis in quot gradus diuidatur.

Notandum ſecundò, hanc perfectionem qualitatis, & latitudinem intenſioam diuidi à Philoſophis in octo gradus; vnde fit vt etiam mate- C ria habeat capacitatem ad octo gradus, ita vt ſi vnus ſupra octauum producatur, materia illum non poterit recipere. Raoo à priori eſt, quia non debet eſſe maius perfectibile, quàm perfectiuum, ſi enim perfectiuum non poteſt eſſe niſi vt octo, perfectibile non poterit eſſe capax niſi vt octo: Tum quia potentia actiua noo debet eſſe minor paſſiua, v. g. ſi poteſt actiua producere tantùm octo, paſſiua non poterit recipere niſi tantùm octo.

Materia nunquam nuda forma ſubſtantiali, & primis qualitatibus.

Notandum tertiò, materiam nunquam eſſe nudam propria forma ſubſtantiali: ſed neque eſſe nudam primis illis qualitatibus, præſertim in ſublunaribus.

D *Vnica concluſio.* Qualitates cootrariæ poſſunt eſſe ſimul in gradu remiſſo, poſſunt enim in materia eſſe quatuor gradus frigoris, & quatuor caloris; vel ſeptem caloris, vnus frigoris.

Probatur primò, cùm enim producitur aliquid caloris v. g. in aqua, vel corrumpitur totum frigus; vel remanet totum, vel remittitur. Si producto vno gradu caloris totum frigus vt octo corrumperetur, materia remaneret nuda abſque primis illis qualitatibus, & tantùm cum vnico gradu, quod eſt falſum: Si totum frigus remaoet producto primo gradu caloris, ergo materia contineret plures gradus quàm octo, quod eſt abſurdum, ergo refrangitur, & re- E mittitur, ergo in eodem ſubiecto poſſunt eſſe qoalitates oppoſitæ in gradu remiſſo. Secundò, qualitas introducitur, in ſubiecto cum reſiſtentia contrarij, ergo neceſſariò contraria debent eſſe ſimul in eodem ſobiecto, vt inuicem pugoent, & ſibi reſiſtant. Tertiò experientia, cùm admouemus manum ad ignem, paulatim remittitur frigus.

Dices, tunc produci tertiam qualitatem, quæ virtute continet frigus, & calorem.

Contrà, iſta qualitas producta eſt ab igne; peto cur non produxit calorem? Deinde, ſi manus tandem fiet calida vt octo formaliter,

cùm idem ſit agens, & eadem actio, cur ſemper non eſt idem terminus, nempe calor? qua ratione producet modò qualitatem illam virtualem, deinde calorem?

Obiectio 1. *Obiicies primò*, calor ex natura ſua eſt oppoſitus frigori ex intrinſecis ſuis principiis, ergo in nullo gradu poteſt eſſe ſimul cum frigore, cùm ex Ariſtot. contraria non poſſint eſſe in eodem ſubiecto.

Reſpondetur, nego antecedens, calor enim non eſt eſſentialiter oppoſitus frigori ex natura qualitatis alteratiuæ, ita vt ex natura ſua expellant ſe mutuò in quocunque gradu, quia quòd ſe expellant non eſt quid conueniens qualitatibus præcisè ſumptis ſecundùm entitates proprias eſſentiales, ſed ſecundùm gradus intenſos, & determinatos. Ariſtot. verò cùm ait contraria non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, non docet id conuenire qualitatibus ex præciſa ratione frigoris v. g. & caloris, ſed tantùm id prouenit ex conditionibus indiuiduantibus graduum eorumdem.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, calor, vt calor eſt, eſt contrarius frigori, ita enim communiter ſentimus, ergo calor vt ſic expellit frigus, ergo nulla ratione calor, & frigus ſunt compoſſibiles.

Reſpondetur, licèt communiter dicantur contraria, contraria tamen non ſunt ex præciſa ratione qualitatum: & ſicut calor dicitur intenſus non eſſentialiter, ſed per ſecundum, & tertium gradum, &c. ita dicitur oppoſitus frigori non ſecundùm eſſentialem rationem, ſed ſecundùm ſuam perfectionem, & latitudinem. Aduertendum autem, cùm dicimus eſſentiam caloris non eſſe oppoſitam eſſentiæ frigoris, loqui nos de eſſentia phyſica; certum eſt enim frigus, & calorem eſſe formas oppoſitas, & diuerſas ſecundùm eſſentiam metaphyſicam.

Calor quomodo in eodem ſubiecto cum frigore.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*, ex admixtione albi, & nigri oritur tertia qualitas, quæ eſt color viridis, vel rubeus, ergo ex admixtione caloris, & frigoris producetur tertia qualitas, quæ neque frigus, neque calor erit, ſed virtualiter vtrumque.

Reſpondetur, eſto in coloribus id verum ſit, id accidit ex mixtione illarum qualitatum, in frigore autem, & calore non intercedit hæc mixtio, ſicut etiam in habitibus animæ ex habitu temperantiæ, & vitioſo non fit tertius habitus, quia non intercedit mixtio.

Inſtabis, aqua calefacta vt quatuor non dicitur calida, neque frigida, ſed tepida, ergo quia tertia afficitur qualitate.

Reſpondetur, dici tepidam non ad oſtendendum vnam qualitatem tertiam, ſed tantùm in voce; per tepidum autem duplicem qualitatem intelligimus in aqua, & quòd illa neque ſit ſimpliciter calida, neque ſimpliciter frigida, dum neutra qualitas prædominatur.

Sectio II.

An iſtius contrarietatis prima radix ſit materia, an qualitas ipſa, an aliquid aliud.

Cvm materia non poſſit capere plores quàm octo gradus, inde fit vt ſi plures introducantur, ſe inuicem expellant. Difficultas eſt quid ſit prius, eſſe prius capacitatem materiæ, & determinatam, & conſequi tantùm qualitatem eſſe poſſibilem: an priùs qualitatem in ſe eſſe determinatam, deinde correſpondere illi capacitatem materiæ finitam.

Ratio dubitandi eſt, quia ſi qualitates ponantur in abſtracto, octo gradus frigoris, & octo caloris ſimul inuicem non pugnarent, ergo radix contrarietatis eſt ſola materia, cùm tantùm pugnent in concreto. Ita tenet Caiet. 1. 2. quæſt. 52. art. 2. §. circa eamdem difficultatem. Caietanus.

Oppoſitum docet Scot. in 1. diſt. 17. quæſt. 3. §. opinio, & putat formas priùs eſſe contrarias ad inuicem, & expellere ſe ex eodem ſubiecto, quàm materiam illas reſpicere. Scotus.

Prima concluſio. Prima radix latitudinis, & oppoſitionis accidentium eſt forma ſubſtantialis, à qua dimanant.

Probatur, quia accidentia ſunt inſtrumenta formarum, ergo illis debent proportionari, & ab eis virtutem accipere, & oppoſitionem.

Secunda concluſio. Poſt primam radicem ſubſtantialem formæ prius eſt qualitatem eſſe determinatam, & finitæ latitudinis intenſiuæ, quàm materiæ capacitatem eſſe limitatam.

Probatur primò, quia ſi materia eſſet radix perfectionis, & contrarietatis qualitatum, quilibet gradus non magis expeteret expellere vnum quàm alium qualitatis oppoſitæ, ſed hoc eſt falſum, ergo. Minor patet ex dictis, quia primus gradus eſt incompoſſibilis cum octauo, ſecundus cum ſeptimo, & non cum reliquis. Sequela maioris probatur, ſi materia tantùm dat oppoſitionem qualitatibus, in quantùm ipſa non eſt capax ſupra octauum gradum, ergo tantùm requirit non habere ſupra latitudinem octaui, & non magis vnum expelli quàm alium.

Confirmatur, inter contraria datur vera expulſio; ſi autem materia eſſet prima radix, non eſſet vera expulſio, ſed haberent tantùm ab illa quòd reſpicerentur.

Secundò, qualitates ideo ſe expellunt ab eodem ſubiecto, quia ſunt contrariæ, ſed radix contrarietatis non eſt materia, ergo neque expulſionis, ergo neque latitudinis ſecundùm quam non ſe poſſunt compati. Maior probatur, quia ſi non eſſent contraria non ſe expellerent; pugnant enim quæ amica non ſunt, quæve habent oppoſitionem ad inuicem. Minor probatur, quia ſubiectum eſt tantùm receptiuum omnium, & eſt tantùm vera potentia paſſiua.

Ad Caiet. reſpondetur, ideo octo gradus frigoris non pugnarent cum octo gradibus caloris in abſtracto, quia qualitas in abſtracto pati non poteſt, & alia in aliam non poteſt agere, quia frigiditas v. g. deberet eſſe potentia ſuſceptiua materialis caloris, & calor deberet educi à frigore, quæ omnia falſa ſunt.

Quinam ſit terminus alterationis videatur Areſ. quæſt. 28. vbi habet alterationem eſſe tantùm ad qualitatem ſi loquamur de alteratione propriè dicta: Præterea ad qualitatem tertiæ ſpeciei, non ad reliquas, atque adeo non dari alterationem ad pulchritudinem, & ſanitatem primò, & per ſe, cùm pulchritudo, & ſanitas non ſint quædam ſimplex qualitas, ſed reſultent illa ex ſuauitate colorum, hæc ex humorum qualitate: Neque dari alterationem ad ſcientiam, & ad alios habitus, quia alteratio phyſica propriè eſt ad qualitates ſenſibiles: nec denique etiam dari ad colores primò, & per ſe; mutatio enim in coloribus prouenit ex generatione

Areſius.

Terminus alterationis qui?

Digitized by Google

formæ ſubſtantialis, vel ex alteratione primarum qualitatum, licèt ad illos ſecundariò detur alterano; loquimur autem de coloribus veris: appatentes verò neque primariò, neque ſecundariò ſunt alterationis terminus.

PARS TERTIA.

De Actione.

QVID actio, quid paſſio diximus in Phyſicis cùm de motu diſput. 1. digreſſ. 1. & 2. Agemus nunc primò de iis, quæ pertinent ad actionem: Secundò de reactione: denique de contactu; tres enim ſunt prærequiſitæ conditiones ad actionem, diſſimilitudo, diſtinctio, & propinquitas; ideò nunc ſit

---

DISPVTATIO PRIMA.

Inter quæ poſſit eſſe actio.

SECTIO PRIMA.

An ſimile poſſit agere in ſimile.

VETERES nonnulli aſſerebant, ſimile non poſſe pati ab altero ſimili: nonnulli econtrà omne agens agere in ſimile: medius inter vtroſque Ariſtot. dixit ea, quæ patiuntur, debere eſſe aliquo modo ſimilia, aliquo modo diſſimilia: ſimilia quidem in genere non quidem phyſico, & in materia vt exponunt quidam, cùm enim ſit vna omoium materia, vt diximus, fruſtra hæc ponitur ſimilitudo; ſed in genere metaphyſico, noo enim calidum agit in nigrum, ſed in frigidum: diſſimilia autem in ſpecie, id eſt in principio actiuo. Rationem reddit, quia contraria ſunt ſub eodem genere oppoſita, quæ autem ſub eodem genere ſunt, habent aliquam conuenientiam, & ſimilitudinem; quoniam verò diſtant, differentiam includunt, & diſſimilitudinem.

Ariſtot.

Difficultas modò eſt, an id ſit omnino verum, requiri videlicet inter agens, & patieos aliquam diſſimilitudinem: vel contrà, an poſſit eſſe actio inter ea, quæ ſunt omnino ſimilia. Similitudo alia formalis, & per ſe: alia materialis, & per accidens: ſimilia per ſe ſunt, quæ habent eamdem qualitatem ſecundùm quam fit actio: ſimilia per accidens ſunt, quæ habent eamdem qualitatem ſecundùm quam non fit actio, vt ſunt duo calida inæqualiter, ſimul tamen alba æqualiter, quæ ſi ſimul agent, & intendantur, ſimile aget in ſimile non formaliter, ſed materialiter, album æquale in album æquale, & de hoc non eſt quæſtio. Quæſtio eſt de ſimili formaliter, an duobus calidis æqualiter vt ſex agentibus per idem principium æquale caloris, vnum poſſit agere in aliud. Denique formalis ſimilitudo poteſt eſſe inter ea, quæ ſunt æqualia in genere, ſpecie, gradu, quantitate, & denſitate: & inter ea, quæ ſunt tantùm æqualia in genere, & in ſpecie, oon in grado: Tertiò inter ea, quæ ſunt æqualia in genere, ſpecie, gradu, ſed

A non in quantitate, & denſitate.

Prima ſententia eſt Tolet. hîc quæſt. 15. Marſil. quæſt. 18. Niph. quæſt. 2 Soti 2. Phyſic. quæſt. 4. concluſ. 5. Burlæi ibid. Zimar. theorem. 79. ex Auicen. Volunt poſſe eſſe actionem inter ea, quæ ſont ſimilia in qualitate, & gradu, dummodo ſit aliqua diſſimilitudo in denſitate, & raritate, in quantitate maiori, & minori.

Toletus. Marſilius. Niphus. Sotus. Burleus. Zimar.

Probatur, ideò ſimile non poteſt agere in ſimile, quia agens debet habere maiorem virtutem actiuam, ſed hoc reperitur in diſſimilibus in denſitate, licèt ſint ſimilia in qualitate, & gradu, ergo inter ea poteſt eſſe actio. Minor
B probatur, quia vbi eſt denſius ſubiectum, ibi debet eſſe fortior actio, quia ibi eſt virtus magis vnita, quæ quò magis vnita, eò fortior, ergo debet poſſe facere aliquid, quod non poteſt raritas, ergo ſi applicetur raro, in illud ſuum effectum producet.

Confirmatur, ſi ignis minor adiungatur maiori, abſumetur ab illo, vt patet experientia, & notat Ariſt. lib. de Breuit. vitæ cap. 2. Idem patet in candela, quæ admoueatur ori fornacis; cùm enim fornax, aut clibanus aperitur, tunc candela extinguitur à calore clibani, aut fornacis; minor autem eſt calor in clibano, quàm in candela, ergo minus agit in maius, &
C conſequenter ſimile in ſimile.

Secunda ſententia eſt communis Conimb. 1. de gener. cap. 9. D. Thom. tex. 48. Albertoli quæſt. 35. Buccafer. hîc 55. Pomponacij tract. de actione reali, Pariſienſ. quæſt. 3. de actione, Bannes hîc quæſt. 10. Cum quibus ſit

Conimb. D. Th. Albertolus. Buccafer. Pompon. Pariſienſis. Bannes.

Prima concluſio. Simile in genere, & ſpecie, ſed diſſimile in gradu poteſt agere in ſimile. Patet experientia, calidum enim vt octo agit in calidum vt quatuor.

Quòd ſi Ariſtot. ait quòd actio debet eſſe inter contraria, & diſſimilia in ſpecie, intelligit de actione corruptiua, vt cùm calor expellit frigus, non de perfectiua; in hac enim ſufficit diſſimilitudo in gradu.

D *Secunda concluſio.* Simile in genere, ſpecie, & gradu in nullo caſu agit in ſimile, etiam ſi paſſum ſit maximè diſſimile in cæteris diſpoſitionibus, vt in quantitate, raritate, denſitate &c. Eſt communis, difficultas tantùm eſt in aſſignanda ratione.

Probatur ergo, quia ſi ſimile in gradu ageret in ſimile, produceret aliquid ſupra ſuas vires, & ſe perfectius, hoc eſt vltra gradum, quem in ſe habet, ſed hoc eſt abſurdum, ergo. Sequela probatur, præſertim in noſtra ſententia, qui ponimus gradus heterogeneos, ſi enim calidum vt tria produceret vnum gradum caloris in calido vt tria, iam quartum produceret, & a-
E liquid ſe perfectius.

Secundò, tunc ſimile poſſet agere in ſimile, cùm agens denſius, ſeu maioris molis, ſed neque tunc ſimile poterit agere in ſimile, ergo nunquam. Minor probatur, quia quantitas non eſt actiua, nec calidum agit vt quantum, ſeu denſum, ſed vt calidum, quia producit calidum non quantum, ergo quantitas, aut raritas nil influit in actionem, ergo neque in intenſiorem actionem.

Obiicies primò, ſi alicui paſſo calido vt quatuor vniformiter difformiter applicetur calidũ vt quatuor valde denſum, experientia conſtat fieri

Obiectio 1.

fieri aliquam actionem in tale paſſum, & ſphæram extendi ad maiorem diſtantiam, & ſingulas partes illius ſphæræ recipere calorem intenſiorem, ergo ſimile agit in ſimile.

Reſpondetur, Nego conſequentiam. Ratio eſt, quia in ſphæra nunquam reperitur quartus gradus caloris, ſed ſemper calor inferior quarto gradu, ideò per actionem calidi vt quatuor denſioris non producitur aliquid ſupra quartum gradum, & conſequenter non fit actio ſimilis in ſimile, ſed in diſſimile.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, Corpus denſius longius agit, ergo denſitas eſt ratio intenſionis actionis, & qualitatis, ergo denſius poterit agere in minùs denſum.

Reſpondetur, Nego conſequentiam, aliud eſt enim qualitatem ſimpliciter magis agere: Aliud qualitatem agere faciliùs, citiùs, & longius; vt primum ſit verum, neceſſe eſt vt in effectu producto ſit aliquis gradus intenſior, qui nulla ratione antea fuit in ſphæra, vt ſi calidum vt quatuor agat in calidum vt quatuor, neceſſe eſt vt in calido vt quatuor, quod patitur, ſit aliquis quintus gradus, qui antea non erat in calido patientiæ: Contrà verò, ad hoc vt ſit verum ſecundum dictum; ſed poſſunt illa omnia conuenire ſine productione noui gradus; calor enim in ſubiecto ſicco nunquam producit calorem ſe maiorem, ſed tantùm citiùs agit quàm in ſubiecto humido, quia humiditas reddit calorem grauiorem, ſeu medium magis craſſum.

Denſitas an ratio actionis intenſioris.

Petes, cur denſius citiùs, aut longiùs agit?

Reſpondetur, quia in agente denſiori ſunt multa agentia partialia, quæ agunt, & quæ magis diſponunt medium, ideò quodlibet poteſt magis in longum producere ſuam ſphæram, non ſic in agente raro.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*. Si minima pars imaginis ad certam diſtantiam ponatur, cerni non poteſt, ſi autem aulæum extendatur, & fiat maius, cerni ſolet, id fit quia aucto aulæo producitur ſpecies viſibilis, quæ ſit intenſiùs repræſentatiua illius minimæ partis, ergo moles & magnitudo confert ad rationem intenſionis.

Reſpondetur: Certè experientia conſtat, vt quilibet color, ſi in parua ſit magnitudine, non cernatur, ſi autem augeatur additione colorum diuerſorum facilè cernitur; hoc prouenit ex diuerſitate colorum, & proprietate, vt iuxtà poſiti poſſint non ſolùm ſui ipſius, ſed etiam aliorum colorum ſpeciem repræſentatiuam in longiorem diſtantiam extendere, & conſeruare.

Obiectio 4. *Obiicies quartò*. Ferrum candens etiam ſi non ſit ignitum, nec habeat integrum calorem, poteſt ſtuppam ignire, vt experientia patet, ergo.

Ferrum candens quomodo ſtuppam accendat.

Reſp. quidam: Ideo ſtuppa ignitur, quia ferrum calidũ reperit in ea aliquas diſpoſitiones, ſiccitatem videlicet, & raritatem debitam, ex quarum combinatione reſultat cum calore vnum inſtrumentum productiuum formæ ignis.

Ruo. paulò aliter; Addit enim ferrum calidum vt quatuor producere ignem in ſtuppa, non dici tamen produxiſſe calorem vt octo, quia calor vt octo producitur deinde à forma ignis producta.

Faciliùs cum aliis reſpondetur, nunquam produci ignem in ſtuppa à ferro, niſi in poris ferri ſit aliquis ignis; in ferro enim ſunt partes non adeo denſæ, quæ dum ignem concipiunt, efficiũt ferrũ candens potens ignem producere.

Inſtabis, Radij ſolares per ſpeculũ ſi tranſeant, A poſſunt ignem accendere in corpus poſitum extra ſpeculum, & tamen nec radij, nec ſpeculum habent aliquid ignis, ergo poteſt effectus perfectior produci ab imperfectiori, & minùs intẽſo.

Confirmatur: In corpore denſo pondus eſt intenſius, vt in auro, & ideo intenſiorem impulſũ producet, ergo denſitas confert ad intenſionẽ.

Reſp. radios eſſe cauſas æquiuocas reſpectu ignis; cauſa autem æquiuoca eſt alterius ſpeciei, & ordinis, ideo nihil vrget: Nos verò loquimur de ſimili vniuoco in ſpecie, & in gradu.

Ad confirmationem, in corpore denſo eſſe plures partes materiæ, & quamlibet habere ſuũ B pondus, & ideò non fit intenſio ponderis, ſed potiùs extenſio; Sed neque impulſus intenſior, dum prouenit à pluribus agentibus partialibus.

Obiicies quintò. Vnus gradus non eſt altero perfectior, vt diximus, ergo ſi calidum vt quatuor produceret vnum gradum caloris ſupra calidum vt quatuor, non produceret aliquid ſe perfectius, aut ſupra ſuas vires. Obiectio 5.

Reſp. Licèt gradus ille ſuperadditus non ſit perfectior reliquis, quintus v. g. non ſit perfectior quarto, tamen quinque gradus dum vnam conficerent qualitatem, tota illa qualitas diceretur perfectior, eiúſq; productio tribueretur calori producenti quintum gradum, & ſic calor vt C quatuor calorem produceret ſe perfectiorem, quod præſertim repugnat in qualitatibus habentibus contrarium.

Obiicies ſextò. Si ponantur duo luminoſa æqualis intenſionis in eadem parte aëris, maius lumen producitur quàm ſi eſſet vnum luminoſum, ergo ſimile agit in ſimile. Obiectio 6.

Reſpondet quidam, negando experientiam, ſi enim aër ſit illuminatus vt vnum, ſi accedat lumen vt vnum, aër non magis illuminabitur, ſed ſolùm conſeruabit lumen productum.

Poſitis duobus luminoſis æqualis intenſionis, an erit lumen intenſius, vel duo lumina diſtincta.

Contrà, hi enim ſenſum ipſũ negant; Præterea ſi ponatur aliquod corpus opacũ inter vtrumq; luminoſum, duplex efficitur vmbra, vna verſus vnum, altera verſus alterum, ergo ſignum eſt D quòd in eadem parte aliquid producitur luminis ab vtroque luminoſo.

Reſpondet ſecundò Ruuius, & communiter recentiores, ſi aëri illuminato vt vnum addatur lumen vt vnum, fiet lumen intenſius, corpus tamen luminoſum non producet lumen intenſius ſe, & eo, quod in ſe formaliter habet: Axioma autem, nil producit aliquid ſupra ſuas vires, docent eſſe verum penes ſuppoſita, & agentia producentia qualitatem, quæ vniformiter difformiter agunt, non penes ipſas qualitates.

Sed neque placet, concedit enim primum gradum luminis poſſe intendere alium primum gradum, quod nos negamus. Ruuius reiicitur.

E Reſp. igitur: Si duæ candelæ apponãtur in medio nõ producetur lumen intenſius, ſed producẽtur duo lumina numero diſtincta in eadẽ parte ſubiecti: Ita Flam. t. de Gen. c. 7. dub. vlt. qui non putat abſurdũ duo accidentia, quæ pendent in eſſe, & fieri à ſuis cauſis efficientibus, eſſe in eodem ſubiecto, atq; ita conuenire in ſpeciebus intentionalibus: ita etiam Zim. Theor. 3. qui addit, tunc tantùm duo accidẽtia non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, cùm adinuicem agunt propria, & vera actione: ſi verò non pugnant, poſſe eſſe. Quòd autem ſint duo lumina, & non vnum intenſius, pluribus demonſtrant optici, & perſpectiui, quibus potiùs credendum. *Flaminius.* *Zimara.*

Obiicies denique. Phiala omnino ſimilis alteram omninò ſimilem frangit, & vnus oculus imprimit alteri oculo ſuam ſpeciem, & ſpeciem alteri ſpeculo, ergo omnino ſimile agit in ſimile.

Reſpondetur quęſtionem eſſe de actione vera, & reali, qua præſertim producitur aliqua prima qualitas, qualis non reperitur inter phialas, & alia exempla adducta; ſpecies enim illæ, & imagines ſunt formæ intentionales, de quibus non loquimur.

Ad rationes in contrarium diximus quomodo denſius magis agat, nimirum citius &c. & magis in longum, habet enim plures partes materiæ, & veluti plura agentia partialia, quæ dum magis diſponunt medium, longiorem extendunt ſphæram actiuitatis, nunquam tamen magis aget producendo calorem intenſiorem eo, quem in ſe habet.

Ad confirmationem: ignis maior abſumit minorem, quia faciliùs corrumpit materiam, quæ eſt alimentum ignis; ita ibid. Ariſt. candela autem admota clibano extinguitur, non quidem à calore, ſed à vehementi incluſi aëris commotione, dum contendit exire.

SECTIO II.

An ſimile poſſit reddere ſibi ſimile omnino paſſum.

NOTANDVM *primò*, quæſtionem non eſſe de effectu ſimili ſecundùm rationem ſubſtantialem, & eſſentialem; certum enim eſt hominem hominem producere, & ignem ignem; ſed tantùm de effectu ſimili in gradu intenſionis, & in perfectione accidentali.

Quæ ſimilia, & quæ omnino ſimilia.

Notandum ſecundò: Similia illa dicuntur, quę ſunt ſimilia in genere, & ſpecie, ſic calidum vt ſex, & calidum vt duo: omnino ſimilia dicuntur, quæ ſunt ſimilia in genere, ſpecie, & gradu. Id quærimus nunc, an ſi calidum vt quatuor applicetur paſſo non calido, poſſit illud reddere calidum etiam vt quatuor.

Prima ſententia affirmat; fundamentum eſt, quia omnis gradus qualitatis intenſę eſt actiuus, ergo quilibet eſt productiuus alterius ſibi ſimilis, ergo quilibet poterit reddere ſubiectum eodem modo calidum.

Confirmatur: Si ignis calidus vt octo non poteſt producere calorem vt octo in ſubiecto, ergo octauus gradus caloris non eſt qualitas actiua. Conſequentia probatur, quia nunquam poteſt illum gradum producere in ſubiecto.

Secunda ſententia docet, quòd licèt agens non poſſit aſſimilare ſibi totum paſſum in ſpecie, & in gradu; poteſt tamen reddere ſibi ſimilem in gradu ſaltem ſuperficiem paſſi.

Probatur: Ideo non poteſt agens ſibi aſſimilare totum paſſum, quia non ſe penetrat cum toto, ſed ſuperficies ſe inuicem penetrant ſi ſe tangant, ergo illa poterit producere effectum omnino ſimilem.

Prima concluſio. Si agens ſit contiguum paſſo, poſito quòd ſint eiuſdem magnitudinis, & denſitatis, nequit producere in ipſum æqualem intenſionem, ſed ſemper minorem; atque adeo nunquam reddet omnino ſimile.

Probatur: Ad actionem agentis neceſſariò requiritur tanquam conditio ſine qua non approximatio, quæ quò erit maior, eò ſimilior effectus agentis, ſed etiam ſi agens ſit contiguum

A paſſo, paſſum non eſt omnino approximatum, ergo effectus non erit omnino ſimilis agenti. Maior probatur, quia agens agit vniformiter difformiter, ergo quantum paſſum diſtabit ab agente, tantùm effectus erit diſſimilior, ſed etiam ſi paſſum ſit contiguum ſecundùm ſuperficiem, diſtat tamen ſecundùm alias partes, ergo in aliis partibus non introducet qualitatem omnino ſimilem in gradu.

Confirmatur: Corpora, quæ non ſe penetrant, licèt ſint contigua, non ſunt ſimul, nec perfectiſſimè approximata, ergo neque fient perfectè ſimilia, cùm qualitates actiuæ vniformiter difformiter diffundantur.

B *Secunda concluſio.* Neque agens poteſt in ſola ſuperficie paſſi contigua producere qualitatem omnino ſimilem.

Probatur primò, quia ſuperficies non datur, quæ ſit diſtincta à partibus quantitatis, vt alibi docuimus, ergo nequit introduci qualitas niſi introducatur in partes materiæ, & quantitatis.

Secundò, Etiam conceſſa ſuperficie indiuiſibili, neque in ſuperficie contigua poteſt introduci qualitas omnino ſimilis, non ex defectu agentis, ſed paſſi; indiuiſibile enim non poteſt eſſe alterabile, quia omnis motus alterationis eſt accidens corporeum, ergo nequit fieri niſi

C in ſubiecto diuiſibili, ergo.

Dices, Figura, lumen, & color ſunt accidentia corporea, & ſolam indiuiſibilem ſuperficiem afficiunt, ergo poteſt accidens corporeum imprimi in ſubiecto indiuiſibili. Antecedens patet ex Ariſt. lib. de ſenſu, & ſenſib. vbi habet: *color eſt extremum perſpicui in corpore determinato.* Ariſtoteles.

Reſpondetur, licèt figura, & color appareant in extrema ſuperficie, habent tamen trinam dimenſionem ſimul cum corpore, quod afficiunt; Ariſt. verò definit ibi colorem non ſub ratione primæ qualitatis, vt ſic enim afficit totum corpus, eiúſque profunditatem, ſed ſub

D ratione viſibilis, quia vt ſic afficit tantùm extremam ſuperficiem: Lumen autem licèt quidam velint recipi tantùm in ſuperficie; quidam tamen volunt, vt teſtatur hîc Ruu. 1. de Gener. q. 6. num 98. cap. 9. recipi in corpore opaco. Ruuius.

Tertia concluſio. In duobus caſibus poteſt agens producere in paſſo qualitatem ſibi omnino ſimilem. Primus eſt, ſi per diuinam potentiam agens penetraret paſſum, tunc enim eſſent perfectè approximata, & agens non ageret vniformiter difformiter: ſecundus eſt, ſi agens ſit maioris denſitatis, & magnitudinis, tunc poteſt naturaliter omnino aſſimilare ſibi paſſum, & omnino ſimilem qualitatem producere.

E Probatur, quia poteſt agens denſius vehementiùs agere, & per denſitatem, & magnitudinem ſupplere defectum approximationis, ergo poterit agens denſius omnino ſibi paſſum aſſimilare. Conſequentia probatur, quia creſcente denſitate, & magnitudine virtus agentis fit potentior ad producendum effectum denſiorem, ergo poteſt vſque adeò, & tantùm creſcere magnitudo, & denſitas, vt recompenſetur defectus approximationis.

Obiicies primò. Creſcente denſitate ſemper agens aget vniformiter difformiter, & agens naturale priùs agit, & fortiùs in proximum, quàm in remotum, ergo nunquam poterit Obiectio 1.

agens denſius omnino aſſimilare ſibi paſſum minus denſum. Conſequentia probatur, quia vbi aſſimilauit ſibi omnino medium, deinde ageret in remotum, cùm ageret tantùm in remotum, & non amplius in medium, cùm ſimile non agat in ſimile, ergo tunc falſum eſſet naturale illud axioma, quòd agens naturale fortiùs agit in proximo, quàm in remoto, cùm potius è contrà ageret quidem in remotum, & nihil in proximum.

Creſcente denſitate an agens agat vniformiter difformiter.

Reſp. Falſum vniuerſaliter eſt, quòd creſcente denſitate agens ageret vniformiter difformiter in medium ſaltem propinquum; agens autē tum fortiùs agit in proximum, quàm remotum, quando tum proximum, tum remotum habent rationem paſſi, poſtquam verò medium proximum eſt perfectè aſſimilatum agenti in gradu, iam ampliùs non eſt paſſum, ſed fit agens, & ſimol cum primo agente agit in paſſum conſimile, & remotum: patet cùm lignum fit ignis; partes enim extimæ primò igneſcunt, deinde hæ partes ligni ignitæ inducunt rationem agentis, & agunt in reliquas partes interiores, & hæ in alias, neque dicuntur ampliùs paſſum.

Obiectio. 2.

Obiiceres ſecundò, Cur idipſum non dicimus in agente æquè denſo, cùm omnis gradus ſit productiuus ſui ſimilis, & nec calor vt quattuor nequit producere in ſubiecto proximo calorem vt quattuor, cùm vtrobique ſit virtus agentis, & capacitas ſubiecti.

C

Reſp. quia deeſt approximatio, nec ſufficit ſubiecti capacitas, & agentis virtus, ſed inſuper requiritur maxima propinquitas, quæ cùm deſit in agente æquè denſo, ſuppletur à maiori denſitate, ideo agens magis denſum poteſt qualitatem producere omnino ſimilem, non verò agens æquè denſum: & per hæc patet ad primum fundamentum primæ ſententiæ.

Ad confir. Octauus gradus poteſt ex ſe producere octauum, ſed non producit, quia forma ligni, & paſſum non poteſt conſeruari cum ſeptimo gradu caloris, qui eſt vltima diſpoſitio formæ ignis: non ergo producit in paſſum octauum gradum, quia ſuperuenit forma ignis de nouo educta.

D

Ad fundamentum ſecundæ ſententiæ patet ex ſecunda concluſione.

SECTIO III.

An idem poſſit agere in ſeipſum.

Soncinas.

PRIMA *ſententia* eſt Soncin. 9. Metaph. quæſt. 8. qui negat de omni actione idem poſſe agere in ſeipſum.

Burlæus.

Secunda ſententia eſt Burlæi 7. Phyſ. t. qui negat id in alteratione, concedit idem in ſeipſum agere in aliis actionibus.

Tertia ſententia concedit id etiam in alterationibus.

E

Actio alia vniuoca, alia æquiuoca.

Notandum primò, Actio alia vniuoca, & eſt ea, qua producitur effectus eiuſdem ſpeciei, vt cùm ignis calefacit. Alia æquiuoca, qua producitur effectus, qui non eſt eiuſdem ſpeciei, & formaliter in agente, ſed tantùm virtualiter, vel eminenter, vt cùm ſol producit calorem; potentia motiua motum; Huius generis ſunt omnes actiones immanentes, vt motus localis, & aliæ: Rurſus actio alia perfectiua, vt cùm aqua ſe reducit ad priſtinam frigiditatem, & homo intelligit: alia corruptiua, vt cùm calor agit in frigus: Denique idem poteſt eſſe duplex, homo-

A

geneum, & heterogeneum: illud habet partes ſimilares, hoc diſſimilares. De ſingulis dubitari poteſt.

Idē heterogeneum agit in ſeipſum actione corruptiua.

Notandum ſecundò, certum mihi videri idem heterogeneum poſſe agere in ſeipſum actione corruptiua, ſi enim ſit agens liberum poteſt ſibi mortem inferre; ſi verò ſit agens naturale poteſt vna pars diuerſæ rationis ob diuerſas diſpoſitiones alteram corrumpere, inordinatus enim epatis calor poteſt inordinatè alias partes incendere, & conſumere humidum radicale, & corrumpere totum animal: nimium frigus conceptum in cerebro poteſt illud ita malè afficere vt diſtillationibus interimat viuens.

B

Secus idem homogeneum.

Notandum tertiò, certum eſſe etiam idem homogeneum non poſſe agere in ſeipſum actione corruptiua; Ratio eſt, quia nil agit niſi in cōtrarium, ſed partes homogeneæ non ſunt contrariæ. Maior eſt Ariſt. 1. de Gen. Minor eſt nota.

Ariſtoteles.

Confirmatur: Si pars homogenea agit, ideò agit vt formam ſimilem introducat, ſimilis autē forma non poteſt corrumpere ſimile. Probatur, quia nil poteſt alterum corrumpere niſi introducendo oppoſitas qualitates, partes autem ſimilares non habent qualitates oppoſitas.

Idem an agat in ſe ipſum actione perfectiua.

Notandum quartò, Certum eſt idē poſſe agere in ſeipſum actione perfectiua, & æquiuoca; patet in actibus immanentibus, intellectus enim producit ſuas actiones in ſe, intellectus autem eſt agens æquiuocum: natura lapidis producit motum deorſum, qui eſt in lapide, animalia mouent ſeipſa, elementa per propriam potentiam ſibi intrinſecam formæ ſubſtantiali ſuperadditā, vt quidam putant, vel per ipſam formam, quod vtrumque probabile videtur, ſe reducunt ad priſtinam qualitatem, aqua enim calida paulatim ſe reducit ad priſtinum frigus, ſic pluuiæ guttæ ideò deſcendunt, quia iam calorem à quo eleuatæ fuerant expulerunt.

Aqua calida per quid infrigidetur.

An ab ambiente?

Nec rectè Burlæus 2. Phyſ. initio, aquam ait infrigidari ab ambiente, multoties enim, vt in balneis, aqua eſt frigidior, quàm circumfuſus aër, & aqua frigida ſi ad modicum exponatur ſoli, magis refrigeſcit.

Auerroës. Caietanus. Sotus.

Nec rectè Auerr. 1. de Anim. text. 1. quod putat probabile Caiet. 1. Par. q. 22. art. 3. Sot. 2. Phyſ. q. 1. cùm docet aquam ſe reducere ad priſtinum frigus, quia in aqua remanent quædā particulæ frigidiſſimæ, quibus deinde ſe reducit; illæ enim in feruenti aqua nunquam ſentiuntur. Præterea deberent occupare aliquam partem aquæ, atque ab ea expelli poſſent, & ebulliens aqua aliquando illas amitteret. Probatur, quia ignis poteſt agere in omnem materiam aquæ, ergo omnes partes frigoris debent refrangi, ergo nunquam remanere poterunt in aqua partes aliquæ frigidiſſimæ.

An quia remaneant in illa particulæ frigidiſſimæ?

Agentia virtualia non producunt qualitatem, quam continent.

Notandum quintò, certum etiam eſſe, vt experientia conſtat, agentia virtualia vt piper, & vinum non poſſe producere qualitatem, quam virtualiter continent, calorem videlicet.

Ruuius refellitur.

Probat Ruuius, Ideò per ſuam virtutem, & calorem illum quem virtualiter continent, non agunt in ſe, quia qualitas illa eſt data illis à natura ad agendum in aliud, nō in ſe. ita 8. Phyſ. c. 8.

Suarez.

Sed non placet, rectiùs Suarez diſp. 18. ſect. 7. num. 16. Ideo huiuſmodi agentia non agunt in ſe, quia non habent virtutem integram, & totalē ad producendum calorē formaliter, ſed alterius auxilio indigent. His tanquā certis adnotatis:

Difficultas modò eſt de agente vniuoco, & actione perfectiua: de agente inquam vniuoco, quod formaliter effectum in ſe continet, antequam illum producat, an hoc poſſit agere in ſeipſum, ita vt idem ſit quærere, an Agens vniuocum poſſit agere in ſeipſum, ac quærere, an eadem qualitas poſſit ſeipſam intendere, & calidum videlicet vt quatuor an poſſit ſeipſum intendere, etiam ſi nullum aliud agens agat in ipſum. Denique notandum eſt loqui nos de qualitate, quæ non ſit connaturalis formæ ſubſtantiali, vt eſt calor in aqua.

Vnica concluſio. Non poteſt vna, & eadem qualitas numero ſe ipſam intendere, hoc eſt producere aliquid qualitatis in eodem omnino ſubiecto, in quo ipſa eſt.

Probatur primò, quia produceret aliquid ſupra ſuas vires, & ſe perfectiùs, & quod in ipſa neque formaliter, neque eminenter continere- tot. Præterea, cùm gradus omnes habeant aliquam heterogeneitatem, ratione cuius vna pars ſupponit aliam, ita vt non niſi cum illa poſſit facere qualitatem intenſiorem, neceſſariò fit vt primus gradus non poſſit ſecundum producere. Præterea ſubſtantia, in cuius virtute accidens operatur, nec poteſt operari ſupra id ſecundùm quod conſtituitur in actu à ſuo inſtrumento, cùm illud ab illa non fluat, vt calor in aqua.

Secundò probatur, quia ſi qualitas vt vnum poſſet producere qualitatem intenſiorem etiam vt vnum, poſſet vſque ad ſummum gradum ſe intendere, non enim videtur ratio cur primus poſſit ſecundum producere, non ſecundus tertium; hoc autem abſurdum videtur; neque impedit reſiſtentia contrarij intenſionem, cùm illud multoties abſit; ſed hæc certa ſunt, & in ſcholis nunc recepta communiter.

Duo tamen ſunt caſus in quibus oppoſitum videtur contingere, & quòd agens poſſit ſeipſum augere, in reflexione, & antiperiſtaſi; Ideo ſit

Sectio IV.

An in reflexione idem agat in ſeipſum.

Reflexio, & refractio quando ſint

NOTANDVM *primò*, reflexionem eſſe quando lumen à ſole productum debet vlteriùs extendi, & corpus omnino opacum opponitur, tunc autem producitur lumen maius in partibus illis propinquis ipſi opaco, quàm in alijs partibus intermedijs, eidem agenti viciniotibus: Refractionem verò eſſe cùm idem lumen à corpore aliquantulum opaco, & tranſparenti non impeditur quidem ne vlteriùs tendat, ſed ne rectè tendat; format enim in corpore impediente angulum, vt fit cùm opponitur vitrum, vel phiala Soli.

Notandum ſecundò, reflexionem in qualitatibus non fieri eodem modo ſicut fit reflexio in pila, dum eadem pila in parietem impingit, & eadem numero retrogreditur; in reflexione verò qualitatum alia eſt qualitas, quæ emittitur, & in opacum impingit, & alia eſt, quæ reflectitur. Ratio eſt, quia accidens non migrat à ſubiecto in ſubiectum.

Per reflexionem aër an fiat magis lucidus.

Notandum tertiò, certum eſſe in reflexione, & refractione aërem fieri magis lucidum; ſi enim opponatur corpus terſum ſolari radio, aër magis illuminabitur, quàm antea, & criſtallum augere lumen candelæ in laterna, & candelas iuxta poſitas phialæ aqua plenæ domum magis illuminare, & ſphæram actiuitatis magis extendi: ſicut econtrariò eſt etiam certum nunquam produci tantum luminis per reflexionem, quantum eſt in primo corpore, à quo dependet illuminatio, ſic ſol ſemper lucidior quouis corpore terſo, & ſolido, quod ei opponatur, & candela ſemper nitidior in ſe, quàm ſit ille ſplendor per reflexionem productus in vitro.

Dubium modò eſt, poſito quòd in reflexione fiat intenſio luminis, à quo producatur hoc lumen, cùm idem in ſeipſum non poſſit agere.

Prima ſententia eſt recentiorum quorundam, poſito quòd in reflexione intenſius lumen producatur circa locum reflexionis, lumen illud intenſius produci à lumine terminato in corpore opaco, tanquam à cauſa principali.

Ratio eorum eſt, quia lumen terminatum aliquo corpore opaco eſt actiuum, & productiuũ luminis, ergo neceſſariò debet in loco reflexionis aliquid luminis producere. Antecedens probatur, quia in hoc differt lumen terminatum in corpore opaco ab eo, quod terminatur in corpore diaphano, quia hoc non eſt productiuum luminis, illud maximè. Ita Pompon. de actione reali cap. 2. *Pompon.*

Impugnatur, poſito enim quòd fiat intenſio in reflexione, non videtur quomodo qualitas terminata in corpore opaco ſit productiua eius luminis, quod producitur circa locum reflexionis. Probatur, Ponamus illam qualitatem in corpore opaco eſſe lumen vt vnum, lumen circa locum reflexionis eſſe vt duo, ſi ergo qualitas in corpore opaco eſſet cauſa intenſionis, iam produceret lumen vt tria, atque adeo aliquid ſupra ſuas vires, & primus gradus produceret tertium, quod nequit fieri, vt diximus.

Secunda ſententia, Lumen in reflexione eſſe intenſius, & illud produci ab agente principali, & à qualitate terminata in corpore opaco, tanquam à duabus cauſis partialibus principalibus. Ita etiam velle videtur Suarez diſput. 18. *Suarez.*

Impugnatur, quia qualitas terminata in corpore opaco non continet neque formaliter, neque eminenter lumen vt tria. Præterea, ſi actio, quæ fit circa locum reflexionis, eſſet à lumine terminato corpore opaco, non eſſet reflexio tanquam à cauſa principali ſiue totali, ſiue partiali; ratio eſt, quia ibi inchoatur noua actio noui agentis, cur ergo illa actio vocatur reflexio, cùm corpus illuminatum ſit nouum agens?

Tertia ſententia vult lumen intenſius produci à corpore, in quo fit reflexio, quia qualitas reflexa fit actiuior in obiecto denſiori.

Impugnatur, denſitas enim, aut raritas ſubiecti nil confert ad actionem intenſiorẽ, vt diximus.

Confirmatur ex Areſ. ſi enim produceretur lumen intenſius à corpore obiecto in reflexione, produceretur lumen intenſum in infinitũ, quia lumen in medio quò intenſius, eò magis illuminat obiectum corpus, obiectum intendit lumen in medio, hoc lumen reflectit iterum in corpus, & corpus in medium, & ſic in infinitum; neque apparet vnde terminaretur lumen vt eſſet ita intenſum, & non plus. *Areſius.*

Quarta ſententia vult hanc qualitatem intenſiorem circa locum reflexionis produci à qualitate terminata in corpore opaco, tanquam ab inſtrumento agentis principalis, & ideò nil mirum ſi effectum producit nobiliorem; corpus autẽ opacum eſſe veluti conditionẽ ſine qua nõ.

Impugnatur, in huiuſmodi actibus alteranois, A licèt accidens agat vt inſtrumentum ſubſtantiæ reſpectu ſubſtantiæ; reſpectu tamen accidentiũ eiuſdem rationis non agit vt inſtrumentum, vt diximus.

Præterea, eo conceſſo quòd qualitas in corpore opaco ſit inſtrumentum agentis principalis, agens principale ſemper agit ſecundùm quod conſtituitur in actu per ſuum inſtrumentum, v. g. licèt calor agat vt inſtrumentum ignis, ignis non poteſt calefacere niſi quantum conſtituitur in actu per calorem: ſi enim ignis eſſet calidus vt quatuor, tantùm calefaceret vt quatuor, nunquã vt ſex: ſic aqua etiam quæ eſt frigida vt duo non frigefacit niſi vt duo, & non vt tria, tantùm ergo B frigefacit, quantùm eſt frigida: ſic ſi lumen terminatum in corpore opaco eſt vt vnum, & inſtrumentum eſt luminoſum vt vnum, quomodo agens principale illuminabit vt duo?

Reſpondet recentior quidam lumen illud in corpore opaco eſſe quidem lumen vt vnum formaliter, habere tamen virtutem producendi lumen vt duo, vel vt tria, ſic idẽ lumen formaliter, & directè non eſt calidũ, dicitur calidum virtualiter, quia poſita reflexione poteſt calefacere.

Contrà, licèt vna qualitas poſſit continere virtualiter aliam qualitatem, tamen non poteſt virtualiter continere ſeipſam, cùm ipſa formaliter ſit actus, & in actu, & quicquid ipſa eſt exhibeat C in ſubiecto vt talis eſt.

Secundò impugnatur, ſi lomen terminatum in corpore opaco poteſt producere lumen intẽſius, quia eſt virtus principalis agentis, cur in reflexione producit hîc tantùm lumen intenſum vt quatuor, alibi vt ſex, cùm ſemper agens principale, ſol videlicet, ſit luminoſum vt octo, non potiùs ſemper producit lumen vt octo?

Quinta ſententia vult lumen intenſius produci ab agẽte principali, quia impeditur ne producat lumen in totam ſphæram, & dum vnit radios quaſi vehementiùs agit in eam partem, quæ expedita eſt, & ab impedimento eſt libera. Ita etiam vult Suarez diſp. 18. ſect. 10. num. 32.

Impugnatur, quia talis actio non eſſet reflexa, D ſed directa, cùm directè fiat ab agente principali: tum quia ſi ita fieret hæc actio, non deberet lumen eſſe intenſius circa locum reflexionis, ſed deberet eſſe intenſius vniformiter difformiter in ſingulis partibus; experientia verò oppoſitum demonſtrat.

Denique ſi agens principale eſt quod lumen producit intenſius in reflexione, cur fit reflexio intenſior, cùm obiicitur obiectũ terſius, & planius, quàm ſi obiiciatur obiectũ inæquale, & rarum.

Sexta ſententia vult impedimentum corporis opaci eſſe conditionem quandam, qua poſita agens principale cum toto medio agit in locum E reflexionis, producendo intenſius lumen.

Impugnatur, parum enim hæc diſtat à præcedenti, cùm enim ait, agens principale ſimul cum medio vel ponit medium eſſe inſtrumentum agentis, vel conditionẽ; dicimus non eſſe inſtrumentum, quia medium vt ſic non eſt actiuum, neque eſſe neceſſariam conditionem, quia medium cùm ſit vniformiter difformiter diſpoſitũ, atque adeo minimè diſpoſitum circa locum reflexionis, cùm ibi ſit illuminatum, v. g. tantùm vt vnum, non poteſt medium minus illuminatum eſſe conditio diſponens agens ad agendum cum tanta intenſione, qualis ea eſt, quæ videtur circa locum reflexionis.

Aduertendum primò, duplici via poſſe nos incedere, vel conceſſo quòd in reflexione fiat intenſio: vel poſito quòd nulla fiat intenſio, ſed tantùm augeantur lumina, quod quomodo abſurdum non ſit diximus ſuprà ex Flam. & Zim. *Fleminius. Zimara.*

Aduertendum ſecundò, reflexionem poſſe fieri directè, & obliquè, directè fit cùm lumen reproducitur in illas partes, in quas agens principale agit: Obliquè cùm v. g. lumen reflectit in cubiculo, vbi agens principale non agit. Quæſtio vtroque modo poteſt agitari, ſit ergo Reflexio quotuplex.

Prima concluſio. Cùm reflexio fit obliquè, lumen in reflexione producitur à lumine terminato in corpore opaco.

Probatur, quia cùm lumen habeat vim producendi calorem, & ſpecies repræſentatiuas, non eſt negandum cur non ſit productiuum etiam ſui ſimilis. Præterea lumen terminatum non debet producere in linea obliqua lumen intenſius, & poterit ſui ſimile producere.

Secundò, in eo caſu nequit lumen produci ab agente principali, cùm inter agens principale, & lumen reflexum ſit corpus opacũ, & interdum lumen reflexũ ſit extra ſphæram agentis principalis; hinc ſequitur quòd lumen illud, quod producitur in vmbris propinquis loco illuminato, producitur à corpore opaco illuminato: ſequitur ſecundò illam non eſſe propriè reflexionem, cùm fiat per duplicem actionem, & duplex agens, agens inquam principale, & corpus opacum illuminatum.

Secunda concluſio. Lumen intenſius circa locũ reflexionis per lineam rectam producitur ab agente principali, quod ex ſua natura eſt determinatũ ad reflectendam actionem, quoties impeditur ne agat in totam ſuam ſphæram actiuitatis.

Probatur, quia hoc poſito nullum ſequitur inconueniens, nec remiſſior qualitas intenſiorem producit, quæ eſt potiſſima difficultas. Secundò, quia ſic benè explicatur quonam pacto illa actio ſit reflexa, cùm ſit vnicum agens, & vnica actio. Tertiò, in magno impetu ſi iaciatur pila, & obſtaculum reperiat, ſtatim reſilit, quantum vlteriùs progredi debuerat. Quartò, ſpecies reflexæ in ſpeculo non cauſantur à ſpeculo, ſed à re, quæ obiicitur ſpeculo, quia quod videtur non eſt ſpecies, vel ſimilitudo obiecti, ſed obiectum ipſum, vt dicemus, ergo etiam lux non cauſatur à ſpeculo, cùm in illud inflectit, ſed à corpore luminoſo principali. Quintò, cùm lumen illud intenſius non poſſit produci à lumine terminato in corpore opaco, tanquam à cauſa principali, ſeu vt ab inſtrumento, cùm minùs intenſum non poſſit producere lumen intẽſius: nec à corpore opaco, cùm opacum potiùs ſit quid oppoſitũ lumini: nec à lumine, quod perſiſtit in eadem parte ſubiecti, cùm agens non poſſit agere in ſeipſum, dicendum eſt produci ab agente principali.

Obiicies primò, ſi hoc lumen intenſius produceretur ab agente principali, aliquod agens naturale intenſiùs ageret per ſe in remotum, quàm in proximum. Obiectio 1.

Reſpondetur, id eſſe abſurdum in actione directa, non reflexa; ratio eſt, quia in reflexione debet incipere intenſius lumen à puncto, vnde incipit reflexio: vel, vt ait Ruuius, quia in reflexione ageos agit quaſi duplicatum, & quaſi per duplicem lineam directam, & reflexam, & ideò quaſi duplicatum producit effe-

ctum; producit enim aliquid luminis, quod produceret in vlteriores partes medij intra ſphæram actiuitatis.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, lumen terminatum in corpore opaco eſt productiuum luminis in vmbris propinquis, & in linea obliqua, ergo etiam in medio per lineam rectam.

Reſpondetur, ideo lumen terminatum eſt, & non producit lumen in medium per lineam rectam, non quia ex ſe non ſit productiuum luminis, ſed quia inuenit medium ſimile, imò magis illuminatum, & cùm nequeat producere qualitatem intenſiorem ſe, nil producit: producit verò lumen in vmbris propinquis, & in medium per lineam obliquam, quia inuenit B medium minùs illuminatum.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, poſito corpore terſiori intenſius lumen producitur in reflexione, ergo corpus opacum, & obiectum concurrit ad intenſionem.

Reſpondetur, ideo producitur lumen intenſius, cùm obiectum magis terſum, quia minùs radij, & lumen deperduntur, non quòd corpus opacum concurrat ad producendam illam qualitatem intenſiorem, cùm in ſe neque formaliter, neque eminenter contineat lumen, imò vt opacum eſt, lumini opponatur: eſt ergo corpus opacum tantùm conditio, qua agens principale intenſiùs agat in partibus propinquis C corpori illuminato.

Petes, in quo differt hæc noſtra ſententia à quarta, & quinta.

Reſpondetur, quia quarta vult lumen intenſiùs produci ab agente principali tantùm, quia radij magis vniuntur; quinta verò ſententia vult etiam medium concurrere; nos verò lumen intenſiùs produci ab agente principali, corpus obiectum eſſe tantum conditionem; hinc in aëre nulla reflexio.

Tertia concluſio. Poſito quòd duo lumina poſſint eſſe impermixta in eodem ſubiecto, probabile etiam puto in reflexione lumen in medio partim produci ab agente principali, partim à D lumine terminato in corpore opaco.

Probatur, eo enim poſito non ſequitur qualitatem remiſſiorem producere qualitatem intenſiorem, quia lumen ſecundò productum eſt lumen numero diſtinctum à præcedenti, & duplex numero qualitas. Ex hoc

Corol. 1.

Colligitur primò, ſi lumen producitur à lumine terminato in corpore opaco in reflexione per lineam rectam, actionem illam non eſſe verè, & propriè reflexam, ſed duplicem actionem directam à duplici agente, ſicuti cùm duo corpora luminoſa idem medium illuminant.

Corol. 2.

Colligitur ſecundò, ſi lumen illud in linea reflexa producitur à corpore illuminato opaco, lumen poſtea in loco reflexionis non debere dici maius, vel intenſius, ſed potiùs multiplicatum: neque omnino idem requirere has propoſitiones, aërem eſſe magis illuminatum, & lumen eſſe intenſius, vel maius, vel vt rectiùs loquamur, neque debere dici, quòd aër ſit magis illuminatus, ſed quòd pluries illuminatus.

Obiectio.

Obiicies, ſi agens ageret directè producendo lumen vt quatuor, & corpus illuminatum produceret lumen vt duo, ſequeretur intenſio infinita, vel ſaltem producerentur plures gradus luminis in infinitum, vt ſuprà obiecimus ex Ruu. & Areſ.

A Reſpondetur, non ſequi gradus infinitos, quia agens principale non poteſt productiuum niſi luminis v. g. vt quatuor, corpus verò illuminatum nonniſi luminis vt duo, quare poſtquam corpus illuminatum produxit lumen vt duo, & illuminauit aërem, qui erat luminoſus vt quatuor, aër cum lumine vt quatuor non iterum illuminat idem corpus obiectum, ſed neque cum lumine vt duo ſuperaddito, ſed ſiſtit; ſiſtit verò, quia idem nequit agere in ſeipſum, & etiam quia lumen vt quatuor iam illuminauit parietem; lumen verò vt duo manat à pariete illuminato, vt illuminet proximum aërem, non vt parietem illuminet, ſicut lumen à candela diffuſum non producitur à candela, vt candelam illuminet, ſed vt illuminet propinquum aërem.

Corol. 3.

Colligitur tertiò, quomodo in reflexione idem non agat in ſeipſum actione vniuoca, vel quia agens principale intenſius agit, vel quia eſt duplex agens idem medium illuminans, & medium eſt pluries illuminatum, non intenſiùs.

SECTIO V.

An idem agat in ſeipſum in antiperiſtaſi.

Antiperiſtaſis quid.

NOTANDUM *primò*, antiperiſtaſis Græcè, Latinè circumobſiſtentiam ſignificat contrarij fortioris; à philoſophis autem dicitur propriè roboratio illa qualitatis obſeſſæ ad præſentiam, & obſiſtentiam ſui contrarij.

Notandum ſecundò, qualitas obſeſſa in ſubiecto poteſt eſſe duplex, connaturalis, vt frigiditas in aqua, vel non connaturalis, vt calor in eadem.

Galenus. An certò detur antiperiſtaſis.

Notandum tertiò, certum eſſe dari antiperiſtaſim, licèt contrarium doceant Galen. de Simpl. medicam. facult. cap. 3. & 7. & Card. 2. de ſubtil. Patet, quia ventriculus animalium hyeme citiùs digerit quàm æſtate, & aqua calidior in puteis hyeme, æſtate frigidior: Præterea patet in calce, cùm aqua infunditur, & calx feruet, & in pluribus bituminum generibus, quæ ad aquæ aſperſionem incaleſcunt: plura ſoli expoſita breui tempore frigeſcunt.

Difficultas ergo eſt, quonam pacto hæc roboratio accidat, ita vt idem in ſeipſum non agat.

Marſilius. Albertus de Sax. Venetus.

Prima ſententia eſt Marſil. 1. de gener. quæſt. 17. & 18. Albert. de Sax. quæſt. 15. Veneter. de generat. cap. 23. & in lib. Meteor. cap. 5. Volunt qualitatem obſeſſam, ſiue ea ſit calor, ſiue frigus, emittere ſpecies quaſdam intentionales, quæ inuenientes qualitatem contrariam circumobſiſtentem, redeunt in ſuum principium, E & ſubiectum, & ita illud intendunt. Sicque concedunt idem agere poſſe in ſeipſum actione reflexa, licèt non poſſit directa.

Reiicitur communiter, tum quia incertum eſt an huiuſmodi ſpecies intentionales dentur in omnibus qualitatibus ſenſibilibus, tum quia hæc reflexio ſpecierum tantùm datur, cùm opponitur corpus non tranſparens: tum quia quomodo ſpecies productæ intendere poſſunt ſubiectum, cùm hæ nequeant habere maiorem virtutem, quàm agens? Denique ſpecies intentionales habent tantùm vim repræſentandi, & vniendi obiectum cum potentia, non verò vim

agendi, & introducendi formam in ſubiectum, quæ eſt principium agendi, præſertim cùm non ſint eiuſdem rationis, neque ponantur calidæ, neque frigidæ.

Pompon. *Thienaus.* *Foroliuienſ.* *Niphus.*

Secunda ſententia eſt Pompon. tract. de act. reali, Thien. de react. Foroliuienſ. quæſt. 22. Niph. 1. de gener. tex. 95. in recognit. dub. 3. ait qualitatem obſeſſam, quæ nequit agere in qualitatem obſiſtentem in tota ſua ſphæra actiuitatis, qualitatem illam, quam exteriùs non diffundit, in ſe conuertere, & ſic ſeipſam intendere.

Reiicitur etiam hæc ſententia à Suarez, quia ſequeretur agens agere in ſeipſum.

B Sed nil probat, ſi quidem hi concedunt hoc quoad actionem reflexam.

Probat Areſius, quia aliquid ſe in infinitum intenderet, qualitas enim vt quatuor ſi produceret qualitatem vt quinque, qualitas vt quinque fortiùs ageret, ſic produceret calorem vt ſex, & calor vt ſex fortiùs ageret, & ſic deinceps.

Faciliùs reiicitur, quia ſi qualitas vt quatuor poſſet agere in ſeipſam, & ſeipſam intendere, produceret qualitatem ſe perfectiorem, & effectum, quem non continet nec formaliter, nec virtualiter, nec eminenter, vt toties diximus.

Conimb.

C *Tertia ſententia* eſt Conimbricenſ. cap. 9. quæſt. 1. art. 1. formam obſeſſam ad præſentiam contrarij vires intendere, & fortiùs agere, & ſeipſam reddere intenſiorem, vt ſe conſeruet, & non ſuccumbat, & concedunt idem poſſe abſolutè agere in ſeipſum.

Cæteris improbabilior, reiicitúrque ab omnibus, tum quia omne agens naturale ſemper agit quantum poteſt, ſiue præſens ſit contrarium, ſiue non. Præterea, contrarium non poteſt reddi validius à contrario, ſed potiùs fit imbecillius. Sit ergo

Prima concluſio. Calor obſeſſus, cùm eſt connaturalis ſubiecto, per antiperiſtaſim roboratur tum ab intrinſeco, tum ab extrinſeco; ab intrinſeco quidem, non quia qualitas ſeipſam intendat ad præſentiam contrarij, ſed quia forma ſubſtantialis ad præſentiam contrarij producit qualitatem intenſiorem; & etiam quia partes calidiores intendunt minùs calidas, dum à contrario impediuntur ne exeant: Ab extrinſeco, quia per antiperiſtaſim præcluduntur partibus calidioribus meatus ne eædem partes calidiores euolent, atque adeo dum remanent, reddunt ſubiectum magis calidum.

Prima pars probatur, quia in rebus calidis ſunt partes aliæ aliis calidiores, ſic in flamma partes ſupremæ ſunt calidiores quàm mediæ, & infimæ, flamma ipſa calidior quàm prunæ, ergo poteſt vna pars aliam intendere. Secundò, E à forma ſubſtantiali, niſi aliunde impediatur, iugiter dimanant propriæ paſſiones, donec ad congruam intenſionem perueniant, ergo.

Secunda pars probatur, quia talis eſt natura rerum calidarum, quæ ſi non impediantur, ſemper ſurſum euolent; ideo ſanguis extractus

A à corpore ſubitò gelaſcit, ergo ſi meatus ab obſiſtente frigore præcludantur, corpus illud fiet calidius intenſiúſque. Conſequentia patet experientia, hinc namque chymici ſolent furnulos ſuos conficere ſine reſpiratione, certè vt vehementiùs agant, & intenſiùs.

Secunda concluſio. Frigus obſeſſum, quod ſit connaturale ſubiecto, roboratur tum ab intrinſeco, tum ab extrinſeco: Ab extrinſeco quidem, non quia præcluduntur meatus, vt in calore obſeſſo, ſed quia meatus reſerantur, & liberè egreſſus conceditur partibus calidioribus corporis; Patet in aquis putealibus, quæ æſtate ideo frigidiores, quia partes calidiores reſeratis B poris terræ faciliùs euolant, & in peponibus ſoli ad breue tempus expoſitis; tunc enim calor, ſi ſit remiſſus, rarefacit ſummas partes, & partes calidiores exeunt, & euaneſcunt, & frigidiores remanent. Dixi ad breue tempus, quia ſi diutiùs ad ſolem exponantur, caleſient à radiis iiſdem.

Roboratur etiam ab intrinſeco, quia recedente calore interno partes frigidiores agunt faciliùs in partes minùs frigidas, & forma ſubſtantialis veluti laceſſita ad præſentiam contrarij intenſiorem qualitatem producit, ſic fabri ferrarij aqua ignem laceſſunt leniter aſperſa, & in eodem ferro dum in aqua immergitur.

C *Tertia concluſio.* Si calor, vel frigus obſeſſum non ſint connaturalia ſubiecto, tunc etiam augeri poterunt ab extrinſeco, & ab intrinſeco: Ab extrinſeco, quia calori obſeſſo obſtruuntur meatus, ne partes intenſiores euolent: frigori obſeſſo reſerantur, ita vt dum contrarius calor euaneſcit, frigus quodammodo roboretur: Ab intrinſeco, quia partes frigidiores pulſo iam calore intendunt minùs frigidas, cùm internus calor ampliùs non reſiſtat: calidiores intendunt minùs calidas, dum illæ incluſæ remanent, nec exteriùs agunt.

Corol. 1. In antiperiſtaſi an idē agat in ſeipſum.

Colligitur primò, in antiperiſtaſi idem non agere in ſeipſum, neque actione reflexa, D neque directa, neque qualitatem minorem intendere maiorem. Per experientias verò, quæ adduci ſolent in oppoſitum, nil habetur, niſi vel quòd vna pars magis calida aliam minùs calidam calefaciat: vel quia præcluduntur meatus vt in calore obſeſſo, vel quia reſerantur vt in frigore, vel quia forma ſubſtantialis ad præſentiam contrarij ob ſui conſeruationem producat qualitatem intenſiorem. His autem modis nunquam ſequetur idem agere in ſeipſum actione vniuoca. In quo ſenſu tantùm verum eſt Ariſtotelicum axioma.

Corol. 2. An aliquo modo ſit reflexio in antiperiſtaſi.

Colligitur ſecundò contra Areſium, in antiperiſtaſi reperiri ſuo modo reflexionem quan- E dam hoc pacto, quia videlicet forma ſubſtantialis, quæ eſt principale agens, producit ad præſentiam contrarij intenſiorem qualitatem, ſicut ſol, cui ſi opponatur corpus opacum, lumen producit intenſius, vt diximus ſect. præced. concl. 2. Patet verò Areſius negat in calore fieri reflexionem, ſed tantùm in lumine.

DISPVTATIO SECVNDA.

De reactione.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit reactio, & an detur.

Reactio, & repaſſio quid?

NOTANDVM *primò*, in actionibus contrariarum qualitatum hæc nomina vſurpari ſolent. Actio, & paſſio, ex qua dicitur agens, & patiens, & reactio, & repaſſio, ex qua reagens, & repaſſum. Reagens autem eſt ſubiectum, quod ſimpliciter patitur, quod quia habet qualitatem contrariam, & principium, & agens proximè applicatum, quod ſit capax actionis contrariæ, debet aliquando agere, actio ergo ipſius dicitur reactio: quod à contrario paſſo recipit actionem, dicitur repaſſum.

Reactio quot modis fingi poſſit.

Notandum ſecundò, reactio poteſt fingi quatuor modis. Primò vt agens repatiatur à ſubiecto diuerſo tempore, quàm agat: Secundò vt eodem tempore, ſed non ſecundùm eam partem, qua agit, ſed ſecundùm diuerſam: Tertiò vt ſecundùm eamdem partem, & eodem tempore, ſed non ſecundùm eamdem qualitatem, vt cùm aqua frigefacit terram rubeam, & ob illam aqua rubeſcit: Quartò vt cùm ſubiectum reagit eodem tempore, per eamdem partem, ſecundùm eamdem qualitatem, & eſt hæc vera reactio, de qua loquimur. Ideo

Dicendum primò, reactio eſt mutua, ſeu reciproca actio patientis, qua reagit, & communicat qualitatem ſuam in agens, qualitatem inquam illam, ſecundùm quam patitur, vt ſi ignis calefacit aquam per actionem permanentem à parte A. & calefaciat aquam à parte B. & pars A. patiatur à parte B. Hæc quoad primum.

An in aliquo caſu concedenda reactio.

POTISSIMA difficultas eſt, an talis reactio per eamdem qualitatem, eodem tempore, & eadem parte ſubiecti in aliquo caſu concedenda ſit.

Calculator.

Prima ſententia eſt Calculatoris, quam probabilem putat Forolivienſ. tract. de intenſ. formarum, negantis reactionem in primis qualitatibus, ſecundùm eamdem qualitatem, & eamdem partem ſubiecti; admittentis verò reactionem ſecundùm motum localem, cùm duo lapides ſe inuicem collidunt, & infringuntur. Tribuitur à Buccafer. hæc ſententia Gregor. in 2. diſt. 17. q. 3. Burlæo, Nipho, & Ochamo.

Gregorius. Burlæus. Niphus. Ochamus.

Secunda ſententia eſt communis cum Ariſt. hîc & D. Thom. in 4. diſtinct. 11. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 5.

Ariſtot. D. Thom.

Prima concluſio. Non eſt negandum in motu locali dari interdum reactionem.

Probatur ex Ariſt. 4. Phyſic. tex. 8. & 16. & alibi pluries, dum ait, *Omne mouens moueri excepto primo*: patet etiam pluribus experimentis; vt ſi quis pilam iaciat in pilam, ita vt altera alteram percutiat, vtraque mouetur ab altera, & longè alio motu, ac ſi vna alteram non offende-

A ret. Præterea, ſi duo gladij ſe inuicem percutiant, obtunduntur ad inuicem.

Secunda concluſio. Neque eſt negandum in motu alterationis interdum agens repati à paſſo, ſi inter illa ſit debita proportio, applicatio, & poſitiua contrarietas requiſita.

Probatur primò, quia nil aliud requiritur ad actionem, niſi debita applicatio naturalis agentis ad paſſum, proportio virtutis, & contrarietas neceſſaria, vt infrà melius dicemus; at totum hoc poteſt contingere inter agens, & paſſum, ergo inter illa poteſt eſſe mutua actio: maior eſt certa, quia non alia ratione agens agit in paſſum, niſi quia habet illas conditiones, quæ

B ſufficiunt ad actionem, ergo ſi paſſum eaſdem habeat, nil impediet quin agat in agens. Minor etiam patet, vt ſi ſit calor vt octo, & frigidum vt octo in materia æqualiter denſa, & magna, vel parum excedente, non eſt maior ratio cur vna agat in alteram, & non hæc in illam.

Nec ſatis eſt reſpondere, eam agere, quæ eſt maioris virtutis, quia poſſumus fingere tam agens quàm patiens eſſe æqualis actiuitatis, & tunc vel nulla ſequetur actio, quod eſt falſum, vel ab vtroque, cùm in vtroque ponatur principium æqualiter potens.

Secundò, patet pluribus experimentis, quæ afferunt Areſius, & alij: Manus enim frigida pectori appoſita ſecundùm eam partem, ſecun- *Areſius.*

C dùm quam frigefacit pectus, ipſa caleſit, ergo vtrumque patitur, & agit: ſic ſi ferrum candens immittitur in aqua, incaleſcit aqua, frigeſit ferrum.

Tertiò, ſi non eſſet reactio, neque in ſublunaribus daretur mixtio, quia qualitates elementorum deberent eſſe refractæ, ſed ſi non fieret reactio non refrangerentur.

Confirmatur, veriſimile eſt partes omnes elementorum totas agere quando fit mixtio; ergo totæ debent pati, ergo.

Denique ex Ariſt. 4. de Gener. Animal. cap. 3. omne agens patitur à patiente: & alibi pluries.

D Reſpondet Calculator, repati quidem agens, ſed non ſecundùm eamdem qualitatem, ſic ignis agit per calorem, repatitur ſecundum ſiccitatem.

Reſpondent alij repati ſecundùm eamdem qualitatem non per ſe, ſed conſequenter: ſic calidum repati à frigore, non vt calidum, ſed quatenus ſiccum, quia humiditas aquæ, quæ in calidum introducitur affert ſecum aliquid frigoris.

Alij, agens, & paſſum non pati, & agere ad inuicem ſecundùm eamdem partem.

Nulla ex his reſponſionibus obeſt, quia aqua calida dum miſcetur aquæ frigidæ, omnis pars

E aquæ calidæ agit in totam aquam frigidam.

Præterea, aqua calida dum agit in frigidam, dum agit per frigus, non poteſt repati ſecundùm ſiccitatem cùm vtraque ſit humida.

Denique, vt ait Areſius, ſi ferrum frigidum immittitur in aquam calidam, ferrum frigidum agit in aquam calidam, & non per humiditatem, qua caret, ergo per frigiditatem ſecundùm quam patitur.

Quartò reſpondent alij, agens non repati, ſed defatigari.

Sed neque hi verum dicunt; defatigatio enim prouenit cùm agens in ſe habet aliquod contra-

rium actionem impediens, ignis verò, aut calor nullum in ſe habent contrarium.

Præterea, ſi ignis non ſit propinquus non repatitur, & tamen non defatigatur, ſed tunc æquè deberet deſatigari, ſicut cùm proximus eſt, cùm tamen tantùm cùm propinquus eſt remittitur, ſignum eſt quòd repatiatur, & paſſum reagat: Datur ergo reactio, & repaſſio etiam in motu alterationis.

Difficultatem faciunt contra prædicta. Primò, quia actio conſiſtit in exceſſu virtutis agentis ſuper reſiſtentiam paſſi, vt ait Ariſtot. de motu Animal. ergo ſi virtus erit æqualis, neutrum aget, nec erit reactio: ſi inæqualis, ergo quod eſt fortius ſolum aget, & quod eſt debilius ſolum patietur. Probatur hæc vltima conſequentia, ſi enim quod eſt debilius nequit reſiſtere, multò minus poterit reagere.

Ariſtoteles.

Secunda eſt, quia ſi daretur reactio, progrederetur in infinitum; ſi enim frigus reagat in calidum, frigus introducet aliquid frigoris in illud, quod quidem frigus introductum ne corrumpatur, reaget, ergo producet aliquid aliud, & ſic in infinitum.

Tertia, quia ſi paſſum reageret, nunquam agens aſſimilaret ſibi paſſum, quid ſi calidum vt ſex agat in frigidum, & ab eo repatiatur, deperdet aliquem gradum caloris, & diminuetur à ſexto; tunc autem non producet ſextum.

Quarta, ſequeretur idem moueri motibus contrariis; idem enim intenderetur, & remitteretur ſecundùm eumdem gradum. Probatur, ſi ignis ageret in aquam per medium aërem, aër calefiet ab igne, & frigeſiet ab aqua. Præterea ſi ignis agat in aquam, prima pars aquæ, quæ eſt proxima igni, patietur ab igne, & calefiet, & eadem pars aquæ frigefiet à cæteris partibus aquæ, quas ignis nequit calefacere, quia ſunt extra ſphæram actiuitatis eius.

Quinta, quoad reactionem in motu locali, ſi pila proiciatur in parietem, pila pellitur à pariete, paries non mouetur: iaciens lapidem non mouetur à lapide: Magnes immota ferrū mouet.

Ad primum reſpondetur, Actio alia eſt cum victoria: alia ſine. Cùm Ariſtot. ait, Actio conſiſtit in exceſſu virtutis agentis ſupra reſiſtentiam paſſi, ſeu omnis actio fit à proportione maioris inæqualitatis, loquitur de actione cum victoria, quæ fit ſemper cum proportione maioris inæqualitatis cum exceſſu, non de qualibet, quæ ſit ſine victoria, vel

Actio alia cum victoria, alia non.

Secundò reſpondetur, ea quæ agunt, & reagunt eſſe inæqualia ſemper, & in reactione ſemper actio eſſe cum proportione maioris inæqualitatis, & cum exceſſu non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, quia qualitas paſſi eſt magis actiua, quàm ſit reſiſtitiua qualitas ipſius agentis; Actiua enim, & paſſiua nunquam ſunt æqualia in ratione reſiſtendi, & agendi, nam qualibet qualitas eſt magis actiua, quàm contraria reſiſtitiua, niſi per accideos ſit quòd vincat omnem reſiſtentiam, vt magnus exceſſus in principio agendi, vel in denſitate aut magnitudine corporis, qui exceſſus nō ponitur inter actiua, & paſſiua, quæ dicimus ſimul agere, & reagere, quandoquidem quæ agunt, & reagunt debeant habere aliquam proportionem adinuicem, neque enim aquæ gutta reaget ſi iniiciatur in ingentem fornacem; Ideo per primam reſponſionem negatur prima conſequen-

A tia, per ſecundam ſecunda, quæ clariùs apparebit infrà cùm de Reſiſtentia.

Ad ſecundum, Non ſequi reactionem in infinitum, quia inter ea quæ agunt, & reagunt debet eſſe aliqua proportio, non ergo in infinitum continuabitur reactio, quia ſi aliquando virtus erit in tam parua proportione, & minima virtute non reaget vlteriùs, & omnino corrumpetur nil reproducens.

Ad tertium negando minorem, & quòd ſit abſurdum quòd interdum agens non aſſimilet ſibi paſſum, immo id neceſſarium aſſeritur vt fiat mixtio: Non ergo neceſſe eſt vt ſemper agens paſſum ſibi aſſimilet: præterea dantur etB iam caſus, in quibus agens ſæpè aſſimilabit ſibi paſſum, deuicto enim contrario ſaltem forma ſubſtantialis ignis, vbi pugna ceſſabit, reducet ſe ad priſtinum calorem, & ad ſuam integram qualitatem, qua tandem aget in paſſum, & illud ſibi aſſimilabit: vel denique quia pars non repaſſa reſtaurat partem repaſſam, quod an verum ſit in ſequenti.

Ad quartum reſpondet Areſ. 1. de Generat. quæſt. 45. ſect. 3. concedendo medium pati ab vtriſque, aqua videlicet, & igne dum inter ſe pugnant: agens validiùs agere aliquid producendo, infirmiùs verò non producendo ſed conſeruando. Explicat exemplo motus localis, C vt ſi duo homines trahant tertium, fortior trahet tertium intermedium, ſed non tam velociter quàm ſi alter traheos non impediret, qui quidem, licèt non moueat nec trahat ad ſe hominem intermedium, conſeruat tamen ipſius ſtatum.

Areſius.

Sed non omnino ſatisfacit; ponamus enim partem non repaſſam habere ſex gradus caloris, partem verò repaſſam, aërem v. g. intermedium quatuor gradus caloris, paſſum principale eſſe aquam frigidam, cur pars non repaſſa non agit in repaſſam calidam vt quatuor, producendo calorem, ſed tantùm illum conſeruabit? ſi quidem pars non repaſſa habet ſufficientem D virtutem, eſt enim calida vt ſex: habet ſubiectum maximè propinquum, & capax, quod eſt tantùm calidum vt quatuor, & à nemine impeditur, ſi enim impediretur maximè impediretur à paſſo principali, aqua v. g. ſed neque ab ea impediri poteſt, quia ſi pars non repaſſa impediretur ab aqua ne ageret in partem repaſſam iam pars non repaſſa repateretur ab aqua, dum ab ea impeditur, quod inuoluit contradictionem in verbis.

Præterea, ſi pars non repaſſa v. g. calida vt ſex applicaretur alicui ſubiecto calido vt quatuor, iam in illo poſſet producere calorem vt ſex, cùm ſit ſibi diſſimile, ergo cur non aget in E partem proximam repaſſam cùm ſit illi maximè propinqua, & diſſimilis.

Denique, agens fortius trahit ad ſe hominem, agens verò debilius illum conſeruat in ſuo ſtatu, ſed in reactione fortior eſt pars non repaſſa quàm ſit paſſum principale, ergo probatur, quia iam ſupponimus agens principale calidum v. g. vt ſex eſſe ſuperaturum aquam, ergo fortius eſt agens principale, & eius pars non repaſſa, quàm calidum principale, cur ergo non agit potiùs pars non repaſſa, & ad ſe non trahit partem repaſſam, ſed potiùs paſſum principale eſt quod trahit ad ſe medium, & reddit illud ſibi ſimile?

nis ſuppoſito quòd poſſit dari actio corruptiua ſine productione, ita vt paſſum principale corrumpat aliquem gradum qualitatis oppoſitæ, & non ſimul producat propriam qualitatem, frigus v. g. ſi corrumpat vltimum gradum caloris, non introducendo in eodem ſigno gradum frigoris, ſed quodammodo à calore præueniri, vt ſuprà explicatum eſt.

Reactio in motu locali, & alterationis, an detur.

DISPVTATIO TERTIA.

De reſiſtentia.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit reſiſtentia.

Flaminius.

NOTANDVM *primò:* Reſiſtentia alia in rebus inanimatis, alia in rebus animatis, vt notat Flam. 1. de Gener. c. 7. quæſt. 11. Certúmque eſt Reſiſtentiam in animatis eſſe conatum quemdam, & actionem quandam poſitiuam, quæ fit cum intenſione neruorum, & muſculorum ad impediendam actionem contrarij, quæ quidem impropriè dicitur Reſiſtentia, cùm ſit potiùs impedire, quàm reſiſtere, hinc impedire proprium viuentium quaſi in pedes ire: propria verò reſiſtentia reperitur in rebus inanimatis, de qua præcipuè loquimur.

Reſiſtentia quotuplex.

Notandum ſecundò: Reſiſtentia in inanimatis alia formalis, & propria, alia quæ dicitur radicalis, quæ etiam effectiua dicitur: Radicalis ſeu effectiua eſt actio, qua minuuntur vires oppoſiti, vnde oritur vt aliquo modo actio agentis impediatur, vt cùm aqua producit frigus in agente calido, illa actio dicitur reſiſtentia radicalis, & effectiua, quia impedit ne agens calidum totam qualitatem producat, vel non ita velociter, & hæc etiam dicitur reſiſtentia impropriè, formalis etiam, & propria eſt, qua non efficitur aliquid in oppoſitum ſubiectum, ſed tantùm impeditur formaliter ne agens producat ſuum effectum, ſiue impediatur ſimpliciter, ſiue ſecundùm aliquid: non loquimur hîc de radicali, & effectiua, ſed de formali.

Quid.

Notandum tertiò. Formalis reſiſtentia etiam dupliciter ſumi poteſt, in actu primo, & in actu ſecundo; Reſiſtentia in actu primo eſt cùm ſubiectum eſt aptum reſiſtere, & impedire oppoſitum, & dicit tantùm principium, quo aliquid reſiſtit, vt ſi nauis ad hominem comparetur, qui poteſt accedere ad trahendum illam; in actu ſecundo quando nititur trahere. Non agimus hîc de principio, quo aliquid reſiſtit, ſeu de reſiſtentia in actu primo, ſed de ipſo actu reſiſtendi, ſeu de reſiſtentia in actu ſecundo.

Calculator. Pompon. Soncinas.

Prima ſententia eſt Calculat. de react. cap. 3. apud Pomp. Soncin. 9. Met. quæſt. 6. Volunt reſiſtentiam eſſe eamdem cum potentia agentis, & ſolùm differre ratione. Fundamentum eſt, quia reſiſtere eſt impedire, impedire eſt agere. ergo reſiſtere eſt agere.

Toletus. Conimb. Zabarella. Suarez.

Secunda eſt communior Toler. hîc Conimb. 1. de Gener. cap. 9. quæſt. 1. art. 3. Zabarel. de React. cap. 5. Suarez diſp. 43. ſect. 1. num. 9. A Bonam. lib. 4. de Motu cap. 7. Reſiſtentiam conſiſtere non in aliquo actu poſitiuo prouenienteà virtute, quæ dicitur vis reſiſtendi, ſed potiùs conſiſtere in priuatione actus contrarij. Hinc Zabarel. ait eſſe potiùs non admiſſionem actionis, ſiue non paſſionem. Suarez num. 10. eſſe carentiam aut retardationem, vel remiſſionem contrarij: Bonam. eſſe id quod oritur ex aliquo impedimento. Ex his Maff. noſter Reſiſtentiam vt dicit principium, quo aliquid reſiſtit, eſſe impotentiam, & incapacitatem ſubiecti, quæ conſequitur effectum formalem alicuius qualitatis & diſpoſitionis: prout ſignificat actualem repugnantiam, eſſe retardationem contrariæ actionis. Sequitur ex parte Pater Arez. B quæſt. 47. ſect. 2. concluſ. 1.

Areſius.

Tertia ſententia, quam etiam probabilem putat Pater Maff. & recentiores nonnulli, docet reſiſtentiam eſſe permanentiam rei in eſſe; Ideo enim forma caloris dicitur reſiſtere, quia permanet in eſſe, nec corrumpitur.

Maffeius.

Quarta eſt Flam. 1. de Gener. cap. 7. quæſt. 11. qui ait reſiſtere in rebus inanimatis eſſe facultatem, per quam vnum contrarium non ſtatim admittit actum alterius contrarij; in animatis verò eſſe conatum, vt initio diximus.

Flaminius.

Prima concluſio. Reſiſtentia formaliter non eſt actio contra Sonc. & Calcul. Probatur, quia C ſi reſiſtentia eſſet agere, quantùm agens eſſet actiuum, tantùm eſſet reſiſtitiuum, quod eſt falſum. Sequela maioris probatur, quia per aduerſarios reſiſtentia, & actiuitas ſunt vnum, & idem. Minor patet in igne, qui eſt maximè actiuus, & minimè reſiſtitiuus.

Secundò, licèt multa agendo reſiſtant, in multis tamen nulla apparet actio, quid enim agit nauis dum reſiſtit ne trahatur à puero, ne ferrum frangatur, ne cælum penetretur.

Tertiò, ſi omnis reſiſtentia eſſet actio, deberet per illam aliquid produci, hoc autem non apparet. Minor probatur, quia opacitas reſiſtit lumini, opacitas autem non producit opacitatem, denſitas reſiſtit penetrationi, non tamen D denſitatem aliam producit.

Secunda concluſio. Reſiſtentia formaliter non conſiſtit in negatione actus. Eſt contra Suarez, & reliquos.

Probatur, quia prius eſt reſiſtere quàm eſſe negationem actus; negatio enim actus ſequitur ad reſiſtentiam, ergo non eſt formaliter reſiſtentia. Antecedens probatur, quia ſi quis petat cur nauis ancoris firmata non trahatur, dicimus quia eſt impedimentum, & reſiſtentia, ergo negationem tractionis præcedit impedimentum; & ita videmur reddere ſufficientem rationem à priori cùm petimur cur adamas non frangatur ictu mallei, ſi dicamus quia eſt durum & E impediens actionem.

Secundò. Quia dum nihil applicatur agenti, nullúmque paſſum approximetur, eſt negatio actualis actus contrarij, nunc autem nulla reſiſtentia actualis.

Tertiò. Si poſitio reſiſtentiæ eſt negatio actus, ergo ablatio reſiſtentiæ eſt productio actus, ſed hoc eſt falſum, ergo. Minor probatur, quia ancora v. g. impediebat formaliter tractionem nauis, ex eo autem quod auferatur ancora non intelligitur trahi nauis niſi aliquid aliud ſequatur: & ratio eſt, quia prius ſupponitur tracta ancora, deinde quòd ſequatur actio, vt

dicebamus in primo argumento.

Tertia concluſio. Reſiſtentia formaliter non eſt permanentia in eſſe. Eſt contra tertiam ſententiam. Probatur. Si reſiſtentia eſſet permanentia in eſſe, non reſiſtentia eſſet non permanentia, ſed hoc eſt falſum, quia materia nuda omni qualitate non reſiſtit actioni agentium, in ea autem nulla videtur ratio non permanentiæ, eodem modo enim remanet materia ante actionem ac poſtea, & eodem modo etiam ſi poneretur qualitas contraria.

Secundò. Maior lapis reſiſtit imbecilli puero ne tollatur per ſuam grauitatem, cùm autem tollitur à fortiori non amittit grauitatem, & ſemper in ſuo eſſe permanet, ergo non reſiſtentia non eſt non permanentia, ergo nec reſiſtentia permanentia.

Quarta concluſio. Reſiſtentia actualis eſt principium tale in paſſo quod oppoſitum agens reddit impotens vel ſimpliciter, vel ſecundùm quid ne producat actum ſuum, quem poſſet alioquin producere. eſt contra Areſ. Hinc tria volumus requiri ad reſiſtentiam actualem. Primùm aliquod principium poſitiuum in paſſo: deinde applicationem actualem agentis: Tertiò negationem introductionis actus vel ſimpliciter cùm omnino actus non introducitur, vel ſecundum quid cùm non introducitur totus actus, vel non tam velociter vt fieret ſi non eſſet principium reſiſtiuum. Eſt ergo reſiſtentia nomen connotatiuum, ac primò & formaliter dicit principium poſitiuum reſiſtens in paſſo; connotans verò applicationem agentis potentis introducere aliquem actum cum negatione eiuſdem actus, vt modò diximus. Sic explicata concluſio

Probatur primò, quòd hæc tria ſint neceſſaria, quia ſi aliquid ex ipſis auferatur non intelligetur reſiſtentia actualis, ergo. Anteced probatur. Quia ſi nil ponatur in paſſo non eſt ratio cur agens potens producere non producat. Præterea ſi intelligatur applicatio agentis cum negatione actus, non intelligetur formaliter reſiſtentia, quia nec applicatio agentis reſiſtit nec negatio actus, ergo vt intelligatur reſiſtentia debemus intelligere principium reſiſtens in paſſo connotans applicationem agentis, & negationem actus.

Secundò. Cùm calor vt quatuor applicatur ad materiam habentem calorem vt quatuor, eſt applicatio agentis, & negatio actus, & tamen nulla eſt reſiſtentia: immo in reactione per Areſ. eſt negatio actus & applicatio, cùm videlicet pars non repaſſa in eius ſententia non agat in partem repaſſam, & tamen non eſt reſiſtentia, ergo reſiſtentia formaliter conſiſtit tantùm in negatione actus.

Reſpondetur, reſiſtentiam præter conatum agentis connotare in reſiſtente virtutem, qua redditur inanis huiuſmodi conatus

Contrà. Si quis petat in reſiſtentia cur applicato agente actus non producitur, ſeu eſt negatio actus in paſſo, reſpondemus à priori quia paſſum reſiſtit, ergo reſiſtentia formaliter eſt virtus poſitiua in paſſo connotans conatum agentis, & negationem actus, & non eſt formaliter negatio actus.

Tertiò. Quòd per hæc tria intelligatur ſimpliciter reſiſtentia. Quia concepto tantùm principio reddente agens applicatum impotens ad introducendum actum ſuum erit ratio impedimenti, ergo & reſiſtentiæ conſeq. patet. Anteced. probatur. Quia non poteſt eſſe vt ſit agens potens producere in paſſo capaci, & applicato, & non producat niſi ſit impedimentum, ſi enim non eſſet produceret.

Quartò. Ita ſe habet conatus in animans, ſicut reſiſtentia in inanimis, ſuo modo tamen & proportionaliter loquendo, quia reſiſtere in inanimis dicitur cum proportione à rebus animatis, ſed conatus dicit formaliter virtutem & nexum in animali promente illum conatum, ergo reſiſtentia in inanimis formaliter dicit principium illud in paſſo.

Obicies primò. Hæc tria non videntur ſufficere, actualis enim reſiſtentia videtur addere aliquid ſupra principium habituale, dicit enim actu reſiſtere. Præterea reſiſtere dicitur cum proportione ad animata, ergo ſicut in illis ſupra principium habituale eſt actio, ita in inanimatis. Obiectio 1.

Reſpondetur: Reſiſtentia actualis formalis nil addit ſupra principium habituale, quod eſt in paſſo præter applicationem oppoſiti agentis & negationem actus. Eſt ergo idem principium habituale vt connotat agens applicatum redditum impotens ad producendum actum, neque eſt neceſſarium aliquid ſupra illud concipere. Ratio eſt, quia principium habituale intelligitur in actu ſecundo impedire, ſi idem principium intelligatur cum applicatione agentis, & cum negatione actus, & nil aliud requiritur ad concipiendam actualem reſiſtentiam. Et etiam patet, quia nullus actus videtur poſſe fingi ſupra albedinem quando actu reſiſtit ne inducatur nigredo, ita cùm paries reſiſtit ne penetretur, vt diximus concluſione prima.

Ad confir. Si reſiſtere in rebus inanimis eſſet cum actione iam inter reſiſtentiam animalium, & inanimatorum non eſſet proportio, ſed omnimoda paritas, & participatio eiuſdem rationis. Proportio ergo conſiſtit in hoc quia tam animata quàm inanimata reddunt agens impotens, cum diuerſitate tamen, quia animalia agendo minuunt vires, inanimata verò ſine operatione. Hinc reſiſtentia animatorum dicitur reſiſtentia radicalis & effectiua, quia eſt cum actione: Reſiſtentia in inanimis dicitur formalis quia ſine.

Obicies ſecundò ex Areſ. Si reſiſtentia formaliter dicit aliquid poſitiuum in reſiſtente, ita ſe habebit reſiſtens poſt reſiſtentiam ac ſe habebat antè, ergo ſi poſt reſiſtentiam non dicitur reſiſtere, neque ante. Obiectio 2. *Areſius.*

Reſpondetur: Poſt reſiſtentiam reſiſtens non dicitur reſiſtere, quia non eſt agens applicatum ampliùs, antea dicebatur reſiſtere, quia agens erat applicatum ac redditum impotens ad actum producendum à principio reſiſtiuo, quod erat in paſſo.

Quinta concluſio. Reſiſtentia non eſt aliquid quod oritur ex impedimento vt ſenſit Bonami. Patet ex dictis, Reſiſtentia enim eſt ipſum impedimentum ſeu principium quod impedit agens &c. vt diximus.

Sectio II.

Ad quod prædicamentum ſpectet reſiſtentia.

CERTVM eſt, reſiſtentiam actualem effectiuam, vt cùm animata, & aliqua inanimata agendo reſiſtunt, reduci ad prædicamentũ actio-

actionis. Difficultas eſt de reſiſtentia formali, & actuali, quæ repetitur in rebus inanimis, in qua de applicatione agentis, & negatione actus non eſt cur laboremus, cùm in iis reſiſtentia formaliter non conſiſtat vt diximus, ſed tantùm de principio habituali, quod reddit agens impotens &c. de hoc eſt quæſtio.

Prima ſententia eſſe poteſt, quòd reduci debeat ad prædicamentum actionis.

Non placet. Ratio eſt, quia vt ſuprà diximus principium habituale reſiſtitiuum nil addit, quod inducat rationem actionis, niſi applicationem, & negationem &c. ex quibus poteſt ambigi, an applicatio pertineat ad prædicamentum actionis, ipſum tamen principium habituale nullo modo ad actionem pertinet, quia ex ſe nullam actionem importat, immo illam impedit.

Secunda eſt aliorum qui volunt principium illud habituale reſiſtitiuum reduci debere ad ſpeciem aliquam qualitatis diſtinctam à formis reſiſtentibus: dicunt enim, calorem v. g. reſiſtere frigori per qualitatem diſtinctam à ſe, quæ dicitur reſiſtentia.

Non placet, quia ſi auferatur à materia quicquid habet rationem reſiſtentiæ, & ſolus calor relinquatur, frigus non inducetur in illam ita velociter ac ſi non eſſet calor, ergo calor habet ſuam reſiſtentiam. Anteced. patet, quia frigus, & calor formaliter opponuntur, & ſunt contraria, & vnum alteri aduerſatur, & non ſinit induci effectum formalem, cui ex ſua ratione opponitur.

Confirmatur: Si in corpore graui auferatur omnis reſiſtentia, quæ impedit ne tollatur, & ſola grauitas conſeruetur, corpus illud graue difficilè tolletur, ergo reſiſtentia non diſtinguitur à grauitate. Anteced. patet, quia reſiſtentia lapidis v. g. eſt qua lapis nititur tendere deorſum, at ſi remaneat ſola grauitas ſemper nitetur, ergo.

Vnica concluſio. Reſiſtentia eſt ipſamet qualitas, ſeu forma, quæ formaliter reſiſtit, & ad idem prædicamentum pertinet ad quod pertinet forma, atque ideo erit idem reſiſtentia cum denſitate, & duritia: calor cùm reſiſtit formaliter frigori, illius reſiſtentia erit idem cum calore in re, differunt tamen ratione.

Probatur, quia forma caloris, vt informans ſubiectum reddens illud aptum ad calefaciendum dicitur calor, vt verò reddit impotens ſubiectum, ſeu incapax ad recipiendum oppoſitum dicitur reſiſtentia: ſicut etiam grauitas, vt eſt potentia tendendi deorſum dicitur grauitas: vt verò non ſinit facilè ſuſtolli graue, vocatur reſiſtentia.

Obiectio 1. *Obiicies primò.* Si reſiſtentia propriè habet reddere ſubiectum incapax ad recipiendam formam oppoſitam, ergo eſt negatio, non quid poſitiuum.

Ariſtoteles. Confirmatur: Ariſtot. in Prædicam. reſiſtentiam vocat impotentiam, ergo ad nullum prædicamentum poterit reduci.

Reſpondetur: Ex Ariſt. potiùs contrarium colligimus, reſiſtentiam videlicet eſſe quid poſitiuum, facit enim illam ſpeciem qualitatis vt patet. Reſiſtentia ergo vocatur impotentia, non quòd formaliter ſit negatio, ſed nos illam explicamus per negationem: reuera tamen primariò, & formaliter importat principium po-

A ſitiuum, & reſiſtitiuum, quod quia reddit ſubiectum non aptum ad patiendum, exprimimus per negationem, & vocamus impotentiam, ſic incorruptibile explicamus per negationem, & ſpirituale vocamus immateriale, reuera tamen explicamus principium vnde ſequitur negatio corruptionis, & negatio immaterialitatis. Ita reſiſtentia eſt principium illud vnde ſequitur incapacitas ſubiecti ad recipiendum, & impotentia agentis ad inducendum.

Obiicis ſecundò Arcſ. Dicitur res reſiſtere, quia eſt dura, non verò ipſum reſiſtere eſſe duritiem, ergo reſiſtentia formaliter non eſt B quid poſitiuum, nec ad prædicamentum pertinet qualitatis. Obiectio 2. *Arcſius.*

Reſpondetur: Durities poteſt ſumi dupliciter, & vt dicit tantùm principium habituale præciſè, & ſic concedo, non eſſe reſiſtentiam, duritiem, reſiſtentiam actualem, & ipſum reſiſtere: vt verò durities connotat applicationem agentis, & negationem actus, tunc nego anteced.

Sectio III.

Quænam qualitas ſit magis reſiſtitiua?

C SVPPONENDVM quòd maior reſiſtentia in primis qualitatibus de quibus hîc agimus, ſumitur ex duratione, qua qualitas perſeuerat in eſſe, & difficiliùs corrumpitur à contrario: Maior actiuitas eſt cùm qualitas breuiſſimo tempore producit ſuum effectum, & in longiorem diſtantiam: Econtrà minor reſiſtentia eſt cùm qualitas breuiſſimo tempore corrumpitur, & minor actiuitas eſt quæ longo tempore, & in parua diſtantia parum producit.

Supponendum ſecundò, omnes quatuor qualitates eſſe actiuas cum hoc ordine, vt primò maior actiuitas ſit caloris, deinde frigoris, D poſtea humidi, denique ſicci: & licèt à Philoſophis calor, & frigus dicantur qualitates actiuæ, humidum & ſiccum qualitates paſſiuæ; non hæ ita dicuntur quaſi reuera non agant, & quia tantùm patiantur, ſed quia calor, & frigus ſunt magis actiua, & magis eorum actiuitas ſentitur, ideo obtinuerunt ſimpliciter nomen actiuorum. Difficultas ergo eſt decernere quænam qualitas ſit magis reſiſtitiua.

Prima ſententia aſſerit, in reſiſtentia eſſe procedendum ordine præpoſtero, ita vt illa qualitas ſit magis reſiſtitiua, quæ eſt minùs actiua: ſiccitas ergo erit maximè reſiſtitiua, deinde humiditas, tertiò frigus, quartò calor, E qui ſicut eſt maximè actiuus ſic erit minimè reſiſtitiuus. Ita Soncin. quæſt. 6. ad 2. Aſtudil. 1. de Gener. quæſt. 22. Vega lib. de arte meden. cap. 1. Banes 1. de Gener. cap. 7. quæſt. 3. Tolet. ibid. quæſt. 15. ad 1. Conimb. &c. *Soncinas. Aſtudilla. Vega. Bannes. Toletus. Conimb.*

Secunda ſententia vult eodem ordine conuenire his qualitatibus reſiſtentiam, & actiuitatem, & quæ eſt magis actiua eſſe etiam magis reſiſtitiuam. Ita Niph. 1. de Gener. com. 195. quæſt. 3. concluſ. 1. dub. 2. Valleſ. controuer. 11. ad Tirones, Petrus Martinez 1. de Gener. cap. quæſt. 3. *Niphus. Valleſ. Petrus Martinez.*

Tertia ſententia eſt recentiorum quorumdam apud Ruu. 1. de Gener. cap. 9. quæſt. 2.

num. 58. Diſtinguunt de reſiſtentia actiua, & formali, & quoad reſiſtentiam actiuam aiunt, quòd ita qualitates ſunt reſiſtitiuæ , ſicut ſunt actiuæ eodem ordine , & calor ſicut eſt maximè actiuus , ſic etiam maximè eſt reſiſtitiuus : quoad reſiſtentiam verò formalem, & paſſiuam docent , quòd nulla qualitas eſt magis reſiſtitiua, quàm ſit altera, atque adeò negant omnino hanc propoſitionem , quoad reſiſtentiam formalem, vt vna qualitas ſit magis actiua , quàm ſit reſiſtitiua. A

Ruuius. *Quarta ſententia* eſt Ruu. Reſiſtentiam formalem , vel paſſiuam non conuenire æqualiter omnibus qualitatibus . ſed quaſdam eſſe magis , quaſdam minùs reſiſtitiuas , & reſiſtentiam è conuerſo conuenire qualitatibus , & qualitatem minùs actiuam eſſe magis reſiſtitiuam. Sit nihilominus B

Prima concluſio. Non omnis qualitas eo ipſo quòd ſit magis actiua eſt magis reſiſtitiua , vel econtrà.

Probatur , quia reſiſtentia formalis de qua loquimur , non eſt ſemper coniuncta cum actiuitate , vt ſuprà probauimus , ergo ſimpliciter , & vniuerſaliter , non eſt vera hæc propoſitio : Omnis qualitas quæ ſit magis actiua eſt magis reſiſtitiua.

Secunda concluſio. Omnis qualitas , quæ eſt magis actiua ſua contraria , etiam eſt ea magis reſiſtitiua. C

Probatur primò , quia licèt calor ſit maximè actiuus, non eſt tamen maximè reſiſtitiuus, humidum enim maximè reſiſtit , reſpectu verò ſui contrarij verum eſt , quia ſi frigus minùs agit in calidum , quàm calidum agat in frigus , ergo calidum minus patitur , & frigus magis patietur ; ſi magis patietur , ergo minùs reſiſtit.

Confirmatur , ſi calor per vnum quadrantem producit ſuum effectum , frigus per vnum quadrantem reſiſtit : rurſus quia frigus eſt minùs actiuum producit ſuum effectum longiori tempore , ergo calor longiori tempore reſiſtit.

Secundò : Contraria ſunt ordinata à natura , vt in vnum agant, & producant mixta, D ergo cùm ſunt in æquali intenſione, in ſummo v. g. debet agere vna in alteram , ergo vna debet minus poſſe reſiſtere quàm altera agere , ergo quælibet contraria qualitas magis actiua , quàm contraria ſit reſiſtitiua , aliter nulla ſequeretur miſtio.

Tertia concluſio : Tunc vera eſt hæc propoſitio ſimpliciter , qualitates, quæ ſunt magis actiuæ , ſunt minùs reſiſtitiuæ , quando comparantur frigus & calor ad humidum & ſiccum, non verò cùm comparantur adinuicem , humidum videlicet ad ſiccum , calor ad frigus.

Probatur, quia quæ ſunt magis reſiſtitiua magis conſeruantur in indiuiduo , & ideò à E natura factum eſt, vt hæc ſint minùs actiua, nec neceſſe habent, vt tam facilè producant ſui ſimile ad conſeruandam propriam ſpeciem , quia idem magis perſeuerat in eſſe : ex qualitates quæ ſunt minùs reſiſtitiuæ verè ſunt magis actiuæ , vt propriam ſpeciem ſaltem tueantur ſæpiùs multiplicando indiuidua.

Sectio IV.

Vnde maior reſiſtentia oritur.

PRIMA *ſententia* eſſe poteſt , vt maior reſiſtentia oriatur ex formali repugnantia, vel formali incompoſſibilitate.

Non placet, quia cùm æqualiter ſit frigus oppoſitum calori , quàm calor frigori , & ſiccitas humiditati quàm hæc ſiccitati , non videtur quomodo ſit inter hæc maior vel minor reſiſtentia.

Secunda eſt : Vt maior reſiſtentia oriatur ex maiori denſitate ſubiecti , magnitudine &c. Quia ſicut maior denſitas confert ad maiorem actioné , ita etiam conferet ad maiorem reſiſtentiam: ideo humidum magis reſiſtitiuum in aqua, & ſiccum in terra , quia ſubiecta denſiora ſunt.

Neque ſimpliciter hæc placet. Licèt enim verum ſit in ſubiecto denſiori qualitatem magis reſiſtere , hæc tamen ratio non eſt vniuerſalis , nam ſiccitas ignis, & humiditas aëris habent ſubiectum rarius , & tamen ſunt magis reſiſtitiuæ , quàm aliæ duæ qualitates.

Dico igitur : Maior reſiſtentia petenda eſt ex natura ipſa qualitatis : nam qualitas magis reſiſtitiua eſt talis naturæ , vt petat nexum quemdam fortiorem in ſubiecto , & vnionem firmiorem : iſta autem vnio melior , & fortior non conſiſtit in maiori intenſione qualitatis , ſed quod ſit natura ſua talis : ſicut enim non eſt inconueniens aliquas qualitates dicere ex natura ſua difficiliùs diuelli , quàm alias; ita neque abſurdum aſſignare nodum ex natura ſua firmiorem , quàm ſit alter , vt videmus in aliqua anima ſerpentium videlicet , & inciſorum quæ difficiliùs amouetur à materia, quàm anima canis v. g. & in his inciſis fatemur aliquam ſpeciem vnionis firmiorem : ſic faciliùs amouetur mollities , quàm durities , & ratio non videtur poſſe reddi alia, niſi quia vnio vnius eſt ex natura ſua firmior quàm alterius : pari modo philoſophandum de qualitate. Videatur Suarez hîc, qui etiam exemplum affert in artificialibus, in quibus partes illæ difficiliùs disiunguntur quo firmiore glutine connectuntur. Suarez.

DISPVTATIO QVARTA.

De contactu.

Sectio Prima.

Quid & quotuplex ſit contactus.

INTER cæteras conditiones, quæ ad actionem requiruntur, vt alibi diximus, eſt contactus. Hic ab Ariſt. tex 41. ita definitur. Hæc tangere nata ſunt ſe inuicem , quorum diſtinctis magnitudinibus ſimul vltima ſunt , exiſtentibus motiuis, & mobilibus adinuicem: ac ſi dicat: Ea ſe tangunt quorum extrema ſunt ſimul, & inuicem agunt & patiuntur. Ariſtoteles.

Hinc tres colliguntur contactus conditiones. Prima, vt ea quæ ſe tangunt ſint quanta: Secunda, vt ſint in loco Tertia, vt ſimul agant, & patiantur : Quòd ſi aliqua iſtarum deſit, non dicetur contactus propriè , ſed analogicè , vel æqui-

uocè prout plures, vel pauciores conditiones numeratas participant. Hinc cælum, quia non eſt ſecundùm extimam ſuperficiem in loco, nec repatitur ab inferioribus, analogicè dicitur contangere, tantùm quia contangit ſecundùm infimam ſuperficiem, & in inferiora agit, & ab eis non repatitur.

Contactus multiplex.

Ex his multiplex contactus: Alius immediatus, vt cùm duo corpora ſunt contigua: Mediatus quando eſt corpus intermedium. Contactus alius dicitur formalis, vt cùm duo immediatè ſe tangunt: alius virtualis vt cùm ſe tangunt per virtutem à ſe diffuſam in medio. Formalis dicitur immediatus immediatione ſuppoſiti: Virtualis immediatus immediatione virtutis. Tertiò contactus alius ſubſtantialis, qualis eſt is, qui reperitur inter angelum, & corpus cùm eſt illi præſens per propriam ſubſtantiam: alius quantitatiuus, qui eſt inter duo corpora extenſa: ſubſtantialis qui ſequitur ad ſpiritalem præſentiam angeli dicitur nonnunquam etiam virtualis. Denique contactus alius dicitur Mathematicus qui abſtrahit abeſſe actiuum & paſſiuum, & eſt cùm concipimus duo corpora tantùm ſe tangere: alius phyſicus. & eſt cùm duo corpora nedum ſe adinuicem tangunt, ſed etiam agunt & patiuntur.

Sectio II.

An ad omnem actionem phyſicam exercendam ſit neceſſarius contactus.

QVÆSTIO non eſt de contactu, qui fit immediatione virtutis, hic enim eſt adeò neceſſarius, vt nec ipſe Deus poſſit agere ſine illo, quia nil poteſt in hoc loco effectum producere, niſi eius virtus hîc extendatur ad dandum eſſe effectus in hoc eodem loco. Sed difficultas eſt, an agens poſſit agere in paſſum, quod à ſe diſtat, ita vt agens principale immediatè agat in ſubiectum diſtans immediatione ſuppoſiti nil omnino agendo in medium: v. g. an ſol poſſit aurum producere in terra, abſque eo quòd vlla ratione agat in corpora intermedia.

Auicenna. Hippocrates.

Prima ſententia eſt Auicen lib. ſuo de Anima ſect. 4. cap. 4. Hippocratem ſecuti, ac docuit poſſe agens naturaliter agere in paſſum diſtans abſque medio.

Scotus. Ochamus. Gabriel. Baſſolis.

Secunda eſt Scot. in 1. diſt. 37. quæſt. vnica, §. Reſpondeo primò. Ocham. ibid. Gabr. Baſſoli: qui volunt naturale agens poſſe agere omninu in diſtans per Dei potentiam abſolutam: naturaliter verò poteſt agens agere in diſtans, ſi tamen diſtans ſit intra ſphæram actiuitatis; & agens agat in medio per aliquã aliam formam, ſic ſol agit per lumen in aërem intermediũ per propriam ſubſtantiã immediatè in viſceribus terræ.

Tertia eſt communis omnium fere Peripateticorum ac Theol. qui Ariſt. & D. Th. ſecuti aſſerunt nullum agens poſſe agere immediatè immediatione ſuppoſiti in paſſum diſtans, niſi enã per eamdem virtutem agat in medium. Cum quibus ſit

Vnica concluſio. Agens non poteſt agere in diſtans ſine medio.

Areſius.

Plures rationes huius rei affert, & refellit Pater Areſ. iis omnibus omiſſis hæ mihi inſuper videntur efficaciores.

Prima eſt. Si medium non eſt neceſſarium ad agendum, ergo poteſt agens operari interpoſito vacuo, quod eſt abſurdum, ergo. Sequel. probatur, quia ſi nil medium facit ad actionem agentis, ergo ſi medium non ſit agens operabitur, ergo & cum vacuo, quod eſt negatio medij, alioquin ſi dicatur non poſſe operari ſine medio, ergo medium conducet ad actionem, & cùm nil aliud videatur facere, niſi coniungere paſſum remotum cum agente, conſequenter dicendum eſt, non poſſe eſſe actionem in corpus diſtans, non coniunctum per aliud intermedium. Minor patet ex ordine vniuerſi, & ex odio, quod habent omnia ad vacuum, & id non ob aliam rationem, niſi quia impediretur mutua paſſio, & actio corporum, at ſi poſſet dari actio in diſtans nil eſſet, quod timeretur à natura.

Confirmatur: interpoſito pleno non ſuſceptiuo actionis, agens non poteſt agere in paſſum diſtans, ergo neque poterit agere interpoſito vacuo: Certè ideò plenum non ſuſceptiuum actionis impedit actionem, quia actionem non ſuſcipit, at multo minùs vacuum ſuſcipit actionem, ergo eodem modo vtrobique impeditur actio, & in vtroq; caſu eadẽ videtur ratio. Hinc

Secundò argumentor. Per aduerſarios medium eſt impertinens, ergo ſi obiciatur impedimentum debet ſequi actio: at hoc eſt falſum, ſi enim obiciatur ſoli corpus ſolidum, & opacum, medium vlterius non illuminatur. Si fornacis os claudatur non ampliùs calefit aer vicinus: Sequel. probatur, quia ſi non requiritur continuatio medij eodem modo alterari ad vlteriorem productionem qualitatis, etiam ſi obiciatur aliquod corpus incapax debet vlteriùs ſequi actio.

Confirmatur, quia corpus obiectum, non tollit aliud corpus ſequens ſe v. g. aërem à ſphæra actiuitatis ſolis, ergo non debet prohibere actionem in aliud corpus, quod ſi impediat ſignum eſt quod requiratur intermedia productio.

Confirmatur ſecundò, quia corpus opacum obiectum ſoli non impedit lumen retundendo vires agentis, vt ſolet agens contrarium, ſed ſe habet merè negatiuè ſcilicet non recipiendo lumen, hoc autem non debet impedire actionem, quia non requiritur continuatio productionis luminis.

Tertiò probat Areſius: Nequit agens actionem tranſmittere, ergo nequit dari actio in paſſum diſtans. Conſeq. patet. Anteced. probatur, quia partes ſpatij dicunt eſſentialem ordinem adinuicem, ita vt non poſſit pertranſiri ad extremum ſine medio, ergo nequit virtus agentis attingere diſtans niſi per mediũ tranſeat.

Obiectio 1.

Obiicies primò. Cælum producit quædam compoſita ſubſtantialia illis non productis in corpore viciniore. Item Deus poteſt agere in diſtans, ergo etiam creatura ſi tamen non excedatur à ſphæra actiuitatis.

Reſp. Ideo in diſtanti cælum effectum aliquem producit quem non producit in parte viciniori, quia ſubiectum eſt diuerſimodè diſpoſitum, ideo ſol lumen dumtaxat producit in aëre, aurum verò in terra.

Ad Confir. Diſtans excedit ſphærã actiuitatis, non eam quæ menſuratur tanta, aut tanta propinquitate, ſed eam quæ dicit aggregatum omnium conditionum actionis, inter quas numeratur contactus, ſic paries eſt viſibilis ad tantam diſtantiam, ſi tamẽ fuerit illuminatus, ita paſſum debet eſſe intra debitam diſtantiam, ſi tamen adſit contactus.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò.* Partes profundæ, quæ ſunt in carbone ignito, vel in flamma lignum non tangunt, ſed eæ tantùm quæ ſunt in ſuperficie, & tamen omnes partes lignum calefaciunt, & ſuam qualitatem producunt modò ſic. Vel agunt per virtutem immiſſam tangendo lignum, vel in lignum omnino diſtans, diſtans inquam immediatione virtutis, & ſuppoſiti. Non primum, quia partes profundæ non poſſunt calefacere partes externas cùm ſint æquè calidæ, ergo ſecundum, & agens poterit agere in diſtans immediatè.

Reſpondet quidam ex Ruu. cap. 6. quæſt. 1. num. 6. in iſto caſu remotiores partes non agere immediatè, ſed agere per partes proximas, quibus ſuam virtutem imprimunt, & per illas tranſmittunt ad paſſum.

Impugnatur. Reliquæ enim partes ignis ſunt calidæ vt octo, & in ſummo, ergo nequeunt recipere calorem ab alijs profundioribus partibus tranſmiſſum.

Secundò alij ex eodem. Quod ſolum agunt partes extremæ, non infimæ hæ videlicet, quæ proximè tangunt lignum, reliquæ partes verò, vel rei ignitæ, vel flammæ ſicuti lignum non tangunt, ſic in illud non agunt, ſi quidem ad actionem requiritur contactus virtutis, vel ſuppoſiti.

Impugnatur: Experimur enim quo maior eſt res ignita, ſeu flamma, & quo denſius eſt ſubiectum, eò intenſior calor productus & velocior actio, ergo ſignum eſt, quod omnes partes etiam infimæ, & profundæ agant.

Reſpondet tertiò Ruu. non implicare in agentibus partialibus dari actionem in diſtans: implicat ſolum in totalibus. Ratio eſt, quia omnia agentia partialia faciunt vnum agens totale, quod agit tangendo per ſua extrema æquè propinquum ſaltem ſecundùm partes extimas. Reſponſio cæteris probabilior, licèt maxima ſuperſit difficultas, quonam modo partes profundæ agant nihil immittendo per partes extimas.

Reſponderi poteſt quartò, partes intimas agere in partes extimas repaſſas reproducendo calorem deperditum, ideo dum continuò in partibus repaſſis inſtauratur deperdita qualitas, ideò citiùs videtur agere, quàm agens minùs rarum; Tum quia dum corpus eſt maius ſunt plures partes extimæ: Quòd ſi partes extimæ non repatiuntur, ſolæ extimæ agunt.

Impugnatur: Quia etiam cùm agens principale non repatitur, videmus emitti calorem intenſiorem, ergo ſi nil in agente deperdatur adhuc partes profundæ agent.

Reſponderem ergo: Nedum totum non poteſt agere in diſtans, ſed neque partes; eadem enim ratio in vtriſque, & ſicut omnes partes dum homogeneæ ſunt, & continuæ faciunt vnam ſubſtantiam & vnum ſuppoſitum, ſic vna eſt potentia indiuidualis v. g. calefactiua, & vnus calor à toto ſuppoſito, & hic calor eſt quo immediatè agit, tunc enim partes dicerentur agere in diſtans quando non eſſent in toto continuæ, ſed diuiſæ.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò.* Phantaſia eſt in cerebro, appetitus ſenſitiuus in corde, & tamẽ illa hũc mouet, abſque quod agat in partibus intermedijs. ergo.

Reſpondetur. Phantaſia, quæ per apprehenſionem finis mouet appetitum, non agit phyſicè, ſed moraliter: non in genere cauſæ efficientis,
A ſed finalis: Phyſicus autem contactus non requiritur ad cauſam finalem, ſed efficientem, id ipſum dicimus de voluntate, & intellectu ac cæteris potentijs.

Secundò reſp. Cùm vna potentia aliam mouet id prouenire ex ſympathia, & naturali ſubordinatione, quam habent adinuicem: tunc autem non dicitur vnam potentiam agere in diſtans dum mouet aliam, quia ſympathia inter potentias oritur ex hoc, quod potentiæ omnes radicantur in anima, hinc fit vt per vnam potentiam obiectum principiet, per aliam eadem anima appetat.

Quæres, An agens poſſit agere in diſtans ſaltem per abſolutam Dei potentiam.

B *Prima ſententia* eſt Scoti in 1. diſt. 37. quæſt. vnica. cenſet id eſſe poſſibile in cauſis ſecundis. *Scotus.*

Secunda eſt Caietani 3. par. quæſt. 13. art. 2. Suarez, Bellarmini lib. 1. de Sacramentis in genere. Volunt poſſe creaturam inſtrumentaliter aſſumi ad agendũ in diſtans, non tamen vt cauſa principalis. Tribuitur hæc ſententia etiam D. Thom. 3. part. quæſt. 13. art. 2. & quæſt. 56. art. 1. ad 3. vbi vult Chriſti humanitatem fuiſſe inſtrumentum diuinitatis ad miracula conficienda in qualibet diſtantia. Supponunt autem hi Doctores potentiam obedientialem actiuam in creaturis reſpectu Dei, de qua apud Theologos. *Caietanus. Suarez. Bellarmin. D. Thomas.*

C Dicerem tamen. Licèt id limites excedat philoſophicos omnino implicare agens agere in diſtans nil operando in medio. Eſt Molin. 1. par. quæſt. 8. art. 1. Ruu. num. 26. *Molina. Ruuius.*

Probatur, quia implicat virtutem agentis operari circa paſſum niſi illud aliquo modo attingat, & illi vniatur per ſe immediatè, vel per propriam virtutem, ſed implicat agens vniri, ſeu tangere paſſum diſtans, niſi ſit illi præſens per ſe vel per propriam virtutem, nequit autem eſſe præſens per virtutem niſi per medium virtus diffundatur, virtus enim agentis tunc phyſicè influit, ſiue agens ſit cauſa ſecunda principalis, ſiue inſtrumentum, quando virtus agentis continuata dimanat: nec ſufficit, quòd Deus ſit
D vtrobique præſens, & vbi eſt inſtrumentum, & vbi paſſum, quia ſic tenera neque inſtrumentum vt inſtrumentum phyſicè influeret. Chriſti ergo humanitas ad miracula tantùm moraliter concurrebat, ſicut ſacerdotis vox ad gratiã producendam, & Chriſti corpus conficiendum.

Sectio III.

An agens agat immediatè intra ſuam ſphæram actiuitatis.

E SENSVS quæſtionis eſt: An ita virtus diffuſa operetur, vt ſimul etiam operetur ipſum agens immediatè.

Prima ſententia videtur Pomponacij, tract. de actione reali cap. 2. Chriſtophori Gillij, vt refert Arceſ. quæſt. 41. ſect. 5. & aliorum negantium. *Pompon. Chriſtophorus Gilius.*

Secunda aſſerit intra ſphæram actiuitatis ita agens attingere centeſimum palmum ac primum, vtrumque videlicet immediatè. Ita Burl. 7. Phyſ. text. 12. dub. 2. & 3. Venet. ad 1. & 2. Alex. Suarez, Auer. 2. de cæl. com. 42. *Burlaus. Venetus. Alexander. Suarez. Auerroës.*

Prima concluſio. Agens intra ſuam ſphæram actiuitatis poteſt agere immediatè.

Probatus primò: Quia probabile non eſt ignem agere immediatè tantùm in ſuperficiem indiuiſibilem aëtis, ergo in partem diuiſibilem, aget ergo immediatè.

Secundò: Qui mouet rotam, vel is aget immediatè in totam rotam, vel priùs in vnam partem, deinde in aliam. Si ſecundum: Contrà, quia motus localis fit in tempore, & priùs in vna parte quàm in alia, ergo poſt inſtans quo incipit moueri rota à mouente non debet moueri tota rota. ſed hoc eſt falſum, noo enim mouetur priùs vna pars, deinde alia, ſed omnes ſimul: tum quia ſi hoc eſſet, daretur diſcootinuatio rotæ, quia vna pars mutaret locum dum mouetus à mouente, altera ibidem maneret vbi erat.

Probatur tertiò ex Aref. Quia lumen in cubiculo non quomodocunque illuminat, ſed tantùm ex directo quà idem ſol reſpicit, ergo ſigoum eſt, quod oon lumen producit nec tantùm diffuſum lumen illuminat, ſed etiam agens principale. Idem patet de fornace, cum ſi claudatur os ſtatim, & in eodem inſtanti non ſentimus eumdem calorem, ergo ſignum, quòd agens immediatè agat.

Secunda concluſio. Quamuis agens principale agat immediatè contra ſuam ſphæram, verum etiam eſt quòd qualitas ſeu oedium aliqua qualitate actiua affectum etiam agat, vt patet in igne, qui & agit immediatè intra ſuam ſphæram producendo calorem, & calor in medio etiam aliam parteio calefacit, quia calor eſt actiuus: ſic etiam in ſono voa pars aëris poteſt moueſe aliam: ſic in odore ex odorationoe egrediente à corpore odorato, quod incenditur, poſſunt aliquid agere, vt apertè docet Ariſtot. de ſenſu, & ſenſili cap. 7. Patet ex ſe.

Colligitur ex his cur ignis agens per lineam rectam magis ſentiatur, quia videlicet agit ignis, & medium ſimul per modum vnius actionis, & ſunt plura agentia. Quando verò actio non fit per lineam rectam, ſed obliquam, tunc agit ſolus calor, qui minùs poteſt, quàm coniunctus cum igne.

Obiectio 1. *Obiicies primò.* Vel agens agit immediatè in totam ſphæram ſimul, vel ſucceſſiuè: noo ſimul, quia calos qui producitur in tota ſphæra paulatim producitur. Præterea gradus qui aſſignantur in primo palmo, priùs tempore producitur, quàm qui in ſecundo. Item, quia agens agit vniformiter difformiter, ergo dum producitur primus in primo palmo, non producitur primus in vltimo, ſed aliquid aliud minùs primo. Sed neque ſucceſſiuè, quia hinc non colligeretur actio immediata in totam ſphæram, oam poſſumus dicere fieri à qualitate producta, & vnam partem produci altera mediante.

Confirmatur primò. Totum medium ex ſphæra actiuitatis eſt applicatum agenti, ergo in totuoi debet agere. Prima pars patet; Secunda probatus, quia id dicitus applicatum, quod immediatè poteſt attingi, quia poteſt eſſe actio immediata, ergo tota eſt applicata.

Confirmatur ſecundò. Quia non eſſet maior ratio cur agens ageret in vnam partem ſphæræ, & oon in aliam, quia quælibet pars nooeſt eodem modo applicata.

Reſpondetur, agens agere in totam ſphæram ſimul, ita vt in totam aliquid producat dum modò adſit debita proportio inter agens, & paſſium.

Ad primam probationem reſp. Ideo paulatim producitur, quia inuenit reſiſtentiam contrarij, quam paulatim ſuperando maiorem effectum producit in toto, illúmque magis ſentimos.

Ad ſecundam, quòd qualitas illa, & ſimul producitur, & ſucceſſiuè: ſimul, quia videlicet totum ſubiectum recipit qualitatem in eodem inſtanti, ita vt non ſit prius vnam partem ſubiecti recipere qualitatem, deinde aliam ſucceſſiuè: ſucceſſiuè, quia qualitas tota ponitur, & fit cum reſiſteotia; non pugnanr ergo hæc, qoalitatem fieri ſimul, & ſucceſſiuè; ſimul ratione ſubiecti, ſucceſſiuè ratione qualitatis: ſicut cælum quandu mouetur, mouetus in tempore, & tamen non eſt prius tempore motus in vna parte, quàm in alia, licèt priùs ſit vna pars altera parte motus.

Inſtabis. Verè pars qualitatis videtur, quod ſit priùs tempore in vna parte ſubiecti, quàm in alia.

Reſpondetur: Dum producitur primus gradus in primo palmo, non prodocitur primus gradus in eadem entitate, & æqualitate in vltimo, ſed dum producitur primus gradus producitur in vltimo aliquid illius. Dum inſtas, an dum producebatur hæc pars in primo palmo, producebatur aliquid in vltimo. Reſpondetur, quòd ſic: non enim valet cooſequeotia, quælibet pars determinata dum producitur in primo oon producitur in vltimo, ergo nil ſimul producitur, fit enim calefactio voiformiter difformiter in toto, vt patet etiam cùm aqua coogelatur, quæ licèt producatur vniformiter difformiter, tota tameo, & ſimul coogelatur.

Obiicies ſecundò. Si agens ageret immediatè ſphæsa eſſet infinita eius actiuitatis, quod eſt abſurdum: Seqoel. psobatur. Dum enim ignis v. g poteſt agere pes octo palmos, octo palmi continentes calorem, habent ſuam ſphæram, vltimus enim palmus poteſt agere in ſequentem aërem frigidum, quia habet virtutem actiuam, ergo omnes octo palmi agent, quia non eſt maior ratio vnius quàm alterius, ergo octo palmi agent in ſphæram vlteriorem excedeotem octo palmos: tunc ille calor productus vltra octo palmos habet etiam ſuam ſphæram, ergo debet agere io vlteriorem partem, & illam calefacere, quæ etiam habebit ſuam ſphæram, & ſic in infinitum. Obiectio 2.

Reſp. Nego extendi ſphæsam in infinitum, quia dum ab agente producitur qoalitas in octo palmos, ſi quid ab iſtis produceretur eſſet vltra octo palmos, per vnum v. g. per duóſve, & ab iſtis per pauciores palmos, ac ſic tandem finiſetur, quia effectus productus, cùm vniformiter difformiter producatur ſemper eſt minùs potens quàm agens principale, & ideò minorem ſphæram habebit.

Obiicies tertiò. Subſtantia non agit immediatè, vt diximus, ergo nunquam ignis immediatè aget. Obiectio 3.

Reſp. Certum eſt ſubſtantiam immediatè noo agere, agit tamen per ſuam potentiam quæ eſt ab agente diſtincta: Quod ounc diximus, eſt ignem v. g. ooo tantùm agere medio effectu producto in partes remotiores, ſed per ſemetipſum, ita vt pes potentiam calefactiuam omnes partes immediatè calefaciat ſuæ ſphæræ.

Obiectio 4. *Obiicies quartò.* Si agens immediatè agit v. g. in octo palmos, & in totam ſphæram ſuam, ergo ita eſt applicatum primo palmo ætque vltimo, quia æquè eſt intra ſuam ſphæram, ergo ſine actione in primum palmum poteſt agere in octauum. Conſequentia probætur, quia ſine ordine primi vel ſecundi palmi octauus eſt intra ſphæram, ergo ſine ordine actionis in primum & ſecundum poteſt agere in octauum.

Reſpondetur: Nego poſſe agere in octauum non agendo in primum. Ad prob. Nego octauum ſine ordine primi eſſe applicatum, nam ſemper remota pars ſphæræ ſupponit applicationem cum proxima: ſicut ergo octauus palmus ſupponit tanquam requiſitum immediatum contactum primi palmi, ita tanquam diſpoſitionem requirit productionem in primo quam poſtea in ſe recipiat. Sed

Inſtabis, quia ſi ſupponitur productio in primo, ergo priùs producitur in primo qualitas quàm in octauo, ergo in octauo priùs nil producitur.

Reſpondetor: Producitur qualitas in primo palmo prius natura quàm in vltimo, quæ prioritas ſufficit vt in productione luminis, quod quidem in inſtanti producitur in toto aëre, ſed prius natura in parte proximiori: in his verò quæ ſunt ſiue producuntur licèt determinatum ſit productum priùs tempore in primo quàm in vltimo, tamen non omne indeterminatum quod eſt inæqualiter productum debet eſſe priùs in vna parte ſubiecti, quàm in alia, quia nulla eſt pars temporis in qua ſimul non agat agens in totam ſphæram.

PARS QVARTA.

De miſtione, & miſcibilibus ſeu elementis in ordine ad miſtionem.

AGIMVS hîc de iis quæ habet Ariſtot. in 2. lib. Agit autem de Miſtione à texto 82. vbi ſe acturum proponit de eadem, quid ea ſit; quid miſcibile, & id quod exiſtit ex miſcibilibus, quod eſt miſtum. Nos verò priùs de miſtione: ſecundò de natura miſcibilium.

DISPVTATIO PRIMA.

De Miſtione.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit Miſtio.

DIco *primò.* Dator miſtio. Si enim dantur miſta in facto eſſe, ergo aliquando fuerunt in fieri cùm non ſint entia neceſſaria, & ex ſe, ergo fuit miſtio. Quòd dentur miſta patet, planta enim non eſt purum elementum. Præterea pꝛtet id

A ex diuerſis paſſionibus quæ fluunt ex miſtis, quæ eſſentialiter differunt à paſſionibus elementorum.

Dico ſecundò. Miſtio ita definitur ab Ariſt. Miſtio eſt miſcibilium alteratorum vnio: Recipitur hæc definitio ab omnibus Peripateticis, vno excepto Scalig. Exer. 101. num. 1. ſuámque affert: Mixtio eſt motus corporum minimorum ad motuum contactum vt fiat vnio.

Senſus Ariſtotelicæ definitionis eſt, Miſtio eſt congregatio elementorum quæ ſunt iam alteratæ, & rarefacta, vt exponit Buccafer. vel productio vnionis elementorum pro variis explicandi modis de quibus infrà: Circa hanc definitionem tria conſideranda ſunt. Primum, an Buccafer.
B ſit formalis, vbi de cauſa formali mixtionis. Secundum, quæ ſit cauſa efficiens mixtionis, ſi enim elementa congregantur, ab aliquo congregantur. Tertium, cauſa materialis.

SECTIO II.

De cauſa formali Mixtionis.

PRIMA *difficultas* eſt an tradatur hæc definitio per formalem cauſam, an per cauſalem.

Prima ſententia eſt, definiri hîc mixtionem ab Ariſtot. non formaliter, ſed cauſaliter, quia explicatur per ea quæ ſunt cauſa proxima, &
C per diſpoſitiones ad quas ſequitur generatio formæ mixti. Sicut ira poteſt definiri formaliter ſi dicas, eſt appetitus vindictæ, & cauſaliter ſi dicas, eſt feruor ſanguinis circa cor, ex feruore enim ſanguinis appetitur vltio. Eodem modo poterit definiri mixtio formaliter ſi dicatur, eſt productio formæ mixti; poteſt definiri cauſaliter cùm accipiuntur diſpoſitiones proximæ, vt dixi, vt ſi dicatur, Mixtio eſt vnio, id eſt, congregatio elementorum alteratorum ſecundùm ſuas qualitates.

Secunda ſententia docet vnionem non ſignificare aggregationem, ſed modum ſubſtantialem, qui eſt vnio inter formam, & materiam miſti, licèt nolit eam vnionem eſſe formaliter mi-
D ſtionem. Tribuitur hæc ſententia D. Th. hîc: eſt Conimb. 1. de Generat. cap. 9. quęſt. 2. art. 2. ad 1. Suarez, & qui explicant mixtionem eſſe alteratorum, id eſt corruptorum vnionem. D. Thomas. Conimb. Suarez.

Neutra ſententia ſatisfacit. Non prima. Ariſt. enim eam miſtionem definit, quam tex. 82. inquirit. Inquirit autem miſtionem formalem non cauſalem. Non ſecunda, quia licèt aliquo modo accedat ad miſtionem formalem, non tamen explicat formaliter miſtionem, quod ſi poteſt dari modus, quo formaliter definitio explicetur, is ponendus eſt. Præterea, non rectè per ly alteratorum explicant corruptorum, vt dicemus.

E *Vnica concluſio.* Vnio in definitione miſtionis non ſignificat modum illum ſubſtantialem qui eſt inter materiam & formam, ſed ipſam veluti productionem formæ miſti. Forma enim ſubſtantialis miſti duo exercet munera, vnum vnionis, eſt enim vnio elementorum hoc pacto, quia ſicut vnio ſubſtantialis inter materiam & formam eſt id, quod continet illas ne defluant, ita forma miſti continet elementa, ne inuicem agant & corrumpantur, & conſequenter ne defluat, & corrumpatur miſtio: Alterum munus eſt formæ ſubſtantialis, conſtituere ipſum miſtum in eſſe miſti.

Senſus ergo definitionis eſt, Miſtio eſt vnio alteratorum, id eſt, Productio formę ſubſtantialis quæ eſt vnio alteratorum, id eſt quæ ad elementa ſe habet vt vnio, continens illa in officio ſuo ne defluant, ad inſtar illius vnionis quæ eſt modus ſubſtantialis inter materiam & formam.

Probatur concluſio. Quia ſic definitio intelligitur in ſenſu formali: miſtio autem formaliter ſumpta eſt productio formæ miſti, & ſic patet quænam ſit cauſa formalis miſtionis, & quæſtionis tituli.

S E C T I O III.

Quænam ſit cauſa efficiens miſtionis.

NOTANDVM *eſt*: Cauſa efficiens in miſtione poteſt eſſe duplex. Alia eſt reſpectu formæ, quæ formam illam efficit: Alia quæ cogit elementa ad componendum miſtum.

Dico primò. Cauſa efficiens formæ miſti, eſt ipſum miſtum vel quod eſt actu vel quod eſt in virtute inſtrumentali iuxta noſtra principia. Patet ex ſe.

Dico ſecundò. Cauſa efficiens quæ cogit elementa ad componendum mixtum, poteſt eſſe multiplex. Aliquando enim ſunt homines qui applicant actiua paſſiuis, vt fit in medicamentis: Aliquando coguntur elementa, quia diſſoluitur aliud miſtum, ſæpe tamen, & vt plurimùm elementa coguntur à ſole; hic enim attrahit vapores, & exhalationes, quæ in aëre miſcentur, vt patet in aqua quæ æſtate decidit, quæ non eſt ſimplex aqua, ſed multum habet aëris, & terræ, vnde oritur generatio ranarum.

Dico tertio. Licèt ſol ſit præcipua cauſa cogens elementa, non dicitur tamen cauſa principalis vel inſtrumentalis propriè dicta miſtorum quia illi non aſſimilantur effectus vel virtutes, quibus immediatè agunt: eſt ergo cauſa ſol originilator mixtorum, ſeu cauſa congregans, & applicans elementa ad mixtionem.

S E C T I O IV.

De cauſa materiali miſtionis, an elementa ſint materia miſti, & an omnia ad quodlibet miſtum concurrant.

DICO *primò*. Materia mixtorum perfectorum ſunt quatuor elementa, licèt non ſolùm quatuor elementa, concurrunt enim multoties in mixtis heterogeneis præter elementa formæ, & diſpoſitiones ſubſtantiales. Eſt contra Card. lib. 2. de ſubtil. Scot. & Gregor. in 2. diſtinct. 15. quæſt. 1. Conimb. 1. de Gener. cap. 9. quæſt. 2. art. 2. Volunt enim præſertim Cardan. duo tantùm elementa ſufficere, aquam, & terram, cum calore maiori vel minori.

Cardanus.
Scotus.
Conimb.

Probatur primò ab Ariſtot. 2. de Gener. text. 49. Ait enim, mixta quæ fiunt circa medium, id eſt prope terram ex omnibus compoſita ſunt ſimplicibus, & ratio eius eſt, quia omnia corpora generata ab elementis ſunt in loco medio, qui eſt locus terræ, ergo neceſſe eſt vt terra ſit eius pars, quæ enim ſunt in medio, aut terra ſunt, aut terram habent, nam ſi hanc non includerent non appeterent locum illius. Præterea ſi terra non haberet humidum tota diffueret, ergo vt fieret miſtum debuit commiſceri cum aqua quæ det illi continuationem, humidum enim aqueum eſt aptius ad terminandum quàm aëreum, ergo duo elementa in miſto. Tandem quia mixtum non requirit elementa in qualitatibus ſuis perfectis, ſed refractis debuit frigidum terræ refrangi à calido aëris, & humidum aquæ à ſicco ignis, debent ergo admiſceri aër, & ignis.

Secundò ex nutrimento ſic: Omnia nutriuntur ex iis quibus conſtant, ſed omnia nutriuntur ex multis, id eſt elementis, ergo conſtant ex multis. Anteced. patet in plantis, de quibus poteſt eſſe maior difficultas, nutriuntur enim nedum ex aqua, ſed ex terra, & ex fimo.

Obiicies primò ex 1. de Gener. 24. Si aqua infundatur in vinum fiet vinum, ergo ex vno elemento aquæ generatur miſtum, ergo non omne miſtum ex omnibus quatuor. Obiectio 1.

Reſpondetur, non eſſe verum ſi aqua guttatim, & continuò infundatur, fieri ſemper vinum. An autem fiat vinum, cùm tantùm infunditur aliqua ſtillula aquæ tranſeat, tunc autem non ſequitur fieri miſtum ex vnico elemento, de quo nos agimus; tantùm enim quærimus an quando generatur miſtum ex concurſu elementorum, concurrant omnia elementa, non verò agimus de generatione formæ miſti, ab aliquo miſto præcedenti, quia hoc poteſt generare ſibi ſimile à quolibet habente eamdem materiam primam potentem recipere eaſdem diſpoſitiones. Præterea nos quærimus, an omnia miſta habeant quatuor elementa, & conceſſo quòd ex aqua fiat vinum, non ſequitur, quòd miſtum illud non habeat quatuor elementa, quia vinum illud, quod in ſe aquam conuertit, conſtat ex omnibus quatuor elementis.

Dico ſecundò. Ad miſtum imperfectum neceſſariò non requiruntur omnia elementa, ſed duo ſufficiunt, immo vnum cum contrariis qualitatibus.

DISPVTATIO SECVNDA.

De forma miſti.

CVM miſtio ſit vnio elementorum, vt ex Ariſtot. diximus, celebris oritur difficultas, an debeant elementa remanere in miſto corrupta, quod eſt remanere virtute; an integra, quod eſt remanere ſecundùm propriam formam ſubſtantialem, ſeu actu & formaliter, quæ omnia idem ſignificant. Præterea loquimur hîc de miſto non materialiter ſumpto antequam adueniat vltima forma miſti, ſed de miſto formaliter: Ideo ſit

---

S E C T I O P R I M A.

An detur forma miſti à formis elementorum diſtincta.

DICENDVM *eſt*, dari formam miſti, quæ non ſit forma elementaris.

Probatur primò ex Ariſt. 1. de Gener. 81. *Ariſtoteles.*

quicontra Empedoclem probat dari aliquid nobilius in animali, à quo contineantur elementa, quæ ſunt contraria, ergo vult dandum eſſe aliquod tertium ſupra elementa, & idem haber 2. de Anima 39. A

Secundò: ſi non eſſet alia forma in miſto diſtincta à formis elementorum, miſtum eſſet veluti cumulus, & aggregatum per iuxta poſitionem, quod impugnat Ariſtot. 7. Metaph. 60. Præterea ſi ſolùm eſſent elementa, non eſſet ratio cur inuicem non agerent, & quodlibet contrarium ſuum corrumperet, ergo debet dari alia forma, à qua contineantur. *Ariſtoteles.*

Tertiò, quia nulla miſta differrent ſubſtantialiter, quod eſt falſum. Minor probatur, quia certum eſt hominem differre à leone &c. ſubſtantialiter non accidentaliter. Sequel. maior. probatur, quia tantum haberent quatuor elementa, quæ non poſſent dare diſtinctum eſſe ſubſtantialiter a ſeipſis. B

Denique id apparet ex operationibus propriis cuiuſcumque miſti, quæ non poſſunt tribui elementis, vt inductione patet.

Sectio II.

An elementa virtute tantùm ſint in miſto, an etiam ſecundùm ſubſtantiam. C

Certvm primò eſt, in miſtis deberi aliquo modo contineri miſcibilia. Patet ex Ariſtot. 1. de Gener. 38. & 2. de Gener. 48. vbi ait, quæ miſcentur non omnino corrumpi. Ratio eſt, quia in hoc differt miſtio à generatione, quia id ex quo aliquid generatur omnino corrumpitur, & tranſmutatur in aliud, vnde ligna cùm vertuntur in ignem, non dicuntur miſceri, nec nutrimentum cùm mutatur in ſubſtantiam aliti, neque gutta vini cùm infunditur in oceanum, quia hæc omnia deſinunt eſſe, & non remanent in his, in quæ conuertuntur: quæ verò miſcentur dicuntur durare. hinc 1. de Gener. 84. ait quæ miſcentur, quodammodo eſſe, quodammodo non eſſe. Hinc *Ariſtoteles.* D

Certum eſt ſecundò, in miſtis remanere elementa ſaltem ſecundùm virtutes, & potentias, ſecundum quas agunt, & patiuntur, vt ex eorum operationibus manifeſtè colligitur, licèt oppoſitum exiſtimet Scot. in 2. diſtinct. 15. quæſt. vnica Putat enim in miſto non remanere formas ſubſtantiales, ſed neque qualitates earumdem formarum, ſed tantùm formam miſti illis æquiualentem: ſed immeritò, neque enim videtur in quo differat aquæ humiditas, vel frigiditas, ab humiditate, & frigiditate, quæ eſt in miſto. Difficultas ergo eſt, an ſolùm hæ virtutes formaliter ſint in miſto: an etiam formæ ſubſtantiales elementorum, ſeu quod idem eſt, an ſufficiat ad miſtionem, vt elementa remaneant tantùm ſecundùm virtutes in miſto, an etiam remaneant ſecundùm proprias formas ſubſtantiales. *Scotus.* E

Certum eſt tertiò, prout facit ad rem præſentem, remanere virtutem poſſe intelligi tripliciter. Primò quia remaneat potentia in materia. Secundò, quia forma miſti contineat virtute elementa, eò quòd poteſt elementa producere, aut quod ſit formis elementorum perfectior. Tertiò, vt communiter aiunt, quia remaneant qualitates elementorum, quæ ſunt virtutes illorum Certum eſt, cùm dicimus remanere virtutem elementorum in miſtis, non poſſe intelligi materiæ potentiam, quia ſic omnia elementa eſſent in quolibet corpore ſimplici, cùm materia illius dicat potentiam ad illas: Nec remanere virtutem poſſe intelligi ſecundo modo, quia ſic ſtamnum eſſet in auro, & cælum in animali, & ſublunaria in cælo, cùm hæc ab illo aliquo pacto producantur. Supereſt ergo tertius dicendi modus. Ideo ſit

Prima concluſio. Non ſufficit, vt dicantur elementa manere in miſto, vt maneant in miſto tantùm ſecundùm virtutes, ita vt virtutes elementorum contineantur in forma miſti.

Probatur primò: Iſta continentia debet eſſe talis, vt diſtinguatur ſufficienter miſtio à generatione, quod eſt peculiare diſcrimen ex 1. de Gener. 83. Quia quæ miſcentur poſſibilia ſunt ſeparari, ſed per virtualem illam continentiam, non dicuntur ſufficienter ſeparabilia, ergo iſta continentia non ſufficit ad mixtionem. Minor probatur, quia iſta continentia formalis, non eſt niſi eſſe formaliter primas qualitates in forma miſti, at per hoc non dicuntur elementa ſeparabilia. Minor probatur, quia hac ratione quæ generantur poſſent dici miſceri, quia multa accidentia remanent in corrupto, quæ erant in genito, quia cùm aër vertitur in aquam remanet humiditas integra, in cadauere remanent eadem accidentia, non dicitur tamen animal remanere in virtute.

Secundò: Iſta virtus non eſt alia niſi potentia productiua, quæ poteſt elementa producere, at hoc non ſufficit, vt elementa dicantur potentia in miſto. Minor probatur ex Ariſt. loco citato: Elementa ſunt potentia in miſto, quia poſſunt ſeparari ab illo, at poſſe produci non eſt poſſe ſeparari, ignis enim poteſt produci ab Angelo, vel à Sole, non tamen poteſt ſeparari à Sole vel ab Angelo. *Ariſtoteles.*

Tertiò: Per ſolas qualitates non poteſt produci forma ſubſtantialis elementi, niſi ſit forma ſubſtantia præſens, vel ſuppleat cauſa vniuerſalis in ſententia Suarez, ergo in miſto non ſunt virtutes elementorum potentes elementa producere, immo agens extrinſecum continebit potiùs in virtute, & in potentia elementum, quàm intrinſece qualitates miſti, cùm hæ elementum nequeant producere, illud maximè.

Quartò: Virtutes elementorum in miſto non ſeparant ea quæ miſcentur, ſed de nouo generant, ergo etiam ſi producere poſſent elementa, illa deberet dici generatio non ſeparatio, at ea quæ miſcentur debent poſſe ſeparari, ſic Ariſtot. 84. Videntur enim, inquit, ea quæ miſcentur prius ex ſeparatis conuenientia, & poſſibilia rurſus ſeparari. *Ariſtoteles.*

Secunda concluſio. Elementa continentur formaliter, & actu in miſto, non quia forma miſti ſit formaliter etiam ignis, aër, aqua, & terra, ſicut anima rationalis eſt formaliter ſenſitiua, vt Pater Arri. ſe excogitaſſe fatetur, quod reuera apud alios ante ipſos reperi, ſed quia ſunt in miſto ſecundùm formas ſubſtantiales. *Arriſius.*

Probatur primò: Quia elementa debent contineri in miſto, vel actu, vel virtute, ſed licèt contineantur virtute, non ſit vt illud dicatur miſtum, ergo debent contineri actu. Probatur

minor, quia vt diximus in miſto elementa debent eſſe ſeparabilia, at ſeparari non poſſunt, ergo: dum enim lignum reſoluitur in aërem, & aquam, & terram v. g. ſi forma aëris, vel aquæ non eſt, ſed generatur de nouo, vt volunt aduerſarij, iam illa reſolutio non dicitur ſeparatio, ſed generatio.

Secundò, Vbi forma corrumpitur, non poteſt dici miſtio ex 1. de Gener. 88. vbi habet, Ideo gutta vini in maxima aqua, non dicitur miſceri, quia non remanet, ſed reſoluitur & mutatur, ergo corruptio in aquam formæ vini tollit mixtionem; ſi ergo elementorum formæ corrumpuntur non poterunt dici miſtum.

Reſpondent quidam primò, vt Suarez: Elementa manent, quia virtutes remanent eorumdem.

Reſpondet Areſius, remanere formam miſti, quæ formaliter eſt forma ignis, aëris &c.

Contra vtramque reſponſionem ſic inſto. Dum remanent virtutes, non eadem elementa remanent quæ miſcentur, ſed alia quæ poſſunt generari, & forma miſti, quæ continet formaliter elementa, non continet eadem numero elementa, in mixtione autem eadem omnino debent elementa remanere. Probatur, quia ſi vini diſpoſitiones manerent, & conſeruarentur adhuc vinum diceretur corrumpi, & licèt cùm animal interficitur remaneant per aliquantulum temporis diſpoſitiones, calor &c. animal autem non dicitur remanere ratio à priori eſt, quia vera corruptio eſt defitio formæ ſubſtantialis, ſic vera generatio eſt productio eiuſdem, ergo ſi elementa ſecundùm eſſe ſubſtantiale deſinunt in miſto, licèt virtutes, & diſpoſitiones remaneant, verè corrumpuntur.

Tertiò: In miſtis videmus motus elementorum prædominantium, ergo ibi reperiuntur formaliter elementa ſecundùm propriam formam. Conſequentia probatur, quia multiplicitatem elementorum colligimus tantùm ex multiplicitate motuum, ergo vbicunque videmus illos motus debemus dicere ibi adeſſe elementa formaliter, aliter non rectè Ariſt. ex motu diuerſo diuerſa colligeret elementa, & formas ſimplices.

Quartò: Remanent in miſto diſpoſitiones elementorum, ergo formæ eorum ſubſtantiales. Conſequentia patet, quia formæ ſubſtantiales non deſinunt in materia niſi ad deſitionem ſuarum diſpoſitionum. Anteced. patet. quia diſpoſitiones elementorum in eſſe refracto, non pugnant cum forma miſti, nam temperamentum hominis poteſt eſſe cum tanto calore, qui ſufficiat ad conſeruandum aërem, vel ignem, temperamentum lapidis, & marmoris poteſt eſſe cum magna frigiditate, & ſiccitate aquæ vel terræ.

Quintò: Videmus appoſito igne ſeparari actu elementa à ligno, terram videlicet, quæ eſt cinis, aquam vt humor, ſi verò non eſſent actu, & ſecundùm propriam formam ſubſtantialem in ligno, quomodo poſſent ſeparari à ligno, aut quomodo ignis poſſet generare aquam, & terram.

Reſpondet Areſius, neque humorem illum eſſe aquam, neque cinerem terram, ſed aliud quid ſimile. Vel, aquam & terram de nouo gigni, non ab igne per ſe, ſed per accidens; ignis enim intendit producere ignem, cùm autem

A producit terram, aut aquam, id fit, quia nequit ſuperare denſitatem &c.

Contrà: ſi humor ille non eſt aqua, neque fumus aër, ſed formæ ab igne de nouo productæ, ergo illa non eſt ſeparatio, ſed noua aliarum formarum productio, ergo priùs lignum non erat miſtum, ad miſtum enim requiritur ſeparabilitas miſcibilium.

Denique patet ex definitione tradita in fine 1. lib. in qua notanda ſunt verba: Alteratorum vnio, quæ autem ſunt alterata non poſſunt dici verè corrupta, alteratio enim eſt ſecundùm accidentia.

B Reſpondet Suarez id dixiſſe Ariſtot. vt oſtenderet elementa non omnino perire, ſecundùm qualitates videlicet remanere.

Contrà: alioquin generationem aëris ex igne poſſemus dicere eſſe mixtionem, quia licèt corrumpatur præcedens ſubſtantia, poteſt tamen remanere eadem qualitas, caliditas videlicet.

Reſpondet ſecundò. Miſtio eſt alteratorum vnio id eſt corruptorum, ſed verbis vim inferunt.

Sectio III.

C *An formæ elementorum ſint refractæ in miſto.*

PRIMA *ſententia* eſt Auer. 3. de cæl. com. 67. & 1. de Gener. c. de miſtio. Nobil. ibid. quæſt. vltima, Dandini 2. de Anima regreſ. 8. part. 3. & eorum quos citat Areſ hîc. Qui volunt formas ſubſtantiales elementorum eſſe medias inter formas miſtorum, & inter accidentia, atque adeò poſſe refrangi, ſuſcipere magis & minus, intendi, & remitti, licèt formæ miſtorum perfectæ nec remitti, nec refrangi poſſint: hinc aiunt in miſto eſſe formaliter formas elementorum ſubſtantiales, ſed refractas. *Auerroes. Dandinus.*

D *Secunda* eſt Zabarel. qui vt Auer. tueatur aliter loquitur, formas videlicet elementorum licèt intendantur, & remittantur, non tamen ſuſcipere magis, & minus, neque coire in vnam tertiam formam: at ergo elementa manere in miſto ſecundùm realitatem non ſecundùm formalitatem, quæ dum refranguntur ſpeciem mutant: & putat formas ſubſtantiales elementorum intendi, & remitti, non quia ſuſcipiant magis, & minus, retinendo eamdem eſſentiam, cùm hoc ſit proprium accidentium, ſed in miſto ſpeciem mutare, & hoc appellat remitti. *Zabarella.*

Prima concluſio. Formæ elementorum in miſto non remanent refractæ, vt vult Auer. ita vt

E ſuſcipiant magis, & minus, ſed ſunt integræ in miſto.

Probatur, quia ſubſtantia nequit ſuſcipere magis, & minus, neque enim ignis dicitur magis ignis, aut aqua magis aqua.

Secundò: ſi elementa poſſent ſuſcipere magis & minus, eſſet ad illa motus ſucceſſiuus contra Ariſtot. 1. Phyſ. 10.

Tertiò: Si formæ elementorum poſſent refrangi non poſſent reducere ſe ad proprium ſtatum, hoc eſt falſum. Probatur, quia videmus aquam calidiſſimam redire ad priſtinum. Sequel. probatur, quia introductis ſex gradibus caloris in aqua eſſent ſex gradus ignis, tunc

autem non reducerentur, qnia duo gradus aquæ non habeur oppoſitionem cum gradibus ignis introductis, quia ſimul eſſe poſſunt, quare non debent ſe inuicem expellere.

Præterea, quia forma aquæ iam eſt diminuta, ergo non debet babere vires prodncendi gradus perfectiores neque perfectiores diſpoſitiones; & idem poſſet intendere ſeipſum, quod alibi refutauimus.

Secunda concluſio. Formæ ſubſtantiales elementorum neque ſe refrangunt, quia coëant in vnicam formam ſubſtantialem.

Probatur, quia vel ita coëunt in vnicam formam ſubſtantialem, vt formæ elementorum nullo modo inter ſe diſtinctæ remaneant, & nulla inter eas ſit heterogeneitas: & non, quia aduerſarij volunt formas elementorum eſſe actu in miſto: ſi diſtinctæ, & faciunt vnum per ſe, debent ſe habere, vt actus & potentia, vt perfectiuum & perfectibile, ſeu habere ſaltem aliquam ſubordinationem, at forma aquæ non poteſt dici quòd ſit potentia formæ aëris, ergo in miſto non ſunt formæ refractæ.

Secundò, ſi formæ elementorum, & non in vnam formam coirent omnino ſimplicem, vel nulla eſſet forma miſti, in quolibet miſto eſſent plura ſuppoſita, cùm eæ non ſint ſubordinatæ. Supereſt potiſſima difficultas.

Sectio IV.

Quomodo formæ elementares remaneant in miſto, & ſatisfit obiectionibus in contrarium.

DICENDVM *primò*: In miſto ſunt formæ integræ elementorum, terræ, aquæ, aëris, ignis.

Probatur, quia in miſto ſunt actu formæ elementorum, & non ſunt refractæ, ergo integræ. Anteced. patet ex præced.

Dicendum ſecundò, has formas integras non eſſe ſimul in qualibet parte materiæ, ita vt quælibet pars materiæ habeat ſimul formam ignis, aëris, aquæ & terræ.

Probatnr, quia in eadem materia nunquam ſunt duæ formæ ſubſtantiales niſi ſubordinentur, ſed forma vnius elementi non ſubordinatur alteri cùm ſint æquè nobiles, ergo.

Dicendum tertiò. Formas ſubſtaonales elemeotorum eſſe integras in miſto ſecundùm determinatas partes materiæ, ita vt licèt forma miſti in qualibet parte materiæ quamuis minima reperiatur, non tamen quælibet pars habet omnes quatuor formas elementorum, nec minutiſſimæ particulæ aquæ ſunt intra particulam ignis, ſed minutiſſimæ particulæ aquæ ſunt iuxta particulas aliorum elementorum, atque adeò elementa ſunt quaſi materia reſpectu formæ principalis miſti.

Probatur ſic explicata concluſio, quia ſic faciliùs omnes enodantur difficultates.

Prima difficultas eſt, quonam pacto plures formæ ſubſtantiales poſſint eſſe in eodem miſto, cùm formæ elementorum ſint inter ſe incompoſſibiles. & non ſubordinatæ.

Reſpondetur: licèt formæ elementorum non ſint inter ſe ſubordinatæ, omnes tamen ſubordinantur formæ miſti, ideò cùm illa faciunt vnum per ſe: inter ſe verò ſunt tantùm per iuxtapoſitionem.

Secunda eſt: ſi pars materiæ eſt cum forma ignis, & alia cum forma aquæ, & alia cum forma aëris &c. non omnis pars miſti eſt miſta, quod eſt contra Ariſtot. hîc. Præterea certum eſt in noſtra ſententia quodlibet elementum debet continere reliqua elementa.

Reſpondetur, miſtum poſſe accipi dupliciter, & ſecundùm quod ſenſibile eſt, & partes habet ſenſibiles: vel ſecundùm conſiderationem partium minimarum ſingularium, & verè inſenſibilium: primo modo quælibet pars miſti continet omnia elementa; ſecundo modo non eſt neceſſe.

Inſtabis: Quælibet pars minima etiam ſecundùm noſtrum modum concipiendi eſt pars miſti, & eſt materia formæ miſti, & ab ea informatur vt diximus, ergo quælibet minima pars erit miſta.

Præterea, ſi in quolibet elemento eſt forma miſti, ergo ſufficit vnum elementum cum diſpoſitionibus formæ miſti ad illam educendam; v.g. ſi inducantur diſpoſitiones vini in vnicum elementum, producetur vinum, ergo fruſtra ponuntur alia elementa.

Reſpoodetur: Concedo in quolibet elemento eſſe formam miſti, nego tamen vnum elementum ſufficere ad eductionem formæ miſti. Ratio eſt, quia ad diſpoſitionem requiſitam formæ miſti non ſolùm requiritur temperamentum qualitatum, ſed etiam omnia elementa, ea enim ſunt materia miſti, vt paſſim docet Ariſt. & ideo licèt in vno elemento ponantur omnes qualitates, non eſt tamen omne id quod requiritur ad miſtum, ſic animæ non ſufficit temperamentum carnis, ſed requirit etiam alias formas partiales cum ſuis temperamentis, & organa.

Inſtabis: Forma miſti, quæ eſt in ea particula elementi facit miſtum, & tamen illa particula non eſt miſta ex elementis, atque adeo erit ſimplex, & miſta quæ implicant. Ita Areſ. *Areſius.*

Reſpondetur: Sicut forma miſti nunquam informat vnam particulam materiæ, & vnicum elementum niſi adſint omnia quatuor elementa, ita nunquam forma miſti denominabit vnicam particulam, aut vnicum elementum miſti niſi illud elementum, & illa particula ſit iuxtà poſita aliis particulis aliorum elementorum.

Tertia difficultas ex Suarez, quia ſi ſunt plures formæ in miſto operationes non radicantur in eodem principio. *Suarez.*

Reſpondetur: In miſto ſunt operationes duplicis generis, aliæ quæ ſunt ſupra virtutes elementorum nec illorum propriæ: Aliæ verò ab iis dimanant, & ideo dico non eſſe abſurdum, vt plura dentur principia in eodem miſto è quibus diuerſæ operationes dimanent, dummodo illa omnia principia contineantur ab vna forma principali: immo neceſſario fatendum eſt, ex ipſomet Ariſtot. 1. cæl. cap. 7. In miſto eſſe plura principia, ait enim miſtum moueri à prædominante elemento, ergo motus hic debet fundari in motu formæ elementaris, & non in forma miſti. *Ariſtoteles.*

Quarta difficultas: Forma miſti eſt nobilior formis elementaribus, ergo continet reliquas formas elementorum, ergo reliquæ ſunt ſuperfluæ, ſic anima rationalis, quia cæteris no-

bilior continet vegetatioam, & ſenſitiuam: *Ariſtoteles.* patet etiam ex Ariſtot. 2. de Anima. Vbi habet poſteriorem formam continere priorem.

Reſpondetur: licèt forma miſti ſit nobilior, non tamen reliquas continet; Ariſtot. verò ibi vel loquitur de gradibus animæ; vel de formis metaphyſicis, quæ ſont in categoriis, in quibus inferius continet ſuperius, & particulare vniuerſale: inferius enim intrinſecè conſtat ex ſuperiori, & ſuperius in inferiori imbibitur, ideò eſt diſpar ratio in miſto, forma enim elementi non ſe habet vt ſuperius ad formam miſti, neque in ea imbibitur, ſed tantùm eſt prærequiſitom, & veluti materia.

Areſius. *B* *Quinta difficultas* ex Areſio, quomodo ſi in miſto ſint actu formæ elementorum, non ſequitur corruptio, cur enim ignis non agit in aquam, & quomodo forma ignis miſtum non comborit, cùm agens ſit intimè applicatum paſſo, & interdum maximè diſpoſito, vt ſi miſtum ſit ſulphur.

Reſpondetur: Certè elementa in miſto agere inter ſe, & niti ad diſſolutionem miſti; ideo enim animal ſeneſcit, & decreſcit. Ratio autem cur miſtum ſtatim non corrumpatur eſt, quia elementa habent formam ſuperiorem mixti, *Ariſtoteles.* quæ illa vnit, & continet, vt docet Ariſtot. 2. de Anima 39. quæ autem ſit iſta cootinentia explicabimus in lib. de Anima. *C* An autem qualitates elementorum ſint etiam integræ in mixto tum quoad vires, tum quoad gradus, in ſeqoenti.

PARS QVINTA.

De natura miſcibilium, & eorum proprietatibus, ſeu de elementis.

CONSIDERABIMVS miſcibilia non quoad eſſe miſcibile, ſeu vt concurront ad mixtionem, de quibus hactenus, ſed quoad eſſe ſuum, & quoad proprietates; agemus autem breuiter de natora elementorom: de qualitatibus eorumdem: de nomero, de tranſmutatione: de motu: de loco.

DISPVTATIO PRIMA.

De natura elementi.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit elementum.

ELEMENTVM vt ſic eſt id in quod compoſitum reſoluitur, ſeu ex quo primò aliquid componitur: ſic litteræ dicuntur elemeota dictionis, & materia elementa corporis. Hîc verò nomine elementi cum Ariſtot. intelligimus qua- *A* tuor prima corpora ſimplicia, ignem, aërem, aquam, terram, ex quibus mixta componuntur; ſic ergo elementom acceptum ab Ariſtot. definitur 3. cæl. 31. *Elementum eſt illud corporum, in quod cætera corpora diuiduntur, quod ineſt potentia aut actu; ipſum verò eſt indiuiſibile in diuerſa ſpecie.* *Ariſtoteles.* Dicitur *illud corporum* ad excludendam materiam, & formam, quæ non ſunt corpus: Dicitur *in quod cætera corpora diuiduntur*, ad excludendum cælum, in quod nullum corpus reſoluitur: Dicitur *indiuiſibile in diuerſa ſpecie*, ad excludendum mixtum, qnod eſt diuiſibile in elementa, quæ differunt: elementa verò licèt poſſint diuidi in partes, partes *B* illæ erunt homogeneæ. Dicitur *quod ineſt potentia aut actu*, niſi enim ineſſent, & conficerent compoſitum, non eſſent propriè eleoienta, elementum enim eſt nomen officij non naturæ, vt notat Areſius. Definitur 5. Metaph. 4. iterum elementum ſic: *Elementum dicitur ex quo componitur primò inexiſtan*e indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem.* Videatur Areſius.

SECTIO II.

Quæ ſit elementorum forma.

C CONSTAT de materia, eſſe videlicet eiuſdem rationis in omnibus elementis: difficultas eſt de forma.

Prima opinio eſt Græcorum 12. Metaph. com. 12. Galen. de vſu part. Zimar. 2. de Anima. tex. 18. quos ſequitur Cremonin. qui volunt formas elementorum eſſe primas qualitates, calorem videlicet, ſiccitatem, frigiditatem, & humiditatem; Differunt tameo inter ſe, quia alij duas, alij vnam, alij omnes ſimul coniunctas formas conſtituunt. *Galenus. Zimara. Cremonio.*

Prima concluſio. Primæ qualitates non ſunt formæ elementorum.

Probatur: Elemeota ſunt ſubſtantia, primæ *D* qualitates non ſunt ſubſtantia, ergo non poſſunt eſſe formæ elementorum, implicat enim formam ſubſtantialem compoſiti ſubſtantialis eſſe accidens. Quòd primæ qualitates non ſint ſubſtantia patet, quia ſuſcipiunt magis, & minus, & habent contrarium, ſubſtantiæ autem nil eſt contrarium.

Reſpondet Cremon. Ariſtot. axioma iotelligendum de ſubſtantia completa, non de formis ſubſtantialibus.

Contrà: Si primæ qualitates, vt formæ ſuot, ſuſcipiunt magis & minus, ergo etiam elementa, & ſobſtantiæ completæ, quia quale eſt conſtituenuum tale erit conſtitutum. *Impugnatur Cremoninus.*

E Secundò probatur, quod vni eſt accidens nequit alteri eſſe ſubſtantia, 1. Phyſic. tex. 23. & 30. Sed primæ qualitates in miſtis ſunt accideotia, ergo in elementis non eruot ſubſtantia.

Reſpondet Cremon. Calorem ſemper eſſe ſobſtantiam; ſed iam ſuprà impugnatum eſt.

Reſpondet Amon. primas qualitates, vt in ſubiecto recipiuntur, eſſe accidentia, vt verò ſubſtantiam compleot, eſſe ſubſtantiam: inde fit vt in mixto ſint accidentia, in elementis ſubſtantia.

Contrà: Accidens, & ſubſtaotia ſunt diuerſi ordinis, ergo nequit idem ſpecie eſſe ſubſtantia, & accidens. *Item Amonius.*

Reſpondent alij calorem ſemper eſſe accideos rum in miſto, tum in elementis: elementa verò nullam habete formam ſubſtantialem, ſed eadem elementa eſſe materiam reſpectu formæ mixti.

Contrà: Elementa enim ſe reducunt ad priſtinam qualitatem, ergo præter primas qualitates dantur in elementis formæ ſubſtantiales diſtinctæ à formis mixti; ſi enim frigiditas eſſet forma eſſentialis aquæ, & præter illam nulla eſſet forma ſubſtantialis, ea amiſſa oon poſſet aqua ſe reducere ad priſtinum.

Præterea, vnde manat illa frigiditas? certè ab aliquo principio, & quidem ſubſtantiali.

Obiectio 1.

Obiicies pro Amon. Relationes in diuinis ſunt ſubſtantia, in creatis accidentia, ſic etiam actus immanentes, ergo idem, quod eſt vni ſubſtantia, poteſt alteri eſſe accidens.

Reſpondetur: Relationes, & actus immanentes, qui ſunt in Deo vix dici analogicè de iis quæ ſunt in creaturis, & ideò neque illæ ſunt eiuſdem ordinis, aut prædicamenti; hinc aliæ ſubſtantia, aliæ accideotia; primæ verò qualitates apud Amon. ſunt eiuſdem ſpeciei, & reſpectu mixti ſunt accidentia, reſpectu elementi ſubſtantia, quod implicat.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò pro Cremon. ex Ariſtot. 2. de anima 8. *ſiccis enim, & frigidis, & calidis, & humidis aluntur omnia viuentia*, ergo calor, frigus etiam ſunt ſubſtantia. Conſequentia probatur, quia ſi nutritum eſt ſubſtantia nutritiuum debet eſſe ſubſtantia.

Reſp. Ariſtot. non dixiſſe viuentia nutriri frigore, aut calore, ſed nutriri calidis & frigidis, quia qnod per ſe ad outriendum coocurrit eſt ſubſtantia, licèt non nuda, ſed cum iis qualitatibus. Videatur Raguſeus diſp. 15. pat. 4. c. 3. Areſ. diſp. 1. quæſt. 1. ſect. 3. de element.

Raguſeus.
Areſius.

Secunda concluſio. Neqoe grauitas, & leuitas ſunt formæ eſſentiales mixtorum, eſt contra Auer. 4. cæl. com. 1.

Probatur iiſdem fere rationibus quibus præcedens.

Secundò: Forma ſubſtantialis non percipitur tactu, grauitas verò, & leuitas percipiuntur ſenſu, ergo.

Obiectio.

Obiicies: Grauitas, & leuitas ſunt principia actiua motns in eo in qoo ſunt, ergo natura, ergo formæ ſubſtantiales elementorum.

Reſpondetur, non eſſe principia prima, & per ſe in quo ſunt, ſed inſtrumentalia per accidens.

Tertia concluſio. Forma cuiuſlibet elementi eſt ſubſtaotia, & principium vnde dimanant primæ qnalitates. Patet ex dictis hîc, & 1. Phyſic. vbi oſtendimus dari formas ſnbſtantiales, præſertim in elementis.

DISPVTATIO SECVNDA.

De qualitatibus elementorum, ac primò de motiuis.

QVALITATAS in elementis, aliæ motiuæ, vt grauitas & leuitas: aliæ actiuæ, vt calor, & frigus, ſiccitas & humiditas; quædam dicuntur ſecundæ qualitates; ſicut actiuæ, primæ; ſunt autem raritas, denſitas, figura &c. Datæ ſunt autem elemeotis qualitates actiuæ ad mixta conficienda: qualitates motiuæ ob vniuerſi ordinem: Secundæ verò qualitates naturas conſeqouuntur eorumdem elemeotornm, vt diſp. 2. quæſt. 2. Areſ.

SECTIO VNICA.

Enodantur quædam difficultates circa qualitates motiuas.

PRIMA *difficultas* eſt quot eæ ſint.

Dicendum eſt eſſe quatuor, prima appellatur grauitas ſimpliciter, & eſt principium motus ſimpliciter deorſum: Secunda grauitas ſecundùm quid, & eſt principium motus deorſum ſecundùm quid: tertia leuitas ſimpliciter, & eſt principium motus ſurſum ſimpliciter: quarta leuitas ſecundùm quid, & eſt principium motus ſurſum ſecundùm quid. Prima tribuitur terræ, ſecunda aquæ, tertia igni, ſuppoſito quòd ſit elementum, quod videbimus infrà: quarta aëri; cætera autem corpora habent eaſdem qualitates ratione eorumdem elementorum.

Qualitates motiuæ quatuor.

Secunda difficultas. An hæ qualitates ſint primæ.

Dicendum ſecundò, quòd noo. Ratio eſt quia ſemper ſupponunt alias primas qualitates, nihil enim habet huiuſmodi qualitates, quod, non habeat qualitates alias primas, & tangibiles, quòd videlicet non ſit frigidum ex Ariſtot. 2. de Partib. cap. 1.

Non ſunt primæ.

Ariſtoteles.

Tertia difficultas, An hæ qualitates producantur immediatè à forma ſubſtantiali, vel à primis qualitatibus actiuis.

Dicendum tertiò immediatè produci à formis ſubſtantialibus elementorum.

Probatur, quia in ſingulis elementis eſt eadem frigiditas, vt dicemus, & tamen noo eadem leuitas, aut grauitas, ergo à forma ſubſtantiali, quæ eſt diuerſa in ſingulis.

Immediatè producuntur à formis ſubſtantialibus elementorum.

Quarta difficultas. Ao hæ qualitates actiuæ inter ſe ſpecie differant.

Reſpondetur, non differre ſpecie. Probatur, quia leuitas aëris, & ignis non differunt niſi ſecuodùm magis & minus, ergo non differunt ſpecie. Secundò, leuitas aëris ex additione leuitatis ignis fit intenſior, ergo. Tertiò, ignis, & aër habeot primas qualitates ſymbolas, ſic etiam aqua, & terra, ergo non neceſſariò qualitates motiuæ differunt ſpecie.

Non differunt ſpecie.

Quinta difficultas. An qualitates motiuæ ſint ſimplices ſecundùm propriam naturam.

Reſpondetur, quòd ſic, habeot enim vnicum motum ſimplicem, ergo & ipſæ ſunt omnino ſimplices. Quòd ſi aër videtur aſcendere, vel deſcendere, non prouenit, quia habet qualitatem admixtam motiuam, ſed ſemper aër petit eſſe ſupra aquam, & dicitur aſcenſus, vel deſcenſus tantùm comparatiuè ad ignem, vel ad aquam.

Sunt ſimplices ſecundùm propriam naturam.

Sexta difficultas. An elementa per ſuas qoalitates motiuas grauitent, & leuitent in ſuis locis.

Dicendum eſt primò elementa in ſuis propriis locis grauitare, & leuitare tantùm in actu primo.

Elementa in proprus locis grauitant, & leuitant in actu primo.

Patet, & ab omnibus conceditur, actus enim primi leuitatis, & grauitatis ſunt ipſamet

qua-

qualitas motiua ſurſum, hoc eſt leuitas, & qualitas motiua deorſum, hoc eſt grauitas, ſed hæ qualitates manent, ergo. Maior patet, quia quæcunque potentia poteſt appellari actus primus. Minor probatur, quia hæ qualitates conſequuntur formas ſubſtantiales elementorum.

Non in actu ſecundo.

Dicendum ſecundò, elementa in proprijs locis neque grauitare, neque leuitare in actu ſecundo per ſe, & reſpectu partium elementarium inter ſe.

Probatur, quia ſi elementa mouerentur ſurſum, aut deorſum appeterent remotionem à ſuo loco naturali, quod eſt falſum.

Præterea, quia non eſt maior ratio cur vna aſcenderet, aut deſcenderet alia, ergo inter ſe non grauitant partes elementi, nec leuitant.

Dices, elementa quidem grauitare, & leuitare etiam in actu ſecundo licèt à proprijs locis non moueantur, vt euenit cùm homo conatur eleuare lapidem, quem non poteſt eleuare.

Reſpondetur: Homo dum conatur, aliquid efficit, elementa verò in proprio loco ſi conarentur, quid efficerent non appareret.

Dices, Vtres pleni aëre velociùs deſcendunt per aërem, & ponderoſiores ſunt quàm ſi eſſent vacui, ergo ſignum eſt quòd incluſus aër in aëre grauitet.

Reſpondetur: Ideo deſcendunt, & ſunt ponderoſiores, quia incluſus ſpiritus non eſt purus aër ſiue in follibus, ſiue in ore humano includatur, ſi verò aër eſſet purus, id non eueniret.

Inſtabis: vas ligneum ſupernatat, plenum aqua demergitur, ergo aqua grauitat.

Reſpondetur, lignum ſupernatare, quia ab aëre ſubſtentatur, & eleuatur, alioquin ob terream grauitatem deſcenſurum, ideo deſtitutum leuitate aëris à qua ſurſum efferebatur, ſtatim incipiet demergi.

Dices tertio: Voces animalium magis exaudiuntur in loco inferiori quàm in ſuperiori, ergo aër in aëre grauitat.

Reſpondet quidam negando experientiam: dicerem tamen eo conceſſo quòd ſonus ille, in quo ſita eſt vox, eſt in aëre valde impuro & craſſo, quia emittitur ab aſpera arteria, atque adeò ſolet eſſe grauis, ideò meliùs in inferiori, quàm in ſuperiori vox exauditur.

DISPVTATIO TERTIA.

De qualitatibus actiuis.

LOQVIMVR de primis qualitatibus actiuis tangibilibus rerum generabilium, & corruptibilium, quæ primæ dicuntur, quia omnes aliæ qualitates tangibiles fiunt ex his, eæ verò ex nullis fiunt, neque ex ſe inuicem; ideo ſit

SECTIO PRIMA.

Quæ ſint primæ qualitates actiuæ, & an tantùm quatuor.

DICENDVM *eſt* primas qualitates actiuas eſſe tantùm quatuor, & ſunt caliditas, humiditas, frigiditas, & ſiccitas. Ratio eſt, quia tantùm hæ non fiunt ex alijs qualitatibus, neque ex ſe inuicem, non enim frigus producit humiditatem, & omnes aliæ ex his, quæ tres conditiones requiruntur vt dicantur primæ. Præterea, quia tantùm hæ ad generationem diſponunt, cæteræ deſeruiunt ad ornatum rei iam genitæ, ergo tantùm hæ primæ.

Dices: Calor producitur à luce, & à motu cæli, ergo calor fit ex alijs; Præterea, calor producit ſiccitatem, ergo fiunt ex ſe inuicem.

Reſpondetur, cùm dicimus primas qualitates non debere fieri ex alijs, intelligendum eſt non debere fieri per ſe ex alijs: modò calor producitur à luce, & à cælo non per ſe, ſed per accidens. Vel rectiùs, qualitates hæ dicuntur primæ, quia non producuntur per ſe ab alijs qualitatibus tangibilibus; ſic etiam ſiccitas non producitur à calore per ſe primò, ſed ſecundariò, dum enim calor conſumit humidum, ſtatim ſequitur ſiccitas.

Dices ſecundò: lux ſolis, figura quantitatis &c. non fiunt ex his qualitatibus, ergo non omnes qualitates fiunt ex his.

Reſpondetur, lucem ſolis non eſſe qualitatem tangibilem, figuram non eſſe qualitatem actiuam: primæ autem qualitates non fiunt ex alijs qualitatibus tangibilibus, & omnes qualitates tangibiles fiunt ex his.

SECTIO II.

Quæ ſit definitio primarum qualitatum, & an rectè ab Ariſtotele tradita.

DICENDVM *primò*, primas qualitates rectè ab Ariſt. definitas, *calidum eſt quod congregat homogenea, & ſegregat heterogenea*: per homogenea autem hîc non intelligit tantùm ea quæ ſunt eiuſdem ſpeciei atomæ, ſed etiam ea, quæ habent ſimilem virtutem motiuam, pondus, liquabilitatem, & circumſcribilitatem: per heterogenea verò ea, quæ ſunt diſſimilia quoad virtutem motiuam, & quoad pondus; nec requiri inter homogenea hæc eſſentialem ſimilitudinem, & inter hæc heterogenea eſſentialem diuerſitatem, ſic pix & cera vi caloris inter ſe vniuntur, ſtannum, & plumbum etiam vniuntur inſeparabiliter. Ita Philop. hîc tex. 8. Sic explicata deſcriptio

Ariſtoteles.

Probatur: Ferueſcente vino ſeparantur partes terreſtres à tenuioribus, & in cera indurata, cui commixti ſint & lapilli, & paleæ, ſi quidem per calorem liqueſiat cera, congregantur in fundo lapilli, ſupernatant in ſummo paleæ; in medio autem conſiſtunt partes ceréæ. Ratio autem à priori cur calidum diſgregat heterogenea, & congreget homogenea, eſt, quia ad calorem ſequitur rarefactio, cùm autem res rarefit, partes ponderoſiores reſolutæ, & liberæ vinculo concretionis tendunt in vnum, leuiores in ſummum, mediæ in medium, inde fit diſgregatio diſſimilium, & aggregatio ſimilium.

Dicendum ſecundò: Frigidum eſt quod indiſtinctè omnia congregat, & homogenea & heterogenea.

Ratio à priori eſt, quia frigus primò & per ſe frigefacit, ſecundariò condenſat, ideo omnia vinculo concretionis adſtringit. Patet in vehementi frigori, tunc enim aquæ turbidæ, & permixtæ paleis & lapillis conglaciantur & congregantur in vnum donec adueniat calor, & expellatur frigus, & diſſoluatur glacies.

Obiectio 1. *Obiiciet primò :* Frigus vehemens exprimit lachrymas ab oculis, ergo diſgregat.

Reſpondetur : diſgregat per accidens dum reliquas partes corporis comprimit, non per ſe.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò :* Frigus congregat, & calor diſgregat, ergo idem effectus à cauſis contrariis.

Reſpondetur : frigus congregat per addenſationem, calor per rareſactionem, ideò non ſunt iidem effectus, ſed diuerſi.

Dicendum tertiò, cum eodem Ariſtot. Humidum eſt quod difficilè terminatur termino proprio, facilè alieno.

Ratio eſt, quia humidum eſt etiam fluxile, & ideò non poteſt conſtanter ſuos terminos tueri, ſed facilè recipit alienos, & facilè figuratur à figura continentis, & eius figuram recipit, vt patet in aëre, aqua, & liquoribus, ſi alicui infundantur vaſi.

Dicendum quartò : Siccum eſt quod facilè terminatur termino proprio, difficilè termino alieno, ſi enim alicui vaſi infundatur terra, difficilè fluit ad latera vaſis continentis, atque ita potiùs tuetur ſuos terminos quàm recipiat alienos.

Obiectio. *Obiicies :* Ignis eſt maximè ſiccus, & tamen faciliùs ſuſcipit terminos alienos quàm tuetur proprios, dum figuram ſuſcipit continentis fornacis, idem accidit in puluere, & cinere, ſi in vaſe aliquo reponantur.

Reſpondetur : Hæc accidunt corporibus ſiccis non per ſe, ſed per accidens ob talium corporum tenuitatem, quæ facit vt eius partes conſiſtere nequeant; quod patet, quia omne humidum cui per ſe conuenit ſuſcipere terminos alienos, eſt etiam tenue, non autem omne ſiccum, & cùm hoc conueniat igni, & flammæ quia tenuia ſunt, non quia ſicca ſunt, non ſequitur aliquid contra allatam ſicci deſcriptioné.

Dicendum quintò, rectè Ariſtot. deſcripſiſſe primas qualitates.

Probatur, quia cùm in lib. de gener. agat de qualitatibus in ordine ad mixtionem, tunc rectè deſcribuntur, cùm omnes explicantur ſecundùm effectus, quos habent in mixtione, hoc modo explicantur in allatis deſcriptionibus, calor enim explicatur per attenuationem, & congregationem homogeneorum : frigus per addenſationem, & congregationem illam indiſtinctam : humiditas per fluorem, & facilem terminabilitatem: ſiccitas per ſtabilitatem earúdem partium, ſeu per intermioabilitatem, quæ omnia ſunt effectus, quos efficiunt hæ qualitates in mixtione.

Obiectio. *Obiicies:* Cur non deſcripſit Ariſtot. calorem per effectum ſuum primarium, qui eſt calefacere, & frigus per frigefacere, ſed potiùs per congregare, & aggregare, qui ſunt effectus ſecundarij.

Reſp. quia per illos nihil occultum manifeſtaret; & etiam vt diximus illas definiit per cauſas immediatiores ad mixtionem.

Sectio III.

An omnes hæ qualitates ſint actiuæ, & an actiuæ poſitiuè.

DICENDVM *primò*, primas qualitates quoad effectus ſuos primarios, nempe calefacere, humectare, frigefacere, & exſiccare, omnes eſſe actiuas: verùm quoad congregare per rarefactionem, & congregare per addenſationem, & terminari termino alieno, & terminari termino proprio, qui ſunt effectus ſecundarij, duas qualitates frigus, & calorem dici actiuas; & duas, vt humidum, & ſiccum, dici paſſiuas.

Prima pars patet: ſi enim humiditas, & ſiccitas non eſſent actiuæ, aër non poſſet tranſmutari in ignem, neque ignis in aërem. Præterea, primæ qualitates in mixto ſunt remiſſæ, ergo agunt omnes ad inuicem, frigus in caloré, & è contrà, humidum in ſiccum, & è contrà. Secunda pars probatur ex Ariſt. 2. de Gener. tex. 8. ait enim duas qualitates actiuas, frigus videlicet, & calorem, duas paſſiuas humiditatem, & ſiccitaté. *Ariſtoteles.*

Secundò prob. etiam ratione, quia ſecundarius effectus caloris, & frigoris eſt vnire, & diſgregare, quod eſt quodammodo agere : ſecundarius verò effectus ſiccitatis eſt difficilè terminari termino alieno, & humiditatis facilè terminari termino non proprio.

Præterea, quia in mixtione calor, & frigus actiuè ſe habent, agunt enim in humidum, & ſiccum, calor enim vnit partes ſiccas cum humidis, dum illas digerit, & excoquit, frigus verò illas addenſat, & adſtringit.

Obiectio. *Obiicies:* quomodo calor, ſi non eſt contrarius humido, agit in humidum, ſi quidem contrarium tantùm agit in contrarium.

Calor non contrarius humido quomodo agat in humidum? Reſp. Contrarium agit in contrarium actione primaria. actione ſecundaria poteſt agere in id, quod non eſt per ſe, & primariò contrarium per actionem ſecundariam vniendo videlicet, & congregando.

Quoad ſecundum, an videlicet ſint actiuæ poſitiuè, Plutarchus putauit frigus eſſe priuationem caloris. Addit Cardan. ſiccitatem eſſe priuationem humoris.

Dicendum ſecundò, omnes has qualitates eſſe reales, & poſitiuas: de frigore patet, habet enim effectus poſitiuos, congregat enim homogenea, & heterogenea, frigus agit in calidum. De ſiccitate etiam patet, aliàs terra nullam haberet qualitatem poſitiuam. Præterea res ſiccæ difficiliùs humectantur, ergo ſiccitas reſiſtit, ergo non eſt ſola priuatio.

Dicendum tertiò, dari ſiccitatem negatiuam, & humiditatem negatiuam tantùm in aëre. Ratio, vt infrà dicemus, eſt, quia aër eſt ſummè tranſmutabilis ſiue in ſiccum, ſiue in humidum, nec reſiſtit humido poſitiuo per ſiccitatem innatam poſitiuam, ſed per ſiccitatem poſitiuam inſitam à calore, vel per calorem, qui actione ſecundaria poteſt reſiſtere, & agere in humidum quatenus rarefacit aërem.

Sectio IV.

An omnes hæ qualitates ſint æqualiter actiuæ, & æquè ſe habeant ad reſiſtentiam, & actionem.

DICENDVM *primò*, ignem eſſe cæteris magis actiuum, quia perfectior, quia magis ſentitur, quia agit in maiorem diſtantiam, & quia citiùs agit : Secundò frigiditatem, quia citiùs operatur quàm ſiccitas, & humiditas, & agit in maiorem diſtantiam; Tertiò humiditatem; poſtremò ſiccitatem, vt ex ſe patet; ſi verò ſiccitas ſit coniuncta cum calore, tunc actiuior eſt ipſa humiditate.

Dicendum ſecundò, elementa quæ ſunt magis actiua quoad formalem reſiſtentiam ſunt minus reſiſtitiua.

Ratio eſt, quia maior reſiſtentia formalis prouenit à maiori materialitate, difficiliùs enim diuelli poteſt qualitas à re magis materiali, quæ autem ſunt magis actiua, ſunt magis immaterialia, atque adeo minùs reſiſtitiua.

Magis materialia vnde magis reſiſtitiua?

Petes, vnde prouenit vt forma difficiliùs diuelli poſſit à re magis materiali, atque adeò magis materialia ſint magis reſiſtitiua? Quidam aiunt ex diuerſo modo vnionis, vel quia magis radicantur. Forſitam rectiùs, quia magis materialia ſunt denſiora, & partes magis ad inuicem adiuuantur, hinc denſiora magis reſiſtunt, B denſiora autem ſunt magis materialia.

Dicendum tertio, reſiſtentiam augeri interdum ex coniunctione talium qualitarum, ſic calor in re humida magis reſiſtit, quia humiditas eſt cauſa cur agens non poſſit tam citò ſuam formam introducere; frigus etiam magis cum humiditate reſiſtit.

SECTIO V.

Quænam qualitates conueniant cuilibet elemento.

C PERIPATETICI omnes ſic actiuas qualitates diſtribuunt, aiúntque ignem eſſe primariò calidum, ſecundariò ſiccum: Aërem primariò humidum, ſecundariò ſiccum: Aquam primariò frigidam, ſecundariò humidam: terram primariò ſiccam, ſecundariò frigidam; Diſcrepant tamen in elemento aëris Stoici, & Plutar. de primo frigido, Sen. lib. 2. quæſt. natur. Io. Bapriſta à Porta, Valleſ. & Areſ. qui putant illum eſſe frigidum & ſiccum. Diſcrepat etiam à Peripateticis Teleſius, qui vult ignem eſſe calidum, & humidum, forſitan quia ex humido paſcitur. Cardanus putat aërem, & terram eſſe frigida, & ſicca, frigidiſſimam tamen aquam, quia media eſt, & denſior terra, D & aëre, & ideo, ait ipſe, frigidior; Negat verò elementum ignis.

Plutarchus. Seneca. Io. Baptiſta à Porta. Valleſ. Areſius. Teleſius. Cardanus.

Dicendum primò, omnia elementa eſſe frigida igne excepto, de quo an ſit elementum infrà. De aqua & terra omnes conſentiunt; De aëre verò

Probatur ab Areſio pluribus experimentis, & rectè ſic: Aër ablatis omnibus extrinſecis eſt frigidus, ergo ſecundùm ſuam naturam non eſt calidus. Antecedens probat Cardanus 2. de ſubtilit. In montium cacuminibus, in nocte, in regionibus aquilonaribus, in hyeme, in locis ſubterraneis à ſolis radiis remotis, quæ omnia frigidiſſima ſunt. Inſuper probat Areſius ex refrigeratione, quam à cunctis recipimus, in corporibus à dæmonibus aſſumptis, quæ frigidiſſima eſſe referunt qui id experti ſunt. E

Dicendum ſecundò, aquam eſſe primariò humidam, ſecondariò frigidam: Terram primariò ſiccam poſitiuè, ſecundariò frigidam, quod per ſe patet; aërem verò primariò frigidum, neque tamen humidum, aut ſiccum poſitiuè, ſed vtrumque negatiuè, hoc eſt ad vtrumque tranſmutabile.

Probatur, quia ſi aër poſitiuè eſſet humidus, neceſſariò per ſe humectaret, aut per ſe exſiccaret, vtrumque præſtat ratione accidentis adiuncti, ſi enim exſiccat, id præſtat ratione calo- A ris illi extrinſecùs aduenientis, & ſiccitatis poſitiuæ, quæ calorem comitatur; ſi humectat, id facit ratione humiditatis poſitiuæ, quam participat ratione vaporum, aut quia idem aër iam in aquam verſus eſt, aër verò, vt aër eſt, neque humectat, neque exſiccat.

Præterea, quæ ſunt poſitiuè humida, aut poſitiuè ſicca reſiſtunt contrariis, aër verò purus, & rarus, ſi datur in ſtatu ſuo naturali, vtramque facillimè qualitatem, & citiſſimè recipit, vt experientia patet; ſi aliqua mora interponitur, id fit per accidens ratione qualitatis poſitiuæ, quæ illi ab extrinſeco aduenit, ab humiditate poſitiua quam illi communicat aqua, vel à ſic- B citate poſitiua, quam illi communicauit lux, aut ſol. Quòd verò aër ſit omnino tranſmutabilis patet; facilè enim igneſcit, faciliùs in aquam conuertitur rectè ſic prouidente natura ob bonum vniuerſi.

Obiicies Iob. 12. *Si continuerit aquas omnia exſiccabuntur*, ergo aër eſt poſitiuè ſiccus; ita argumentatur Areſius. Obiectio.

Reſpondetur negando conſequentiam, ſiccabuntur enim non quia aër eſt ſiccus ex ſe poſitiuè, ſed quia eſt ſiccus v. g. per ſiccitatem poſitiuam; quæ illi communicata eſt etiam cum calore à ſole.

SECTIO VI.

An omnes qualitates poſitiuæ ſint in elementis in ſummo.

DICENDVM *eſt* quòd ſic; atque ideo aqua ſummè frigida, & ſummè humida: Terra ſummè ſicca, atque ſummè frigida: Aër ſummè frigidus. Eſt præſertim contra Cardanum, qui vult aquam omnium frigidiſſimam, aërem verò & terram minus frigida. Cardanus refellitur.

Probatur primò ad hominem, omnis calor ſecundùm Cardan. eſt à cælo, vel ab anima, & frigus eſt priuatio caloris, ergo terra in ſuo ſtatu naturali, & ex ſe eſt ſummè frigida, ſic etiam aër dum nullum ex ſe habet calorem, & frigus, eſt priuatio caloris. Secundò, in qualitatibus, quæ habent contrarium, remiſſio non fit niſi per admixtionem contrarij, ſed in aqua v. g. non ſunt niſi duæ qualitates poſitiuæ, frigiditas, & humiditas, quæ non ſunt contrariæ, ergo vtraq; qualitas in ſummo. Videatur Areſ. q. 9. ſect. 3.

Obiicies. Aqua ex natura ſua non petit congelari, at ſi eſſet natura ſua frigidiſſima peteret congelari, ergo. Obiectio 1.

Reſpondetur: Aqua in ſuo naturali ſtatu non petit congelari etiam ſi ſit frigidiſſima, quia glacies non fit niſi ex mixtione terræ aut alicuius humoris impuri.

Obiicies ſecundò: Glacies, & grando eſt frigidior aqua, ergo aqua non eſt natura ſua frigidiſſima. Obiectio 2.

Reſp. omnem frigiditatem, quam habet grando, aut glacies, non habet niſi ab aqua, vt neceſſariò fateri debent aduerſarij, qui volunt aërem eſſe calidum, quare grando non erit frigidior. Vel reſp. ſecundò, quòd grando eſt frigidior aqua communi, non eſſet tamen frigidior ea aqua, quæ eſſet in ſtatu ſuo naturali.

Obiicies tertiò: Si omnia elementa ſecundùm ſuam naturam eſſent frigidiſſima, cùm nunquam de facto talia ſint, nunquam erunt in ſuo ſtatu naturali. Obiectio 3.

Reſpondetur: Etiam per aduerſarios aqua eſt (A) ſummè frigida, nunquam tamen ad illum ſtatum peruenit, & ſemper eſt calida, vel tepida.

Res naturales non ſemper in ſtatu perfectiſſimo.

Vel reſpondetur ſecundò res naturales non ſemper peruenire ad perfectiſſimum ſtatum, quem poſſunt habere, ideo nullum inconueniens ſi ad hunc non peruenit aër, aut aqua, ſed ſe habent medio modo. inconueniens eſſet, ſi eſſent ſemper in ſtatu imperfectiſſimo.

Obiectio 4.

Obiicies quartò: Si terra eſſet ſummè ſicca, non haberet partes continuas, requiritur enim ad continuitatem humiditas.

Reſpondetur, terram nunquam eſſe ſummè ſiccam, neque id inconueniens, præſertim cùm (B) id requirat bonum vniuerſi, quod præferendum eſt bono particularis elementi: Et præterea, vt diximus, res naturales non petere ſtatum perfectiſſimum: Ac denique falſum eſſe ſiccum non poſſe eſſe continuum, patet in flamma, quæ eſt continua, & eſt ſicca in ſummo per aduerſarios.

Obiectio 5.

Obiicies quintò: Si aër ex natura ſua eſſet frigidus in ſummo, non eſſet leuis, & inſuper peteret ex natura ſua non eſſe aër, quod implicat. Prima ſequela probatur, quia frigus reddit res graues. Secunda ſequela etiam patet, quia aër nimium frigidus vertitur in aquam, dum per frigus addenſatur, vt patet in vaſe vitreo, quod ſit plenum aqua frigidiſſima, ſtatim (C) enim aër ambiens ob eius frigus in aquam conuertitur.

Reſpondetur, raritatem, & leuitatem non eſſe paſſiones conuertibiles cum calore; in cælo enim eſt raritas, ac denſitas, & non eſt calor; ideo poteſt ſtare etiam leuitas, & tatitas cum ſummo frigore, vt patet cùm Aquilo flat. Ad experimentum dico: Ideo aër fit aqua, non quia frigidus eſt in ſummo, ſed quia redditur etiam humidus, & denſus; quæ accidentia non ſunt in aëre etiam frigido in ſummo.

Sectio VII.

An qualitates actiuæ ſymbolæ elementorum ſint eiuſdem ſpeciei.

(D) Dicendvm eſt eſſe eiuſdem ſpeciei. Probatur, quia frigus aëris intendit frigus aquæ, vt patet, ergo ſunt eiuſdem ſpeciei. Secundò in eorum ſententia, qui volunt ignem eſſe elementum, & aërem eſſe calidum, & humidum, cùm aër fit ignis, non amittit præcedentem calorem, vt colligitur etiam ex 1. de Genet. 24. & 2. de Genet. 25. & 27. ergo calor ignis non differt ſpecie à calore aëris; niſi velimus dicere tunc in igne futurum duplicem (E) calorem.

Obiectio 1.

Obiicies primò. Siccitas ignis eſt cum ſumma leuitate, & calore, ſiccitas terræ cum grauitate, & frigore, ergo ſpecie diſtinguuntur.

Reſpondetur, ſiccitatem nullam aliam qualitatem ex ſua natura requirere, ſed in terra eſt cum frigore, cum quo coniuncta eſt grauitas, in igne eſt cum calore, quem ſequitur leuitas, neque enim ſiccitas eſt cauſa grauitatis in terra, & cauſa leuitatis in igne.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: Calor ignis deſtruit vitam, calor aëris requiritur ad vitam, calor ignis non (A) patitur humidum, calor aëris maximè humidus, ergo.

Calor aëris qua ratione humidus.

Reſpondetur: Calor aëris ideo vitalis, quia coniunctus cum humiditate, humiditas autem neceſſariò requiritur ad vitam, quæ conſiſtit in humido. Præterea calor aëris eſt humidus non ratione ſui, ſed ratione formæ ſubſtantialis aëris, à qua dimanat humiditas.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò: Calor aëris ſequitur formam aëris, calor ignis formam ignis, quæ ſpecie differunt, ergo etiam calor vnius à calore alterius ſpecie differet.

Reſpondetur, negando conſequentiam: (B) ſunt enim accidentia communia, nec dicuntur ad conuertentiam, hinc calorem aëris, ignis, luminis, & calorem vitalem puto eſſe eiuſdem ſpeciei.

Obiectio 4.

Obiicies quartò: Humiditas aquæ extinguit ignem, non humiditas aëris, ergo.

Humiditas aëris quare non extinguat ignem.

Reſpondetur: Id præſtat aquæ humiditas, quia craſſior, & denſior, & poros claudit, à quibus illa exhalatio accenſa extrahitur, immo hac ratione ignis è tormentis muralibus exploſus ignem etiam extinguit forſitan ob vehementem aëris commotionem, vel etiam per ſuammet denſitatem, immò aqua ſi leuiter aſpergatur in fornacem, fornacem magis accendit. (C)

DISPVTATIO IV.

De numero elementorum.

Sectio Vnica.

Quot ea ſint.

Anaxag. Epicurus.

(D) Difficvltas eſt, an elementa ſint tantùm quatuor: Quidam putarunt infinita, vt Anaxagoras, & Epicurus, eáque atoma. Receptiſſima ſententia eſt eſſe quatuor, ignem, aërem, terram, aquam. Peripatetici ſua illa combinatione magis pulchra quàm vera putant id demonſtraſſe, negant Thomas de Carbio, & alij, vt Areſius, id euidenter oſtenſum, licèt fateantur eſſe quatuor.

Thomas de Carbio.

Quidam volunt tantùm eſſe quatuor, ſed accidentaliter diſtincta, ac ſic philoſophantur: Terram eſſe frigidam & ſiccam, quæ ſi humectetur fit aqua, ſi rareſit erit aër, ſi calefiat, (E) & excandeſcat erit ignis, atque adeo eſſentialiter vnum eſſe elementum, nempe terram è qua fontes, exhalationes, & ignes.

Cardanus.

Cardanus putat tantùm eſſe tria. Cum quo

Dicendum primò, ignem nullo modo eſſe elementum.

Probatur primò: Elementum ex vi nominis eſt id, in quod vltimò reſoluitur compoſitum, at res non vltimò reſoluitur in ignem, ſed in aërem, vt patet in flamma; vel in cinerem, vt in ſcintilla, & carbone.

Dices etiam: Aqua ſæpè reſoluitur in aërem, vt patet in exhalationibus, & aër in aquam, vt pa-

ter in phiala vitrea plena aqua frigida, ergo neque aër neque aqua erunt elementa. A

Ignis quomodo dicatur reſolui in aërem, non conuerti?

Reſpondetur, negando antecedens, aqua enim conuertitur in aërem non reſoluitur, ſic etiam aër in aquam; ignis verò reſoluitur in aërem, non conuertitur: reſolui enim importat ſecari in partes componentes, flamma ergo dicitur reſolui, quia flamma non fit aër, ſed ex flamma remanet aër.

Secundò probatur, ex 3. cæl. 13. *Elementum eſt corpus, in quod alia corpora diuiduntur, ipſum verò eſt indiuiſibile in diuerſa ſpecie*: & ex 5. Metaph. tex. 4. *Elementum dicitur, ex quo componitur primò inexiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem*; at ignis eſt diuiſibilis B in diuerſa ſpecie, ergo non eſt elementum. Minor probatur: ignis vbicunque reperitur aut eſt ſcintilla, aut carbo, aut flamma, & componitur ex aëre, calore, & ſiccitate in ſummo, vel ex carbone, & eadem ſiccitate, & calore; ergo eſt diuiſibilis in ſpecie diuerſa. Præterea non eſt id ex quo primò inexiſtente componitur, vt patet in ferro ignito, in carbone, in flamma.

Tertiò, ignis hic noſter eſt accidens, ergo non eſt elementum. Antecedens probatur, quia ſicut glacies eſt ſuperabundantia frigoris, ita etiam ignis eſt exarſio caloris, & ſiccitatis, hoc eſt fumus accenſus. Ita Ariſt. 2. de Gener. 21. & C 1. Meteor. c. 4. at accenſio eſt accidens. Minor patet, quia ſicut glacies eſt accidens aquæ, neque differt eſſentialiter ab aqua, quia tantùm eſt ſuperabundantia frigoris, ita flamma, quæ eſt exarſio caloris, & ſiccitatis in aëre, non differt eſſentialiter ab aëre, ſed erit accidens aëris.

Ariſtoteles.

Confirmatur primò: Aër ſi igneſcat non deſinit eſſe aër, ſi aër fit aqua, deſinit eſſe aër, ergo ignis eſt accidens aëris, quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem.

Confirmatur ſecundò: Si ignis eſſet forma ſubſtantialis, poſſet eſſe ſine ſuis qualitatibus in actu ſecundo, aut ſaltem ſine aliqua; ſic terra; & aqua poteſt eſſe abſque frigore, aër abſque D calore; ignis autem nequit eſſe ſine ſiccitate in ſummo, & ſine caliditate in ſummo, ergo ignis non eſt aliud niſi ſola intenſio caloris, & intenſio ſiccitatis vt octo, à quo gradu cùm recedit deſinit eſſe ignis.

Confirmatur tertiò: Si forma ignis eſſet ſubſtantia, darentur in eadem materia duæ formæ ſubſtantiales non ſubordinatæ, vt in ferro candente forma ferri, & ignis. Quod communiter aiunt, ignem eſſe in poris ferri, adeo falſum eſt, & ridiculum, vt mirer tam inualuiſſe apud ſummos, & doctos viros; quomodo enim ignis permeat totum ferrum quod totum candet, certè penetrando, dabitur ergo penetra- E tio corporum, quæ implicat.

Elementa tria.

Dicendum ſecundò elementa eſſe tantùm tria, aërem, aquam, & terram, nec plura, nec pauciora.

Probatur quòd non ſint plura, quia tantùm his elementi definitio conuenit; ignis verò neque elementum eſt, vt diximus, neque corpus, neque propriam ſphæram habet. Probatur quòd non ſint pauciora, quia hæc tria non componuntur ex alio, ſed ex his omnia, ergo tantùm hæc tria elementa.

Aſſignantur cuilibet elemento propriæ qualitates.

Rurſus hæc tria habent diſtinctas qualitates, & paſſiones; terra enim eſt natura ſicca, & fri- A gida: aqua humida, & frigida: aër verò tantùm frigidus, neque ſiccus neque humidus poſitiuè, vtrumque negatiuè.

Denique, Deus initio non creauit aquam è terra, aut aërem ex aqua, ſed hæc tria corpora ſimul habentia proprias, & peculiares qualitates diſtinctas, propriam ſphæram, diſtinctas magnitudines, & molem, quæ non experimur, nec videmus in igne.

DISPVTATIO QVINTA.

De transmutatione elementorum.

Sectio Vnica.

An quodlibet elementum tranſmutari poſſit in quodlibet.

Areſius.

DOcent communiter cum Ariſtot. Peripatetici, omne elementum tranſmutari poſſe in quodlibet. Diſcedit Areſius à communi ſententia, & non abſque ratione: quare

C *Dicendum primò*: Difficile eſt terram verti poſſe in aquam, vel in aërem.

Probatur, quia terra nequit ſuperari ab igne, & vehementiſſimo calore, ergo neque ab aqua, vel ab aëre, cùm ſint minoris actiuitatis.

Dicendum ſecundò: Difficile eſt aquam, aut aërem verti in terram.

Ratio eſt, quia terra eſt minimæ actiuitatis ratione ſiccitatis: quòd ſi aquam ebibit, non tamen terra fit, ſed potiùs exhauritur, & in aërem attenuatur, & extrahitur.

Dicendum tertiò, tantùm aquam verti in aërem, & aërem in aquam ſaltem vi caloris extrinſeci. Patet experientia.

D Quæſtio an faciliùs tranſmutentur elementa ſymbola, quàm diſſymbola, nullum locum habet in noſtra ſententia, qui tantùm tria aſſerimus elementa, eáque omnia ſymbola, & conuenientia in frigiditate.

DISPVTATIO SEXTA.

De motu elementorum.

Sectio Vnica.

A quonam moueantur, & cur eorum motus ſit in fine velocior.

E PRima *difficultas*, à quonam moueantur elementa. *Dicendum* eſt grauitatem, & leuitatem eſſe principia inſtrumentalia motus ſurſum, & deorſum elementorũ.

Probatur, quia grauitas, & leuitas dicuntur qualitates motiuæ à natura tributæ elementis, vt ad proprium locum perueniant.

Dicendum ſecundò, elementa non moueri proximè à generante, aut remouente vt à cauſa principali.

Probatur, quia aquam humectare, ſeu in-

frigidare non tribuitur generanti, ergo nec tendere eiuſdem deorſum: Nec ſanitas & augmentatio viuentis tribuitur generanti, ergo neque motus ſurſum aut deorſum.

Dicendum tertiò: In motu elementorum elementa mouentur proximè principaliter à propria forma, inſtrumentaliter à qualitatibus motiuis. Probatur, quia forma elementorum eſt natura, ergo eſt principium illius motus.

Dicendum quartò, concedi poſſe elementa moueri à generatore tanquam à cauſa principali remota. Probatur, quia ab ea & formam recipiunt, & conſequentia ad formam, & quæ ad eius integritatem, & conſeruationem requiruntur.

Motus elementorum cur velocior in fine?

Secunda difficultas, quare motus elementorum eſt velocior in fine. Omiſſis varijs DD. ſententiis,

Reſpondetur, communiter & rectè cauſam velocitatis eſſe aërem antecedentem, quia quo magis agitatur tenuior fit, & minus reſiſtit, & aërem ſubſequentē, qui ne detur vacuum concurrit ad replendum ſpatium, atque illud deorſum impellit magis. Ratio eſt, quia quo maius eſt ſpatium, quod peragit lapis, eo velocior ille motus in fine, ergo quia magis à ſubſequente aëre propellitur.

DISPVTATIO SEPTIMA.

De loco elementorum.

SECTIO VNICA.

Quinam ſit eorum locus.

DICENDVM *eſt* locum terræ partim aërem, partim eſſe aquam, locum verò aquæ eſſe aërem. Patet ex qualitatibus motiuis, ex quibus aqua petit eſſe ſupra terram, aër ſupra aquam.

Difficultas eſt de loco aëris, an videlicet ſecundùm ſtatum ſuum naturalem pertingat vſque ad concauum orbis lunæ, ita vt illius locus ſit concauum illius orbis, an verò ſupremum locum obtineat ignitum aliquod corpus.

Sphæra ignis an ſub concauo lunæ?

Communiter aiunt ſub concauo lunæ eſſe ſphæram ignis; colligunt id ex motu ignis ſurſum: ſi pertingeret aër vſque ad lunam, excederet in magnitudine reliqua duo elementa, & nimis illa excederet. Præterea datur terra elementum grauiſſimum in centro, ergo ignis in ſummo, qui leuior eſt aëre: prope lunæ orbem accenduntur cometæ, certè ab igne, qui ibi eſt.

Cardanus. Valeſius. Tyco Brahe. Philo Heb. Areſius.

Cardan. 2. de ſubtil. Valleſ. lib. 4. de Sacr. Phil. Tyco Brahe Aſtrologus patritius lib. 4. diſquiſ. Peripateticar. omnium prior Philo Hebræus, poſtremò Areſius noſter docent aërem pertingere vſque ad lunam, ac nullam adeſſe ſphæram ignis.

Probatur ſic primò: nullus ibi apparet ignis, ergo nullus adeſt. Secundò, ignis indiget alimento, ibi nullum alimentum, ergo nullus ignis. Tertiò, nullus hic peruenit calor. Quartò, ſi daretur ibi ignis nunquam eſſet hyems in terris.

Dicendum primò cum his nullam dari ſphæram ignis quæ ſit locus illi tributus à natura, in quo tanquam in ſtatu ſuo naturali quieſcat.

Probatur, quia ignis nil aliud eſt quàm accenſio aëris, atque adeo accidens quoddam in corpore craſſo, ſeu, quod idem eſt, exarſio caloris, & ſiccitatis in corpore pingui, & in mixto aut perfecto, aut imperfecto, ergo non ſibi vendicat proprium, & peculiarem locum, cùm non ſit diſtinctum elementum ab aëre.

Dicendum ſecundò, circa orbem lunæ dari aërem calidiſſimum in ſummo ſuo modo tamen ignitum, & lucidum.

Prima pars probatur, quia vehementiſſimè rapitur ab orbe lunæ. Seconda pars probatur, quia ob materiæ tenuitatem, & raritatem, cùm nullum adſit humidum, nequit ibi calor in ſummo exardeſcere.

Ouum in funda circumacta concoquitur.

Quòd vehementiſſimus raptus calorem pariat in aëre patet ex funda. quæ circumacta ſi in ea adſit ouum, ouum illud excoquitur: Si iaciatur ſagitta quæ habeat cuſpidem plumbeam ob vehementiſſimum motum ſtatim cuſpis liqueſit, certè ob concitatum aërem; multò magis ergo calefiet aër raptus ab orbe lunæ qui multo velociùs mouetur. Præterea videmus aërem interceptum inter lapidem, & chalibem igniri.

Cuſpis plūbea ſagittæ ob vehementiam motus liqueſit.

Ignis propriè quid ſit.

Colligitur ergo primò ex his ignem non eſſe ſolum calorem, & ſiccitatem intenſam, ſed caloris exarſionem, quæ præter intenſionem requirit pinguedinem in corpore calido.

Aër calidus circa orbem lunę cur non indigeat alimento?

Colligitur ſecundo cur aër ille calidus non indigeat alimento, & ratio eſt quia continuò caleſit à motu.

Cur non videatur?

Colligitur tertiò cur non videatur, quia non exardeſcit, neque abit in flammam.

Cur non calefaciat?

Colligitur quarto cur non calefaciat, quia videlicet eſt maxima diſtantia, tum quia impedit aëris interiecti frigus intenſiſſimum, & in ſummo quod maximè prædominatur in media regione aëris; vel etiam quia nequit tam in longum calorem emittere, quia in materia nullo modo pingui; igneſcit verò, & videtur, & calefacit, & comburit aër interceptus inter chalybem, & ſilicem quia aër hic noſter eſt craſſior, & pinguior, nec omnino purus, vt ille prope orbem lunæ.

Obiectio.

Obiicies: Flamma aſcendit, ergo ignis eſt qui petit ſummum locum.

Cardanus.

Reſpondet Cardanus lib. 2. de ſubtil. flammam non aſcendere, licèt ſic videatur, ſed tantùm partes flammæ ſucceſſiuè generari, & corrumpi. Hæc de elementis.

FRANCISCI MARIÆ
DEL MONACO
DREPANITANI
CLERICI REGVLARIS,
SACRÆ THEOLOGIÆ OLIM PATAVII PROFESSORIS,
IN ARISTOTELIS LIBROS
DE CÆLO, ET MVNDO
DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

E corporis naturalis, mundique huius inferioris latebris veluti emerſi, libet in Vniuerſi, Cælique altitudinem caput inferre, quiſque vteri cuiuſdam finibus implicati naturalis corporis principia, & paſſiones in communi, mox corpus ipſum in particulari, quà generationi & corruptioni obnoxium eſt contemplabamur; iam mundi huius ornatus & pulchritudo nos aduocat; vbi inter cætera duo præſertim ad ſacrarum ſcripturarum lumen admirabimur; alterum eſt, quàm altè cum ipſomet Ariſtotele omnis ethnicorum ſapientia cæcuoerit; alterum, ipſam fidei vmbram intellectui faces addere, nequaquam extinguere.

Ergo Ariſtotelis mens quatuor his libris ea eſt, vt poſt exactam naturalis corporis tractationem in communi, de eodem ageret in particulari, ac primò de Mundo, veluti quid totum ſingula colligens; poſtea de ſimplicibus, ceu longè præſtantioribus, quàm compoſita, de quibus in libris reliquis. Verùm quia inter ſimplicia nobilius Cælum eſt, inde ſumpſit initium: Nos contrà, atque vbi de corpore naturali in communi egimus; mox de eodem prout generabile eſt, & corruptibile; tertio loco de cælo agemus; quo naturalium rerum ſeriem & ordinem imitati in cælum gradibus quibuſdam contendiſſe etiam putaremur. Interea ex his facilè

A eruitur quodnam ſit horum librorum obiectum, ordo, inſcriptio, & diuiſio. Igitur obiectum ſunt corpora ſimplicia quatenus ſua mole, & magnitudine vniuerſum conſtituunt, ſunt autem cælum, & elementa; compoſita enim, vt animalia, & plantæ, illud potius perficiunt, quàm conſtituant; hinc ab obiecto non comprehenduntur.

Ordo is eſt vt octo libros Phyſicorum ſubſequantur; ſiquidem poſt tractationem generis rectè ſubſequitur tractatio ſpecierum. Item egerat Ariſtot. 8. Phyſic. de Motore, conſe-
B quens erat agere de Mobili, ſic cælum &c.

Inſcribuntur hi libri à Plotino, De quinto corpore, ab Alex. & à Græcis ferè omnibus De cælo: à Latinis communiter De cælo & mundo. Quælibet inſcriptio non ab re: De cælo quidem tanquam ab obiecto nobiliore: De mundo veluti de eo quod à cælo cæteriſque ſimplicibus corporibus reſultat, de quibus hìc agit.

Diuiſio autem ea eſt, vt primò agat de mundo: ſecundò de cælo: tertiò, & quartò de elementis. Nos autem hìc agemus tantùm de mundo, déque eius origine, vnitate, æternitate ac
C perfectione: De cælo, déque eius ſubſtantia, materia, forma, affectionibus, & actionibus; de elementis enim iam actum in lib. de Generat. vtpote quæ ad mixtionem ordinantur.

PARS PRIMA.

De mundo.

DISPVTATIO PRIMA.

De origine mundi.

SECTIO PRIMA.

An ſecluſo fidei lumine Deus ſit cauſa efficiens vniuerſi, & ſit naturaliter demonſtrabile.

DVPLEX *in hac re ſententia.* Prima in quam è Scholaſticis ſoli abiêre Nominales, qui licèt id fateantur, Deum videlicet eſſe cauſam vniuerſi, dicunt tamen id non eſſe naturaliter demonſtrabile. Sic Ocham. in 2. diſtinct. 1. quæſt. 1. Gabr. ibid. quæſt. 2.

Ochamus. Gabriel.

Secunda eſt omnino oppoſita communis, & vera. Cum quaſit C

Vnica concluſio. Deum eſſe cauſam efficientem vniuerſi, ſiue illud ab æterno, ſiue in tempore inceperit, naturali lumine demonſtrabile eſt.

Probatur primò ex omnium Philoſophorum, Poëtarum, Gentium, & Nationum teſtimoniis. Vniuerſa enim antiquitas id fere cognouit, ſic Chaldæi, ſic Ægyptij, Græci, Arabes, vt teſtatur Laërt. in vitis Philoſophorum, & Euſeb. de præpar. Euangelica. Iamblicus in lib. de Myſter. Ægyptior. Docuit id Trimegiſt. Orph. Heſiod. Pythagor. Stoici omnes, Cyrenaici, Cynici ex Ficino lib. 15. Theolog. Platon. & Eugub. de Peren. Philoſophia. Docuit id apertiſſimè Ariſtot. Auer. Alpharab. Algazel. & id tantùm naturali lumine, ergo. D

Laertius. Euſebius. Iamblicus. Trimegiſtus. Orpheus. Heſiodus. Pythagoras. Ariſtoteles. Auerroës.

Secundò: Demonſtrari naturaliter poteſt mundum non fortuitò, & caſu exortum tum ex rerum ſubordinatione inter mundum inferiorem, & ſuperiorem, tum ex corporum proportione, quia tanta eſt capacitas vnius cæli quanta repleri poteſt, tum ex pulchritudine, tum ex rerum duratione ex tot ſæculorum decurſu, quod enim caſu fit durabile non eſt, ergo mundus ab aliquo agente.

Tertiò: Naturaliter demonſtrari poteſt Deum regere & moderari vniuerſum, ergo etiam illud condidiſſe. Anteced. patet ex conſenſu omnium gentium, & ſæculorum, etiam conſequentia; Neque enim caſu factum eſt, vt mundus talem naturam haberet, vt peteret gubernari à Deo. Item poteſt Deus mundum moderari & conſeruare, ergo etiam condere, ſiquidem conſeruatio, & creatio non differunt re. E

Dices: Mundus non fortuitò exortus, ſed neque factus, ſed æternus.

Contrà, naturali lumine demonſtrari poteſt mundum non fuiſſe æternum, nec eſſe potuiſſe ab æterno, vt dicemus in ſequenti, ergo neceſſariò factum in tempore, non fortuitò, &

A caſu, vt vidimus, ergo conſultò, & ab aliqua cauſa efficienti, ergo à Deo.

Denique hæc eadem concluſio patet ex Scripturis, Sap. enim 13. & ad Romanos 1. *Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus, & diuinitas, ita vt ſint inexcuſabiles*, ergo de fide eſt naturaliter cognoſci poſſe mundum habere cauſam efficientem: Huic Nominalium ſententia nedum naturali lumini, ſed etiam fidei repugnans.

Obiicies primò ex Nominal. Deum eſſe creatorem vniuerſi eſt fidei articulus, ergo nequit euidenter & naturali lumine demonſtrari, fides B enim, & euidentia pugnant. — Obiectio 1.

Reſpondet quidam, id non eſſe fidei articulum, ſed introductionem ad articulos fidei.

Reſpondent alij, & rectiùs, negando conſequentiã, neque enim fides, & ſcientia pugnant, vt diximus in Logicis diſp. de ſcient. Fides enim ſupra ſcientiam addit firmitatem, & obligationem ad aſſentiendum. — An poſſit eſſe fides, & ſcientia de eodem.

Obiicies ſecundò: Implicat eumdem actum eſſe meritorium, & non meritorium, ergo implicat idem poſſe credi, & ſciri; id autem ſequeretur ſi eiuſdem articuli poſſet haberi fides, & ſcientia, quia iam actus fidei eſſet meritorius, quia fidei eſt; non meritorius quia euidenter ſciretur, ibi enim meritum vbi aliqua difficultas, tunc autem nulla. — Obiectio 2. An hoc implicet ex parte meriti

Reſpondetur, actum fidei ſemper fore meritorium ratione medij reuelati, cuius auctoritati aſſentimur, eáque obligamur, ſcientia enim fidem non tollit.

Obiicies tertiò: Nequit naturaliter cognoſci creatio, ergo nec naturaliter cognoſci Deum eſſe creatorem vniuerſi. Antecedens probatur, quia demonſtrant Philoſophi ex nihilo nihil fieri, & omnia ex præexiſtenti ſubiecto. — Obiectio 3

Reſpondetur negando antecedens; Axioma enim tantùm verum eſt in naturali rerum mutatione, vtque faciliùs id intelligatur, ſit

SECTIO II.

An creatio ſit naturaliter demonſtrabilis.

NEGAT Niph. 1. Phyſic. quæſt. 22. com. 78. Affirmat verò D. Thom. 2. contra Gent. cap. 16. Scot. in 2. diſtinct. 1. quæſt. 2. Durand. ibid. quæſt. 1. Heruæus, & etiam Niph. in recognitione com. 78. ſit

D. Thomas. Scotus. Durandus. Heruæus. Niphus.

Vnica concluſio. Creatio naturali lumine eſt demonſtrabilis.

Probatur primò: Naturali lumine probari poteſt quòd creatio nullam inuoluat repugnantiam, ergo naturali lumine cognoſcibilis. Antecedens probatur: Poteſt fieri in actu quod eſt tantùm poſſibile per potentiam actiuam, & paſſiuam ſimul, ergo poteſt fieri in actu quod eſt tantùm poſſibile per potentiam actiuam eminentiorem, & efficaciorem, qualis ea eſt quæ in primo ente.

Confirmatur: poteſt eſſe effectus, qui non erat ſecundùm vnam partem, ergo poteſt eſſe actu effectus, qui non erat ſecundùm omnes partes.

Dices: Implicat aliquid fieri in actu per ſolam potentiam paſſiuam abſque actiua, ergo etiam

implicat aliqoid fieri in actu per ſolam potentiam actiuam abſque paſſiua.

Reſpoodetur negando paritatem, potentia enim paſſiua eſt imperfecta, & ſola non eſt ſimpliciter potens ad effectum niſi perficiatur per actiuam; Actiua verò poteſt concipi in ſe ita perfecta, vt ſubiecto, & paſſiua potentia non indigeat.

Dices: Implicat dari actionem abſque ſubiecto, ergo implicat poſſe concipi potentiam actiuam agentem, & oon in ſubiecto, id autem eueniret in creatione.

Reſpondetur primò in eorum ſententia, qui ponunt creationem eſſe actionem negando antecedens; aiunt enim id implicare in agentibus creatis, non in primo ente ob ſummam perfectionem, in illo enim modus agendi eſt proportionatus modo eſſendi; eſſe autem eſt omnino independens, ergo etiam agere.

B

Creatio an ſit actio.

Reſpondetur ſecundò iuxta noſtra principia, negando conſequentiam; creatio enim non eſt actio, immo potiùs ſe habet ad inſtar actus immanentis ex parte Dei, ideo non requirit externum ſubiectum, circa quod operetur, vt videmus in artificibus, ij enim requirunt ſubiectum, quod ſuſcipiat eorum actiones, Deus autem agit per intellectum, & voluntatem, ideò ex ſe nullum requirit ſubiectum.

C

Secundò principaliter, dantur eotia, qoæ naturali lumine cognoſcuntur facta, & oullo modo per generationem, ſed neceſſariò per creatiooem, ergo creatio naturali lumine eſt cognoſcibilis. Antecedens probatur: Cœlum, & elementa non ſunt entia à ſe, ſed condita à communi omnium auctore, ſunt enim ita conſtituta ſicut expediebat ad rerum conſeruationem. Modò ſic: Vel hæc ſunt entia omnino ſimplicia, & facta ex nihilo, & ſic creata, vel conſtant ex materia, & de hac ioquiro, an hæc materia ſit à ſe, vel ex nihilo: non à ſe; eſt enim ens omnium imperfectiſſimum, ergo nequit illi competere tam maxima perfectio, vt ſit à ſe independens, & non facta, ergo ex nihilo. Confirmatur: Eſſe ens à ſe repugnat formis cælorum, & cæterorum entium longè perfectioribus, vt ſolo lumine naturæ fatentur veteres, ergo multo magis repugnat materiæ.

D

Tertiò: Naturali lumine cognouêre veteres Deum eſſe cauſam efficientem vniuerſi; in vniuerſo autem multa ſunt entia, quæ non poſſunt fieri niſi per creationem, & præter materiam, vt anima rationalis, & intelligentiæ, ergo naturali lumine cognouerunt creationem. Confirmatur: Repugnat dari plura entia à ſe, & naturaliter eſt demonſtrabile, quod ens à ſe ſit infinitè perfectum, ergo naturaliter eſt demonſtrabile quòd materia, intelligentiæ & anima rationalis non ſint à ſe, ſed non eductæ à materia, ergo creatæ.

E

Denique eò perfectior æſtimatur artifex, quò imperfectius ſubiectum, circa quod operatur; Deus agens perfectiſſimus, & infinitè diſtans, ergo nullum debet præſuppoоere ſubiectum. Antecedens patet, quia agens naturale eſt perfectius agente artificiali, ideo ſi agens per artem ſupponit pro ſubiecto corpus naturale tantùm ſupponit materiam primam, ergo agens diuinum neque materiam, neque corpus.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Si poſſet aliquid fieri ex nihilo, fieret ens io quantum eos, hoc implicat,

A

ergo; ſequela probatur, quia fieret ſecundùm omnem, & totam rationem entis. Minor probatur, quia ſi ens in quantum ens eſſet factibile, omne ens eſſet factibile, quod implicat in primo ente.

Suarez.

Reſpondetur ex Suarez diſp. 20. ſect. 1. num. 29. diſting. ſequelam maioris: Fieret eos in quantum ens ſpecificatiuè, concedo: reduplicatiuè, & nego, hoc eſt fieret ens in quantum ens, non ſecundùm rationem abſtractiſſimam præſcindentem à Deo, & creaturis, non enim huiuſmodi ens eſt terminus talis creationis, ſed terminus creationis eſt tantùm ens factibile.

Fieri ens in quantum ens quomodo implicet.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundo: Id quod producitur, antequam producatur, debet poſſe produci, ergo debet præſupponi ſubiectum, quod habeat huiuſmodi potentiam.

D. Thomas.

Reſpondetur neg. conſeq. & ad veritatem antecedeotis ſufficit, ſi præſupponatur in Deo potentia actiua. Vel reſpondetur cum D. Th. quæſt. 3. de Poten. art. 1. ad 2. Vt aliqua dicantur poſſibilia, ſufficit ſi prædicatum poſſit coniungi cum ſubiecto, nec requiritur aliqua potentia ad extra, quæ ſit paſſiua: ſic mundus erat io potentia antequam fieret.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò: Implicat non ens fieri ens, ergo implicat aliquid fieri ex nihilo, ergo implicat creatio.

Reſpondetur: Cùm in creatione aliquid fit ex nihilo, ly ex non dicit habitudinem cauſæ materialis, ſed terminum à quo; quare in creatione nihil non fit ens, ſed ens ex non eſſe incipit eſſe per effectiooem alterius.

SECTIO III.

An mundus fuerit ab æterno, vel demonſtrari poßit fuiſſe.

AGENDVM potiſſimum eſt cootra Ariſt. ſit tameo

Prima concluſio. Mundus non fuit ab æterno. Eſt de fide. Ioan. 7. *Clarifica me pater claritate quam habui antequam mundus fieret.* Sap. 8. *Dominus poſſedit me antequam quicquam faceret.* Gen. 1. *In principio creauit*, &c. *Et factum eſt veſpere, & mane dies vnus.* In Hebræo, *dies primus*. Definitum eſt in Concilio Lateranenſi cap. de ſum. Trinitate, & fide catholica.

Secunda concluſio. Nequit demonſtrari mundum fuiſſe ab æterno.

Probatur, quia demonſtratio cadit ſupra rem neceſſariam, mundi autem exiſtentia noo eſt neceſſaria; dependet enim à libera Dei voluntate. Confirmatur: Certum eſt de fide eſſe factũ, ergo nequit eſſe alia veritas huius veritati contraria, nec enim veritas vna pugnat alteri.

Obiectio 1.

Obiicit primò Ariſtot. 8. Phyſic. tex. 15. ex diuina immutabilitate, & perfectione ſic: Si mundus incœpit in tempore, ergo Deus in tempore illum voluit, ergo mutatus, quippe qui aliquid nunc voluit, quod non antea.

Dices: Antea ſemper voluit.

Contrà, quia ſi voluit & non fecit, ſignum eſt non potuiſſe, cùm autem fecit, à quo factus eſt potens? vel ſi factus eſt potens, ergo mutatus.

Confirmatur primò, quia idem in quantum

Ariſtoteles. idem ſemper eſt aptum facere idem. Ex Ariſt. A 2. de Generat. 56. Si ergo Deus ſemper idem, vel nunquam creauit, vel ab æterno creauit.

Auerroes. Confirmatur ex Auer. 8. Phyſic. tex. 75. ſicut ſe habet voluntas noua ad effectum nouum, ita antiqua ad effectum antiquum, ergo à commutata proportione. Sicut ſe habet voluntas noua ad effectum antiquum, ita voluntas antiqua ad effectum nouum, ſed nequit voluntas noua producere effectum antiquum, ergo neque voluntas antiqua producere effectum nouum.

Confirmatur tertiò, quia Deus eſt puriſſimus actus, ergo ab eo excludenda omnis potentialitas; at ſi mundus fuit, & non ab æterno, B aliqua potentia erat in Deo, quæ non erat in actu. Confirmatur quartò, quia Deus, & natura facit id quod eſt optimum, ergo debuit creare mundum ab æterno. Conſequentia probatur, quia ſicut melius eſt eſſe quàm non eſſe, ita melius ſemper eſſe quàm non, ergo melior fuit mundus ab æterno. Confirmatur quintò: ſummè bonum eſt eſſe ſummè, & perfectiſſimo modo communicatiuum, ſummè autem, & perfectiſſimus modus eſt ſe communicare ab æterno.

Quomodo Deus voluerit mundum ab æterno.

Reſpondetur, diſting. conſeq. Si ly voluit in tempore cadat ſupra ipſum Deum, ſeu actum diuinæ voluntatis, vt ſenſus ſit, quòd Dei vo- C luntas fuerit in tempore, nego; voluntas enim creandi fuit ab æterno. Si ſupra obiectum volitum, concedo; nego tamen Deum mutatum, quia Deus poteſt per voluntatem æternam velle aliquid in tempore. Cùm verò addit, ſi voluit, & non fecit ſignum eſt non potuiſſe, dico ſemper Deum fuiſſe potentem, & ab æterno voluiſſe, vt mundus eſſet non ab æterno, ſed in tempore.

Quòd ſi inſtes: Voluntas creandi in Deo eſt creatio, ſed voluntas fuit ab æterno, ergo & creatio.

Reſpondet quidam, actionem, qua Deus creat, eſſe diſtinctam à voluntate Dei, & eſſe D aliquid ad extra.

Suarez. Reſpondet Suarez diſp. 20. ſect. 6. num. 8. & rectiùs in creatione poſſe conſiderari duo; & eſſe illius, & actualis eius efficacia inferens paſſionem aliquam, & fieri alicuius. Quoad primum, voluntas Dei eſt æterna: quoad ſecundum temporalis, creatio ergo præter voluntatem dicit efficaciam inferentem paſſionem, ideo non eſt æterna.

Idem in quantum idem an ſemper aptum facere idem.

Ad primam confirmationem reſpondetur idem cum omnibus circumſtantiis tam extrinſecis, quàm intrinſecis ſemper facere idem; Deus ergo ab æterno non fecit, quia deerat illa circumſtantia temporis, in qua decreuerat crea- E re, & adueniente, creauit; non deerat aliquid intrinſecum: ſic approximatio requiritur vt ignis comburat, igni tamen extrinſeca.

Ad ſecundam ex Auer. non rectè commutari proportionem, quod ſic oſtendimus. Ponatur hæc proportio, ſicut ſe habet primus ad ſecundum, ita tertius ad quartum, non rectè commutabitur, ſicut ſe habet primus ad quartum, ita ſecundus ad tertium, ſed ſicut ſe habet primus ad tertium, ita ſecundus ad quartum; Nec valet dicere ſicut ſe habent duo ad quatuor, ita tria ad ſex, ergo à commutata proportione ita ſe habent duo ad ſex, ſicuti tria ad quatuor. Auerroës ergo confert voluntatem nouam, quæ eſt primus terminus cum effectu antiquo, qui eſt quartus, & voluntatem antiquam, quæ eſt tertius cum effectu nouo, qui eſt ſecundus, hinc nil colligit. Recta autem commutatio hæc eſſet, ſicut ſe habet voluntas noua ad veterem, ſic effectus nouus ad veterem, & nil inferret.

Secundò reſpondetur, ſi argumentum aliquid probat, probat in voluntate creata, quę corrumpitur, & de nouo fit, & ſic per voluntatem veterem, quæ non exiſtit non poteſt produci effectus nouus, & per voluntatem, quæ nunc incipit eſſe, non poteſt produci effectus, qui iamdiu extat; In Deo autem voluntas eſt æterna, & æquiualet antiquæ, & nouæ; ideo voluntas, quæ nunc à nobis concipitur noua poteſt producere effectum antiquum: ſic idem actus intellectus, qui à nobis concipitur nouus, & qui hodie generat filium, idem generat effectum antiquum Verbum æternum.

Tertiò reſpondetur negando paritatem: Non poteſt voluntas noua producere effectum antiquum, quia cauſa debet præexiſtere effectui; poteſt autem voluntas antiqua, cùm ſit libera, producere effectum nouum determinando ſe ad producendum hunc effectum in hoc, vel in illo tempore.

Ad tertiam. In Deo illa potentia eſt excludenda, quæ aliquam imperfectionem includit, non potentia libera, quæ dicit perfectionem.

Agentia libera non ſemper faciunt quod eſt optimũ. *D. Thomas.*

Ad quartam: Ab agentibus liberis non ſemper fit id quod eſt optimum, ſed aliquando quod eſt bonum, aliquando quod melius, prout iudicauerint expedire: immo D. Thom. 2. contra Gent. cap. 38. probat melius eſſe mundum eſſe in tempore, quia ſic meliùs cognoſcimus Deum eſſe agens liberum, auctorem, & gubernatorem vniuerſi.

Communicatio ab æterno an perfectiſſima?

Ad quintam: Summè, & perfectiſſimo modo ſe communicare non eſt communicare ſe ab æterno, ſed communicare ſe liberè cùm vult, & quomodo vult, & magis expedit iuxta finem meliorem; melius autem fuit vt Deus communicaret ſe in tempore ne crederetur ex neceſſitate id feciſſe.

Obiectio 2.

Obiicit ſecundò Ariſtot. ex natura temporis ſic: Tempus ſemper fuit, quia ſi non ſemper fuiſſet incœpiſſet per inſtans, ſed omne inſtans eſt principium futuri temporis, & finis præteriti, ergo ante primum inſtans fuit tempus, & ſic in infinitum, & deueniendum eſt ad æternitatem. Modò ſic: Tempus ſemper fuit, ergo & mundus. Probatur conſequentia, tempus enim non eſt ſine motu; ſi motus, ergo & mobile; mobile autem eſt cælum: fuit cælum, ergo & vniuerſum. Confirmatur, ſi mundus factus in tempore ſiue in inſtanti temporis, ergo ante mundum fuit tempus.

Tempus quomodo potuerit incipere per inſtans.

Reſpondetur, tempus incœpiſſe per inſtans, hoc autem ſicut poteſt eſſe vltimum præteriti abſque quòd ſit principium futuri, vt ſi interrumpatur motus, ita poteſt eſſe initium futuri abſque quòd terminet præteritum, ſi incipiat moueri cælum. Ad confirmationem, cùm dicimus mundum factum in tempore, non ſignificamus niſi mundum non fuiſſe ab æterno; inſtans autem, in quo Deus mundum creauit, non eſt inſtans temporis, id eſt entitas identificata tempori reali, ſed indiuiſibile quid corre-

Digitized by Google

ſpondens indiuiſibili phyſico temporis.

Obiectio 3. *Obiicit tertio* ex natura cæli ſic 1. cœli 122. cœlum eſt incorruptibile, & ingenerabile, ergo non poteſt non eſſe, ergo ſemper fuit.

Reſpondetur negando conſeq. ſic animæ rationales etiam deberent eſſe æternæ: item tantùm ſequitur mundum eſſe æternum à parte

Cælum quia incorruptibile an æternum. pòſt, non à parte antè: item cælum dicitur incorruptibile non ſimpliciter, ſed tantùm ab intrinſeco, ab extrinſeco verò eſt corruptibile, nempe à Deo; ideo ſicut à Deo poteſt corrumpi, ſic etiam à Deo potuit creari.

Sectio IV.

An mundus potuerit eſſe in tempore, & demonſtrari poſſit fuiſſe.

DVPLEX controuerſia, prima an cognoſci poſſit lumine naturæ, quòd mundus potuerit eſſe in tempore: Secunda, an etiam demonſtrabile ſit quòd ita de facto fuerit, ita vt Ethnici conuinci poſſint.

Prima concluſio. Mundum potuiſſe fieri in tempore eſt naturali lumine demonſtrabile.

Probatur: Naturali lumine demonſtrabile eſt Deum eſſe ens à ſe independens, intelligens, liberum, vt probant Theologi, ergo naturali lumine demonſtrari poteſt potuiſſe creare mundum quando voluit vel ab æterno, vel in tempore, dummodo mundus in tempore non implicet, neque ab æterno.

Secunda concluſio. Mundus quoad res permanentes non poteſt naturali lumine demonſtrari fuiſſe in tempore, poteſt quoad res ſucceſſiuas, generationes videlicet, corruptiones, &c.

Prima pars probatur, quia an ens permanens potuerit fieri ab æterno non eſt omnino improbabile; immo communiter ſic aſſerunt. Secunda pars probatur, quia implicat motus, & ens ſucceſſiuum æternum, vt oſtendemus infrà.

An autem mundus ſimpliciter fuerit in tempore quoad vtrumque ens, permanens, & ſucceſſiuum, probat quidam primò ex hiſtoriis, quarum nulla docet mundum æternum, neque aliqua reperitur ante illud tempus, de quo ſacræ litteræ loquuntur. Ex rerum inuentionibus, ex formatione morum, ex humanarum vi-

Theophraſt. rium declinatione. Mouetur Theophraſtus, præſertim quia ſi mundus fuiſſet æternus, nunc non eſſent montes, quia ij paulatim de-

D. Thomas. creſcunt. Congruentias plures affert D. Thom. cur potiùs in tempore, 2. contra Gen. cap. 38. Satis ſit hæc tetigiſſe, ſunt enim obuia apud quoſcunque.

Sectio V.

An mundus potuerit eſſe ab æterno, ac primò ſecundùm aliquod ens ſucceſſiuum.

Species quantitatis duæ. SVPPONENDVM, quod alibi diximus, duas eſſe ſpecies quantitatis ſucceſſiuæ continuæ, motum, & tempus; Tempus autem vel non diſtinguitur à motu, vel ab eo ſeparabile, ideo eadem ratio vtriuſque, & quicquid de motu, id ipſum definiendum de tempore.

A *Supponendum ſecundò* quatuor eſſe ſpecies mutationis per ſe, generationem, alterationem, Mutationis per ſe quatuor.
augmentationem, lationem. De motu ergo ita diſputabimus, vt etiam reliquas mutationes comprehendamus.

Supponendum tertiò, generationes ab æterno poſſe multipliciter intelligi. Primò ita vt vnus homo ſupponatur procedere ab altero in infinitum, & ſic non inueniri primum: ſecundò vt ex vno homine ab æterno creato prodeant alij ſucceſſiuè &c. Tertiò quòd primus homo à Deo creatus ab æterno, & per æternitatem conſeruatus, in tempore generet: facit hîc primum, & ſecundum; tertium in ſequenti, cùm agemus an ens permanens potuerit eſſe ab æter-

B no.

Gabriel. Ochamus. Gregorius. Capreolus. Herueus. Soncinas. Ariſtoteles.
Prima ſententia eſt Nominalium, Gabriel. Ocham. Gregor. in 2. diſt. 1. ibique Capreol. & Heruæi in lib. de æter. mundi quæſt. 3. Probabilem putant Soncinas 12. Metaph. quæſt. 3. Docet Ariſt. 8. Phyſic. quòd ſcilicet potuerit eſſe.

Probatur primò, ex poſſibilitate motus circularis, potuit hic eſſe ab æterno, ergo ens ſucceſſiuum non implicat ab æterno fieri. Antecedens probatur: ideo implicaret, quia eſſet aſſignandum inſtans, in quo incœpit; at hoc non eſt neceſſarium, quia ſicut circulus non habet princi-

C pium, ita nec circularis motus.

Secundò ex poſſibilitate temporis, toti æternitati tempus poſſibile correſpondet, ergo in tota æternitate potuit eſſe tempus: item ſi potuit eſſe ens permanens ab æterno, vt communiter aſſerunt, ergo potuiſſet menſurari duratio illius æterno tempore.

Confirmatur, etiam in æternitate nos concipimus tempus quoddam infinitum ſucceſſiuum: Item ſi toti æternitati non correſponderet tempus poſſibile, nunquam tempus eſſet poſſibile; ad oppoſitum patet, quia ſi mente æternitatem diuidimus, in qualibet eius parte concipimus tempus poſſibile.

D Tertiò, ſi ab æterno creatus fuiſſet Angelus, & cælum, vel potuiſſet Angelus mouere cælum ab æterno, vel non. Si primum, potuit motus incipere ab æterno: Non ſecundum, quia ſemper cælum erat mobile. Probatur, quia ſemper fuiſſet priuatum motu, priuatio autem dicit aptitudinem.

Quartò, ex ſucceſſiua rerum generatione, ante quamlibet eſt dabilis alia, & alia in infinitum, ergo non implicat infinita ſucceſſio, & æterna.

Vnica concluſio. Mundus non potuit ab æterno incipere ſecundum aliquod ens ſucceſſiuum; atque adeo ſucceſſiuum, & æternum implicant.

E Probatur primò: Ponamus Deum creaſſe cælum ab æterno ſimul cum motu tanta velocitate, & tarditate, qua nunc mouetur. Tunc ſic, aliqua circulatio fuit ab oriente in occidens, ergo aliqua circulatio durauit infinito tempore: hoc implicat; quia ponimus mouere cælum eadem velocitate, & tarditate, qua nunc, ergo ſi nunc inſumit tempus viginti quatuor horarum, habuit etiam eodem tempore abſoluere circulationem, ergo nequit duraſſe tempore infinito.

An aliqua circulatio aſſignabilis ab æterno.
Dices, non poſſe aſſignari circulationem aliquam ab æterno.

Contrà: non omnea fuerunt ab æterno, ergo aliqua, & in aliquo indiuiduo, quam Deus ſaltem cognoſcit. A

Confirmatur, quia ſi fuit ſpecies hominis ab æterno debuit aliquod indiuiduum eſſe ab æterno, nequit enim ſpecies eſſe niſi in aliquo determinato, ergo neque ſpecies motus circularis niſi in aliqua circulatione, & aliqua durasset æterno tempore.

Corruptio non potuit incipere ab æterno.

Ex his patet, neque corruptiones potuiſſe incipere ab æterno, ſi enim quilibet homo finito tempore durat, & de ſe eſt corruptibilis, non debuit dari aliquis ordo hominum, qui durauerit æterno tempore.

Neque generatio.

Patet etiam neque generationes; ſi enim mulier fuiſſet grauida, & debuiſſet parere, vel peperiſſet ab æterno, vel in tempore: ſi ſecundum, ergo iam filius non fuit ab æterno, & conſequenter perſtitit grauida æterno tempore; ſi peperit ab æterno, contrà, priùs debuit eſſe mulier quàm partus, ergo ante partum iam præceſſit aliquod tempus, ergo non potuit peperiſſe ab æterno. B

Secundò ex natura entis ſucceſſiui; ſucceſſiuum enim neceſſariò includit prius, & poſterius, ergo nullo modo æternum, æternitati enim repugnat prius: Item poſterius repugnat æternitati; poſterius autem eſt de eſſentia motus, & æternitas eſt tota ſimul.

Confirmatur in motu alterationis, ſi ponamus ignem, & lignum ab æterno, combuſtio non poteſt eſſe æterna, dum præſupponitur poſitiu ignis, & ligni. C

Tertiò: Motus eſt eſſentialiter tranſitus, & includit ſubiectum, priuationem, & terminum ad quem. Modò ſic, in ſubiecto, quod mouetur vel ſemper fuit terminus, ad quem, vel non: ſi primum, ergo ſubiectum non ſemper eſt motum, quia præſentibus habitibus ceſſat motus. Si in ſubiecto non eſt terminus, ergo præceſſit aliquo inſtanti, vel tempore priuatio termini ad quem, vbi autem eſt priuatio non eſt mutatio, ſi ergo aliquod inſtans præcedit mutationem, in quo corpus non mouetur, mutatio non ſemper fuit, atque adeo nec æterna, æternum enim nil admittit antè. D

Quartò: Quod creatur debet creari cum ſuis diſpoſitionibus requiſitis, inter quas eſt vbi, ergo cælum quod creatum eſt ab æterno cum aliquo motu creatum eſt cum aliquo vbi. Modò ſic, vel permanſit æterno tempore in eodem vbi, vel non; ſi æterno tempore manſit, ergo vbi ſemper permanens, nec fuit motus, atque adeo motus non erit æternus: ſi non permanſit, ergo non fuit creatum ab æterno in illo vbi. Conſequentia probatur, quia vbi ab æterno debet durare æterno tempore. E

Confirmatur, quia ſicut res, & ſubiectum fuit factum ab æterno, ita & vbi fuit factum ab æterno, ergo ſicut implicat ſubiectum eſſe factum ab æterno, & non duraſſe æterna duratione à parte antè, ita & vbi. Ratio à priori eſt, quia res quæ creatur in aliqua diſpoſitione, in ea debet durare, & ſi in tempore creatur, per tempus eam habebit, & ſi ab æterno per æternitatem.

Ad primum reſpondetur neg. min. ad probationem, negando conſequentiam. Motus enim, qui hodie cœpit ab ortu ſolis, neque haberet initium; in forma ergo, circulus poteſt conſiderari dupliciter, vel in ratione figuræ mathematicæ, vel in ratione durationis: primo modo non habet initium, quia opponitur lineæ rectæ, vel ſemicirculo, quæ habent punctum, à quo incipiant, & in quod deſinant: Secundo modo habet initium, ſic motus vt conficit figuram circularem perfectam, non dicitur habere initium, & finem: ratione verò durationis maximè, ideò in tempore &c.

Æternitati quale tempus correſpondeat.

Ad ſecundum: Æternitati correſpondet tempus poſſibile imaginarium; non reale: Tempus reale non principiatum inuoluit implicantiam in adiecto. Ad confirmationem, eſſe poſſibile, vel impoſſibile in tota æternitate dupliciter ſumi poſſe. Primo modo ita vt ſit æquale æternitati nullum principium dicens, & finem: Secundo modo vt ſit poſſibile in quolibet inſtanti, vel tempore correſpondente æternitati. Si poſſibile ſumatur primo modo, nego quod eſt impoſſibile in æternitate nunquam poſſe fieri: Si ſecundo modo, concedo; Motus autem eſt impoſſibilis primo modo, non ſecundo, quia in quolibet inſtanti aſſignabili poteſt produci.

Ad tertium, cælum tunc quieturum; ac licèt motus potuerit conuenire cælo ex æternitate, non tamen poterat reduci in actum ex æternitate ob allatas rationes.

Ad quartum, licèt poſſit concipi alia, & alia generatio, nunquam tamen ab æterno aliqua, quia quælibet eſſet in tempore, & vna aliam ſemper præſupponeret.

Obiectio.

Obiicies: Motus à parte pòſt poteſt eſſe æternus, ergo & à parte antè. Antecedens probatur, quia à patre pòſt poteſt non finiri.

Reſpondetur neg. conſeq. quia id, quod non poteſt finiri à parte pòſt, poteſt habere prius, & poſterius, ac diceretur æternum ſecundùm quid: æternum autem à parte antè non poteſt habere prius, & poſterius, & ideò motus implicat quòd ſit æternus quia formaliter dicit prius.

Sectio VI.

An mundus potuerit eſſe ab æterno ſecundùm aliquod ens permanens.

Gregorius. Gabriel. Ochamus. Capreolus. Heruaeus. D. Thomas. Ferrarienſis. Caietanus.

CELEBRIS *controuerſia*, ac plures de ea re ſententiæ. Prima eſt Nominalium, Greg. in 2. diſt. 1. q. 3. art 2. Gabriel. ibid. Ocham. ibid. quæſt. 8. Capreol. in 2. diſtinct. 1. quæſt. 1. Heru. ibid. & tract. de æter. mundi quæſt. 1. citant etiam D. Thom. quæſt. 3. de poten. ar. 14. Ferrac. 2. contra Gent. cap. 81. Caiet. 1. par. quæſt. 46. ar. 2. Volunt hi creaturas omnes tum ſucceſſiuas, tum permanentes poſſe eſſe ab æterno.

D. Bonau. Alenſis. Albertus. Aureolus. Toletus.

Secunda ſententia eſt ex directo oppoſita, aſſerit nullam creaturam nec ſucceſſiuam, nec permanentem potuiſſe fieri ab æterno, eſt D. Bonauent. in 2. diſtinct. 1. quæſt. 2. Alen. 3. par. quæſt. memb. 13. Albert. in Sum. tract. 1. quæſt. 4. memb. 2. Aureol. apud Capreol. Tolet. 8. Phyſic.

Durandus.

Tertia ſententia eſt Durandi, qui docet creaturas ſucceſſiuas, & permanentes corruptibiles non poſſe fieri ab æterno; concedit quoad incorruptibiles.

Suarez.

Quarta eſt Suarez diſp. 20. ſect. 6. num. 21.

Vult

Digitized by Google

Vult creaturas permanentes tam corruptibiles, quàm incorruptibiles potuiſſe creari ab æterno. Eſt etiam Conimb. Peret. Ruu. tract. de Ætet. Mundi quæſt. 3. & Maff. noſtri.

Conimb. Pereyrus. Ruuius. Maffeus. Scotus. Ægidius.

Quinta eſt Scoti in 2. diſtinct. 1. quæſt. 3. Ægid. ibid. quæſt. 4. art. 2. qui aiunt vtramque ſententiam contradictoriè oppoſitam poſſe probabiliter defendi.

Sextam addidit recentior quidam, quam refert Areſius 1. de Generat. diſput. 5. quæſt. 44. ſect. 1. Æternum poſſe dupliciter dici à parte antè, vel quia habuerit durationem longiſſimam, & infinitam à parte antè, vel quia licèt habuerit durationem finitam, illam tamen habuit ante infinitam durationem; & vtroque modo docet hic aliquid poſſe fieri ab æterno. Pro noſtra ſententia

Notandum primò: Creationem propriè ſumptam ſic definiri à D. Thom. 1. part. quæſt. 45. art. 1. *Eſt productio totius ſubſiſtentis ex nihilo*: Dicitur *productio*, quia eſt factio quædam: Dicitur *rei ſubſiſtentis*, quia id propriè dicitur creari, quod per ſe exiſtit vt materia, & totum compoſitum, quod præcipuè dicitur creari, quia illi competit perfecta exiſtentia, & ſubſiſtentia. Dicitur *ex nihilo*, quia quod creatur non debet fieri ex aliquo ſubiecto.

Notandum ſecundò, fieri ex nihilo poſſe tripliciter accipi, primò vt excludatur materia: ſecundò vt denotetur nihil poſitiuum poſitiuè præcedens rem creatam: tertiò, vt denotetur nihil negatiuum, ita vt creatio ſit productio, & non ex aliquo, negando duntaxat ſubiectum, & ſenſus definitionis ſit, creatio eſt productio rei ex nihilo rei non habentis eſſe ex ſe.

Notandum tertiò: Vt videamus an aliquod ens permanens poſſit fieri ab æterno, prima via eſt quomodo debeat accipi illud, ex nihilo; an videlicet debeat præcedere creationem nihil poſitiuum, vel ſatis ſit nihil negatiuum; ſi enim ad creationem prærequiritur nihil poſitiuum, iam nil poterit creari ab æterno: ſi ſufficit negatiuum, maximè. Ruſus, alia via eſſe poteſt, & eſt cùm res, quæ ſit ab æterno, neceſſariò debeat habere æternam durationem, vt videamus an creari poſſit ens permanens ab æterno, videndum erit, an æterna duratio poſſit communicari creaturæ.

Prima concluſio. De conceptu creationis eſt vt res creata præſupponat nihil poſitiuum, nec ſufficit negatiuum, ſeu ad conceptum creationis neceſſariò requiritur nouitas eſſendi.

Probatur: Creatio, & conſeruatio inter ſe formaliter, vel ſaltem connotatiuè diſtinguuntur; ſed ſi aliquod ens permanens poſſet fieri ab æterno, idem diceretur creari, & conſeruari, & creatio, & conſeruatio nullo modo differrent, ergo. Antecedens patet, quia res omnes nunc dicuntur conſeruari à Deo, nullo modo creari ſine nouitate eſſendi, ergo ad conceptum creationis formaliter requiritur nouitas eſſendi, & creatio, & conſeruatio formaliter inter ſe diſtinguuntur.

Secundò: Creari eſt fieri, & accipere eſſe virtute cauſæ conſeruantis, & creantis; conſeruari autem eſt permanere in eſſe virtute cauſæ conſeruantis, ergo diſtinguuntur. Conſequentia probatur, quia res eadem interdum ab vna

A cauſa dicitur produci, conſeruari ab alia.

Tertiò: Creatio opponitur annihilationi, annihilatio connotat non eſſe poſitiuum futurum, ergo creatio non eſſe poſitiuum præteritum, & ſicut nequit intelligi aliquid annihilari ſi permaneat in eſſe, ergo neque aliquid creari ſi præceſſerit eiuſdem eſſe.

Reſpondebis: Ad creationem ſufficit vt res potuerit non eſſe.

Contrà: Ad annihilationem non ſufficit vt res poſſit annihilari, ſeu non eſſe, ergo neque ad creationem ſufficit, quòd præcedat poſſe non eſſe.

Reſpondent ſecundò: Creationem aliam
B eſſe cum nouitate eſſendi, vt creatio in tempore, aliam ſine nouitate eſſendi, ſic creatio ab æterno; annihilatio ergo opponitur creationi cum nouitate eſſendi, non cuicunque creationi.

Contrà: Hoc probant argumenta, nullo modo videlicet dari hanc creationem ſine nouitate eſſendi.

Rurſus, nulla poteſt concipi annihilatio niſi deſinens in nihil poſitiuum, ita nulla creatio niſi incipiens à nihil poſitiuo.

Reſpondebis, annihilationem oppoſitam creationi ſine nouitate eſſendi eſſe non dependentiam à Deo, ſeu negationem exiſtentiæ eiuſdem rei.

C Contrà: Res omnes corruptæ, etiam poſt mille annos poſſunt dici non dependere à Deo, & non eſſe, non tamen dicuntur annihilari, ergo non datur huiuſmodi annihilatio, quæ formaliter conſiſtat in non dependentia & non eſſe, ergo neque creatio ſine nouitate eſſendi, cùm oppoſitorum ſit eadem ratio.

Quartò probatur: In quo differet per aduerſarios creatio à conſeruatione?

Reſpondet quidam creationem eſſe ſimplicem participationem eſſe creati, ſeu pendere in eſſe ab ipſo Deo.

Contrà: Participare eſſe creatum, & pendere in eſſe ſunt rationes quædam genericæ, quæ
D dicuntur tum de creatione, tum de conſeruatione; non ſolùm enim res, quæ creantur, ſed etiam quæ conſeruantur, pendent in eſſe à Deo, & participant eſſe creatum, illæ in fieri, hæ in facto eſſe, ergo hæ rationes non poſſunt eſſe conceptus proprij creationis, quæ non eſt genus ad conſeruationem, ſed potiùs ſpecies oppoſitæ.

Reſpondent alij, creationem eſſe acceptionem eſſe creati prout connotat in priori naturæ negationem ipſius eſſe.

Contrà: Quia acceptio ex ſuo formali, & proprio conceptu videtur importare actualem, & primam poſſeſſionem alicuius rei, quæ ne-
E quit reperiri in creatione ſine nouitate eſſendi.

Confirmatur: Quia ſi non connotat primum eſſe, ſaltem eſt ſolùm proceſſio ipſius eſſe cum dependentia à Deo, ratione cuius dependentiæ dicitur connotare in priori naturæ ipſius eſſe negationem, & hoc non ſufficit ad conſtituendum conceptum proprium creationis, cùm hoc ſit aliquid genericum conueniens etiam conſeruationi.

Reſpondent alij, creationem ſine nouitate eſſendi non eſſe diſtinguendam à conſeruatione.

Contrà: Quia oppoſitum iam ſuprà demon-

ſtrauimus; & etiam, quia ſic ſemper res conſeruarentur à Deo, ita vt nunquam verum eſſet dicere illas accipere eſſe, quod eſt abſurdum, quando nil dicitur accepiſſe eſſe, vel conſeruati, de quo non fuerit verum aliquando dicere, quod nunc accipiat eſſe, cùm vnum ſupponat alterom, ſicut ſactum eſſe ſopponit fieri.

Reſpondent alij, creationem eſſe acceptionem ipſius eſſe in tota æternitate; Conſeruationem verò permanentiam ſecundùm diuerſas partes temporis.

Contrà: Quia cùm aiunt creationem eſſe acceptionem eſſe in tota æternitate, vel accipiunt æternitatem adæquatè, prout reſpondet infinito tempori imaginario, & hoc eſt falſum; non enim res accipiunt eſſe, vel creantur in qualibet parte illius: Vel inadæquatè prout coexiſtit certis partibus temporis imaginarij, & ſic etiam falſum, quia aſſigoari non poteſt pars temporis, in qua res ab æteroo accipiat eſſe: tum quia ſi daretur hæc pars iam non eſſet ab æterno: tum quia conſeruaretur non crearetur, quia qualibet parte temporis aſſignata, in qua habeat eſſe, poteſt aſſignari alia, in qua habuerit eſſe, nulla ergo datur creatio ſine nouitate eſſendi, & neceſſariò debet præſupponere nihil poſitiuum.

Maſſeius.

Reſpondet Pater Maſſeius, quòd duplex creatio, alia de facto, alia poſſibilis: ſeu alia temporalis: alia æterna. Temporalis creatio, & de facto diſtinguitur à conſeruatione per accipere eſſe cum nouitate: Poſſibilis verò, & æterna, de qua loquimur, per hoc diſtinguitur, quòd creatio æterna dicit præciſam participationem eſſe ex nihilo: Conſeruatio verò durationem, poſſeſſionem, & permanentiam in eſſe.

Contrà: Quia participatio eſſe ex nihilo negatiuo nil aliud dicit quàm rem eſſe, & non a ſe, quod competit etiam rei, quæ conſeruatur.

Reſpondet ſecundò, creationem in hoc tantùm differre à conſeroatione, quia creatio fit ex nullo ſubiecto, conſeruatio oon neceſſariò hoc importat, ſed tantùm permanere in ſuo eſſe.

Contrà: Si concipiatur res ſubſiſtens vt anima, nunquam tamen de nouo incepiſſe, nuoquam concipietor aliquando creata, ſed ſemper conſeruata; licèt nullum præſupponat ſubiectum, quia nequit concipi aliquid creatum niſi concipiatur de nouo incepiſſe, ergo eſſe ex nullo ſubiecto non complet rationem formalem creationis.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Generatio creata habet, & fit cum nouitate eſſendi, ergo per oouitatem eſſendi non diſtinguitur creatio à conſeruatione, & generatione.

Creatio per quid diſtinguatur à generatione.

Reſpondetur rationem formalem adæquatam, qua diſtinguitur creatio à generatione, & conſeruatione, oon eſſe ſolam nouitatem eſſendi, ſed fieri ex nihilo cum oouitate eſſeodi; vtrumque autem coniunctim nec generationi, nec conſeruationi conuenit.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: De ratione creaturæ non eſt habere nouitatem eſſendi, ergo nouitas eſſendi non eſt de formali ratione creationis. Antecedens probatur, quia de ratione effectus ad cauſam efficientem eſt ſola dependentia, qua poſita ſtatim intelligimus effectum eſſe cauſatum.

Nouitas eſſendi quomodo de ratione creaturæ.

Reſpondetur diſting. antecedens: De ratione creaturæ, prout abſtrahit à creatione, & conſeruatione, noo eſt nouitas eſſendi, concedo; eſt autem de ratione creaturæ, quæ creatur, ſicut permanentia in eſſe non eſt de ratione creaturæ vt ſic, ſed illius, quæ conſeruatur. Argumentum ergo fallit à ſimpliciter ad ſecundùm quid.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò. Effectus formaliter non requirit, vt ſit poſterior ſua cauſa duratione reali, ergo non eſt de intrinſeca ratione creaturæ habere nouitatem eſſendi, ita vt oon poſſit eſſe coæterna creatori. Antecedens probatur, quia multi effectus ſunt ſimul cum ſuis cauſis, vt patet in ſole, & lumine.

Effectus neceſſariò poſterior duratione reali cauſa increata.

Reſpondetur: Si comparetur effectus ad cauſam creatam, concedo quòd effectus non requirit, vt ſit poſterior duratione reali ſua cauſa; Si verò effectus comparetur ad cauſam increatam, neceſſariò id requirit, quia ſi non eſſet poſterior tantùm conciperetur conſeruari, non creari.

Obiectio 4.

Obiicies quartò: Non minùs pendet forma, quæ educitur in ſubiecto à priuatione, quàm res quæ creatur à ſua negatione, & nihilo; ſed ad eductionem formæ non requiritur priuatio tempore præcedens, ergo neque ad creationem negatio tempore præcedens. Maior probatur, quia tam creatio, quàm eductio, pendent à negatione, & priuatione, vt à termino à quo. Minor probatur, quia io eodem inſtaoti in quo producitur materia, poteſt educi forma depeodenter ab illa; immo ſic contigit in creatione vniuerſi, & priuatio non fuit expulſa poſitiuè, ſed negatiuè.

Reſpondetur: Requiritur in creatione, vt præcedat tempore negatio rem quæ creatur, non quia magis dependeat à ſua negatione, quàm forma à priuatione, neutra enim dependet, cùm negatio & priuatio ſint termini à quo; ſed quia talis eſt formalitas creationis, vt nequeat intelligi niſi concipiatur negatio tempore præcedens, quia aliter conciperetur conſeruatio; ad conceptum autem eductionis ſufficit formam concipere non fieri abſque ſubiecto, quod etiam ſaluatur ſi in eodem inſtaoti quo ſubiectum producitur, producatur in eodem inſtanti & forma, & in nullo inſtanti temporis forma fuerit, & non in ſubiecto.

Obiectio 5.

Obiicies quintò: Noo maiorem prioritatem debet requirere terminus à quo, quàm alia priocipia, & cæteræ cauſæ, ſed priocipia, & cauſæ non requirunt prioritatem temporis ante effectum, ſed tantùm naturæ, ergo. Minor probatur: Cauſa efficieos cauſat in eodem inſtanti in quo eſt, ſic ſol eodem inſtanti produxit lumen, in quo formatus eſt, ſic materia, & forma.

Reſpondetur: Terminus à quo creationis requirit maiorem prioritatem, quàm cæteræ cauſæ, & cætera principia, vt contradiſtinguatur conceptus creationis à conceptu conſeruationis, aliter creaoo eſſet conſeruatio.

Poſterior via eſt, ao duratio æterna poſſit communicari creaturæ, ideo ſit

Secunda concluſio. Implicat creaturæ communicari durationem æteroam, ſiue indepen-

dentem à Deo, ſiue dependentem. Ac ſuppono rem ab æterno producibilem non eſſe producibilem niſi cum duratione infinita à parte antè: nequit enim intelligi vt res ſit ab æterno à parte rei ſine duratione infinita.

Probatur, quia tam creatio quàm conſeruatio paſſiuæ ſunt actiones ad extra, & liberæ, & quælibet res ad extra poteſt redigi in nihilum, & implicat aliquod ens ad extra, quod neceſſariò exiſtat. Modò ſic: ſi communicaretur creaturæ ab æterno exiſtentia, tunc illa neceſſariò duraret, & Deus illam neceſſariò conſeruaret, & non liberè; hoc autem implicat.

B Reſpondent aduerſarij: Neceſſitas alia abſoluta, & quæ prouenit ab intrinſeco, alia ex ſuppoſitione, & ab extrinſeco. Neceſſitas ab extrinſeco, & ex ſuppoſitione eſt quæ prouenit à voluntate Dei ita volentis, & determinantis; ſic poſito quòd velit Deus aliquid efficere, illud non poteſt non eſſe. Dicitur ab extrinſeco, & ex ſuppoſitione, quia cauſa huius neceſſitatis non eſt ipſa res, quæ efficienda eſt, ſed voluntas Dei immutabilis eidem rei extrinſeca. Neceſſitas ab intrinſeco eſt cùm res dicitur neceſſaria abſolutè, & ratione ſui, quia videlicet in ſuo eſſe eſt talis, vt neceſſariò ſit, vel per independentiam à

C Deo, vel per neceſſarium influxum ipſius Dei. Repugnat ergo creaturæ neceſſitas ab intrinſeco, non verò neceſſitas ab extrinſeco, & ex ſuppoſitione, qualis eſſet ſi vellet Deus creaturam creare ab æterno.

Contrà: Illud dicitur habere durationem neceſſariam ab intrinſeco, & ratione ſui, quod vel à Deo non dependet, vel ita durat, vt conſeruetur per influxum neceſſarium Dei, huiuſmodi eſſet ens ab æterno, ergo. Minor probatur, quia poſito quòd producatur ens ab æterno, non poteſt non durare per totam æternitatem etiam ſi Deus nolit, qui licèt ponatur liber in producenda, vel non producenda creatura, in vnienda tamen illi infini-

D ta duratione non eſt liber, ſed vicem ſubit agentis neceſſarij. Probatur, quia licèt ens, abſtrahendo à tali vel tali duratione, liberè producatur, & in eo ſigno, in quo ſolùm intelligitur exiſtere, contingenter exiſtat, cùm poſſit Deus illud producere, & non producere, quoad durationem verò, poſito quòd ſemel producatur, non poteſt non durare, ergo duratio erit neceſſaria ratione ſui. Conſequentia probatur, quia poſt communicatam exiſtentiam ab æterno, non ideò duraret quia Deus vellet, ſed quia non poſſet non durare, ergo neceſſitas erit ab intrinſeco, &

E ratione ſui.

Confirmatur: ponamus rem aliquam creari à Deo ab æterno nulla habita cognitione æternitatis, quæ eſt extrinſeca rei producendæ, & nullus ponatur actus voluntatis ſtatuentis illi dare durationem æternam, adhuc res ſi ab æterno crearetur haberet durationem æternam, & infinitam, nec aliter poſſet intelligi, nedum eſſe: ergo res ab æterno producta non ideò duraret, quia Deus vellet.

Suarez. Maſſeus. Reſpondet ex Suarez Maſſeus, concedendo quòd Deus deberet conſeruare creaturam infinito tempore, & quòd neceſſariò deberet influere; influxus autem hic eſſet neceſſarius in ſenſu compoſito, & ex ſuppoſitione; ſicuti ſi Deus vult creare aliquid in tempore, neceſſariò debet illud in tempore conſeruare, ergo ſic ſi rem vult creare ab æterno, neceſſe eſt vt infinito tempore illam conſeruet.

Sed ſatis hæc eadem reſponſio impugnata eſt, & rurſus ſic arguitur: Illa eſt neceſſitas ex ſuppoſitione, quæ ſi ponamus voluntatem motari, tollitur; at ſi ponamus Deum velle deſtruere rem creatam ab æterno, non poterit ante tranſactam æternitatem. ergo neceſſitas hæc non eſt ex neceſſitate ſuppoſitionis, ſed ex parte creaturæ.

Confirmatur: Ideo Deus dicitur liberè conſeruare rem creatam in tempore, quia in quolibet inſtanti vbi illam creauit, poteſt deſtruere ſi velit, ſed res creata ab æterno non poteſt à Deo illico deſtrui, ſed neceſſariò tantùm poſt elapſam æternitatem, ergo non illam liberè conſeruat.

Denique neque verum eſt, quòd ſi Deus vult aliquid creare in tempore, debet illud in tempore conſeruare, cùm exiſtentia, & duratio omnino diſtinguantur, vt alibi diximus; & ideò ſecundùm noſtrum modum concipiendi, requiritur duplex actus voluntatis diuinæ, duplex inquam virtualiter, vt Deus obligetur ex ſuppoſitione ad creandum, & conſeruandum.

Reſpondent denique alij: Si ens crearetur ab æterno, non eſſet neceſſe durare per æternitatem. Sed

Contrà, vt rectè arguit noſter Areſius: Deſtruatur illud tale ens poſt finitum tempus, poſt annum videlicet: poſtquam res illa deſtructa eſt, verum erit dicere ante annum productam fuiſſe, ergo non fuit ab æterno, quia æternitas nullum habet initium. *Areſius.*

Confirmatur: Quod poteſt deſtrui ante elapſam æternitatem, non dicitur fuiſſe ab æterno, ſed illud tale ens non duraret per æternitatem, & ante elapſam æternitatem deſtrueretur, ergo non fuiſſet ab æterno.

Confirmatur ſecundò: Si res ab æterno creata fuiſſet, fuiſſet coæua Deo, abſurdum autem eſt aſſignare annum ex quo Deus fuit, ergo implicat aſſignare annum, ex quo res creata fuit, ergo nequit res ab æterno creata poſt annum deſtrui, ergo neceſſariò debet durare per æternitatem, & Deus neceſſariò debebit illam conſeruare.

Tertia concluſio. Implicat aliquod ens ab æterno, ſiue ſucceſſiuum, ſiue permanens, ſiue corruptibile, ſiue incorruptibile.

Probatur, quia repugnat tum ex parte creationis, tum ex parte creaturæ. Ex parte creationis, quia eſſet creatio abſque nouitate eſſendi: ex parte creaturæ, quia eſſet ens neceſſarium, à Deo neceſſariò conſeruatum. Patent omnia ex dictis.

Obiicies primò ex Areſio: Si Deus non poſſet creare aliquid ab æterno, neceſſe eſſet vt expectaret totam æternitatem antequam crearet, ſed nequit aſſignari inſtans, in quo ſit tranſacta æternitas, ergo vel poterat ab æterno creare, vel nunquam poterit creare. Obiectio 1.

Reſpondetur ex eodem, Deum non eſſe agens neceſſarium, ſed liberum, ideo poſſe

Quomodo Deus poſſit creare in tempore, ſi non ab æterno.

in quolibet inſtanti ſignabili creare, & quando illi libuerit in quolibet priori, & priori, nunquam tamen ab æterno, quia implicat. Vrgeret argumentum, ſi Deus eſſet agens neceſſarium, & deberet agere in tempore, tunc deberet expectare tranſactam æternitatem, neque eſſet aſſignabile aliquod inſtans, cur potiùs in hoc, quàm in alio.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: Creaturæ ab æterno erant poſſibiles, ergo poterant ab æterno creari, ergo poterant exiſtere per æternitatem.

Creaturæ potuerunt eſſe ab æterno, non æternæ.

Reſpondetur negando vltimam conſequentiam: Aliud enim eſt creaturas potuiſſe eſſe ab æterno, aliud potuiſſe eſſe æternas; primum verum eſt, ſecundum falſum; licèt enim creaturæ non poſſint eſſe æternæ, tamen poterant in quolibet inſtanti ſignabili diſtributiuè ab æterno produci, quod ſufficit vt dicantur ab æterno poſſibiles.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò: Si Deus ageret ex neceſſitate, produxiſſet aliquid ab æterno, ſed Deus ex eo quod ſit liber, non eſt minoris virtutis, ergo. Confirmatur, quia ad tuendam libertatem ſufficit prioritas naturæ, ergo.

Reſpondetur, creationem ab æterno ex duplici capite repugnare, primò quia repugnat diuinæ libertati: ſecundò, quia repugnat creationi, ideo negatur ſequela maioris, & negatur etiam minor; ſi enim aliquid, vt agens neceſſarium ab æterno produxiſſet, illa non fuiſſet creatio, ſed potiùs emanatio ad quam non requiritur nouitas eſſendi.

Ad confirmationem: Licèt ad tuendam libertatem ſufficiat prioritas naturæ quoad rationem, quia tamen, quod ab æterno creatur, neceſſariò deberet conſeruari, ideò eidem libertati repugnat.

Quarta concluſio. Nequit aliquid durans finito tempore creari ante tempus infinitum, eſt contra textam ſententiam.

Probatur: Implicat in æternitate aſſignare prius, ergo implicat ante tempus infinitum præceſſiſſe aliquid finitum, quia aſſignaretur prius.

Areſius. Videatur de hac re Areſius quæſt. 2. in fine.

Sectio VII.

Quæ Ariſtotelis mens de creatione, & de Deo vt auctore vniuerſi.

QVATVOR hîc examinanda. Primum, an Deus ſecundùm Ariſtot. ſit cauſa efficiens vniuerſi: Secundum, an creatio ex nihilo fuerit nota Ariſtot. Tertium, quomodo Deus produxerit mundum in eius ſententia: Quartum, an voluerit Deum eſſe cauſam neceſſariam, vel liberam.

D. Thomas. Albertus. Scotus.

Quoad primum, dico primò: Ex principiis Ariſtot. neceſſariò dicendum Deum eſſe cauſam nedum finalem vniuerſi, ſed etiam efficientem. Ita D. Thom. 1. Cæl. 32. Albert. 1. Metaph. tract. 2. cap. 20. Elias Cretenſis de efficientia primi motoris, Scot. in 1. diſtinct. 8. quæſt. 80. Quodlib. 7. contra Gregor. in 2. diſtinct. 2. quæſt. 1. art. 1. Achil. de Intellig. Nyph. Iand. qui volunt Deum non eſſe cauſam efficientem ex Ariſtot. ſed tantùm finalem.

Probatur, quia Ariſtot. vult mundum non fuiſſe factum in tempore, quia Deus fuiſſet mutatus, ergo mundus ab æterno factus, & à Deo.

Secundò: Deus ſecundùm Ariſtot. & omnes eſt cauſa finalis vniuerſi, ergo etiam ſecundùm ipſum debet eſſe cauſa efficiens. Conſequentia probatur, quia finis eſt finis alicuius actionis, & motus, ergo nequit dari cauſa finalis, niſi detur efficiens.

Tertiò, quod pendet ab alio in aliquo genere cauſæ, neceſſe eſt vt habeat cauſam efficientem, ſed vniuerſum pendet à Deo tanquam à fine, ergo.

Quartò, 2. Phyſic. 44. Ariſtot. reprehendit veteres, qui volebant cælum eſſe factum à caſu; hæc verò inferiora à conſilio, quia abſurdum, cùm cælum ſeruet perpetuò eumdem ordinem, quòd fuerit à caſu, ergo.

Quoad ſecundum, dico ſecundò Ariſtot. nullam cognouiſſe creationem.

Probatur: Creatio propriè importat fieri cum nouitate eſſendi: hoc autem Ariſtot. non agnouit. Probatur, quia Ariſtot. putauit Deum nunc omnia efficere cum interuentu cauſæ ſecundæ. inde enim axioma illud recepit, Ex nihilo nihil, quia ex his quæ videbat nil videbat fieri niſi ex materia, & ſubiecto, & omne agens agere cum mutatione ſubiecti; Ideo nullam admiſit creationem, quæ eſt actio abſque mutatione, & ſubiecto, & interuentu cauſæ ſecundæ.

Confirmatur, quia nunquam penes Ariſt. hæc vox creationis reperitur, ſed tantùm effectionis, emanationis, actionis, mutationis &c.

An autem agnouerit creationem quoad animas rationales, vt contendit D. Thom. Albert. Ægid. res eſt non omnino certa, & ſatis controuerſa apud Peripateticos. De re hac alibi.

Quoad tertium, ſi nullam agnouit creationem ex nihilo, difficultas eſt quomodo voluit vniuerſum & materiam factam à Deo. Ideo

Dicendum tertiò, mundum ſecundùm Ariſt. fuiſſe factum à Deo ab æterno per quandam emanationem & effectionem, non per creationem; per emanationem quidem quæ in eo differt à creatione, quia creatio eſt cum nouitate eſſendi: emanatio id non requirit: Creatio eſt proceſſio contingens à principio intelligente, & libero, emanatio eſt proceſſio rei à principio neceſſario neceſſariò ſe communicante: res quæ emanat eſt æquè neceſſaria ac eius principium: res quæ creatur eſt contingens, licèt principium ſit neceſſarium.

Quoad quartum, an Deus fuerit agens liberum vel neceſſarium.

D. Thomas. Albertus. Ægidius.

Quidam volunt Deum produxiſſe mundum liberè ſecundùm Ariſtot. ſic D. Thom. Albert. Ægid. ſed hi auctores, ait Achil. defunctum baptiſant Ariſtotelem.

Rabbi Moyſes. Algazel. Soncinas.

Quidam verò aiunt, ſecundùm Ariſt. Deum fuiſſe cauſam vniuerſi neceſſariam ad modum naturæ ſine cognitione. Ita Rabbi Moyſes, & Algazel. Soncin. 12. Metaph. quæſt. 20.

Quidam verò fuiſſe Deum cauſam neceſſariam, ſed cum cognitione.

Diſtinguendum eſt. Agens liberum poteſt intelligi primò prout opponitur violento, & coacto. Secundò vt liberum opponitur ne-

Digitized by Google

A ceſſario, & determinató, ſic Beati in patria ſunt liberi primo modo, non ſecundo; ideo

Dico quartò, Deum ſecundùm Ariſt. produxiſſe mundum per intellectum, & voluntatem non abſque cognitione, & per modum naturæ.

Probatur, quia 2. de Generat. 59. docet corruptibilia non potoiſſe aſſe perpetua niſi Deus ſtatuiſſet, vt per continuas generationes conſeruarentur: ſtatuere autem neceſſariò ſupponit cognitionem.

Item Deus ex Ariſt. 2. Metaph. 36. eſt agens per intellectum, ergo cum cognitione.

B *Dico quintò*, Deum non produxiſſe mundum liberè in ſententia Ariſt. prout liberum oppooitur neceſſario, & determinato, fuit ergo Deus in productione vniuerſi iuxta Ariſtot. agens determinatum & neceſſarium.

Probatur, quia ſi Deus eſſet agens liberom poſſet ſecuodùm Ariſtot. mutari, ſed hoc etiam ſecundùm Ariſtot. implicar.

Item 12. Metaph. 13. docet Deum non poſſe non agere, quia poſſet non eſſe motus, & poſſet tolli vniuerſum, quod ſecundùm ipſum repugnat.

Dico ſextò, Deum ſecundùm Ariſtor. produxiſſe mundum liberè prout liberum opponitur violento & coacto.

C Probatur, quia Deus à nullo ante vniuerſi emanatiooem cogi poterat, ergo nec violentè, nec coactè.

Dico ſeptimò: Licèt Deus ſecundùm Ariſtot. fuerit cauſa neceſſaria, & determinata in productione vniuerſi: fuit tamen cauſa libera potens agere, & non agere circa multa alia. Colligi poteſt ex 10. Ethic. cap. 8. & 8. cap. 7. & 6. cap. 4. vbi Agathonem laudat dicentem Deum hoc ſolo priuari, vt facta efficere non poſſit non facta, atque adeò multa liberè producere, & contingenter euenire.

D

DISPVTATIO II.

De perfectione, & vnitate vniuerſi.

SECTIO PRIMA.

An mundus ſit perfectus, & fieri poſſit perfectior.

VIDETVR non eſſe perfectus, quia plures aliæ ſpecies poſſent de nouo natoraliter addi. Patet ex his, quæ videmus continuò generari ex putri, & ex commixtione animalium diuerſarum ſpecierum. Item, plures ſpecies poſſunt produci à Deo: perfectum autem eſt id cui nil poteſt addi. Item, in mondo ſunt entia corruptibilia deficientia: meliùs ſi nunquam deficerent. Rurſus, plura ſunt ſuperflua, redundantia, inutilia, nocua, vt monſtra pleraque animalia, quæ ad nullius vſum, immò ad necem.

Denique multa in vniuerſo, quæ poſſunt eſſe longè meliora, vt aër clarior, ſol lucidior &c.

A *Notandum eſt:* Perfectum aliud ſimpliciter continens omnes perfectiones imaginabiles, vt Deus Opt. Max. Aliud in genere, & eſt illud, cui licèt poſſit aliquid addi, vel licèt aliquid deſit, habet tamen omnia requiſita neceſſaria ad illud genus, ita vt neque addito egeat, neque illud requirat: Rurſus, perfectum in genere eſt etiam duplex ſubſtantialiter, vt eùm habet omnia requiſita ſubſtantialia; accidentaliter, eùm habet omnia requiſita accidentalia. Perfectum quotuplex.

Prima concluſio. Mundus eſt perfectus in genere, tum ſubſtantialiter, tum accidentaliter.

B Patet, habet enim omnia, quæ requiruntur ad ſuam conſeruationem, & ad finem ad quem factus eſt.

Secunda concluſio. Licèt mundus non poſſit fieri perfectior, quoad ordinem, & diſpoſitionem, poteſt tamen Deus mundum perfectiorem efficere quoad perfectionem ſubſtantialem, & accidentalem, & eſſentialem, producendo ſpecies perfectiores accidentaliter, & ſubſtantialiter in infinitum.

Probatur, quia diuina eſſentia eſt infinitis modis imitabilis, & omnis creatura in infinitum diſtat à Deo.

C Prima pars probator, quia ordo vniuerſi eſt perfectiſſimus, ergo nequit quoad proportionem, & ordinem fieri perfectior. Ita D. Th. 1. part. quæſt. 25. art. 6. ad tertium. Iis verò exceptis, quæ propter peccatum deordinata ſunt, quoad illa enim mundus poteſt fieri perfectior, etiam quoad ordinem aliquorum entium ſaltem. Mundus ergo poteſt à Deo effici perfectior non formaliter, ſed materialiter. Perfectior autèm materialiter, tum intenſiuè, ſi ſpecies ipſæ eſſentialiter fierent perfectiores, & perfectiores, tum extenſiuè ſi multiplicarentur. D. Thomas.

D *Tertia concluſio.* Mundus non poteſt effici perfectior intenſiuè ſubſtantialiter, ſeu eſſentialiter, ita vt eædem res eſſentialiter perficerentur.

Probatur, quia rerum eſſentiæ ſunt ſicut numeri, & conſiſtunt in indiuiſibili 8. Metaph. 10. ergo ſi res aliqua eſſentialiter perficeretur, iam non eſſet eadem, ſed eſſentialiter alia.

Petes, an poſſit creari aliqua creatura, qua non poſſit dari perfectior: ſeu an Deus poſſit efficere optimum.

Reſpondet Suarez, Deum poſſe facere optimum poſſe accipi dupliciter, vel facta comparatione ad rem faciendam, vel ad potentiam facientem. Primo modo facit Deus optimum ſecundùm eſſentiam, quia eſſentiæ rerum E conſiſtunt in indiuiſibili, & quodlibet quod creatur, eſt optimum, nec eſſentialiter poteſt eſſe melius; quoad perfectionem verò accidentalem, & facta comparatione ad potentiam facientem, Deum non poſſe facere optimum. Reddit rationem, quia ſpecies poſſibiles non habent terminum intrinſecum, ſed extrinſecum, Deum ipſum videlicet, qui ſicut non habet nec habere poteſt æquale, ita nec creare poteſt aliqoid, quo noo poſſit dari aliquid perfectius. Suarez.

Reſponderem iuxta noſtra principia, noo implicare creaturam infinitè perfectam in genere, ſi ſupponatur infinitas adæquata, atque

A adeo concedimus Deum poſſe creare optimum, etiam facta comparatione ad potentiam facientem, vt alibi probauimus.

Quarta concluſio. Nequit creare Deus plures gradus entium iis quos creauit inanimatorum vegetabilium, ſenſibilium, intellectualium, &c.

Probatur, quia vltra infimum inanimatorum eſt nihil, quia gradus vltra infimum excludit animata & inanimata, ergo neque imaginabilis. Supra gradum ſupremum neque eſt aliquid, quia Deus continetur in gradu intellectualium, ſupra Deum autem nil eſt. Neque poteſt dari aliquis gradus intermedius. Quia gradus perfectior continet imperfectiorem: ſi autem B daretur gradus intermedius diſtinctus ab his non contineretur à ſuperiori: ſenſitiuum enim careret illo gradu qui nunc non eſt, & poteſt eſſe: implicat enim rem eſſe, & non habere omnia quæ pertinent ad ſuam eſſentiam cùm eſſentiæ ſint ſicut numeri.

Mundus qua ratione perfectus.

Ad rationes in oppoſitum patet, Mundus enim eſt perfectus in genere non ſimpliciter. Rerum corruptibilitas confert ad varietatem vniuerſi & eius pulchritudinem, vt etiam noſtræ ſpecies quæ generantur ex putri, & ex commixtione animalium non pertinent ad perfectionem vniuerſi, hinc dicuntur ab Auer. ſpecies ceſſabiles, quæ non habent vim generandi: De C perfectione vniuerſi ſunt ſpecies inceſſabiles, homo &c. Denique nullum ens in mundo eſt omnino inutile. D. Aug. in Gen. ad literam quatuor refert commoda, primum, hominem pœnaliter lædunt: ſecundum, ſalubriter exercent: tertium, vtiliter probant: quartum, ignorantem docent. Perfectiores autem ſpecies nec mundus requiret neque iis indiget. Diximus enim eſſe perfectum tantùm in genere.

D. Auguſt.

Sectio II.

An vniuerſum ſit vnum, & quomodo, & an mundi poſſint eſſe plures. D

Mundus quotuplex.

MVNDVS poteſt multipliciter accipi. Alius archetypus, vt diuina mens continens rerum omnium ideas. Angelicus, qui triplici hierarchia integratur: Elementaris, qui ex quatuor elementis: Cæleſtis, qui ex orbibus: Magnus & eſt collectio creaturarum: Paruus & eſt homo vniuerſi epilogus. Cùm quærimus an mundus ſit vnus, intelligimus mundum quintum modo, creaturarum videlicet collectionem tum ſenſibilium tum immaterialium. Omiſſis philoſophorum ſomniis ſit

Prima concluſio. Mundus non eſt neceſſariò E vnus, & poteſt Deus creare plures mundos ſimul & ſucceſſiuè.

Probatur, non repugnat ex parte Dei quia infinitè potens; neque ex parte mundi, quia neque alter cum altero pugnat, & quilibet eſſet finitus, & limitatus dependens, & mundus iam factus eſt infra eius potentiam, ergo poterit alium creare in infinitum.

Obiectio.

Obiicit Ariſtot. Implicant plures primi motores, ergo & plures mundi.

Reſpondetur negando conſequentiam; poteſt enim vnus primus motor, cuius infinita ſit potentia plures mundos mouere: ſic Deus &c.

A *Secunda concluſio.* Mundus de facto eſt tantùm vnus, ſed hoc non eſt euidenter demonſtrabile: eſt tamen certum de fide.

Prima pars probatur, ex vnitate motoris, ex vnitate finis, ex vnitate primi efficientis, ex vnitate materiæ.

Secunda pars probatur, ſi enim plures mundi ſunt poſſibiles nequit demonſtrari quòd mundus ſit vnus, & Deus tantùm vnum voluerit creare, cùm id pendeat ex libera eius voluntate.

Albertus. D. Thomas. Achillinus. Niphus.

Ariſtotelicæ rationes quibus putat ſe id demonſtraſſe, vel tantùm probabiles vel omnino B falſæ. Videantur de hac re expoſitores. Albert. 1. cæl. tract. 3. D. Thom. 1. cæl. lect. 16. Achil. de Orb. dub. 4. Nyph. &c.

Tertia pars patet ex Scripturis, in quibus mundus ſemper in ſingulari.

Tertia concluſio. Mundus eſt vnus, non quia ſit vna forma informans, neque vnus continuitate vt volebat Sextus Empiricus; ſed vnus ſubordinatione quam habent entia omnia inter ſe: & vnus aggregatione, & vnus propter vnum finem ad vnum principium D. O. M. Vnitas ergo vniuerſi eſt vnitas aggregationis & ſubordinationis.

Probatur: mundus enim non eſt ens ſimplex, quia non omnia ſunt actus, & potentia: C eſt ergo vnus per aggregationem & ordinem: non eſt ſicut animal compactum ex diuerſis membris, quæ licèt diuerſa ſint, tamen eadem forma informatur, ſed eſt vnus ſicut artificiatum aliquod, vt ciuitas, domus &c.

Sectio III.

De mundi duratione, & fine, an mundus perpetuò duraturus, an aliquando interibit.

Antiquorũ placita de Mundi duratione.

D MVNDVM perpetuò oriri, perpetuò occidere dixerunt quidam, idque viciſſim. Mundum ſemel exortum ſemel interiturum dixerunt alij, quia talis eſt rerum omnium conditio. Alij denique & ortum aliquando, nunquam tamen periturum, ſed incorruptibilem exiſtimauere. Horum omnium opiniones irridet Ariſtot. hîc c. 12. & 8 Phyſic. ac docet mundum neque initium habuiſſe, neque finem habiturum aliquando. Sit

Prima concluſio. Si mundus relinqueretur ſub eodem ſtatu quem nunc habet, & eodem concurſu à Deo conſeruaretur quo nunc conſeruatur, perpetuò permaneret, neque indigeret maiori aliquo concurſu.

E Probatur, ex cælorum, & materiæ incorruptibilitate, ex formarum ſucceſſione, quæ nunquam materiam omnino nudam relinquunt, cùm hæc nequeat ſine formis exiſtere, & corruptio vnius ſit generatio alterius, ergo permaneret perpetuò.

Secunda concluſio. Mundi finis, & interitus nequit naturaliter demonſtrari aut cognoſci. Pendet enim ex libera Dei voluntate, & ſpecies vt diximus perpetuò ſunt durabiles: Cæli incorruptibiles, neque ergo corruptio naturaliter demonſtrari.

Tertia concluſio Mundus non perpetuò permanebit in eodem ſtatu, in quo nunc eſt quoad

A hominum generationem. Eſt de fide, colligitur ex Scripturis, vt notant D. Auguſt. Alphonſ. de Caſtro, & alij.

D. Auguſt. Alphonſus de Caſtro.

Quarta concluſio. De fide eſt mundum perpetuò duraturum, licèt non in eodem ſtatu: ante diem verò iudicij flammis innouandum cælum quieturum.

Prima pars probatur ex Apoc. *Et regnabunt in perpetuum, & agnus Dei cum illis.* Eccleſ. 3. *Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus perſeuerant in perpetuum.*

Secunda pars probatur, ex 2. Petr. cap. 3. *Cæli autem quæ nunc ſunt, & terra calore ſoluentur.* Apoc. 21. *Et vidi cælum nouum, & terram nouam.* Iſa. 66. *Ecce ego video cælos nouos, & terram nouam* &c.

B Tertia pars probatur Apoc. 10. vbi iurat Angelus per viuentem in ſecula, quia tempus non erit amplius. Reddit rationem huius innouationis Durand. in 4. diſtinct. 47. quæſt. 3. Quia omnia quæ ſunt ad finem debent proportionari eum fine, homo eſt rerum finis, ergo innouato homine debent omnia innouari. Innouatio autem erit, vt elementa remaneant in proprio ſtatu naturali, & ſint incorruptibilia, & vt accidentaliter perficiantur.

Durandus.

Quinta concluſio. An mixta, & animalia bruta ſint omnino interitura, non eſt adeo certum, cùm neque fides, neque lumen naturale id C doceat: probabile tamen eſt non futura. Ita D. Thom. de Poren. quæſt. 1. Durand. in 4. diſt. 48. quæſt. 3. Ratio eſt quia ceſſante cauſa ceſſat effectus, motus cæli, arbores, bruta, & ad vſum hominis, & propter eum creata ſunt, ſed iis homo non amplius indigebit. Innouabuntur ergo corpora ſimplicia, mixta verò deſtruentur.

D. Thomas. Durandus.

Obiectio.

Obicies: Cur ſimplicia innouantur innouato homine, non verò mixta, cùm vtraque creata ſint propter hominem, & homo ſit finis vtriuſque.

Reſpondet D. Thom. Elementa perficiuntur primò vt Deus ſatisfaciat deſiderio iuſtorum, & perficiat, & remuneret ea corpora, ex D quibus conſtant corpora beatorum, non ſic de mixtis. Secundò vt ornetur locus in quo electi decertarunt: Tertiò vt ornetur locus in quo ſunt habitaturi amici, &c. Mixta ſatis perfecta ſunt in homine mixtorum omniū perfectiſſimo.

Sexta concluſio. Incertum eſt in quonam ſitu cælum quieſcet.

D. Thomas.

Probat D. Thom. in 4. diſtinct. 48. quæſt. 2. art. 2. vbi eorum ſententiam confutat, qui volebant abſurdum eſſe cælorum inſignes motus ad metam non peruenturos, & ideo aiebant in eo ſitu quieturos in quo creati ſunt: ait ergo D. Thom. primò non videri probabile mundum duraturum quatuor millibus nongentis E mille annis dum durabit prima reuolutio nonæ ſphæræ ab occaſo in ortum. Secundò ſequeretur dum poſſet colligi in quo ſitu fuerint creati cæli ſi computentur anni creationis quòd poſſet agnoſci mundi finis, qui neque Angelis innoteſcit, neque filius hominis ſcit, neque huiuſmodi reuolutionis abſolutio pertinet ad vniuerſi perfectionem. Videantur Conimb. 1. cæl. cap. 12. quæſt. 1. art. 2.

Septima concluſio. Etiam incertum eſt quid futurum ſit poſt diem iudicij in hoc mundo ſublunari. Quidam enim putant in eo manſuros infantes, qui originali labe inquinati deceſſere incorruptibiles tantùm, & naturali felicitate dotati. Alij & probabiliùs, infantes remanſuros in limbo. Ita D. Bonauent. D. Thom. Albert. & Scholaſtici communiter. Addit Gregor. hos infantes remanſuros in inferno, ſed falsò. In hoc mundo habitaturos tantùm iuſtos, & beatos cælorum terrarúmque dominos. Elementa fotura poſt innouationem perfectiora, lucidiora & diaphana ſicut criſtallus, ſic Paludan. Gabriel, & D. Thom. ſplendorem ac lucem ſolis ac ſiderum ſepties maiorem peruenturam vſque ad limbum, vt infantes inde poſſint cælum aſpicere & contemplari. Videantur Doctores.

D. Bonau. D. Thomas. Albertus. Gregorius.

Paludanus. Gabriel.

PARS SECVNDA.

De cælo.

DISPVTATIO PRIMA.

De ſubſtantia cæli.

SECTIO PRIMA.

An cælum ſit corpus ſimplex ab elementis diſtinctum, an vnum ex iis, vel quid mixtum ex omnibus.

CÆLVM eſſe corpus mixtum, & ex floribus compoſitum, id eſt ex purioribus elementorum partibus docuit Plato in Timæo. Sequuntur nonnulli ex Patribus Cyril. Baſil. hom. 1. in Hexam. Anaximand. Iuſtin. quæſt. 97. dum ait cælum aqueum ad mitigandos ſydereos ignes creatum fuiſſe. Cælum eſſe quintum corpus ſimplex natura, & eſſentialiter diſtinctum ab elementis docuit Ariſtot.

Plato. D. Cyrillus. D. Baſilius. Anaximan. Iuſtinus.

Prima concluſio. Cælum non eſt compoſitum ex elementis. Eſt contra Platonem.

Probatur, quia omne compoſitum ex elementis habet motum prædominantis elementi, vt patet inductione in his mixtis ſublunaribus; ſed nullius elementi motus conuenit cælo; ergo cælum non eſt quid compoſitum ex elementis, & floribus illis, ſeu purioribus elementorum partibus. Minor probatur, quia cælum tantùm circulariter mouetur, ergo non motu elementi prædominantis.

Confirmatur: Mixto repugnat non habere locum naturalem, eſt enim corpus naturale: locus autem naturalis, & debitus mixto eſt locus elementi prædominantis, cælum autem eſt ſupra omnia elementa, ergo non eſſet in loco ſibi debito, & naturali.

Secundò probatur concluſio: quicquid componitur ex elementis dependet in conſeruati ab iiſdem elementis, ſed cælum non dependet ab inferioribus his, immo inferiora à cælo, ergo non componitur ex elementis.

Tertiò: Nullum mixtum mouetur motu ſimplici, ſi moueatur motu proprio, & naturali, ſed cælum mouetur motu ſimplici, ergo non eſt mixtum. Maior probatur, quia mixtum con-

Digitized by Google

ſtat ex principiis contrariò moueotibus : dum A autem ſunt plura mouentia, ita ſe habent vt virtus vnius obtundator, & retarderur à virtute alterius, & nullum mouens elicit ſuum motum naturalem, ſed omnia ſimul ſumpta eliciunt motom quemdam medium, qui à tota collectione contrariorum mouentium dependet; quod & accidit dum lapis mouetur ad centrum, cuius motus licèt videatur rectus, phyſicè tamen non eſt ſimplex, retardatur enim ab aliis elementis, ex quibus cooſtat.

Secunda concluſio. Cælum non eſt vnum ex elementis. eſt contra Emped. & Anaxag.

Probatur primò, quia violenter eſſet in loco vbi eſt, abſurdum autem videtur primum corpus, non eſſe in loco ſibi connaturali, terra B enim apperet eſſe in centro, aqua, & aër infra ignem, ignis infra cælum, oullum elementum ſupra quatuor elementa.

Secundò: Nulli elemento conuenit moueri per ſe, & circulariter, quodlibet eoim habet ſuum motum ſimplicem, & rectum, & cælo conuenit moueri circulariter, ergo.

Tertiò: Cælum habet conditiones quaſdam, quæ nulli elemento conueniunt, ergo non eſt vnum aliquod ex elementis. Primò, ignis non eſt ſupremum corpus independens ab aliis: Secundò, ignis eſt corruptibilis: Tertiò, ignis, & cætera elementa ſunt homogenea, cælum verò C heterogeneum, & accommodarum ad regenda diuerſa corpora : hoc lucidum, illa minimè: Quartò, ignis non mouetur circulariter primò, & per ſe, ſed tantùm motu rapto, & præter naturam: Quintò, ſi cælum eſſet aqua, aër, vel terra, non eſſet ibi vbi eſt naturaliter.

Tertia concluſio. Cælum eſt corpus ſimplex diſtinctum ab elementis. Eſt communis.

Probatur, quia quilibet motus ſimplex debetur alicui corpori ſimplici, motus circularis cæli eſt ſimplex motus, ergo debetur alicui corpori; non poteſt conuenire elementis, ergo alicui corpori ab illis diſtincto.

Obiectio 1.

Obiiciunt communiter primò: Cælum habet D eadem accidentia cum mixtis, lumen ignis, ſoliditatem terræ, perſpicuitatem aëris, & aqoæ: quæ autem babent eadem accidentia ſunt eiuſdem naturæ, ita Ariſtot. 1. Cæl. 11.

Ariſtoteles.

Reſpondetur: quæ habent eadem accidentia propria ſunt eiuſdem naturæ, non quæ habent eadem accidentia communia; lumē enim, denſitas, perſpicuitas ſunt accidentia communia, quæ ita conueniunt igoi, & aëri, vt etiam gemmis &c.

Cælum non habet accidentia propria mixtorum.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: Cælum eſt corpos heterogeneum, ergo non eſt ſimplex. Conſequentia probatur, ignis, aqua, aër quæ ſunt corpora ſimplicia ſunt homogenea, & cælum nedum habet partes accidentaliter diuerſas, ſed etiam E eſſentialiter, ſic aſtra inter ſe, & à cælo: patet ex diuerſitate influxuum, alia enim calefaciunt, humectant alia.

An ſit corpus heterogeneum.

Reſpondetur: Dato quòd aſtra eſſentialiter differant inter ſe, & à cælo, adhuc cælum dicitur corpus ſimplex, quia ſufficit ſi quodlibet aſtrum ſit ſimplex, & cælum ipſum ſit etiam ſimplex: accidentia autem communia, vt raritas, & denſitas, non ſunt indicia ſufficientia ad probandum mixtionem, quia mixtio eſt vnio elementorum; elementa verò cogooſcuntur ex proprietatibus, quæ proprietates noo reperiuntur in cælo.

Obiectio 3.

Ariſtoteles.

Obiicies tertiò ex Ariſtot. 7. Metaph. vbi habet, Mixta perfecta, & imperfecta, cælum, & ſydera conſtare ex elementis.

Reſpondet primò Alex. cæli oomine iotelligere vniuerſum.

Non rectè, neq; enim ſydera ſunt vniuerſum.

Niphus.

Rectiùs Niphus, Ariſtotelem ibi demonſtrare, quænam ſunt ſubſtantia, & ait eſſe corpora, vt ſunt elementa, ignem, aquam &c. & quæ componontur ex his, vt mixta perfecta, & imperfecta, cælum, & eius partes, ſydera videlicet: non quaſi dicat cælum fieri ex elementis, ſed tantùm quòd ſubſtantia ſunt corpora elementaria, aër, ignis, cælum, & ſydera: vt ergo euitetur æquiuocatio non coniungendum eſt cælum cum verbis immediatè præcedentibus, ſed cum ſubſtantia, &c.

Obiectio 4.

Obiicies quartò: Ex motu ſurſum, & deorſum colligitur natura elementorum : ſi motus ſit ſurſum erit ignis, ſi deorſum terra, ſi quieſcat corpus in medio erit aqua, vel aër, ex 1. Cæl. tex. 5. Sed cælum hoc idem habet, quia ſi aliquæ partes cæli ponerentur in aëre, vel mouerentur ſurſum vel deorſum, & ſic erit ignis, vel terra, vel quieſcat, & ſic erit aër, nil enim in aëre quieſcit niſi aër.

Cæli particulæ quomodo remanſuræ in medio aëris


Reſpondetur, cæli particulas remanſuras in aëre non naturaliter, ſed violenter poſito quòd non moueantur à propria forma : nec tamen tunc dicentur quieſcere, quia quies in rigore eſt terminus motus acquiſitus, vel acquiſibilis inclinatione naturali; cælum autem non habet inclinationem ad quieſcendum in aëre. Si verò quies ſumatur non ita in rigore, prout videlicet dicit negationem motus, concedo quòd illæ particulæ cæli quieſcerent, id eſt non mouerentur; id autem non infert locum illum futurum naturalem, ſicut nec eſſet naturalis locus lapidi ſi poneretur ſupra cælos, ibi autem certè non moueretur. Idipſum dicendum ſi partes cæli ponerentur in igne, vel in aqua, tunc neque grauitarent neque leuitarent.

Obiectio 5.

Obiicies quinto: Motus cæli eſt mixtus, ergo cælum eſt corpus mixtum. Antecedens probatur, quia in eodem cælo vna pars mouetur tardiùs, altera velociùs; ſic partes, quæ ſunt circa polos, mouentur tardiùs, quæ ſunt in centro velociùs: & velociùs partes extimæ quàm intimæ, quia eodem tempore tranſigunt longius ſpatium. Idem patet in epiciclis & orbiculis, qui ſunt intra cælum. Item ideò motus animalium dicitur mixtus, quia diuerſæ partes babent diuerſum motum, ita in cælo, ergo motus cæli eſt mixtus. Confirmatur, dum cælum mouetur, aliæ partes aſcendont, aliæ deſcenduot.

Motus cæli an ſit mixtus.

Reſpondetur: Concedo in cælo vnam partem moueri tardiùs, alteram velociùs; nego tamen motum illum eſſe mixtum, ſed dico ſimplicem eſſe: patet id etiam in motu recto elementorum; quando enim ignis mouetur ſurſum, mouetur figura pyramidali, tunc partes laterales velociùs mouentur quàm intermediæ, conficiunt enim longius ſpatium, vt patet in hac figura; dum enim partes, quæ ſunt in puncto C. perueniunt ad punctum A. eodem tempore partes in puncto B. & D. perueniunt ad idem punctum A. & conficiunt eodem tem-



pore longiorem lineam, & velociùs mouentur quàm partes, quæ aſcendunt à puncto C. & tamen motus ille totus dicitur ſimplex. Sic in cælo. In epiciclis autem motus ſemper eſt circularis & vniformis: motus animalium dicitur mixtus, quia nunc obliquus, nunc rectus, nunc ſurſum nunc deorſum, item quia prouenit ex contrariis mouentibus, & diuerſis miſcibilibus. Ad confirmationem: partes cæli ſemper eodem modo diſtant à centro, nobis autem videntur aſcendere, & deſcendere, qui ſumus ſupra terram, reuera tamen ſemper eodem modo ſe habent, nec aſcendunt nec deſcendunt.

Obiectio 6. *Obiicies ſextò*: Eidem corpori ſimplici poteſt conuenire duplex motus ſimplex, vt ſi aër ſit ſupra ignem, deſcendet, ſi infra aquam, aſcendet, ergo non vni corpori ſimplici vnus motus ſimplex.

Reſpondetur: Motus in eo caſu non erit duplex, ſed vnus, quia idem terminus ad quem, vt diximus cùm de ſpecificatione motus, ſicut licèt ignis producatur à ſole, ſiue ab alio igne, non ſit duplex motus generationis ſpecie diſtinctus, quia idem terminus ad quem.

Obiectio 7. *Obiicies ſeptimò*: Ideo motus ſimplex diuiditur in circularem, & rectum, quia duplex magnitudo, ſupra quam ſit motus, recta, & circularis; at hoc eſt falſum, poteſt enim fieri motus ſuper lineam elicam, vt cùm circa columnam aliquis aſcendendo moueretur, tunc autem eſſet motus ſimplex, & ille nec rectus, nec circularis. Modò ſic: Motus ſupra lineam elicam eſt ſimplex, & nulli conuenit, ergo neque licèt circularis ſit ſimplex, debet alicui primò, & per ſe conuenire, contra ea quæ diximus.

Reſpondetur, motum ſupra illam lineam eſſe mixtum, quia partim recedit à centro, partim accedit.

Sectio II.

An cælum ita ſit corpus ſimplex, vt careat omni compoſitione ſubſtantiali, & phyſica.

DVPLEX compoſitio, Phyſica ex materia, & forma: Metaphyſica ex genere, & differentia, vt alibi diximus. Certum eſt cælum eſſe compoſitum metaphyſicum. Difficultas eſt, an etiam conſtet ex materia, & forma, vel ſit ens omnino ſimplex.

Prima ſententia tribuitur Auer. lib. de ſubſtant. orbis. Sequitur Zabarel. lib. de Natura cæl. cap. 6. Scot. in 2. diſtinct. 14. quæſt. 1. Thien. 1. Phyſic. quæſt. 21. Piccolom. de cæl. cap. 10. Durand. Aureol. apud Capreol. in 2. diſtinct. 12. quæſt. vnica art. 2. Achil. lib. 1. de Orbib. Volunt hi cælum eſſe corpus ſimplex carens omni materia: corpus quidem, quia eſt affectum quantitate, & eos ſubſiſtens completum.

Auerroes. Zabarella. Scotus. Thienaus. Piccolomin. Durandus. Aureolus. Capreolus. Achillinus.

Probatur primò: Poteſt Deus facere aliquam ſubſtantiam ſimplicem ſine vlla compoſitione phyſica ſubſtantiali, & illam extendere per quantitatem, non enim videtur repugnare, quia illa ſubſtantia eſſet viſibilis, & in loco, ſicut nunc eſt cælum, tunc autem non poſſemus cognoſcere illam eſſe ſimplicem, vel phyſicè compoſitam, ergo neque nunc poſſumus cognoſcere id in cælo.

Confirmatur primò: Non aliunde colligimus in ſublunaribus compoſitionem ex materia, & forma, & dari materiam in mixtis, niſi ex eorum tranſmutatione, & corruptibilitate, ſed in cælo nulla eſt corruptio, nec tranſmutabilitas, ergo. Maior patet, inde enim dicimus Angelos non eſſe compoſitos ex materia, & forma, quia illi non corrumpuntur.

Confirmatur ſecundò: Natura magis expetit vnitatem quàm multiplicitatem partium, ſed nulla eſt neceſſitas in cælo ponendi multiplicitatem partium, ergo. Minor probatur, ideò deberet cælum conſtare ex materia, quia eſt principium aliquorum accidentium, & operationum materialium, quæ vniuocè in inferioribus repeririuntur, ſed effectus vniuoci non indicant ſemper vnum, & idem principium, vt patet in calore à ſole, & ab igne producto, qui licèt ſit eiuſdem rationis, principia tamen ſunt omnino diuerſa.

Confirmatur tertiò: Datur ſubſtantia ſimplex conſtans ex materia, & forma, & quantitate, vt quodlibet elementum; datur ſubſtantia mixta compoſita ex elementis: datur ſubſtantia perfecta ſine quantitate, & materia, ergo debet dari ſubſtantia perfecta ſine materia, ſed cum quantitate.

Secunda ſententia ait cælum eſſe compoſitum phyſicum conſtans ex materia, & forma; cum hac ſit

Vnica concluſio. Cælum eſt compoſitum phyſicum conſtans ex materia & forma. Eſt D. Thom. 1. de cæl. lect. 6. & 8. Phyſic. lect. 20. Capreol. in 2. diſtinct. 12. quæſt. 1. D. Bonauent. ibid. art. 2. & Ægid. & communis.

D. Thomas. Capreolus. D. Bonau. Ægidius.

Probatur primò: Ideo negatur materia in cælo, quia non apparet generatio, & corruptio, vel quia ſequeretur cælum eſſe corruptibile, neutrum obſtat, ergo. Maior eſt aduerſariorum. Minor quoad primam partem probatur: non eſt neceſſe vt dicamus duo eſſe diſtincta, vt videamus illa de facto ſeparari, ſed ſufficit ſi in aliquo proportionali id appareat. Patet, quia ſic poſſemus dicere quantitatem in cælo non diſtingui realiter ab illo, nec lumen à ſole, nec nigredinem à coruo, quia nec à coruo nigredinem, nec à cælo quantitatem, nec lumen à ſole vnquam vidimus ſeparari, ergo neque in cælo requirenda eſt ſeparabilitas partium vt affirmetur compoſitio & materia.

Confirmatur: Ideo ponimus quantitatem in cælo diſtinctam à ſubſtantia cæli, quia nulla eſt implicantia, & videmus in aliis diſtingui: ſed nulla eſt implicantia cur in cælo non ponatur materia, & videmus in aliis corporibus eſſe, ergo danda eſt. Minor probatur, quia maxima implicantia eſſet, quia non videmus tranſmutabilitatem, & ſeparabilitatem; ſed hæc non eſt neceſſaria, vt vidimus, ergo cùm cælum conueniat cum omnibus corporibus, optimè inferimus conſtare ex materia.

Confirmatur ſecundò: Ad probandum aliquid eſſe materiale ſatis ſunt ſigna, & accidentia conſequentia neceſſariò materiam, ſed talia ſunt in cælo, ergo; in cælo enim eſt raritas, & denſitas, quia ſequuntur materiam, ſicut per illam definiuntur, denſum enim eſt quod ſub parua quantitate multum habet materiæ &c.

Reſpondet Iandunus denſitatem, & raritatem in cælo non definiri per materiam, ſed

denſum dicitur illud, quod impedit viſum.

Iandunus refellitur. Contrà: Id eſt definite opacum, & diaphanum, ergo denſum eſt quod habet multum materiæ.

Confirmatur tertiò: In cælo eſt quantitas. Modò ſic: Quantitas eſt accidens materiale fluens à materia, ſed in cælo eſt quantitas, ergo & materia. Maior probatur, quia materiale dicitur quod eſt à materia. Præterea quantitas debet habere aliquod principium à quo fluat immediatè, & ſit adæquata cauſa illius; iſtud autem nequit eſſe niſi à materia.

Dices quantitatem prouenire à corpore cæleſti abſtrahente ab eſſe materiali.

B Contrà: Ergo quantitas vt ſic non erit accidens materiale, ergo ex vi quantitatis vna pars cæli poteſt aliam penetrare, impenetrabilitas enim ſequitur tantùm quantitatem materialem. Probatur, quia ideò philoſophi aiunt animam rationalem eſſe ſpiritualem non materialem, quia eſt tota in toto, & tota in qualibet parte; ſi pars parti reſponderet ſtatim dicerent eſſe materialem, ergo ſi quantitas cæli petit eſſe pars in parte, debet dici materialis.

Secundò probatur concluſio: Cælum habet principium motus, & quietis, ergo habet naturam, quia natura eſt principium motus, & quietis, ſed omnis natura eſt materia, & forma, ergo in cælo eſt materia, & forma. Minor patet ex 2. Phyſic. C

Reſpondebis: In cælo eſt forma quæ ſufficit vt ſit principium motus.

Contrà: Motus naturalis eſt à forma, & materia, ergo.

Item, Angelus non eſt natura licèt ſit principium motus, quia eius mutationes non ſunt à principio exiſtente in ipſo, & intrinſeco componente; ergo ſi cælum eſt natura, & ſubiectum motus naturalis, debet dari in eo principium componens, ergo & materia, nedum forma.

Tertiò: Cælum eſt ſpecies obiecti phyſici, eſt enim corpus naturale, ergo habet principia D phyſica, ſubiectum enim conſtat ex ſuis principiis, & paſſionibus.

Confirmatur, quia Ariſtot. definiens principia rerum naturalium vniuerſaliſſimè, eſſe ait quæ non ſunt ex aliis, ſed ex his omnia fiunt, ergo etiam cælum debet conſtare ex materia, & forma.

Reſpondebis, Ariſtot. ibi definiſſe principia corporis generabilis, non cælorum.

Contrà: Ariſtot. agit de ſcientia phyſica, quæ includit cælum, ergo dum definit principia phyſica definit principia cæli.

Quartò: Datur in rerum natura vnio materiæ cum forma corruptibili, & ſeparabili: datur vnio cum forma ſeparabili, & incorruptibili, vt anima: ergo congruum eſt dari in materia vnionem cum forma inſeparabili & incorruptibili, qualis eſt forma cæli. E

Ariſtoteles. Denique probatur ex Ariſtot. ***Omnis ſubſtantia ſenſibilis habet materiam***, 8. Metaph. tex 3. Cælum eſt ſubſtantia ſenſibilis, ergo. Addit autem ne ſupereſſet dubitatio, de qua materia loqueretur, (datur enim triplex materia, alia quæ dicitur quantitas, quæ eſt materia, & ſubiectum immediatum accidentium; Alia, quæ eſt ſubiectum motus localis, qualis eſſet ipſum cælum, ſi eſſet ens omnino ſimplex:

A Alia, quæ eſt potentia ſubſtantialis ad actum ſubſtantialem) ***Materiam autem dico, quæ non quod ſit actu, ſed potentia eſt.*** Præterea 1. Phyſic. 65. ***Naturalis ſubſtantia fit ex ſubiecto & forma.*** 12. Metaph. tex. 14. tres ſit eſſe ſubſtantias, ***materiam, formam, & compoſitum.*** 7. Metaph. 8. ***Sublata materia tollitur quantitas,*** in cælo eſt quantitas, ergo & materia.

Ad primum: Eſto Deus poſſit facere illam ſubſtantiam; ſi tamen nos videremur illam extenſam, & habere qualitates, & omnia accidentia inferiorum, probabiliùs inferremus eſſe compoſitam ex materia, quàm eſſe ſimplicem, quia talis ſubſtantiæ omnino ſimplicis non haB bemus in aliis euidens indicium, ex quibus id poſſemus conicere; idem dicimus de cælo, quòd licèt in ſe eſſet ſimplex, rationabiliùs inferimus eſſe compoſitum ob rationes allatas.

Reſpondetur ſecundò. Probabilius eſt Deum non poſſe facere hanc ſubſtantiam completam, cui ſit connaturale coextendi, & habere quantitatem ex ſua natura ſibi annexam, & tamen carentem materia. quia quantitas eſt paſſio adæquata conueniens enti materiali, neque in Deo ponimus imperfectionem, dum illa implicat.

Ad primam confirmationem: Certum eſt nos veniſſe in cognitionem materiæ ex generatione, & corruptione ſubſtantiarum, non tamen C eſt neceſſarium, vt in omnibus videamus hanc generationem, & mutationem, ſed ſufficit ſi argumentemur proportionaliter. Præterea licèt tranſmutatio fuerit occaſio inueniendi materiam, ea tamen adinuenta agnouimus materiam requiri nedum ob mutationes, ſed propter alia, vt videlicet ſit ſubiectum ſubſtantiale actus ſubſtantialis, & materialis. quia ſi actus non eſſet in materia, eſſet per ſe ſubſiſtens, & immaterialis: Et etiam datur materia vt ſit ſubiectum quantitatis, raritatis, & aliorum accidentium, quæ non conueniunt ſublunaribus niſi ratione materiæ; ſic locum agnouimus ex translatione, & motu, eo tamen adinuento dicimus etiam eſſe in D loco quæ nunquam mouentur, vt terra.

Ad ſecundam confirmationem: Natura non expetit quamlibet vnitatem, & identitatem, ſed tantùm poſſibilem, & proportionatam; neque enim ſimplicitas eſt in omnibus expetibilis, & in aliquibus eſt imperfectio; ſi enim homo eſſet ſimplex omnino omni carens accidenti, eſſet imperfectiſſimus: neceſſitas ergo compoſitionis in cælo eſt vt detur cælo debita perfectio, & ſit rarum, denſum, quantum &c. quæ habere non poſſet abſque materia. Ad probationem minoris, concedo eumdem calorem poſſe prodire à diuerſis principiis, eſt enim accidens commune, nego tamen eamdem proprietatem, E qualis eſt quantitas, poſſe à diuerſis principiis dimanare, ſed neceſſariò petit adæquatum principium, quod eſt materia. *Natura quam vnitatem expetat.*

Ad tertiam confirmationem, huiuſmodi congruentias eſſe falſas, cùm membrum aliquod repugnat, ſicut in re noſtra.

Obiectio 1. *Obicies primò:* Ariſt. 12. Metaph. 30. probat intelligentias carere materia, quia æternæ, ſed cælum eſt æternum, ergo.

Reſpondetur: Non colligitur carentia materiæ ſimpliciter ex æternitate intelligentiarum, ſed quia ſunt cælorum motrices, quæ cùm debeant mouere æterno tempore, ſi eſſent materiales indigerent ſpiritibus, qui conſume-

rentur, & deficerent in motiooe, non ſic in cælo. A

DISPVTATIO II.

De materia cæli.

Sectio Prima.

An cælum habeat materiam, quæ ſit eiuſdem rationis cum materia ſublunari.

QVæstio ſatis celebris, habétque ex vtraque parte auctores ſuos.

D. Thomas. Caietanus. Riccardus. Ferrarienſis. Herueus. Pererius. Suarez. Fonſeca.

Prima ſententia eſt D. Thom. 1. part. quæſt. 63. att. 2. Caiet. ibid. Riccard. in 2. diſtinct. 12. quæſt. 8. Ferrar. 3. contra Gen. cap. 20. Heru. Tract. de Mater. Cæl. Perer. lib. 5. cap. 10. Suarez diſput. 13. Fonſ. 5. Metaph. cap. 8. quæſt. 2. Conimb. & communiter receotiorum. Volunt hi materiam cæli eſſe omnino diuerſæ rationis ac ſublunarium.

Præcipua ratio eſt: Omnis corruptibilitas io ſublunaribus prouenit ratione materiæ eſſentialiter appetentis omnes ſotmas in ſenſu diuiſo, quas cùm omnes ſimul non poſſit habere, inclinat per accidens ad corruptionem illius formæ, quam habet vt ab alia informetur; ſed in cælo nulla eſt corruptibilitas, ergo cæli materia non dicit huiuſmodi propenſiooem ad plures formas, ergo illa materia eſt alterius ratioois ab iſta ſublunari.

Confirmatur: Si materia cæli eſſet eiuſdem rationis cum materia inferiorum, eſſet in potentia ad formas inferiorum, & haberet priuationem illarum, ergo poſſet amittere formam cæli, & accipere iſtas inferiores, & cælum eſſet corruptibile, cælum verò eſt æternum, & perpetuum.

Confirmatur ſecundò: Si materia cæli habet potentiam, & inclinationem ad formas inferiores, ne potentia hæc paſſiua ſit fruſtra, deberet eſſe aliqua potentia naturalis actiua, quæ poſſet introducere has formas, quia omni potentiæ paſſiuæ oaturali debet correſpondere aliqua actiua naturalis, ſed non reperitur potentia aliqua naturalis, quæ poſſit cælum ſuperare in agendo, ergo materia cæli hanc inclinationem non habet.

Confirmatur tertiò: Si materia aëris eſſet eiuſdem rationis cum materia cæli, ergo ex aëre poſſet generari cælum, & cælum eſſet generabile, & corruptibile. Conſequentia probatur: nil aliud requiritur, vt aliquid ſit ſimpliciter generabile, quàm vt ſit potentia naturalis ad formam.

Confirmatur quartò: Niſi ponatur materia inferiorum diuerſæ rationis, nequit aſſignari ratio, cur ſol non poſſit producere ſolem, ſi enim io ſublunaribus materia eſt capax formæ ſolis, ergo in ſole erit poteotia productiua eiuſdem formæ, ergo oe id cogamur aſſerere, dicendum potiùs materiam ſubluoarium eſſe diuerſæ rationis.

Ariſtoteles. Secundò argumentantur auctoritate Ariſtot. 8. Metaph. 12. & 12. Metaph. 10. *Cælum non habet materiam niſi ad vbi.* 8. Metaph. 4. *Non eſſe neceſſarium omnia, quæ mouentur localiter habere materiam ſubſtantialem.* & 14. *Ea quæ non ſunt ad innicem tranſmutabilia, non habent eamdem materiam.* Idem ait 1. de Generat. cap. 6. tex. 52. 9. Metaph. 17. *In æternis non eſſe potentiam contradictionis.* 1. Cæl. 20. *Ea, quæ habent materiam, habent contraria.* Idem 4. Phyſic 84. & 2. de Generat. 6. Denique 10. Metaph. cap. vltimo ait *corruptibile, & incorruptibile differre pluſquam ſpecie*, id eſt genere; nequit autem intelligi niſi genus phyſicum, id eſt materia.

B *Poſterior ſententia* eſt D. Bonauent. in 2. diſtinct. 12. quæſt. 1. Ægid. 8. Metaph. quæſt. 2. & 3. & in 2. diſtinct. 14. Molin. de operibus ſex dierum. Acerrimè tuetur noſter Areſius, vt refert Maſſeius, hanc ſenteotiam priori oppoſitam. D. Bonau. Ægidius. Molina. Areſius.

Probat Ægidius hanc ſententiam ſic: Implicat dari duas materias primas, quia in vnoquoque genere vnom eſt primum, ergo vna materia cæleſtium, ac ſublunarium.

Præterea, vnus numero eſt actus purus, Deus videlicet, ergo voa tantùm pura potentia.

C Item, Materia cæli nequit differre à ſublunari, ergo eiuſdem rationis. Anteced. patet, quia actus eſt, qui diſtinguit; materia verò eſt pura potentia. Ita Ægid.

Sed non rectè. *Ad primum*: Antecedens verum in caoſa finali, & efficienti, non in genere cauſæ materialis, ſed ſufficit ſi in vno, & eodem compoſito non ſit duplex materia. Ægidius impugnatur

Ad ſecundum: Ideò tantùm vnus eſt actus purus, quia eſt omnino perfectus, & infinitus ſimpliciter; ſimpliciter autem infioito repugnat multiplicatio, materia verò neque infinitè imperfecta, hinc illi non repugnat multiplicatio.

Ad tertium: Licèt materia ſit pura potentia, habet tamen ſuum genus, & ſuam differentiam, & actum metaphyſicum, quo materia ſublunaris poſſet contradiſtingui à cæleſti. D

Probat ooſter Areſius ſic: Materia ſublunaris habet potentiam ad formam cæli, ergo non differt à materia cæli. Aoteeedens probatur: Magis differt forma auri ab anima rationali, quàm forma auri à forma cæli, habet materia potentiam ad animam rationalem, ergo etiam habet potentiam ad formam cæli.

Confirmatur primò: Cur ſublunaris materia non poteſt recipere formam cæleſtem? vel ob perfectionem illius, & non, quia anima rationalis eſt perfectior, & tamen ab illa recipitur: vel ob imperfectionem, & neque, quia recipit formas elementorum, quæ ſunt imperfectiores: vel quia forma cæli diſtinguitur ſpecie à formis ſublunaribus, ſed neque, quia etiam ſubluoares inter ſe ſpecie differont. E

Confirmatur ſecuodò: Modus vnionis formæ auri cum modo vnioois formæ cæli minùs differunt, quàm modus vnioois formæ auri, & modus vnionis formæ ſpiritualis.

Confirmatur tertiò: Materia ſublunaris eſt indifferens ad vtrumque modum vnionis, ergo poterit recipere formam cæli inſeparabiliter informantem. Antecedens probatur, quia materia ſublunaris ſe habet non repugnantem ad vnionem inſeparabilem, materia enim ooo

dicitur cauſa corruptionis per ſe dum appetit [A] hanc vel illam formam, ergo ſe habet non repugnanter ad vnionem inſeparabilem.

Confirmatur quartò: In reſurrectione materia ſublunaris inſeparabiliter vnietur animæ rationali, ergo materia ſublunaris eſt indifferens ad formam ſeparabilem, & inſeparabilem.

Confirmatur quintò: Materia ſublunaris ex natura rei appetit quædam accidentia inſeparabiliter, vt quantitatem, quædam ſeparabiliter vt qualitates, ergo.

Confirmatur ſextò: Materia ſublunaris non habet aliquod poſitiuum impediens vnionem cum forma cæleſti, quia totum quod eſt in materia eſt potentia receptiua: Rurſus, materiæ [B] nihil deeſt, immo ſi aliquid deeſſet, neque obſtaret, quia quo magis materia eſt denudata, eò eius potentia eſt vniuerſalior.

Confirmatur ſeptimò: Materia ſublunaris poteſt habere accidentia cæleſtia, ergo etiam formam cæli. Antecedens patet, quia habet quantitatem, & raritatem. Conſequentia probatur, quia huiuſmodi accidentia vel diſponunt ad ipſam formam, vel ab illa fluunt.

Confirmatur octauò: Vel materia cæli requirit diſpoſitiones accidentales vt vniatur formæ, vel non: ſi non requirit, ergo non eſt forma nobiliſſima; nobiliſſima enim forma requirit in materia diſpoſitiones, vt patet in anima [C] rationali: Si requirit, ergo materia cæli habet potentiam ad alias formas. Conſequentia probatur, quia diſpoſitiones ideò ponuntur vt materia indifferens determinetur, ergo ſi materia cæli requirit diſpoſitiones, erit indifferens, & dicet potentiam ad alias formas. Ita Areſius, & quidem ſatis doctè.

Maſſius.

Conatur has rationes diſſoluere Maſſeius noſter, atque ait formas cælorum, & formas ſublunarium differre inter ſe nedum materialiter, ſed etiam formaliter; formas verò ſublunares differre tantùm materialiter, formaliter tamen conuenire, hoc eſt quia formæ cæli, & ſublunares nedum differunt, quia ſunt actus di- [D] uerſi ſpecie, ſed etiam quia formæ ſublunares informant ſeparabiliter; formæ verò cælorum inſeparabiliter. Hinc ait, formam auri magis differre à forma cæli, quàm ab anima formaliter, quoad modum videlicet informandi, licèt materialiter magis differat forma auri ab anima rationali quàm à forma cæli, cùm hæc ſit materialis, illa ſpiritualis: Sic etiam modum vnionis inter materiam, & formam cæleſtem differre formaliter à modo vnionis inter formam, & materiam ſublunarem, quia ille vnit inſeparabiliter, hic ſeparabiliter. Et ex his ad allatas difficultates.

Sed quàm rectè non video. Aſſumit enim [E] quod probandum eſt, & controuerſum. Si enim inſtes, quare materia ſublunaris non eſt capax formæ cæleſtis? ait, quia forma cæli informat inſeparabiliter: Quare forma cæli informat inſeparabiliter? quia materia cæli non eſt capax alterius formæ. Rurſus, quare materia cæli non eſt capax alterius formæ ſublunaris? ait, quia forma cæli differt ſpecie à ſublunaribus nedum materialiter, ſed etiam formaliter, dum forma cæli inſeparabiliter informat. Pulcherrimus ſanè circulus. Pro noſtra ſententia

Notandum primò: Ideo aduerſarij volunt materiam cæli ſpecie diuerſam, quia cælum eſt incorruptibile, inferiora corruptibilia. Ad hoc autem non requiritur materia diuerſa ſpecie; Duplex enim excogitari poteſt incorruptibilitas in rebus; Alia quæ ſit ab intrinſeco, & eſt cùm omnis corruptibilitas illi rei eſſentialiter repugnaret; Alia ab extrinſeco, cùm aliquid tantùm eſt incorruptibile, quia de facto non datur agens naturale potens illud corrumpere, non quia ab intrinſeco ſit incorruptibile. Hîc ergo ſita eſt difficultas, quænam incorruptibilitas requiratur in cælo; ſi enim cælo repugnat eſſentialiter corrumpi, ponenda eſt materia eſſentialiter diuerſa: ſi illi ſufficit incorruptibilitas ab extrinſeco, ſufficit materia eiuſdem rationis.

Non ideo in cælo materia diuerſa, quia incorruptibile.

Notandum ſecundò: Illa incorruptibilitas eſt conſtituenda in cælo, quæ ſufficit ad finem ad quem cælum creatum eſt, cùm enim ſit ordinatum ad bonum aliorum, eam naturam debet habere quam requirunt illa, ad quæ ordinatur; ſic quia elementa ordinantur ad mixta, eam facilitatem corrumpendi, & tranſmutandi debent habere, quæ ſufficit ad mixtionem, ita etiam illa cælo debet attribui incorruptibilitas, quæ ſit ſupra corruptibilitatem eorum, ad quæ ordinatur, & ſufficiat ad finem; alia enim incorruptibilitas eſt omnino ſuperflua.

Notandum tertiò, in cælo ſufficere incorruptibilitatem ab extrinſeco naturali, nec requiri incorruptibilitatem ab intrinſeco. Probatur, quia ad hoc vt cælum fouteat inferiora perpetuo ſuo motu, & lumine, & influxu; is enim eſt eius finis naturalis, nec alius apparet; ſufficit ſi nunquam de facto corrumpatur; ſi enim ſit alienum de facto à corruptione, ſemper præſtabit ſuum munus in iuuandis inferioribus; Cælum autem etiam ſi habeat materiam eiuſdem ſpeciei cum inferioribus, nunquam de facto corrumpetur, ſi in eo ponatur virtus aliqua reſiſtitiua cuicunque agenti inferiori; Non enim poteſt introduci noua forma niſi agens ſuperet virtutem, & reſiſtentiam paſſi, ergo quotieſcunque virtus reſiſtitiua erit maior quàm actiua, etiam ſi materia ſit eiuſdem rationis, nunquam cælum corrumpetur. Ponere verò cælum cum hac virtute naturali reſiſtitiua conuenientius eſt, quàm ponere materiam diuerſæ rationis. Quod ſic

Sufficit in cælo incorruptibilitas ab extrinſeco.

Probatur: Si enim omnes operationes animalis poſſunt ſaluari per vnam animam, non debemus concedere plures animas. Et ſi productio caloris poteſt ſaluari per principium accidentale, non eſt neceſſe concedere concurſum formæ ſubſtantialis. Et in rebus ſupernaturalibus, ſi effectus poteſt ſaluari per cauſas naturales, non ſtatim recurrendum ad miracula.

Eodem prorſus modo conuenientius eſt philoſophiæ naturali non multiplicare ſubſtantiales materias, vbi vna ſufficit forma ſubſtantialis cum ſuis accidentibus, & qualitatibus propriis, quibus reſiſtat cuicunque agenti. Neque hoc eſt diuinare, & voluntariè dictum, vt obiicit Suarez ſect. 9. num. 16. Quinimo ponere in cælo materias ſubſtantialiter diuerſas eſt magis diuinare, neque in cælo debemus fingere quodcunque, ſed id cum proportione ad inferiora, quandoquidē entia multiplicanda non ſunt abſque neceſſitate. Sit ergo cum ſecunda ſententia

Suarez.

Prima concluſio. Probabilius mihi videtur materiam cæli non eſſe diuerſæ rationis, & ſpeciei à materia inferiorum.

Pro-

Probatur: ideo materia cæli ponitur diuerſa à ſublunari, vt ſaluetur incorrupribilitas in cælo; ea autem optimè ſaluari poteſt cum materia eiuſdem ſpeciei, ergo ſic dicendum. Maior eſt aduerſariorum. Minor probatur, vt ſaluetur cæli incorruptibilitas, quæ cælo ſatis eſt, ſufficit ſi forma cæli ſit de facto inſeparabilis, poteſt autem eſſe de facto inſeparabilis, ſi ponatur forma cum talibus accidentibus, & qualitatibus, quibus poſſit reſiſtere cuicumque agenti inferiori, & nullum ſit de facto agens potens reſiſtentiam formæ cæli ſuperate, etiam ſi concedatur materia eiuſdem rationis, ergo. Patent omnia ex dictis.

Secunda concluſio. Multo magis erit eiuſdem rationis materia cælorum inter ſe: nec aliquo pacto tueri poteſt, quòd ſit diuerſæ rationis.

Probatur primò, ſi quot ſunt orbes tot eſſent materiæ, multiplicarentur entia abſque neceſſitate, ad quid enim tanta materiarum diuerſitas? Item, ſi materia cæli Lunæ differt ſpecie à materia cæli Mercurij, materia vnius ſtellæ differet ſpecie à materia alterius ſtellæ; quæ omnia videntur abſurda.

Secundò probatur: ideo per aduerſarios eſt diuerſa materia in cælo ab inferioribus, quia formæ inferiores habent alium modum informandi, ac cæleſtes, quia videlicet illæ informant ſeparabiliter, hæ inſeparabiliter, ſed ex eo quòd inferiores eodem modo ſeparabiliter informant, colligunt vnam materiam ſpecie, ergo dum cæleſtes omnes informant inſeparabiliter debet in illis colligi vna ſpecie materia.

Tertiò, vt diximus in Phyſic. ſi cælum martis diuidatur in quatuor partes, quarta pars materiæ cæli Martis eſt in potentia nedum ad quartam partem formæ, quam habet, ſed etiam ad primam partem formæ, quæ eſt in prima parte materiæ cæli. Patet, quia eſt priuata illa parte numerica, & ſi Deus inuerteret omnes quatuor partes formæ, fieret vnum per ſe cum qualibet parte materiæ. Præterea, ſequeretur quamlibet partem formæ habere diuerſam materiam, & ſic infinitæ eſſent ſpecies materiæ, ſicuti infinitæ particulæ formarum, quælibet ergo pars materiæ cæli eſt in potentia ad quamlibet partem formæ eiuſdem cæli. Modò ſic argumentor, quarta pars cæli eſt in potentia ad primam partem formæ cæli, ergo quarta pars cæli eſt corruptibilis; Conſequentia probatur, per aduerſarios ſufficit, vt aliquid ſit corruptibile ſi forma ſit ſeparabilis ex ſe, ſed illa pars formæ eſt ſeparabilis, ergo. Minor probatur, quia tunc forma dicitur ſeparabilis quando materia caret alia parte, & dicit potentiam ad eam, quam non habet.

Reſpondebis in cælo non eſſe has partes, ſed eſſe per aſſignationem.

Contrà, formæ materiales non ſunt totæ in toto, & totæ in qualibet parte, ſed pars in parte, ergo nullo intellectu cogitante, & ante omnem aſſignationem prima pars formæ non eſt in quarta parte materiæ, ergo nullo intellectu cogitante quarta pars materiæ eſt priuata prima parte formæ, & dicit inclinationem ad illam.

Quartò, poteſt Deus creare intra latitudinem materiæ ſpecificæ cæli Martis diuerſas materias numero, non enim apparet ratio cur implicet; ſi enim in inferioribus vna ſpecie materies poteſt habere plura indiuidua, cur non in

A cælo? tunc autem formæ illæ eductæ diuerſæ numero ex diuerſis numero materiis, ergo non repugnat materiæ cæleſti multiplicatio numerica.

Denique probatur vtraque concluſio, ideo materia cæli Lunæ differt ſpecie à materia inferiorum, & à materia aliorum orbium, quia materia cæli Lunæ coniungitur inſeparabiliter cum ſua forma, ſic etiam materia cæterorum cælorum; materia verò ſublunaris minimè, ſed hoc eſt falſum, ergo nullo modo inter ſe ſpecie differunt. Minor probatur ex dictis, quia materia cæli Lunæ poteſt recipere formam cæli Martis, cùm non ſint diuerſæ ſpeciei, & ſingulæ informent, vt fatentur aduerſarij, inſeparabiliter:
B ergo falſum eſt, quòd inſeparabiliter informent, & ſic neque à ſublunaribus differrent. Præterea, materia cæli Martis, quæ nunc eſt, poteſt recipere aliam formam numero diſtinctam, quam Deus poteſt facere, ergo non coniungitur cum ſua forma inſeparabiliter.

Maneat ergo materiam cælorum, & ſublunarium eſſe eiuſdem rationis. Ad rationes in contrarium patebit in ſequenti.

Sectio II.

C
Satisfit rationibus aduerſariorum, & Ariſtoteles explicatur.

PRÆTER ea, quæ alibi dicemus. *Ad primam* rationem reſpondetur, omnis corruptibilitas de facto prouenit ex parte materiæ, nego; prouenit enim etiam ex forma, cùm non habet tantam vim reſiſtitiuam; cæli verò cùm hac vi maximè polleant, ideo incorruptibiles.

Corruptibilitas prouenit nedum ex materia, ſed ex forma.

Ad primam confirmationem, Molina negat cælum eſſe corruptibile; ratio eius eſt, quia vt aliquid ſit corruptibile, requiritur vt habeat qualitates oppoſitas qualitatibus iis, quibus forma ſubſequens introducitur, in cælo autem non
D ſunt qualitates oppoſitæ qualitatibus inferiorũ.

Non placet; non enim requiritur qualitas contraria, vt aliquid dicatur corruptibile, quia materia non eſt ſuſceptiua formæ per contrarias qualitates, ſed ratione potentiæ, quam habet; dicit autem hanc potentiam, quia eſt priuata formis inferioribus. Præterea, vt alibi docuimus, non ad omnem corruptionem requiritur contrarium poſitiuum, cùm multa eo careant, compoſitum enim luminoſum vt ſic eſt corruptibile, quia dicit potentiam ad abiiciendum lumen, lumen autem non habet contrarium.

Molina refellitur.

Reſpondetur ergo concedendo antecedens,
E ſi ſenſus ſit de potentia remota, vt infrà latiùs. Sic etiam concedo remotè cælum corruptibile, non ſimpliciter. Cùm cælum dicitur æternum, & perpetuum ab Ariſt. & aliis, intelligendum eſt reſpectu agentium creatorum, quæ de facto ſunt in potentia proxima, ab iis enim corrumpi non poteſt, & ob id dicitur ſimpliciter incorruptibile, vt dicemus.

Ad ſecundam reſpondet Molina, omni potentiæ paſſiuæ naturali debet correſpondere potentia actiua ſecundùm omnes actus tum primarios, tum ſecundarios, nego; concedo verò ſecundùm actus vel primarios, vel ſecundarios, difficilis & obſcura ſatis reſponſio. Qui

Molina.

velit eumdem conſulat in opere ſex dier. diſp. 5. ad 2.

Reſpondent alij, omni potentiæ paſſiuæ debet ſecundùm ſe ſpectatæ correſpondere actiua, etiam ſecundùm ſe, & ſimpliciter ſpectata, conceditur; potentiæ verò paſſiuæ non ſpectatæ ſecundùm ſe, ſed ſecundùm quamlibet partem entitatiuam debet correſpondere potentia actiua: & negatur, non enim neceſſe eſt vt quælibet pars entitatiua materiæ poſſit pati à quolibet naturaliter; ſic materia v. g. quæ eſt in centro terræ, non poteſt naturaliter pati ab igne, ſed ſatis eſt ſi poſſit pati ea materia, quæ eſt ſub aëre igni contiguo. Item materia cæli ſecundùm ſe ſpectata habet potentiam actiuam ſibi correſpondentem potentem producere formas inferiorum non in ſua entitate numerica, ſed in potentia eſſentialiter eadem, quæ identificatur cum alia parte materiæ ignis v. g. vel aëris. Volunt ergo non eſſe neceſſe, vt omnis pars materiæ poſſit reduci ad omnem actum materiæ ſecundùm ſe.

Sed neque hæc reſponſio ſatisfacit; poſſet enim adhuc inſtari, quælibet pars materiæ habet priuationem formarum inferiorum, & eſt naturalis potentia paſſiua, ergo debet reſpectu huius potentiæ paſſiuæ dari actiua naturalis.

Potentiæ paſſiuæ quænam actiua correſpondere debeat.

Reſpondetur ergo, potentiæ paſſiuæ debet correſpondere potentia actiua eiuſdem generis, & ordinis cuius eſt potentia paſſiua, vt ſi potentia paſſiua ſit potentia remota, ſufficit ſi illi correſpondeat potentia actiua remota, & potentiæ paſſiuæ proximæ reſpondeat proxima actiua, & ſic tranſeat ſequela maioris. Modò potentia in cælo ad formas inferiores eſt potentia remota cui reſpondet actiua remota; agentia enim naturalia habent principium remotum ad agendum in materiam cæli, proximè autem impediuntur à reſiſtentia formæ cæli.

Cælum ingenerabile, & quo ſenſu.

Ad tertiam, concedo poſſe ex aëre generari cælum, nego tamen cælum eſſe generabile, vt ſumit Ariſt. generabile, & corruptibile, quod eſt poſſe fieri vi agentium naturalium, quæ nunc ſunt; cælum verò poteſt fieri ex aëre, ab eo qui poteſt facere formas cæli, hic autem eſt ſolus Deus, qui reſpectu cæli vocatur agens naturale, & hanc potentiam naturalem dicimus correſpondere potentiæ paſſiuæ; neque enim concedere debemus cælum, aut ſolem debere gignere ſibi ſimilia, licèt ſint entia finita, & effectus non ſuperent eorum perfectionem, quia etiam intelligentiæ ſunt entia finita, & effectus non ſuperaret ipſarum perfectionem, non poſſunt ergo cælum, & intelligentiæ generare ſibi ſimile, quia productio eſt ordinata ad conſeruationem rerum, quæ ſunt caducæ, & cùm cælum non ſit proximè corruptibile non debetur illi virtus procreandi ſimile.

Ad Ariſtot. loca dico ea non minus aduerſari noſtræ ſententiæ quàm oppoſitæ, & ipſi debent etiam eadem explicare, qui volunt cælum habere materiam, ſed diuerſæ rationis, dum enim Ariſtot. ait in cælo non eſſe materiam, & non eſſe neceſſe quæ localiter mouentur habere materiam ſubſtantialem, eſt etiam contra ipſos. Ad omnia ergo Ariſtot. loca reſpondetur, vnica tantùm diſtinctione, ac ſuppoſito quod alibi diximus idem eſſe materiam, & ſubſtantialem potentiam, & in ſententia Ariſtot. idem eſſe dicere materiam primam, ac potentiam ſubſtantialem. Potentiam verò eſſe duplicem, aliam proximam, aliam remotam, ſicut etiam materiam; remota enim eſt principium ſubſtantiale conſtituens compoſitum, proxima quæ inſuper connotat agens potens inducere per paucas tranſmutationes ſuas qualitates, diſpoſitiones, & formam ſibi ſimilẽ: Item potentiam remotam non appellari ſimpliciter potentiam, ſed cum addito nempe remotam: Proximam verò ſine vllo addito, & poſſe dici ſimpliciter potentiam, vt docet Ariſtot. 8. Metaph. tex. 12. *Cùm quæritur cauſa* (inquit) *proxima aſſignanda eſt; materia enim hominis non dicitur ignis, vel aqua, ſed ſemen, & menſtruum, neque enim terra dicitur homo in potentia, ſed ſemen, quia nomen potentiæ ſimpliciter debetur potentiæ proximæ.* His ſic conſtitutis.

Ariſtoteles.

Ad Ariſtot. dico, cùm ait in cælo non eſſe materiam niſi ad vbi, & ad quale, non intelligit quòd cælum non habeat materiam eamdem ſecundùm ſe, quam habent inferiora, remotam videlicet: ſed quia cælum non habet materiam proximam. Ac ſic vbicunque negat Ariſtot. in cælo materiam, ſemper proximam non remotam negat.

Fonſeca. *Suarez.*

Corruptibile, & incorruptibile differunt genere metaphyſico ſubalterno.

Ad id verò dum ait corruptibile, & incorruptibile differre genere, licèt Fonſeca & Suarez intelligant genus phyſicum, materiam videlicet, dicerem tamen intelligendum eſſe potiùs genus metaphyſicum, non ſummum, ſed ſubalternum, eſſentiam videlicet ſpecificam; Agit enim eo loco Ariſtot. contra Platonem ponentem ideas eiuſdem rationis cum inferioribus, & inferiora corruptibilia, ideas verò incorruptibiles; dicit ergo Ariſtot. corruptibile, & incorruptibile ſunt differentiæ eſſentiales conſtituentes intrinſecam naturam ſpecie diuerſam, aliòquin vnum, & idem eſſet corruptibile, & incorruptibile, quare ſi ideę ſint incorruptibiles, & inferiora corruptibilia, non poſſunt eſſe eiuſdẽ ſpeciei, & ideæ hominis, & homo debent differre genere, animali videlicet, vel viuenti.

DISPVTATIO TERTIA.

De forma cæli.

SECTIO PRIMA.

An cælum ſit animatum.

Plutarchus. *Plinius.* *Simplicius.* *Io. Gram.* *Auicenna.* *Alexander.*

MVLTIPLEX de hac re ſententia apud veteres. Alij volebant cælum animatum anima vegetatiua, eámque nutriri ex terræ exhalationibus, ſic Stoici, vt refert Plutarc. 2. de placit. cap. 17. tribuitur etiam Plin. qui hoc colligit ex cadentibus aſtris, veluti ex abundantia humoris attracti. Alij volunt illud animatum anima ſenſitiua, ac viſu, ac auditu pollere. Ita Simpl. 2. de Cæl. com. 3. & 5. Io. Grammat. 3. de Anima. 59. Videtur etiam Auicen. in ſua Metaph. tract. 9. cap. 2. qui in cælo tantùm poſuit phantaſiam, negauit ſenſus reliquos. Alij inſuper volunt eſſe, animatum anima intellectiua. Ita Alex. com. 2. de Cæl. ſed

hæc ſententia adhuc ſubdiuiditur; quidam enim volunt cælum habere animam intellectiuam informantem, diſtinctam ab intelligentia, à qua mouetur. Ita Simpl. Philop. Cremon. Quidam verò, vt intelligentia ipſa ſit forma informans cælom. Ita Achil. lib. 3. de orb. Pompon. lib. de immortalit. Animæ, Balduin. tribuitur etiam Auer. & Ariſtot. ſed vtraque ſententia eſt parum tuta in fide, numeratúrque à D. Hieron. cap. 1. in Iſa. & 45. inter Origenis errores. Sit

Simplicius. Cremon. Pompon. Balduinus. Achillinus. D. Hieron.

Prima concluſio. Cælum non eſt animatum anima vegetatiua.

Probatur primò: quod eſt vegetans debet nutriri, quod nutritor debet eſſe organicum: neutrum in cælo. Patet, vel enim nutritur alimento deſumpto ex ſublunaribus, & non, quia ſublunaria omnia non ſufficerent corpori tam immenſo: Vel alimento deſumpto extra cælum, at quæ paſſiua in ſpatiis imaginariis?

Confirmatur: Vel hoc alimentum eſt corruptibile, & ſic cælum ipſum etiam erit de facto corruptibile. Vel alimentum erit incorruptibile, at quomodo conuertetur in ſubſtantiam aliti?

Secunda concluſio. Sed neque animatum anima ſenſitiua.

Probatur: Nequit animari aliquid anima ſenſitiua, niſi ſit vegetans, cælum non eſt vegetans, ergo maior eſt Ariſtot. 3. de anima. 60.

Secundò, ſenſus in cælo nec requiritur ratione intelligentiæ motricis, ea enim eſt abſtracta à cælo, nec ratione eiuſdem cæli vt poſſit moueri; ad id enim non eget cognitione, & ſenſu vt ſciat quomodo influendum; agit enim naturaliter per proprias qualitates, vt ignis, & aqua.

Tertia concluſio. Nec habet animam intellectiuam ab intelligentia diſtinctam. Primò, quia ſuperflua eſſet intelligentia. Secundò, quia deberet eſſe organicum, organicum autem neceſſariò mixtum, cælum verò omnino ſimplex. Tertiò, quia anima eſſet ſimilis noſtræ, atque adeò indigeret ſpeciebus, phantaſmatibus &c. at in cælo nullæ ſpecies ſenſus, aut phantaſmata.

Obiectio 1. *Obiicies primo* contra primam concluſionem, ex Ariſt. 2. Phyſic. 25. qui Democritum irridens ait, *Ridiculum eſt, quod dicit Democritus animalia, & plantas eſſe ex determinatis cauſis, cælum autem, quod eſt quid diuinius, caſu.* Cælum ergo eſt animalibus diuinius, ergo animatum, & intelligens.

Reſpondetur, cælum dici diuinius animalibus non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid quoad ornatum videlicet, pulcritudinem, lucem, molem &c. quæ omnia repugnant vt ſint à caſu.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò:* Ideò cælum inanimatum, quia inorganicum, at hoc eſt falſum, ergo. Minor probatur, omne quod habet determinatam figuram, & peculiarem, eſt corpus organicum, ſic cælum ergo. Ita Ariſtot. 2. de Partib. cap. 1. *Ideò enim cor dicitur animatum, & organicum, quia habet propriam figuram.*

Reſpondetur, cor non eſſe corpus organicum, ſed membrum organicum, dum habet propriam figuram, & determinata requiſita ad eius munia, idque tantùm intendit Ariſtot. ibi: Differt autem corpus organicum, & membrum organicum, quia ad hoc non requiruntur partes heterogeneæ, ad illud maximè.

Cor non poteſt dici corpus organicum.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò:* Ariſt. 2. de Anim. tex. 1. ait *Facultas intellectiua eſt coniuncta cum vegetatiua in mortalibus, non in æternis.*

Reſpondet Piccolomineus Ariſtotelem non loqui de anima informante, ſed aſſiſtente. *Piccolomin.*

Reſpondet Maffeius ex Toleto, Ariſtotelem ibi non loqui ex propria ſententia. Commune effugium. *Maffeius.*

Dicerem, quòd ſi loquitur in propria ſententia, non id primus illius error, quandoquidem hæc ſententia illi attribuatur à D. Thom. 2. contra Gent. & ab aliis PP. ait D. Bonauent. in 2. diſtinct. 14. & ipſemet indicat 2. de Cæl. cælum videlicet eſſe animatum anima intellectiua, carere tamen vegetatiua, & ſenſitiua. *D. Thomas. D. Bonau.*

Obiicies quartò: Ex Simpl. cæli ſe tangunt, ergo habent tactum, ergo & ſenſum. Præterea perfectius eſt ſentire, quàm non ſentire, ergo. Item cælum gubernat hæc inferiora, & ſingularia, ergo debet habere ſenſus, quibus ſingularia percipiat, & cognoſcat. Item 2. de Cæl. tex. 13. ait Ariſtoteles aſtra agere vt animalia, & plantæ. Obiectio 4.

Reſpondetur, cælos ſe tangere, ſed non tactu animaſtico. Deinde, licèt ſit perfectius ſentire quàm non, huiuſmodi tamen perfectio non debetur cælo, neque cælum eſt illa capax, quia inorganicum, & homogeneum: Neque in eo ponenda eſt cognitio, agit enim naturaliter, ſicut hæc inferiora per ſuas qualitates. Ariſtot. verò tunc dicit actiones aſtrorum non eſſe actiones animalium, ſed ſimiles.

Obiicies quintò: Effectus debet contineri eminenter, & nobiliori modo à ſua cauſa, formæ ſenſibiles ſunt effectus cælorum in his inferioribus, ergo cælum ſentiet. Obiectio 5.

Reſpondetur, diſtinguendo maiorem, & dicendo eam eſſe veram in cauſa principali, in cauſa verò inſtrumentali non ſic; cælum reſpectu formarum vegetabilium, & ſenſibilium eſt tantùm cauſa inſtrumentalis, cauſa verò principalis naturalis eſt Deus, vt vniuerſalis naturæ auctor, & prouiſor, cuius eſt ſupplere defectus cauſarum ſecundarum.

SECTIO II.

Quomodo intelligentia ſit forma cæli.

PRIMA *concluſio.* Si cælum ſumatur pro quolibet orbe, intelligentia non eſt forma informans cælum, ſed aſſiſtens tantùm.

Præcipua ratio, quia ex duobus entibus in actu nequit fieri vnum per ſe, ſed cælum, & intelligentiæ ſunt ſubſtantiæ completæ, ergo.

Secundò, vel intelligentia vnitur cælo propter eſſe, & non, quia ſufficit cælo aliqua forma materialis inanimata, vt poſſit exercere ſua munia: ſed neque propter operationem, quia intelligentia poteſt mouere cælum etiam ſi ſit ab eo abſtracta.

Tertiò, neque intelligentia informabit cælum ob ſui indigentiam, quia intellectio illius non pendet à ſenſibus: Item cælum eſt corpus ſimplex, ergo nequit intellectioni ſeruire.

Denique ex Ariſtot. ſi intelligentia informaret cælos, moueretur per accidens ad motum cæli, ſed ex Ariſt. non mouetur nec per ſe, nec per accidens, ergo. Maior patet in anima, quæ per accidens mouetur ad motum corporis.

A *Secunda concluſio.* Si cælum ſumatur pro aggregato ex intelligentia, & orbe, intelligentia poteſt dici anima cæli, & cælum animatum, ſed analogicè, & proportioonaliter, vt loquitur Auer. 2. de Cæl. com. 60. & 61.

Dicerem id vt ſaluentur pleræque Ariſtotelicæ propoſitiones, ne dum Ariſt. negamus delicatiores aures videamur offeodere.

SECTIO III.

An cælorum omnium formæ ſint eiuſdem ſpeciei.

Auerroes. Durandus.

B AVER. 2. Cæl 4. Durand. in 2. diſtinct. 14. ſect. 2. & alij volunt cælos omnes eſſe eiuſdem ſpeciei.

Probant: Ideo cæli eſſeot diuerſæ ſpeciei maximè, quia habent diuerſas influentias, cæli autem non agunt niſi per lumeo, ergo eadem in omnibus formis.

D. Thomas. Capreolus. Albertus.

Præterea, tantùm quioque ponuntur corpora ſimplicia, cælum, & elementa, ergo cælorum formæ non differunt ſpecie inter ſe, aliter plura corpora ſimplicia. D. Thom. 2. Cæl. Capreol. io 2. diſtinct. 12. qoæſt. 1. Albert. 1and. volunt omoes orbes diſtingui ſpecie. Videtur hæc ſententia probabilior, quia
C quilibet orbis habet proptium, & diſtinctum motum, ad quem dicit naturalem inclinationem, & appetitum, & iotelligentiæ iuxta eorumdem inclinationem mouent. Item intelligentiæ diſtinguuntur ſpecie, ergo & cæli. Item multiplicatio indiuiduorum tantùm neceſſaria in rebus caducis. Denique probabile eſt habere diuerſas influentias, & peculiares qualitates, quæ non niſi à forma ſpecie diuerſa.

An autem idem de ſtellis, & planetis dicendum ſit, vtromque incertum. Id ipſum dicerem ob influxuum diſcrimina.

De numero cælorum, dico pertinere ad Mathematicos: Aſtrologi denos numerant ex aſtrorum motibus: quidam vnicum eſſe volunt:
D Ægyptij quatuor: Alij tres: Theolpgi vodecim, addunt enim Empyteum.

An autem mundus vnam habeat formam. Dico eam eſſe quid per accidens reſultans ex diuerſarum partium cooſtitutione, ad inſtar artificialium. Omitto in hac re Auicenæ & aliorum ſenteotias à ſcholis iam pridem ablegatas.

PARS TERTIA.

De accidentibus cæli.

DISPVTATIO PRIMA.

Quæ accidentia ſint in cælo.

SECTIO PRIMA.

An in cælo quantitas, raritas, denſitas, grauitas, leuitas, perſpicuitas, opacitas.

VIDIMVS quæ ad cæli ſubſtantiam pertinent, ſupereſt vt eius affectiones, & accidentia expendamus; quænam ea ſint: An eiuſdem rationis cum inferioribus, ac præſertim de incorruptibilitate, de motu, & eius motore, de lumine,
C de influxibus, de poſitionibus.

Quoad primum ergo, difficultas eſſe poteſt de quantitate, de raritate, & denſitate, grauitate, & leuitate, de perſpicuitate, & opacitate, de duritie, & fluxibilitate, & figura. Ideo

Notandum, quantitatem eſſe rationem partium extra partes cum impenetrabilitate: Denſum quod multum habet materiæ ſub parua quantitate: Rarum econtrà paruom materiæ ſub magna quantitate: Graue quod mouetur ad medium: Leue quod mouetur à medio: Perſpicuum quod lumen recipit nedum in ſuperficie, ſed etiam in profuuditate: Opacum quod tantùm in ſoperficie: Durum quod materiam
D habet conſiſtentem, & ſolidam: Fluidum quod labilem, & mobilem.

Prima concluſio. In cælo eſt quantitas, denſitas, raritas.

Probatur: Eſt quantitas, habet enim partes localiter extenſas, & impenetrabiles: eſt denſitas, & raritas, quia ſi illa eſt magna materia in exigua quaotitate, ſi hæc parua io quantitate magna; in cælo eſt quantitas, & materia, ergo raritas, & denſitas. Præterea in cælo eſt maior, & minor conſtipatio partium iuxta aliquorum ſententiam, ergo.

Difficultas eſt, an cælum dicendum ſit ſimpliciter rarum, vel denſum.

E *Quidam aiunt* eſſe rarum, quia maximè perſpicoum, perſpicuitas enim ſequitur raritatem, hinc aër magis perſpicous quàm aqua, aqua gemmis: Alij verò aiunt cælum ſimpliciter eſſe denſum, quia denſitas oritur ex maiori partium vnione, & eſt perfectior quàm raritas, neque obeſt perſpicuitati, & tranſmiſſioni luminis, quia noo ſemper denſitas coniungitur cum opacitate, nubes enim rariores, opacæ tamen ob craſſitiem. Vtrumque probabile.

Dicerem verò cælum ſimpliciter eſſe denſum, aliud enim eſt, vt diximus, denſum, aliud craſſum: cælos denſos quidem, ſed non

A craſſos, ideo oec lumeo impediunt, & perſpicui ſunt.

Secunda concluſio. In cælo eſt perſpicuitas, & opacitas.

Primum patet ex tranſmiſſione luminis; Secundum in reflexione eiuſdem, quam videmus præcipuè in orbe lunæ, & euidenter colligitur in eclipſi ſolis dum inter nos, & illum interponitur lunæ orbis, qui ſi eſſet perſpicuus adhuc ſol lucem emitteret.

Petes primò, vnde oritur hæc perſpicuitas, & opacitas; oon ex denſitate hæc, neque illa ex raritate, quia ſic cælum totum eſſet opacum: neque in ſtellis opacitas eſt craſſities, in cælo enim nulla craſſities.

B Reſpondetur: Opacitatem neque ex denſitate, neque ex craſſitie oriri, ſed eſſe qualitatem quandam conſequentem formas lunæ, & ſtellarum.

Petes ſecundò: Lunæ maculæ vndenam oriuntur? Alij volunt illas in luna reperiri ob partes terreas, quas habet. Alij ob partes terreas, quæ in ea repræſentantur, tanquam in ſpeculo montes. Alij imprimi ex vaporibus aſcendentibus. Communiter verò, quia partes aliquæ denſiores, aliquæ rariores, dum aliquæ minus lucent, aliquæ maius. Forſitan rectiùs, quia aliquæ magis opacæ, aliquæ minùs.

Ariſtoteles. C *Tertia concluſio.* In cælo neque eſt grauitas, nec leuitas, Eſt Ariſtot. 1. Cæl. 17. eſt contra Platoοem, qui cælum volebat igneum, atque adeò leuiſſimum, & alios, qui volebant cælum eſſe grauiſſimum, ſuſtentari verò à mundi anima, quæ in vniοerſi medio illum agit, & perpetuò mooet, quæ mens ſi remoueretur, vniuerſum caderet non deorſum, ſed in chaos.

Probatur primò, quia graue, & leue ſunt paſſiones conſequentes primas qoalitates calorem, & frigus in cælo, neutrum ergò oeque graoe, oeque leue.

Confirmatur, quia leue eſt quod mouetur à medio, graue quod mouetur ad medium, vt diximus, cælum verò oullo iſtorum modorum, ſed circulariter.

D Secundò, graue & leue prærequiritur ad motus rectos: cælũ non mouetur motu recto, ergo.

Obiectio 1. *Obiicies primò:* Planetæ videntur magis ad nos accedere, interdum recedere, ergo moueotur à medio, & ad medium, atqoe adeo motu recto, ergo graues, vel leues. Aoreced. doceot Mathematici, qui dicunt Planetas in eodem ſitu cæli modò videri maiores, modò minores ob maiorem, vel minorem diſtantiam.

Planetæ non mouentur à medio, & ad medium

Reſp. Non omnis acceſſus, & receſſus in ſtellis fit à medio, & ad medium moueodo ſe motu recto, ſed id fit per motus eccentricos in epicichs, in quibus planetæ mouentur circulariter.

E Obiectio 2. *Obiicies ſecundò:* Cælum eſt denſum, ergo graue, grauitas enim ſequitur denſitatem.

Reſpondetur: Graoitas ſequitur denſitatem in ſublunaribus ratione primarum qualitatum, quæ perpetuò in ſublunaribus reperiuntur. Propriè enim grauitatis vel leuitatis otigo eſt à frigore vel calore; in cælo autem oec frigus nec calor.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò:* Quod alibi tetigimus ſi pars cæli abſcinderetur, grauitaret.

Reſpondet quidam, partem illam ſe moturam motu recto, ſed ſurſum noo propria leuitate, ſed pulſam ab aëre, & igne.

A Alij verò perpetuò ſe moturam, ſed circulariter. D. Th. 1. Cæl. 19. ait cæli partem nullum habituram motum, nec rectum, nec circularem, oec ſurſum oec deorſum. Ratio eſt, quia idem eſt locus partium, & totiùs, & ad eumdem locum mooentur: modò cælum non mouetur ad motum ſurſum, & deorſum, ergo oeque partes cæli, quod puto probabilius. Addo nec cæli partem ſe moturam circulariter, quia non habet principium aliquod intrinſecum actiuum alicuius motus, ſed tantùm cum ipſo cælo erit mobilis ab extrinſeco, in quo differet à ſublunaribus, in quibus eſt principium motus intrinſecum. D. Thomas.

B

Sectio II.

An ſoliditas in cælo motus, & rotunditas.

DOcet noſter Areſ. cælum immobile, ſed fluidum ad inſtar aëris, ſtellâſque cælo libere volitantes auibus ſimiles, vel piſcibus. Ita 1. de Generat. quæſt. 23. ſect. 7. Sit nihilominus cum communi ſententia. Arſinius.

Prima concluſio. Cælum eſt corpus ſolidom, mobile ſtellas cælo fixas, & ad illius motum moueri.

C Probatur primò, quia omnes ſtellæ, quæ nobis oriuntur aut occidunt, ſemper in æqoali diſtantia apparent, eumdémque ordinem perpetuò ſeruaut: ergo ſtellæ cælo fixæ, & ad eius motum tanqoam oodus in tabula mouentur: ſi enim per ſe ſtellæ mouerentur, non eſſent perpetuò in eadem diſtantia, & ordine.

Secundò. Stellæ quæ propinquiores ſunt polo conficiunt, & deſcribunt minorem circulom: qoæ remotiores à polo circulum maiorem, & ſtellæ omoes dum ſuum circulum deſcribuut ſemper ſunt in eadem propinquitate, & in eadem diſtantia inter ſe, &c.

D Confirmatur: Vtraque ratio in via lactea, in qua cùm ſit pæne ioſinita ſtellarum multitudo, niſi in vno eodem cælo tot ſtellæ contineantur, nequit fieri vt candor ille totus totum cælum circundans tam ordinatè, & eoſdem circuloa omnino conficiat.

Confirmatur ſecundò: In eadem via lactea ſunt aliquæ partes, quæ nullo modo lucent, & tamen eædem partes ſimul cum ſtellis in girum mouentur, ergo ſignum eſt, quòd cælum ſit, quod moueatur, & ſtellas in eo eſſe fixas.

E Tertiò probatur, quæuis ſtella ſiue errans ſiue fixa mouetur ſaltem duplici motu: mouetur ſimpliciter, & continuò ab oriente in occidentem, & ſecundùm quid ab occidente in orientem, vt Mathematici demonſtrant; ſed nequit corpus aliquod moueri duplici moto ab occidente in orientẽ, & ab oriente in occidentẽ, ita vt neuter motus alium interrumpat, niſi corpus quod mouetur moueatur tanquam ad vehiculum alterius, vt patet in naui, & in nauta; ſi enim ſtellæ noo eſſent fixæ in cælo, ſed liberè mouerentur, non poſſent moueri niſi vnico motu, & hæc ratio ſupra omnes mihi videtur efficaciſſima.

Obiicit noſter Areſios, multiplicia ſtellarum phænomena, & apparitiones nuperrimè factas, qualis fuit ſtellæ eiuſdam Pio quinto Pontifice Max. in Caſſiopeia. Obiectio 1.

Prærerea. Mars modò ſupra ſolem modò infra

Digitized by Google

perſpicirur, videntúrque ſtellulæ quædam circa Iouem aberrantes nouis illis conſpicillis nnper adinuentis: quæ quidem phænomena (vt ipſe ait,) nequeunt cum cæli ſoliditate conſiſtere.

Reſpondetur: Quid dicendnm de ſtella illa in Caſſiopeia infrà, cùm videbimus an cælum, & aſtra ſint generabilia & corruptibilia. Motus verò Martis modò ſuperus, modò inferus: Stellarum phænomena circa Iouem aberrantia non repugnare cum ſoliditate cęli oſtendunt Mathematici dum ponunt orbem quemlibet cuiuſque planetæ ex tribus partialibus orbibus componi ex excentrico ſimpliciter, & duobus excentricis ſecundùm quid. Videatur Clauius in ſuis comment. in ſph. Io. de Sacroboſco cap. 4.

Clauius. Io. de Sacroboſco.

B *Obiiciunt alij*: Quonam pacto cælum vnum cùm ſit poſſit aliud rapere. Item quonam pacto ſi ſolidum eſt lumen tam rectè transſunditur, & non potiùs diſſipatur. Denique ſi cæli inter ſe mouentur dabitur omnino vacuum inter eoſdem cælos. Si enim omninn contigui nullus ſequeretur motns.

Quomodo rapiatur vnum cælum ab altero.

Reſpondetur: Vnum cælum aliud rapere ob ſummam contiguitatem, nec requiritur vt aër inter vtrumque cælum interſit: ſi enim aër intereſſet decima ſphæra, non poſſet eodem omnino temporis ſpacio reliquas circumagere, ſed ſaltem tardiùs. Lumen verò rectè transfunditur, licèt cælum ſit corpus ſolidum, quia eſt omnino diaphanum, & omnino penitus nullam habens craſſitiem: Cauſa enim diſſipationis luminis, non eſt ſoliditas corporis interiecti, ſed craſſities, vt vidimus elapſis diebus in area, ſeu corona circa lunam, cuius lumen in nube exceptum diſſipabatur, & circulum conficiebat ob ſolam nubis interiectæ craſſitiem. Cæli verò nullo modo craſſi licèt denſi.

Secunda concluſio. Cælum eſt omnino rotundum.

Probant Mathematici tum ex conuenientia: conueniens enim erat, vt ſupremum Dei opus inter entia corporea, perfectiſſima figura finiretur. Tum ob commoditatem, quia figura circularis ſimplicitate, partium ſimilitudine, æqualitate, identitate loci, fortitudine, atque capacitate cæteris figuris antecellit: circulus enim inter figuras iſoperimetras maximus eſt, & capaciſſimus. Iſoperimetræ enim figuræ eæ ſunt quæ habent circumſerentias, & ambitus æquales inter ſe. Denique ob neceſſitatem: Si enim cæli non eſſent rotundi, non poſſet orbis inferiòr rapi à ſuperiore niſi fieret penetratio corporum, vel ſciſſio cælorum.

Clariùs probatur: Videmus ſtellas circa polos propinquas efficere circulos minores, ſtellas verò reliquas quo magis remotas circulos maiores, ergo cælum rotundum. Quod ſi cælum non eſſet ſphæricum id nullo modo ſequeretur, vt patet.

Sectio III.

An in cælo ſit lumen.

DIFFICVLTAS *eſt*, an totum cælum ſit luminoſum. Diſtinguunt quidam lumen à luce. Lucem vocant qualitatem illam luminoſam, quæ eſt in corpore illuminante: lumen verò qualitatem diffuſam in corpore diaphano: A ſed hæc paſſim pro eodem vſurpantur. Præterea lumen tripliciter à nonnullis accipitur. Fundamentaliter pro natura, ex qua naturaliter lumen dimanat. Secundò pro qualitate ipſa, quæ fluit ex eadem natura. Tertiò pro qualitate quatenus apta eſt ſe diffundere in corpore diaphano.

Communiter aiunt, lumen eſſe in toto cælo: lumen, inquam, primo modo ſumptum, eſt enim cælum talis naturæ, vt ſi adſit denſitas poſſit ab eo fluere lumen.

Non placet: non enim lumen eſt paſſio denſitatis: multa enim denſa ſunt, non tamen luminoſa, vt patet: econtrà plurima rariſſima, vt flamma, & tamen lucida. Ideo

B *Prima concluſio.* Cælum nullnm habet lumen ex ſe, licèt maximè perſpicuum ſit, & etiam denſum: ſed neque luna.

Prima pars patet, quia lumen non conſequitur formam cæli, ſed ſolis, illæ autem formæ inter ſe omnino differunt vt diximus.

Secunda pars patet in eclipſi ſolis præſertim, quando tota luna ſoli opponitur: tunc apertè patet lunam nullo modo lucere. Id ipſum patet in nouilunio, luna enim tunc apparet corniculata, nec à nobis videtur ſecundùm eas partes ſecundùm quas non reſpicitur à ſole.

An autem aſtra nullum habeant lumen, eſt aliquantulum dubium. C

Dicerem tamen. Neque aſtra proprium habere lumen, ſed omne quod habent mutuantur à ſole. Patebit ex reſponſione ad obiectiones.

Obiicies primò: Cur aſtra & luna lucent per lumen receptum, non etiam cælum, cùm etiam cælum per nos ſit denſum. Obiectio 1.

Reſpondetur: Licèt cælum ſit denſum eſt tamen omnino tranſparens, & perſpicuum, ideo lumen tranſilit nec reflectit: Aſtra verò & luna præterquàm forſitan denſiora; non ſunt tamen corpora ex omni parte perſpicua, ſed tantùm ex altera, vt dicemus infrà.

Cælum cur non luceat per lumen receptum.

Obiicit ſecundò Auenna, & Auer. 2. cæl. 49. Quod illuminat per lumen receptum ab altero, D non poteſt illuminare aliud corpus, quod ſit maius ſe, ergo ſi luna illuminat per lumen receptum, non poterit illuminare totam terram, cùm terra ſit maior quàm luna, tota autem illuminatur à luna.

Obiectio 2. *Auerroes.*

Reſpondetur, Antecedens verum eſſe cùm corpus obiectum non eſt ſphæricum, & quoad omnem partem opacum: luna verò eſt corpus ſphæricum, & opacum ſaltem ex vna parte, nimirum ex ſuperiori, ideo poteſt vniuerſam terram illuminare: ideo autem corpus ſphæricum poteſt corpus maius ſe illuminare, quia radij, qui in illud intenduntur coëunt in centrum, & E diffunduntur, deinde ab eodem corpore ſphærico ac ſi exirent naturaliter à centro illius, quod non aduenit in corpore alterius figuræ.

Luna quia ſphęrica illuminat terram maiorem ſe.

Obiicies tertiò: Si tum luna, tum reliqua ſidera lumen recipiunt à ſole, cur etiam ſidera nòn decreſcunt ſicut luna. Obiectio 3.

Reſpondetur, quia ad illa non peruenit vmbra terræ, atque adeò perpetuò à ſole intuentur, & illuſtrantur, vt Mathematici demonſtrant.

Obiicies quartò: Luna & aſtra ſunt copora opaca non perſpicua, vt diximus, ſaltem ex vna parte, ergo cùm inter nos, & ſolem interponuntur ſtellæ Mercurij, & Veneris, deberet fieri eclipſis. Obiectio 4.

Reſpondetur primò, fieri quandoque eclipſim, etiam ex interpoſitione ſtellæ Veneris, & Mercurij ;id verò raro euenit, quia hæ ſtellæ mouentur eodem ferè motu cum ſole, ac rarò ſimul concurrunt. Ita Scalig. vix autem huiuſmodi eclipſis aduertitur, quia diametrum ſolis continet circiter decem & octo diametros ſtellæ Veneris, atque adeo longè minor eſt ſole. Ideo &c.

Scaliger.

Obiectio 5.

Obiicies quintò: Si luna, & aſtra ſunt corpora denſa, & opaca, deberent illuminari tantùm ſecundùm ſuperficiem: boc autem videtur incongruum, quia ſi illuminaretur ſecundùm ſuperficiem ſolùm, non poſſet illuminare totam terram licèt ſit corpus ſphæricum. Ita ſentit Auer. 2. Cæl. 49. & cum eo Scalig.

Reſpondeot quidam lunam illuminati à ſuperficie. Sed

Rectiùs. Luna eſt corpus partim diaphanum, partim opacum, ſic & aſtra, & ideò oedum in ſuperficie, ſed etiam in profunditate illuminatur; hinc poſſet reſponderi ad lunæ maculas &c. Ponimus autem lunam & ſtellas ſecuudùm partem diaphanas, non ſecundùm totum, vt radij dum ab ipſis recipiontur ab earumdem centro veluti emittantur, quod non contingeret ſi eſſet vndeqoaque opacum vel perſpicuum.

Secunda difficultas huic præcedenti contermina eſſe poteſt, cur aſtra ſcintillant, aliqua verò non.

Ariſtoteles. *D. Thomas.*

Multiplex in hac re reſponſio. Ariſt 2. Cæl. 48. & cum eo D. Thom id tribuunt diſtantiæ inter nos, & ſidera. Sed

Obiectio.

Obiiciunt quidam: Mars eſt propior, & tamen Mars ſcintill.t, Iuppiter minimè.

Sed falſum obiiciunt. Rectiùs poſſet Ariſtoteli obiici, quòd vix difficultatem diſſoluit, atque id quæri poſſet cur aſtra propiora oon ſcintillant, remotiora maximè.

Cardanus.

Cardan. vt refert Scalig. exercit. 63 id otiri, qnia firmamentum maximè rapitur, & velociſſimè mouetur, ideò ſtellæ fixæ ſcintillant, errantes minimè. At certè ſi hoc diceret, iure à Scaligero irrideretur. Card non legi, refert alius quidam ipſum neq, id aſſerere, cauſam verò ſcintillationis tribuere motui aëris. Quàm rectè infrà.

Recentior quidam, qui & hæc refert, ait ſcintillanonem otiri ex debilitate viſus.

Probatur: Id ipſum aduenire in aliis rebus cùm viſus eſt defatigatus, tunc videntur obiecta moueri, quod præſertim accidit cùm videmus aliquid valde remotum, quare debilitatem viſus ait poſſe naſci tum ex diſtantia ſtellarum, tum ex vehementia luminis hebetantis viſum, tum ex medio minùs diſpoſito. Vel denique quia oporteret aciem oculorum vehementiùs intendere. Plura hic auctor requirit & forſitan ſuperflua.

Vitellonus.

Vitellonus inſignis Mathematicus ſuis in opticis air, cauſam omnem ſcintillationis eſſe debilitatem luminis prouenieotem ex diſtantia ſtellarum, nec diſplicet.

Secunda concluſio. Scintillationem non eſſe apparentem, & tantùm ex parte uoſtrorum oculorum, vt recentior quidam adſtruit: ſed prouenit id tum ex parte luminis, tum ex parte medij, cùm videlicet aſtra ſunt valde diſtantia, & aër tum à ventis, tum ab orbe lunæ agitatur, & rapitur.

Probatur, quia omnia aſtra ſcintillant, tum A fixa tum errantia, & tunc maximè cùm à ventis aër agitatur, ergo ſcintillationis cauſa eſt medium. Eſt etiam diſtantia, quia tranquillo aëre ſtella Veneris non ſcintillat, cæteræ ſcintillant, id certè non niſi ob diſtantiam; tum enim lomen, & radius imbecillior, & ideo nec rectè diffunditur, & facilè per aërem diuaricatur.

Sectio IV.

An in cælo ſint colores, & primæ qualitates.

B DIco *primò*. In cælo non ſunt primæ qualitates.

Probatur, quia primæ qualitates, nempe calor, & frigus tributæ ſunt ſublunaribus, vt poſſint agere & pati, miſceri &c. In cælo autem nec mixtio nec generatio, atque adeò nec actio aut paſſio.

Dico ſecundò. Neque cælum eſt coloratum.

Probatur, quia cælum eſt ſummè perſpicuum, colores autem aliquo modo perſpicuitatem impedirent: tum etiam, quia neque purum tranſmitteret lumen, ſed ſemper eiuſdem coloris, quem haberet, vt patet in conſpicillis vitreis, viridis coloris &c.

C Quòd ſi cælum videtur cærulei coloris, id non prouenit ex mixtione qualitatum, & ex temperamento eiuſdem cæli, coloréſque omnes qui in eo, vel in aëre videntur ſunt apparentes ex varia modificatione, & reflexione luminis.

Dico tertiò. Licèt cælom non ſit coloratum, eſt tamen beneficio luminis viſibile, & tangibile ob propriam ſoliditatem, & duritiem obſiſtentem, qoa nec poteſt penetrari. Patet.

Sectio V.

An in cælo ſint differentiæ poſitionum.

D NOTANOVM *primò*. Nomine poſitionum dextrum, & ſiniſtrum iotelligimus; quæ dupliciter alicui poſſuor conuenire propriè, vt in animalibus, & impropriè. Sed hoc etiam dupliciter; abſolutè, vt in imagine, in qua eſt dextrum, & ſiniſtrum ſine vllo reſpectu ad alıud, ſed propter ſolam ſimilitudinem, quam habet cum animali. Et reſpectiuè, cùm eſt dextrum, & ſiniſtrum in ordine ad animam.

Poſitiones quid!

Notandum ſecundò. Dico poſſe nos hîc inquirere. Primum an hæ differentiæ poſitionum propriè ſint in cælo vel impropriè. Secundum, quonam pacto eæ ponantur in ſententia Philoſophorum, Mathematicorum, & Poëtarum.

E Quoad primum, Alpharab. apod Auer. com. 15. vult has differentias poſitionum eſſe propriè tantùm in terra: Impropriè verò, & ratione terræ in cælo: ait enim dextrum terræ eſſe vltimam partem terræ habitabilem verſus orientem, ſiniſtrum vltimam partem verſus occidentem.

Alpharab.

Sed oon rectè, quia oriens & occidens non eſt omnino idem apud quoſcunque, & variatur iuxta diuerſitatem regionum.

Albert. 2. cæl. tract. 1. cap. 3. ait, bas differentias eſſe propriè in cælo, eáſque deſumi non à principio motiuo vt in animalibus, ſed à principio motus, quia in cælo eſt quædam pars,

Albertus.

quæ eſt magis apta, vt moueatur, vt ſtellæ quæ- A dam. A ſtellis etiam docet deſumendas has differentias Acbil. quia aliquæ ſunt maiores &c.

Sed neque hi placent. Tum quia in firmamento ſunt plures ſtellæ primæ magnitudinis: tum quia poſitiones cæli debent eſſe immobiles, ergo non ab aſtris, quæ mouentur, ſeu à parte magis apta moueri. Ideo

D. Thomas. D. Thom. ait has differentias in cælo deſumi ex virtute motoris, quæ eſt immobilis. In cælo enim ſunt duo poli immobiles, dum enim cælum mouetur in noſtro hemiſphærio ab oriente in occidens, oriens erit dextrum. Ita 2. Cæl. tex. 15. Verùm in 2. diſtinct. 14. quæſt. 18. docet deſumendas eſſe has differentias ab empireo B propter diuerſas influentias, quas influit.

Neutrum placet. Non primum, quia dextrum, & ſiniſtrum debet eſſe ſemper idem, & immobile: ſed poſitis polis immobilibus oriens non eſt immobile, & neque idem apud omnes. Non ſecundum, quia cælum empireum cùm omnino ſit immobile, nullo pacto poteſt influere, cùm omnis influxus phyſicus ſit cum motu.

Dico primò, in cælo nullas eſſe propriè differentias poſitionum.

Probatur, quia cælum eſt corpus ſimpliciſſimum inanimatum, ergo hæ differentiæ non poſſunt deſumi à cælo vt ſic: ſed neque poſſunt deſumi à ſtellis, quia in firmamento repeciuntur ſtellæ cuiuſcunque magnitudinis, & in qua- C libet parte. Neque poſſunt deſumi à ſola intelligentia, quia intelligentia omnino immaterialis. Ideo denique ab intelligentia, & cælo ſimul, quia intelligentia non communicat cælo niſi motum, & cùm omnes partes moueantur nulla pars debet dici potiùs dextra, quàm ſiniſtra.

Dico ſecundò, in cælo eſſe differentias poſitionum impropriè ſolùm per quandam analogiam, quam analogiam variè deſumunt: philoſophi enim, vt Plato, & Ariſtot. eam deducunt ab animalibus, ſicut enim in animalibus illa pars dicitur dextra, quæ eſt principium motus localis, ita quia in vnoquoque hemiſphærio eſt D vnde oritur ſol, & vbi occidit, erit dextrum & ſiniſtrum: dextrum oriens, ſiniſtrum occidens. Idipſum docent Geographi citra Æquat. hi enim, vt indagent altitudinem poli, & terræ ſitum rectiùs depingant, faciem vertunt ad polum arcticum, hinc illis fit oriens ad dextram, occidens ad ſiniſtram, vt mappas intuentibus patet.

Aſtronomi verò partes occidentales dextras vocant, orientales ſiniſtras. Aſtronomi inquam, qui ſunt citra Æquatorem: hi enim vt curſus ſiderum accuratiùs obſeruent facies vertunt ad auſtrum verſus circulum æquinoctialem, vbi velociſſimus eſt ſtellarum motus, tunc autem à E ſiniſtris habent oriens, occidens à dextris.

Poëtæ denique dextras vocant partes aquilonares, ſiniſtras auſtrales, quia dum occaſus conſiderant aſtrorum faciem vertunt ad occidens, tunc aquilo fit illis à dextris, auſter à ſiniſtris.

SECTIO VI.

An omnia accidentia, quæ in cælo numerauimus modò, ſint eiuſdem rationis cum ſublunaribus.

NVLLA de hac re penes nos remanet difficultas, qui ponimus materiam in cælo eiuſdem rationis cum inferioribus. Si enim quantitas eſt paſſio materiæ tam in cælo, quàm in ſublunaribus, nec denſitas, nec raritas &c. erunt diuerſæ ſpeciei.

Difficultas tantùm eſſe poteſt, qua ratione accidentia in cælo erunt eiuſdem ſpeciei cum elementaribus, cùm illa incorruptibilia, hæc corruptibilia.

Sed facilè reſpondetur, accidentia in cælo dici incorruptibilia non per ſe, ſed ratione ſubiecti: accidens enim ſi in ſubiecto incorruptibili reperitur, etiam incorruptibile denominatur extrinſecè.

Tres ſuperſunt difficultates præcipuæ. Alia eſt de incorruptibilitate cæli. Alia de motu eiuſdem. Tertia de actionibus in hæc inferiora, de quibus ſingulas inſtituemus diſputationes.

DISPVTATIO SECVNDA.

De incorruptibilitate cæli.

SECTIO PRIMA.

An cælum ſit incorruptibile, & quomodo.

Incorruptibile quot modis euenire poſſit.

NOTANDVM *primò*. Incorruptibile poteſt euenire tripliciter. Primò ab extrinſeco. Secundò per accidens. Tertiò per ſe, & ab intrinſeco. Incorruptibile ab extrinſeco illud eſt, ſi ſit agens extrinſecum aſſiſtens, & impediens omne corruptiuum, vt accidit in igne Babylonis: vel agens retardans vel remouens &c. vel conſeruans in ſuo eſſe paſſum, vt accidit in corporibus damnatorum. Talis verò aſſiſtentia vel eſt debita, & connaturalis paſſo, & tunc talis incorruptibilitas non dicitur purè ab extrinſeco. Vel erit præter naturam paſſi, & tunc hæc incorruptibilitas dicitur per accidens. Incorruptibile per accidens duobus modis poteſt euenire. Primò cùm res de ſe eſt corruptibilis: dicitur verò incorruptibilis, quia non datur agens de facto potens illam corrumpere. Secundò cùm res quidem eſt corruptibilis, habet tamen aliquam dotem ſupernaturalem, per quam reddatur incorruptibilis, vt euenit in corporibus beatorum ob dotem impaſſibilitatis, quæ licèt ſtatui beatorum ſit connaturalis, & debita, eorum tamen naturæ eſt omnino ſupernaturalis. Incorruptibile verò per ſe eſt illud quod tale eſt ratione alicuius principij ſibi eſſentialis & intrinſeci. Differunt hi tres modi, quia duo primi reuera conſtituunt rem incorruptibilem per accidens: poſterior verò incorruptibilem per ſe. Primo & ſecundo modo res dicitur

incorruptibilis ex ſuppoſitione: ſuppoſito videlicet agente, vel remouente &c. vel qualitate ſupernaturali conſeruante. Quod verò eſt incorruptibile tertio modo dicitur incorruptibile ſimpliciter.

Notandum ſecundò: Subſtantia incorruptibilis, per ſe, & neceſſariò poteſt multipliciter fingi. Primò, vt ſit talis ſubſtantia, quæ habeat neceſſitatem eſſendi ex ſe, vt Deus Opt. Max. Secundò, vt ſit ſubſtantia omnino ſpiritualis, vt anima & angelus; ſpiritualia enim, vt ſpiritualia ſunt non habent principium vnde poſſint corrumpi. Tertiò, ſi ſit ſubſtantia quædam materialis, ſed omnino ſimplex, & carens omni compoſitione, vt materia: & quale eſſet cælum in ſententia eorum, qui ab eo excludunt omnem compoſitionem. Quartò, ſi ſubſtantia quidem conſtet ex materia, & forma; materia verò non ſit capax niſi illius formæ quam habet, vt docent illi qui aſſerunt materiam cæli diuerſæ ſpeciei. Quintò, ſi materia ſit quidem capax omnium formarum, tamen illa quam habet expleat ob ſui perfectionem omnem appetitum illius. Sextò, ſi ſubſtantia ſit compoſitum quoddam ex materia, & forma ſeparabili quidem, ſed vnitis vnione indiſſolubili. Septimò & vltimò, ſi ſubſtantia compoſita ſit ex materia, & forma ſeparabili per vnionem diſſolubilem, habeat tamen qualitates aliquas conſequentes naturam talis formæ, quarum beneficio non poſſit corrumpi.

Notandum tertiò. Corruptibile eſſe id quod habet potentiam vt corrumpatur. Potentia autem alia paſſiua cùm ita ens dicitur corruptibile per potentiam paſſiuam, vt poſſit ab extrinſeco corrumpi: ab intrinſeco autem non habeat potentiam actiuam qua corrumpi poſſit. Alia dicitur potentia actiua cùm res habet in ſe principium ſuæ corruptionis, vt in mixtis: vtraque tamen potentia eſt intrinſeca rei ſiue ea paſſiua ſit ſiue actiua. Potentia paſſiua eſt etiam duplex. Alia dicitur potentia contradictionis, cùm res poteſt ſimpliciter eſſe, & non eſſe. Alia contrarietatis, cùm idem manens idem ſubſtantialiter poteſt habere modò vnum modò aliud accidens: ſic materia dicitur habere naturaliter potentiam contrarietatis non contradictionis: ſupernaturaliter verò vtramque. His poſitis,

Difficultas modò eſt an cælum incorruptibile ſit, & quonam ex his modis.

Prima concluſio. Cælum reſpectu agentium naturalium, quæ nunc ſunt qualia ſunt corpora ſimplicia, & mixta, eſt ſimpliciter incorruptibile, neq; habet potentiam actiuam nec paſſiuam ad poſſe corrumpi, potentiã inquam contrarietatis.

Probatur, quia ſi aliquod agens potuiſſet corrumpere cælum iam tranſmutaſſet cælum in ſe, at nunquam id fecit in tanto temporis ſpatio, nec diſpoſitionem aliquam hactenus introduxit, ergo &c.

Obiectio 1. Clauius. Io. de Sacro-boſco.

Obiiciunt hîc communiter ſtellam illam Pij V. toto biennio viſam. Sed videatur de hac re Clau. in ſphær. Io. de Sacro-boſco, & alij.

Dico enim nec ſtellam illam naturaliter fuiſſe genitam nec naturaliter diſparuiſſe: puto ergo lucem ingentem fuiſſe in Caſſiopeia diuinitus productam: cauſa autem cur eam produxerit Deus, cur deſtruxerit hactenus mortales latuit.

Obiectio 2.

Obiiciunt ſecundo: Ex lapidum, & ramorum attritione ignis elicitur, & calor producitur, A & alterantur corpora attrita cæli, ergo ex continuo motu, & attritione caleſient, alterabuntur, corrumpentur.

Reſpondetur, non alterari cælos in vehementi illa vertigine, quia cæleſtes formæ non ſunt primarum qualitatum ſuſceptiuæ.

Secunda concluſio. Cæli de facto nunquam corrumpentur ab agentibus, quæ nunc ſunt. Verum autem corrumpendi ſint virtute ſupernaturali, pars affirmatiua probabilior.

Prima pars patet, quia ſi non poſſunt agentia naturalia corrumpere, ergo de facto nunquam corrumpent, omnis enim actus dependet à potentia potente.

B Secunda etiam patet. Id enim videtur conformius ſacris ſcripturis, quæ quoties poſſunt accipi in proprio ſenſu, & ille non repugnat, ita debent accipi: nulla autem videtur repugnantia cur non debeant poni cæli de facto corrumpendi à Deo, neque enim videtur neceſſaria in cælo tanta incorruptibilitas quantam volunt aduerſarij.

Præterea omnes Theologi aſſerunt cælos habituros perfectiores qualitates, ergo debebit Deus dare cælis principia talia, quibus ſint connaturales huiuſmodi qualitates.

Addo tamen oppoſitam ſententiam aſſerentem cælos nunquam fore corrumpendos, eóſque C omnino incorruptibiles ſacræ ſcripturæ non repugnare, quia omnia ſcripturæ loca poſſunt exponi de mundo hoc inferiori; in ea enim per elementa intelliguntur duo inferiora aqua, & terra, cæli nomine duo ſuperiora aër & ignis. ſic præſertim reſponderi poſſet ad D. Petrum cùm ait cæli quoque &c. Non ergo aduerſariorum ſententia ſacræ ſcripturæ opponitur, licèt noſtra conformior.

Tertia concluſio. Cælum eſt incorruptibile tantùm vltimo modo, ex parte videlicet formæ habentis talem naturam, vt petat annexam qualitatem aliquam cuius beneficio non poſſit corrumpi: vel dici poteſt cælum incorruptibile ab D extrinſeco, quod videlicet habeat principium reſiſtiuum aſſiſtens agentibus extrinſecis, impediens ne inducantur qualitates corruptiuæ in compoſito.

Probatur: cælum non eſt incorruptibile quatuor primis modis; tum quia non eſt ens à ſe nec ſpirituale, nec conſtat ea materia, & forma inſeparabili ita, vt materia ſit capax tantùm vnius formæ, vt alibi vidimus. Sed neque, quia forma cæli expleat materiæ capacitatem: forma enim cæli non continet perfectionem omnem inferiorum, nec eſt perfectior forma viuente aut rationali: ſi ergo rationalis forma materiam non ſatiat, neque forma cæli. Sed neque eſt in- E corruptibile ſexto modo, quia ſemper vna pars materiæ dicit ordinem ad alteram partem eiuſdem formæ, ergo nequit dari indiſſolubilitas hæc inter formam & materiam cæli: neque vnio quæ indiſſolubiliter vniat partes ſeparabiles, cùm hic modus non ponatur niſi iuxta exigentiam vtriuſque partis. Eſt ergo incorruptibile cælum tantùm ſeptimo modo, nullo enim alio modo videmus quomodo eius incorruptibilitas ſaluari poſſit.

Secundò probatur, quia in rebus generabilibus, & corruptibilibus videmus maximam reſiſtentiam per multum temporis, ergo non erit inconueniens hanc reſiſtentiam ponere in cælo,

cùm hæc ſufficiat. Præterea poſſunt pleraque animalia igni reſiſtere, vt de Pitali refert Plin. lib. 11. cap. 36. & Ariſtot. 5. Animal. cur ergo nequibit igni reſiſtere cælum. Item vermes ſunt qui in niue naſcuntur &c.

Obiectio 1. *Obiicies primò:* Licèt hi vermes à niue, nec piralis ab igne corrumpantur non dicuntur ſimpliciter incorruptibilia, ſed ſimpliciter corruptibilia, ergo nec cælum diceretur ſimpliciter incorruptibile ſi ſimili qualitate reſiſteret.

Reſpondetur: Vermes & piralis dicuntur ſimpliciter corruptibiles, quia licèt reſiſtant igni vel niui poſſunt tamen ab aliis agentibus naturalibus corrumpi, cælum verò à nullo ſublunarium. Sed de hac re latiùs in ſequenti.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò:* Hæc qualitas reſiſtitiua non videtur poſſe reſiſtere neque efficienter neque formaliter, ergo fruſtra datur. Anteced. probatur: Non enim reſiſtit efficienter, quia ignis v. g. non patitur à cælo, non enim apparet, quid producatur in igne; cælum enim produceret qualitatem ſibi ſimilem quæ eſſet principium corruptionis in igne: neque formaliter, quia hæc qualitas haberet oppoſitionem cum calore, eſſet enim formaliter oppoſita, & illi contraria, ergo in cælo erunt primæ qualitates.

Reſpondetur, qualitatem illam ſuperadditam reſiſtere formaliter non efficienter: Et addo, neque omne, quod reſiſtit formaliter eſt oppoſitum formaliter ſub eodem genere, vt petit argumentum. Illa ergo qualitas in cælo dicitur formaliter reſiſtere, quia dum eſt in cælo non ſinit introduci qualitates noxias in ſuo compoſito. Quid autem ſit reſiſtentia, & quomodo ab actione diſtinguatur in lib. de Gener.

Sectio II.

An reſiſtentia cæli reddat cælum incorruptibile ſimpliciter, & per ſe, an relinquat vt dicatur aliquo modo corruptibile.

DIXIMVS toties potentiam remotam eſſe eam quæ ſe tenet ex parte materiæ, proximā quæ inuoluit diſpoſitiones introducibiles ab alio agente, & dicit principium formale impotens ſimpliciter ad reſiſtendum. Nunc autem

Notandum primo, adæquatam rationem corruptionis vel incorruptionis perfici ex potentia remota, & proxima. Si enim compoſitum non ſit proximè paſſibile nunquam diſſolui poterit. Materia ergo ſecundùm ſe ſeu potentia remota eſt radix prima corruptionis, adæquata verò ratio perficitur ex remota, & proxima.

Notandum ſecundo. Non ſtatim ac in aliquo eſt potentia remota ad ſuſcipienda contraria, ſtatim habet etiam potentiam proximam, cæcus enim habet potentiam remotam ad videndum, & eadem materia habet potentiam remotam ad formam corruptam, tamen nec cæcus nec materia habent potentiam proximam.

Prima concluſio. Licèt cælum habeat potentiam remotam ad alias formas, & ſit remotè corruptibile, dum tamen caret potentia proxima & nullum agens poteſt diſponere materiam ad formam oppoſitam dicitur ſimpliciter incorruptibile.

Prima pars probatur: Eſſe remotè corruptibile eſt habere aliquam potentiam remotam aptam ad recipiendam oppoſitam formam. Præterea in materia cæli eſt priuatio ignis, vt alibi diximus &c. ex coniunctione enim formæ cæleſtis, & materiæ, materiæ non mutatur eſſentia.

Secunda probatur: Vt aliquid dicatur ſimpliciter incorruptibile non impedit potentia remota ad poſſe corrumpi: ergo cælum ſimpliciter incorruptibile licèt &c. Antecedens probatur: dicitur cæcus ſimpliciter impotens ad videndū, licèt homo, vt homo eſt, & talpa, vt animal eſt, dicant potentiam ad videndum: ergo etiam cælum quamuis ratione materiæ ſit corruptibile dicitur ſimpliciter incorruptibile, quia in eo nulla potentia proxima.

Secundò: Humana Chriſti voluntas dicitur ſimpliciter impeccabilis, quia vt voluntas Chriſti eſt ſemper importat tale principium gratiæ, quod non ſinit illam flecti in offenſam Dei licèt remotè, vt voluntas humana eſt, ſit defectibilis, & dicat potentiam remotam ad peccandum: neque enim eo modo intrinſeco operandi petebat eſſe indefectibilis.

Confirmatur: Beatorum corpora dicuntur ſimpliciter impaſſibilia ob dotem ſupernaturalem illis ſuperadditam, & tamen cùm habeant eandem materiam, quam antea habebant, habent etiam remotam potentiam ad poſſe corrumpi.

Secunda concluſio. Licèt cælum ſit incorruptibile per qualitatem, & virtutem ſuperadditam, dicitur tamen incorruptibile per ſe non per accidens, non quia ſubſtantialiter ſit tale, ſed quia illa qualitas oritur ex natura talis formæ intrinſecè ab illa dimanans, & eſt tali corpori naturaliter debita. omnia ex ſe patent.

Obiectio 1. Suarez. *Obiicies primò* cum Suarez diſp. 13. ſect. 11. num. 16. Ex eo quod ponitur cælum reſiſtere per illas ſuas qualitates nobiles, tantùm infertur cælum non poſſe corrumpi, quia deeſt aliquod agens, quod poſſit vincere reſiſtentiam paſſi, ergo ſi augeatur virtus actiua, & fortior reddatur, erit corruptibile; at hoc videtur abſurdum, quia cælo debetur vera incorruptibilitas, vt & Ariſtot. docet.

Reſpondetur: Concedo cælum debere dici ſimpliciter corruptibile reſpectu agentis creabilis à Deo, ſed hoc eſt per potentiam remotam: Quia verò nunc de facto non datur huiuſmodi agens, ideo nunc dicitur ſimpliciter incorruptibile, & Ariſtot. cùm cælo tribuit incorruptibilitatem loquitur reſpectu agentium, quæ nunc ſunt nec aliud agnouit.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò:* Ideo cælum dicitur incorruptibile ſimpliciter, quia materia non poteſt recipere contraria quatenus habet formam cæli, hoc autem non reddit cælum ſimpliciter incorruptibile, ſed tantùm in ſenſu compoſito, alioquin omnia ſublunaria eſſent ſimpliciter incorruptibilia: materia enim ignis prout eſt ſub forma ignis, nequit recipere alias formas.

Reſpondetur: Non dicimus nos cælum eſſe incorruptibile quatenus habet formam cæli in ſenſu compoſito, ſed quod dicimus eſt vt materia cæli non poſſit recipere aliam formam ratione coniunctionis formæ cæli, quia impeditur ab illa ne proximè diſponatur: materia autem quæ eſt coniuncta formæ ignis, vt formæ ignis coniuncta eſt, non habet adiunctum aliquid, quo poſſit eam ſemper in ſe continere, quod nequit dici de materia cæli, qui quidem ſenſus compoſitus qualem nos concedimus,

ſufficit ad denominandum cælum ſimpliciter incorruptibile.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò: Cælum ratione materiæ dicitur corruptibile vt diximus: quantum eſt ex parte formæ dicitur incorruptibile cur potiùs denominatur ſimpliciter incorruptibile, non contrà.

Cælum cur ſimpliciter incorruptibile.

Reſpondetur: Aliquando denominationes partis poſſunt tribui toti, aliquando non: ſic homo dicitur materialis paſſibilis corruptibilis &c. licèt conſtet ex anima ſpirituali immortali &c. Item dicitur intellectualis rationalis &c. ratione animæ, non dicitur tamen ratione animæ immortalis, non ergo denominationes partis poſſunt omnes conuenire ſimpliciter toto. Ratio autem vix reddi poteſt, nec ſufficit ea quam tradunt aliqui, quia denominatio fit à nobiliori. Dico ergo tunc prædicamentum partis conuenit toti, quando hoc prædicatum non repugnat aliis prædicatis, quæ neceſſariò conueniunt toti: ſeu cùm non repugnat cum prædicatis alterius partis aut rationis; huius potior ratio eſt, vt faciat denominationem in ſubiecto: cælum ergo denominatur incorruptibile, quia forma eſt ita vnita materiæ, vt petat etiam qualitatem reſiſtiuam, & in hoc caſu eſt potior ratio formæ.

DISPVTATIO TERTIA.

De motu cæli.

SECTIO PRIMA.

An motus cæli ſit effectiuè à principio intrinſeco.

EXPLOSA iam Pythagoreorum ſententia aſſerentium cælum, & aſtra immobilia, terram tantùm moueri, ac ſuppoſito, quòd cælum reuera moueatur, difficultas eſt, an cælum moueatur ab aliquo principio intrinſeco intelligente &c. vel à ſeipſo à propria forma videlicet, vel ab aliqua qualitate cælo impreſſa à Deo, vt videmus in elementis, quæ mouentur à grauitate, vel leuitate &c. vt videtur iudicaſſe Plato, & probabile putat D. Bonauent. Gabr. Auicen. & alij.

Plato. D. Bonau. Gabriel. Auicenna.

Suppoſito etiam, communem ſententiam velle cælum moueri ab intelligentia actiuè, non autem ab intrinſeco, vt Ariſtot. docuit 8. Phyſic. à tex. 27. vſque ad 54. & alibi pluries D. Th. 1. part. quæſt. 70. art. 1. & 3. contra Gent. cap. 23. Scot. Capreol. Ferrar. & PP. fere omnes. Ideo ſolum nobis laborandum eſt quam ob cauſam cælum ab intrinſeco non moueatur, neque à propria forma, neque à qualitate aliqua ſuperaddita.

Ariſtoteles. D. Thomas. Scotus. Capreolus. Ferrarienſis.

In hac re *Prima ſententia*, eſt cælum non moueri ab intrinſeco, quia quando agens naturale eſt indifferens ad duos motus debet ab aliquo intellectu determinari: cùm ergo cælum ſit corpus naturale, neque ſit maior ratio cur potiùs moueatur ab oriente in occaſum, quàm econtrà requiritur agens intellectuale, quod illud determinet; determinatio hæc non poteſt fieri per

A intimationem, & imperium cùm cælum non cognoſcat, ergo neceſſariò hic motus debet fieri ab intelligentia immediatè: quod autem dicitur de inceptione debet etiam dici de continuatione eiuſdem motus, cùm cælum ſemper ſit indifferens.

Impugnatur: Poſſumus enim dicere ideo inde incepit moueri cælum, quia ſic petunt inferiora.

Præterea ſic cælum eſſet indifferens ad ſuum motum, cùm ille motus non eſſet naturalis.

Secundò & rectiùs etiam conceſſo, quòd cælum ſit indifferens ad vtrumlibet motum, non
B tamen infertur, ergo nequit cælum ſe naturaliter mouere in hanc partem, poſſumus enim dicere, quod ad hunc numero motum fuerit determinatum à Deo, ſicut dicimus cur hic numero ignis ab hoc igne producitur, niſi quia ſic determinatum eſt à prima cauſa; & ſicut cum hac determinatione ſtat, vt ignis ille dicatur naturaliter productus, ſic ſtabit etiam, quod cælum naturaliter moueatur.

Tertiò. Nec requiritur, vt intelligentia illud determinet, ſatis enim eſt ſi dicamus Deum concurrere, ad productionem huius motus non alterius.

Denique ideo aqua aſcendit cùm extrahitur
C aër, quia ſic petit ordo vniuerſi: poſſumus ergo dicere, quòd cælum ita mouetur, quia ſic idem ordo vniuerſi poſtulat.

Secunda ſententia eſt: Ideo requiritur intelligentia mouens cælum nec mouetur ex ſe, quia nequit cælũ per talem motum acquirere aliquod bonum intrinſecum: bonum enim acquiſibile per motum localem eſt vbi; Verùm nihilo melius vbi acquirit cælum poſt motum, quàm antea, quid enim refert cælo, vt hæc ſtella ſit potiùs hîc quàm illîc. Etiam

Impugnatur primò. Non enim neceſſe eſt, vt aliquid moueatur, quod acquirat aliquod bonum ſibi intrinſecum, cælum enim dicit inclinationem ad motum ſecundùm potentiam paſ-
D ſiuam ob tantùm bonum extrinſecum, ergo poterit multo magis potentia actiua ad idem bonum.

Secundò: Motus circularis eſt bonus intrinſecè ipſi cælo, conſtituit enim illud in ratione proximè gubernatiui, & conſequenter ſi nullum aderit impedimentum, cælum poterit propendere ad efficiendum ipſum motum.

Tertia ſententia negat cælum poſſe moueri ab intrinſeco, quia eſt inanimatum, & in proprio loco, putat enim tantùm animata poſſe in proprio loco moueri.

Impugnatur, quia menſura inclinationis ad motum eſt bonitas vel perfectio acquiſibilis per
E motum: ſi enim per motum eſt acquiſibilis aliqua perfectio extrinſeca, vel intrinſeca, non eſt ratio cur mobile non habeat inclinationem ad talem motum, tum actiuam, tum paſſiuam: cælum autem per talem motum maximè perficitur, quia fit proximè gubernatiuum inferiorum. Item cælum ad talem motum per aduerſarios habet inclinationem paſſiuam, cur non etiam actiuam, quòd ſi alia entia inanimata, vt elementa non mouentur in proprio loco à ſeipſis eſt, quia cùm acquirere non dicantur aliquam perfectionem per talem motum, ideo illis non eſt tributa à natura potentia actiua. Sit ergo

Prima concluſio. Cælum non mouetur à pro-

pria forma, neque ab aliqua qualitate materiali ſuperaddita. A

Probatur, quia cælum naturaliter loquendo debet perpetuò moueri: ad id autem neceſſariò requiritur vis motiua ſpiritualis inorganica, & independens à materia, qualis non eſt forma cæli. Minor probatur, quia nulla virtus corporea, aut aliquo modo dependens à materia in agendo poteſt perpetuò mouere, quia defatigatur, omne enim ens corporeum, quà corporeum eſt, etiamſi habeat maximam proportionem paſſiuam ad motum, reſiſtit tamen potentiæ loco motiuæ. Quod probatur, quia ſi ab ingenti lapide in aëre auferatur grauitas, ſi moueretur ab aliquo homine reſiſteret potentiæ loco motiuæ. B Omnis autem reſiſtentia patientis ſemper minuit virtutem agentis, ita vt ſemper hæc patiendo minor, & minor reddatur, ſi præſertim reſiſtentia ſit ſemper eadem. Totum id accidit in cælo.

Obiectio.

Obiicies: Motus naturalis eſt in fine velocior, etiamſi ſemper ſuperet aliquam reſiſtentiam, hoc autem non eueniret ſi reſiſtentia ſemper minueret virtutem motiuam.

Reſpondetur, quia motus naturalis eſt in fine velocior, tum ratione medij in quo fit motus, quod quidem in fine motus eſt valde debile, & diſſipatum, & ideo minus reſiſtit, quàm in principio. Tum quia medium, quod eſt poſt C mobile magis illud iuuat, vt deſcendat.

Secunda concluſio. Cælum mouetur ab agente extrinſeco aſſiſtente ab intelligentia nimirum.

Probatur, quia debet ab aliquo principio moueri, non à forma intrinſeca, neque ab aliqua qualitate corporea, neque à principio aliquo ſpirituali informante, quia non eſt cælum animatum cùm ſit inorganicum, ergo ab aliquo extrinſeco, & quidem intelligentia.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Cuilibet potentiæ paſſiuæ debet correſpondere potentia actiua naturalis, & proportionata: cælum habet potentiam paſſiuam naturalem ad motum, ergo etiam, & potentiam actiuam proportionatam, qualis non D eſt intelligentia, cùm illa ſit omnino ſpiritualis.

Reſpondetur: Intelligentiam eſſe potentiam actiuam correſpondentem potentiæ paſſiuæ cæli, proportionatam quidem non ratione entitatis, & naturæ, ſed proportione accommodationis, id eſt in ratione mouentis, & mobilis: intelligentia enim habet virtutem aptam ad mouendum perpetuò cælum iuxta inclinationem ipſius, & ſine defatigatione.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: Intelligentia eſt virtutis finitæ, ergo non poterit perpetuò mouere cælum. Conſequentia probatur, quia in via Ariſt. ad mouendum perpetuò cælum requiritur virtus infinita. E

Reſpondetur: quicquid ſit de Ariſtot. dicimus tamen licèt intelligentia ſit virtutis finitæ, adhuc ſufficit ad mouendum perpetuò cælum, quia non defatigatur cùm non indigeat ſpiritibus, & membris è quorum reſolutione prouenit defatigatio.

Quæſtio hactenus agitata eſt, quid ſit de facto. An autem de poſſibili poſſit Deus creare corpus, quod ab intrinſeco moueatur à ſua forma, nulla videtur implicantia, ſicut enim dedit Deus elementis naturalem inclinationem, vt abhorreant vacuum, ſic etiam poterat efficere, vt cælum naturaliter in gyrum moueretur &c.

Sectio II.

An motus cæli ſit naturalis ex parte cæli.

IN hac re Durand. in 2. diſtinct. 14. quæſt. 2. Scot. ibid. diſtinct. 2. quæſt. 2. Albert. 11. Metaph. tract. 3. cap. 2. Scalig. Exercit. 38. volunt motum cæli non eſſe cælo naturalem ſimpliciter: Sequuntur recentiores quidam, qui volunt motum cælo tantùm non repugnare: non verò habere inclinationem. Tum quia cælum per motum nullum acquirit bonum, ergo nullam ad motum poteſt dicere inclinationem, B inclinatio enim tantùm ad bonum. Tum quia motus appetitur ob acquiſitionem loci, ſemper autem cælum in eodem loco. Denique ſi cælum diceret inclinationem ad motum poſt diem iudicij violenter quieſceret.

Durandus. Scotus. Albertus. Scaliger.

Econtrà D. Thom. 1. Cæl. tex. 9. Capreol. in 2. diſtinct. 9. quæſt. 1. Auer. Philop. Simpl. 2. Phyſic. 3. 1. Cæl. 5. & 2. Cæl. 3. aiunt hi motum cæli eſſe illi naturalem.

D. Thomas. Capreolus. Simplicius.

Notandum eſt. Certum eſt non dari inclinationem niſi ad bonum, nullus enim appetitus tendit ad aliquod diſconueniens naturæ appetenti, quia appeteret malum ſibi. Modò ſi in C cælo eſt inclinatio ad motum, vt motus dicatur illi naturalis debet aſſignari aliquod bonum, quod acquirat per motum.

Nullus appetitus niſi ad bonum.

Notandum ſecundò: Bonum aliud intrinſecum, aliud extrinſecum. Intrinſecum eſt ex. g. forma materiæ, nam illam ſubſtantialiter perficit, & intrinſecè: Extrinſecum illud dicitur, quod non eſt formaliter in eo à quo procedit tale bonum, quamuis alicui alteri ſit bonum intrinſecum, ſic actiones; tribuunt enim aliquod bonum intrinſecum effectibus, extrinſecum autem agentibus, quia ſunt perfectiones non informantes agentia, ſed extrinſecè illa denominantes.

Bonum duplex.

Notandum tertiò: Vt aliquod inclinetur ad D aliud naturaliter, ſufficit ſi illud ad quod inclinatur ſit bonum extrinſecum, nec requiritur, vt ſit bonum intrinſecum, & inhærens ſibi; ſic ignis dicitur inclinari naturaliter ad productionem ignis, per hanc productionem verò nullo modo ignis actualiter, & intrinſecè perficitur: Deus appetit animarum ſalutem, tamen nil intrinſecè acquirit. Ratio eſt, quia bonum ſufficit ſi ſit tale, vt in re cuius eſt bonum extrinſecum connotet perfectionem aliquam, & principium intrinſecum agenti eiuſdem perfectionum, ſic ſe habet actio reſpectu agentis, quia connotat tale principium in illo maximæ perfectionis, quod eſt actiuum eſſe, & vt aliud ab eo dependeat E in eſſe; ſic amor creaturarum in Deum, & etiam creatio, connotant maximam perfectionem.

Inclinatio naturalis quid?

Notandum quartò: In cælo duo poſſunt eſſe intrinſeca, motus, & vbi, quod acquiritur per motum. Quidam pro bono cæli, ratione cuius mouetur aſſignant vbi. Sed

Non rectè, quia licèt dum mouetur acquirat vbi, tamen ſi non moueretur haberet etiam ſuum vbi, quod non eſſet minoris perfectionis eo vbi acquiſito per motum; perinde enim ſe habet hæc pars cæli ſi ſit in oriente, quàm in occidente; quia non magis conſeruatur hîc quàm illic.

Alij

Toletus.

Alij verò vt Tolet. pro bono cæli aſſignant motum, ſed abſolutè hîc non placet niſi explicetur, qoia licèt aliquis motus ſit bonum, vt intellectio, motus tamen localis vt ſic non videtur dicere perfectionem immo imperfectionem, cùm ſit tantùm tendentia, & conſtituat tantùm ſobiectum in potentia, ſicot ergo nec motus localis rectus inferiorum, vt ſic perficiet ſubiectum, ita nec circularis perficiet cælum. Item motus hodiernus eiuſdem perfectioois eſt, quàm craſtinus reſpectu cæli, ergo. Cælo ergo nullum poteſt aſſignari bonum intrinſceom, vt ſic, niſi dicamus, vt ſuprà attigi, motum cæli eſſe bonum cælo, quia per illum conſtituitur in ratione proximè gubernatiui. His poſitis,

Vnica concluſio. Motus circularis eſt cælo naturalis ex parte eiuſdem cæli.

Probatur, quia cælum per motum habet bonum aliqood tum intrinſecum, nempe ipſum motum conſtituentem cęlum in ratione proximè gubernatiui, vt modò diximus: tum etiam bonum extrinſecum, quia conſeruatio, & productio rerum eſt magnum bonum: inferiora enim conſeruari à cælo connotant excellentiam in cælo nimirum, quod ſit talis naturæ, vt ab eo inferiora dependeant: non poteſt autem conſeruare inferiora niſi per motum, quia ſi quieſceret partim vrerentur, partim frigore contabeſcerét.

Obiectio 1.

Obiicies primo: Ergo cælum erit nobiliſſimum omnium inferiorum.

Cælum quomodo nobiliſſimum omnium inferiorum.

Reſpondetur: Secundùm quid concedo: non ſimpliciter. Nobilius ſimpliciter dicitur, id quod habet eſſentiam nobiliorem, quæ colligitur ex operationibus nobilioribus, actio aotem vitalis eſt perfectior operatio, quàm non vitalis. Secundùm quid illud eſt nobilius, quod eſt perfectius oon in eſſentia, ſed in exiſtentia, & in aliquo modo eſſendi vel exiſtendi. Ita cælum reſpectu inferiorum &c.

Ad rationes in contrarium, & ad primam, & ſecundam patet.

Ad tertiam. Cælum poſt diem iudicij propriè non quieſcet, licèt non mouebitur; illa enim non erit vera quies, ſed tantùm negatio motus: neque dicetur quieſcere violenter, quia tunc res dicitur violenter quieſcere cùm eſt extra proprium ſuum locum. Cælum autem ſi non moueretur, non eſſet extra locum ſibi proprium, ſed tantùm dicit negationem motus, quæ negatio non erit cælo violenta, quia non fiet reluctante cælo, quod ad violentiam requiritur, ſicut negatio actus non eſt violenta principio paſſiuo; generatio enim & calefieri eſt naturale materiæ, quæ licèt non ſit ſub generatione, nec calefiat, tamen non dicitur violenter eſſe ſub negatione generationis, & caloris.

Colligitur ex his cælum non dicere inclinationem ad quietem, ſed tantùm ad motum, quia motus eſt aliqua eius perfectio, vt diximus non verò quies.

Sectio III.

An motus ſit naturalis cælo ex parte formæ, vel etiam materiæ.

Dico *primò*: Cælum inclinatur ad motum naturaliter taotùm ex parte formæ: eſt contra pleroſque recentiores.

Prob. motus circularis debet eſſe peculiari quadam ratione naturalis cælo, at ſi illi conueniret naturaliter ratione materiæ, noo eſſet magis naturalis cælo, quàm cæteris ſublonaribus, ergo tantùm ratione formæ competit cælo.

Ariſtoteles.

Secundò ex Ariſtot. hîc tex. 15. qui ait, quod motus circularis non conuenit igni ſecundùm naturam, ſed alteri corpori ſimplici nempe cælo, ergo diuerſo modo conuenit igni, & cælo licèt materia ſit eiuſdem rationis in vtroque.

Denique, excepto motu generationis materia ad reliquos motus tantùm dicit non repugnantiam, ergo motus cæli non erit naturalis cælo ratione materiæ.

Dico ſecundò: Cùm dicimus, quòd motus ſit naturalis cælo ratione formæ non intelligimus ita eſſe illi naturalem, quia actiuè ab ea procedat, ſed qoia forma cæli motum circularem appetit non ob ſuam peculiarem, & priuatam naturam præciſam ab inferioribus, ſed quatenus eſt pars vniuerſi à qua inferiora quoad exiſtentiam dependent.

Sectio IV.

An motus cæli ſit naturalis ex parte intelligentiæ.

Dvplex poteſt eſſe ſenſus. *Primus*, an motus cæli dicatur naturalis ex parte intelligentiæ, ita vt eodem modo procedat ab intelligentia, quo motus naturalis dicitur fieri à natura. *Secundus* eſſe poteſt, an motus ille cæli ſit naturalis intelligentiæ, ita vt appetat mouere cælum, & dicat inclinationé ad motum illios.

D. Thomas. Capreolus.

Dico breuiter. Motus cæli eſt tantùm naturalis ex parte principij paſſiui, nullo modo ex parte intelligentiæ: eſt D. Thom. 1. Cæl. 5.3. cootra gent. c. 23. Capreoli &c. Contra Alex. immo contra Ariſt. qui videtur putaſſe intelligẽtias neceſſariò mouere cælos, & non poſſe nõ mouere.

Prob. quòd non ſit naturalis primo modo reſpectu intelligentiæ, quia quod mouet naturaliter debet eſſe principium intrinſecum, & per ſe, natura enim eſt principium motus in eo, in quo eſt &c. huiuſmodi non eſt intelligentia, ergo.

Secundò probatur, quòd non ſit naturalis poſteriori modo, quia intelligentia non mouet naturaliter, ſed liberè, ergo ad illum non dicit naturalem inclinationem.

Sectio V.

Qua virtute cælum moueant intelligentiæ.

Difficvltas eſſe poteſt an moueant per ſolum intellectum, & voluntatem; Vel per virtutem aliquam impreſſam; vel per aliquem impulſum per quem deinde producatur motus, vel per ſolam ſuam ſubſtantiam immediatè; vel denique per poteotiam motiuam ab intellectu, & voluntate diſtinctam.

Dico primò: Intelligentiæ non mouẽt cælos per ſolum intellectum, & voluntatem immediatè.

Prob. quia intellectus, & voluntas Angeli oon ſunt potentiæ motiuæ: voluntatis enim eſt velle; intellectus intelligere; neutrius mouere.

Confirmatur: Poteſt Angelus velle mouere licèt non moueat, & Deus concurrere ad actum volitionis Angeli, & non ad motum cæli, & licèt non ſit præſens velle mouere, & non poteſt niſi præſens mouere, ergo idem non eſt velle & mouere.

Præterea velle, & intelligere ſunt actus im-

manentes, mouere tranſiens. In anima rationali virtus motiua eſt diſtincta ab intellectu, & voluntate, ergo & in Angelis.

Denique potentia volitiua eſt illimitata, poteſt enim velle mouere quodlibet, potentia verò motiua eſt limitata, quia non poteſt in quodlibet, ſed in res proportionatas, ergo Angelus non mouet per intellectum, & voluntatem.

Dico ſecundò. Nec Angelus mouet cælum per virtutem aliquam impreſſam ſpiratiuam, & per impulſum.

Prob. Ideo admittenda hæc virtus, quia intelligentia eſt immaterialis, at hoc non refert; quia vel hæc virtus impreſſa eſt materialis vel immaterialis: ſi immaterialis, ſicut poterit illa mouere, poterit & Angelus: ſi materialis, quomodo hæc virtus materialis producetur ab Angelo immateriali?

Secundò, quòd non poſſit per impulſum. Tunc requiritur hic impulſus cùm mouens ſeparatur à mobili, vt ſit inſtrumentum mouentis, dum mouens non poteſt eſſe præſens mobili, intelligentia verò ſemper eſt præſens cælo.

Præterea. Neque eſt neceſſarius in cælo reſpectu motus, quia Deus poteſt mouere abſque quod producat hanc qualitatem impellentem: neque ex parte mobilis, quia ſemper eſt præſens, &c.

Dico tertiò. Nec cælum mouent immediatè, per ſuam ſubſtantiam, vt communiter Peripatetici, D. Thom. Auer. &c.

Prob. quia nulla ſubſtantia creata eſt, quæ operetur immediatè abſque potentia ſaltem diſtincta formaliter, vt inductione patet, ergo neque intelligentiæ.

Secundò: nullius creatæ eſſentiæ eſt poſſe operari, ſed poſſe operari adueniet eſſentiis, ergo nulla creatura per propriam eſſentiam operatur.

Denique, intelligentiæ volunt, & intelligunt non per propriam eſſentiam, ſed per potentiam volitiuam, & intellectiuam, ergo multo magis dum mouent, mouent per potentiam loco motiuam, & non immediatè per propriã ſubſtantiã.

Dico quartò, intelligentias mouere immediatè cælum per potentiam loco motiuam, diſtinctam à voluntate & intellectu.

Prob. quia nulla ſubſtantia eſt immediatè operatiua Deo excepto, ergo ſi Angeli mouent, & non per intellectum, & voluntatem, nec per propriam ſubſtantiam, id præſtant per potentiam loco motiuam.

Secundò, quot ſunt actus eſſentialiter diſtincti tot ſolent poni potentiæ: hinc illud, potentiæ diſtinguuntur per actus; & volitio ideo eſt diſtincta ab intellectu, quia velle diſtinguitur ab intelligere, ſed mouere diſtinguitur eſſentialiter à velle, & intelligere, ergo diſtinctam requirit potentiam ab intellectu, & voluntate.

Dico quintò. Intelligentiæ eſt mouere cælum per intellectum, & voluntatem mediatè: ſicque explicandi cùm aliter videntur loqui DD. præſertim D. Thom.

Probatur, quia intelligentiæ ita mouent cælum, vt ſciant & velint illud mouere, ergo &c.

Obiectio. *Obiicies* ex D. Th. Natura intelligentiarum eſt tota intellectiua, ergo quicquid operatur, operatur per intellectum & voluntatem, quia omnis actio eſt ſecundùm naturam agentis.

Reſpondetur, retorquendo argumentum: Natura intelligentiæ eſt tota intellectiua, ergo

A nequibit velle aliquid, at hoc non concedent.

Secundò, licèt Angelus dicatur natura intellectiua ſecundùm totam ſubſtantiam, non tamen neceſſe eſt, vt non habeat alias potentias, vt patet in voluntate, quam habet præter intellectiuam potentiam, ſufficit ergo ſi omnes operationes prodeuntes à ſuis potentiis pendeant ab intellectu dirigente, & cooperante.

Inſtabis, ſi intelligentia eſt tota intellectiua, non poterit eſſe in ea niſi potentia rationalis, intellectus videlicet vel voluntas, ergo nullo modo potentia loco motiua, quæ non eſt rationalis.

B Reſp. potentia loco motiua dici etiam poteſt potentia rationalis, non quidem elicitiuè, ſed directiuè, dirigitur enim à voluntate & intellectu.

SECTIO VI.

An intelligentiæ ſint in aliqua parte cæli, vel in toto.

DIFFICVLTAS eſſe poteſt tum in cælis, quæ habent epiciclos, & circulos eccentricos: tum in us, qui omnino ſolidi, vt forſitan decima ſphæra.

Dico primò. In cælis, qui carent eccentricis probabile eſt intelligentias eſſe tantùm in aliqua C parte cæli, non in toto.

Probatur, quia vt intelligentia moueat totum cælum, ſufficit ſi moueat vnam partem eiuſdem cæli, ea enim mota totum mouetur.

Quòd ſi petes, in quanam parte cæli ea ponenda eſt.

Reſp. quidam in oriente. Sed ineptè præſertim ij, qui orientem non admittunt.

Dico ergo. In ea parte erit intelligentia in qua voluerit, ſicut enim liberè mouet totum cælum, ſic etiam liberè poteſt eſſe in hac vel in illa parte, dummodo illa non opponatur motui, quem debet promere, vel illum impediat.

Dico ſecundò. In cælis, qui habent eccentricos, & epiciclos, probabile eſt quòd Angelus D ſit in toto cælo.

Probatur, quia Angelus non mouet per virtutem & qualitatem impreſſam materialem, quę ab eo procedat, quia hæc non poteſt dari, vt diximus: ergo neceſſariò Angelus debet eſſe indiſtans, & omnino præſens, ergo ſingulis orbiculis eiuſdem cæli, ſi quidem ſi eſſet tantùm in vna parte cæli moueret tantùm vnum orbem eccentricum, videlicet ſimpliciter, non eccentricos ſecundùm quid.

SECTIO VII.

An intelligentiæ moueantur per accidens dum mouent cælos.

E QVÆSTIO eſſe poteſt tum de ſententia Ariſtot. tum de re ipſa. Ariſtotelis autem ſententia hæc eſt ex D. Th. 8. Phyſic. 52. vt D. Thomas. primus motor non moueatur nec per accidens nec per ſe, intelligentiæ verò inferiores moueantur per accidens. Reuera tamen Ariſtotelicæ rationes æquè probant, tum de primo motore, tum de reliquis; quæ it enim ibi cur primus motor non mouetur, ait, quia defatigaretur, & eſſet corruptibilis, ſed eadem ratio militat in intelligentiis. Ideo eo omiſſo,

Prima ſententia diſtinguit ſic: Si motor eſt fixus in vna parte cæli, tunc mouebitur per acci-

dens, ſi verò eſt in toto cælo non mouebitur per accidens, quia ſicur totum cælum non mutat locum, ita neque intelligentia ſi ea ſit in toto cælo: & ſicuti quælibet pars cæli mouetur, ſic ſi intelligentia eſt in aliqua parte cæli cum ea mouebitur, ſuppoſito quòd ſemper illa ſit in eadem parte, & illi aſſiſtat.

Secunda ſententia docet cælum dum mouetur ſi intelligentia ſit tantùm in vna parte, non ſtatim dicendum, quòd eum cælo moueatur vel per ſe, vel per accidens, quia poteſt ſemper aſſiſtere alteri, & alteri parti cæli ſucceſſiuè eadem intelligentia immota.

Dicendum eſt, ſiue intelligentia concipiatur in vna parte cæli, ſiue in toto non eſt neceſſe, vt moueatur per accidens ad motum cæli.

Probatur: intelligentia non eſt forma informans, ſed aſſiſtens, ergo nullo modo dependens à cælo, ergo non neceſſariò mouebitur ad motum cæli.

Confirmatur: Anima enim ideò dicitur moueri per accidens ad motum corporis, quia eſt forma corporis.

An autem moueri poſſint per accidens ſi ipſis libuerit cum motu cæli, ſi ſemetipſas adiungant alicui parti, nulli dubium eſt. Sit

---

Sectio VIII.

An primus motor in genere cauſæ efficientis immediatè moueat primum mobile, ſeu à quo primum mobile moueatur.

DIFFICVLTAS *eſt* penes Ariſt. principia, quidve in eius ſententia dicendum, de re enim conſtat vt dicemus.

Supponendum ergo, certum eſſe in ſententia Ariſt. Deum concurrere tanquam cauſam primam cum qualibet intelligentia ad mouendos cælos. Quod quærimus eſt ſuppoſita Ariſt. doctrina. An Deus concurrat ad mouendum cælũ tanquam mouens particulare, ita vt Deus immediatè moueat primum mobile, reliquæ intelligentiæ cæteros cælos. D. Thom. hinc putat eſſe Ariſt. ſententiam Deum immediatè mouere primum mobile, & per ſe in genere cauſæ efficientis: cæteros orbes mediatè, & in genere cauſæ finalis, vt appetibile mouendo videlicet intellectum, & voluntatem intelligentiarum, quæ ſic motæ mouent effectiuè cælos. Sequuntur Conimb. 2. Cæl. cap. 5. quæſt. 6. art. 2. & Græci omnes. *D. Thomas.*

Scotus verò ait Ariſt. putaſſe Deum tantùm concurrere mediatè, mouere videlicet in genere cauſæ finalis etiam reſpectu primi mobilis. *Scotus.*

Probat Scot. ex 12. Metaph. 35. 36. & 37. Vbi ait Deum mouere ſicut amatum, & deſideratum, hoc autem eſt mouere finaliter.

Probat D. Thom. ex 8. Phyſic. vbi nititur Ariſt. probare dari vnum motorem, & immobilem ne detur progreſſus &c.

Varius reuera Ariſt. nec ſibi ipſi conſentiens. Puto tamen probabiliorem D. Th. ſententiam, docet enim Ariſtot. 2. Phyſic. 73. duplicem dari motorem, vnum, qui mouet, & mouetur, alium qui mouet immobilis, qui eſt omnium primus; is autem eſt Deus.

Sed in hac re nil arbitror immorandum, quandoquidem de re ipſa iam apud Theologos conſtat ſingulos cælos immediatè, & in genere cauſæ efficientis moueri à ſingulis intelligentiis, & Deum non concurrere niſi finaliter, vt cauſa inquam particularis. Eſt enim id diuinæ prouidentiæ magis conſentaneum, & etiam, quia ſi Deus mouet primum orbem, cur non etiam reliquos cum eadem facilitate id poſſit, at non mouet reliquos, quia ita magis conuenit rerum naturis, vt nunquam agat Deus immediatè quando aliter fieri poteſt, ergo.

DISPVTATIO QVARTA.

De actionibus cæli.

Sectio I.

An cælum agat in iſta inferiora.

CERTVM eſt cælum agere in hæc inferiora abſolutè loquendo. Patet, quia illuminat, lumen calefacit, calor producit &c. Soliſque abſentia frigefacit, humectat &c.

Certum ſecundò eſt, cælum non poſſe agere niſi in res materiales, atque adeò non in voluntatem, & intellectum immediatè: licèt poſſit agere in voluntatem mediatè alterando corpus, imprimendo inclinationes, &c.

Difficultas eſt, an agat in ſingulas actiones, & res materiales.

Affirmat D. Th. Prob. ex calore cæleſti, qui ob ſummam perfectionem, & actiuitatem omnia viuificat conſeruat &c. Sequuntur Thomiſtæ ferè omnes. *D. Thomas.*

Negant alij cælum agere in generationes ſingulas. Prob. quia cælum non agit niſi per lumen & motum, cùm hoc autem non poteſt niſi calefacere, & per accidens exſiccare, & humectare, ſed ad multorum generationes requiritur frigus, & humor, ergo cælum non concurret per ſe ad omnes generationes.

Addunt Simpl. 1. Cæl. com. 12. Auer. in lib. qui inſcribitur Deſtructio deſtructionum diſp. 1. omnem motum inferiorum ceſſaturum ſi ceſſaret motus cæli, nec ignis combureret &c. *Simplicius. Auerroes.*

Vlteriùs Achil. lib. de Orbibus ait ſi ceſſaret motus cæli, omnia ſtatim corrumperentur excepta materia prima.

Capreol. in 2. diſtinct. 14. quæſt. 1. Sor. in 4. diſt. 48. quæſt. 2. art. 2. Diſtinguunt ceſſante motu cæli ceſſaturas omnes trãſmutatiuas actiones non verò apprehenſiuas, & cognoſcitiuas. *Capreolus.*

Soncin. Futuras tranſmutatiuas accidentales, defecturas ſubſtantiales. *Soncinas.*

Alex. apud Simpl. 2. Cæl. 11. Remanſuras omnes actiones, ſed inordinatas; Ordo enim generationum pendat à cælo. *Alexander.*

Dico primò: cælum non eſt ita cauſa vniuerſalis, vt concurrat in omnes actiones.

Prob. quia ſi eſſet vacuum iuxta concauum orbis Lunæ, & deinde lapis in aëre, & lignum circa ignem, nulla appareт ratio cur tunc ignis non ageret, lapis non deſcenderet, poſito quòd Deus concurrat concurſu vniuerſali, & lapis iuxta ſuam naturam grauitet, in eo tamen caſu cælum non influeret, quia intercederet vacuum.

Secundò: Ad quid requiritur cælum vt ignis comburat, lapis deſcendat? Vel vt cælum afferat lumen, & calorem quo adiuuetur ignis &c. Sed videtur impertinens, alioquin ignis noctu minus

combureret: Vel vt afferat aliquas qualitates occultas, & neque, quia ſi per motum illas affert, ergo non vbique mittuntur ab omnibus partibus cæli, ergo aliquando ignis combureret non influente cælo. Prima conſequentia probatur, quia ſi ab omnibus partibus cæli producerentur illi influxus, iam non eſſet neceſſarius cæli motus. Secunda etiam probatur, quia ſi influxus non ſunt vbique, continget aliquando agens operari quando non habet illam partem cæli ſupra ſe influentem.

Dico ſecundò. Ceſſante motu cæli cæteriſque influxibus non illico ceſſaturas omnes eius operationes, ſed duraturas, licèt non longo tempore.

Prima pars probatur, quia eſt proprium ſolius Dei habere omnes cauſas, ita eſſentialiter ſibi ſubordinatas, vt nulla omnino intelligatur poſſe agere, eo non coagente. Quòd ſi cælum dicitur cauſa vniuerſalis inferiorum, & primum inter corpora id tantùm dicitur, quia eſt primum in aliquo genere cauſalitatis, & concurrit ad maximam partem effectuum naturalium.

Secunda pars etiam probatur, quia inferiora cùm ſint mixta ex elementis requirunt quamdã temperiem qualitatum. Si cæli non mouerentur nimio frigore contrabeſcerent quædam, quædam calore diſſoluerentur: & ſic temperies illa diſſolueretur.

Sectio II.

Per quæ cælum agat in inferiora hæc, & primò an per motum?

TRiplex enim hîc ſolet eſſe difficultas. An cælum agat primò per motum. Secundò, an per lumen. Tertiò, an etiam per occultas quaſdam influentias.

Aristoteles. Quoad primum, an agat per motum. Eſt Ariſt. & omnium Peripateticorum ſententia, quam *Massius.* ſequitur Pater Maſſ. hîc, per motum produci calorem. Ita Ariſt. 1. Meteor. cap. 3. & in problem. ſect. 5.

Probatur experimentis nonnullis, plumbeam telorum videlicet cuſpidem dum iacitur igniri: ſic etiam axes curruum, molas farinarias, equorum ſoleas ſcintillare: aiunt ergo eodem modo dum cælum aërem rapit eum calefacere, & eodem calore inferiora fouere.

At innumeris ſeſe inuoluit difficultatibus hæc ſententia, præſertim iuxta Ariſtotelica principia, qui vult inter aërem, & cælum eſſe ſphæram ignis, qui vult mediam aëris regionem frigidiſſimam. Cùm enim videamus poſito vniformi motu cælorum calorem non vniformem, æſtate intenſiorem, remiſſiorem in hyeme.

Dicendum primò, cælum agere in hæc inferiora per motum aliqua ratione, id autem poteſt intelligi duobus modis Primo, vt motus ſit tantùm conditio applicando actiua paſſiuis, & hic modus agendi negari non poteſt Secundo intelligi poteſt cælum agere per motum tanquam per cauſam immediatam poſitiuè influentem ad productionem alicuius effectus, qui quidem modus licèt expreſsè tribuatur cælo ab Ariſt. 2. Cæl. tex. 42. & 1. Meteor. ſum. 1. cap. 4. tamen nullo modo mihi videtur concedendus.

Dicendum ſecundo. Neque motus eſt conditio neceſſaria, vt cælum ſimpliciter agat in hæc inferiora.

A Probatur, quia cælum habet perfectam rationem agendi per lumen; præciſo enim motu lumen eſt aptum ſua natura calefacere, & inferiora calefieri, ergo.

Præterea: Motus cæli non requiritur, vt agens approximetur paſſo, quia motus ille eſt circularis, & ſemper cælum eodẽ modo diſtat, ergo &c.

Dicendum tertiò. Motus cæli eſt conditio neceſſaria, vt cælum medio lumine, & aliis influentiis agat in omnes partes vniuerſi.

Patet, quia ſi ſol non moueretur non illuminaret niſi vnicum hemiſphærium.

B

Sectio III.

Quomodo cælum etiam agat per lumen.

LVmine ipſo clarius eſt, cælum agere per lumen. Difficultas ſupereſt, quomodo per lumen videlicet, an tantùm illuminando, vel etiam calefaciendo, & alterando.

Prima ſententia eſt Duran. in 2. diſtinct. 18. quæſt. 1. lumen per ſe non calefacere, quod ſi calefacit id præſtat per aliam virtutem annexam. Sequuntur plerique recentiores. *Durandus.*

Probatur, quia aliud eſt illuminare, aliud calefacere, ergo alia potentia illuminatiua, alia calefactiua.

C *Secunda ſententia* vult lumen eſſe productiuum caloris immediatè, & directè.

Probatur, quia vbi eſt maius lumen, & vbi multi concurrunt radij, maiorem ibi calorem ſentimus, ergo ex lumine immediatè producitur calor, & directè.

Dicerem primò. Lumen ex ſua natura calefacere, & per ſe, & per accidens plures alios effectus producere, humectare videlicet, addenſare, exſiccare, rarefacere, frigefacere iuxta ſubiectorum varietatem.

Prima pars patet, quia in plenilunio noctes experimur calidiores, & oſtreas, & conchilias pleniora certè ob maiorem calorem.

D Secunda etiam patet.

Dicerem ſecundò: licèt lumen per ſe, & ex ſua natura calefaciat, & immediatè, neque id præſter per aliam virtutem à ſe diſtinctam realiter, tamen nec cælum, nec lumen eſt formaliter calidum, ſed lumen eſt quædam qualitas eminenter productiua caloris non directè, ſed indirectè, ex eo videlicèt, quòd offendat corpus opacum aptum ad reflectendum lumen. Quòd hoc pacto producatur calor à lumine patet multis experimentis.

Primò, cùm lumen per aquam, aut criſtallum tranſmittitur calefacit vehementius, & accendit ſi quid opponitur; hoc autem non eueniret
E ſi lumen per ſe, & directè produceret calorem, quia deberet priùs producere calorem in aëre. Præterea fit reflexio etiam aqua remanente frigidiſſima, fit autem, quia radij ob interiectam phialam, vel ſpeculum vniuntur in puncto, & ideò maximè reflectunt, ex quo maximus excitatur calor.

Secundò, iuxta Ariſt. principia. Prima aëris regio eſt calidiſſima: media frigidiſſima; etiam calida infima, & certè ob reflexionem radiorum, ergo non lumen ex ſe directè producit calorem, quia ſic media regio eſſet calida, ergo calor tantùm à lumine reflexo.

Tertiò, oſtendunt Mathematici. Cùm ſol eſt

in capricorno minus calefacit, & tamen eſt nobis propinquior, quàm in æſtate, & in æſtate diſtantior ob motum ſui epicicli, & tamen in æſtate magis calefacit. Ratio eſt, quia in æſtate radij magis directè, & propè perpendiculariter nos feriunt, ex quo fit maior radiorum reflexio, in hyeme verò non adeò directè, & ideo licèt ſol propinquior, minùs calefacit, quia minor reflexio.

Quartò patet ex Archimedis ſpeculis in Romanas triremes, quæ ſic conſtituit, vt ex iis directè reflecterent radij, & triremes incenderent.

Sectio IV.

An cælum etiam agat per occultas qualitates, & influentias.

TRiplex in hac re, & quidem grauiſſimorum doctorum *ſententia*.

Auerroës. Picus Mirandulanus. Perenius.

Quidam volunt cælum tantùm agere per motum, & lumen. Ita Auer. Achil. Picus Mirand. lib. 3. contra Aſtrolog. Perer. lib. 2. in Gener. cap. 3. & pleriqué recentiores.

Quidam verò præter lumen, & motum volunt dari prædictas influentias: diſtinguunt tamen triplicem modum agendi in cælo. C Primus vniuerſalis, & eſt per lumen & motum. Secundus per proprias qualitates caloris & frigoris, humidi, & ſicci, quas eminenter continent. Tertius eſt magis particularis, & eſt modus ille quo aſtrum quodlibet agit in vnumquodque indiuiduum per occultum quemdam influendi modum, qui ex diuerſa natura oritur cuiuſque ſideris, ſeu ex diuerſis coniunctionibus, aſpectibus, & oppoſitionibus cum aliis aſtris, à quibus inferiora ita dependent, vt nihil fiat hic ſine illorum concurſu. Ita Aſtrologi omnes.

Alij denique, eſt velut media ſententia, concedunt præter lumen, & motum influentias in D cælo, quæ ſint qualitates virtuales conſequentes naturam aſtrorum, quibus cælum agit in hæc inferiora, non tamen tot nec adeo neceſſarias, vt aſtronomi volunt, ſed tot quot requiruntur ad ſaluandos quoſdam effectus ad quos non videtur ſufficere lumen, & motus. Ita D. Thom. 2. Cæl. tex 42. D. Bonauentr. in 2. diſtinct. 14. quæſt. penult. Albert. 1. cap. 1. quæ mihi videtur probabilior.

D. Thomas. D. Bonau. Albertus.

Dico primò, dantur in cælo occultæ quædam influentiæ præter lumen &c.

Probatur primò: Ex fluxu, & refluxu marium, quorum quædam ſex horis fluunt totidem refluunt, quædam ſeptenis fluunt, quinis refluunt, & alia refluunt E octonis, quaternis fluunt: hæc autem motuum varietas certum eſt, quòd ſit cælo referenda, non tamen lumini aut motui, ergo influentiis.

Confirmatur, quòd huiuſmodi effectus non poſſit fieri à lumine, quia hi motus fiunt ſæpiſſimè in mari, etiam cùm Luna eſt in altero hemiſphærio. Præterea in oceano Luna excitat ingentes vndarum fluctus, & fluctuum reciprocationem, & vehementius illud agitat cùm coit cum ſole. Denique ſi Luna id per lumen præſtaret, quomodo id poterit cùm eiuſdem lumen ſit adeò tenue & exiguum.

Secundò, præter huiuſcemodi effectus ſen-A timus nonnunquam ingens frigus, nonnunquam intenſiorem calorem, quæ quidem qualitates nequeunt referri ſolummodo lumini.

Tertiò debetur hic agendi modus cælo; inſtitutum enim eſt ad gubernationem inferiorum

Quartò: Videmus ligna, quæ præciduntur decreſcente luna diu conſeruari, quæ verò creſcente citiùs putreſcere. Item arbores quæ plantantur eadem creſcente creſcunt citiùs, fructus verò minimè vel paucos producunt: quæ verò decreſcente vberiores afferunt fructus. Denique cur ſol dum eſt in ſigno Leone elicit vehementiores calores, & cur in morbos periculoſiores tunc nos incidimus: cur venarum inciB ſio, & medicinæ tunc non ita ſalutares, cur octauo die ante ortum caniculæ ſol, & aër eſt tranquillus, vt ait Plin. lib 18. cap. 28. Cur vt ait Ariſt. 3. Meteor. ſum. 3. cap. 2. dum oriuntur hyades ſolent eſſe pluuiæ. Certè hæc omnia nequeunt ſaluari per ſolam lucem, & calorem, faciliúſque ſaluantur per occultas influentias, & qualitates, ergo.

Plinius.

Dico ſecundò: Non eſt concedenda cælo tanta vis, vt in omnes, & ſingulas actiones concurrat, vt vult ſecunda ſententia.

Probatur, quia ita poſſent coniici omnia futura, & creatus intellectus poſſet naturaliter præſcire, quæ venture ſunt, quod ſanè ſcripturis C repugnat, & naturales vires excedit præſertim quæcunque ponantur influentiæ, à libero arbitrio, in quod directè nequeunt agere, poſſiot fruſtrari.

Obiicies primò pro prima ſententia. Si aſtra præter lucem, & calorem emitterent alias influentias, & qualitates deberent producere has qualitates in corporibus interiectis, quod non videtur probabile, neque enim in interiectis corporibus eoſdem videmus effectus. Obiectio 1.

Reſpondetur: Concedo ſequel. ma. Non videmus tamen eoſdem effectus in interiectis corporibus, quia ad hoc vt producatur idem effectus, non ſufficit eadem cauſa effectrix, ſed re-D quiritur materia eodem modo diſpoſita qualis non eſt in hoc caſu.

Obiicies ſecundò: Lux cæleſtis dicitur continere eminenter omnes qualitates elementares, eſt enim omnium nobiliſſima, ergo ea ſola ſatis erit, nec requiritur alia occulta qualitas. Obiectio 2.

Reſpondetur: Non ſequi ex eo quòd lux ſit nobiliſſima qualitas quod contineat omnes alias qualitates ſublunares; potentia enim viſiua eſt nobilior cæteris potentiis ſenſitiuis, non tamen illas continet formaliter aut eminenter.

Obiiciunt denique, vt Mirand. & alij, quod huiuſmodi influentiæ ſunt omnino ignotæ, ergo non dantur. Obiectio 3.

E Reſpondetur, quòd ſtulta ſatis conſeq. Præterea licèt hę non ſint notæ in ſeipſis innoteſcunt tamen per effectus, qui neceſſariò alias cauſas requirunt omnino ab iis, quas ſenſibus experimur, à calore nimirum, & luce, vt vidimus.

Dico tertiò: Huiuſmodi influxus ſunt in ſublunaria ab omnibus cæleſtibus corporibus, quotquot ea ſint empyreo excepto: illius enim finis non eſt inferiora gubernare, & regere, ſed vt ſit beatorum ſedes, quod ſufficit ne in rerum natura aliquid detur otioſum, neque infimum inter res creatas eſt munus beatorum corporibus pulchritudine, lumine, magnitudine deſeruire. Hæc in lib. de cælo.

FRANCISCI MARIÆ DEL MONACO DREPANITANI CLERICI REGVLARIS,

SACRÆ THEOLOGIÆ OLIM PATAVII PROFESSORIS, IN ARISTOTELIS LIBROS *DE ANIMA*, DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

PRÆLVDIVM ad libros Ariſtotelis de anima.

EGIT hactenus Ariſtot. in lib. de Cæl. Meteor. & de Generat. de corporibus naturalibus ſimplicibus, & mixtis inanimatis: agit hîc de mixtis animatis. Hinc primò animæ eſſentiam, vel gradus inquirit: quia verò viuentia, & generantur, & B ſeneſcunt, & intereunt, & ſentiunt, & recordantur, egit de his in paruis naturalibus, & de Gener. Animal. & de Animal. hiſtoria, eorúmq; partibus ex quibus intrinſecè, & extrinſecè conſtitouuntur, qualia ſunt oſſa, nerui, ſanguis &c. quia tandem etiam plantæ viuere dicuntur, de iis etiam tractationem habuit qua rerum naturalium tractationi finem impoſuit. Nos primo libro omiſſo, in quo idem Ariſtot. agit de dignitate Animæ, & veterum de ea opiniones enumerat, ſecundum, & tertium explicabimus. Vterque autem in quinque partes diuidi poteſt, C quam diuiſionem & nos ſequemur: agemus ergo primò de eſſentia animæ: ſecundò de anima vegetatiua, eiúſque proprietatibus: tertiò de ſenſitiua: quartò de intellectiua: quintò de principio motiuo ſecundùm locum.

A

PARS PRIMA.

De eſſentia animæ, eiúſque potentiis in communi.

AGEMVS hîc de iis, quæ pertinent ad eſſentiam animæ, eiúſque rationem B conſiderabimus, atque etiam potentias in communi: quomodo videlicet ab anima, & inter ſe diſtinguantur, quomodo ſit cauſa ipſarum, & an in ipſa ſubiectentur. ideo ſit

DISPVTATIO PRIMA.

De eſſentia animæ.

C

SECTIO PRIMA.

Explicatur definitio animæ.

ANIMA ſic ab Ariſtot. definitur tex. 6. *Eſt actus primus corporis naturalis organici potentia vitam habentis.* Ariſtoteles.

Dicitur *actus primus* vt ſignificet actum ſubſtantialem contradiſtinctum ab operationibus, quæ ſunt actus ſecundi: debet

Digitized by Google

autem anima eſſe actus ſubſtantialis, quia viuentia dum habent proprias operationes ſibi debitas, debent habere principium ſubſtantiale, ratione cuius illi tribuantur huiuſmodi operationes naturales, intelligere enim, & ſentire promanare non poſſunt à principiis accidentalibus. Patet primò ex nutritione, quæ tendit ad ſubſtantiam, ſubſtantia verò nequit produci ab accidenti tanquam à primario generante: Tum quia viuentia cùm ſint entia per ſe neceſſariò conſtare debent ex principio formali ſubſtantiali. Denique quia corpus habens vitam per animam tale eſt, ſed corpus habens vitam eſt ſubſtantia, ergo & anima.

Petes, an Ariſtot. intelligat actum primum diſtinctum ab operatione, an verò prout illam inuoluit. Ratio difficultatis eſt, quia nequit ſeparari anima à quolibet actu ſecundo, vt à nutritione.

Reſpondetur: Tranſeat animam non poſſe ſeparari ab aliquo actu, & quod glires, & vrſi nutriantur etiam dum dormiunt; actus verò primus in definitione intelligi debet ſi non ſeparatus re, ſaltem præciſus, & obiectiuè abſtrahens ab actu ſecundo.

Dices: Sentire & intelligere eſt pati 2. de Anima 52. & 3. de Anima tex. 3. & tex. 7. dicitur anima in potentia ad omnia, ergo non poteſt dici omnino actus primus reſpectu operationum.

Reſpondetur, animam dupliciter ſpectari poſſe: vel vt principium elicitiuum operationum; vel vt principium ſuſceptiuum earumdem. Primo modo dicitur etiam potentia, ſed actiua: ſecundo modo potentia paſſiua. Et quia in compoſitis naturalibus potentia actiua non poteſt eſſe materia, ſed forma, quæ eſt actus actuans in compoſitis naturalibus, ideò vocatur actus; qui quidem actus, quia poteſt habere actum à ſe dependentem, quando operatur qui eſt ſecundus, ideò reſpectu illius appellatur actus primus: idem ergo poteſt eſſe actus, & potentia, potentia inquam elicitiua, & paſſiua, actus verò informatiuus, & productiuus.

Dicitur anima *actus corporis* prout corpus ſignificat materiam proximè diſpoſitam ad recipiendam animam: ſecundo pro toto ipſo compoſito animato, quod ex actu conſtat, & materia diſpoſita, quia anima eſt actus tam materiæ, quàm compoſiti. Probatur, quia anima ex tex. 4. eſt perfectio tam reſpectu compoſiti, tum reſpectu materiæ, quia materia eſt perfectibilis; ſicut & compoſitum ipſum dicitur perfectum, & quidem ratione animæ. Fateor tamen probabilius eſſe ſi per corpus intelligatur altera pars diſtincta ab anima. Probatur, quia definit animam, quæ eſt altera pars corporis dicens ordinem eſſentialem ad aliam compartem, ergo per ly corporis materia potius intelligitur, quàm compoſitum.

Dicitur *organici*, ſeu inſtrumentalis, quia videlicet id cuius anima eſt actus debent conſtare ex diuerſis organis, ſeu inſtrumentis ad varias operationes exercendas, viuens enim non tantùm vnam operationem exercet, ſed plures, animal enim videt, audit &c. In planta etiã ſunt rami, folia, putamina, radices, quæ ſunt animæ vegetatiuæ veluti inſtrumenta, folia enim ſunt veluti cooperimentum fructuum, putamina & radices tanquam os extrahentes alimentum: rami reſpondent oſſibus; pulmentulum autem intus incluſum medullæ; cortex carnibus, in quo apparent venulæ per quas attrahitur ſuccus &c. & ſi arbores decorticentur, vt plurimum areſcent, quia illi inſtrumenta deficiunt ad attrahendum alimentum. Eſt autem tale corpus inſtrumentale, quia habet ſuas formas partiales, vt dicemus.

Denique dicitur *potentia vitam habentis* maioris explicationis gratia: idem enim eſt potentia vitam habere, & eſſe inſtrumentale, & organicum, vt patet ex tex. 4. vbi reliquit τὸ organicum, & inſtrumentale, tantúmque dixit, eſſe actum corporis potentia vitam habentis. Ita D. Thom. Themiſt. Philop. Mercer. Dilucid. de hac re. Notandum verò ſi corpus accipiatur tantùm pro parte inſtrumentali, *potentia vitam habere* eſt corpus ita eſſe diſpoſitum, vt non remotè, ſed proximè ſit aptum ad recipiendam, vel retinendam animam, quæ dicitur vita; patet ex tex. 36. vbi habet viuere viuentis eſt eſſe; ibi autem viuere connotat principium ſubſtantiale. Si verò corpus ſumatur, vt probabile putauimus, pro toto compoſito; potentia vitam habere ſignificat eſſe in potentia non ad animam, ſed ad operationem, operatio enim dicitur etiam vita, vt patet ex tex. 3. & 13.

Obiectio 1.

Obiicies primo: Cadauer eſt organicum, & tamen non eſt in potentia ad vitam, ergo non eſt idem eſſe organicum, & potentia vitam habere. Anteced. probatur, ſi enim eſſe organicum eſt, habere diuerſa membra ſub diuerſis formis partialibus, id adhuc cernitur in cadauere, ergo eſt organicum.

Organicũ propriè quid ſit.

Reſpondetur, organicum non eſſe id, quod habet formas partiales quomodocunque, ſed id quod eſt in potentia proxima ad recipiendam animam dicens primariò formas partiales, ſecundariò diſpoſitiones requiſitas: cùm ergo è cadauere diſcedit anima, membra non habent diſpoſitiones eaſdem requiſitas, quia ſi illas haberet anima non diſcederet.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundo: Anima eſt actus corporis homogenei carnis videlicet, ergo non tantùm corporis organici.

Reſpondetur: Pars homogenea eſt ſubiectum inadæquatum: totum corpus organicum ſubiectum adæquatum.

Senſus definitionis.

Integer ergo ſenſus definitionis iuxta primam reſponſionem, & probabiliorem eſt, anima eſt actus ſubſtantialis, & ideo actus primus: informatiuus corporis organici, id eſt materiæ quæ per varia organa, & partes proximè diſpoſitas ſit proxima potentia eiuſdem actus. Iuxta ſecundam reſponſionem eſt. Anima eſt actus corporis, id eſt viuentis, quod ſit in potentia ad varias operationes. Actus primus ſtat loco generis; reliqua loco differentiæ.

Ariſtoteles.

Aliter etiam definitur ab Ariſtot. tex. 24. *Anima eſt principium quo primo viuimus, ſentimus, & mouemur, & intelligimus:* ac ſi diceret anima eſt principium vegetationis, (id enim hîc ſignificat viuere, licèt aliquando etiam viuere ſignificet viuere, & intelligere, inde enim Deus dicitur optimam vitam viuere) ſenſationis, motus localis, & intellectionis. Hîc tamen

Difficultas eſt, an hîc definiatur omnis anima vnica definitione, an verò ſit multiplex definitio.

Simplicius. Ægidius.

Simpl. vult eſſe triplicem. Ægid. quadruplicem, quot videlicet ſunt verba.

D. Thomas. Rectiùs cum D. Thom. Eam vnicam definitionem eſſe, & conuenire omni animæ in communi, ſeu in confuſo ſumptæ, vt ſenſus ſit animam ſolùm eſſe, qua viuimus, ſentimus &c. & nil aliud præter animam id habeat; ſiue poſtea in particulari quælibet hæc tria habeat, ſiue non; neque enim ſumenda eſt definitio copulatim, ſed diuiſiuè, vt diximus in definitione naturæ.

Differt hæc poſterior definitio à prima, quia prima explicat animam, vt ſubſtantialem actum, & partem corporis eſſentialem: ſecunda explicat animam, vt principium naturalium operationum.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò:* Hanc eamdem definitionem conuenire etiam Deo Act. 17. quòd in Deo viuimus, mouemur, & ſumus.

Reſpondetur, Deum eſſe principium ſenſationis, intellectionis, & vitæ, ſed extrinſecum: anima verò eſt principium earumdem operationum, ſed intrinſecum.

Obiectio 4. *Obiicies quartò:* Anima ſeparata non eſt principium ſenſationis, vegetationis &c. & tamen eſt verè anima, ergo.

Reſpondetur, hîc definiri animam, vt diximus, in ordine ad operationes, atque adeò animam actualiter informantem: ſeu anima eſt principium ſenſationis &c. vel actu vt cùm eſt in corpore, vel potentia cùm ab eo ſeiuncta.

Sectio II.

An corpus, quod ab anima informatur, habeat eſſe corporis organici per formam totalem diſtinctam ab anima.

VNica *concluſio.* Non eſt admittenda in corpore forma totalis diſtincta ab anima; quæ det eſſe corporis vel organici: Ita D. Th. 1. par. quæſt. 76. art. 4. & quodlib. 9. art: 11. Heru. tract. de vnit. format. quæſt. vltima, Gregor. in 2. diſtinct. 17. quæſt. 2. Fonſ. 8. Metaph. cap. 12. quæſt. vnica ſect. 8. & communiter. Contra Scot. in 4. diſtinct. 11. quæſt. 3. art. 2. ponentē inter materiam, & omnem animam aliam formam, non quidem corporeitatis coæuam materiæ, quam in Phyſic. reprobauimus; ſed formam mixti, quæ det ſubiecto eſſe corporis, quæ forma dicitur corporeitatis, vel organizationis licèt inter materiam, & alias formas nulla alia forma intercedat. Eſt etiam contra Heru. qui illam tantùm ſtatuit in homine per quam putat hominem habere eſſe corporis, oſſis &c. & contra Flam. 1. de Gener. cap. 4. qui in quolibet viuente præter formas elementorum ponit vnicam totalem formam mixti diſtinctam ab anima.

D. Thomas. Heruæus. Gregorius. Fonſeca.

Probatur primò: Ideò Scot. ponit hanc formam corporeitatis, quia anima requirit varietatem organicam in materia, ſed ſine hac forma totali poteſt habere hanc varietatem: ergo. Minor probatur, quia poſitis formis partialibus corpus habet hanc varietatem, ſingulæ enim formæ ſicut ſunt diſſimiles inter ſe: ita diuerſificant varia membra.

Secundò, quia illa forma totalis facit potiùs ſimilitudinem in materia, quàm diſſimilitudinem, ergo non requiritur. Antecedens probatur, quia vel talis forma eſt homogenea vel heterogenea. Si primum, ergo faciet eumdem effectum in materia: vnde autem organa differrent, ſeu vnde membra habent eſſe organicum, & diuerſum inter ſe? Si ſecundum; non poterit eſſe vna totalis, quia formæ eſſentialiter diſtinctæ, non ſunt vnum continuatione.

Reſpondebis: Eſſe vnam vniuerſaliter, ſeu eminenter, quia poteſt tribuere varios effectus.

Contrà, quia hoc non admittitur ab aduerſariis. Præterea ſi hoc nequit præſtare anima, multo minùs cæteræ formæ ignobiliores.

Tertiò, quælibet forma partialis communicat ſuæ materiæ eſſe organicum, & eſſe corpus in communi, ergo fruſtrà ponitur alia forma totalis corporeitatis, quæ tantùm det eſſe corporis, alia quæ det eſſe organicum, totalis quæ det eſſe genericum præciſè, partialis quæ det eſſe organicum in tali ſpecie.

Confirmatur: quod dat eſſe ſpecificum, dat etiam eſſe genericum, at formæ partiales ſunt in ſpecie, ergo ſecum trahunt etiam eſſe genericum, eſſe v.g. corporeum; neque enim quot ſunt prædicata eſſentialia in homine tot debent poni formæ inter ſe realiter diſtinctæ. Homo enim non conſtituitur animal per vnam formam, per aliam viuens, per aliam corpus. Maneat ergo corpus conſtitui corpus per eamdem formam, per quam conſtituitur in eſſe organico.

Obiectio 1 Heruæus. *Obiicit primò* Heru. Niſi ponatur hæc forma mixti in homine, nequit aſſignari terminus generationis hominis, materia enim non generatur, anima eſt à Deo, ergo generabitur forma totalis.

Reſpondetur, optimè ſaluari quomodo homo hominem generet, dum producit vnionem inter vtramque partem, ideò non requiritur hæc forma totalis.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò:* Corpus Chriſti fuit idem numero corpus viuum, & in monumento, at ſi non daretur alia forma corporeitatis, non fuiſſet idem numero corpus, ergo.

Reſpondetur, fuiſſe idem numero corpus etiam phyſicè nedum moraliter, vt quidam volunt, quia ponimus eſſe organicum eſſe à formis partialibus: in noſtra enim ſententia nulla difficultas eſt: maior difficultas eſt in ſententia eorum, qui ponunt animam tribuere eſſe corporis, quod nos non aſſerimus.

Obiectio 3. Scotus. *Obiicit tertiò* Scot. Homo dicitur corporeus, & prædicatur corpus in recto; omnis autem gradus, qui prædicatur in recto ſumitur ab aliquo toto, ſed ab anima rationali non poteſt deſumi gradus corporis, quia eſt ſpiritualis, ergo deſumendus eſt ab aliquo toto; hoc autem erit materia cum forma corporeitatis.

Fonſeca. Reſpondet Fonſ. 1. Metaph. cap. 12. quæſt. vnica ſect. 10. ad 5. Cùm dicitur homo corporeus, deſumitur hic gradus corporis, & denominatio ab anima, quæ licèt ſit inextenſa, & incorporea, eminenter tamen, & virtute ſuæ naturæ præbet molem corpoream. Sed

Contrà, quia homo eſt formaliter corporeus, ergo debet habere id ab aliquo, quod formaliter contineat tale eſſe.

Reſpondent alij, gradum corporis deſumi à formis partialibus, quæ cum materia conſtituunt corpus.

Nec rectè, quia homo non poteſt dici corpus per illas formas partiales, quia illa corpora

partialia non prædicantur de homine per modum per ſe ſtantis, non enim dicitur homo eſt brachium, quare debet deſumi corpus, quod prædicatur de homine, vt ſit per modum per ſe ſtantis, quia corpus quod dicitur de homine eſt totum, quod ratione brachij non poteſt habere homo, quia illud non dicit hominem, ſed partem ſubiectiuam inadæquatam animæ.

Reſpondetur ergo, vt diximus in Phyſic. corpus in linea prædicamentali prout dicit rationem illam, quæ conſtituit tale ſubiectum diſtinctum à ſpiritu deſumi tantùm à materia: prout ſignificat gradum ſubſtantiæ per ſe ſubſiſtentis, non poſſe deſumi niſi à ſubſtantia ſubſiſtente, qualis eſt compoſitum ex anima, & materia vt diximus etiam alibi.

Obiectio 4. *Obiicies quartò:* Corpus quod informatur ab anima dicitur vnum corpus, vel ergo dicitur corpus ab anima, & non vt dictum eſt, vel à formis partialibus, & neque, quia omnes formæ partiales non faciunt vnam totalem, ergo nec poſſunt denominare vnum corpus, quia vnum fit ab vnica forma: vel ſi plures ſunt formæ, ergo erunt in vno homine plura corpora, quod eſt abſurdum; datur ergo in homine vna forma totalis corporeitatis.

Reſpondetur: Corpus quod ab anima informatur, non eſſe vnum ſimpliciter, quia eſt ſimpliciter multiplex, & eſſentialiter heterogeneum, quod intrinſecè dicit varietatem: quod ſi dicitur vnum, dicitur vnum ratione vnius animæ, quia per omnes illas redditur ſubiectum aptum, vt informetur ab vna anima: ſic plures diſpoſitiones, vt calor, & ſiccitas dicuntur vna diſpoſitio ad vnam formam ignis, licèt in ſe plures ſint: ita vnum dicitur corpus organicum, licèt in ſe ſit varium, & multiplex, quia totum ordinatur ad vnam animam.

SECTIO III.

An eſſe organicum habeat corpus ab anima, an per alias formas partiales.

PRIMA *ſententia* eſt aſſerentium corpus fieri organicum ab anima: eorum inquam, qui volunt eſſe tantùm vnam formam ſubſtantialem in materia. Ita D. Thom. 1. Par. quæſt. 70. art. 3. & 4. Caiet. ibid. Capreol. in 2. diſtinct. 15. quæſt. 1. Fonſ. 8. Metaph. quæſt 8. Ægid. 2. de anima dub. 6. Suarez diſp. 15. ſect 10. num. 8. Valent. 1. Par. diſtinct. 6. quæſt. 2. Conimb. 2. de anima. cap. 1. quæſt. 9. art. 2. aſſert. 1.

D. Thomas. Caietanus. Capreolus. Fonſeca. Ægidius. Suarez. Valentia. Conimb.

Fundamentum præcipuum D. Thom. Suarez, Valentiæ eſt, quia vna & eadem pars materiæ nequit informari à pluribus formis, quia materia, quæ actuatur per formam partialem eſt poſita in vltima ſpecie alicuius mixti ſubſtantialis, ergo non poteſt vlteriùs terminari per aliam formam.

Secundò arguitur ſic. Ad exercenda varia munia in diuerſis membris ſufficiens eſt primum principium radicale, quod eſt anima, ergo propter operationes nō ſunt neceſſariæ tales formę.

Tertiò, quia diſcedente anima caro eſt æquiuocè caro, & oculus æquiuocè oculus, 1. de Anima, tex. 10. ſi autem eſſent formæ partiales caro ſemper eſſet caro per ſuam formam particularem.

A *Secunda ſententia* præter animam rationalem totalem dat formas partiales. Ita Auicen. 1. Soph. cap. 2. Scot. in 4. diſtinct. 11. 3 Gand. quodlib. 2. quæſt. 2. Mair. in 2. diſtinct. 15. & 16. Trombet. 8. Metaph. quæſt. 2. & Scotiſtarum communiter. Areſ. diſp. 2. lib. 1. quæſt. 10. ſect. 3 &c. Cum quibus ſit

Auicenna. Scotus. Trombetta. Ariſius.

Vnica concluſio. Dantur in viuentibus formæ partiales præter animam.

Probatur primò. In homine eſt formaliter caro, os, nerui quæ ſunt entia ſubſtantialia, hoc autem debet habere viuens ab aliqua forma, vel à forma rationali, quæ eſt anima, vel à formis partialibus, vel ab aliqua totali, cùm nil aliud excogitari poſſit; non primum & tertium, ergo B ſecundum. Maior probatur, quia caro, os, nerui non dicunt ſolam materiam cum diſpoſitionibus; Probatur, quia caro quæ comeditur eſt aliquid ſubſtantiale non purè accidentale, quia dicitur conuerti in ſubſtantiam aliti; materia autem non dicitur conuerti in aliam ſubſtantiam. Pręterea caro ſeparata ab anima eſt caro per formam ſubſtantialem, ergo etiam quando eſt coniuncta erit per formā ſubſtantialem caro. Quòd nequeat anima dare eſſe carnis probatur, quia anima vel continet formaliter eſſe carnis, vel eminenter. Non primum, quia caro formaliter eſt materialis diuiſibilis extenſa, quod repugnat C animæ rationali, quod ſi daret formaliter eſſe carnis deberet eſſe formaliter carnea, atque adeo diuiſibilis quod implicat. Probatur, quia ſicut anima, quia dat eſſe vegetatiuum formaliter, dicitur formaliter vegetatiua, ita quia dat formaliter eſſe carneum debet eſſe formaliter carnea.

Confirmatur: caro formaliter non poteſt eſſe ſpiritualis, anima econtrà eſt ſpiritualis, ergo nequit anima eſſe formaliter caro.

Sed nec dici poteſt, quòd anima contineat eſſe carnis eminenter, quia ſi eminenter continet, non dat formaliter homini eſſe carnis, ſed eminenter, homo autem eſt formaliter carD neus, ſicut formaliter eſt corporeus, & formaliter habet oſſa. Præterea caro in cadauere per aduerſarios dicitur æquiuocè caro, ergo multo magis in viuente erit caro, cùm in illo non ſit æquiuocè caro. Sequel. verò probatur: Anima non alia ratione dat eſſe carnis, quàm communicando ſeipſam, ergo ſi ipſa non eſt formaliter talis, neque dabit tale eſſe formaliter.

Confirmatur: Licèt lumen ſit eminenter calidum, quia tamen formaliter non eſt calidum non facit corpus luminoſum calidum: Hinc diximus ex Ariſt. cælum non eſſe formaliter calidum, licèt habeat formaliter lumen.

Confirmatur concluſio Si anima eſt, quæ dat E eſſe carnis formaliter vel eminenter, cùm ſit eadem entitas vbique, vbique eumdem effectum producet, eſſe carnis videlicet.

Reſpondebis. Non vbique eumdem effectum producere, quia non vbique ſunt eædem diſpoſitiones, ſic non vbique videt, non vbique audit, quia in manu v. g. non ſunt diſpoſitiones requiſitæ ad videndum, ſed tantùm in oculo.

Contrà, quia diſpoſitiones ad eſſe carnis, non concurrunt ad eſſe carnis niſi materialiter, ergo nequeunt impedire effectum animæ, & efficere vt anima habeat eſſe carneum, vt ſi forma ignis poneretur in materia per diuinam potentiam

abſque diſpoſitionibus requiſitis faceret illa.n A calidam, quia forma illa ex ſe eſt productiua caloris, ſed anima vbicunque eſt ex ſe eſt productiua carnis, ergo vbique.

Dices: ſic etiam ſequeretur, quòd anima vbique audiret, & videret, quia etiam quantum eſt ex ſe eſt productiua viſionis; at anima non vbique videt, quia deſunt requiſita ad videndum, ita neque vbique producet eſſe carneum, quia deſunt diſpoſitiones.

Anima cur vbique non videat, audiat &c.

Reſpondetur: Ideò vbique anima non videt, quia forſitan ad videndum requiritur potentia viſiua diſtincta ab anima, quæ eſt in organis, quæ potentia non tantùm concurrit materialiter, ſed effectiuè, & cùm hæc potentia non B ſit niſi in oculo, ideo non vbique videt. Imo ea ſublata ideò anima non vbique videt, quia viſio eſt actus quidam, & ad promendam hanc operationem ſunt neceſſaria requiſita: Animam autem dare eſſe carneum, eſt actù communicare ſeipſam, ideò ſimpliciter vbicunque eſt deberet dare eſſe carneum, ſi eſſe carneum eſſet ab anima. Denique ſi viſio ponatur in anima, adhuc dicendum eſt viſionem eſſe in pede, digito &c. hoc eſt in anima, quæ eſt in pede, & digito: quòd ſi non denominatur digitus, & pes videre eſt, quia viſio non eſt apta denominare niſi proprium organum in quo ſunt ſpecies, & diſpoſitiones: ita ſi anima vbique eſt in corpore, eumdem C effectum vbique faciet ſicut vbique dicitur habere actus viſionis.

Secundo probatur concluſio. In conſecratione ſanctiſſimi corporis Chriſti ex vi verborum trahitur ſolum eſſe corporis, anima verò concomitanter, ſed ſi anima daret eſſe corporis, anima poneretur formaliter, ergo non anima eſt, quæ dat eſſe corporis. Maior eſt certa ex Concil. Trident. ſeſſ. 13. cap. 3. vbi dicit conuerſionem panis, non terminari ad animam ex vi verborum, ſed ex naturali concomitantia.

Concil. Trident.

Minor probatur, quia corpus per aduerſarios formaliter includit materiam, & animam, ergo cùm dicitur corpus vtrumque debet includi, ſic D cùm dicitur ignis, ignis includit materiam, & formam.

Reſpondent aliqui, non terminari ex vi verborum ad animam, ſed ad materiam cum anima, non ſub ratione animæ, ſed ſub ratione corporis prout videlicet dat eſſe corporis: quoniam autem eſſe corpus eſt idem cum anima, ideò conſequenter ſequitur vim verborum terminari ad animam per concomitantiam, ſimpliciter autem ad illam terminatur ſecundùm rationem genericam. Ita etiam D. Thom. 3. Par. quæſt. 75. art. 6. ad 2.

D. Thomas.

Contrà, materia conſtituta ab anima tantùm in eſſe corporis eſt corpus genericè ſumptum, E & non magis corpus Chriſti, quàm alterius, ſed verba conſecrationis terminantur ad corpus Chriſti determinatum non genericè ſumptum, vt eadem Chriſti verba teſtantur, *Hoc eſt corpus meum.* Item illud corpus erat terminus, quod erat pro nobis tradendum, illud autem erat corpus ſingulare non genericum.

Præterea: verba conſecrationis ſunt verba practica, & operatiua, ergo debent neceſſariò terminari ad aliquod particulare, & indiuiduum, ergo ad indiuiduum corpus Chriſti, & non ad corpus in communi.

Confirmatur: Efficacia verborum non eſt ad corpus animatum, quia ſi in triduo mortis, quis conſecraſſet, poſuiſſet ſub ſpeciebus corpus inanime. Modò ſic: conſecratio ſemper eſt eiuſdem rationis. & habet eamdem eſſentiam, ergo ſemper debet habere eumdem terminum ſpecie: at ſi daretur forma cadaueris cum aduerſariis, terminus non fuiſſet idem eſſentialiter, ergo vt idem omnino ponatur terminus dicendum eſt corpus Chriſti viuum eſſe tale non per animam, & corpus Chriſti mortuum eſſe tale non per formam cadaueris, ſed per formas ſuas partiales, quarum ratione ſemper corpus Chriſti in quolibet ſtatu eſſentialiter eſt idem. Conſonat hæc ſententia PP. locutionibus cùm aiunt B idem corpus fuiſſe in vtero virginis, in cruce, in ſepulchro, & modò eſt in cælo. Etiam ſcripturis dum aiunt in perſona Chriſti *Caro mea requieſcet in ſpe.* Si diſcedente anima Chriſti caro fuiſſet æquiuocè caro, fuiſſet etiam æquiuocè caro Chriſti, immo neque Chriſti: Chriſtus verò ait caro mea. Hinc quidam volunt oppoſitam ſententiam eſſe parum tutam in fide, ac de fide eſſe fuiſſe idem Chriſti corpus numero non dum moraliter, ſed etiam phyſicè in vtero virginis, & in ſepulchro: at non tam facilè illam ſic redarguerem, cùm ſit ſententia præſertim D. Thom.

Omitto reſp. Fonſ. 7. Metaph. c. 12. quæſt. *Fonſeca.* C vnica ſect. 10. Efficaciam verborum terminari in materiam primam affectam accidentibus cùm aduerſetur D. Thom. & omnibus ferè theologis, qui volunt totam ſubſtantiam panis conuerti, non in materiam, ſed in totam ſubſtantiam corporis Chriſti: materia autem corporis Chriſti cum accidentibus, non ſolet dici communiter corpus, nec eſt totum corpus Chriſti.

Præterea: Ex vi verborum efficitur id quod eſt cibus *caro mea verè eſt cibus* ex Io. ergo terminus conſecrationis non eſt ſola materia cum accidentibus, quia illa non eſt cibus; erit ergo materia cum forma aliqua ſubſtantiali, non cum anima, neque cum forma illa corporeitatis totali, quia non datur, ergo erit materia cum formis partialibus.

Tertiò probatur concluſio. Caro, os, cerebrum, cor differunt eſſentialiter, ergo habent diuerſas formas. Antecedens probatur, quia ex diuerſis proprietatibus, & accidentibus colligimus diuerſas formas, & diuerſa principia, hinc in mixto poſuimus elementa formaliter, quia videmus paſſiones eorumdem elementorum in ipſo: & in phyſicis formam ſubſtantialem collegimus tantùm ex proprietatibus eiuſdem formæ: at cor & cerebrum habent diuerſas proprietates, cor enim eſt calidiſſimum, cerebrum verò eſt frigidum temperatè, ita vt ſi augeatur calor aut frigus ſtatim corrumpatur, ſicut etiam diuerſas habent proprietates caro, & os, ergo.

Confirmatur: Certum eſt folia, & ramos, & fructus arborum inter ſe ſpecie differre, quodnam ſimile habet ficus cum ligno ex quo oritur? ſic etiam ſpecie differunt inter ſe os, caro, &c. Prima verò conſeq. probatur, quia anima rationalis non differt eſſentialiter à ſeipſa, ergo nequit tribuere effectus formales diuerſos eſſentialiter, & ſubſtantialiter.

Quartò: in mortuo & viuo eædem apparent qualitates, præſertim ſi in inſtanti homo moriatur per repentinam læſioné cordis, ergo eaſdem

formas ſubſtantiales poſſumus colligere in viuo, & in mortuo.

Confirmatur: In eodem inſtanti in quo diſcedit anima, vel fiunt de nouo formæ partiales oſſis, neruorum &c. nederur materia ouda: vel introducitur forma totalis cadaueris: ſi diſcedente anima fiant de nouo in corpore mortuo formæ illæ partiales, vel fiunt à prima cauſa, & non, quia non eſt philoſophicum ad primam cauſam confugere, vel à diſpoſitionibus eiuſdem corporis, & tunc dico, cur tales diſpoſitiones antea illas formas non produxerant? præſentia enim animæ non tollit, quin illæ ſint ſufficientes producere aliam formam: ſic nec forma aquæ impedit quin producatur forma aëris in materia, ſi ſint diſpoſitiones ad formam aëris; neque enim dari poſſunt diſpoſitiones completæ ad aliquas formas, quæ nec formas producant: quòd illæ diſpoſitiones deberent eſſe completæ, patet; alioquin non poſſent producere decedeote anima in inſtanti formas illas partiales.

Confirmatur: ſi producerentur tales formæ, deberent habere diſpoſitiones ſibi proprias, ſemper vnas, & determinatas, vt patet inductione in omnibus aliis formis, quæ ſemper habent proprias ſibi diſpoſitiones concomitantes; at hoc hæ formæ partiales non habent, ergo hæ in cadauere non de nouo producuntur. Minor probatur, quia poteſt Deus extingoere hominem in hoc inſtanti, inducto vehementi frigore, vel vehementi calore; diſpoſitio autem calidiſſima, & frigidiſſima opponuotur, ergo hæ formæ partiales non habent diſpoſitiones proprias, & determinatas, ergo nec de nouo in cadauere producuntur.

Neque producitur forma totalis cadaueris, vt reuera iidem aſſerunt, quia vel talis forma eminenter continet eſſe carnis, vel formaliter: ſi primum, non videtur adeò conueniens tantam perfectionem concedere formæ cadaueris, quanta eſt in anima, cùm præſertim ſint formæ oppoſitæ, ita vt reddant eoſdem effectus omnino. Si formaliter continet eſſe carnis, & oſſis; contrà etiam eſt, quia cùm caro, & os diſtinguantur eſſentialiter, & ſubſtantialiter, erit eadem forma habens partes eſſentialiter, & ſubſtantialiter diuerſas, & heterogeneas, quare non erit vna forma totalis, & continua, ſed reuera erunt plures formæ partiales, cùm non ſint reuera continuæ ex 5. Phyſic. tex 45. vbi habet formas ſpecie diuerſas, non poſſe continuari.

Quintò: Corpus organicum eſt ſubiectum animæ, ergo non conſtituitur organicum per illam, quia ſubiectum præſupponitur ad id, quod eſſe debet in illa.

Confirmatur, quia ita ſe habet ſubiectum in corporibus ſimplicibus ſicut in mixtis viuentibus, ſed formæ ſimplices non dant eſſe ſubiecto, ergo neque viuentes, & mixtæ ſuo corpori organico.

Fonſeca.

Reſpondet Fonſeca loco citato ſect. 9. in fine. Nomine corporis intelligi materiam formaliter; conootatiuè verò diſpoſitiones, quibus illa limitatur ad animam recipiendam, & vitales operationes adminiſtrandas.

Contrà, vel nomine diſpoſitionum intelligit materiam cum formis ſubſtantialibus, & ſic habemus intentum: vel cum accidentibus, & eſt contra Ariſt. qui vbicunque meminit materiæ A contradiſtioctæ à forma ſubſtantiali, non ſolet illam appellare corpus, ſed vel ſubiectum, vel potentiam, at tex 70. ſubiectum viuentis animæ appellat ſimpliciter corpus.

Præterea, communiter dicimus, quòd animal conſtet ex forma, & corpore, cadauer autem non dicitur conſtare ex forma, & corpore, ſed ſimpliciter dicitur corpus, ergo verè corpus eſt compoſitum ex materia, & forma.

Ariſtoteles.

Præterea, Ariſt. 2. de Par. c. 5. vocat partes organicas compoſitas.

Denique, membra dicuntur organa, materia autem prima non poteſt vocari organum, cùm non ſit operatiua, ſed purè paſſiua, cùm ergo pars diſtincta ab anima ſit inſtrumentalis, debet B formam aliquam includere, per quam fiat inſtrumentum.

Ad primum: diximus alibi ſæpè, licèt materia quæ ſit actuata aliqua forma, ſit poſita in vltima ſpecie, & non ſit vlteriùs actuabilis intra eamdem ſpeciem: nego tamen non poſſe actuari in alio genere formæ: nam materia, quæ eſt actuata in genere carnis, per animam superuenientem non vlteriùs perficitur in genere carnis, ſed in genere animatorum; quare materia duplici forma informata in duplici ſpecie poni poteſt, ſimpliciter quidem in genere animati, quia anima eſt eius forma ſimpliciter, ſecun- C dùm quid verò in genere mixti inanimati per alias formas partiales.

Ad ſecundum: ad exercenda varia munera eſt ſufficiens in diuerſis membris primum principium radicale, remotè, & concedo: ſufficiens ſimpliciter, & nego: quia anima non eſt principium ſufficiens videndi ſine oculo, & eiuſdem forma, quæ illum conſtituit in eſſe tali.

Ad tertium: Carnem, oculos, manus poſſe conſiderari, vel vt ſunt partes ſimilares, & quid homogeneum, vel vt faciunt quid heterogeneum; id eſt in ratione inſtrumenti, ſeu in ratione potentiæ ad vitam, ſeu ad actus vitales exercendos: primo modo nego eſſe æquiuocè caro D &c. nā caro eſt verè caro in mortuo ſicut in viuente: ſecundo modo concedo eſſe æquiuocè talia, quia non poſſunt ampliùs diſcedente anima naturaliter operari, vt etiam colligitur ex Ariſt. 1. de Gener. tex. 37.

Obiectio.

Obiicies: Formas haſce partiales in rebus animatis videri ſuperfluas, in homine enim eſt anima rationalis, quæ eminenter continet illas: in aliis eſt anima, quæ eſt forma materialis, & diuiſibilis habens partes & partes, atque adeo non requirit alias partiales formas, cùm in illa ſint velut formæ partiales inter ſe diuerſæ, & heterogeneæ conuenientes tantùm in vnica forma totali: ſic putat Suarez, in arboribus ramos E videlicet, & folia habere eamdem formam, ſed veluti conſtantem ex diuerſis partibus heterogeneis.

Formæ partiales in homine cur non ſuperfluæ.

Reſpondetur: Animam rationalem non poſſe contioere eminenter formam corporis, vt vidimus ſuprà. Quod autem fingit Suarez diuerſitatem, & contrarietatem heterogeneam in eadem forma, non eſt probabile, quia ex his partibus non poteſt fieri vnum per ſe in ratione totius, quia hæ non poſſunt continuari, vt diximus ex 5. Phyſ. tex. 41. Et certè quodlibet viuens debet eſſe vnum, quis enim lacertam dicit non eſſe vnam, ſicut vnus eſt homo? debet ergo habere vnam formam, vnam autem formam non ha-

beret, ſi illa haberet tantùm formam habentem partes heterogeneas eſſentialiter. Verùm in noſtra ſententia præter formas illas partiales datur deinde anima, quæ eſt forma totalis.

Inſtabis. Si formæ partiales ſunt materia requiſita animæ, ergo faciunt vnum compoſitum cum illa, ergo forma informabitur ab anima, quod eſt abſurdum.

Reſpondetur: Nego formas partiales informari ab anima licèt requirantur, vt diſpoſitiones materiales, non ſunt enim tanquam partes actuabiles, ſed tanquam quid diſpoſitiuum ſubiecti actuabilis: ſicut ſiccitas, & calor requiruntur, vt diſpoſitiones ignis, nec actuantur ab illo, nec faciunt compoſitum per ſe cum illo; ita forma partialis diſponit materiam, vt poſſit recipere animam, non tamen ab ea actuatur.

Vrgebis. Organum vt tale, eſt materia, & corpus animæ, ergo debet informari ab anima: nec valet ſi dicas, informari eius materiam. Probatur, quia ſic eſſet eadem materia viuentium, miſtorum & ſimplicium, ſed materià animæ ſunt organa, ergo ea debent informari.

Reſpondetur: Organum poſſe dupliciter accipi: primò vt ſignificat id quod eſt actuabile, per formam viuentis, & ſic nego organum eſſe materiam viuentis, quia organum includit aliquid, quod non actuatur ab anima, quod eſt forma: ſi verò nomine materiæ intelligatur apparatus ad animam, & totum id quod ſe tenet ex parte materiæ, ſiue diſpoſitiuum ſiue actuabile concedo organum eſſe materiam, nego tamen conſequentiã, vt patet in materia diſpoſita per quantitatem. Ad inſtantiam dico ex noſtra doctrina, non ſequi eſſe eamdem materiam proximam viuentium, & non viuentium, concedo tamen quòd eadem ſit omnium materia remota, quod non eſt contra nos.

Inſtabis, quia ex hoc ſequitur organum, v. g. pedem, ſeu oculum non facere vnum per ſe cum viuente, ſi forma partialis oculi non actuatur ab anima.

Reſpondetur: Oculus vel pes ſpecificatiuè ſumptus, & in ſenſu diuiſo facit vnum per ſe cum anima ratione materiæ ſubſtantialis diſpoſitæ ad recipiendam illam: pes verò aut oculus in ſenſu compoſito, vt organum eſt prout dicit aggregatum quoddam dicens formam organicam ſubſtantialem, concedo non facere vnum per ſe cum anima, neque hoc eſt neceſſarium, vt viuens dicatur vnum, vt forma totalis informet, quicquid eſt in materia ſibi ſubiecta, ſatis eſt enim ſi habeat ſubiectum ſibi proportionatum.

Notandum verò pro ſolutione locorum Ariſtot. qui obiici ſolent, quod Ariſtot. tantùm negat plures animas in corpore, quia ſi in eo ſint plures ſemper vna erit cæteris perfectior, & poterit præſtare omnes operationes animaſticas, quas poſſent præſtare reliquæ, & ideò vna ſufficit, plures verò eſſent ſuperfluæ: non ſunt tamen ſuperfluæ formæ partiales, quia quod hæ præſtant nequit præſtare anima.

SECTIO IV.

De modo exiſtendi animæ in corpore, an habeat aliquam peculiarem partem corporis quam informet.

SENSVS quæſtionis eſt, an anima ſit in toto corpore, & omnes partes corporis informet, an verò ſit tantùm in vnica parte ſecundùm ſubſtantiam, in aliis ſecundùm operationem.

Notandum verò partes corporis eſſe in duplici differentia. Aliæ ſunt partes ſolidæ, & principales, quæ euidenter apparent, vt manus, pes &c. Aliæ quæ ſunt fluentes, vt ſpiritus, ſanguis, humores: aliæ quæ dicuntur excrementitiæ ſiue eæ ſint neceſſariæ ſiue non, vt capilli, & vngues. Loquimur nunc tantùm de partibus primi generis.

Prima ſententia tribuitur Ariſtot. à Mirand. l. 12. ſing. certam. ſect. 6. & Carpentar. in Alcinoum, qui aiunt Ariſtot. exiſtimaſſe animam eſſe in corde tanquam in regia, in reliquis partibus per operationem. *Ariſtoteles. Mirandul. Carpent.*

Secunda ſententia eſt Galeni ponentis animam in triplici parte, in corde, ex quo arteriæ, in hepate, ex quo venæ, & in cerebro, à quo nerui proficiſcuntur. Tribuit hanc ſententiam Galenus Hippocrati, ſed refellitur à Scaligero. *Galenus.*

Prima concluſio. Anima non informat vnam partem tantùm, ſed totum corpus ſaltem ſecundùm partes principaliores.

Probatur: Id dicitur informare anima cuius eſt actus, ſed totius corporis organici eſt actus, ergo: forma enim in tantum dicitur forma in quantum debet actuare potentiam; actuare autem idem eſt ac informare.

Confirmatur: Si anima informaret tantùm vnam partem, anima reſpectu totius compoſiti eſſet vt motor, ſed anima non eſt huiuſmodi, eſt enim actus actuans, & informans reſpectu totius, vt patet ex definitione, ergo. Sequela maioris probatur, quia anima non alia ratione eſſet in cæteris partibus, niſi quia illas moueret, & dirigeret, hoc autem eſt eſſe motorem vel rectorem, & incidimus in Platonis ſententiam volentis corpus eſſe animæ vehiculum ea parte excepta, quam informat. *Plato.*

Secundò, in arboribus anima eſt in toto corpore, ergo & in aliis viuentibus. Antecedens probatur, quia ſi anima non eſſet in tota arbore vel eſſet in radice, vel in ramo aliquo, ſed hoc non poteſt dici, quia abſciſſo alio ramo, non poſſet idem ramus viuere vita arboris, ſi iterum plantaretur, at oppoſitum videmus. Conſequentia patet ex paritate rationis.

Tertiò, ſi quis negaret animam eſſe in illa parte, in qua illam ponunt aduerſarij, non aliunde probaretur niſi ab operationibus eiuſdem animæ, quia ibi ſunt operationes animæ, at etiam in reliquis partibus hæ operationes videntur, ergo. Minor probatur, quia ſaltem omnes partes nutriuntur.

Confirmatur: Si ſemel concedamus animam non eſſe vbi operatur, poſſumus ponere animam rationalem extra corpus, & nullam eius partem informare, & operari in ſingulis membris. Immo vnam animam vniuerſi, quæ in nullo

nullo corpore ſit per informationem, ſed ſolum A per potentiam, quæ omnia ſunt abſurda.

Obiectio 1. *Obiicies primò*: Si anima ſenſitiua eſſet in toto totum ſentiret, & totum intelligeret ſi anima intellectiua eſſet in toto, hoc eſt falſum, dens enim, & os non ſentiunt; nec pes in homine intelligit.

Reſp. ad intelligendum, ſentiendũ &c. requiri organa, quare mirum licèt anima ſit in pede, pes non intelligat: Immo anima potiſſimũ ſecundùm aduerſarios eſt in cerebro: cerebrum autẽ,

Fernerius. probat Fernerius, non ſentit: quare potentia viſiua, ſenſitiua etiã ſecũdùm aliquos nec à formis brutorũ fluit, niſi quibus ſunt affixa talia organa.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*: Si anima eſſet in toto abſciſſa B vna parte, v.g. pede bouis corrumperetur tota anima, tunc enim corrũperetur anima, quæ eſt in toto at falsũ apparet, quia bos adhuc viuit, ergo

Reſp. licèt tota anima bouis ſit in toto, eſt tamẽ etiam pars in parte vt dicemus. pars autẽ abſciſſa ideò non poteſt viuere, quia illi deſunt diſpoſitiones neceſſariò requiſitæ ad vitã, quas habet per communicationem cum cæteris mẽbris.

Pro Ariſt. verò diceremus contra Mirand. Ariſt. non dixiſſe eſſe tantum in vnica parte corporis quoad informationes, ſed quoad nobiliores operationes & vt quidã ait quoad principatũ, & eſſe in corde tanquam in præcipua ſede, quia partes omnes animalis à corde pendẽt, & cor eſt principium motus, caloris & ſpirituum. Hinc C

Secunda concluſio. Membrum præcipuum, & animæ veluti ſedes potiſſima eſt tantum cor. Eſt contra Platon. in Thymæo, & Galen. in l. quòd mores ſequantur temperamentum: eſt autem

Ariſtoteles. Ariſtot. & omnium Peripateticorum.

Prima pars prob. quia animal vnum mẽbra habens inter ſe ordinata, vnum debetur illi principium: ordo enim ex 5. Metaph. 16. eſt diſpoſitio plurium inter ſe ad vnum. Præterea in omni genere ad vnum deueniendũ eſt, ergo & in genere membrorum. Secunda pars prob. quia ſi in vna parte corporis debet præſertim anima reſidere, à qua membra omnia pendeant illa, non erit niſi cor quia omnia pendent à corde.

Ariſtoteles. Confir. Ex Ariſt. l. de Iuuent. c. 10. habetur. *Nulla operatio poteſt fieri abſq; calore, ſed principium omnis caloris eſt cor*. ex 5. de part. c. 4.

Secundò, ideò cerebrum eſſet ſedes animæ, quia eſt principium ſentiendi, ſed ab Ariſt. tribuitur cordi ibid. quod ipſe etiam prob. quia cor dum eſt in medio eſt tanquam in loco aptiſſimo, vt poſſit facilè ab omnibus membris attingi, & in loco digniori, ergo cor membrum dignius eſt, vt pote in loco nobiliori conſtituto.

Tertia concluſio. Licèt cor dicatur potiſſima ſedes animæ, negandum non eſt cerebrum, & hepar eſſe principaliores partes reſpectu cæterorum membrorum, licèt reſpectu cordis minùs principales ſint. E

Galenus. Prob. quia licèt ſpiritus generetur in cerebro, & ſanguis in hepate, vt oſtendit Galen. & neuter in corde formaliter, cor tamen ſecundùm omnes dicitur etiam principiũ ſanguinis, & ſpirituum ſaltem, quia eſt principium caloris: hepar ergo aut cerebrũ cùm non poſſint ſpiritus, & ſanguinem generare niſi per calorẽ, & calor ſit à corde, ideò rectè dicitur cor prima, & principalis ſedes; hepar verò & cerebrum minùs principales, non tamen tria diſtincta principia principalia.

Præterea licèt cor ſanguinem non generet, dicitur tamen principium ſanguinis, quia illum A perficit, & cerebrum non eſſet principium neruorum, niſi à corde reciperet tanquam à principio etiam ſpiritus vitales.

SECTIO V.

Quomodo anima ſit in toto corpore, ſeu an ea ſit diuiſibilis an indiuiſibilis.

NOTANDUM *primò* ex D. Th. quæſt 76. art. 8. in corpore, diuiſibile aliquid dici tripliciter, quod diuidi poteſt in partes eſſentiales phyſicas, ſeu metaphyſicas, ex quibus conſtat: Secundò in ſuas vires, & facultates: Tertiò in partes integrantes. Certum eſt, Animam eſſe diuiſibilem in ſuas potentias &c. in ſuas partes metaphyſicas, nullo modo in phyſicas; quæſtio eſt an diuidi poſſit in partes integrantes. D. Thomas. Diuiſibile triplex.

Notandum ſecundò, quatuor eſſe viuentiũ differentias, plantarum, animalium imperfectorũ, animalium perfectorũ, & rationalium. De ſingulorum animabus eſt difficultas quomodo in corpore ſint diuiſibilitérne an indiuiſibiliter. Viuentium quatuor differentiæ.

Prima concluſio. Anima rationalis eſt omnino indiuiſibilis, éſtq; tota in toto corpore, & qualibet eius parte. Eſt Ariſt. ſuorúmque interpretũ, & de fide. Tum quia de fide eſt eſſe ſpiritualem, & incorruptibilẽ: eandẽ creari non educi, ergo non eſt materialis, & diuiſibilis. Eſt tamen C contra Gandauen. & Gerard. quemdã quem refert Xiſtus Senen. 1. Biblioth. adnotat. 8. Ariſtoteles. Xiſtus Senenſis.

Prob. ratione: anima eſt omnino ſpiritualis immaterialis, & incorporea, ergo nec per ſe, nec per accidens diuiſibilis. Anteced. prob. quia intelligit vniuerſalia & reflectit ſupra ſuas actiones. Conſeq. prob. Non enim eſt diuiſibilis per ſe, quia anima non eſt corpus: neq; eſt diuiſibilis per accidens ad diuiſionem ſubiecti, quia in ſubiecto non inhæret, res enim ſpiritualis nequit eſſe inhæſiuè in ſubiecto, ſed ſi eſt in aliquo, vel erit tota in toto, & tota in qualibet parte, aut in aliqua tantùm parte indiuiſibili: at certum eſt animam in homine non eſſe in parte diuiſibili vt D vidimus, ergo erit indiuiſibiliter in corpore, tota videlicet in toto, & tota in qualibet parte.

Secundò: ſi anima eſſet diuiſibiliter in corpore præciſa manu præſcinderetur pars animæ, & tunc vel hæc pars corrũperetur, & non quia ſic tota anima eſſet corruptibilis, quia non eſt maior ratio de vna quàm de alia. Si non corrumperetur, aut, cùm ſit diuiſa, anima ſe contrahit in alias partes, aut remanet diuiſa: non remanet diuiſa, quia videmus manũ ſtatim mori, & motum amittere: ſi ſe contrahit, ergo in eadẽ parte materiæ erit plus formæ, & etiã ſi ſe contrahit illa pars animæ non pendebit à parte materiæ, ergo neque tota anima pendebit à materia.

E *Obiicies primò*: Ex Ariſtot. 1. de Gener. 35. augmentatio fit ſecundùm formam, ergo cùm homo augetur debet acquirere aliquam partem formæ de nouo. Obiectio 1.

Reſp. licèt in augmentatione cæterorum viuentium ſicut acquiritur noua pars materiæ, ita etiã acquiratur noua pars formæ, in homine verò cùm additur alimentum, non producitur noua pars animæ, ſed eadem anima, quæ priùs informabat totum corpus, informat etiam partes corporis de nouo generatas: vel ſit etiam in homine augmentatio ſecundùm formas partiales, in cæteris etiam ſecundùm formas totales.

Obiicies ſecundò: Ex 8. Phyſ. 78. vbi habet Obiectio 2.

intelligentias eſſe indiuiſibiles, quia non ſunt in materia, ergo anima hominis, quæ eſt in materia eſt diuiſibilis.

Reſpondetur, Ariſt. ibi tantùm loqui de formis, quæ ſunt in materia illam informando, & illi inhærendo: anima autem licèt ſit in materia, illi tamen non inhæret, ideò &c.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò:* Viſum eſt interdũ currenti homini caput abſcindi, corpúſq; abſciſſo capite ad aliquot paſſus etiam currere, ſic etiam voces, & verba formare eorumdem labia, ergo ſignum eſt animam eſſe, tum in trunco, tum in capite.

Albertus. Reſpondet Albertus in ſum. de homine pag. 81. id euenire ob vehementiſſimos ſpiritus, qui recepti in partibus illis poſſint ſtatim eoſdem ferè motus præſtare quos anima.

Reſp. alij negando huiuſmodi curſum, ſed tantùm videri, quòd illa corpora currant, quia ſunt ob præcedentẽ motũ inclinata in illã partẽ.

Obiectio 4. *Obiicies quartò:* Quicquid recipitur, per modum recipientis recipitur, anima recipitur in materia diuiſibili, ergo eſt diuiſibiliter in illa.

Reſp. Anima recipitur in materia iuxta modũ materiæ: ſicut enim materia habet partes, ita anima ſe extendit, & debet informare omnes partes materiæ: non eſt autem neceſſe, vt illas informet diuiſibiliter, ſed ſatis eſt ſi ſit in omnibus &c. vel anima habet partes virtualiter; concedo: formaliter nego, & hoc ſufficit, vt recipiatur ad modum recipientis.

Obiectio 5. *Obiicies quintò:* Ex abſurdis quæ ſequuntur. Primò ſi anima eſſet tota in toto &c. idẽ numero eſſet naturaliter in diuerſis locis: Secundò idem moueri duobus motibus contrariis, vt ſi attollat dextram, & deprimat ſiniſtram, idem ſimul moueretur, & quieſceret: Tertiò idem diſtaret à ſemetipſo: Quartò quod pes intelligeret. Quintò quia abſciſſa manu anima ſe contraheret: Sextò quod mouetur debet diſtare ab eo loco ad quẽ mouetur: Septimò quia addita per nutritionem noua parte carnis anima dum illam informaret egrederetur à ſeipſa: Octauò quia anima poſſet informare materias diſtinctas, quia ſicut ſi ſemel eadem anima poteſt eſſe in partibus diſtantibus nil refert ſi partes illæ continuentur, vel non.

D. Thomas. Reſp. ex D. Th. queſt. de Anima. ar. 10 ad 4. non eſſe abſurdum idem ſpirituale eſſe in pluribus locis dummodo ſit ita in extremis partibus, vt ſit etiam in mediis: ſic enim Angelus in ſua ſphæra, & Deus in mundo eſt totus in toto, & totus in qualibet parte. Vel ſecundò reſponderi poteſt: Nego animam tunc eſſe in pluribus locis, ſed eſſe in toto ſuo loco adæquato diuiſibili tamen in plures partes.

At non implicat idem moueri, & non moueri ſecundùm quid: implicat autem idem moueri ſimpliciter, & quieſcere ſimpliciter, quod non accidit in anima, cùm enim res quieſcit ſecũdùm quid, poteſt etiam ſecundùm quid moueri, vt patet in angelo. Ratio eſt, quia ea omnia quæ conceduntur exiſtentibus in loco circumſcriptiuè, concedenda etiam ſunt iis, quæ ſunt in loco definitiuè, cùm hæc eminentiori modo exiſtant: at quod eſt in loco circumſcriptiuè poteſt moueri ſecundùm vnam partem, & ſecundùm aliam quieſcere, multo magis id poterunt, quæ ſunt in loco definitiuè. Vel

Secundò: Non implicat idem moueri, & quieſcere ſi id quod mouetur moueatur per accidẽs, vt qui eſt in naui per accidens mouetur ad motũ nauis, ex ſe verò poteſt quieſcere: implicat verò ſi aliquod moueatur per ſe, & inſuper non moueatur &c. anima verò mouetur tantùm per accidens, ideo &c.

Ad tertium. Anima non ſimpliciter diſtat à ſeipſa, ſed vt eſt in capite diſtat à ſeipſa, vt eſt in pede: ſicut etiam Petrus diſtat à ſeipſo quatenus ratione vnius partis diſtat à ſeipſo ratione alterius &c. prout habet caput & prout habet pedes; hoc autem eſt diſtare impropriè, quia videlicet locus partialis vnius diſtat à loco partiali alterius: non eſt diſtare propriè, quod tunc eſt, quando in rigore vnum eſt, vbi non eſt alterum.

Ad quartum, pes non intelligeret, quia anima in eo non habet organa requiſita.

Ad quintum, & ſextum, anima, cùm præſcinditur manus, non ſe contrahit, ſed tantùm deſinit eſſe in manu informatio ergo quid addit animæ dicam breuiter, ex parte animæ nihil addit, addit tamen aliquid ex parte corporis, dependentiam videlicet corporis ad ipſam animã.

Ad ſeptimum, non egreditur anima à ſeipſa, vt nouam partem informet, ſed tantùm fit illi de nouo præſens abſque aliquo motu, ita vt tantùm addatur noua dependentia, vt diximus ex parte materiæ.

Ad octauum, anima non poteſt informare materias diſtinctas, quia eſſet à ſeipſa diuiſa non idem contingit dum informat partes materiæ ſimul iunctas.

Obiicies ſextò: diuiſibile non poteſt informare indiuiſibile, quantitas enim nequit informare ſpiritum, ergo neque indiuiſibile poteſt informare diuiſibile. Obiectio 6.

Reſp. nego paritatem, ideo enim diuiſibile, vt quantitas nequit informare ſpiritum, quia nequit illi præſtare ſuum effectum formalem, qui eſt extendere, nequit enim ſpiritus extendi cùm ſit eſſentialiter indiuiſibilis. poteſt tamẽ indiuiſibile informare diuiſibile, cũ indiuiſibile eminẽtiori modo, & virtualiter habeat partes eo modo quo diximus ſuprà. Et præterea ſpiritui nõ repugnat diuiſibilitas ſubiecti, ſicut repugnat formæ materiali, & quantitati ſubiecti indiuiſibilitas.

Obiicies ſeptimo: Extra totum nihil eſt illius totius, ſed anima rationalis tota eſt in capite, ergo eadem anima non poteſt eſſe in pede &c. Obiectio 7.

Reſp. totum vbi eſt totaliter nihil eſt extra totum. Modò licèt anima ſit tota in capite, eſt tamen etiam extra caput, quia non eſt in capite totaliter, ſed tantùm tota. Huc recidit fere Durand. cùm ait: Extra totum nihil eſt totius, extra totum perfectè, anima autem prout eſt in capite non eſt perfectè totum. Tertiò reſp. alij ſic: Extra totum nihil eſt totius, id eſt nulla pars totius eſt extra totum, ſed tota anima, quæ eſt in capite, tota eſt in brachio, & tota in pede.

Secunda concluſio. Formæ omnes materiales, & à materia eductæ ſunt diuiſibiles, & ſunt in materia diuiſibiliter, ſiue ſint viuentia perfecta ſiue imperfecta. Eſt Durand. in 1. diſtinct. 8. quæſt. 3. Ægid. ibid. quæſt. vltima contra D. Thom. quæſt. de Anima art. 10. & de Spirit. Creat. art. 4. & 1. Par. quæſt. 76. art. 8. & pleroſque recentiores, qui volunt animas perfectorum animalium eſſe etiam indiuiſibiles. *Durandus. Ægidius.*

Probatur: omnes animę, rationali excepta, ſunt eductæ de potentia materiæ, ergo ex qualibet parte materiæ eſt educta pars formæ, ergo formæ illæ diuiſibiles. Conſequentia prima proba-

Digitized by Google

tur, quia diuerſæ cauſæ debent habere diuerſos effectus, ſed in diuerſis partibus materiæ ſunt diſpoſitiones numero diſtinctæ, quæ ſunt cauſa illius animæ, quæ educitur, ergo etiam erunt partes animæ numerò diſtinctæ.

Confirmatur, ideò formæ materiales dicuntur extenſæ, quia educuntur de materia extenſa, ergo ipſa anima, quæ eſt terminus actionis. Secundò, omnes formæ materiales, & corporeæ ſunt extenſæ ad extenſionem quantitatis, ſed omnes formæ eductæ ſunt materiales, ergo omnes ſunt extenſæ. Maior probatur, eſſe corporeum nil aliud eſt niſi eſſe extenſum, vel poſſe extendi ad extenſionem quantitatis. Minor patet. Tertiò, B ſi animæ brutorum eſſent indiuiſibiles non penderent à materia in facto eſſe, ergo neque in fieri, ergo non eſſent eductæ.

Obiectio 1. *Obiicies primò*: Videmus diſcrimen inter animalia perfecta, & imperfecta, quia hæc diuiſa diu viuunt, animalia verò perfecta diuiſa ſtatim moriuntur.

Reſpondetur, ideo animalia perfecta diuiſa ſtatim moriuntur, non quia anima eorum ſit indiuiſibilis, ſed quia vt plurimùm habent maius corpus, eiúſque partes requirunt maiorem copiã ſpirituum, qui ſpiritus nequeunt procreari ab illa parte, ſed neceſſaria eſt aliqua alia pars principalis in animali in qua generantur.

Obiectio 2. C *Obiicies ſecundò*: I. de inceſſu Animal. docet Ariſtot. animalia imperfecta diuiſa viuere, quia formæ ſunt minùs vnæ, ergo formæ animalium perfectorũ ſunt omnino vnæ, ergo indiuiſibiles.

Reſp. animas imperfectorum eſſe minus vnas, quia ſunt actu vnæ, potentia multæ, quia diuidi poſſunt in partes, & per aliquod tempus remanere in partibus diuiſis: animas verò animalium perfectorum eſſe minus vnas, quia ſunt actu vnæ & non poſſunt eſſe multæ in potentia, cùm non poſſint diuidi in partes, ita vt partes diuiſæ maneant, quia ſtatim corrumpuntur.

Sectio VI.

Enodantur nonnullæ aliæ difficultates circa prædicta.

PRima *difficultas*, an animæ diuiſibiles ſint eiuſdẽ rationis in omnibus partibus corporis. Ratio difficultatis eſt, quia quidã putarunt animam diuiſibilem eſſe heterogeneam, & compoſitam ex partibus ſpecie differentibus, ſicut corpus organicum. Probatur, quia ſicut in diuerſis partibus corporis ſunt diſpoſitiones ſpecie differentes, quæ effectiuè concurrũt ad productionẽ illius animę. Cauſæ autem ſpecie differentes debẽt producere effectus ſpecie diuerſos

Dicendum primò: Anima habet partes eiuſdem rationis ex Ariſt. 1. de anima tex. 94. Omnes partes animæ eiuſdem ſpeciei ſunt ad inuicem, & in fine tex. vocat animas inſectorum indiuiſibiles, id eſt in partes diuerſæ rationis.

Probatur ſecundò: partes omnes corporis non habent aliam connexionem, niſi quia omnes informantur ab vna anima vt diximus, at ſi anima eſſet heterogenea non poſſet aſſignari alia forma vna, & totalis dans huiuſmodi vnitatẽ.

Tertiò: operationes ex quibus colligimus in partibus corporis animam, ſunt eiuſdem rationis, vt nutritio, & augmentatio, ergo & ipſa anima in omnibus partibus eſt eiuſdem rationis.

Denique, ſi anima in cerebro habet omnes diſ- A poſitiones requiſitas, non eſt ratio cur præciſo capite anima non remaneat, haberet autem omnes requiſitas diſpoſitiones in ſolo cerebro ſi anima quæ eſt in cerebro, differret ſpecie ab ea, quæ eſt in pede.

Ad rationem dubitandi reſp. Cauſæ ſpecie diuerſæ efficientes tunc habent diuerſum effectũ ſpecie cùm ſunt cauſæ totales, non tamen idem ſequitur cùm plures cauſæ partiales concurrunt ad producendum eumdem numero effectum: patet in elementis, quæ cùm ſpecie differant, omnia tamen producunt partialiter vnam formam mixti. Præterea nequit vna pars corporis producere partẽ animę, quia anima ex ſe requirit B corpus organicũ; neq; poteſt anima educi à cerebro niſi ab aliis partibus educatur, ideo falſum vnam partẽ corporis producere partem animæ.

Secunda difficultas, an poſſit anima informare corpus ſimplex

Dicendum ſecundò: Nequit ſubiectum animæ, eſſe corpus inorganicum, vt ex definitione patet: poteſt tamen informare aliquod corpus mixtum homogeneum tanquã ſubiectũ partiale vt videmus, quia informat oſſa, carnes, & neruos.

Dicendum tertiò: Anima nullo modo neque vt ſubiectum partiale, neque vt ſubiectum totale poteſt informare corpus ſimplex, quod non ſit mixtum ex quatuor elementis.

C Prob. quia anima non vnitur niſi illi ſubiecto, in quo poteſt exercere ſuas operationes, nequit autem id præſtare in corpore ſimplici. Probatur, quia in corpore ſimplici nequit anima exercere ſenſationes, quia hæ ſupponunt temperiem qualitatum neque exercere poteſt intellectiones, quia intellectio ſupponit ſenſationem.

Confir. à poſteriori. Videmus enim in corporibus ſimplicibus partes viuentium habere omnes qualitates, & eſſe mixtas, & veluti attemperatas, quod non eſt in corpore ſimplici.

Tertia difficultas, an corpus quod informatur ab anima debeat habere partes continuas vel contiguas. Recentior quidam ait debere eſſe D continuas, quia alioquin in brutis, neque anima eſſet continua cùm illa ſit extenſa, & inhæreat in ipſis partibus corporis, atque adeò non eſſet vnum animal per ſe, ſed vnum per accidens. Alij verò aiunt ſufficere ſi partes illæ ſint ita contiguæ, vt alimentum poſſit tranſmitti ab vna parte in aliam: dicitur autem vnum ſicut dicitur vna domus, quia ordinatur ad vnum finem.

Dicendum quartò, partes corporis organici non eſſe continuas niſi materialiter: formaliter verò eſſe contiguas: faciunt autem vnum per ſe, non quia ordinantur omnes illæ partes ad vnũ finem, ſed quia omnes veluti coniunguntur, & vniuntur ab vna anima, vt alibi diximus in corE poribus mixtis, quorum partes ſunt vnum ratione formæ mixti.

Quarta difficultas, an vna anima poſſit informare plura corpora ſimul, vel ſaltem ſucceſſiuè de potentia naturali.

Prætereo errores antiquorum ponentium vnicam animam rationalem in omnibus: opiniones Mirand. & Achil. l. de intelligen. qui id tantùm aſſerunt ſecundùm Ariſt. principia, quæ videre poteſtis apud Ruu. lib. 2. de Anima cap. 3. quæſt. 10. Recentior quidam reſp. de animis brutorum eſſe manifeſtum non poſſe informare plura corpora, nec ſimul, nec ſucceſſiuè, quia inhærent in materia, & rectè, quia ſtatim ab ea

A ſeparatæ corrumpuntur: Idipſum aſſerit de anima rationali, quæ licèt neque in materia inhæreat, neque ab ea educatur, tamen ab vna materia ſumit indiuiduationem & vnitatem.

Dicendũ quintò de fide eſſe, quot ſunt homines, tot eſſe animas rationales Ezech. 18. *omnes animæ meæ ſunt, ſicut anima Patris, ita & anima filij. Anima quæ peccauerit ipſa morietur*, & Luc. 16. de anima Lazari & diuitis. & in Lateranenſi Leon. X. ſeſſ. 8. oppoſitum apertè damnatur.

Dicendum ſextò. Licèt animæ brutorum non poſſint informare plura corpora, nec ſimul nec ſucceſſiuè naturaliter, poteſt tamen anima B rationalis naturaliter informare plura corpora ſucceſſiuè, neque enim dicit ordinem ad hanc, vel illam materiam numero eſſentialem, ſed ad quamlibet, dummodo ſit rectè diſpoſita.

Sectio VII.

Quæ partes animalis ſint animatæ.

SVpponendvm primò, partes in animali alias eſſe ſolidas, vt nerui, oſſa, caro, muſculi, &c. Alias fluidas, vt ſanguis, & reliqui humores. Communiter præſupponitur partes omnes ſolidas informari ab anima: difficultas eſt de partibus fluidis & excrementis.

C Supponendum ſecundò hos eſſe in animali humores præcipuos; chylus, chymus, atra & flaua bilis, ſanguis, pituita, flamma, ſpiritus, ſaliua, ſemen, lac, adeps, ſeuum, pinguedo, medulla, excrementa verò ſunt vngues, capilli, ſudor, vrina &c.

Supponendum tertiò, quòd chylus eſt ille primus humor, qui fit in ſtomacho ex cibo, chymus fit ex chylo, ex chymo fit humor quidam anonymus, qui defertur ad hepar: hepatis verò calore, & vi, quia maximè feruet, concoquitur ille humor ex quo hi humores ſecernuntur; atra bilis quæ eſt pars ſanguinis magis terreſtris craſſior & ſiccior, quæ per venam quandam D transfertur ad lienem: & flaua bilis, quæ eſt pars ſanguinis magis ſubtilis & aduſta, quæ per ſubtiliſſimas venas defertur ad folliculum fellis, qui eſt in latere hepatis: ſanguis qui eſt pars magis perfectè concocta & quæ rubet, & per venas defertur per corpus: cum ſanguine defertur etiam quidam humor frigidus inconcoctus, qui eſt flamma vel pituita: ex ſanguine deinde delato ad cor, vi caloris fiunt ſpiritus vitales in corde, animales in cerebro. Pinguedo licèt ſit quid genericum ad ſeuum adipem & ſumen, propriè tamen ſignificat humidiorem illam partem ſimilem oleo craſſiori, & vetuſto quæ reperitur in animalibus humidioribus, vt ſunt ſues: adeps & E ſeuum ſunt pinguedo denſior & ſiccior, & reperitur in animalibus ſiccioribus, capris videlicet, & bobus, adeps inter cutem reperitur & carnem, ſeuum in fine carnis.

Galenus vult pinguedinem fieri à frigore, ita vt tunc fiat cùm ſanguis oleoſus venit ad mẽbranas, quæ ſunt loca frigida. Ariſt. verò fieri à calore. Prob. Galen. quia pinguedo à calore potiùs diſſoluitur. Prob. Ariſt. quia pinguedo eſt ſpiritoſa, ſpiritus autem ſunt calidi.

Dicerem fieri pinguedinem à temperato calore, ſicque vterque facilè conciliari poteſt, pinguedo autem diſſoluitur à calore vehementi, gignitur à temperato.

A Medulla eſt excrementũ nutritiuum oſſium, & ſpinæ, & in eorum cauitatibus continetur, vt oſſa ex medulla humidiora reddantur. Saliua eſt humor frigidus, ſeu aquoſa quædã pituita concepta ex tenuiſſima parte chyli, quæ in cerebrũ corriuata, à cerebro deinde defluit per meatus oſſis, qui collatorius dicitur: Semen eſt ſanguis concoctus, quod etiam per ſpinam, vt quidam volunt fluit: lac ſanguinis ſpuma: ſpiritus eſt ſubſtantia ſubtilis aërea dilucida ex tenuiſſima quaque ſanguinis parte producta, vt virtus à præcipuis membris deferatur ad reliqua, vt valeant proprios actus exercere, & ita ſe habet ſpiritus ad ſanguinem ſicut ſunt illa ad ignem. B Spirituum verò vt diximus alius vitalis in corde, alius animalis in cerebro, ex quo ingeniorum naſcitur diuerſitas: addunt alij naturalem vt Auer. cuius ſedes eſt hepar. Pili verò in homine ſunt quod in herinaceis ſunt ſpinæ, in oſtraceis cortex, in piſcibus & cæteris reptilibus ſquamæ, in auibus plumæ, in ouibus lanæ, in ſuibus ſetæ: ſunt pili quoad temperamentum ſicciſſimi, illorum materia eſt excrementum corruptum, & humorem exhalans ex cuti, quod à vi expulſiua caloris foras extruditur, & per calorem extrinſecum dureſcit in pilos. His poſitis, difficultas modò eſt an huiuſmodi humores, & excrementa ſint animata vel ne.

C Thomiſtæ volunt hæc eſſe animata ea præcipuè, quæ ſunt partes corporis.

Prima concluſio. Sanguis & humores omnes, qui à ſanguine progignuntur non ſunt animati, ſed habent proprias formas partiales.

Probatur primò, quia ſanguis, & cæteri humores non creſcunt in omnem partem, vt cætera viuentia, ſed per nouam conuerſionem, & ad generationem chyli in ſanguinem, tum quia nullum indicant ſenſum, vt experientia conſtat, & ex Ariſtor. 2. de Hiſtor. animal. cap. 29. & 2. de Parr. cap. 10.

Secundò probatur, ſi ſanguis eſſet animatus poneretur ex vi verborum in conſecratione pa- D nis, quia ea quæ ſunt animata ſignificantur nomine corporis, at ſanguis non ſignificatur nomine corporis, nec ponitur ex vi verborum, ex Trident. ſeſſ. 13. cap. 10. ergo non eſt animatus.

Tertiò, atra & flaua bilis, pituita, ſemen, lac ſunt excrementa, ergo non ſunt animata.

Obiicies primò: Proprium eſt animatorum Obiectio 1. moueri ad omnem poſitionem loci, ita mouetur ſanguis.

Reſp. ſanguis non mouetur talibus motibus ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco, ab anima videlicet per ſuas virtutes, & facultates attractiuas, vt mouentur cibi & alia ſimilia, quæ autem verè viuunt mouẽtur ad omnẽ poſitionẽ ab intrinſeco.

E *Obiicies ſecundò:* Si humores ſunt excremen- Obiectio 2. ta, ergo nullo modo partes animalis, quod videtur abſurdum.

Reſpondetur: Nomine partium animalis poſſumus intelligere partes animatas, & partes neceſſarias ad conſeruationẽ animalis: primo modo humores nõ ſunt partes corporis, ſed ſecundo modo: dicuntur autem humores excrementa tantùm, quia non ſunt animati, non quod ſint purè excrementa, deſeruiunt enim ad multas vtilitates animalis, neque talia ſunt, vt eiiciantur, ſed habent propria loca.

Obiicies tertiò: Corpus Chriſti fuit aſſum- Obiectio 3. ptum à Verbo, non niſi mediante anima, vt

aiunt Theologi, ergo etiam ſanguis mediante anima dicetur aſſumptus, ergo eſt animatus.

Reſpondent Durand. in 4. diſt. 10. quæſt. 1. num. 19. Mayron. diſt. 44. Gabr. in Canone Miſſæ lect. 56. ac negant ſanguinem aſſumptum fuiſſe à Verbo. Reſponſio valde periculoſa; communis enim ſententia Scholaſticorum eſt ſanguinem à Verbo fuiſſe aſſumptum, quia pertinet ad integritatem, veritatem, & perfectionem naturæ humanæ: hinc non dicitur Verbum aſſumpſiſſe duplicem naturam cùm naturam humanam, & ſanguinem aſſumpſit, ſed vnam quia ſanguis ad integritatem ſpectat eiuſdem naturę; hinc etiam dicitur aſſumptus mediante anima, hoc eſt ratione animæ, quæ fuit ratio aſſumendi corpus.

Obiectio 4. *Obiicies quartò*: ex Ariſt. 3. de Hiſt. Anim. cap. 19. cor palpitare ratione ſanguinis, ergo ſanguis animatus.

Reſpondent quidam, verba hæc non haberi in Græco. Secundò cor palpitans ratione ſanguinis, non connotat vitam in ſanguine, ſed tantùm ebullitionem, & motum eius ob vehementiam caloris.

Secunda concluſio. Neque capilli, & vngues anima informantur, ſed habent inferiores formas. Ita Ferrer. 2. Philolog. cap. 2. Fracaſt. c. 8. in ſuo lib. de anima. Conciliator. different. 44. Tolet. 1. de Anima contra D. Th. in 4. diſt. 44. quæſt. 1. art. 2. quæſtiun. 3. ad 3. & Banoes 1. de Gener. cap. 4. quæſt. 8. qui putant vngues, & pilos informari eadem anima, qua informatur totum.

Ferrer.
Toletus.

Probatur, quia omne viuens aliquam debet exercere vitalem operationem, capilli verò, & vngues ſi aliquam operationem vitæ exercerent eſſet nutritio, & augmentatio, has tamen non exercent, licèt enim augeantur, augentur per iuxtapoſitionem materiei, quæ extruditur per poros non per intrinſecam, & veram nutritionem, quod patet quia ſolum per partem additam parti ſecundùm extremitatem, ideo creſcunt ſecundùm longitudinem. Quod ſi groſſiores vngues & pili in adoleſcẽtibus quàm in pueris, id fit, quia pori ſunt in illis maiores. Præterea ſi pili, & vngues nutrirentur deberent habere cauitates, & poros, deberent habere intrinſecum aliquem humorem, vt videmus in oſſibus, pili autem & vngues ſunt ſolidi.

Denique vbi magis minuuntur animæ operationes, eò vngues & pili magis creſcunt, vt in ægris & ſenibus, immo etiam creſcunt in mortuis, vt teſtatur etiam Ariſt. de Hiſtor. animal. cap. 11. quòd ſi mortui viuunt concedam etiam viuere capillos.

Petes, quonam pacto creſcunt pili, & vngues in mortuis?

Reſpondetur: Ex corruptione & putrefactione humorum, quæ excluditur vi caloris.

SECTIO VIII.

De numero animarum, animatorum, & potentiarum.

REM omnẽ his difficultatibus expediemus. Prima difficultas quot ſint ſpecies animatũ. *Stoici duas* ponebant ſenſitiuam & rationalem: putabant autem plantas non viuere, quia appetitu carent: Plato contrà voluit plantas ſentire: Empedocles etiam illas intelligere, & cognoſcere dum aliquos ſuccos attrahunt, alios reſpuunt. Pythagorei addunt arbores lacrimari interdum ſi pungantur: hinc Plato tres poſuit animas, rationalem, concupiſcibilem, & iraſcibilem: Galenus etiam tria conſtituit animarum genera. Ad primum reducit animalem motiuam, & rationalem, & hanc poſuit in cerebro. Vitalem quam poſuit in corde: naturalem quam poſuit in iecinore. Medici verò putant has non eſſe animas, ſed animæ potentias: Alij quatuor conſtituunt, vegetatiuam, ſenſitiuam, motiuam & rationalem.

Plato.
Empedocles.
Galenus.

Communis & verior ſententia eſt, tria eſſe tantùm genera, vegetatiuam, ſenſitiuam, & rationalem. Ita Ariſt. 2. de Anima tex. 27.

D. Thomas.

Difficultas tantùm eſt in aſſignanda ſufficientia, & ratione. Hanc affert D. Th. 1. Par. quæſt. 78. art. 1. Triplex eſt eleuatio formarum, & operationum ſupra materiam, ergo tria genera animarum. Anteced. prob. quia operationes ſupra materiam ſunt generare ſibi ſimile, nutriri, & augeri, ſed non datur principium harum operationum niſi tribus tantùm modis, ergo. Min. prob. Aliqua enim augentur, & nutriuntur, & generant ſine cognitione, cuiuſmodi ſunt plantæ: aliqua augentur, nutriuntur, & generant cum cognitione imperfecta, vt fit in brutis: per modum cognitionis alia, & perfectè vt in homine: Tria ergo animarum genera.

Confirmatur: ſi alia genera animarum eſſent, ponenda eſſet iraſcibilis, & concupiſcibilis, ſed hæ reducuntur ad ſenſitiuam: vel motiua, generatiua, aut vitalis, ſed hæ ſunt potiùs facultates animæ, ergo tria genera &c.

Petes, quænam eſt iſta diuiſio, aut quæ iſta genera animarum? ſuntne tria genera generaliſſima, & non, quia genus generaliſſimum tantùm vnum, præterea anima rationalis non eſt genus. aut ſpecies: an genera ſubalterna? & neque, quia anima rationalis eſt ſpecies atoma: an ſpecies infimæ? & neque quia ſub vegetatiua, & ſenſitiua continentur plures ſpecies.

Reſpondetur, hîc nomine generis aut ſpeciei non intelligi à philoſophis veras ſpecies aut genera, ſed tantùm gradus quoſdam animarum, ſeu quaſdam rationes vniuerſales ad quas reducuntur omnes animæ, ſeu omnes modi operandi viuentium.

Secunda difficultas quot ſint genera animatorum.

Dicendum primò: ſi animata ſumantur ſecundùm diuerſos gradus vitæ ſeparatos, ſicut ſunt tria genera animarum, ita tria animatorum. Si verò gradus animatorum ſumantur non ratione animarum, ſed ratione ſubiectorum, in quibus reperitur aliquis gradus vitæ ab aliis gradibus realiter ſeiunctus, tunc quatuor ſunt gradus animatorum iuxta vulgarem philoſophorum ſenſum. Primus eſt, in quo reperiuntur gradus potentiæ vegetatiuæ, generatiua videlicet, nutritiua, & augmentatiua ſine ſenſitiua, & intellectiua, vt in plantis. Secundus gradus eſt, in quo reperiuntur eædẽ potentiæ vegetatiuæ cum ſenſitiua, & appetitiua ſine loco motiua, vt in animalibus imperfectis. Tertius, in quo reperiuntur potentiæ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ cum loco motiua ſine intellectiua, vt in animalibus perfectis. Quartus, in quo reperiuntur potentiæ vegetatiuæ, ſenſitiuæ, loco motiua, & intellectiua, vt in homine: hinc quatuor gradus animatorum.

Dicendum ſecundò: Ita dicimus quatuor eſſe A genera animatorum, vt eadem genera poſſint dilatari in plura vel reduci ad pauciora. Ariſtot. verò nunquam ea ita pronunciauit, vt dixerit nec plura eſſe nec pauciora, ſed tantùm loquitur ſecundùm vulgi opinionem: eſt contra Ruu. & pleroſque recentiores.

Probatur, quia ſicut ſunt animata, quæ non habent potentiam locomotiuam, ſic etiam aliqua ſunt, quæ non habent potentiam generatiuam, vt refert Ariſt. 2. de Anima 24. *Ariſtoteles.* Præterea falſum fortitan eſt dari animalia, quæ non habẽt potentiam loco motiuam, ſaltem quoad dilationem, & reſtrictionem, vt in oſtreis, quod ſi ille dicitur motus imperfectus; B hinc etiam fiet vt dentur plures gradus animatorum, quàm quatuor, quia quædam habent appetitum perfectum; alia imperfectum: quædam omnes quinque ſenſus quædam quatuor, vt talpa. Quædam duos vt oſtrea & concluliæ.

Tertia difficultas, quot ſint potentiæ animatorum.

Dicendum eſt Ariſtot. illas reducere ad quinque, ſunt autem hæ potentia vegetatiua, ſenſitiua, loco motiua, appetitiua, & rationalis, & ſectè.

Probatur, quia tantùm ſunt quinque, ſunt modi operandi diuerſi potentiarum vitalium; C potentiæ enim omnes vegetatiuæ, vt generatiua, nutritiua, & augmentatiua habent modum operandi ſine cognitione: omnes potentiæ ſenſitiuæ habent modum operandi cum cognitione imperfecta per organum corporeum, & per potentiam in ea exiſtentem, & per ſpecies intentionales receptas ab obiecto ſenſibili: potentia appetitiua licèt ſemper ſit coniuncta cum ſenſitiua, differt tamen ab ea, quia ſenſitiua operatur attrahendo ad ſe obiectum, & eſt cognoſcitiua; appetitiua verò per modum inclinationis in obiectum, & non eſt cognoſcitiua; appetitiua potentia licèt duplicem contineat appetitum eſſentialiter diuerſum ſenſitiuum, & rationalem, hi tamen appetitus non conſtituunt diuerſa D genera potentiarum, quia licèt eſſentialiter differant ratione obiecti, dum vnus tendit in bonum ſenſibile, alius in bonum rationale, conſtituunt tamen idem genus potentiæ, qui eodem modo tendunt per modum videlicet inclinationis. Potentia loco motiua differt à ſenſitiua, & appetitiua, quia efficit motum progreſſiuum, quod non habent eæ potentiæ: Potentia verò intellectiua licèt in genere cognoſcitiuæ conueniat cum potentia ſenſitiua, differt tamen in modo operandi, quia potentia intellectiua eſt inorganica, neque operatur neceſſariò per corpus, & ab eo dependet ſolùm, quia ſpecies recipit ab obiectis: non ſic ſenſitiua, E illa enim nequit operari etiam per diuinam potentiam niſi in corpore: item ſenſitiua non cognoſcit niſi ſingularia, intellectus etiam vniuerſalia: intellectus eſt libertatis radix non ſenſus.

Maneat ergo tres eſſe gradus animatum prout in ſe eſſentialiter conſiderantur: quatuor gradus animatorum prout animæ conſiderantur in ordine ad diuerſa ſubiecta, in quibus reperiuntur: quinque genera potentiarum prout conſiderantur animæ eædem in ordine ad diuerſos modos operandi.

SECTIO IX.

An in eodem compoſito poſſint reperiri plures animæ.

RATIO *difficultatis* eſt, quia in homine videntur eſſe plures animæ, homo enim ex Ariſt. priùs viuit vita plantæ: ſecundò vita animalis: tertiò vita hominis: quòd ſi hæ formæ diuerſis generantur temporibus neceſſariò realiter diſtinguuntur.

Præterea, anima rationalis eſt incorruptibilis, ſenſitiua corruptibilis, quæ autem natura ſua ſunt corruptibilia ex Ariſt. 1. Cæl. cap. vltimo, nequeunt fieri incorruptibilia.

Tertiò, nequit eadem forma ſimul exercere plures actus contrarios, ſed homo eodem tempore appetit bonum delectabile appetitu ſenſitiuo, & idem bonum reſpuit appetitu rationali, ergo nequit id præſtare per eamdem animam. Hinc plures de hac re ſententiæ apud veteres, & recentiores. Quas habetis apud Conimb. & Ruu. celebriores tamen ſunt hæ.

Prima ſententia eſt in homine, v. g. eſſe tres animas realiter diſtinctas, & loco ſeiunctas, ita vt vegetatiua ſit in iecore; ſenſitiua in corde; rationalis in cerebro tribuitur ab Ariſt. Platoni 1. de Anima tex. 90. Galeno. de placit. Hippocra. Themiſt. &c. *Plato. Galenus. Hippocrates. Themiſt.*

Impugnatur, quia ſic non poſſent exerceri operationes ſingularum animarũ in ſingulis partibus, quod eſt contra experientiam: in inſectis enim animalibus exercentur operationes animæ ſenſitiuæ, ſenſus videlicet, & motus in qualibet parte præciſa. Sequela maioris probatur, quia anima vbi operatur ibi eſt: at anima ſenſitiua operatur, vt experientia conſtat in qualibet parte corporis, ergo in qualibet parte eſt.

Præterea, iecur nedum nutritur, ſed etiam ſentit, & cor non ſolùm ſentit, ſed etiam nutritur. Item ſi vna anima eſſet in vno loco, alia in alio, anima ſenſitiua non neceſſariò ſupponeret vegetatiuam, nec rationalis vtramque, & cerebrum poſſet eſſe rationale abſque quòd eſſet ſenſitiuum.

Denique in quanam ſpecie viuentis erit membrum habens animam vegetatiuam, in qua etiam ſpecie membrum habens animam ſenſitiuam; certè in nulla; dabitur ergo ens exiſtens, quod in nulla ſpecie infima ſit, quod implicat.

Secunda eſt ponentium tres animas in homine, diſtinctas realiter, ſed non loco ſeparatas. Eſt Philop. in prolego. lib. de anima, Auer. 3. de anima com. 5. Flamin. de mobil. 1. de Genet. cap. 4. quæſt. 1. Zabarel. lib. de Facul. animæ cap 8. & 9. & lib. de partitione animæ cap. 7. Ocham. quodlib. 2. quæſt. 11. Philon. Iudæi lib. quòd deterius potiori inſidietur. Iand. 2. Metaph. *Philoponus. Auerroes. Flamin. de Nobil. Zabarella. Ochamus. Philo Iudæus. Iandunus.*

Impugnatur à quibuſdam primò, quod ſit contra fidem ex 8. Synodo act. 10. Canone 11. vbi habentur hæc verba. Apparent quidam in tantum impietatis veniſſe, vt duas animas in homine impudenter dogmatizent, quos homines, & ſimilia ſentientes, cùm vetus & nouum teſtamentum, & omnes Eccleſiæ Patres vnam animam rationalem in homine ponant, ſancta, & vniuerſalis Synodus anathematizat.

Sed reuera nil conficiunt: exponi enim facilè poteſt PP. io eo Concilio tantùm damnare voluiſſe illos, qui ponebant duplicem animam rationalem, vnam à bono Deo, qua flectimur in bonum; aliam à Deo malo, qua in malum, quod præcipuè docuerant Manichæi, & confutat D. Auguſt. 10. in Gener. cap. 12. & lib. 88. quæſt. quæſt. 40.

Impugnatur ergo primò hæc ſententia de pluralitate animarum ſic. Vbi non obſtat neceſſitatis aut maioris commodi ratio, natura ſemper tendit in vnitatem, quæ eſt perfectio longè nobilior, ergo ſi per vnam animam poteſt ſaluari omnium trium animarum operatio, & triplex ille gradus vnica ponenda eſt, at nil obſtat, ergo ſic dicendum. Minor probatur, quia gradus metaphyſici optimè ſumuntur à diuerſis principiis vitalibus exiſtentibus in eadem entitate, quæ eos gradus formaliter tribuat, ſecundùm dioerſas rationes eorum operatione conſeruando.

Confirmatur, vt alibi diximus, ad multiplicationē prædicatorum, non ſuot multiplicaodæ formæ, & entitates, planta enim per eamdem formam eſt planta, & hæc ſpecies planta, & ſicut non ſunt in planta ponendæ duæ formæ, ſic etiam homo, per eamdem formam erit animal, & tale animal.

Confirmatur ſecundò. Si homo non eſt animal, & tale animal per eandem formam peto, quodnam ſit animal per animam ſenſitiuam, vel enim eſt animal in genere: quod deinde contrahitur per animam rationalem: vel eſt animal contractum in vltima ſpecie: ſi primum adhuc anima ſenſitiua, non poterit contrahi per rationale, cùm duæ formæ diſtinctæ ſeſe contrahere non poſſint. Præterea ſeparata anima rationali remaneret genus ſine differentia, quæ implicant. Si ſecundum, ergo in homine erunt duæ formæ diſparatæ, non ſubordinatæ, nec ſe inuicem contraheotes, atque adeò homo non erit vnum & per ſe.

Secondò, Chriſto mortuo eius anima ſenſitiua periit vel ne? ſi periit, ergo quod ſemel aſſumpſit pertinens ad integritatem natoræ humanæ aliqoando dimiſit, quod negant Theologi ex Damaſceno. Si non periit cum quonam remanſit com corporéne an cum anima rationali; Primom eſt contra fidem, quòd Chriſtus verè mortuus eſt, & fuit in ſepulchro ſine vlla anima: Secundum contra ſenſum commuoem Theologorum, qui volunt teoam vnicùm animam fuiſſe ſeparatam.

Damaſcen.

Tertiò ideo debent per aduerſarios poni plures animæ, vel quia videmus plures operationes diſtinctas in vno compoſito, at eadem anima rationalis vult & intelligit, & tamen ponitur vna: eadem anima ſenſitiua appetimus & mouemur, vel quia videmus eaſdem operationes ſeparati in diſtinctis ſubiectis, & neque quia multo plures animæ ponendæ eſſent, quàm tres, cùm aliqua animalia habeant potentiam ſenſitiuam, non loco motiuam ſaltem perfectam.

Tertia ſententia vult in vno viuente eſſe vnam animam, quæ virtute contineat inferiores, polleátque tum propriis, tum cæterarum animarum potentiis. Ita videtur velle D. Thom. quæſt. de Anima art. 11. 2. contra Gent. cap. 58. 1. Par. quæſt. 76. art. 3. & 4. quem ſequuntur omnes ferè Thomiſtæ.

D. Thomas.

Impognatur primò. Homo eſt formaliter viuens, formaliter ſentiens, formaliter rationalis, at non eſſet talis ſi anima hominis eminenter contineret perfectiones reliquarum animarum, nil enim conſtituitur formaliter tale per formam, quæ ſit tantùm eminenter talis.

Confirmatur hæc eadem minor, quia forma dat huiuſmodi gradus metaphyſicos per exhibitionem ſui, ergo ſi ipſa non eſt formaliter talis oequit conſtituere compoſitum formaliter tale. Præterea quomodo fieri poteſt, vt anima rationalis exhibendo ſeipſam incorpoream, & immaterialem conſtituat compoſitum formaliter corporeum, & materiale, cuiuſmodi eſt eſſe vegetatiuum & ſenſitiuum.

Maior verò principalis probatur, quia ſi homo non eſſet formaliter vegetans, nec formaliter ſentiens homo noo conueniret vniuocè cum plantis in gradu viuentis, cum brutis in gradu ſentientis, & animalis, cùm bruta ſint formaliter animalia plantæ formaliter viuentes, ergo homo debet etiam ſi in iis gradibus cum iis vniuocè conuenit eſſe formaliter animal, & formaliter viuens.

Confirmatur, quia Deus eminenter continet virtutes, & perfectiones inferiorum, non tamen dicitur conuenire vniuocè eum creaturis, & lux emioenter continet calorem neque eum eo vniuocè conueoit.

Quarta ſententia, in homine eſt tantùm vnica anima continens tres gradus vitales, oedum eminenter, ſed formaliter vegetatiuum videlicet ſenſitiuum & rationalem, ita vt hi gradus ſint ex natura rei diſtincti, vnam taman conficiant animam, quia per vnam, & eamdem exiſtentiam exiſtant. Ita recentiores nonnulli.

Impugnatur, quia hæc ſententia reipſa coincidit cum ſecunda, ſi enim ſunt in eadem anima tres gradus ex natura rei ioter ſe diſtincti, & oon etiam tres animæ in eodem compoſito conſtituentes hominem in triplici ſpecie atoma, quod implicat; peto enim ſi gradus vegetatiuus eſt realiter diſtinctus à ſenſitiuo in eadem anima in quanam ſpecie gradus ille præcisè ſumptus collocat hominem? non in vlla, quia implicat antitatem, & formam phyſicam non eſſe io aliqua ſpecie determinata, & infima: ſi in aliqua ſpecie infima, id ipſum præſtabit gradus ſenſitiuus, id ipſum gradus rationalis, & homo erit in triplici ſpecie atoma.

Secundò argumentor etiam, vt ſuprà contra ſecundam ſententiam, cur ponendi ſunt in anima hominis hi gradus realiter diſtincti: certè propter diuerſitatem operationum, ſed hæc dioerſitas ſaluari poteſt, abſque hae reali diſtinctione graduum, & ſicut forma ſolis eſt priocipium diuerſarum operationum, & eſt vna ſimplex entitas, ergo eodem modo anima hominis poterit eſſe principium vegetandi, & ſentiendi abſque hae multitudine graduum realiter diſtinctorum.

Dicendum eſt. In homine non eſt oiſi tantùm vnica anima continens tres gradus vitæ vegetatiuum, ſenſitiuum, & rationalem: noo ex natura rei diſtinctos, ſed ratione eoſdémque continet eminenter ſimul, & formaliter, ita vt anima homiois formaliter contineat gradum rationalitatis, gradus verò viuentis, & animalis contineat formaliter, & eminenter. Eſt Ruu.

Ruuius.

hîc lib. 2. cap. 3. tract. de pluralitate Anim. quæſt. 2. quem videre poteſtis.

Probatur brenitet, quia cùm in homine non poſſint eſſe plures animæ realiter diſtinctæ, loeo coniunctæ ſiue diſiunctæ, neque poſſit eſſe vna & eadem anima eminenter continens cæteras, neque eadem anima continens plures gradus ex natura rei diſtinctos, ergo ſic dicendum eſt.

Secundò, quælibet anima bruti, eſt forma, & actus conſtituens brutum, non magis ſenſitiuum, quàm vegetatiuum, ſic etiam anima rationalis non magis conſtituit hominem rationalem, quàm vegetatiuum & ſenſitiuum, ergo non minùs eſt vegetatiua, & ſenſitiua, quàm ſit rationalis continens gradum rationalitatis formaliter, ergo etiam gradus viuentis, & animalis continebit formaliter.

Confirmatur: Homo eſt formaliter viuens, formaliter animal, quia eſſe viuens, & eſſe animal pertinent ad eſſentialem eius definitionem, ergo id habet à forma aliqua ſubſtantiali formaliter continente illum gradum.

Petes, quonam pacto idem poteſt contineri formaliter, & eminenter ſimul ab aliquo.

Reſpondetur cum Ruu. quæſt. 2. num. 29. Vnum contineri in alio formaliter dupliciter poteſt contingere. Primò, vt contentũ in alio ſit eiuſdem ſpeciei, & ordinis cum eo, quod continet, vt calor continetur in calore: Secundò, vt id quod formaliter continet ſit diuerſæ ſpeciei, & ordinis, vt contingit in caſu noſtro, cùm virtus ſenſitiua continet in ſe perfectionem vegetatiuam plantæ, & virtus rationalis virtutem animalis & viuentis.

Faber.

Ad rationes dubitandi reſpondet Faber Theorem. 72. ex Alberto, & Philop. Ariſtot. axioma intelligendum non quoad animas, ſed quoad operationes eiuſdem animæ.

Sed non rectè, anima enim rationalis non ſtatim infunditur, vt conſtat, nec fœtus in vtero exercet operationes animæ rationalis, quare in vtero nunquam homo viueret vita hominis, quod eſſet contra Ariſt.

Reſpondetur ergo ex Diuo Thoma 1. par. quæſt. 118 quòd licèt fœtus priùs viuat vita plantæ, tamen adueniente anima ſenſitiua corrumpitur vegetatiua, & vtraque deſinit adueniente rationali: Corrumpuntur verò, non quia anima rationalis illis opponatur, ſed quia eæ ſunt veluti diſpoſitiones requiſitæ in fieri ad hoc vt embryo ſit aptus recipere animam rationalem; & etiam quia cùm in anima ſit triplex ille gradus non requiritur ampliùs anima vegetatiua, & ſenſitiua ne detur multitudo formarum abſque neceſſitate. Denique cùm non ſint productæ per ſe, ſed per accidens, & per accidens à natura intentæ, nil mirum ſi adueniente anima rationali deſinont.

Ad ſecundam, anima vegetatiua corruptibilis non poteſt fieri incorruptibilis, verum eſt: animæ verò vegetatiuæ, & ſenſitiuæ vt ſic præcisè ſumptæ, & de ſe neque ſunt corruptibiles neque incorruptibiles, corruptibiles in brutis, incorruptibiles in homine, quia cum anima rationali identificantur.

Ad tertiam, dum anima per potentiam ſenſitiuam appetit obiectum delectabile, dum idem obiectum reſpuit per appetitum rationalem, non promit duos actus contrarios, quia illi duo actos non ſunt circa obiectum, & ſub eadem ratione, intellectus enim iudicat illud appetendum vt delectabile, indicat fugiendom vt inhoneſtum: tunc autem eſſent contrarij illi actus cùm ſimul ſenſus appeteret, & reſpueret idem obiectum delectabile, quod implicat.

Secundò reſponderi etiam poteſt, non implicare eamdem animam exercere actus contrarios liberos, & non liberos ratione diuerſorum graduum potentiarum, ſic idem mixtum calore calefacit, frigore frigefacit.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Si homo eſt formaliter ſentiens, & formaliter vegetans, & vniuocè conuenit cum brutis, & plantis, ergo nequit habere vnam animam, quæ ſit ſimul ſentiens, vegetans, & rationalis. Conſequentia probatur, quia anima vegetans in homine erit rationalis, in bruto irrationalis, ergo non vniuocè conueniunt.

Reſpondetur, ad vniuocationem ſatis eſt ſi homo, bruta, & plantæ vniuocè conueniant ſecundùm gradum præciſum vegetantis, & homo, & bruta in gradu præciſo ſentiendi, neque ad vniuocationem refert, an gradus ille in re identificetur cum rationali.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: Si vegetatiuum, ſenſitiuum, & rationale ſunt tres gradus diſtincti, & formaliter continentur in anima, in quanam ſpecie gradus ſenſitiuus conſtituet hominem?

Reſpondetur; ille gradus ſenſitiuus facit, vt homo ſit animal in ſpecie determinata hominis, quia contrahitur, & identificatur cum gradu rationali: Licèt enim vegetatiuum & ſenſitiuum, ſi ſpecificè ſumantur, prout videlicet ſunt in diuerſis viuentibus, & animalibus, non contineantur formaliter in homine, ſi tamen genericè ſumantur, vt ſunt prædicata quædam generica, & ſuperiora formaliter continentur in gradu rationali: prædicata enim quidditatiua generica, & ſuperiora eſſentialiter prædicantur de inferioribus, atque adeo in eis ſunt formaliter. Hinc etiam in anima continetur eſſe corporeum, vt prædicatum genericum hominis cùm homo ſit corporeus.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò: Implicat idem eſſe ſpirituale, & corporeum, anima eſt ſpiritualis, ergo non corporea.

Reſpondet Ruu. Implicat idem eſſe ſpirituale corporeum vt quod cùm vnum ſit extenſum, inextenſum alterum: non verò implicat idem eſſe ſpirituale, & corporeum, vt quo quaſi diceret, non implicat aliquod ens ſpirituale eſſe formam corporis, quo illud corpus conſtituatur in tali ſpecie corporis, ita ſit in anima rationali &c.

Maneat ergo vnicam eſſe animam in homine vegetatiuam ſimul, ſenſitiuam, & rationalem, & corpoream nedum eminenter, ſed etiam formaliter eamdémque animam eſſe talis naturæ, vt ab ea dimanent potentia vegetatiua, ſenſitiua & rationalis. Ratio eſt, quia anima hominis eſt, qui formaliter eſt vegetans, formaliter ſentiens, formaliter rationalis, formaliter corporeus, in quibus prædicatis vniuocè coouenit cum corporibus, cum viuentibus, cum brutis.

DISPVTATIO SECVNDA.

De potentiis animæ in communi.

NOMINE potentiæ intelligimus vim, poteſtatem, & virtutem, quæ qualitas quædam eſt, quæ eſt immediatè principium elicitiuum vitalium operationum. Quot eæ ſint vidimus ſuprà: nunc tantùm formalem earumdem rationem inueſtigabimus efficientem, & materialem. Quomodo videlicet diſtinguantur, quomodo ab anima dimanent, in quo ſubiecto ſint.

SECTIO PRIMA.

Quomodo potentiæ diſtinguantur ab anima, & inter ſe.

LOQVIMVR tum de potentiis organicis, quæ à materiali organo dependent: tum de inorganicis, quæ in ſuis operationibus ab eo non dependent, licèt ab obiecto materiali determinentur.

Difficultas autem eſt, an potentiæ diſtinguantur ab anima nedum eſſentialiter, ſed etiam realiter.

Gregorius. Lauredan. *Prima ſententia* eſt Gregor. in 2. diſtinct. 16. quæſt. 3. Laured. 2. de Anima tex. 42. qui volunt potentias neque realiter, neque eſſentialiter, aut formaliter diſtingui ab anima, & inter ſe.

D. Anſelm. *Secunda* tribuitur à nonnullis, D. Anſel. lib. de concordia liberi arbitrij cap. 19. vbi habet animæ potentias diſtingui ad inuicem realiter, eſſe tamen idem cum anima.

Scotus. D. Bonau. Buccafer. *Tertia* eſt Scoti in 2. diſtinct. 16. quæſt. vnica, D. Bonauent. in 1. diſtinct. 4. Buccafer. 2. de Anima lect. 55. qui volunt potentias diſtingui ab anima ſolùm modaliter.

D. Thomas. Ægidius. Gandauen. Zabarella. *Quarta* eſt D. Thom. 1. Par. quæſt. 76. art. 1. & alibi. Ægid. quodlib. 3. quæſt. 11. Gandauen. 2. de Anima, Zabarel. de facult. Animæ cap. 2. qui volunt Animæ potentias realiter diſtingui ab eadem anima. Sit

Prima concluſio. Potentiæ animæ non ſunt de eſſentia illius, contra Gregor. & Laured.

Probatur primò eadem ratione, quam alibi attulimus, ſicut ſe habet poſſe ad eſſe, ita potentia ad eſſentiam, ſed in anima poſſe non eſt eſſe, ergo. Minor probatur, quia optimè concipimus animam tanquam actum corporis, & eius eſſe, non concipiendo quid poſſit.

Confirmatur, ratio potentiæ non eſt ratio animæ, ergo potentia non eſt de eſſentia animæ. Antecedens probatur, quia poteſt concipi oculus animatus, & idem impotens ad videndum, & tunc retinet eſſentiam animæ.

Secundò, ſi eſſe potens eſſet de eſſentia animæ, deberet potentia à pati eſſe de eſſentia cæterarum formarum, elementarum videlicet, non enim eſt maior ratio vnius quàm alterius, *Ariſtoteles.* hoc autem eſt falſum. Minor probatur ex Ariſt. de ſenſu, & ſenſibili cap. 4. vbi habet *ignem non*

A *quatenus ignem, nec terram agere quatenus terram, ſed quatenus ineſt in eis contrarietas*, quod idem eſt dicere, ac ſecundùm quod ſunt potentes, & quatenus habent qualitates contrarias, ſed hæ non ſunt de eſſentia illarum, vt alibi diximus, ergo neque animæ potentiæ de eſſentia illius.

Obiicit Laured. 2. de Anima quæſt. 9 potentia materiæ eſſentialiter eſt idem cum materia, ergo etiam potentia animæ eſt idem eſſentialiter cum anima. Confirmatur, anima eſt nobilior materia, ergo ſi hæc eſt ſua potentia, etiam & anima. Obiectio 1.

Reſpondetur negando paritatem, quia pati eſt imperfectio, ideo poteſt materia immediatè B pati; agere verò immediatè in ſubſtantiis excedit limites entis creati, vt alibi diximus. Ad confirmationem, ad maiorem nobilitatem animæ ſatis eſt, ſi ipſa conſtituat vnum perfectum, & faciat vltimò vnum per ſe.

Obiicies ſecundò. Anima eſt principium ſuarum operationum, ergo eſſe principium actiuum erit de eſſentia illius. Obiectio 2.

Reſpondetur, concedo animam eſſe principium ſuarum facultatum, hoc autem eſt eſſe primam radicem, & non eſt eſſe eſſentialiter potentiam, ſicut rationale dicitur principium eſſentiale riſibilitatis, non dicitur tamen ſua C potentia riſiua eſſentialiter, ita in re noſtra.

Obiicies tertiò: Per quod animatum elicit ſuam operationem, eſt forma, ex 2. de Gener. tex. 53. ſed elicit per potentiam, ergo potentia eſt forma. Obiectio 3.

Reſpondetur, per quod elicit radicaliter, concedo eſſe formam, per quod verò proximè, & inſtrumentaliter, nego eſſe formam.

Secunda concluſio. Potentiæ diſtinguuntur ab anima pluſquam ratione.

Probatur, quia potentiæ dicunt relationem ad animam tanquam ad ſuum principium, à quo emanant, ergo ab ea diſtinguuntur pluſquam ratione. Conſequentia probatur, quia nil dicit relationem ad ſe. Antecedens probatur, D quia anima eſt principium ſuarum paſſionum, vt patet inductione facta in aliis formis, ergo etiam cauſa.

Reſpondebis animam eſſe cauſam per intellectum.

Contrà, quia nemine cogitante tribuitur emanatio paſſionibus à ſuo principio, & vnum ſortitur naturam paſſionis, alterum principij; tum quia ſi potentiæ realiter non emanarent, non eſſent in rigore paſſiones reales.

Secundò probatur: omnis forma ſubſtantialis, accipiamus v. g. formam hominis, de quo poteſt eſſe maior dubitatio, eſt indeterminata E ad tales, & tales operationes ex ſe, ergo debet determinari per potentias ſuperuenientes; omne enim quod eſt indeterminatum debet ab alio determinari. Anteced. patet, quia anima non petit eſſe magis determinata ad intellectionem, quàm ad volitionem.

Tertia concluſio. Probabile eſt potentias diſtingui ab anima, & inter ſe pluſquam modaliter, hoc eſt realiter, & vt res à re.

Probatur: ideo diſtinguuntur tantùm modaliter per aduerſarios, quia potentiæ non poſſunt exiſtere ſeparatæ, ſed hoc non obſtat, ergo. Maior eſt fundamentum eorumdem. Minor probatur, quia ex noſtris principiis materia

diſtinguitur realiter à forma, nec ab ea ſeiuncta poteſt per diuinam potentiam exiſtere: Creatura realiter diſtinguitur à creatore, & hæc neque etiam concipi ſine illo: vnum correlatiuum diſtinguitur ab alio, neutrum tamen poteſt ſine illo exiſtere. Quòd ſi dicas inter hæc adeſſe dependentiam eſſentialem, ideo &c. hoc ipſum dico intercedere inter animam, eiúſque potentias.

Dices: in cæteris elementis poſſunt potentiæ ſeparari, & ſeparatæ exiſtere, cur id non concedimus in potentiis animæ?

Reſpondet Ruuius animæ potentias poſſe ſeparatas exiſtere. Ego verò libentiùs negarem, magis enim dependent potentiæ vitales ab anima, & à ſuo principio radicali, quàm calor & frigus à formis elementaribus, quia cùm potentiæ vitales ſint propter actus, & actus vitalis dicat eſſentialem dependentiam nedum à principio inſtrumentali, ſed etiam à principio ſuo radicali, & principali, & talem dependentiam, quæ nequit suppleri à Deo, ideò ipſæ potentiæ ſeparari non poſſunt ab anima. Præterea quantitatis partes diſtinguuntur realiter inter ſe, poſito quòd ſint actu in continuo, & tamen non poſſunt omnes ſeparatæ exiſtere, vt alibi diximus, ergo malè argumentantur aduerſarij; Non poſſunt potentiæ ſeparatæ ab anima exiſtere, ergo non diſtinguuntur realiter.

D. Thomas. Suarez. Ruuius.

Secondò probatur concluſio inductione à D. Thom Suarez diſput 18. ſect. 2. num. 13. & Ruu. tract. de Potent. animæ quæſt. 1. num. 12. ſic, omnes ſubſtantiæ creatæ corporeæ non operantur per ſe immediatè, ſed per potentias realiter ſuperadditas, & realiter ab eis diſtinctas, vt patet in corporibus cæleſtibus, in elementis, & in brutis, quæ per calorem naturalem nutriuntur, & augentur. Quòd in his potentiæ realiter diſtinguantur patet, tum enim in plantis, quàm in brutis manente eadem ſubſtantia virtutes attrahendi alimentum, & expellendi modò augentur, modò minuuntur.

Tertiò probat Ruuius, quia potentia eſt ſecunda ſpecies qualitatis, quæ eſt accidens, accidens autem realiter diſtinguitur à ſubſtantia, ſed non rectè, quia non omne accidens, neque reliqua, quæ ponuntur in nouem prædicamentis, diſtinguuntur realiter à ſubſtantia, relatio enim modaliter diſtinguitur à ſuo fundamento; figura in prædicamento qualitatis eſt etiam modus; an autem ſecunda ſpecies qualitatis ſit ſemper res, id non certò ſcimus, & poteſt ab aduerſariis refelli.

Maneat ergo animam eſſe principium radicale, & principale vitalium operationum; potentias verò principium inſtrumentale, & immediatum realiter ab anima diſtinctum, ſicque explicanda omnia loca Ariſtot. in quibus velle videtur animam eſſe principium operationum vitalium, principium inquam radicale, non immediatum.

Sectio II.

An potentiæ diſtinguantur inter ſe etiam per actus, & obiecta.

Senſus quæſtionis triplex.

NOTANDVM *primò*: Triplex eſſe poteſt quæſtionis ſenſus. Primus, an potentiæ diſtinguantur inter ſe in entitate phyſica per actus, & hoc pacto certum eſt potentias non diſtingui per actus, ſed per propriam entitatem: Præterea ſi potentiæ ſunt, quæ actus producunt, quomodo actus dare poſſunt diſtinctionem, & entitatem potentiis. Secundus ſenſus eſſe poteſt, an actus, & obiecta ſint differentiæ intrinſecè conſtituentes potentias, & neque, cùm obiecta non ſint intrinſeca actibus, neque actus potentiis, ſed omnino actus & obiecta ſint extra potentias. Senſus ergo quæſtionis eſt, an potentiæ in ſua eſſentia conſtituantur, & diſtinguantur ab inuicem per actus, ita vt tota ſpecificatio, & differentia illarum ſumatur ab actibus: ſeu quod idem eſt an diſtinguantur ab inuicem potentiæ per reſpectum, & ordinem illum eſſentialem quem dicunt ad eoſdem actus.

Obiectum duplex.

Notandum ſecundò, quòd actus ſiue obiectum poteſt eſſe duplex, adæquatum & inadæquatum. Adæquatum eſt illud extra quod potentia nullum alium actum promere poteſt: inadæquatum eſt illud quod non explet potentiam, & eius actiuitatem. Præterea obiectum poteſt eſſe triplex, aliud per ſe primum, vt color in communi reſpectu viſus: Aliud per ſe ſecundum, vt hic color vel ille; album vel nigrum: Aliud per accidens, vt cùm oculus fertur in album quod etiam ſit dulce, tunc dulce erit obiectum per accidens.

Potentiæ aliæ inter ſe ſubordinatæ, aliæ non.

Notandum tertiò: Potentiæ dupliciter conſiderari poſſunt. Quædam ſunt quæ inter ſe ſubordinantur, & vna alteri vt ſuperiori deſeruit, vt ſenſus externi reſpectu ſenſuum internorum, & interni reſpectu intellectus. Quædam quæ inter ſe nullum habent ordinem, vt ſenſus externi inter ſe, neque enim potentia viſiua ſubordinatur auditiuæ &c. Potentiarum ergo non ſubordinatarum talis eſt natura, vt obiectum adæquatum, quod reſpicitur ab vna potentia ſub eadem formali ratione, non reſpicitur ab alia, ſic coloratum attingitur à potentia viſiua non auditiua: Potentiæ verò quæ ſubordinantur ad inuicem, ita ſe habent vt potentiæ ſuperiores reſpiciant idem obiectum, quod reſpiciunt inferiores, nec ſufficit ratio formalis, quæ eſt in obiecto, quia potentiæ ſuperiores reſpiciunt idem obiectum, etiam ſub eadem ratione ſub qua potentiæ inferiores illud reſpiciunt, coloratum enim, vt coloratum attingitur, & ab oculo, & ab intellectu, & bonum repræſentatur intellectui, & voluntati, ſi enim intellectus non intelligeret illud idem bonum, quod appetitur à voluntate, voluntas ferretur in incognitum: Sic etiam quia ſenſus externi ſubordinantur internis; interni debent percipere obiecta externorum ſenſuum ſub eadem ratione, qua externi ſenſus eadem obiecta percipiunt, ſic tangente tactu aliquid ſenſus communis percipit tangibile, & imaginatio imaginatur tangibile, & intellectus intelligit tangibile: Ratio à priori eſt, quia potentiæ ſuperiores, quia ſuperiores ſunt debent recognoſcere ea circa quæ verſantur inferiores, non contrà: quare in his non ſufficit diſtinctio obiectorum adæquatorum, nec ratio formalis quæ, vel ſub qua eorumdem. Ideo ſit

Prima concluſio. Vniuerſaliter loquendo potentiæ diſtinguuntur per actus adæquatos immediatè; mediatè verò per obiecta.

Prima pars probatur, quia potentiæ primò,

& per ſe ordinantur ad actus, ſunt enim facultates aliquid efficiendi, & dicunt ordinem tranſcendentalem ad illos, ergo ab iis debent ſumere ſuam ſpecificationem. Conſequentia probatur, quia ea quæ ordinantur ad aliud debent induere naturam illius, ad quod ordinantur, hoc eſt debent habere naturam proportionatam, ad rem ad quam ordinantur, nihil enim eſt ſpecificari in his tranſcendentalibus, quam habere talem naturam qualem terminus exigit, quare terminus dabit eſſe terminatiuum, & limitabit potentias ad tale eſſe. Cùm ergo actus ſint termini potentiarum ab iis potentiæ ſpecificabuntur.

Secunda pars probatur, quia actus inadæquati nequeunt ſpecificare, quia ſpecificari eſt ita rem determinare, ita vt potentia extra ſpecificationem non vagetur, ſed extra actus inadæquatos potentia vagatur, quia reſpicit alios terminos, ergo potentia non ſpecificatur per actus inadæquatos.

Tertia pars probatur, quia inter potentias, & obiecta intercedunt actus, & actus ſunt perfectiones potentiarum, quod autem eſt huiuſmodi immediatum eſt.

Quarta pars probatur, quia etiam potentiæ reſpiciunt obiecta circa quæ ſuos actus efficiant, & quæ debent attingere per proprias operationes. Hinc communiter dicitur, quòd ſcientiæ & potentiæ diſtinguuntur ab obiectis.

Secunda concluſio. Potentiæ non ſubordinatæ, vt ſenſus externi inter ſe ſufficienter diſtinguuntur ab inuicem per obiecta habentia diuerſam rationem formalem, nec aliud requiritur.

Probatur, quia hæ potentiæ ita ſe habent, vt quod ſub vna ratione attingitur ab vna potentia non attingatur ab alia, odorabile enim vt ſic non percipitur à viſu, nec guſtabile ab oculo.

Tertia concluſio. In potentiis ſubordinatis non ſufficit ratio formalis obiecti adæquati, ſed etiam requiritur diuerſitas modi operandi. Quare potentiæ ſubordinatæ diſtinguuntur per rationem diuerſam tendendi in obiectum, incluſæ tamen ratione obiectiua.

Prima pars probatur, imaginabile enim vt ſic eſt etiam intra obiectum intellectus, tum quia imaginabile eſt ens, omne autem ens eſt intra obiectum intellectus: tum etiam quia imaginabile nedum vt ens eſt, ſed etiam vt imaginabile eſt tale, vt de eo intellectus formet propoſitiones, & enunciet aliquid, ergo intellectus vt ſic attingit imaginabile vt imaginabile, & illud intelligit, omnis enim enunciatio ſupponit intellectionem, ergo in potentiis ſubordinatis, non ſufficit ratio formalis: Et quod dico de imaginabilibus idem dicendum de aliis obiectis aliarum potentiarum ſubordinatarum.

Secunda pars, quòd videlicet requiratur ratio tendendi diuerſa explicatur & probatur, quia diuerſitas modi operandi eſt diuerſitas modi quo potentia coniungitur cum obiecto, ſenſus autem externi ſaltem aliqui vniuntur cum obiecto per ſpecies tranſmiſſas immediatè ab ipſo: vel per applicationem immediatam ipſius obiecti, vt aliqui ſentiunt de guſtu & tactu, & ideò differunt à ſenſu communi, quia hic vnitur obiecto per ſenſibilem ſpeciem acceptam à ſenſibus: à ſenſu communi differt imaginatio, quia hæc vnitur obiecto per phantaſma acceptum à ſenſu communi: differt item intellectus ab imaginatione, quia intelligit per ſpeciem habitam à phantaſmate: denique voluntas differt ab intellectu. quia voluntas appetit bonum, ſed ab intellectu repræſentatum.

Verùm hoc non eſt ita intelligendum, vt ratio & modus tendendi ſit, quæ ſpecificet potentias, & non ratio obiecti: Immo ratio obiectiua eſt quæ propriè ſpecificat, quia ipſa eſt quæ petit taliter & taliter attingi, & in illa eſt fundamentum talis diuerſitatis, & modi tendendi. Dicimus autem quòd potentiæ ſubordinatæ ſpecificantur per diuerſos modos tendendi, non quia tantùm modus tendendi ſpecificet, ſed quia ſic ratio præciſa obiecti meliùs explicatur: potentia enim viſiua tendit in coloratum, non quomodocunque, ſed vt potentia viſiua requirit, nempe per ſpeciem viſibilem immiſſam immediatè ab obiecto: intellectiua tendit etiam in idem coloratum, ſed modo intelligibili, & ſic de reliquis.

Quòd verò ſic dicendum ſit patet: quia non apparet alius modus, quo ſpecificari poſſint hæ potentiæ ſubordinatæ. Ratio enim præciſè ſumpta non ſufficit vt vidimus, ergo recurrendum eſt ad diuerſitatem modi tendendi, & quo potentia vnitur cum eodem obiecto.

Confirmatur: iſte modus tendendi non excludit rationem obiectiuam, immo illam ſupponit. Denique vt in Metaph. dicemus poteſt Metaphyſica conſiderare aliquid phyſicum, à phyſica autem non diſtinguetur niſi penes diuerſum modum operandi, ergo idem dici poteſt de potentiis.

Quarta concluſio. Actus immediatè diſtinguuntur per obiecta.

Probatur primò, quia actus ſunt relationes tranſcendentales ad obiecta. ergo per illa debent diſtingui. Antecedens probatur, quia ſunt tendentiæ ad obiectum, ad quod terminantur. Conſequentia verò probatur, quia relatiua tranſcendentalia ſumunt ſuam ſpecificationem ab his ad quæ referuntur.

Secundò; potentiæ ſunt ordinatæ etiam ad obiecta, ſed non ſunt ordinatæ niſi mediis actibus, ergo & actus ſunt ad obiecta tanquam ad terminum.

Tertiò, nequit eſſe actus alicuius potentiæ niſi ſit aliquod obiectum, ergo ex natura ſua actus eſt ad obiectum.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Color & ſapor habent diuerſam rationem formalem obiecti, & tamen percipiuntur ab eadem imaginatione, & ab eodem intellectu.

Color, & ſapor qua ratione ſint obiectum formale diuerſum.

Reſpondetur colorem & ſaporem habere diuerſam rationem obiecti, vt terminant potentias, & ſenſus exteriores: vt verò terminant ſenſus internos, & intellectum, habent eamdem rationem formalem, quia eodem modo immutant imaginationem, & eodem modo immutant intellectum, immutant enim, vt cognita ſunt à ſenſibus exterioribus; vel prout cognoſcuntur per ſpecies immiſſas à ſenſibus.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundo: Vel ratio adæquata formalis potentiæ viſiuæ eſt color, vel hic color: ſi primum, cùm nulla potẽtia poſſit egredi ſuos fines, non poterit oculus videre hunc colorem: ſi hic color, non poterit videre niſi hunc colorem.

Reſpondetur, rationem adæquatam, & formalem potentiæ viſiuæ per ſe, & primariò eſſe colorem vt ſic, in ea autem continetur ratio

per ſe ſecundariæ quæ eſt hic vel ille color, ideo A non egreditur ſuos fines cùm videt hunc, & alium colorem, quia ratio ſpecificans potentias, eſt obiectum vt diximus per ſe primariò, non obiectum per ſe ſecundariò, color videlicet in communi non hic color, non quia poſſit videri color in communi, ſed quia nihil poteſt attingi ab oculo niſi ſit coloratum, & rationem contineat coloris.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò:* Bonum & malum non poſſunt conuenire ſub aliqua ratione communi, cùm negatiuè opponantur, & tamen vna voluntas poteſt velle bonum, & reſpuere malum. Præterea, poteſt quis Deum modò diligere, modò odio habere. Rurſus eadem potentia in- B tellectiua modò componit, modò diuidit, modò ſcit, modò opinatur. Denique poteſt quis vigilans velle furari per actum liberum, poteſt quis velle furari per actum neceſſarium, vt ſi idem vellet cùm dormit. In his caſibus obiecta, & actus inter ſe ſpecie differunt, & tamen non indicant potentias ſpecie differentes.

Reſpondetur: Actus obiectáque ſpecificant potentias non quæcunque ea ſint, ſed tantùm & obiecta, & actus adæquati, obiecta per ſe, & primariò; actus verò inadæquati, & obiecta per ſe ſecondariò, & obiecta per accidens, non ſpecificant potentias. Modò componere & diuidere reſpectu intellectus ſunt C actus inadæquati: amare & odiſſe etiam inadæquati reſpectu voluntatis: bonum verò licèt reſpectu voluntatis ſit obiectum adæquatum: malum tamen eſt obiectum per accidens, quod patet, quia nequit voluntas circa illum promere actum volitionis, ſed tantùm fugæ: velle furari dormiendo, & velle furari vigilando, licèt vnus actus ſit liber; alter neceſſarius, non ſunt actus ſpecie differentes in genere phyſico, quia eſt idem obiectum, ſed differunt tantùm ſpecie in genere moris; nos hîc loquimur de ſpecificatione in genere phyſico. In iiſdem actibus licèt modus operandi illius, qui vigilat, ſpecie differat à modo operandi illius qui dormit, cùm D vnus actus ſit neceſſarius, alter liber, neque hi modi operandi ſpecie diuerſi indicant diuerſas ſpecie potentias, quia ſunt modi operandi inadæquati. Ex his colligitur

Quinta concluſio. Obiecta per quæ diſtinguuntur actus: & actus, & obiecta per quæ diſtinguuntur potentiæ, debent eſſe obiecta adæquata: debent eſſe obiecta per ſe primaria, nec ſufficit obiectum per ſe ſecundariò, aut obiectum per accidens: Requiritur etiam vt modus ille operandi ſit modus adæquatus, nec ſufficit inadæquatus. Patet ex dictis.

Vnica ſupereſt difficultas, vtrum dum ſpecificantur potentiæ per actus & obiecta, hæc E ſpecificatio ſit à priori vel à poſteriori.

Scotus. Iandunus. Mercen. Scot. in 2. diſtinct. 16. quæſt. vnica, Iand. 2. de Anima quæſt. 8. Mercen. & alij volunt potentias diſtingui per actus & obiecta à poſteriori.

Communis & probabilior ſententia eſt eas diſtingui à priori: loquimur autem non de prioritate executionis, quia ſic certum eſt potentias eſſe priores ſuis actibus, cùm ab actibus potentiæ ſupponantur, ſed de prioritate naturæ, quare

Dicendum eſt actus eſſe priores ſuis potentiis, & actus ſpecificare potentias à priori.

Probatur, quia actus ſunt veluti cauſa finalis potentiarum, expetuntur enim propter ſe, & potentia propter actus, ergo actus ſunt priores potentiis, & priùs expetuntur à natura.

Præterea, quia actus ſunt perfectiores potentiis, natura autem in ſubordinatis priùs intendit id quod perfectius eſt

Dicendum ſecundò: Etiam obiecta ſunt priora potentiis, & actibus. Patet ex Auctor. hîc 33. vbi habet actus eſſe priores potentiis, & illis obiecta. Præterea potentiæ dicunt dependentiam ab obiectis, & non è contrà.

Obiicies: Ex hoc ſequitur, quòd quodlibet obiectum erit prius, & nobilius qualibet potentia. Obiectio. B

Reſpondetur, in ratione terminandi concedo, nego in ratione eſſendi, hæc autem nobilitas eſt nobilitas ſecundùm quid, non ſimpliciter.

Dicendum tertiò potentias ſpecificari per actus, & actus per obiecta à priori, quia potentiæ dicunt ordinem tranſcendentalem ad actus, & actus ad obiecta, qui quidem tranſcendentalis ordo eſt veluti differentia intrinſeca potentiæ. Vel etiam dici poteſt, quòd actus ſpecificent potentias à priori, & obiecta actus, quia actus, & obiecta ponuntur in definitione potentiarum tanquam rationes formales.

C Vltimò quæri poteſt, an potentia viſiua, & auditiua hominis ſpecie differat à potentia viſiua, vel auditiua leonis. Tangitur hæc difficultas à Caiet. 2. de Anima cap. 10. & in 1. Par. quæſt. 77. art. 1. à Bannes & Ruu. hîc in appendice ad quæſt. 8.

Reſpondent Caiet. & Bannes, quòd hæ potentiæ ſi conſiderentur in ordine ad actum, & obiectum ſunt eiuſdem ſpeciei; ſi referantur ad principia à quibus emanant differunt ſpecie. Caietanus. Bannes.

Reſpondet Ruuius nullo pacto huiuſmodi potentias differre ſpecie, quia actus & potentiæ ſumunt ſuam ſpecificationem ab obiectis, ad quæ per ſe ordinantur, nunquam autem reperitur, quòd potentia ſpecificetur per reſpectum D ad ſuum principium. Ruuius.

Dicerem tamen, non omnino abiiciendam eſſe reſponſionem Caiet. & Bannes. Ideò potentia poteſt ſumi dupliciter, radicaliter & formaliter. Potentia viſiua hominis differt ſpecie à potentia viſiua leonis radicaliter ſumpta: ſunt eiuſdem ſpeciei, ſi formaliter ſumuntur.

Sectio III.

In quo ſubiecto ſubiectentur potentiæ, in animáne, an in toto compoſito.

E NOTANDVM *primò*, cùm quærimus in quonam ſubiecto ſint potentiæ nos non loqui de inorganicis, vt intellectus & voluntas, quia certum eſt has eſſe in ſola anima, & in ea remanere poſt ſeparationem à corpore, quod eſt de fide, animæ enim beatorum Deum vident & diligunt. Ratio à priori eſt, quia hæ potentiæ ſunt ſpirituales, & ideò in eſſe non poſſunt dependere à materia, anima enim poteſt ſupra ſe reflectere & intelligere, vt diximus, vniuerſalia, quod non conuenit cæteris potentiis organicis, & materialibus. Quæſtio ergo eſt de organicis.

Notan-

Anima principium effectiuum operationũ vitalium.

Notandum ſecundò, certum eſſe animam eſſe principium effectiuum ſenſationum, & operationum vitalium; patet ex definitione. Eſt enim quâ viuimus ſentimus &c. & etiam patet, quia ſi anima non attendit, licèt ſit potentia diſpoſita, & obiectum propoſitum, homo non videt, quòd ſi anima non attendendo impedit operationes organorum, ſignum eſt animam etiam immediatè concurrere.

Organa effectiuè concurrunt ad operationes vitales.

Notandum tertiò, adhuc certum eſſe organa concurrere effectiuè ad eaſdem vitales operationes, inde enim dicuntur organa, hoc eſt inſtrumenta. Inſtrumenta autem effectiuè concurrunt in genere cauſæ efficientis, habent ergo inſtrumenta aliquem influxum in huiuſmodi actus: præterea ſi organa non concurrerent effectiuè, ſenex videret vt iuuenis, at non videt, ergo: denique cur læſa pupilla oculus non videt? ſignum ergo eſt requiri organa, & ea ad effectus effectiuè concurrere, ſicut & calor effectiuè concurrit ad productionem ignis.

Facultates animæ ſimplices, & ſpirituales.

Notandum quartò, facultates animæ prout ſunt in anima, & ab ea dimanant eſſe ſimplices, & ſpirituales ſicut eſt ſpiritualis anima: in cæteris animabus brutorum, & plantarum eſſe materiales; veriſimile enim eſt qualitates conformari in entitate cum ſuo principio à quo fluunt, cùm proprietates ſint quodammodo integritates eſſentiæ. De facultatibus verò, quæ ſunt in organis ſecus eſt philoſophandum; ideo enim hæ facultates ponuntur in organis vt adiuuent organa ad ſuas operationes. Facultates ergo quæ ſunt in organis vel erunt complexio plurium qualitatum, vt videmus in nutritione, quæ fit mediante calore: vel erit aliquid ſubſtantiale qualis eſt ſanguis, vt accidit in ira, ira enim eſt ebullitio &c. vel denique poſſunt eſſe ſpiritus, vt contingit in motu progreſſiuo, quæ quidem facultates ſunt etiam effectiuè.

Potentia organica duo dicit, vnum in anima, aliud in organo.

Ex his colligitur potentias organicas dicere duo. Vnum quod eſt in anima: Aliud quod eſt in organis: quod eſt in anima dicitur facultas ſimpliciter, & magis principaliter importatur, quæ ſolet intelligi facultas, & potentia animæ. Quod eſt in organo dicitur etiam facultas, ſed non ſimpliciter, & nomine facultatis minus principaliter ſignificatur. Hinc patet ad quæſtionem

Prima concluſio. Si nomine potentiæ intelligimus totum, quod eſt adæquatum principium ſenſationis, dicendum eſt potentias eſſe in toto prout totum dicit materiam, & formam, ita vt pars ſit in anima, pars ſit in corpore modo dicto: non totum vnum ſimplex in vtriſque. Probatur ex proximè dictis, quia tam organum, quàm anima concurrunt effectiuè ad has operationes per proprias habilitates, quæ ſunt in ipſis, ergo &c. Et fortè hoc voluit D. Thom. cùm ait, potentias animæ eſſe in toto compoſito.

D. Thomas.

Secunda concluſio. Si nomine potentiæ intelligitur habilitas, quæ primariò importatur nomine potentiæ, & ſolet ſimpliciter appellari potentia, dicendum eſt, potentias eſſe in anima, ſiue eæ vegetatiuæ ſint, ſiue ſenſitiuæ. Dixi ſiue vegetatiuæ, ſiue ſenſitiuæ contra nonnullos, qui volunt vegetatiuas eſſe in corpore, ſenſitiuas in anima.

A Secunda pars probatur, quia non eſt maior ratio de vegetatiua, quàm de ſenſitiua cùm vtriuſque actus æquè ſint materiales: Prima pars patet ex Ariſtot. qui vult meliùs dici hominem iraſci per animam. & præterea quia forma eſt principium potentiarum.

Petes, an actus potentiæ vegetatiuæ, & ſenſitiuæ debeant dici transeuntes, vel immanentes.

Reſpondetur, propriiſſimè actus immanentes dicuntur intellectio, & volitio, quia hi actus ſubiectantur in propriis potentiis ſimplicibus. Actus verò organici dicuntur actus immanentes minùs propriè: dicuntur tamen immanentes, vt diſtinguantur ab actibus tranſeuntibus in externum ſubiectum. B

Sectio IV.

Quomodo anima ſit cauſa potentiarum.

D.Thomas.

DICENDVM *primò* ex D. Thom. 1. Par. quæſt. 77. art. 6. ad 2. Animam triplex genus cauſæ exercere, finalis, materialis, & efficientis.

C Probatur, quia potentiæ ſunt propter animam, id eſt, vt anima ſe perficiat per operationes elicitas à potentiis, ergo anima eſt cauſa finalis. Præterea potentiæ inſunt in anima, vt hactenus probauimus, ergo reſpectu illarum exercet munus cauſæ materialis. Denique exercet genus cauſæ efficientis, quia ab ea oriuntur. ſed hîc triplex difficultas.

Niphus. Ægidius.

Prima difficultas eſt, an potentiæ effectiuè dimanent ab ea. Niph. 2. de Anima tex. 29. Ægid. in 1. quæſt. 18. volunt potentias nullo modo effectiuè dimanare ab anima, ſed eſſe à ſolo generante, quia ſubſtantia creata nunquam agit per ſe immediatè, quare reſpectu potentiarum anima non eſt niſi cauſa materialis in horum ſententia.

D. Thomas. Caietanus. Bannes.

D D. Thom. 1. Par. quæſt. 77. art. 5. & 7. Caiet. & Bannes ibid. & communiter recentiores. Potentias vitales naturaliter emanare ab anima tanquam ab efficiente, & rectè, quia operationes vitales neceſſariò debent procedere à principio vitæ, ſed non procedunt niſi mediis potentiis, tanquam per inſtrumenta, ergo etiam & potentiæ debent procedere ab ipſo principio vitæ. Præterea frigus procedit & emanat à forma ſubſtantiali aquæ effectiuè, ergo etiam & ab anima poterit emanare intellectus.

Secunda difficultas. An huiuſmodi potentiæ vitales ita emanent ab anima, vt fiant per diſtinctas actiones à creatione & generatione.

E Caiet. 1. Par. quæſt. 77. art. 1. ad 2. & 3. ait huiuſmodi potentias non eſſe ab anima per veram actionem, ſed per naturalem reſultantiam ex generatione & creatione, eſt etiam Bannes ibid. art. 6. dub. 3.

Probatur, quia inter proprietates, & animam non intercedit alia potentia, ergo neque alia actio.

Rubius.

Rub. quæſt. 6. lib. 2. in tract. de potentiis, ait potentias emanare ab anima per veram actionem. Ita etiam Suarez diſp. 18. ſect. 3.

Suarez.

Probatur, vbi eſt vera efficientia eſt vera actio, in emanatione potentiarum eſt vera efficientia etiam ex Caietano, ergo vera actio.

Ad Caiet. verò reſpondet Ruuius, ſubiectum producere ſuas paſſiones etiam cum actione, neque id eſſe abſurdum, quia non concurrit tanquam agens præcipuum, ſed tanquam virtus generantis, quare ait, implicat ſubſtantiam agere immediatè, vt agens principale, non verò implicat ſubſtantiam agere immediatè, vt virtus alterius, ſic agit cùm ab ea dimanant paſſiones.

Dicerem primò contra Ruu. & Suarez. Falſum eſſe quod aſſumit, quod vbi ſit vera efficientia ibi ſit vera actio, poteſt enim dari cauſa efficiens, & vera efficientia abſque actione, vt fit in creatione, & ex D. Thom. docuimus.

Dicerem ſecundò, neque verum eſſe, quod ait idem Ruu. animam reſpectu potentiarum, non eſſe principium principale, ſed eſſe virtutem alterius, generantis nimirum. Cur enim reſpectu paſſionum anima non dicetur cauſa principalis, cùm paſſiones ſint in entitate longè ignobiliores ipſa anima? Præterea cur aqua reſpectu frigoris, non erit cauſa principalis? & ſi frigus eſt inſtrumentum aquæ, non ergo aqua erit inſtrumentum reſpectu frigoris, ita vt ad illud producendum aqua inſtrumentaliter concurrat.

Dicerem tertiò, in emanatione non intercedere veram actionem, licèt ſubſtantia effectiuè concurrat. Ratio eſt, quia certum eſt in omnium ſententia differre actionem ab emanatione, & reſultantia. Si autem reſultantia eſt vera actio, vt volunt Suarez & Ruu. non differet actio ab emanatione.

Præterea, idem poteſt ſubſtantia immediatè producere ſuas paſſiones abſque alia potentia, nec dandus proceſſus, quia paſſiones fiunt per dimanationem, non per veram actionem, vt docent Suarez Ruu. & recentiores communiter, ergo in dimanatione, non poteſt eſſe vera actio.

Dices, cur ergo in dimanatione nulla eſt actio, licèt forma ſeu ſubſtantia effectiuè concurrat, & ſit vera efficientia.

Reſpondetur, quia ad actionem præter alia hæc requiruntur: facultas & potentia in agente realiter diſtincta ab eodem agente, & vt ſubiectum mutetur: in dimanatione verò frigoris ab aqua, cùm aqua ſe reducit ad priſtinum frigus, licèt ſit mutatio ſubiecti, non eſt tamen potentia in aqua ad producendum ipſum frigus, ideò illa dimanatio dicitur reſultantia, non verò actio, quia frigus emanat ab ipſa forma ſubſtantiali aquæ. In dimanatione autem potentiarum ab anima vtrumque deeſt, & potentia ad ipſas potentias, & mutatio ſubiecti: quorum vtrumque ſi adſit, ſtatim illa productio erit actio: ſi alterum deeſt, illa non eſt dicenda actio, ſed reſultantia, & efficientia, vt inductione patet.

Tertia difficultas. An vna potentia poſſit dimanare ab alia efficienter. Diſputat de hac re Ruu. quæſt. 8. tract. de potentiis animæ in communi, aitque omnes potentias dimanare immediatè ab anima, & omnes paſſiones à ſubiecto, nulla autem paſſio ab alia paſſione. *Ruuius.*

Probatur, quia nequeunt perfectiores potentiæ emanare ab imperfectioribus, quia cauſa æquiuoca debet eſſe perfectior ſuo effectu, neque imperfectiores ab perfectioribus, quia quæ ſunt priora quoad exiſtentiam ſunt imperfectiora, ergo &c.

Secundò, ſi vna potentia dimanaret ab alia, iam illa, quæ dimanat ab alia, non dependeret ab anima.

Dicerem non eſſe abſurdum aſſerere vnam potentiam dimanare ab alia.

Probatur primò, quia ſufficit ſi ſingulæ potentiæ à principio vitali dependeant, & ad earum actus anima concurrat, ſed vel potentiæ prodeant immediatè, vel mediatè ab anima, ſemper anima poteſt actu immediatè influere in earum actus, ergo. Minor probatur, anima enim concurrit per ſe ipſam ad quoſlibet actus productos mediante qualibet potentia, ergo etiam concurret ad dimanationem cuiuſlibet potentiæ dimanantis à qualibet potentia.

Secundò, euidenter ſcimus, quòd ideò homo eſt riſibilis, quia admiratiuus, ideo admiratiuus, quia diſcurſiuus, ideo diſcurſiuus, quia rationalis, & conficimus ex his demonſtrationes à priori per cauſam, ergo ſignum eſt, quòd vna paſſio ſit cauſa alterius paſſionis.

Reſpondet Ruuius, rationalitatem eſſe cauſam riſibilitatis, non efficientem, ſed finalem.

Contrà, cùm petimus cur homo ſit riſibilis, & reſpondemus, quia eſt admiratiuus, tunc putamus aſſignare cauſam efficientem riſibilitatis non finalem. Præterea homo non eſt riſibilis propter rationalitatem, ſed per rationalitatem, ergo rationalitas non eſt cauſa finalis riſibilitatis.

Ad rationem in oppoſitum Ruuij Reſp. prioritatem illam, quæ reperitur in paſſionibus, non eſſe prioritatem temporis, & exiſtentiæ, ſed naturæ, homo enim ſtatim ac rationalis, eſt admiratiuus &c. ideo nil mirum ſi in hoc caſu paſſiones imperfectiores ſint poſteriores paſſionibus perfectioribus, neque illud axioma eſt vniuerſaliter verum.

PARS SECVNDA.

De anima vegetatiua.

DISPVTATIO PRIMA.

De natura animæ vegetatiuæ, eiúſque facultatibus in communi.

ANIMA vegetatiua, prima eſt omnium animarum communiſſima, & maximè ſimplex, quæ ad formas naturales maximè accedit. Appellatur hæc à medicis anima naturalis; ab aliis modò nutritiua, modò generatiua ab eius præcipuis operationibus. Videbimus quid ea ſit, quæve eius facultates: an eæ propriæ ſint viuentium: quomodo inter ſe diſtinguantur.

SECTIO PRIMA.

Quid ea ſit, & quæ eius facultates.

Dicendum primò. Anima vegetatiua eſt actus corporis organici quo viuimus: Nomine autem vitæ intelligimus hic actus omnes, quibus nutrimur, generamus &c. præter ſcientes: patet ex iis, quæ diximus cùm egimus de anima in communi.

Dicendum ſecundò, potentias animæ vegetatiuæ primarias eſſe tres, nutritiuam, augmentatiuam, & generatiuam. Ita Ariſt. hîc tex. 34. & 39. D.Th. 1. par. queſt. 78. art. 2. Caiet. &c. Probat D.Th. ibid. ſic. Anima vegetatiua habet pro obiecto corpus viuens per animã, ad hoc autem vt corpus viuat triplex eſt neceſſaria operatio, vna per quam acquirat eſſe, ad quam ſpectat potentia generatiua; ſecunda per quam corpus acquirat debitam magnitudinem, ad hoc facit vis augmentatiua: tertia per quam corpus conſeruetur, & ad hoc operatur potentia nutritiua.

Secundò, indiuidua generantur ex parua materia, & in anguſto loco, & eorum ſubſtantia per actionem continuam caloris innati abſumitur, & per incurſus contrariorum reſoluitur: reſolutioni occurrit generatio, abſumptioni occurrit nutritio, exiguitati augmentatio, ideò tres potentiæ.

Dicendum tertiò. Præter potentias primarias ſunt etiam aliæ ſecundariæ, tales ſunt attractrices, retentrices, concoctrices, diſcentrices, ſeu diſcretiuæ, expultrices: hæ verò appellantur ſecundariæ, quia quodammodo famulantur primis illis tribus.

Obiicies: In primariis potentiis ponitur augmentatiua, ergo etiam ponenda eſt diminutiua, ne diuiſio ſit diminuta.

Reſpondetur, potentia diminutiua ideò non numeratur, quia per accidens viuens diminuitur; anima enim inſtituta eſt ad conſeruationẽ, & augmentum, non verò ad deſtructionem, & diminutionem: atque adeo nec datur huiuſmodi potentia in anima, licèt enim viuens aliquando diminuatur, id prouenit, quia tunc potentia augmentatiua eſt debilis: è contrà tunc viuens augetur cùm potentia augmentatiua eſt vigoroſior.

SECTIO II.

Quomodo hæ potentiæ inter ſe diſtinguantur.

Prima *ſententia* vult has potentias primarias, generatiuam, augmentatiuam, & nutritiuam, diſtingui inter ſe realiter. Ita Albert. 2. de Anima tract. 2. cap. 6. & in ſum. de homine 2. Par. quæſt. de motu nutritionis cap. 5.

Secunda ſententia eſt dicentium diſtingui ſaltem ex natura rei. Ita Ægid. quodlib. 3. quæſt. 2. Caiet. 2. de Anima cap. 4. Hanc opinionem, vt veram, & communem docet Pater Maff. hîc cap. 2. licèt reuera non ſemper de omnibus tribus potentiis omnino loquantur, ſed quidam de aliquibus, quidam de omnibus.

A *Tertia ſententia* eſt Nominalium dicentium diſtingui tantùm ſecundùm noſtrum modum concipiendi. Sequuntur Conimb. 2. de Anima cap. 4. quæſt. vnica art. 2. Augmentatiuam, & nutritiuam affirmant non diſtingui Durand. in 1. diſtinct. 2. quæſt. 2. Niph. 2. de Anima tex. 42. Valleſ. 2. Controuer. cap. 14. Med. hîc cap. 20. Idem quoad omnes tres affirmant Zimar. lib. 2. Theorem. 42. qui etiam citant Ariſt. tex. 44. vbi habet, *Cùm verò eadem facultas ſit altrix, & generatrix*.

Prima concluſio. Potentia augmentatiua, & nutritiua non diſtinguuntur à parte rei inter ſe.

B Probatur, quia obiectum vtriuſque eſt vnum, & tantùm differt ſecundùm magis & minus, ergo potentiæ non diſtinguuntur inter ſe ex natura rei. Antecedens probatur, quia potentia nutritiua intendit partes deperditas inſtaurare, conuertendo cibum in ſubſtantiam aliti, quòd ſi ſubſtantia, quæ conuertitur ſit tanta quanta eſt deperdita ſit nutritio, ſi autem maior ſit augmentatio, ergo tantùm differunt ſecundùm magis & minus, quæ autem ſic differunt poſſunt prouenire ab eadem potentia, ſicut actus remiſſi, & intenſiores ab eodem habitu.

C Confirmatur, ex 1. de Gener. tex. 41. vbi habetur idem eſſe augmentationem, & nutritionem, differre tantùm penes rationem, quia ſcilicet, alimentum vt caro quanta, auget: vt caro verò, nutrit. Quomodo autem terminus augmentationis ſit ad quantitatem, videbimus infrà.

Secundò, per potentiam augmentatiuam habetur totum id quod habetur per potentiam nutritiuam, ergo per augmentationem etiam nutritur, ergo augmentatio eſt nutritio, quia nutritio tunc ſit cùm additur tantum quantum erat deperditum.

D Confirmatur, quando exercetur actus augmentationis, antequam maior ſubſtantia acquiratur debet eſſe priùs minor: tunc ſi per diuinam potentiam impediatur ne vlteriùs tendat operatio potentiæ augmentatiuæ, iam actus ille vocatur nutritiuæ, quia acquiritur ſubſtantia non maior, ergo poteſt exire à potentia augmentatiua actus nutritiuus, ergo erit eadem cum potentia nutritiua.

Tertiò, nutritio & augmentatio ſunt actus ſubordinati, ergo poſſunt oriri ab eadem potentia. Antecedens probatur, quia ſi viuens nutritur, vel acquirit maiorem, vel æqualem, vel minorem quantitatem, quodcunque fiat ſemper ſit augmentatio, quia animal creſcit ſecundùm illas partes quas perdidit, & quibus amiſſis erat minus, reſtauratis verò ſit maius, ergo per nutritionem ſit augmentatio. Conſequentia verò probatur, quia ideò calefactio, & illuminatio ſit ab eadem potentia, & vi lucis, quia calefactio ſubordinatur illuminationi, ita à pari &c.

E Præterea, ideò potentia nutritiua non diſtinguitur ab expulſiua, attractiua, retentiua, diſcretiua, & concoctiua, qui omnes hi actus ſuos ſubordinati inter ſe ad vltimum finem, qui eſt nutrire, ergo cùm eodem modo potentia altrix, & auctrix ordinentur ad conſeruandam eodem modo ſpeciem, non diſtinguentur in re ab inuicem.

Fonſeca.

A *Secunda concluſio.* Potentia generatiua diſtinguitur à parte rei à nutritiua. Eſt Fonſ. 9. Metaph. cap. 6. quæſt. 1. ſect. 4. in fine.

Probatur ex diuerſitate finis, quia illa eſt inſtituta ad conſeruandam ſpeciem, & naturam in communi, hæc verò ad conſeruandũ indiuiduũ: & hoc intendit D. Th. cùm ait Generationem ordinari ad res externas, nutritiuam ad internas: talis autem ordinatio indicat neceſſariò eſſentialem diuerſitatem, & adæquatam.

Secundò, ex diuerſitate materiæ proximæ, & inſtrumentorum valdè diuerſorum; nutritiua enim verſatur circa ſanguinem conuertendo illum in ſubſtantiam aliti, pendet potiſſimùm B ab hepate, vtitur venis, quæ inſtrumenta, & organa non ſunt alterius potentiæ.

Tertiò, ſi potentia generatiua eſſet eadem cum nutritiua, poſſet nutritiua facere quod generatiua; at hoc eſt falſum, quia generatiua poteſt efformare corpus & membra, non verò nutritiua.

Confirmatur, potentia generatiua vtitur ſemine, nutritiua alimento, nutritiua enim verſatur circa ſanguinem, vt conuertendum in ſubſtantiam aliti, ergo diſtinguuntur inter ſe. Sequela probatur, quia eadem potentia debet habere eadem media ad ſuos actus, vt inductione patet: licèt enim viſio nigri differat à viſione C albi, tamen vtrumque fit per medium vnum in ratione communi, nempe per ſpeciem viſibilem, & ſi per impoſſibile vteretur oculus ad videndum nigrum ſpecie non viſibili, poneretur diſtinctio in illo, ſic in re noſtra &c.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Ex Ariſtot. de Anima tex. 41. vbi ait, *cùm caro eadem facultas, & altrix ſit, & generatiua,* ergo ſunt vnum & idem.

Reſpondetur, potentiam generatiuam, & altricem eſſe vnam, & eamdem non eſſentialiter, ſed in ratione obiecti materialis, & vniuerſalioris, quia nutritiua verſatur circa ſanguinem, & etiam generatiua, nam ſanguis, qui eſt ſuperfluus tranſmittitur ad locum generationis ſeminis, vbi à virtute generatiua transformatur D in ſemen; eſt ergo etiam ſanguis licèt remotè obiectum potentiæ generatiuæ, obiectum inquam remotum, & vniuerſalius, circa quod diuerſimodè verſatur potentia nutritiua, & generatiua.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: Ab eadem potentia oriri poteſt generatio totalis, & partialis, ſed nutritio eſt generatio partialis, ergo poteſt oriri à potentia generatiua.

Confirmatur, quia per eumdem calorem ignis generat ſimpliciter ignem, & conuertit in ignem ſuperadditam materiam, ergo eadem potentia poterit generare, nutrire & augere.

Reſpondetur diſtinguendo maiorem: ab eadem E potentia poteſt oriri generatio totalis, & partialis in materia disiuncta à potentia generantis concedo; ſemen enim quod poteſt producere totum viuens, poteſt etiam producere partes viuentis: Ab eadem potentia poteſt oriri &c. in propria materia, nego. Nam virtus generatiua eſt ordinata ad conſeruandum eſſe eiuſdem viuentis in quo eſt. Secundò reſponderi poteſt neg. min. Falſum eſt enim quòd nutritio ſit generatio partialis alicuius membri, nam pars abſciſſa reſarciri non poteſt per potentiam nutritiuam.

Inſtabis, eadem eſt forma, quæ producitur A vi nutritionis, ac ea, quæ producitur vi generationis; per vtramque enim producitur forma carnis, & forma viuentis, vel vnio inter corpus, & animam, ſi autem ſunt iidem termini, ergo & actus eſſentialiter iidem, ſi actus, ergo & potentiæ.

Reſpondetur, eſto actus non differant inter ſe eſſentialiter, non tamen inde infertur vnitas potentiæ, quia idem calor poteſt eſſe ab igne, & à ſole. Secundò, licèt vnus ſit idémque actus generationis, & nutritionis, non tamen idem eſt modus tendendi: actus enim nutritionis tendit in partem formæ, vt in proprio ſubiecto: generatio verò vt in alieno; & ex iſto modo B tendendi infertur diſtinctio potentiarum: Patet, potentia enim aquæ, qua producit frigus in alieno ſubiecto differt ab ea qua in ſe, quia in alieno id præſtat medio frigore, in ſe autem producit per potentiam propriam, quæ non eſt eſſentialiter frigus, vel vt volunt alij per ipſam formam.

Inſtabis, potentia viſiua poteſt videre coloratum in ſe, & in alieno ſubiecto, & tamen eſt vna potentia nec diuerſificatur cùm videt colorem coniunctum cum ſuo ſubiecto vel diuerſo, ergo.

Reſpondetur negando paritatem, quia potentia viſiua poteſt videre in ſe, & in alieno, ideo eſt vna, at ſi eſſet alia potentia viſiua, quæ C videret ſolum coloratum coniunctum cum proprio ſubiecto, & non diuiſum, & alia quæ videret tantùm coloratum diuiſum, & non coniunctum ſibi, optimè inferretur diſtinctio in illis ex natura rei, quamuis viſiones eſſent eædem. Hinc ad inſtantiam: potentia generatiua non poteſt niſi in externum ſubiectum, nutritiua è contrà; hinc realiter diſtinguuntur.

Vrgebis, eo quod nutritio, & augmentatio differunt ſecundum maius, & minus, idcirco à parte rei non diſtinguuntur, ſed nutritio & generatio differunt ſecundum maius, & minus, ergo. Minor probatur, quia nutritio eſt generatio partis, generatio eſt productio totius

D Reſp. actio nutritionis maior aut minor eſt in eodem ſubiecto eodem modo, augmentatio enim ſemper nutrit, & nutritio cùm producit æquale poteſt aliquo modo vocari augmentatio, eò quòd augeat id quod diminutum eſt ex conſumptione humidi radicalis: at generatiua & nutritiua non eſt maior aut minor eodem modo, ſed diuerſo, quia ſcilicet vna ordinatur ad aliud indiuidualiter diſtinctum à viuente, altera verò ad idem viuens in quo eſt.

Inſtabis, ideo expultrix, & attractiua potentia, & concoctiua non diſtinguuntur à nutritiua, quia ſunt potentiæ adinuicem ſubordinatæ, & ordinantur omnes ad eumdem finem, ergo neque E hæ debent diſtingui, & quia generatiua, & nutritiua ordinantur ad eumdem finem. Probatur, quia altrix potentia ordinatur ad conſeruandam ſpeciem, ad quam etiam ordinatur generatrix.

Confirmatur, eſt idem obiectum potentiæ generatiuæ, nutritiuæ, & augmentatiuæ, ſanguis videlicet.

Reſpondetur, hæ potentiæ, generatiua videlicet, & nutritiua tendunt ad eumdem finem, & verſantur circa idem obiectum, ſed diuerſimodè vt diximus; non ſic accidit inter potentiam augmentatiuam, & nutritiuam. Ideò generatiua ab his diſtincta.

Ad confirmationem, ſanguis eſt obiectum remotum generationis, eſt tamen materia, & obiectum proximum reſpectu augmentationis, & nutritionis.

SECTIO III.

An iſtæ tres potentiæ primariæ ſint propriæ viuentium.

RATIO *difficultatis* eſt, quia etiam ignis ignem generat, immo etiam alimento ſuo nutritur per appoſitionem materiæ. Plumbum dum iacet in terra multum augetur, ergo nec augmentatio, nec nutritio, nec generatio ſunt propriè viuentium. Immo è contrà dantur multa viuentia, quæ non generant ſibi ſimile. Denique cùm producitur forma ignis vel aquæ; ea forma vt diximus generatur, tunc enim eſt mutatio totius &c. nullo ſenſibili remanente &c. ſeu mutatio totius ſimpliciter in totum ſimpliciter.

D. Thomas. Caietanus. *Dicendum eſt* cum D. Thom. Caiet. & aliis, has potentias eſſe proprias viuentium.

Probatur ex Ariſtot. 2. de Anima tex. 34. & 36. vbi habet *ſolum animatum nutriri.*

Probatur verò ratione: generatio quæ eſt propria viuentium ſic definitur, eſt proceſſio, ſeu origo viuentis à viuente coniuncto ſecundùm ſimilitudinem naturæ ſpecificæ, quæ licèt non reperiatur apud Ariſtotelem, ex diuerſis tamen eius locis colligitur, & communiter à Theologis recipitur, ea autem non conuenit rebus inanimis. Probatur, quia generatio viuentis à principio coniuncto indicat, quòd ſubſtantia propria generantis communicat rei genitæ, quod non videmus cùm ignis generat ignem, ſed tantùm extraneam materiam diſponit, & ex ea ſimilem formam educit, aut ei vnit, & ſic dicitur compoſitum generare.

Secundò, quia videmus ſola viuentia appetere generare ſibi ſimile, inanimata verò generant ſibi ſimile per accidens, quia ſcilicet per accidens applicantur actiua paſſiuis, cùm nullo motu in propagationem ferantur. Præterea, ſola viuentia habent certam magnitudinem molis, & ad certam quantitatem perueniunt. Denique ſolum viuens inſumit ſubſtantiam propriam, & eget inſtauratione; hæc autem inſtauratio fit per potentiam nutritiuam, ergo ſoli viuenti datur hæc facultas.

Ad rationem dubitandi, & ad primam patet, ignis enim ignem non generat per partem ſubſtantiæ à ſe reciſam, vt in homine, plantis, & brutis, è quibus reciditur ſemen.

Ad ſecundam, plumbum non verè augetur: quod augeri videtur eſt, quia de nouo aliquid aliud producitur, vt accidit in igne, qui nutritur ex pingui, & aëreo: Ad veram autem accretionem requiritur, vt remaneat idem quod antea, & omnibus partibus fiat additio, quod non accidit in igne, qui ſemper alius, & alius producitur deficiente primo ad defectum materiæ præcedentis; neque ſecundum totum augetur, ſed additur pars parti.

Ad tertiam reſpondet quidam, mulam eſſe equum imperfectum, & aſinum imperfe- A ctum, ideo non parere.

Reſponderem falſum eſſe, mulas non poſſe generare, quinquaginta enim abhinc annis Tauromini in Sicilia etiam mula peperit, & refert id accidiſſe Ariſtot. ſui temporis 6. de hiſtoria Animalium cap. 24. Non autem pariunt communiter, quia deeſt debitus calor, calor enim mularum eſt nimis vitiatus, & non ſinit fœtum efformari. Eadem ferè ratione pueri, & ſenes nequeunt generare, quia videlicet vel non ſunt debitæ qualitates, vel quia deeſt proportio membrorum, & proportio, & temperies inter marem, & fœminam.

B *Ad vltimam*, duplicem dari generationem propriam, & eſt, quæ reperitur in viuentibus; & impropriam, quæ in inanimatis: Definitiones illæ ſunt definitiones generationis communiſſimè ſumptæ, & impropriè, ideò nil mirum ſi adaptentur inanimatis.

DISPVTATIO SECVNDA.

De potentiis animæ vegetatiuæ in C *particulari.*

AGEMVS de potentiis animæ vegetatiuæ, nimirum de nutritiua, augmentatiua, eorúmque actibus, quia vt diximus identificantur omnino in re, quia vnum ſine alio vix noſci poteſt: hanc tractationem hîc ex 2. de Gener. libentiùs diſtuli, quia ſupponit tractationem animæ, & potentiarum eiuſdem. Diſputabimus ergo hîc de ratione formali nutritionis, & augmentationis, & de inſtrumentis, & organis eiuſdem. Addam nonni- D hil de potentia generatiua quantum religioſæ aures perferre poſſunt.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit potentia nutritiua, & augmentatiua.

DICENDVM *primò*. Potentia nutritiua eſt facultas animæ vegetatiuæ productiua ex alimento ſubſtantiæ ſimilis ſubſtantiæ viuentis in ipſo viuente, vt viuens eſt ad ipſum conſeruandum. Potentia verò augmentatiua E eſt facultas etiam animæ vegetantis tantùm ratione diſtinctæ, quæ medio alimentu extrinſeco adueniente in ipſo viuente perducit viuens ad maiorem quantitatem. Ex his

Colligitur primò, cauſam efficientem, & ſubiectum potentiæ nutritiuæ, & augmentatiuæ eſſe ipſam animam vegetatiuam.

Colligitur ſecundò, diſcrimen vtriuſque à potentiis ſubordinatis, quæ verè non producunt, ſed tantùm diſponunt, & inſeruiunt &c.

Colligitur tertiò, quòd alimentum ſit materia circa quam verſantur.

Colligitur quartò, quodnam ſit obiectum, & terminus, ſubſtantia nimirum viuentis.

Colligitur quintò in quo differat vtraque potentia à potentia generatiua, quia hæc producit ſubſtantiam extra ipſum viuens, nutritiua verò, & augmentatiua in ipſo viuente.

Colligitur ſextò quidam ſit finis vtriuſque, conſeruatio videlicet, & extenſio ad debitam quantitatem eiuſdem viuentis.

Dicendum ſecundò. Vtraque potentia eſt in toto corpore diffuſa nedum præciſa qualitate ſed etiam cum ipſo organo: ſedes tamen eius præcipua eſt cor. Patet, quia hæ potentiæ manant ab ipſa anima naturaliter in omnibus partibus corporis: videtur earumdem operatio in corde præſertim, quia eſt fons caloris naturalis.

Petes, Eſtne potentia nutritiua, & augmentatiua eiuſdem rationis in toto corpore?

Reſpondetur, ſi potentia ſumatur præciſè dico quòd ſic, quia dimanat ab anima vegetatiua, quæ ex ſe, & præciſè eſt eiuſdem rationis; ſi verò ſumitur cum organis dico quòd ſit heterogenea, & diuerſæ rationis ſicut ſunt organa ipſa.

Obiectio. *Obiciet:* Quomodo potentia nutritiua, & augmentatiua poteſt eſſe ex ſe eiuſdem rationis, ſi partes viuentis, quæ debent nutriri ſunt diuerſæ rationis?

Reſpondetur: non implicat ſi eadem potentia adiuuetur à diuerſis organis, & per diuerſas complexiones.

Sectio II.

Quid ſit, & quomodo nutritio, & augmentatio fiat.

Modus nutritionis. NOTANDVM *primò* nutritionem ſic fieri: Animalia calore naturali, quo prædita ſunt patiuntur, & aliquid eorum corrumpitur: corrumpitur autem humidum radicale, & ſubſtantia propria viuentis, fitque corruptio per totum corpus, ſicut per totum corpus eſt diſperſus calor: Hinc dum continuò deciditur, & corrumpitur pars carnis, & oſſis fiunt in iiſdem pori, & meatus quidam, qui cùm debeant inſtaurari ne totum viuens abſumatur, inſtaurantur per alimentum extrinſecus aduenicns, quod quia debet reſtaurare partes deperditas deferendum eſt ad partes illas poroſas, & quia integrum, vt extrinſecus eſt, non poteſt deferri, ideò neceſſariæ ſunt aliquæ tranſmutationes, & motus locales.

Notandum ſecundò primam mutationem fieri in dentibus, dum ſubigitur alimentum, & minutiſſimè conteritur, quam aliqui vocant primam concoctionem, vel meliùs alij primam præparationem: conteritur autem cibus, quia alimentum debet eſſe liquidum, vt tranſmittatur in ventriculum, & fit prima concoctio, & per hanc concoctionem tranſmutatur cibus in aliam ſubſtantiam, & fit chylus, vt alibi diximus, qui defertur per venas meſenterij ad iecur, in quo conuertitur in ſanguinem, ex iecore autem ad cor, & per ſuas venas ad totum corpus, qui ſanguis ex venis deinde exugitur à carne, & ab oſſe: tum vi atque actione oſſis conuertitur in os, à carne in carnem, quare ſanguis eſt perpetua materia nutritionis, & vocatur vltimum alimentum.

Notandum tertiò, alimentum quod conuertitur in ſubſtantiam, vel poteſt eſſe tale, vt plus ſit quàm fuerit ſubſtantia deperdita, vel minus vel æquale: ſi primo modo vocabitur augmentatio: ſi alio nutritio: Ex his patet quid ſit, & quomodo fiat nutritio, & augmentatio.

Dicendum primò. Nutritio eſt motus vi animæ factus radicaliter: immediatè verò virtutis nutritiuæ, & aliarum facultatum ſubordinatarum, ſeu aggeneratio partium ſubſtantialium viuentis ad reſtaurandas partes deperditas, vt ſeruetur viuens idem vſque ad tempus illi determinatum.

Dicendum ſecundò, augmentationem eſſe motum viuentis, vi animæ factum radicaliter, immediatè verò vi potentiæ augmentatiuæ, quo viuens ſecundùm omnes partes alimento extrinſecus adueniente extenditur ad maiorem magnitudinem ſibi debitam.

Ex his colligitur primò, præſertim quoad augmentationem ſeu accretionem, nomine accretionis nos non intelligere ſolam extenſionem abſque aliqua additione, vt cùm pellis extenditur: neque extenſionem cum ſola additione facta ad rem præcedentem ſine vlla actione, vel tranſmutatione rei quæ dicitur augeri, vt cùm pecunia additur pecuniæ, & numerus numero: neque ſolam additionem cum qualibet tranſmutatione, quæ non ſit à principio vitæ, vt cùm augetur ignis per appoſitionem alimenti, licèt enim tunc fiat additio, & tranſmutentur ligna in ignem, illa tamen tranſmutatio non dicitur augmentatiò, neque nutritio, quia non à principio vitæ. Sed nomine augmentationis hîc intelligimus motum procedentem à principio vitali, quo viuens acquirit ſibi maiorem quantitatem, quàm deperdita fuerit; hinc augmentatio dicitur propriè viuentium.

Colligitur ſecundò, vt docet Ariſtot. tres eſſe conditiones requiſitas ad veram accretionem. Ariſtoteles. Prima, vt fiat auctio ex materia adueniente ab extrinſeco. Secunda, vt maneat idem numero viuens ante, & poſt augmentationem. Tertia, vt fiat additio, & auctio ſecundùm omnes partes, vt ſcilicet totum viuens, & ſingulæ eius partes quæ dicuntur augeri, omnes creſcant; non quòd hæ conditiones ſingillatim ſumptæ ſint propriæ, & ſolius augmentationis: Prima enim conditio conuenit igni: ſecunda & tertia fabis in aqua tumentibus, ſpongiæ &c. Quod dicimus eſt, omnes has conditiones ſimul ſumptas nulli conuenire niſi ſoli augmentationi, de qua deinceps tantùm agemus, prætermiſſa nutritione, cùm vna in altera includatur, ne eadem pluries repetamus.

Sectio III.

Quid formaliter ſit augmentatio.

TRIA nos poſſumus conſiderare in augmentatione, aggenerationem, ſeu quod idem eſt, partialem generationem maioris ſubſtantiæ viuentis ex alimento extrinſecus adueniente, additionem maioris quantitatis, & extenſionem, & ampliationem, ſeu raritatem membrorum. Difficultas modò eſt, qui ſit formalis terminus augmentationis, quantitáſ-

ne, an taritas, an maior ſubſtantia.

Prima ſententia eſt, quam refert Dandin. 2. de Anima digreſ. 27. Accretionem conſiſtere io quadam pattium ptopulſione, vt videmus dum creſcunt capilli, & vngues, in quibus vna pars aliam expellit.

Impugnatur, quia augmenratio dicit acquiſitionem quantitatis, quam non dicit expulſio, ergo nequit in ea formaliter conſiſtere.

Iandunus. *Secunda ſententia* ait conſiſtere formaliter in extenſione, & ampliatione meonbrorum & partium, quæ fit per aggenerationem & nutritionem. Ita Iand. 4. Phyſic. quæſt. 10. quem ſeqountor plures è ſocietate.

Impugnatur, quia hi auctores per extenſionem, & ampliationem membrorum intelliguot raritatem, & leuitatem eorumdem: augmentatio verò non eſt motus ad raritatem & laxitatem, quæ eſt qualitas, ſed ad quantitatem, vt docet Ariſt. & communiter.

Dices augmentationem conſiſtere in extenſioue, quæ fit per nutritionem.

Contrà, quia ſi intelligant per ſulam nutritiooem fieri extenſiooem, non intelligemus corpus augeri, ſed rarefieri, id enim importat extenſio etiam ſecundùm ipſos, augmentatio verò oon conſiſtit in ſola extenſiooe, quæ fit per aggenerationem, ſed inuoluit aliquid aliud.

Marſilius. *Albertus de Saxon.* *Niphus.* *Tertia eſt* Marſil. 1. de Gener. quæſt. 10. Albert. de Saxon. ibid. quæſt. 9. Niph. & aliorum. Volunt illam conſiſtere in aggeoeratione, & additiooe nouæ ſubſtantiæ.

Impugnatur, quia hæc aggeneratio eſt tendentia per ſe ad ſubſtantiam, per accidens ad quantitatem; augmentatio verò eſt teodentia per ſe ad quantitatem. Præterea hæc aggeneratio oon mutat viuens ſecundùm locum, quod neceſſariò præſtat augmentatio, neque fit ſimpliciter maius niſi aliquid aliud intelligatur. Denique aggeneratio fit ſecundùm vnam partem, augmentatio ſecundùm omnes: aggeneratio fit in inſtanti, eſt enim ſubſtantialis productio; augmentatio verò ſucceſſiuè.

Zabarella. *Auerroes.* *Maſſaius.* *Quarta ſententia* eſt media, & primam, & ſecundam amplectitur, & eſt Zabarel. lib. de Nutrit. & Accret. cap. 9. affert pro ſe Auct. 1. de Gener. com. 38. quem ſequitur Pater Maſſ. Augmentatiooem materialiter dicere additionem quaotitatis: formaliter verò eſſe extenſionem, & ampliationem membrorum.

Impugnatur, augmentatio enim formaliter eſſet tendentia ad qualitatem, quod eſt contra Ariſt. & communem philoſophorum ſenſum, qui aiunt eſſe motum ad quantitatem: Secundò, res non dicitur alterari per eſſe receptum io ipſa, ergo neque res dicitur augeri per receptam quantitatem dum formaliter concipitur tendere ad qualitatem: Denique ex Areſio ex motibus ad ſubſtantiam, & qualitatem oequit fieri ſpecies quædam motus diſtincta ab vtriſque, ergo nequit in aggeneratiooe ſubſtantiæ, & extenſiooe partium conflari vnus motus, qui ſit augmentatio ſpecie differens ab vtriſqoe.

Ægidius. *Toletus.* *Conimb.* *Quinta ſententia* eſt Ægid. Toler. Conimb. 1. de Gener. & Dand. 2. de Anima digreſ. 27. Augmeotationem vnam eſſe cooueſrooem, io qua dum per illam acquiritur ſobſtantia dicitur generatio, dum per eamdem acquiritur quantitas eſt augmentatio: quare aiunt formaliter augmentationem eſſe acquiſitionem nouæ quantitatis.

Impugnatur: Cùm accidens acquiritur ſimul cum ſubſtantia, non dicitur acquiri per proprium motum, & per ſe, ſed tantùm ad motum ſubſtantiæ, & per accidens: augmeotatio verò eſt motus per ſe ad quantitatem.

Confirmatur ex Areſ. Cùm generatur aliquid, illud quod generatur, non acquirit tantùm eſſe ſubſtantiale, ſed etiam accidentale, quantitatem, & qualitates, & tamen illa generatio vnus dicitur motus. Item non dicitur dari motus ad figuram, quia oon acquiruntur per ſe, ergo ſi neque acquiritur per ſe quantitas, neque ad B illam dabitur peculiaris motus ſpecie differens, vt eſt augmentatio.

Areſius. *Sexta ſententia* eſt Areſ. qui ait augmentationem dicere duo, vnum in recto, alterum in obliquo, & connotatiuè: io recto quidem dicere extenſionem ſiue dilatationem, per quam viuens occupat maiorem locum, in obliquo verò nutritionem præcedentem: concludit ergo quòd augmentatio, vel eſt nutritio connotans extenſionem, vel exteoſio connotans nutritionem.

Impugnatur, quia ſic non concipitur motus ad quantitatem, ſed tantùm ad qualitatem, & C ſubſtantiam, vt patet: nulla eoim quantitas acquiritur.

Reſpondet Areſius, licèt non acquiratur noua quantitas, acquiruntur tamen noui modi quantitatis, & ſicut extenſio in qualitate eſt alteratio, ita extenſio in quantitate eſt augmentatio.

Contrà, quia modi qui per augmeotationem acquiruntur ſunt raritas, deoſitas, amplitudo &c. ſed hi modi ooo ſunt quantitas & qualitas, ergo augmentatio erit motus potiùs ad qualitatem, quàm ad quantitatem.

Item, falſum eſt quòd extenſio in quantitate ſit augmeotatio, quia infirmorum corpora D extenduntur, non tamen propriè dicuntur augeri, quia deeſt conditio requiſita ad augmentationem, de qua agimus, additio nimirum per aliquod extrinſecus adueoiens, vt omnes fatentur.

Propria ſententia aſſeritur, & rationes in contrarium diluuntur.

AVGMENTATIO poteſt conſiderari dupliciter, primò io ſua ratione phyſica, vt actio, & via quædam eſt ad aliquem terminum in re acquirendum. Alio modo ſecundùm noſtrum modum coocipiendi, & ſecundùm ratio- E nem, vt alibi philoſophati ſumus de motu, & materia, quæ phyſicè eſt vna eſſeotia ordinata ad formas omnes, tum ſubſtantiales, tum accidentales: ſecundùm verò noſtrum modum concipiendi illas primariò reſpicit, has ſecundariò: ita etiam augmentatio. Hoc poſito ſit

Prima concluſio. Augmentatio phyſicè ſpectata nil aliud eſt niſi motus ad ſubſtantiam, quo aggenerantur maiores partes ſubſtantiales in toto viuente ſimul cum maiori quantitate ex extrinſeco alimento.

Probatur, quia ſi ponatur actio, per quam producatur maior ſubſtantia viueotis, quàm fuerat antea in omnibus partibus, impoſſibile

eſt non intelligi animal non augeri, ſed huiuſmodi eſt dicta aggeneratio, ergo. Minnr probatur, quia poſita mainri ſubſtantia habet viuens maintem extenſionem, & condiiones enumetatas augmentationis, ergn &c.

Secundò, ideò aggeneratio ſubſtantiæ non poteſt dici phyſicè augmentatio per aduerſarios, quia augmentatin eſt motus ad quantitatem, ſed poteſt hoc ſaluari abſque quòd multiplicemus motum alterum accidentalem ad quantitatem, ergo. Minor probatur, quia ſufficit, vt viuens dicatur maior ſi afferatur, & cooiungatur eius partibus maiur quantitas, ſed eò quod aggeneratur mainr ſubſtantia, & vnitur viuenti, affertur ſimul cum mainri ſubſtantia maior quantitas, ergu: ſubſtanoa enim eſt cum quantitate, & fruſtra ponitur corrumpi quantitas, qoia in noua aggeneratinne nnn eſt neceſſe nmnia accidentia corrumpi, vt alibi docuimus.

Tertiò, quia potentia augmentatiua, & nutritiua ponitur vna, ergo etiam debet poni vnus actus, ſi omoia poſſunt ſaluari, vt de facto ſaluantur, quia illo actu pnſito pnouutor omnes conditiunes augmentationis.

Quartò, etiam per aduerſarios oon poteſt vocari augmentatio, ſed nutritio quando aggenerantur partes maiores non io longum, ſed in latum, vt fit cùm homo eſt iam in ennſiſtentia, & fit nbeſior, at ſi Deus rarefaceret pornsoſſium, vt poſſent in longum protrahi, per illam eamdem actionem, & per illum motum animal certè extenderetur in omnes poſitinnes, ſed tunc eſſet vera augmentatio, ergo idem eſt actus nutritinius & augmentationis. Minor probatur, quia nil præterea affert vera augmentatio, & tunc omnes concipimus animal augeri, quando animal ſecundùm omnes poſitiooes accipit aliquid maius, ergo &c.

Secunda concluſio. Si augmentatio ſpectetur ſecundùm noſtruoi modum concipiendi eſt idem motus ſubſtantialis conſideratus, & ordinatus ad vniendam maiorem quantitatem partibus viuentis. Dixi ad vniendaio, quia non eſt neceſſe produci de nouo quantitatem, ſatis eſt enim ea, quæ affertur ab extrinſeco alimento. Dixi eſſe eumdem motum ſubſtantialem, quia motus ſubſtantialis producit tantùm ſubſtaotiam, & vnit eam partibus viuentibus præcedentibus, cuius vnionem ſequitur vnio quantitatis maiori cum præexiſtenti. Augmeutatio ergu eſt motus ſubſtantialis, vt terminatur ad quantitatem nnn quidem producendn, ſed vniendn ſeu afferendn.

Aristoteles. Pnobatur, quia paſſim Ariſtot. & philoſophi omnes aiunt motum eſſe ad quantitatem; non poteſt autem eſſe prnducendo, quia ſufficit quantitas aotea exiſtens in alimento, ergo vniendo, fruſtra enim ponitur quantitas de nouo producta.

Secundò ex 1. de Genet. 41. vbi habet augmentatiunem, & nutritionem tantùm differre ratione, quia ſcilicèt fit caro vt quanta; dum enim producitur carn ratione quantitatis auget, ſecundùm verò qnnd eſt ſolùm caro, nutrit, ergo eadem actin præcisè ſpectata, vt conuerſiua alio enti in carnem dicitur nutritio, vt conuerſiua carnis quantæ dicitur augmeotatio, differunt ergo ratione: Idem habet 2. de Anima 47.

Tertiò, quantitas eſt ingenerabilis, & incorruptibilis, ergn cùm actin augmentatiua non pnſſit eſſe actio, quæ illam producat, & nnn ſit alia actin niſi prnductiua ſubſtantiæ, optimè dicitur eandem, quæ eſt prnductiua ſubſtantiæ maioris, id eſt ſub maiori quantitate eſſe augmentationem.

Obiicies primò: Pnteſt dari nutritio abſqoe augmentatione, vt in ſenibus, & viris qui nutriuntur, & augentur: Item, nutritio durat tota vita, nnn augmentatio, ergo diſtinguuntur pluſquam ratione. Obiectio 1.

Reſpnndetur: augmentatio alia completa, alia incnmpleta, & imperfecta: Nutrino in viris licèt non ſit augmentatio perfecta, eſt tamen augmeotatio imperfecta, & ſi eſſet maior extenſio in longum fieret augmentatio perfecta, quare deeſt vna tantùm conditio. Cùm ergn dicitur, pnteſt eſſe nutritio abſque augmentatione imperfecta nego; perfecta, concedu: & hoc ſufficit vt diſtinguatur augmentatin à nutritione, vt maior à minori; quòd ſi eſſent maiores pori, & implerentur à mainri alimento conuerſo in ſubſtantiam per actum nutritionis iam nutritio tranſiret ad eſſe augmeotationis, vt diximus de creatione, & conſeruatione; quia licèt poſſit eſſe ſola creatio, & noo cnnſeruatio, non ſequitur diſtingui à parte rei, quia eadem entitas, quæ eſt creatio, pnteſt dici conſeroatio, ſi adſit cnnnntatum præexiſtentiæ.

Obiicies ſecundo: Per augmentationem nmnes cnncipimus viuens fieri maius: nnn poteſt autem dici maius, niſi quia habeat maiorem quantitatem, ergn augmentatin neque phyſicè eſt aggeneratio &c. Obiectio 2.

Reſpondetur, Nnn poteſt dici maius viuens niſi habeat maiorem quantitatem, non quæ pnducatur, ſed quæ afferatur ab alimentn.

Obiicies tertio: Non poteſt afferri nnua quantitas in omnibus partibus viuentis niſi fiat penetratio, penetratin implicat naturaliter, ergo augmentatio etiam, quæ fieri debet in omnibus partibus viuentibos, implicat. Obiectio 3.

Reſpondetur, cùm dicimus augmentationem fieri ſecondùm omnes partes, non intelligimus, quòd omnes partes ſecundùm nmnem diuiſibilitatem, & diuiſiunem acceptæ ſuſcipiant alimentum, ſed quia omnis pars ſenſibilis augetur, ſic autem nnn requiritur penetratio. Fit enim augmentatio vt diximus, quia per calorem dilatantur partes viuentis & rareſcunt, & facta maiori raritate, & amplioribus poris attrahitur ex venis ſanguis à ſpiritibus, qui poros maiores implent, & ſic ſanguis attractus conuertitur in ſubſtantiam viuentis, & redditur viuens maius quàm antea.

Obiicies quarto: Augmentatio eſt mntus accidentalis, vtpote qui diſtinguitur à motu ad ſubſtantiam &c. Obiectio 4.

Reſpondetur, non eſſe realiter accidentalem, quia eſt eadem actio ac nutritio, dicitur accidentalis ſecundùm rationem, nempe ratiooe termini, quem voit ſobiecto, qui eſt quantitas, vt videlicet animal per augmentationem acqoirit ſibi debitam magnitodinem, poterit vocari motus ille accidentalis per extrinſecam denomioationem.

Obiicies quintò: Pueri infirmi, vehementi febri correpti augentur, quia apparent lon- Obiectio 5.

giores poſt febrim: in infirmitate autem parum nutriuntur, vt ex virium imbecillitate patet, ergo poteſt dari augmentatio abſque nutritione.

Reſpondetur, in rigore illa non eſt vera augmentatio, ſed extenſio, quia augeri eſt plus acquirere ex alimento, quàm antea fuerat deperditum, ſicut neque dicuntur verè creſcere, qui in latus &c. ſed pingueſcere; requiritur ergo ad augmentationem extenſio ſecundùm omnes partes ex appoſito alimento: ſecundùm omnes partes inquam non metaphyſicè, ſed ſenſibiliter.

Sectio IV.

Quomodo maneat idem viuens ante & poſt augmentationem.

DIximvs tres eſſe conditiones augmentationis. Prima, vt aliquid adueniat ab extrinſeco; ſecunda, vt omnes partes accreſcere dicantur: tertia, vt maneat idem viuens, & ante, & poſt augmentationem. Si quid difficultatis in prima & ſecunda, expediuimus ſuprà: ſupereſt examinanda tertia.

Ratio difficultatis eſt, quia actione caloris naturalis, & conſumitur ſubſtantia corporis, & conuertitur alimentum in ſubſtantiam eiuſdem, vt id quod continuò deperditur reparetur, ex quo fit vt dum aliæ partes abſumuntur, aliæ aggenerantur, quòd mutetur viuens, quod eſt contra rationem augmentationis ex Ariſtot. in qua debet permanere idem numero viuens.

Zabarella.

Zabarel. de Accret. cap. 15. ait eſſe idem numero viuens, quia remanet eadem forma.

Non rectè, quia indiuiduum dicitur idem nedum ratione formæ, ſed etiam ratione materiæ. Præterea in cæteris viuentibus, quorum formæ ſunt diuiſibiles nedum deperditur materia, ſed etiam forma, quæ materiæ inhæret, ne detur migratio formarum materialium de ſubiecto in ſubiectum. Conimb. concedunt non eſſe idem numero viuens, quoad conditiones indiuiduantes, ſed tantùm quoad ſpeciem, & eſſentiam. Sententia omnium deterrima, & niſi modificetur & explicetur etiam contra fidem.

Conimb.

Scotus.

Scot. in 4. diſtinct. 44. quæſt. 1. & recentiores plurimi. Viuens poſt multum temporis dici idem numero tantùm per æquiualentiam, & ratione figuræ, ſicut dicitur eadem ciuitas, idem fluuius, licèt perpetuò fluat, & eadem flamma in lucerna, licèt continuò abſumatur.

Sed neque id omnino ſatisfacit niſi meliùs explicetur, quia non rectè ſaluatur hominis identitas, quæ vt diximus nedum dependet à forma, ſed etiam à materia.

Præterea, videmus in animalibus remanere poſt multum temporis eaſdem ſpecies, vt in ſuo catello teſtatur Pomponac. qui poſt multum temporis ab eo agnitus eſt cùm rediiſſet, ergo non fluit eorum materia, & forma, quia etiam effluerent ſpecies, at hæ remanent, ergo.

Auerroes. Alexander. Philoponus. Toletus.

Auer. Alex. Philop. quos ſequitur Tolet. aiunt viuens eſſe idem quoad partes ſpermaticas ſeminales, & primigenias, & has aiunt nunquam à calore naturali reſolui, ſed perpetuò remanere; fluere tamen partes alimentitias.

A Neque hæc reſponſio probabilis, quam enim maiorem habent reſiſtentiam partes ſeminales, quàm alimentitiæ, vt à calore innato non diſſoluantur, cùm præſertim partes ſeminales ſint fluidæ? Secundò, quantula eſt illa pars ſeminis vnde ſæpè oritur ingens pinus? vnde ergo hæc non potuit abſumi, idem dicite de homine.

Confirmatur, auferantur per diuinam potentiam illæ minimæ particulæ ſeminales; certè Petrus dicetur idem homo, & pinus eadem arbor, & ſicut ablatis manibus, pedibúſque adhuc Petrus diceretur idem homo, multo magis ſi auferantur illæ exiguæ partes primigeniæ ſeminales.

B Denique, pars ſeminalis reſpectu pini eſt adeò minima, vt nec comparari poſſit ad pinum, quomodo ergo ex illa dicetur idem numero, & non ex omnibus aliis &c.

D. Thomas.

D. Thom. in 1. diſtinct. 30. quæſt. 2. quem ſequuntur communiter recentiores quamplurimi, & ex noſtris Pater Maff. & Areſius, docet ex partibus ſpermaticis remanere quaſdam ſolidiores & duriores, quarum ratione viuens dicitur ſemper idem, quia hæ partes ob earum duritiem, & ariditatem ab innato calore abſumi non poſſunt.

Maffæus. Areſius.

Verùm probabile mihi non videtur hoc quod aiunt, partes videlicet duriores non abſumi: C quia ſi nutriuntur, & augentur ab adueniente alimento, neceſſariò fatendum eſt, quòd patiantur à calore: augmentatio enim, & nutritio fit ad inſtaurandas partes deperditas addendo aliquid ampliùs.

Confirmatur, in vitis enim oſſa licèt non augeantur tamen nutriuntur, ergo diminuuntur. Conſequentia probatur, quia ſi non diminuerentur non indigerent nutritione, cùm nutritio inſtituta ſit ad reparandum id, quod ex vi caloris naturalis deperditur. Patet ergo ex his falſum eſſe, quod Areſ. ait ex partibus ſeminalibus eſſe aliquas partes ſolidiores, quæ nunquam effluant.

D Denique non video, quæ ſint iſtæ partes ſeminales ſolidiores, præſertim cùm oſſa, nerui &c. fiant vbi iam corpus cœpit nutriri, & coaleſcere, ergo etiam oſſa, & nerui ſunt partes alimentitiæ, atque adeo deperdibiles.

Propria ſententia aſſertur, & explicatur.

NOtandvm *eſt*, certum mihi videri non requiri ad eamdem vnitatem viuentis habere eaſdem omnino partes ſemper immotas: immo addo eſſe de ratione viuentis, & vegetantis habere partes, quæ continuò deperdantur. Probatur, quia de ratione intrinſeca viuentis eſt augeri, ergo de illius ratione intrinſeca eſt etiam nutriri, ergo de intrinſeca eius E ratione eſt diminui, nutritio enim inſtituta eſt ad inſtaurandas partes deperditas, ergo de eius ratione eſt habere partes, quæ continuò deperdantur, ergo nequit viuens omnino idem perſeuerare, quia accipere de nouo partes, & partes de nouo amittere de intrinſeco conuenit enti vegetatiuo, atque adeo cuilibet indiuiduo viuenti. Præterea viuens dicit certam magnitudinem ſibi determinatam, quæ ſit illius perfectio, vnde homines puſillos imperfectos vocamus, quia non habent debitam magnitudinem, viuentia ergo cùm hanc magni-

De ratione viuentis eſt habere partes, quæ deperdantur continuò.

tudinem non habeant in ortu, debent illam habere per potentiam vegetatiuam, & augmentatiuam quæ afferat nouas partes, ergo conuenit viuenti vt ſic non ſemper eſſe idem ſecundùm omnes partes. Contrà verò cùm certum ſit viuens ſemper dici eſſe idem ab omnibus, ſit vt viuens tantùm illam habeat vnitatem, quam poteſt habere cum acceſſu nouarum partium, & abſceſſu aliarum, & denique vnitas & identitas, quæ poſſit etiam conſiſtere cum continua variatione & fluxu.

Notandum ſecundò, cùm ſit accretio & augmentatio in qualibet parte temporis, in qua eſt actio, ſemper eſt aſſignare talem actionem, quæ ſit productiua partis viuentis non totius; ſic etiam in diminutione ſemper eſt corruptio partis, non totius. Hinc ſit vt in nulla parte temporis appareat nobis viuens corruptum & mutatum, & etiam vt nihil ſit in termino ad quem, quod antea non fuerit in termino à quo, & ſicut in termino à quo eſt totum viuens, ſic etiam eſt totum viuens in termino ad quem, & cùm hac ratione fiat actio, ſolemus appellare idem indiuiduum, quamuis longo tempore fiat mutatio: ſic cùm lucernam accendimus dicimus per totam noctem duraſſe eamdem flammam, quamuis ſemper fuerit noua pars genita, & corrupta: ſic reficiendo per plures vices nauim, quamuis plures ſint fabri, qui pluries illam reficiant, tamen eadem numero nauis dicitur à primo artifice facta.

Ratio à priori eſt, quia nunquam fuit actio totalis deſtructiua totius, & productiua totius. Ita accidit in viuente per continuam nutritionem. Sit ergo

Vnica concluſio. Viuens dicitur eſſe idem ante, & poſt augmentationem, quia nunquam eſt actio totalis, quæ aliquo breui tempore, vel totum producat, vel totum corrumpat.

Probatur, quia non poteſt dici idem, eò quòd remaneat totum ſecundùm omnes partes materiales: neque quia remaneat eadem forma; neque ſecundùm partes primigenias, ſiue duras, ſiue fluidas, vt ſuprà viſum eſt, ergo dicitur viuens idem numero, quia ſemper in termino ad quem eſt inuenire idem, quod immediatè antea fuit in termino à quo. Conſequentia probatur, quia non videtur aptior alius modus explicandi, vt patet ex confutatione aliarum ſententiarum.

Secundò, quia quotieſcunque non eſt actio totalis productiua alterius totius, ſemper eſt verum dicere eſſe idem in termino ad quem, quod fuit in termino à quo, ſed per augmentationem nunquam eſt actio totalis, ergo. Ma. eſt certa, quia actio non totalis ſicut non eſt productiua totius de nouo, ita neque corruptiua totius, ergo quando non eſt totalis ſemper remanet idem totum. Minor videtur certa, quia nunquam per augmentationem breui tempore factam, & partialem corrumpitur totum, vel producitur totum.

Obiectio 1. *Obiicies:* Verum eſſe non corrumpi totum, vel produci in ſingulis partibus diſtributiuè ſumptis, non autem in omnibus collectiuè poſt longum tempus, nam ſi ſpectemus viuens poſt omnes actiones particulares, erit ex partialibus actio totalis, quæ mutauit totum viuens, ita vt nil remaneat præcedentis.

Reſpondetur, ſi comparemus principium nutritionis cum vltima particula nutritionis in fine vitæ, fortè accidit totum fuiſſe mutatum, quod non tam facilè videtur poſſibile: dicetur tamen eſſe idem, quia hoc non fuit factum breui tempore per actionem, quæ moraliter vna dici poſſit productiua totius, nunquam enim verum fuit dicere, nunc in termino à quo eſt totum viuens, poſtea non erit totum, ſed per partes, quæ ſicut non corrumpebant totum, vna actione moraliter putata integra, ita ſemper ſupponebant illud, & ſenſus hominis non apprehendebat mutationem totius per ſe ſumpti, ſed partium eius diſtributiuè ſumptarum. Et licèt omnes collectiuè ſumantur, non faciunt tamen vnam actionem mutatiuam totius: tunc enim mutatur totum, vt dixi, cùm in termino à quo eſt vnum, immediatè poſt in termino ad quem non eſt idem, ſed aliud, vtrum ex ligno ſit ignis in termino à quo eſt lignum, & in termino ad quem ignis, & hæc actio vocatur totalis, quia non remanet idem ſubiectum, hoc eſt eiuſdem denominationis per aliquam actionem communi ſenſu putatam vnam. Explicatur hoc exemplo, ſi quis infantulus ſemper ſit in eodem loco per totam vitam, v. g. in hac cathedra, licèt dum augentur partes mutent locum, tamen non dicitur totum mutare locum, quia non fuit vnus motus totalis transferens totum à termino à quo ad quem; neque ſi accipiantur partes collectiuè, quæ mutent locum. Ratio eſt, quia tunc volumus totum moueri, quando totum transfertur, & non ſingulæ partes per ſe ſumptæ; ita in viuente accidit ratione augmentationis.

Denique iuuat hanc ſententiam id quod habet ſententia de figura, nam ferè ſemper viuens creſcit ſeruata eadem figura; eadem autem figura multum facit, vt iudicemus idem ſubiectum. Id quod dicit ſententia de partibus primigeniis, ſemper enim aliquid ſeruatur illarum, præſertim oſſium & neruorum; non enim videtur veriſimile omnia oſſa, & neruos mutari in alia, cùm ſint partes ſolidiores, & non tam facilè corrumpantur.

Obiicies ſecundò: Ex Ariſtot. 1. de Gener. 36. vbi habet augmentationem fieri ſecundùm formam fluente materia, id eſt ſemper materiam mutari, manente eadem forma. Obiectio 2. *Ariſtoteles.*

Reſpondent plura in hac re expoſitores; iis omnibus prætermiſſis, dico nomine formæ ipſum intelligere non formam ſubſtantialem, quã certum eſt in brutis, & plantis defluere, ſed de figura quæ eſt veluti forma accidentalis.

Obiicies tertiò: Poteſt contingere, vt animal tandiu viuat donec totum mutetur, tunc viuens non dicetur idem. Probatur, quia poterat Deus vnica actione creare hanc materiam acquiſitam per totam vitam, & coniungere vnica actione cum anima, tunc autem mutabitur viuens, ergo & cùm acquirit viuens diuerſam materiam, per diuerſas actiones. Obiectio 3.

Reſpondetur negando paritatem, quia in hoc caſu eſſet actio totalis, & idem totum quod eſſet in termino ad quem, non eſſet in termino à quo; cùm autem per augmentationem homo augetur, actiones illæ ſunt partiales, atque adeò idem totum, quod eſt in termino ad quem eſt in termino à quo.

Sectio V.

Enodantur nonnullæ difficultates circa augmentationem, & nutritionem.

PRIMA *difficultas.* An in outritione, & aogmentatione acquiratur noua quantitas.

Conimb.

Magiſter ſent. in 2. diſtinct. 30. & alij quos citant Conimb. 1. de Gen. cap. 5. quæſt. 11. art. 1. docent in nutritione oon produci formam de nouo, neque alimentum conuerti in ſubſtantiam aliti, ſed tantùm alimentum adhiberi tanquam naturæ fomentum, vt poſſit reſiſtere actiooi caloris naturalis, vt in auro apponitur plumbum, ne dum liquefit ab igne, abſumatur.

D. Thomas. Zabarella.

D. Thom. Zabarel. & alij iuxta propria principia volunt alimentum conuerti quidem in ſobſtantiam viuentis, non recipiendo nouam formam, ſed deficiente forma nutrimenti forma vioentis extenditur ad informandam illam materiam

Scotus. Baſſolis. Capreolus.

Dicerem tamen cum Scot. in 4. diſtinct. 43. quæſt. 1. Baſſol. in 2. diſtinct. 44. quæſt. vnica. Capreol. in 1. diſt. 15 quæſt. vnica art. 3. Coimb. cap. 4. quæſt. 12. art. 2. Piccol. de Accret in nutritione produci nouam formam, ita vt viuentia nedum acquirant nouam partem materiæ, ſed nouam partem formæ, loqoor autem de formis materialibus, animam verò rationalem recipi.

Ratio eſt, quia formæ omnes materiales, ſunt extenſæ, & eductæ de potentia materiæ, atque adeò illi inhærent, & ab ea dependent, nec poſſunt hæ formæ migrare de ſubiecto in ſubiectum, & modò informare vnam partem materiæ, modò aliam.

Secunda difficultas, an nutritio, & augmentatio ſit mutatio ſocceſſiua an inſtantanea.

Pompon. Toletus.

Pompooatius lib. de nutr. cap. 19. Tolet. & alij volunt nutritionem, ſiue augmentationem ſic fieri, vt prius alimentum diſponatur, & alteretur ſucceſſiuè à calore naturali, & in inſtanti pars alimenti perſectè diſpoſita conuertatur in ſubſtantiam aliti; tempore ſequenti, quoad diſponatur alia pars &c.

Alij recentiores apod Ruu. nutritionem fieri ſemper ſucceſſiuè, quia cùm alimentum ſit diuiſibile, & non æquè approximatum ſecundùm omnes ſuas partes partibus viuentibus, in quibus eſt naturalis calor, quòd ſi æquè approximatæ reperiantur, vt poteſt contingere alicui particulæ ſanguinis in venis, tunc nutrioo fit tota ſimul.

D. Thomas. Sotus. Albertus de Saxon. Pererius. Iandunus.

D. Thom. 3. part. quæſt 33. art. 1. in corpore, Sot. Albert. de Saxon. Perer. Iand. Ruu. docent nutritionem neceſſariò fieri ſucceſſiuè, ita vt naturaliter repugnet fieri in inſtanti. Ratio ipſorum eſt, quia agens naturale, qualis eſt naturalis calor, citiùs agit in partes proximas, quàm in remotas, ergo priùs anima introducitur in partes proximiores.

Dicerem iuxta noſtra principia. Ita notritio fit ſucceſſiuè, vt poſſit etiam fieri in inſtanti, non mathematico, ſed phyſico in quo poterit calor naturalis agere, præcipuè ſi ſit viuacior in partes propinquas æquè ac remotas, ſi præſertim ſit diſtantia cæterarum partium exigua,

A & vndique ſanguis calore circumdetur.

Tertia difficultas. An notritio, & augmentatio ſit continua, & nunquam interrumpatur quandiu viuens viuat.

Toletus. Pompon. D. Thomas.

Quidam aiont, nutritionem fieri per inſtantia interpolata. Ita Toletus, & Pomponatius.

Dicerem primò cum D. Thom. outritionem fieri in tempore continuo, quia nutritio ſequitur alterationem, & diſpoſitionem alimenti, ſed alteratio atque etiam diſpoſitio eſt continoa, ergo.

Dicendum ſecundò. Licèt notritio fiat in tempore continuo, non tamen eſt cononoa, ita vt duret toto tempore vitæ.

B Probatur, qnia calor naturalis poteſt interdum impediri à morbis, & ab illis debilitari, quo adeo remiſsè agat, vt nequeat conuertere alimentum.

Præterea, poteſt impediri notritio à defectu alimenti, vt ſi illod concoqui non poſſit, vel ſatis difficile concoctu ſit, vel etiam vt nullum adſit alimentum, tunc autem ceſſabit nutritio.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Vltimum alimentum diſponendum, & conuertendum eſt ſanguis, ſanguis autem nunquam deficit, & id facilè poteſt transſmotari, quia ſatis diſpoſitos eſt, ergo nunquam deficit alimentum & calor, ergo neque

C nutritio.

Reſpondetur, ſanguis alius deſeruit conſiſtentiæ, & conſeruationi homorum, & ſpirituum vitalium reſidens in venis, & arteriis, atque etiam in poris, & iſte non eſt continens alimentum corpori, ait Ruu. 1. de Geoer. quæſt. 4. Quod probatur, quia extenuato per fameo corpore adhuc ſangois extrahitur à venis, ergo ſignum eſt, quòd calor non agat in illum; ille ergo ſanguis eſt alimentum conueniens, quod ex cibo aſſumpto præparatur.

Obiectio 2. Ariſtoteles.

Obiicies ſecundò ex Ariſtot. 2 de Anima. 54. *Tandiu nos viuimus, quandiu alimur*, & cap. 1. de ſomno & vigil. *Facultas nutritiua*

D *non abripit ſomnum*, ergo perpetuò fit, nec aliquando interrumpitur.

Confirmatur, facultas nutritiua eſt potentia naturalis, ergo ſemper operatur nec ceſſare poteſt.

Reſpondetur, Ariſtot. non ait *quandiu alimur*, ſed quandiu poſſumus accipere outrimentum, hoc autem non eſt contra nos, quia poſſe accipere alimentum poteſt viuentibus competere etiam ſi actuali nutritione priuentur. Ad id quod ait in lib. de Som. tantùm docet dum corpus per ſomnum quieſcit potentiam nutritioam non dormire, immo tunc magis ſuam operationem exercere.

E Ad confirmationem, potentia naturalis poteſt ceſſare etiam à ſua operatione, quoties oon habet ea quæ requiruotur, vel quia iam adepta eſt proprium finem. Hinc ignis in concauo lunæ non tendit ſurſum.

Dicerem tertiò, augmentationem non in quolibet ſtatu fieri in viuentibus, ſed donec ad conſiſtentiam perueniant. Raoo eſt, quia in viuentibus datur ſtatus conueniens, vltra quem excreſcere non poſſunt, ideò non ſemper augentur, vt alibi diximus.

Quarta difficultas. Quomodo augmeotatio fiat per intus ſuſceptionem, & ooo per iuxtapoſitionem. Ratio difficultatis eſt, quia nutri-

mentum ponitur in poris, vt diximus, neque A datur penetratio partium quantitatiuarum, ergo neceſſariò fiet per iuxta poſitionem.

Dicendum eſt poſſe alimentum duplici reſpectu conſiderari, & ad totum viuens, & ad ſingulas partes. Reſpectu viuentis eſt intus ſuſceptio, hoc enim intra ſe, & ſuos poros recipit ſanguinem, ſicut etiam ſe habet reſpectu partium circumſtantium, quæ ſe habent per modum vaſis recipientis alimentum. Quòd ſi conſideretur reſpectu partium ſingularum, poteſt dici iuxtapoſitio, licèt non propriè, quia iuxtapoſitio eſt cùm fit ad latus, vel in extremo vnius, vt ſi digito partem addam, vel cubito extrinſecus quid adiungatur, quod illis particulis non accidit quandoquidem ſuſcipiant B alimentum intra ſe.

Quinta difficultas. In quo differt augmentatio viuentium ab augmentatione non viuentium.

Runius. Tres differentias enumerat Ruu. quia augmentatio viuentium fit per intus ſuſceptionem; non viuentium verò per iuxta poſitionem, vt patet cùm additur aqua aquæ, ignis igni. Secundò, quia illa fit ſecundùm omnes partes, vt diximus, hæc minimè, ſed tantùm ſecundùm illam partem iuxta quam opponitur pabulum. Tertiò, quia augmentatio viuentium fit ſecundùm partes formales, non viuentium verò ſe- C cundùm partes materiales. Nomine autem partium materialium intelligunt communiter partes illas, quæ ſine coniunctione aliarum non poſſunt conſiſtere neque operari, quæ interdum ab Ariſtot. appellantur materia, & cùm hæ nullum habeant terminum à natura conſtitutum, ideo non viuentia poſſunt in infinitum excreſcere: Nomine autem partium formalium intelligunt illas, quæ ſolæ poſſunt conſiſtere, & operari, & conſtituunt totum, vt totum eſt, id eſt vt figuratum, quæ habent certum terminum à natura conſtitutum, vt vltrà non poſſint excreſcere: coincidit verò hæc diſtinctio cum ea, quam ſuprà attulimus de partibus ſenſibi- D liter acceptis, & de partibus non ſenſibiliter, in viuentibus fit augmentatio partium primo modo ſumptarum, in non viuentibus partium ſecundo modo ſumptarum.

Sexta difficultas. An materia alimenti priùs vniatur materiæ corporis viuentis, quàm fiat conuerſio vel nutritio, an ſimul ac fit vniatur.

De hac re fusè Ruu. 1. de Gener. cap. 5. quæſt. 5. Affert tres ſententias. *Prima eſt* materiam ſanguinis priùs vniri materiæ viuentis, quàm fiat eius conuerſio in ſubſtantiam aliti, non temporis prioritate, ſed tantùm in inſtanti præcedenti.

Secunda. Continuationem hanc non fieri E prioritate temporis aut inſtantis, ſed tantùm in priori naturæ.

Runius. *Tertia* eſt eiuſdem Ruu. & verior, qui ait ſanguinem nunquam dum eſt ſub forma ſanguinis continuari cum carne, quia hæc ſolida, ille fluidus, atque adeo continetur in venis & poris, & arteriis tanquam in vaſe. Præterea ſanguinem non priùs continuari, nec tempore, nec inſtanti, quàm conuertatur in ſubſtantiam aliti. Probat eadem ratione, quia ſemper donec conuertitur in ſubſtantiam aliti concipitur ſanguis, atque adeo fluidus. Denique addit continuationem ſanguinis ſecundùm materiam cum corpore viuenti fieri per conuerſionem eius in ſubſtantiam aliti, quæ non eſt alia actio à nutritione ipſa, & ideo nec priùs tempore, nec natura materiam ſanguinis continuari cum materia viuentis, ſed ſimul ac ſanguis conuertitur in ſubſtantiam aliti, atque adeo eſſe terminum nutritionis, vel augmentationis. Probatur eadem ratione, quia quandiu ſanguis manet ſub forma ſanguinis, non poteſt continuari cum corpore viuenti, ergo priùs debet concipi conuerti in ſubſtantiam aliti, vel ſaltem ſimul, quàm concipiatur continuus.

Sectio VI.

De iis quæ inſeruiunt nutritioni, & augmentationi.

PRIMA *difficultas.* Quæ ſint partes deſeruientes nutritioni.

Dicendum eſt concoctioni deſeruire principaliùs partem, quæ eſt in corpore infima: corpus enim humanum in tres partes, & quaſi ſinus diuiditur, ſeu vt aiunt ij, qui de his rebus agunt, in tres ventres. Prima eſt caput: ſecunda eſt thorax: tertia & infima eſt venter, qui dum continet omnia organa naturalia dicata concoctio- C ni, expurgationi, & procreationi, dicitur potiſſimè deſeruire concoctioni; licèt etiam in aliis partibus nonnulla inſtrumenta reperiantur, vtpote in capite lingua, quæ cibum inuertendo, vt bene conteratur inſeruit; in pectore verò, & thorace ſit cor & calor, & ſpirituum principium. Quæ autem ſint particulæ trium horum ſinuum, quæ præſertim nutritioni deſeruiant, & quomodo eæ appellentur; latè de hac re Veſalius lib. 5. de Fab. corporis humani, Veſalius. Fernel. lib. 6. cap. 1. & ſequentibus. Hos ſi li- Fernelius. bet conſulite.

Secunda difficultas. Quid ſit calor naturalis.

D Principium inſtrumentarium nutritionis, & augmentationis eſt calor. Difficultas eſt an ſit eiuſdem rationis cum calore elementari, & quid in ſuo eſſe includat.

Dico primò, calorem naturalem eſſe calorem elementarem, continentem temperamentum quoddam qualitatum, quod ſic explico. Sunt in viuente aliquæ partes frigidæ vt cerebrum, aliæ calidæ vt cor, aliæ ſiccæ vt oſſa, aliæ humidæ vt caro, ſingulæ hæ partes habent ſuas debitas diſpoſitiones, & temperiem conſtantem ex communi ratione primarum qualitatum: Calor ergo naturalis eſt calor elementaris, non quomodocunque acceptus, ſed vt inuoluit cæ- E teras temperies partium.

Quòd ſit idem cum calore elementari probatur, quia id quod minuitur à frigido elementari, non poteſt eſſe niſi calor elementaris, huiuſmodi eſt calor naturalis, ergo. Minor probatur experientia, & à Fernel lib. 4. Phyſiolog. Nam vehementi frigore animalia exanguia moriuntur, & homines debiles patiuntur ſyncopem, eò quòd remittitur calor naturalis, & extinguitur. Idipſum docet Scalig. Exer. Scaliger. 2. de animalibus ſeptemtrionalibus ſi aëri hyberno tempore exponantur.

Confirmatur, quia reſpiratio aëris frigidi inſtructa eſt ad refrigerandum cor, & remittendum

Digitized by Google

tendum calorem naturalem cordis: hinc audiuimus toties, qui incenſis carbonibus incluſi ſunt in aliquo cubiculo, ſæpe extinctos fuiſſe, quia aër calefactus non poterat remittere calorem cordis.

Secundò probatur, quia calor elementaris aliquando exercet munus caloris naturalis, vt cum pullos excludit, ſi leniter attemperatus. Denique hyberno tempore calor naturalis, per antiperiſtaſim augetur: venter eodem calore ſi frigidus ſit, iuuatur, ergo.

Quod verò ſit attemperatus etiam patet, quia calor naturalis quò intenſior, eò ſuauior vt patet in pueris, in quibus eſt maximus calor; at elementaris quò intenſior eò aſperior, hoc autem non poteſt eſſe, niſi quia attemperatus.

Tertia difficultas, quod ſit caloris obiectum præcipuum.

Humidum radicale quid.

Dico breuiter eſſe humidum radicale: hoc autem eſt humiditas, ſeu humor humidus in eadem temperie viuentis attemperatus ab alijs qualitatibus, qui dicitur neceſſarius ad conſeruationem viuentis, & dicitur ſubiectum caloris naturalis; & deficiente humido radicali extinguitur Animal, non quia calor inhæreat in humido, ſed quia eſt obiectum circa quod verſatur; indiget enim calor naturalis ad ſui conſeruationem humore præſertim pingui, vt in lucernis, & talis eſt humor radicalis; hinc viuens quò magis ad ſenectutem accedit, fit ſiccius, & non habet tantam copiam humoris radicalis, qui cum tandem deficit, ſenex reſoluitur.

Quarta difficultas, quidnam ſit alimentum.

Galenus.

Diximus quid ſit calor, quódve eius obiectum. Nunc de obiecto potentiæ nutritiuæ ideo dicendum. *Alimentum* ex Galen. 1. de Simpl. medicam. Facult. cap. 1. & 1. de Natural. Facult. cap. 11. *eſſe id quod auget noſtri corporis ſubſtantiam*. Alij verò ſic. *Alimentum eſt corpus mixtum aptum alterari à calore naturali, & conuerti in ſubſtantiam viuentis, vt viuens eſt, nedum vt corpus eſt*. Ex quo

Alimentum quid.

Medicamentum per quid differat ab alimento.

Colligitur primò diſcrimen inter medicamentum & alimentum; medicamentum enim dicitur id quod poteſt ſubſtantiam noſtri corporis alterare, non verò nutrire, & in eam conuerti. Quod verò ſimul medetur, & nutrit, vt lactuca, piper &c. dicitur medicamentum alimentoſum, vt docet Galen. 1. de Alimentor. Facult. initio.

Colligitur ſecundò ad alimentum requiri vt ſit partim diſſimile ante concoctionem, vt in illud poſſit calor naturalis agere. Debet eſſe etiam ſimile, ne illud omnino reſpuatur à natura.

Colligitur tertiò alimentum ſecundùm diuerſos reſpectus pertinere poſſe ad diuerſas potentias animæ vegetatiuæ: quatenus alimentum eſt, pertinet ad potentiam nutritiuam: quatenus quantum, ad potentiam augmentatiuam: quatenus ex illo generatur ſemen, ad potentiam generatiuam. Patet id ex 2. de anima tex. 47

Quinta difficultas. An tantùm mixtum ſit alimentum, vel etiam ſimplex elementum.

Dicendum eſt purum elementum præcisè ſum-

A ptum; non poſſe eſſe alimentum viuentis. Ex Ariſtot. 2. de Gener. tex. 49. & alibi plories. Ratio eſt, quia alimentum debet eſſe conſimile rei alendæ, viuens autem quod alitur, eſt mixtum. Quod ſi plantæ aliquæ videntur nutriri ex ſola aqua, vt de Ocymo aiunt, ſi animalia nonnulla ex ſolo aëre, vt de aue Manucudiota, ſeu Paradiſi, & Camaleonte; ſicut etiam de ſerpentibus, & lupis referunt ex terra, dicendum eſt, nunquam hæc nutriri ex puro elemento; ſed lupi id faciunt, vt eo vtantur veluti medicamento, vt adſtrictum tunc ventriculum extendant: ſerpentes nunquam puram terram, ſed cænoſam, & corruptam, atque adeo veluti mixtam.

Ariſtoteles.

B Cameleon ex muſcis, vt patet, & excrementis, quæ egerit, vt docet Scalig. Ocymon verò non ex pura aqua, ſed ex terra illa, quæ radices ſequitur, vel ex ſucco craſſiori à radicibus attracto; aliæ plantæ nunquam ex pura aqua, ſed ex illa colluuie, quæ ſæpè in corruptis aquis reperitur. Difficultas potiſſima eſt de aue Paradiſi, quæ vt aiunt, nunquam niſi mortua in terris videtur, & tamen in aëre degit: nec ſufficit ros, quia ros non iam in ſublime eleuatur, & etiam quia ros eſt mixtum imperfectum, atque adeo nequit alere mixtum perfectum. Dicerem ego illam nutriri ex aliquo corpore mixto, vel viuenti, vt de

Scaliger.

C auibus minimis, quæ per aërem feruntur, vel ex cibo in montium cacuminibus. Ducor præſertim, quia ſi ſunt mixta perfecta, & generant & parturiunt, neceſſariò indigent perfecto alimento, vnde ſanguis, & ſemen generetur.

Sexta difficultas, quodnam mixtum ſit aptum alimentum.

Dico breuiter perfectum nutrimentum eſſe tantùm corpus perfectè mixtum alterabile à calore naturali, & quod poſſit tranſmutari in ſubſtantiam viuentis. Ratio eſt quam modò attuli, quia alimentum debet eſſe ſimile rei alendæ. Hinc

Ros, & aër nullo modo alimentum viuentis.

D *Colligitur primò* rorem, aërem &c. nullo modo poſſe eſſe alimentum viuentis, quia non datur viuens conſtans tantùm ex duplici elemento, aut ex vno.

Ariſtoteles.

Odores nequeunt nutrire.

Colligitur ſecundò neque odores poſſe nutrire, vt etiam Ariſt. docet lib. de ſenſu & ſenſibili, nec tamen loquor de odore formali, quia cum ſit accidens, certum eſt non poſſe conuerti in ſubſtantiam aliti; ſed etiam de odore materialiter, qui eſt exhalatio illa odorifera, quæ eſt mixtum imperfectum, duas tamen habens qualitates; eſt enim calidum & ſiccum; & etiam quia odor non tranſit per fauces ad ſtomachum, ſed per nares ad olfactum;

E quod ſi interdum refrigerat cor, id præſtat non vt odorabile eſt, ſed ratione materiæ: quod etiam ſi necat animalia, id fit ob qualitatem aliquam veneniferam quam ſecum affert materia illa, quæ ad cor ingreditur. Denique ſi Democritus odore panis calidi, & mellis quatuor dies & amplius vixit, vt Laërt. refert lib. 9. id præſtitit odor non vt alimentum, ſed vt medicamentum per quod ſæpe calor naturalis poteſt refocillari, foueri, excitari, & roborari.

Laertius.

Colligitur tertiò neque metalla poſſe eſſe alimentum. Ratio eſt eadem, tum quia ſunt mixta imperfecta: & etiam peculiaris, quia

Neque metalla.

metalla non habeat ſubſtantiam fluxibilem, & ſucculentam, quæ tranſmutari poſſit. Aurum verò potabile iuuat infirmos non vt alimentum, ſed vt medicamentum, cor ſubleuando ſuis qualitatibus: quòd ſi aliquem videatur infirmum nutrire, id est potius ratione adiunctæ aquæ vitæ, aut aliorum ingredientium. A

Struthio-camelus neque ferro nutritur, licèt illud comedat, & digerat ob alatam rationem. Illud autem comeditur, vt per internos apertantur, adſtringatur ventriculus, reliquis cibis melius digerantur, & appetentiam ſuſcitet: inde fit vt medici chalibis limaturas propinent illis, qui vocantur obſtructione laborant, & ictericis, vt ego adoleſcens in me ipſo expertus ſum. B

Septima difficultas. An ſanguis ſit vltimum nutrimentum, ita vt animalia ſanguine prædita ſolo ſanguine nutriantur.

In animalibus ſanguine prædictis humores quatuor. *Notandum primò* in animalibus ſanguine præditis eſſe quatuor humores, ſanguinem, pituitam, flauam bilem, & atram bilem, ſicut in magno mundo dantur quatuor elementa, ſic etiam in paruo &c. Patet quia tot videmus eſſe hominum complexiones; ſanguis autem continetur in venis, flaua bilis in folliculo fellis, atra bilis in liene, pituita in ſtomacho, & etiam defertur per venas cum ſanguine. C

Qui ſpecie diſtinguuntur. *Notandum ſecundò* hos humores diſtingui ſpecie: Patet quia videmus habere diuerſa accidentia & paſſiones.

Partes ſanguinis non omnino homogeneæ. *Notandum tertiò*, ſanguinem non habere partes omnino homogeneas; ſed alias craſſiores, alias minus craſſas, vt patet in ſanguine à venis extracto, cùm eæ partes ab inuicem ſeparentur.

Sanguis in venis nunquam purus. Galenus. Hippocrates. Auicenna. Fernelius. Thomas de Carbio. Forolin. Vgo Senenſis. *Notandum quartò*, ſanguinem in venis nunquam eſſe purum, ſed deferri per illas ſimul cum aliis humoribus: Ita docent Galen. Hyppocr. Auicen. ac medici ferè omnes. Negant id Fernel. Thom. de Carbio, aiuntque per venas tantùm deferri ſanguinem habentem partes ſimiles magis modò vni ex prædictis humoribus, modò alteri. D

Secundæ humiditates quid. *Notandum quintò* ex Forolin. 1. Par. quæſt. 40. Vgone Senenſi, & Conciliat. differ. 33. & 93. quòd ſanguis antequam conuertatur in ſubſtantiam viuentis, quatuor habet mutationes, quas vocant ſecundas humiditates. Prima dicitur ſanguinea, & caret proprio nomine, & eſt cum ſanguis attenuatus eſt in extremitate venarum capillarium. Secunda dicitur ros, & eſt cum ſanguis extractus è venis cætera membra irrorauit. Tertia dicitur cambium, & eſt cum ille ros ſubit locum ſubſtantiæ deperditæ, eſtque veluti ille humor, qui defluit è carne recenter concisâ, inde ille humor appellatur cambium, quia videlicet ſubit locum deperditæ ſubſtantiæ. Quarta denique dicitur glutinum & eſt cum iam ſanguis magis aſſimilatur partij alendæ. E

Notandum ſextò, non eſſe neceſſarium vt ſanguis ſemper conuertatur in omnes has ſecundas humiditates, vt patet in ſanguine, qui conuertitur in ſubſtantiam hepatis, & venarum, qui non poteſt conuerti in primam humiditatem, quæ fit in extremitata venarum capillarium. His poſitis,

Dico primò Probabile eſſe ventriculum non nutriri tantùm ſanguine, ſed etiam chylo. Docet id Galen. lib. 3. de Facult. cap. 3. Ratio autem eſt, quia experimur aſſumpto cibo ſtatim ventriculum roborari. *Galenus.*

Dico ſecundò Solum ſanguinem nutrire: reliquos verò humores non nutrire, niſi priùs in ſanguinem conuertantur. Ita Ariſtot. 2. de part. cap. 5. & 6. Ratio eſt, quia alij humores nullas habent conditiones alimenti; alimentum debet eſſe dulce, pituita verò eſt inſipida, cholera amara, melancholia acida. Denique cerebrum de quo eſt maius dubium, vere ſanguine nutritur ex venula quadam vicina, vt docet Ariſtot. de ſomno & vigil. *Ariſtoteles.*

Obiicies primò: Membra corporis ſunt valde diſſimilia, ergo nequeunt nutriri vnico alimento. *Obiectio 1.*

Reſpondetur, nil referre: immo alimentum debet eſſe diſſimile, vt in illud poſſit agere naturalis calor. Præterea in ſingulis membris adeſt idem calor naturalis potens conuertere ſanguinem in ſubſtantiam illatum partium, quæ indigent inſtauratione: conuertunt autem ſingula membra ſanguinem in ſubſtantiam ſibi ſimilem, quia per calorem adiutum à temperie earumdem partium, & veluti ſic attemperatum, vt inſtrumentum oſſium conuertit ſanguinem in os, & vt inſtrumentum carnis in carnem.

Obiicies ſecundò: Plurimæ partes ſi ſecentur, reperiuntur abſque ſanguine, ergo non omnes nutriuntur ex ſanguine. *Obiectio 2.*

Reſpondetur, id fit, non quia nerui & cerebrum non nutriantur ſanguine, ſed quia venulæ non permeant cerebrum aut neruos, ſed ſanguinem attrahunt ex venula vicina, vt dixi.

Vltima difficultas quid ſit ſitis & fames, & in quo differant.

Dicendum eſt ex Ariſt. 2. de Anima tex 28. ſitim eſſe appetitum frigidi & humidi: Famem appetitum calidi & ſicci: id autem intelligendum non quia omnia alimenta quibus famis ſedatur, ſint ſimpliciter ſicca, ſed tantum comparatiuè ad ea quibus ſedatur ſitis. Patet hoc quia fames data eſt ad inſtaurandum humidum radicale, quod perpetuò à naturali calore conſumitur. *Ariſtoteles.* *Fames, & ſitis quid.*

Dicendum ſecundò hoc eſſe diſcrimen inter famem & ſitim, quod qui ſitit, non deſiderat nempe refrigerationem, & alimentum, qui verò eſurit, vnum tantum. Hinc magis ſitim ſedat vinum quàm aqua, quia aqua non alit, vinum verò & alit & refrigerat: hæc de iis, quæ pertinent ad nutritionem & augmentationem. *In quo differant.*

Sectio VII.

De terminis accretionis, & diminutionis.

SVPPONENDVM *primò*, licèt hîc hactenus egerimus de accretione ſtrictè ſumpta, qualis eſt ea, quæ reperitur tantùm in viuentibus, acturos nos de augmentatione etiam laté ſumpta: qualis eſt ea, quæ etiam reperitur in non viuentibus.

Supponendum ſecundò, terminum magnitu-

Digitized by Google

dinis alius intrinſecus, & dici ſolet maximum quod ſic, quantitas videlicet maxima ſub qua aliquid eſſe poteſt, & non ſub maiori: Alius extrinſecus, & dici ſolet minimum quod non, id eſt maxima quantitas ſub qua res eſſe nequit, licèt poſſit eſſe ſub minori: Terminus autem paruitatis intrinſecus dicitur minimum quod ſic, quia ſub eo poteſt res exiſtere non autem ſub minori. Terminus autem extrinſecus dicitur maximum quod non, quia licèt ſupra maximum quod ſic detur quantitas maior ſub qua non poteſt exiſtere, ea tamen, ſub quibus nomine paruitatis conſeruari res non poteſt, hæc eſt maximum; inde dicitur hic terminus maximum quod non. Areſium conſulite 1. de Gener. cap. 5. quæſt. 35. ſect.

Areſius.

Prima difficultas. An in viuentibus detur terminus quoad magnitudinem, & quoad paruitatem.

Ariſtoteles.

Dicendum primò. In viuentibus datur maximum quod ſic. Ita Ariſtot. 1. Phyſic. tex. 36. & 2. de Anima tex. 41. pluribus probari ſolet ab aliis. Placet vtraque ratio, quam affert hic Areſ. ac

Prima eſt ea, quæ deſumitur ex dependentia, quam habent omnes partes viuentis ab vna parte, quæ eſt præcipua, in animalibus omnium perfectis eſt dependentia cæterorum membrorum à corde, quod eſt in ipſis membrum præcipuum influens in cætera membra, vel ab aliquo loco cordis vt in imperfectis, in plantis verò à radicibus, quia & radices in plantis, & cor in membra debent influere, ergo debent membra habere determinatam diſtantiam à corde, & à radice, vt ab ea poſſint ſuos influxus recipere. Hinc ignis, & cætera non viuentia augeri poſſunt in infinitum, quia non habent partes ignis hanc dependentiam ab vna parte.

Secunda ratio eſt ea, quæ deſumitur ex determinata figura, & diſpoſitione quam requirit in membris forma ſubſtantialis.

Dicendum ſecundo dari in viuentibus terminum paruitatis.

Probatur eadem ratione ab Areſio, & rectè, quia actio naturalis difficillimè poteſt intelligi in viuentibus inter partes minimas.

Præterea, quia membra & partes requirunt proprias diſpoſitiones, quas nequeunt habere ſub minori, & minori. Addit verò Areſ. in plantis, & in iis animalibus, quorum partes non habent illam dependentiam ab vna parte poſſe viuere aliquandiu ſub minori, & minori, quod mihi non placet. Ratio eſt, quia licèt ramus poſſit per paruum tempus viuere ab arbore abſciſſus, nequit tamen idem ramus ſub minori, & minori parte conſiſtere, ſed ſi aliqua minuſcula pars præſcindatur, puto illam ſaltem ſtatim areſcere.

Secunda difficultas. An in non viuentibus homogeneis dentur huiuſmodi termini magnitudinis, & paruitatis.

Scotus. Pererius. Dandinus. Ruuius. Areſius.

Prima ſententia eſt Scot. in 2. diſtinct. 2. quæſt. 9. & Perer. lib. 10. cap. 23. Dandin. digreſ. 21. in 2. de Anima, Ruu. 1. Phyſic. cap. 4. quæſt. 1. aiúntque homogenea nullum habere determinatum terminum, neque quoad magnitudinem, neque quoad paruitatem. Hos ſequitur Areſ. quæſt. 35. ſect. 4.

D. Thomas. Durandus. Conimb. Toletus.

Secunda eſt D. Thom. 1. Par. quæſt. 7. art. 3. Duraud. in 2. diſtinct. 18. quæſt. 1. Conimb. 1. Phyſic. quæſt. 1. art. 4. & 7. Tolet. 1. Phyſic. quæſt. 9. Volunt viuentia non habere aliquem terminum magnitudinis, ſed tantùm paruitatis.

Ferrarienſis. Iandunus.

Tertia eſt Ferrar. 1. Phyſic. Iand. ibid. quæſt. 13. qui aiunt dari terminum magnitudinis, & paruitatis.

Flaminius.

Quarta eſt Flam. 1. de Gener. cap. 2. in homogeneis non differre maximum, & minimum: parua enim quantitas in qua homogenea poſſunt ſe conſeruare dicunt minimum, & maximum: minimæ ſcintillæ v. g. ignis totum id quod ſuperadditur, non eſt niſi nouum indiuiduum.

Dicerem primò cum D. Thom. homogenea non viuentia nullum habere terminum magnitudinis.

Ratio eſt, quia omnes partes non dependent ab vna parte, vt in viuentibus, ergo poſſunt in infinitum excreſcere; patétque vt alibi diximus dari quantitatem infinitam infinitum ſpatium occupantem: intelligite autem de homogenea non viuente.

Dicerem ſecundò, homogenea non viuentia habere terminum paruitatis, & minimum quod ſic.

Ratio eſt, quia quælibet forma ſicut requirit materiam talem, & ſic diſpoſitam cum talibus quantitatibus, ſic etiam requirit illam cum tali quantitate determinata, ergo datur minimum. Antecedens probatur, forma enim ſubſtantialis ignis v. g. non requirit calorem vt ſic in materia illam diſponentem, ſed tantum, & tantum calorem, ita à pari neque requirit quantitatem vt ſic, ſed tantam quantitatem &c.

Sectio VIII.

De rarefactione, & condenſatione.

NON multum diſtat ab augmentatione, & diminutione raritas, & denſitas; ideò de ea hoc loco, vt plurimum D. D.

Supponendum eſt, raritatem aliam conſiſtere in quadam diſcontinuitate partium, & dicitur raritas minùs propriè, qualis ea eſt, quam videmus in ſpongiis. Alia dicitur raritas magis propriè, quæ conſiſtit potiùs in quadam tenuitate ſubſtantiæ, & minori partium conſtipatione, vt patet in aëre addenſato; de igne incluſo in tormentis muralibus &c. in aqua calefacta, quæ maiorem etiam locum occupat, & in aliis, quæ affert pater Areſ.

Prima difficultas. Quid ea ſit.

Zabarella. Toletus. Conimb. Maſſeius.

Prima ſententia eſt Zabarel. lib. de Accret. Tolet. Conimbricenſ. & aliorum, qui aiunt raritatem, & denſitatem eſſe qualitates, quam ſequitur Maſſ.

Capreolus. Areſius.

Secunda eſt Capreol. in 2. diſtinct. 19. quæſt. 1. art. 3. quam ſequitur Areſ. aiunt raritatem, & denſitatem eſſe modos ſuperadditos.

Gregorius. Simplicius. Pompon.

Tertia eſt Gregor. in 2. diſtinct. 12. quæſt. 2. art. 1. concluſ. 2. Simpl. 4. Phyſic. 84. Pomponae. tract. de Augmen. cap. 4. qui dicunt

ratitatem, & denſitatem eſſe qoantitatem ipſam connotantent materiam, ita vt raritas ſit magna quantitas connotans exiguam materiam: deoſitas ſit parua quantitas connotans multum materiæ.

Dicendum cum prima, & ſecunda ſententia. raritatem, & denſitatem eſſe modos qualificantes, & aſſicientes quantitatem, atque adeo eſſe veluti qualitatem modalem.

Probatur, quia in hoc differt qualitas à quantitate, quia ad inducendam nouam qualitatem non eſt neceſſe re inducere nouam materiam, ſed materia præexiſtens poteſt nouam qualitatem recipere. Contrà verò ad inducendam nouam quantitatem neceſſariò debet induei noua materia. Ratio à priori eſt, quia quantitas eſt materiæ coæita, & eidem coaptata, & commenſurata, ſed poteſt induci raritas ſine noua materia, ergo raritas non eſt quantitas.

Secunda difficultas, & poriſſima eſt. An in rarefactione acquiratur noua quantitas.

Gottifredus. Prætereo de hac re varias opiniones Gottifredi quodlib. 11. quæſt. 3. & aliorum in rareſactione nouam quantitatem acquiri, & totam præcedentem deſtrui. Scotus. Scoti in 4. diſtinct. 12. quæſt. 4. Caietanus. Caiet. 3. Par. quæſt. 77. art. 6. & aliorum in rarefactione acquiri nouam quantitatem, ſed non deſtrui præcedentem, Faber. quos ſequitur Faber Theorem. 44. Verior tamen eſt ſententia D. Thomas. D. Thom. 1. 2. quæſt. 52. art. 2. & in 2. quæſt. 24. art. 5. Gregorius. Capreolus. Soncinas. Burlaus. Conimb. Gregor. in 2. diſtinct. 12. quæſt. 22. art. 1. Capreol. Sonein. Burl. Conimb. &c. qui volunt in rareſactione, non acquiri nouam quantitatem.

Dicendum primo, in rareſactione non acquirit nouam quantitatem, & præcedentem deſtruit.

Probator, quia in rarefactione remanent eadem accidentia numero, ergo & eadem numero qoantitas, quia eſt ſubiectum illorum.

Quod ſi dicas neque accidentia eſſe eadem numero, tunc contra, peto enim à quonam illa accidentia producantur.

Dicendum ſecundò, neque ita producitur noua quantitas, vt præcedens remaneat. Eſt contra Scot. &c.

Probatur, quia eſt paſſio materiæ, in rarefactione nulla additur materia vt diximus, ergo neque quantitas. Præterea, ſequeretur quòd in eadem parte materiæ eſſet duplex quantitas præcedens & recens, atque adeo duæ quantitates, & dimenſiones naturaliter adinuicem penetrarentur.

Obiectio. *Obiicies*: Si in rareſactione non acquiritur noua quantitas, ergo vel dator vacuum, vel penetratio corporum: vtrumque autem eſt abſurdum, & implicat. Sequela probatur, quia dum corpus denſum rarefit, vel illæ partes diſtare incipiunt vel non, ſi diſtare incipiunt, ergo dabitur vacuum, ſi non ergo antea penetrabantur.

Areſius. Reſpondet quidam, vt refert Areſ. concedentes in condenſatione penetrationem partium, aiúntque tantùm illam penetrationem partium implicare, quæ fit per motum localem, hæc autem penetratio fit per alterationem nempe per calefactionem vel frigefactionem. Sed

Contrà, ſic enim reuera quantitas non eſſet omnino impenetrabilis, ſiue autem penetratio fiat per alterationem, ſiue per lationem hoc nil refert.

Præterea, datur condenſatio, quæ fit per motum localem, vt cùm ego moueor, & aër intra cubiculum addenſatur, tunc peto an in illa addenſatione ſit penetratio partium eiuſdem aëris vel ne. Videatur Areſ. quæſt. 36. ſect. 4.

Reſpondet ſecundò Areſ. aitque negato vacuo, & penetratione argumentum eſſe nobis pæne inſolubile. Reſpondetur ergo cum communi ſententia, addenſationem nihil aliud eſſe niſi quamdam partium conſtipationem, non verò penetrationem. Quòd ſi inſtes an partes magis diſtent in rarefactione; Reſpondetur, partes diſtare magis quoad diuiſibilitatem ipſarum intrinſecam, non verò diſtare quoad terminum ab intrinſeco indiuiſibilem. Ratio eſt, quia quantitas illa non eſt rareſacta quatenus indiuiſibilis eſt, ſed quatenus diuiſibilis. Hæc Areſ.

Adhuc tamen ſupereſt difficultas, & eſt explicanda huiuſmodi partium conſtipatio, quæ ea ſit: ideo dicerem, hanc partium conſtipationem non eſſe quidem penetrationem, ſed maiorem quandam partium communicationem. Differt autem penetratio à communicatione, quia penetratio dicit pluralitatem entitatum, ſed identitatem vbi: communicatio verò dicit, & pluralitatem entitatum, & diuerſitatem etiam vbi; penetratio conſiſtit in quadam intima intromiſſione, communicatio verò in quadam, vt ita dicam complexione. Cùm ergo res addenſatur, partes, quæ ſunt eſſentialiter diuiſibiles magis adinuicem communicantur, ac veluti complectuntur, cùm verò res denſa rarefit, partes, quæ multum antea complectebantur, & communicabant in rarefactione minus communicant, non quia ſeiungantur, ſed quia veluti ex illo complexu foras extrahuntur, illa igitur extractio eſt extenſio, & rareſactio, quod quidem videmus cùm ceram, vel molle aliquid extendimus, in qua extenſione videmus quaſi partes alias extrahi è complexu aliarum partium.

Secundo dicerem, hæc tria valdè differre inter ſe diſtinctio, extenſio, & diuiſio. Diſtinctio dicit tantùm pluralitatem entitatum, & etiam eſſe ſimul cum penetratione, vt patet in materia & forma: Diuiſio dicit ſeparationem entitatum, & non poteſt eſſe niſi inter res actu ſeiunctas, & ſeparatas: Extenſio verò excludit penetrationem, dicit tamen continuitatem, cùm ergo quærunt in rarefactione quomodo fiat vt non detur vacuum. Reſpondetur, quia fit tantùm extenſio, non fit diuiſio, ideo non remanet vacuum.

Reliquas obiectiones contra prædicta, & difficultates, quæ in rarefactione, & condenſatione fieri poſſunt, videte apud Areſ. Præſertim an rareſactio diſtinguatur à motu locali, & quomodo: an rareſactio, & extenſio ſint idem; An cùm aliquid ſecundùm ſe totum rarefit, & condenſatur, reliquæ omnes partes rarefiant, & condenſentur: An dum corpus rarefit, & condenſatur conſeruetur eadem raritas & extenſio, vel adueniat noua: denique an condenſatio ſit motus poſitiuus, vel negatiuus.

Sectio IX.

De potentia generatiua, & eius actu.

HActenus egimus de potentia nutritiua, & augmentatiua, ſupereſt vt nonnihil dicamus de potentia generatiua, quæ data eſt viuentibus, vt ſaltem ſecundùm ſpeciem ſe conſeruent, dum ſecundùm indiuidua corrumpuntur: Agemus autem potiſſimum de eius actu à quo ſuam ſpecificationem ſumit, hoc eſt de generatione. Generatio verò hîc non latè ſumitur pro qualibet productione, quæ reperitur etiam in non viuente, ſed tantùm de ea, quæ eſt viuentium propria

Prima difficultas eſt, quid ſit potentia generatiua.

Dicendum eſt, potentiam generatiuam eſſe facultatem animæ vegetatiuæ in determinata parte corporis, quæ ex ſuperfluo alimento ſemen producit, tanquam proximum generationis principium, quo mediante viuens generat ſibi ſimile ad conſeruationem ſpeciei. Ex quibus

Colligitur primò, potentiam generatiuam dimanare ab anima.

Colligitur ſecundò, potentiam generatiuam eſſe in determinata parte corporis, non præcisè ſumptam, ſed ſimul cum inſtrumento organico.

Colligitur tertiò, ſuperfluum alimentum eſſe materiam circa quam.

Colligitur quartò, quòd ſemen non ſit excrementum inutile, licèt ſit ex ſuperfluitate alimenti.

Colligitur quintò, quòd tributa ſit huiuſmodi potentia, vt viuentia ſecundùm quid fiant immortalia, id eſt ſecundùm ſpeciem.

Secunda difficultas, quid ſit generatio viuentium.

Dicendum ex Theologorum conſenſu, & vt ex Ariſtot. colligitur. 8. Ethic. cap. 12. & 7. Metaph. cap. 8. & 2. de Anima, cap. 4. Generationem propriam viuentium eſſe *originem viuentis à viuente, principio coniuncto in ſimilitudinem naturæ, ex vi ſuæ proceſsionis formaliter.* *Ariſtoteles.*

Dicitur talis generatio *origo*, vt comprehendat omnem generationem, etiam diuinam, licèt enim hæc origo non ſit in viuentibus creatis ſine aliqua cauſalitate, & dependentia reali, tamen in Deo reperitur ſine huiuſmodi imperfectionibus, dum pater generat filium. Cùm ergo hoc nomen origo abſtrahat ab huiuſmodi imperfectionibus, optimè vtimur hoc nomine ad includendam omnem generationem: hîc tamen aduertendum eſt originem in diuinis aliam dici actiuam, quæ tribuitur Patri: aliam paſſiuam, quæ tribuitur filio: In creatis verò nomen hoc originis ſignificat generationem originem illam paſſiuam, rationem illam videlicet, qua filius eſt à patre, cùm omnis actio ſit in paſſo.

Secundò, dicitur talis generatio *origo viuentis à viuente*, eò quod ſi principium, & principiatum non eſt viuens, non poteſt propriè generatio appellari.

A Tertiò, dicitur *à principio viuente coniuncto*, quod poteſt tripliciter referri. Primò, ad generans, quia generans generat per potentiam generatiuam ſibi coniunctam: Secundò, ad genitum non poſt, ſed in principio generationis, tunc enim eſt coniunctum ſuo principio formatiuo, nempe ſemini. Tertiò ad genitum in termino generationis: genitum enim recipit naturam aliquo modo eandem cum natura generantis. Vel dicitur generatio origo viuentis à viuente principio coniuncto, vt per ly principium intelligatur ſemen in quo eſt virtus formatiua, virtualiter continens ipſum genitum, quæ virtus concurrit loco generantis, quæ non eſt neceſſe vt ſit coniuncta, dum genitum generatur, ſed ſatis eſt ſi ſemen aliquando fuerit coniunctum cum generante. B

Quartò, dicitur *ex vi talis proceſsionis formaliter*, quia licèt Spiritus ſanctus procedat à patre in ſimilitudinem naturæ, non dicitur tamen filius, quia non procedit ſimilis ex vi talis proceſſionis, vt ſit in filio, quia amor non procedit, vt ſimilis in natura, ſed Verbum. De hac re fuſiùs apud Theologos.

Colligitur primò, Etiam non dici generatam, quia licèt viuens à viuente, non tamen à principio coniuncto, id eſt à ſemine, ſed ex coſta. *Eua non generata, & cur.*

C *Colligitur ſecundò*, cùm ex homine fiunt vermes, & mures generantur ex putri, neque eſſe generationem, tum quia non ex ſemine, & etiam, quia non in ſimilitudinem naturæ; ſic etiam cùm ex equa ſit aſinus, háſque generationes eſſe monſtruoſas, & innaturales.

Tertia difficultas. An genita ex putri, & ex ſemine ſint eiuſdem ſpeciei; loquimur autem de iis ſpeciebus animalium, quæ generantur æquè ex putri, & ex ſemine, vt ſunt mures &c.

Dicendum eſt animalia quæ generantur

D ex putri eſſe eiuſdem ſpeciei cum iis, quæ generantur ex ſemine. Ita D. Thom. 2. Metaph. tex. 23. Scot. in 1. diſtinct. 2. quæſt. 7. licèt oppoſitum tueatur Auer. 8. Phyſic. tex. 46. Achillin. 2. de Element. dub. 1. & recentiores nonnulli. Ratio eſt, quia ſiue mures generentur ex putri, ſiue ex ſemine, habent omnes eundem colorem, figuram, naturam, eaſdem exercent operationes, ergo ſunt eiuſdem ſpeciei. *D. Thomas. Scotus. Achillinus.*

Secundò, quia magis differt creatum à generato ex ſemine, quàm ea, quæ generantur ex ſemine, & ea quæ ex putri; ſed creatum & generatum poteſt eſſe eiuſdem ſpeciei, ergo &c. Adam enim fuit eiuſdem ſpeciei cum Abel. E

Tertiò, ars & natura poſſunt efficere effectus eiuſdem ſpeciei, ergo multo magis erunt eiuſdem ſpeciei, & quæ generantur ex putri, & ea quæ ex ſemine.

Denique, idem ignis ſpecie, qui producitur ab igne, producitur à ſole, poteſt immediatè produci à Deo: ſic à pari &c.

Obiicies: Animalia ex Ariſt. 1. de Gener. animal. cap. 1. quæ generantur ex putri neque eſſe mares, nec fœminas, ergo non ſunt eiuſdem ſpeciei cum iis, quæ ex ſemine. *Obiectio.*

Reſpondetur, Ariſtotelem ita dixiſſe de iis

animalibus, quæ tantùm generantur ex putri, & nunquam ea ſemine, vt pediculi &c. non de iis, quæ modò ex putri, modò ex ſemine, vt mures.

Aduertendom tamen hîc cùm dicimus animalia quædam fieri ex putri, non intelligere nos produci ſecundùm partes impuras, quæ corrumpuntur, & diſſoluontor, ſed reocera fiuor, & generantur ea partibus poriotibus; calor enim ambiens dum partes putridas, & impuras diſſoluit, digerit, & calefacit, & quodammodo præparat partes puriores, ex quibus generatur deiode illud tale animal.

PARS TERTIA.

De anima ſenſitiua.

AGAMVS primò de anima ſenſitiua eiúſque potentiis in communi. Secundò de eius potentiis externis: Demum de internis cum Ariſtotele hîc in 2. de Anima à tex. 50. vſque ad finem eiuſdem ſecundi libri.

DISPVTATIO PRIMA.

De potentiis animæ ſenſitiuæ in communi, eiuſdémque eſſentia.

SECTIO PRIMA.

Quid anima ſenſitiua, quidve ſit ſenſatio, actióne, an mera paſsio.

DICENDVM *primò*, Animam ſenſitiuam ſic deſcribi poſſe: *Eſt actus corporis organici, à quo primò poteſt procedere actus vitalis, qui ſit ſenſatio.* Dicitur *à quo primò*, vt ſignificetur eſſe quid ſubſtantiale, & non potentia proxima elicitiua ſenſationis. Dicitur *à quo primò poteſt procedere actus vitalis, qui ſit ſenſatio*, quia ſenſatio eſt actus adæquatus iſtius animæ, quem elicit mediantibus potentiis ſenſitiuis, à quarum cognitione pendet tota animæ cognitio.

Dicendum ſecundò, ſenſatio eſt actus, quo anima ſenſitiua, vel animal ſuum obiectum percipit. Dixi, quo anima vel animal; animal, ſi velimus accipere ſubiectum, vt quod, & denominationis, nam animali debetur ſenſatio tanquam ſubiecto primo denominationis. Dixi, anima, ſi loquamur de principio, vt quo ſenſationis; id enim eſt anima ſenſitiua. Dixi, percipit, non quia anima ſenſitiua exerceat tantùm actus cognoſcitiuos, ea enim eſt doloris, & voluptatis ſubiectum, qui ſunt actus potentiæ appetitiuæ, ſed quia actus cognoſcitiui magis propriè appellantur ſenſationes, quos & peculiariùs examinabimus.

Potiſſima verò difficultas eſt, an ſenſatio ſit mera paſſio vel etiam actio. Ratio dubitandi eſt, quia Ariſtot. lib. 2. tex. 5. vult potentiam ſenſitiuam eſſe paſſiuam, atque ſentire eſſe quoddam pati. Inde Ægid. quæſt. 1. de cognitione Angelor. Venet. ſum. de Anima, cap. 10. Thienenſ. 2. de Anima tex. 61. & alij volunt eſſe meram paſſionem contra D. Thom. 1. Par. quæſt. 79. art. 3. Capreol. in 3. diſt. 14. quæſt. 1. Ferrar. contra Gent. cap. 82. Zabarel. de ſenſu agente cap. 7. Scot. in 1. diſtinct. 7. quæſt. 5. & plures recentiores. Cum quibus

Ægidius. Thienenſis. D. Thomas. Capreolus. Ferrarienſis. Zabarella. Scotus.

Dicendum tertiò, ſentire non pendere ab anima, & potentiis tantùm paſſiuè, ſed etiam actiuè. Dixi, non tantùm paſſiuè, quia certum eſt ſenſationes eſſe actiones immanentes; immanent autem in principio ſentiente, & in eiuſdem organo recipiuntur.

Probatur, quòd pendeant etiam actiuè, quia ſentire non dicit puram receptionem ſpecierum, aut coniunctionem ſubiectorum cum potentia, ſed etiam quoddam iudicium de ſubiecto, at hoc non poteſt eſſe à ſolo obiecto actiuè, ergo ab anima. Maior probatur, quoad primam partem, quia alioquin ſpeculum videret, & medium ſentiret, cùm etiam in ſe ſpecies recipiant obiectorum, quod eſt apertè falſum. Secunda pars maioris probatur, quia ſi non requiritur iudicium illud animæ, ſufficeret ſola receptio ſpecierum, ea autem non ſufficit, ſed præter receptionem ſpecierum & obiecti coniunctionem eſt aliquid aliud, quod ſuperaddatur, hoc appellamus iudicium.

Confirmatur, quia ſæpe accidit nos habere ſpecies in oculo, & non videre, cùm aliò ſumus intenti. Idem patet in iis, qui extaſi rapiuntur, qui nec admotum ignem ſentiunt, tunc eſt receptio ſpecierum, & coniunctio, & approximatio obiecti cum potentia, nulla autem ſenſatio. Idipſum patet experientia, cùm enim anima non bene percipit obiectum, videtur accuratiùs attendere, & aures attollere &c. quod indicat animam aliquid aliud præſtare vltra id quod præſtat organum paſſiuè, concurrere videlicet effectiuè, & conſequenter diiudicare de obiecto.

Dices, in oculo non fieri ſenſationem, non quia requiritur operatio animæ, ſed quia ſenſus communis, vel imaginatio non recipit ſuam ſpeciem.

Contrà, quia poteſt fieri, vt imaginatio recipiat ſuam ſpeciem, & non fiat ſenſatio, vt ſi intellectus occupetur altioribus.

Præterea, ſi oculus non impeditur in recipienda ſpecie, cur non transfundetur ſpecies in imaginationem?

Item. Non ſufficit, vt diximus, receptio ſpecierum in oculo, ſi anima non attendat, ergo nec receptio ſpecierum in phantaſia, niſi etiam ad actum imaginationis anima attendat. ergo ſupra vtramque potentiam neceſſariò requiritur aliquod ſuperadditum elicitum ab anima.

Dices. Non fit viſio in oculo, quia non communicatur eidem oculo ſpiritus, qui ſunt neceſſarij ad viſionem.

Contrà, & inquiro cur non communicantur. Certè quia anima neque attendit, nec diiudicat, ideò non ordinantur ſpiritus ad ope-

rationem oculi, non enim temere ſpiritus conflunnt ad organa, ſed eſt aliquid, quod eos ordinet, vnde videmus quo magis artendimus eò maior confluit ſpirituum copia ad organa; ordinantur autem ſpiritus, vel ob ſympathiam vnius facultatis cum alia, vel ab anima, vel à propria potentia: verùm certum eſt illos ordinari cùm potentia circa obiectum operatur, ergo ſemper in ſenſatione neceſſarius eſt aliquis actus, qui dependeat ab anima tanquam à principio iotrinſeco.

Secundò probatur concluſio. Senſatio eſt actus immanens, & vitalis, ergo fit à viuente. Conſequentia probatur, quia ſenſatio vt actus immanens debet recipi in eo à quo fit, ergo vt vitalis requirit principium actuum vitæ, hoc enim eſt de ratione actus vitalis.

Confirmatur, quia ſi viſio fieret à ſolo obiecto, & non ab anima, eſſet tranſiens.

Rationes ſi quas afferunt aduerſarij, vel aoctoritates id tantùm probant, ſenſationes eſſe etiam paſſiones, vel repræſentationem obiecti, & receptionem ſpecierum concurrere ad eaſdem ſenſationes, oos verò vtrumque concedimus; dicimus enim non eſſe meras paſſiones, ſed inſuper addimus, receptionem ſpecierum eſſe tantùm ſenſatiooem inchoatiuè, & cauſaliter, non verò formaliter: requiri præterea actiuum illum influxum & iudicium, vt C diximos.

Dices, quodnam eſt hoc iudicium, quòd additur ſupra ſpecies, quia iudicare eſt proprium intellectus, non ſenſuum.

Reſpondetur: Enam laxiori vocabulo dicitur, quod ſenſus iudicet, vnde illud, cæcus non iudicat de colore, ergo videns iudicat, hoc autem cadit in ſenſum, non in intellectum, nam cæcus quoad intellectum poteſt affirmare, vel negare aliquid de coloribus: quare hoc iudicium non eſt aliquid intellectus, ſed opus proprium cuiuſque ſenſus, quod idem eſt ac perceptio ſui obiecti, & quia ſenſus percipit cognoſcendo, applicamus etiam nomen iudicij, ſicut D etiam cognitionis, nam non ſolùm quomodocunque cognoſcit, ſed ita vt vnum obiectum proſequatur, alterum fugiat, in quo intercedit diſcretio, & quædam compoſitio, inde perceptionem illam appellamus iudicium, ſic canis dicitur cognoſcere hunc eſſe ſuum dominum, non illum; animalia cognoſcere hunc cibum, vt vtilem &c. Tamen nil aliud eſt hoc iudicium, quàm operatio elicita à potentia animæ circa proprium obiectum illud diſcernentis.

Dices, ſi ſenſatio non eſt mera paſſio, ſed actio, ergo dabitur ſenſus agens & poſſibilis, vt datur intellectus ageos & poſſibilis, hoc autem eſt abſurdum. E

Reſpondetur, ſi per intellectum agentem, & poſſibilem intelligant eundem ſenſum denominari agentem, & patientem, concedo: id enim paſſim docet Ariſtot. qui vult ſenſationes eſſe actus immanentes, qui fiunt ab eodem principio in quo recipiuntur: Si verò intelligant dari duplicem ſenſum agentem & poſſibilem, ſicut datur intellectus poſſibilis & agens, nego id ſequi: Ad intelligendum enim neceſſariò requiritur intellectus agens, vt præparet per ſpecies intellectum poſſibilem ad efficieodam intellectionem; in ſenſu verò non eſt talis neceſſitas, A ſpecies enim ab obiecto immiſſa ſufficiens eſt ad ſenſationem efficiendam.

Sectio II.

Quid recipiat potentia ab obiecto vbi etiam an dentur ſpecies ſenſibiles.

Diximus potentiam ſenſitiuam aliquid nedum pati ab obiecto, ſed etiam agere: difficultas eſt cùm obiectum ſit ſæpe longè diſtans ab potentiis, quid ab obiecto patiantur.

Dicerem primò, pati potentias ab obiectis B diſtantibus per aliquid tranſmiſſum ab ipſis, quod dicitur intentionale, quod idem eſt ac ſpecies ſenſibilis.

Probatur, non agit omne obiectum immediatè per coniunctionem ſui cum potentia, ergo per aliquid ſui, quod ſit ſimulacrum repræſentans obiectum, hoc autem eſt eſſe ſpeciem.

Confirmatur, ex Ariſtot. 2. de Anima tex. 121. vbi vult potentias recipere formas abſtractas à materia ab obiecto immiſſas, hoc autem non poteſt eſſe aliud niſi ſpecies Hinc *Ariſtoteles.*

Dicendum ſecundo cum D. Thom. 1. Par. quæſt. 61 art. 1. & 3. Albert. 2. Par. ſum. de ho- C mine tract. 4. quæſt. 14. Durand & communiter cum omnibus ferè recentioribus paucis exceptis dari has ſpecies ſenſibiles, quæ inſeruiant operationi ſenſuom. *D. Thomas. Albertus. Durandus.*

Probatur, paſſim Ariſtot. vult ſenſus pati ab obiectis, ita à tex. 51. ad 53. vel ergo ſenſus patiuntur, quia recipiunt idem eſſe reale, quod habet obiectum; vel aliquid illius inſeruiens operationibus. Non primum, quia albedo non communicat òculo albedinem, imò ſic impediret viſionem. Si ſecundum, hoc non poteſt eſſe niſi qualitas aliqoa, quæ repræſentet obiectum, & determinet potentiam, quam qualitatem vocamus ſpeciem.

D Confirmatur exemplo eiuſdem Ariſtot. quia ita ſe habet ſenſus ad ſenſibile ſicut cera ad ſigillum, ſed cera ſuſcipit tantùm figuram ſigilli non eſſe reale, & materiale, quod eſt eſſe aureum vel æneum, ergo ſenſorium ſumet ab obiecto ſenſibili, quod eſt imago, non eſſe illius materiale, v. g. ſpeciem albi, non ipſam albedinem, ſpeciem odoriferam, non odoriferum.

Secondò, vt ſenſatio fiat, debent obiecta vniri inter ſe, ſed oon poſſunt omnia vniri per ſuum eſſe reale, ergo per aliquid intentionale. Maior probatur, nihil operatur circa aliquid, niſi ſit illi coniunctum mediatè, vel immediatè, quia non poteſt eſſe actio in diſtans: E Mioor patet, quia mons videlicet, qui non eſt in oculo realiter, neque illi immediatè vnitur.

Tertiò, cùm quis virgam ignitam velociter per aërem circumfert apparet igniros circulus, ſed tunc ignita virga non eſt in qualibet parte illius circuli per ſuum eſſe reale, vt ex ſe patet, ergo per ſuum eſſe intentionale, quia ſcilicet durant ſpecies viſibiles aliquanto tempore poſtea.

Confirmatur ex 2. de Anima tex 38. & c. 2. de Somn. vbi vult abeuntibus ſenſibilibus remanere imagines, quas paulo antè vocauerat formas ſine materia in ſenſoriis.

Denique idem patet ex reflexione ſpeculi, quo videmus corpus extra poſitum, & ex conſpicilus, quibus mediis imbecilles oculi magis vident, non alia ratione niſi quia ſpecies intenduntur, & franguntur in vitro, vt meliùs repræſentent obiectum.

Sectio III.

Quænam ſit natura ſpecierum ſenſibilium.

NOTANDVM *primò*, hæc certa eſſe: Primò, ſpecies produci in inſtanti à corpore obiecto: Secundò, corpus diffundere in girum, & circumcirca ſuas ſpecies, vnde fit vt ex qualibet parte medij poſſit videri, dummodo directè obiiciatur: Tertiò, ſpecies quæ directè producuntur ab obiecto, ſtatim impediri ab aliquo corpore opaco interiecto: Quartò, ſpecies refrangi, & reflecti, & efficere angulum incidentiæ æqualem angulo reflexionis, vt docent Perſpectiui: Quintò, pendere ſpecies in eſſe, & conſeruari ab obiecto: Sextò, ſpecies non habere contrarium, inde fit vt ſpecies albi, & nigri poſſint eſſe in eodem ſubiecto: Septimò, ſpecies produci vniformiter, difformiter, ac deſinere tandem in non gradum: Octauò, corpora quò maiora, & magis viſibilia producere ſpecies intenſiores, & maiores, & perfectiores, & ad maiorem diſtantiam: Nonò, flante vento, & mutato aëre, non remanere omnino eaſdem ſpecies in aëre ſuccedente, ſed de nouo produci in inſtanti ab eodem obiecto. Hinc patet in his omnibus ita philoſophandum de ſpeciebus, ſicut etiam de lumine, in quibus lumen & ſpecies omnino conueniunt.

Species non eſt eiuſdem ſpeciei cum colore.

Notandum ſecundò, hæc etiam certa eſſe, ſpecies non eſſe eiuſdem ſpeciei, ſed differre ſpecie à colore, licèt contrarium doceat Durand. Colligitur id primò ratione eſſendi, colores enim habent eſſe permanens; ſpecies verò fluidum: Secundò à modo producendi, diuerſimodè enim ſpecies, & colores producuntur: Tertiò, ratione ſubiecti, ſpecies enim recipiuntur in aqua & aëre, colores tantùm in corpore miſto, cuius ſunt paſſiones.

Neque eſt exhalatio.

Notandum tertiò, neque ſpecies eſſe exhalationes, vt videmus in rebus odoriferis, quia plurima obiecta ſunt duriſſima, ac denſiſſima, nec aliquid poſſunt exhalare, tum etiam quia ſi ſpecies eſſent corpuſcula quædam, & exhalationes à corporibus dimanantes, viſum & quodlibet ſenſorium læderent: Denique quia non poſſent deferri in inſtanti ad tantam diſtantiam, vt fit in ſpeciebus; & quia exhalationes eſſent contrariæ, neque poſſent recipi in eodem ſubiecto, ſpecies verò neque habent contrarium, vt diximus, & poſſunt in eodem ſubiecto recipi.

Eſt tantùm quædam imago virtualis, quæ non percipitur ſenſibus.

Notandum quartò, ſpecies eſſe tantùm quaſdam imagines virtuales, quæ non percipiuntur ſenſibus; ſunt ergo ſimilitudines quædam, quibus viſus poteſt ſuum obiectum percipere: ita docet Scot. & D. Th. contra Durand. & Greg. in 2. diſt. 3. art. 1. qui putabant ſpecies ſenſibiles eſſe quaſdam imagines formales, quæ receptę ab ipſis ſenſibus eoſdem ſenſus determinant. Ratio pro D. Th. & Scot. eſt, quia ſi eſſent imagines formales, non perciperetur diſtantia obiecti, quia illa imago eſſet obiectum, atque adeo obiectum ſemper eſſet præſens.

Secundò. Imago formalis tantùm illam quantitatem repræſentat quam habet, at ſpecies habent exiguam quantitatem, vt eæ quæ recipiuntur in oculis, & tamen repræſentant totam quantitatem obiecti.

Tertiò. Senſus circa ſenſibilia deciperetur, cùm tantùm videret ſpecies, & non obiecta, quandoquidem putat videre obiecta ipſa.

Quartò. Res & obiecta non ita diſtinctè & clarè cognoſcerentur, immo clariùs cognoſcerentur ipſæ imagines.

Quintò. Imago illa eſſet homogenea, atque adeo nequiret repræſentare res heterogeneas.

Sextò. Species viderentur in medio.

Obiectio.

Obiicies: In ſpeculo apparent imagines formales rerum, ergo idem dicendum eſt in ſenſibus.

Reſpondetur, nego antecedens: in ſpeculo enim non eſt imago formalis, & id quod videmus non eſt imago, ſed res quæ repræſentatur, licèt non in eo loco vbi verè eſt, ſed vltra ſpeculum, quantum ipſa ſpecies diſtat à ſpeculo. Videri poteſt de hac re Vitello lib. 5. ſuæ Perſpectiuæ propoſ. 28. &c. Cardan. lib. 3. de ſubtilit.

Species non impediunt cognitionem intuitiuam.

Notandum quintò, ſpecies non impedire cognitionem intuitiuam. Ratio eſt, quia ipſæ ſpecies non cognoſcuntur, ſed tantùm ſunt rationes quædam, vt obiectum cognoſcatur.

Secundò, quia ſemper obiectum in ſenſationibus eſt præſens, tunc autem eſſet abſtractiua quando cognitio non ferretur immediatè in obiectum, ſed priùs cognoſceretur ſpecies, & deinde cognoſceremr obiectum, vt fit in diſcurſu, cùm concipimus rem per vnam cognitionem, & obiectum per aliam, quando obiectum non eſſet præſens, ſed abſens, quia cognitio rei abſentis licèt terminetur in rem ipſam immediatè, dicitur tamen abſtractiua.

Denique, in abſtractiua non cognoſcimus rem cum omnibus conditionibus indiuiduantibus, vt fit in intuitiua.

Hinc colligitur, quòd ſi Deus abſente obiecto conſeruaret huiuſmodi ſpecies in oculo, destructo obiecto, illa cognitio non foret intuitiua, ſed abſtractiua per accidens, licèt de ſe naturaliter illa cognitio deberet eſſe intuitiua, quia ſpecies ſemper ex ſua natura referunt obiectum præſens.

Auicenna. *Alpharab.* *Albertus.* Cauſa efficiens ſpecierum non eſt anima.

Notandum ſextò cauſam efficientem ſpecierum non eſſe animam, vt putauit Auicen. & Alpharab. & refert Albert. 2. de anima tract. 3. quia ſæpè anima vult ſentire, & non poteſt ſi res longiùs diſtet, aut aliquod aliud corpus interponatur; tum quia poſſet anima videre ad quamcunque diſtantiam. Neque eſſe lumen, vt quidam apud Apoll. cap. vltimo. Probatur, quia lumen ſi ſpecies produceret, produceret ſemper eaſdem, cùm agat per modum naturæ, ſed eodem permanente lumine ſemper ſpecies diuerſæ producuntur, ergo. Neque produci ab aliqua intelligentia, vt docuit Auer. 2. de Anima com. 60. & vt refert Thien. eſſe intelligentiam orbis lunæ, eáſque producere per motum & lumen: ſed fictitia omnia. Species ergo ſenſibiles producuntur ab obiectis. Ita Ariſtot.

2. de Anima pluries. Obiectum videlicet quod eſt extrà efficere ſenſationem. Ratio eſt, quia ſpecies ſunt veluti quædam inſtrumenta, quibus obiecta coniunguntur cum potentia ſenſitiua: Tum quia obiecto corrupto pereunt, atque adeo pendent ab eo in eſſe, ergo etiam in fieri.

Præcipua tamen difficultas eſt. An ſpecies ſint diuiſibiles an indiuiſibiles. Quidam enim putant eſſe indiuiſibiles, & totas in toto organo, & totas in qualibet parte. Ita Paul. Vener. 2. de Anim. 127. Iandun. eſſe diuiſibiles, ſic Michaël etiam de palatio. Marſil. vtramque opinionem putat probabilem.

Paulus Venetus. Iandunus.

Dicendum primò, ſpecies ſenſibiles eſſe materiales, extenſas, & diuiſibiles ſubiectiuè.

Probatur, quia ſunt qualitates materiales eductæ de potentia materiæ, refranguntur & reflectuntur, & diffunduntur: hæc autem fieri non poſſent niſi eſſent diuiſibiles, & extenſæ.

Secundò, ſi eſſent immateriales & inextenſæ poſſent in infinitum multiplicari & extendi, eſſent enim æquè perfectæ in extremitate ſphæræ actiuitatis ac medij, & poſſent repræſentare magnum obiectum quando reflectuntur in exiguo ſpeculo, quod experientia conſtat eſſe falſum.

Dicendum ſecundò, ſpecies eſſe indiuiſibiles obiectiuè, quia videlicet quælibet pars ſpeciei eſt apta repræſentare totum obiectum à quo dependet. Quælibet enim pars obiecti producit ſimilitudinem, & ſpeciem ſui in qualibet parte medij quod directè illi opponitur: ſicut corpus luminoſum producit lumen, ergo per quamlibet ſpeciei partem poteſt videri totum obiectum à quo dependet.

Colligitur primo ex his, quid ſit ſpecies. Species ergo eſt qualitas intentionalis non realis ab obiecto producta recepta in organo obiectum repræſentans, & ſuo modo ad ſenſationem concurrens. Dixi, eſt qualitas intentionalis non realis, quia nomine qualitatis realis tantùm illam qualitatem intelligimus, quæ eſt in obiecto, & notior, & ſenſu percipitur: ſpecies verò non eſt huiuſmodi; cùm producatur quidem ab obiecto ſenſibili, & ſenſum afficiat, ideóque ſenſibilis dicitur: non dicitur realis, quia ſenſu non percipitur, neque eſt in obiecto, licèt non negauerim reuera eſſe in rigore realem, & collocari in tertia ſpecie qualitatis, aptiùs tamen dicitur intentionalis quàm realis.

Species quid ſit.

Colligitur ſecundò, ſpeciem eſſe qualitatem productam in inſtanti diuerſæ rationis ab obiecto, extenſam, & materialem, & diuiſibilem dependentem in fieri, & conſeruari ab obiecto, quæ ita obiectum repræſentet, vt per quamlibet partem ſpeciei totum obiectum videri poſſit, eſt enim quælibet pars eſſentialiter repræſentatiua totius; producuntur autem ſpecies in inſtanti ad multam diſtantiam, quia non habent contrarium, quod etiam videmus in lumine.

Colligitur tertiò, non poſſe fieri aliquam mutationem in obiecto, hoc eſt non poſſe tolli vnam partem obiecti quin mutetur tota ſpecies. Ratio eſt, quia cùm quælibet pars ſpeciei ſit eſſentialiter repræſe tatiua totius obiecti præcedentis, facta mutatione in obiecto, neceſſe eſt, vt tota ſpecies mutetur, & ſit alia ſpecies omnino: hoc autem intelligendum de mutatione facta in partibus obiecti, quæ poſſunt ad eamdem ſpeciem producendam concurrere, nam ſi fiat mutatio in aliqua parte, quæ per diuerſam ſpeciem repræſentatur, vt ſi fiat mutatio coloris albi immutato colore nigro, non neceſſe eſt tunc, vt fiat mutatio in parte coloris nigri ſi quidem ad illam ſpeciem producendam non concurrunt niſi partes vnius, & eiuſdem coloris, videlicet nigri.

Non poteſt fieri aliqua mutatio in obiecto, quin mutetur tota ſpecies.

Colligitur quartò Ad ſpeciem producendam non concurrere omnes partes obiecti, ſed illas tantùm, quæ recipiunt medium: Speciem non repræſentare niſi illud obiectum à quo dependet, & illa pars dicitur repræſentatiua totius obiecti, quando obiectum eſt eiuſdem rationis: cùm obiectum verò eſt diuerſorum colorum quot ſunt colores, tot ſpecies.

Sectio IV.

De obiectis ſenſibilibus.

DICENDVM *primò*, triplex eſt ſenſibile ex Ariſtot. 2. de Anima 63. & 121. proprium, commune, & per accidens. Proprium eſt, quod primò, & per ſe terminat aliquam potentiam ſenſitiuam, ſic color viſum. Senſibile commune eſt quod percipi poteſt à pluribus ſenſibus exterioribus, ſic quantitas, figura, motus, quies, magnitudo. Senſibile per accidens eſt dulcedo coniuncta cum albedine in lacte: Cùm verò albedo videtur, dicitur quod videtur etiam dulce; ſic etiam ſubſtantia dicitur ſenſibile per accidens reſpectu omnium ſenſuum: ſenſibile ergo per accidens eſt, quod non ſentitur, niſi quatenus coniunctum cum alio. Circa obiectum ſenſibile proprium ſit

Ariſtoteles.

Prima difficultas. An indiuiſibile poſſit ſentiri.

Dicendum primò cum Ariſtot. lib. de ſenſu & ſenſibili, id non poſſe. Patet, quia potentia ſenſitiua eſt materialis, & neceſſariò pendet ab organo materiali, & diuiſibili, ergo tantùm proportionem habet cum eo obiecto, quod eſt materiale & diuiſibile. Præterea. Decreſcente quantitate in obiecto diminuitur ſphæra actiuitatis obiecti in promenda ſpecie, & potentia ſenſus in diſcernendo illud; ſi autem obiectum ſit indiuiſibile vtrumque deerit, quanto enim aliquid minus eſt, tanto perfectiorem potentiam requirit vt percipiatur. Hinc

Dicendum ſecundò non omne ſenſibile poſſe in infinitum diuidi, vt ibidem Ariſtot. cap. 6. quia deueniremus ad partem tam exiguam, quæ ſenſu percipi non poſſit.

Dicendum tertiò, poſſe dari corpus aliquod ſenſibile, quod non poſſit ſentiri ſeorſim, & ſeparatum, quia ſicut datur determinata diſtantia vltra quam ſentiri non poteſt obiectum; ſic etiam datur determinata quantitas, vltra quam ſentiri nequeat. Item quodlibet agens requirit certam quantitatem vt agat, ergo etiam ſenſibile certam quantitatem requiret, vt poſſit ſenſum mouere.

Obiicies: Omne ſenſibile debet poſſe ſentiri, ergo nequit dari ſenſibile, quod ſentiri non poſſit.

Obiectio.

Reſpondetur diſting. Anteced. vel vnitum,

vel ſeorſim omne ſenſibile debet poſſe ſentiri, ſaltem vnum non neceſſe eſt vt ſeorſim. A

Dicendum quartò, nullum eſſe ſenſibile quod ſentiri non poſſit, ſi vniatur cum aliis rebus eiuſdem rationis.

Patet, quia ſequeretur quod nullum corpus poſſet perfectè percipi, cùm quodlibet corpus habeat partes minimas, & minimas quæ ſeorſim percipi non poſſent.

Secunda difficultas. An ſenſibile priùs debeat mouere medium quàm ſenſum.

Dicendum eſt. In viſu non neceſſe eſſe, vt priùs moueatur medium, quia ſpecies diffunduntur in inſtanti, ideò medium mouent in B priori tantùm naturæ, non temporis. In guſtu, & tactu quæſtio non habet locum, hi enim ſenſus nullum habent medium extremum, vt fortaſſe dicemus. In odoratu verò, & auditu ſenſibile primò mouet medium, quàm ſenſum, priùs enim videmus hominem ſecuri, aut malleo lignum percutere, quàm audiamus ſonum, & priùs lucem quàm fragorem cùm cælum tonat.

Tertia difficultas. An multa ſenſibilia ſimul poſſint ſentiri.

Dicendum eſt, ſenſum communem poſſe percipere plura ſenſibilia, alioquin non poſſet ponere differentiam inter plura ſenſibilia commu- C nia, niſi ſimul ea perciperet, ſenſus etiam particularis poteſt ſimul ſentire plura etiam contraria. Probatur, poteſt enim intellectus intelligere plura intelligibilia, ergo & ſenſus plura ſenſibilia. Tum quia vnico actu videmus imaginem, & omnes colores illius.

Obiectio. *Obiicies*: Si poſſet ſentire plura ſenſibilia nedum ſimilia, ſed etiam contraria, ſequeretur tunc, quod moueretur duobus motibus contrariis.

Reſpondetur, negando ſequelam, ratio eſt, quia ſenſibilia non realiter mouent ſenſum, ſed per intentionalem actionem producendo ſpecies, quæ contrariæ non ſunt. Inde fit vt D ſpecies illæ, neque ſe inuicem impediant, neque vna alteram expellat, & poſſint ſimul mouere ſenſum, exceptis tamen ſaporibus, qui cùm ſint actiui, duos ſapores ſimul guſtare non poſſumus, ſicut poſſumus videre duos colores. Ratio eſt, quia colores contrarij non emittunt ſpecies contrarias, quæ adinuicem pugnent; duo verò ſapores contrarij ſunt adinuicem, & adinuicem agunt, & ex iis conflatur veluti tertius.

Circa ſenſibile commune quarta difficultas, quotuplex ſit ſenſibile commune. Perſpectiui

Vitellio. enim volunt eſſe decem, & nouem. Ita Vitellio lib. 3. ſuæ Perſpectiuæ, diſtantia, ſitus, cor- E poreitas, figura, quantitas, continuitas, diſcontinuitas, numerus, quies, aſperitas, lenitas, raritas, denſitas, perſpicuitas, ſoliditas, ſimilitudo, diſſimilitudo, pulchritudo, de-

Ariſtoteles. formitas. Ariſtot. verò ait eſſe quinque, ita 2. de anima 64. motum, quietem, numerum,

Scaliger. magnitudinem, & figuram. Scaliger exer. 298. num. 15. addit diſtantiam. Alij addunt ſitum: alij vnitatem.

Dicerem. Omnia ſenſibilia communia ab aliis enumerata, vel non eſſe ſenſibilia communia, qualis eſt perſpicuitas, quæ pertinet ad viſum; vel plura non diſtingui inter ſe vt ouinerus, & diſcontinuitas; quædam non ſunt ſenſibilia ſenſibus exterioribus, vt ſimilitudo, pulchritudo, diſſimilitudo, æqualitas, & ea omnia quæ includunt relationem ad aliud: quædam verò reducuntur ad illa quinque, vt vnitas, corporeitas; hæc ad quantitatem, illa ad numerum: aſperum & lene ad figuram.

Quinta difficultas. An ſenſibilia communia per ſe moueant ſenſum.

Notandum eſt, cùm quærimus an ſenſibile commune per ſe moueat ſenſum, quæſtionem eſſe an ſenſum moueat per propriam ſpeciem, efficiendo ſimilitudinem ſui in ſenſibus: an verò moueat tanquam conditio quædam. Quod moueat ſenſum primo modo dicitur mouere ſenſum per ſe primò; quod verò ſenſum mouet vt conditio, dicitur mouere ſenſum per ſe ſecundò, ad diſtinctionem illius, quod mouet ſenſum per accidens: per accidens enim, vt diximus, dicitur ſenſum mouere id quod illum mouet tantùm quatenus coniunctum cum re quæ mouet ſenſum.

Notandum ſecundò obiectum ſenſuum exteriorum habere conditiones quaſdam, quæ modificant obiectum, quod percipitur ſenſibus, vt quantitas, & figura: quaſdam verò, quæ non modificant obiectum, quod ſenſibus percipitur ſic colorem eſſe in ligno vel in ferro &c. Præterea, alia dicitur conditio ſine qua, ſic carentia obiecti dicitur conditio ſine qua non appeteretur obiectum, ipſa verò carentia non deſideratur. Alia dicitur conditio cum qua, & eſt quæ ſimul cum obiecto à potentia percipitur, vel appetitur, ſic facilitas aſſequendi eſt conditio, cum qua obiectum à potentia deſideratur.

Dicendum primò, ſenſibilia communia non mouent ſenſum per accidens.

Probatur, quia ſenſibilia per accidens non percipiuntur ſenſibus exterioribus, ſenſibilia verò communia maximè.

Dicendum ſecundò, ſenſibilia communia mouent ſenſum per ſe.

Probatur, quia ſenſibile commune per ſe ſentitur, & realiter aliquid efficit, quod non faciunt ſenſibilia per accidens. Patet, quia ſi nil efficeret v. g. figura in potentia viſiua, eodem modo videretur color coniunctus magnitudini curuæ aut oblongæ. Sequela probatur, quia ſi figura nil addit ſpeciei, ergo eodem modo relinqueret potentiam ratione ſui, at non relinquit, ergo. Secundò, durum & molle alio modo tangitur cùm mouetur, alio cùm quieſcit: aliquid ergo additur per motum. Tertiò, quia nullo modo ſenſibilia communia poſſint diſtingui à ſenſibilibus per accidens niſi hac ratione, quia ſenſibilia per accidens, non afficiunt potentiam, communia verò afficiunt.

Dicendum tertiò, ſenſibilia communia non mouere ſenſum per ſe primò.

Probatur, quia non mouent ſenſum per propriam ſpeciem, quod patet, quia ſi magnitudo moueret viſum diſtincta ſpecie à colore non eſſet tantùm coloratum obiectum viſum. Secundò, nullum ſenſibile commune venit ad ſenſum, niſi coniunctum cum ſenſibus propriis, ergo ſignum eſt non immittere ſuam ſpeciem.

Dicendum quartò ſenſibilia communia mouere ſenſum per ſe ſecundò, ſeu quod idem eſt; ſenſibilia commonia non producere ſpeciem, ſed tantùm illam modificare: ſeu mouere ſenſum

tanquam conditiones ſenſibilium propriorum. A

Probatur, quia ſenſibilia communia non producunt ſpeciem, ſed tantùm illam modificant: in ſono enim multiplici facit vt ad nos diuertat ſpecies modificata taliter, quæ multiplicantem repræſentet, & in vna voce vt eueniat ſpecies modificata ab vnitate: eodem enim actu percipiuntur ſenſibilia propria, & eadem ſpecie repræſentantur: neque experimur aliâ ſenſatione percipere colorem, aliâ magnitudinem.

Confirmatur, quia color vt videatur, neceſſariò exhibendus eſt cum aliqua extenſione: indiuiſibile enim nequit percipi, ergo eadem extenſione poterit repræſentari quantitas & magnitudo.

B *Dicendum quintò* ſenſibilia communia mouere ſenſum tanquam conditiones cum quibus percipiuntur ſenſibilia propria, non ſine quibus.

Probatur, quia conditiones ſine quibus non, non percipiuntur à ſenſibus: verum ſenſibilia communia per ſe percipiuntur à ſenſibus.

Obiectio 1. *Obiicies primò:* Quies nequit percipi à ſenſu; eſt enim negatio motus, & non ens: nulla autem negatio poteſt percipi à ſenſu.

Reſpondet quidam, licèt priuatio percipi ſenſu non poſſit, nec per ſe ſenſum immutet; dici tamen poteſt aliquo modo ſenſibilis, non quia variet ſenſum, ſed quia variat obiectum proprium ſenſus in quo eſt; ideò percipi poteſt aliqua ratione à ſenſibus: ſic priuatio alicuius nerui licèt motum cauſare non poſſit; poteſt tamen modificare motum, vt cum claudus deambulat. C

Secundò reſponderi poteſt quietem, quæ eſt ſenſibile commune, non eſſe puram priuationem, ſed conſiſtentiam rei in proprio loco.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò:* Ens rationis nequit mouere ſenſum, numerus eſt ens rationis, ergo.

Reſpondetur, numerum materialiter ſumptum eſſe quid reale; plures videlicet vnitates inter ſe diſcretas: formaliter eſt ens rationis, mouet ſenſum materialiter ſumptus.

D Reſpondetur iuxta noſtram ſententiam etiam formaliter; cùm formaliter ſit realis ſpecies quantitatis.

Sexta difficultas. An ſenſibilia communia percipi poſſint ſine ſenſibilibus propriis.

Dicendum quod non; Senſibilia enim communia non poſſunt ſentiri, niſi moueant ſenſum, ſed ea non mouent ſenſum ſi præciſè ſumantur, ſed tantùm ſenſibile proprium, ergo

Obiectio. *Obiicies:* Cælum nullam habet qualitatem ſenſibilem, & tamen tactu percipi poteſt, & ſi quis illud tangeret, reſiſtentiam inueniret.

E Reſpondent primò, licèt cælum non habeat qualitates primas ſenſibiles, ſunt in eo tamen aliæ, durities &c. quæ ſunt qualitates tangibiles.

Secundò, etiam ſi cælum non haberet qualitates tangibiles, dum reſiſteret, & ſi non perciperetur ſenſibus exterioribus, perciperetur ſaltem à phantaſia.

Septima difficultas. An ſit neceſſarium vt ſenſibile commune percipiatur ab omnibus ſenſibus exterioribus.

Dicendum, ſatis eſt percipi à quibuſdam: figura enim, motus, & quies nequeunt percipi odoratu aut guſtu; hæc autem ſunt ſenſibilia communia.

SECTIO V.

De ſenſibus, an ſenſus exterior decipiatur circa propria ſenſibilia.

NOTANDVM *primò*, ſenſum quemlibet non poſſe exercere operationem quamlibet circa proprium ſenſibile: non enim viſus debet cognoſcere eſſentias aut differentias colorum, quia id ſpectat ad intellectum: Neque etiam identitatem aut diuerſitatem obiectorum præſentium, aut præteritorum, quia id ſpectat ad memoriam & imaginationem: neque circa propria obiecta affirmat aut negat ſenſus, id enim eſt componere, & diuidere; ſed tantùm ſimpliciter apprehendit eadem obiecta. *Quilibet ſenſus nequit exercere quamlibet operationem circa propriũ ſenſibile.*

Notandum ſecundò, quòd triplex error poteſt concipi in ſenſu exteriori. Primus eſt ſi apprehendat obiectum præſens cum ſit abſens, & id non poteſt contingere, quia ſenſus nequit recipere ſpecies niſi ab obiecto præſenti. Secundus, quod ſenſus aliquid ei tribuat, vel auferat quod obiecto non conueniat, & id neque, quia inuoluit compoſitionem, & diuiſionem: Tertius, vt apprehendat obiectum, & non ſicuti eſt: & de hoc quæritur, an poſſit contingere in ſenſibus; deceptio enim vel rectitudo ſenſus in hoc conſiſtit, vt ſenſatio ſit conformis, vel difformis obiecto. *In ſenſu exteriori poteſt concipi triplex error.*

Notandum tertiò vt ſenſus ſit conformis obiecto tria requiri. Debita diſpoſitio organi, vt illud nulla qualitate impediatur. Recta diſpoſitio medij, vt videlicet ſit vniforme, & æque denſum ac rarum, & nulla qualitate affectum, quæ ſenſationem impediat, ne videlicet ſit coloratum &c. Recta diſpoſitio obiecti, quæ conſiſtit in debita diſtantia, quæ variari poteſt iuxta magnitudinem & paruitatem obiecti. *Tria requiruntur vt ſenſus ſit conformis obiecto.*

Dicendum primò, obiectum aliud adæquatum, aliud inadæquatum. Viſibile ſeu luminoſum, & coloratum dicitur obiectum adæquatum viſus, inadæquatum verò eſt hoc viſibile, hoc coloratum. Circa primum nequit contingere error; viſus enim nequit videre niſi coloratum & luminoſum: circa inadæquatum poteſt contingere error: ſic oculus videre colores in Iride, & in columba, qui reuera non ſunt. Colligitur id ex Ariſtot. qui vt explicet quomodo ſenſus non decipiatur, explicat de potentia viſiua, & de colore, de auditiua, & de ſono: & addit, ſenſum verò decipi cum iudicat, quid coloratum aut vbi, aut quis ſonans, aut vbi. Quandoque v. g. erit rugitus vel hinnitus, & apprehendit tympanum vel ſimilia.

Dicendum ſecundò, ſenſum decipi poſſe circa ſenſibilia communia, etiam ſi nullum ſit impedimentum in potentia, in medio, & in obiecto; vt cum nauigantibus nobis videntur montes moueri: ſic etiam cum putamus perfectum circulum ignis dum fax circumrotatur, cum nullus ſit circulus.

Dicendum tertiò, faciliùs decipi ſenſus internos quàm externos.

Ratio eſt, quia interiores verſantur circa ea, quæ præſentia non ſunt.

Sectio VI.

An ſenſus ſentiat ſe ſentire.

Senſatio tripliciter cognoſcitur.

NOTANDVM *primò* ſenſationem poſſe cognoſci tripliciter, cognitione directa, & diſtinctiſſimè; primò cognoſcendo eius eſſentiam, & proportionem ad obiectum, & modum quo fit; ſic autem nequit cognoſci niſi ab ab intellectu: ſecundò diſtinctè, diſtinguendo ſenſationem illam ab aliis ſenſationibus, & ſic ſenſatio cognoſcitur ab intellectu, & etiam à ſenſibus internis, à ſenſu videlicet communi, imaginatione, & phantaſia; beſtiæ enim percipiunt ſuas ſenſationes: tertiò confuſè, & indirectè, & de hoc tertio modo eſt quæſtio, an videlicet cùm video tantùm in confuſo & indirectè, viſionem meam per potentiam viſiuam percipiam.

Notandum ſecundò quæſtionem poſſe eſſe tum de cognitione confuſa directa ſiue indirecta, tum de reflexa.

Dicendum primò, nullus exterior ſenſus poteſt cognoſcere proprium actum directè, aut indirectè, nec diſtinctè aut confuſè eodem actu quo ſentit obiectum. Ariſtot. 3. de anima tex. 144.

Ariſtoteles.

Probatur, quia ſenſatio eſt extra obiectum ſenſuum exteriorum: viſio enim non eſt color, nec coloratum.

Dices: Ariſt. 2. de Anima cap. 7. aſſerit viſionem eſſe coloratam, ergo.

Reſpondetur, intelligi repræſentatiuè, non formaliter.

Dicendum ſecundò, nec ſenſus poteſt cognoſcere ſuam ſenſationem per actum reflexum diſtinctum ab eo, per quod cognoſcit obiectum.

Ratio eſt ferè eadem, quia obiectum ſenſuum externorum, non eſt ſenſatio, ſed vel color, vel lumen, vel odor &c. *Secundò*, quia ſenſus nequit ſupra ſeipſum reflectere, ſed eſt ſolius intellectus.

Petes, cur ſenſus nequit ſupra ſeipſum reflectere.

Reſpondet quidam, quia eſt potentia organica, & materialis, ſed id quærimus cur organica non poteſt.

D. Thomas.

D. Thom. 1. Par. quæſt. 54. art. 12. ad 1. ait quia potentia organica non per ſe exiſtit.

Sed neque potentia intellectiua per ſe exiſtit, cùm ſit paſſio dimanans ab anima.

Ratio eſt quam ſuprà dixi, quia ſenſatio eſt extra ſphærã ſenſuum, & extra latitudinem obiecti ſenſibilis, cùm nullam habeat qualitatem ſenſibilem formaliter, ſed tantùm repræſentatiuè: Obiectum verò intellectus eſt omne ens intelligibile, atque etiam proprius actus, ideo poteſt ſupra ſeipſum reflectere.

Dices ex Ariſt. 2. de Anima tex. 105. Viſum videre ſe videre.

Reſpondetur, non per aliquem actum reflexum, neque per eumdem actum directum, ſed intelligi tantum in actu exercito.

Dices, oculus in tenebris ſentit ſe non videre, & percipit tenebras, ergo & cum videt, ſentit ſe videre.

Reſpondetur negando antecedens; id enim pertinet ad potentias ſuperiores: ſenſus enim interior poteſt ſentire ſe non videre, & percipere negationes obiecti, non exterior. Vel ſentit ſe non videre negatiuè, non poſitiuè: ſentire autem negatiuè ſe non videre, non eſt elicere aliquem actum, ſed non elicere actum quem poſſet.

Dices, Senſatio cognoſcitur cognitione diſtincta nedum ab intellectu, ſed à ſenſu etiam communi, vt diximus, ergo & à ſenſibus exterioribus. Conſequentia probatur, quia nil poteſt eſſe in ſenſu communi, & in potentiis ſuperioribus, niſi fuerit in ſenſibus externis.

Reſpondetur, nil poteſt eſſe in potentiis ſuperioribus, niſi fuerit in ſenſibus exterioribus, concedo: ſed non neceſſe eſt vt omne, quod eſt in potentiis ſuperioribus, ſit eodem modo in potentiis exterioribus: ſenſatio ergo quæ poteſt percipi à ſenſu communi, eſt etiam in oculo elicitiuè; in ſenſu communi, & aliis potentiis ſuperioribus cognoſcitiuè.

Sectio VII.

An ſenſibile ſupra ſenſum faciat ſenſationem.

EST axioma Ariſtot. Ratio eius eſt, quia coloratum poſitum in oculo, non videtur ab oculo: Hinc cor non ſentit vehementiſſimum ſuum calorem, inde pupilla non percipit, nec videt palpebras: Recipiturque ab omnibus Peripateticis, ſed ab aliquibus limitatur tantùm ad oculos, & ad viſionem. Ita Philoſop. in digreſ. ſupra tex. 106. Alij aiunt non fieri ſenſationem perfectam, ſed bene imperfectam. Ita Thien. & Ægid. quidam non fieri ſenſationem perfectiuam; poſſe tamen fieri corruptiuam, quia id quod ſentitur ſenſatione corruptiua, potius dici debet inſenſibile. Quidam volunt eſſe vniuerſaliter verum.

Thienaus. Ægidius.

Communiter laborant in adinueniendo medio, vt dum fit ſenſatio, ſenſibile non dicatur eſſe ſupra ſenſorium. Ideo aiunt inter carnes, & neruos, & ſenſibile, eſſe pelliculam, qua detracta non fit ſenſus tactus, ſed læditur: in ſenſu guſtus mediare ſaliuam.

Dicendum primò, ſi per ſenſibile intelligamus qualitates ipſas ſenſibiles, dico ſenſibile ſupra ſenſum facere ſenſationem.

Patet experientia. Si bilis ſiue cholera ſit in lingua, ſentitur quidam amarus ſapor: in auribus ſi aër obſtruatur, ſtatim ſentimus quoſdam ſonos quos vocant ſonorinas imagines: ſi humor noxius deſcendat ad olfactum, ſtatim malè nobis olet, vel noxia qualitas ſit in carne, ſtatim caro dolet; ſi comprimatur oculus, lumen quoddam videmus, immo exhalationes odoriferæ, & ſonitus, & calorem, & frigus transferunt vſque ad ipſa ſenſoria.

Dicendum ſecundò, ſi per ſenſibile intelligamus corpus ipſum ſenſibile, vnde hæ qualitates ſenſibiles efflantur, dico ſenſibile ſupra ſenſum non facere ſenſationem in viſu, odoratu, & auditu: In tactu & guſtu facere perfectam ſenſationem.

Prima pars patet, quia odoratus requirit exhalationes, quæ deſunt, ſi corpus ſuperponatur in ipſis carunculis maxillaribus. In auditu requiritur percuſſio duorum corporum videlicet corporis

poris, & aëris ex qua percuſſione cauſatur ſonus. Hinc natura, aiunt, poſuit naſum, & aures, ne obiecta aurium, & olfactus pertingerent ipſa organa. A

Secunda etiam patet, quia ignis ſentitur à mano, detracta quacunque particula: in guſtu poſita quacunque re dulci ſuprà linguam ſtatim dulcedinem ſentimus.

Ariſt. ergo axioma non eſt vniuerſaliter verum, neque ſic ab eo prolatum.

Petes. An ſemper obiecta neceſſariò debeant emittere ſpecies?

Conimb. Auerrois. Albertus.

Conimb. ex Auer. & Albert. aiunt non requiri ſpeciem ad tactum & guſtum. Quidam verò aiunt ſemper ſpecies requiri. B

Dicerem in omnibus ſenſationibus ſæpe ſpecies intercedere: non autem illas eſſe neceſſarias ad omnes ſenſationes, vt patet in guſtu & tactu.

An autem ſenſus lædatur à vehementi ſenſibili facilè reſp. quod fit non ratione potentiæ præcisè ſumptæ, ſed ratione organi. Præterea non fit iſta læſio per ſe à ſpeciebus intentionalibus, ſed per accidens, quia vehemens ſenſibile diſtrahit, & conſumit, & diſgregat ſpecies, ne facilè deinde colligantur: ad ſenſationem autem requiritur collectio ſpecierum: hinc ſi quis lucem intuetur, nequit ſtatim intueri colores. C

DISPVTATIO SECVNDA.

De ſenſibus in particulari.

SECTIO PRIMA.

De viſu.

Veſalius. Fernelius.

QVIO ſit oculus, & quot habeat tunicas, quot muſculos, quot neruos; latè de hac re medici. & anatomiſtæ præſertim Veſalius ac Fernel.

Prima difficultas eſt quomodo fiat viſio.

Plato.

Plato aiebat fieri per extra miſſionem luminis interni coniuncti cum externo lumine pertingentis obiectum, & alterato ab obiecto hoc lumine redire ad pupillam, & vbi ad pupillam peruenerit, fieri viſionem. Videri poterunt de hac re Piccolom. & Zabarel.

Piccolomin. Zabarella.

Ariſtot. verò & Peripatetici omnes fieri per ſolam intra miſſionem, cum quibus

Dicendum viſionem non fieri per extramiſſionem. Patet, quia conſpicilla iuuant ad viſionem; at ſi viſio fieret ſic, potiùs impediretur. Item vnde tanta ſpirituum copia à tam parua pupilla emiſſa in tam magnam diſtantiam? vnde illa vis in ſpiritibus, vt recti redeant ad ipſam pupillam? E

Dicendum ſecundò viſionem fieri, per intramiſſionem, & receptionem ſpecierum.

Patet præſertim in ſpeculo in quo eſt imago; ſi enim in ſpeculo non recipiuntur imagines, & ſpecies, quomodo ſpeculum adiuuat ad viſionem: ſi ergo recipit, ergo vel ab obiecto, vel ab oculo inſpicientis: non ab oculo inſpicientis, quia qui inſpicit, non videt obiectum, quod eſt à tergo, ergo ab obiecto. A

Præterea, remus in aqua cur videtur fractus? certè, quia pars remi, quæ eſt extra aquas, emittit ſpecies non refractas, & rectas; pars quæ eſt in aqua, refractas, quæ reſtanguntur à medio craſſiori; qualis eſt aqua.

Obiectio.

Obicies: In ſpeculo non videntur ſpecies, ergo viſio non fit per receptionem ſpecierum.

Reſpondetur, in ſpeculo, vt ſuprà diximus, non videntur ſpecies, quia non videretur obiectum diſtans, & in profundo ſpeculo, ſed in ſuperficie: Præterea ſpecies non eſt colorata, nec luminoſa; nequit ergo videri; itaque videtur obiectum ipſum repræſentatum per ſpeciẽ.

B *Secunda difficultas*, quod ſit obiectum potentiæ viſiuæ.

Dico breuiter obiectum vt quo eſſe quoddam analogum lumini, & colori; quoddam videlicet lumen largo modo, prout etiam colorem comprehendit. Patet experientia: nil enim aliud videmus niſi lumen & colorem.

Dico ſecundo obiectum vt quod eſſe illuminatum & coloratum.

SECTIO II.

De colore quid ſit.

C DIEXNOVM *eſt*. Colores poſſe conſiderari dupliciter: primò ſecundùm propriam naturam. & ſic colores ſunt qualitates quædam, quæ fiunt ex permixtione lucidi cum opaco, & hoc pacto non ſolùm ſunt in ſuperficie, ſed in profunditate; ſecundò in ordine ad potentiam, & ſic deffiniuntur ab Ariſt. a. de Anima 63. cùm ait colorem eſſe motiuum perſpicui: & de ſenſu, & ſenſibili, eſſe extremitatem corporis perſpicui terminati; & hoc pacto à nobis conſiderantur. Ideo

Ariſtoteles.

Notandum primò, perſpicuum dici apud Ariſt. id quod poteſt videri. Eſt autem duplex: D aliud dicitur terminatum, & eſt illud quod non eſt tranſparens, ſed eſt coniunctum cum opaco, & poteſt lumen recipere ſaltem in ſuperficie. Dicitur terminatum, quia non poteſt totum perfundi lumine, talia ſunt omnia corpora colorata: aliud perſpicuum, & dicitur interminatum, & eſt corpus tranſlucidum, & tranſparens, quod totum à lumine transfundi, & tranſmeari poteſt vt cryſtallus.

Perſpicuum duplex.

Notandum ſecundò, per extremitatem intelligi ſuperficiem corporis colorati: & ſic facilè omnis definitio explicatur.

E

SECTIO III.

De lumine quid illud ſit.

SICVT diximus de colore, ſic etiam de lumine. Lumen conſiderari poteſt iuxta ſuam naturam, & in ordine ad viſum. Iuxta propriam naturam definitur per proprium ſubiectum connaturale, & proprias cauſas. Sic lumen eſt habitus perſpicui, cui opponuntur tenebræ. In ordine ad viſum meliùs definitur per ſubiectum alienum; lumen enim requiritur ad viſionem, vt faciat colores actu viſibiles Ideò Ariſtot. 3. de Anima tex. 69. ſic illud definit:

Lumen eſt actus perſpicui interminati ſecundùm accidens. Dicitur *actus*: eſt enim forma quædam faciens, vt perſpicuum in potentia, ſeu id quod videri poteſt, euadat perſpicuum in actu, ſeu actu videatur. Dicitur *actus perſpicui interminati*, ideſt corporis tranſparentis, & tranſlucidi: qualis eſt medius aër, & ſimilia. Dicitur *actus perſpicui interminati per accidens*, quia hoc perſpicuum non habet lumen à ſe, ſed illud ab alio recipit, vt aër, aqua &c. ad diſtinctionem ſolis, ignis, aſtrorum, quæ ſunt perſpicua, & habent propriam lucem.

Sectio IV.

An color ſit qualitas diuerſa à lumine.

Colores alij veri & reales, alij apparentes.

NOTANDVM *eſt* colores alios eſſe veros & reales; alios verò apparentes. Colores veri & reales ſunt qualitates ſecundæ reſultantes ex certo temperamento, & mixtione primarum qualitatum in mixto: quare cùm temperamentum mixtorum ſit cauſa intrinſeca verorum colorum in ſubiecto, ſequitur cùm temperamentum ſit ſtabile, & permanens, permanentes & ſtabiles eſſe etiam ipſos colores: Colores verò apparentes non ſunt accidentia aliqua intrinſeca in ſubiecto, ſed ſunt ab extrinſeca cauſa à qua dependent in fieri, & conſeruari, nempe à lumine eiuſque varia reflexione, & ex tali diſpoſitione corporis opaci, circa quod fit: vnde oritur, vt tam facilè colores apparentes appareant, & euaneſcant, & varientur: ſtatim enim ac variatur ſitus, & diſpoſitio corporis luminoſi, vel opaci, ſtatim variantur iidem colores.

Notandum ſecundò. Cùm dicimus ex varia reflexione radiorum, & ex vario ſitu, & diſpoſitione corporis opaci oriri colores apparentes, non ideò appellamus illos apparentes, quia nullam veram, & realem habeant entitatem; ſed quia dum eorum vera entitas eſt entitas luminis, quia tamen afficiunt ſubiectum ſub imagine variorum colorum, ideò illud lumen ſic refractum, & afficiens ſubiectum, appellatur color apparens: quod patet ex tali reflexione in qua videlicet prædominatur opacitas, lumen illud apparet rubrum, ſiue violaceum: in quo verò prædominatur candor, & lux, lumen illud apparet viride vel aureum. His adnotatis.

Dicendum primò: lumen diſtinguitur eſſentialiter à colore vero, & reali.

Probatur, quia color verus eſt permixtio primarum qualitatum, eſt motiuus perſpicui in actu: lumen verò eſt actus perſpicui. Secundò, color præſupponit lumen in medio, vt videatur; lumen minimè, vt dicemus. Tertiò, lumen nullum habet contrarium nec ſpecies aut genera, & differentias, quia lumina omnia non differunt niſi numero: color verò habet contrarium, & ſpecies ſub ſe, & eſſentiales differentias; atque adeo genera & ſpecies.

Dicendum ſecundò: color verus, & realis etiam eſſentialiter diſtinguitur à colore apparenti, non quia color, vt ſic, ſit genus v-

A niuocum ad vtrumque, ſed tantùm analogicum.

Probatur, quia color apparens habet veram entitatem lucis, & tantùm apparentiam coloris. Secundò, quia colores veri ſunt permanentes; apparentes verò facilè, vt diximus, variantur: veri habent cauſam intrinſecam in ſubiecto, permixtio videlicet qualitatum; apparentes tantùm extrinſecam, præſentiam videlicet tantùm corporis luminoſi, & talem diſpoſitionem paſſi.

Dicendum tertiò: Lumen diſtinguitur tantùm accidentaliter à colore apparenti, patet

B ex dictis.

Sectio V.

Enodantur difficultates nonnullæ.

PRIMA *difficultas.* An lumen tum in corpore lucido vnde dimanat, tum in medio, ſit qualitas realis.

Ratio difficultatis eſt, quia aliqui illam putant intentionalem in medio; realem ſolum in corpore lucido vnde dimanat. D. Thomas.

Dicendum cum D. Thom. habere eſſe reale

C in medio.

Probatur, quia lumen in medio calefacit medium, & actionem realem, & ſenſibilem producit: denominat ſubiectum in quo eſt, dicitur enim medium illuminatum: alterat idem medium actione nedum perfectiua, ſed etiam corruptiua, quæ nullo modo poſſunt conuenire ſpeciebus intentionalibus. Obiectio.

Obiicies, lumen nequit videri in aëre, niſi ſit corpus opacum terminans viſionem. Præterea, lumen in oculo habet eſſe intentionale, ergo etiam in medio. Minor patet. Si enim haberet eſſe reale, ſenſibile ſuprà ſenſorium faceret ſenſationem in viſu, quod ſupra negaui-

D mus.

Reſpondetur: lumen in aëre intermedio videri non poteſt, non quia ſit qualitas intentionalis, ſed ratione ſubiecti nimium rari: vnde ſi aër addenſabitur, lumen ſtatim videbitur, vt patet in nubibus: hoc enim eſt proprium omnibus qualitatibus ſenſibilibus, & ipſis coloribus qui in ſubiecto raro videri vix poſſunt; in denſiori verò videntur: ideo negatur ſimpliciter anteced. Patet enim lumen in medio videri; ſi tamen illud addenſetur; ideo habet eſſe reale; ſpecies verò quæ eſſe habent intentionale, nullo modo videri poſſunt. Hernant.

E Ad confirmationem reſpondet Hern. axioma illud eſſe verum in iis rebus, quæ non habent virtutem repræſentandi aliud, vt ſunt omnia corpora opaca: Lumen verò poteſt facere ſenſationem; licèt ſit ens reale phyſicum ſupra ſenſorium: quia habet vim repræſentandi etiam ſeipſum & alia. Alij verò aiunt lumen quod eſt ſupra oculum, non videri ab oculo; ſed illud idem lumen, quod non videtur, & eſt ſupra oculum, habet vim repræſentandi lumen, quod diſtat ab oculo.

Dicerem tertiò hoc eſſe maximam perfectionem luminis, vt ſicut poſitum inter potentiam, & obiectum non impedit, immò iuuat ſenſatio-

nem, ſic quamuis ponatur ſupra ſenſorium, A non impediet viſionem propriam, & aliorum: axioma autem intelligendum tantùm in coloribus, quia ſunt obiecta imperfectiora, & opaca, & lumine indigeut, & ſpeciebus, vt perfectè vniantur potentiæ: non ſic lumen.

Secunda difficultas. An lumen videatur per ſe ſine ſpecie intentionali, vel per ſpeciem à ſe productam, ſicut videntur colores.

Ruuius. Toletus. Albertus. Caietanus.

Ruu. Tolet. Albert. &c. volunt lumen videri per ſpecies intentionales.

Caiet. & alij lumen diffuſum non indigere ſpeciebus, quod magis placet; ideò enim ſpecies ſunt neceſſariæ ad videndum colores, quia colores non poſſunt eſſe præſentes oculo, ne- B que per ſe vniri; lumen verò diffuſum, per ſe vnitur potentiæ, & eſt actu ac perfectiſſimo modo viſibile, ergo: An autem corpus lucidum interdum indigeat ſpeciebus, infrà.

Tertia difficultas. An lumen ſit in ſolo diaphano tanquam in ſubiecto, an etiam tanquam in ſubiecto, in corpore opaco illuminato.

Quidam ex Ruu. volunt corpus opacum ab intrinſeco illuminatum nullo modo eſſe ſubiectum luminis, ſed tantùm illuminari extrinſecè à lumine exiſtente in aëre, qui proximè parietem v. g. attingit.

Probatur, quia lumen eſt actus perſpicui, ergo eſt tantùm actus medij, ergo non eſt actus C opaci, quod opponitur.

Præterea nullum corpus opacum eſt ſuſceptiuum luminis. Probatur, quia lumen illud deberet afficere, & non afficit corpus, ſed tantùm ſuperficiem corporis.

Quidam verò aiunt, corpus opacum cùm illuminatur lumen eſſe veriſſimum actum, & formam illius corporis, & opacum formaliter, & intrinſecè eſſe ſuſceptiuum luminis, & à lumine informari, ſed tantùm ſecundum ſulam ſuperficiem.

Quidam verò illuminari partes extimas nedum quoad ſuperficiem, ſed etiam quoad pro- D funditatem, non quidem intimam, ſed quoad illas partes magis exteriores, & proximiores ſuperficiei. Ita Caiet. Tolet. Ruu. quam dicit eſſe communem.

Dicerem cum prima ſententiâ, opacum non illuminari formaliter, ſed tantùm extrinſecè.

Probatur, in hoc enim potiſſimùm differt corpus diaphanum ab opaco, quia illud eſt ſuſceptiuum luminis, hoc minimè. Secundò, patet in ſpeculo: dum enim lumen reperit corpus diaphanum, illud permeat, & in eo ſubiectatur: ſtatim ac verò reperit corpus opacum, ſtamnum videlicet, ſtatim ſiſtit, & reſilit, ergo ſignum, quod nequeat in eo inhærere. Tertiò, nequit E inhærere in ſola ſuperficie extrinſeca, extrinſecè indiuiſibili, quia illa non eſt ſufficiens ſubiectum: neque in eadem, vt eſt intrinſecè diuiſibilis, quia non penetrat partes illas, vt experientiâ patet: Nec intelligo, quos poros penetret lumen in corpore ſolido: quale ſæpè eſt duriſſimus lapis vt putat Ruu.

Denique optimè reſpondet id noſtris principiis; reflexionem enim diximus non fieri ab obiecto, licèt poſito denſiori obiecto reflexio intenſior videatur, cùm obiectum terſum ſit tantùm conditio, non cauſa.

Sectio VI.

An lumen ſit neceſſarium ad videndum ex parte medij.

Andreas Ciſalpinus.

PRIMA *ſententia* eſt Andreæ Ciſalpini, quodlib. 5. quæſt. 7. Quodcuoque lumen ſiue remiſſum, ſiue intenſum impedire potiùs, quàm iuuare viſionem; at hic in ſole ipſo caligat, immo inſanit.

Ferrarienſis. Auerroës. Soncinas. Toletus.

Secunda eſt Ferrar. & Auer. Soncin. & Tolet. Volunt lumē ſemper debere illuminare medium ad hoc, vt quodlibet obiectum, tum luminoſum, tum coloratum poſſit videri.

Prubatur, quia ſpecies nun monent medium, niſi ſit illuminatum; quare cùm nocte videtur corpus luminoſum, à longè ſemper illud emitrit aliquale lumen.

Tertia eſt recentiorum, quos refert Ruu. neque ad viſionem coloris, neque ad viſionem luminis requiri vt medium ſit illuminatum; ſed tantùm lumen requiri ex parte obiecti, poteſt enim quis ſtans in loco tenebroſo videre obiectum illuminatum, & coloratum: itaquo docent lumen requiri vt obiectum videatur; non tamen vt obiectum tranſmittat ſuas ſpecies.

Probatur, poteſt obiectum emittere ſuas ſpecies in aëre diſtanti, non illuminato, vt experientia patet, ergo cùm omne agens fortiùs agat in partes propinquiores, quàm in diſtantes, ſi in partes tenebricoſas diſtantes emittit ſpecies, emittet etiam ſpecies in partes tenebricoſas vicinas.

D. Thomas. Ruuius.

Quarta eſt D. Thom. quem ſequitur Ruu. cùm quo

Dico primò, ad videndum colorem neceſſe eſſe vt medium ſit illuminatum. Ita expreſsè docet Ariſtot. in definitione coloris, dum ait colorem eſſe motiuum perſpicui in actu; quod idem eſt ac eſſe motiuum aëris iam il- D luminati: actus enim perſpicui eſt lumen.

Dico ſecundò ad videndum corpus lucidum, non eſſe neceſſarium, quòd medium ſit illuminatum; ſed videri poſſe per medium omnino tenebroſum: Videtur autem illud corpus lucidum, per ſpecies intentionales eiuſdem corporis lucidi, non per diffuſum lumen.

Ariſtoteles.

Probatur ex Ariſtot. lib. de ſenſu, & ſenſibili, vbi habet cap. 2. *læuia enim in tenebris nata ſunt fulgere, non tamen lumen facere:* &

D. Thomas.

D. Th. in hæc verba ait *corpora quæ noctu lucent, vt ſunt fungi, ligna quædam, herba quædam marina, & capita piſcium aliqualiter ful-* E *gent; ſed nequeunt facere medium lucidum.*

Probatur, etiam experientia, quia in nocte meliùs videmus corpora luminoſa, ſtellas, faces, &c. quo tenebræ ſunt denſiores, ergo ſignum eſt, quod non eſt neceſſarium lumen ad videndas illas.

Dices. Cur color vt videatur, & emittar ſuas ſpecies requirit medium illuminatum, & actu perſpicuum, non verò lumen.

Reſpondetur, prouenire id quia lux eſt perfectior qualitas, quam ſit color nedum ſecundùm naturam, ſed etiam ſecundùm rationem viſibilis; ideò lux tantùm præſupponit me-

dium perſpicuum in potentia ; color verò, quia eſt qualitas materialiter, nequit ipſa phyſicè, & formaliter immutare medium, immò neque intentionaliter per ſpecies, niſi medium ſit illuminatum.

Sectio VII.

An lumen ſit neceſſarium etiam ex parte obiecti.

Commvniter volunt lumen requiri neceſſariò ad viſionem nedum ex parte medij, ſed etiam ea parte obiecti colorati, ſed diuerſimodè loquuntur, *quidam* cum Auempace aiunt requiri lumen neceſſariò ex parte obiecti, quia color nil aliud eſt, quàm ipſum lumen in variis corporibus receptum. *Auempace.*

Albertus. *Quidam* cum Albert. quia lumen eſt forma coloris, & obiecti viſibilis, quia color ea ſe eſt tantùm viſibilis in potentia, per lumen fit viſibilis in actu.

Quidam, non quia lumen reddat colorem formaliter, & in actu viſibilem, ſed tantùm, quia color nequit videri niſi illuminatus ; quomodo etiam nequit videri corpus ſine figura.

Alij, requiri lumen tanquam diſpoſitionem in aëre ad hoc, vt obiectum coloratum poſſit ſuas ſpecies emittere.

Alij lumen non concurrere tanquam formam coloris aut diſpoſitionem aëris, ſed tantùm, vt concauſam partialem, ita vt lumen ſimul, & obiectum producant ſpecies intentionales quibus videatur obiectum, & etiam ipſum lumen.

Denique alij lumen requiri non ad adiuuandum colorem concurſu obiectiuo aut efficienti, ſed tantùm tanquam conditionem quandam diſpoſitiuam, non diſponendo medium aërem, ſed obiectum.

Caietanus. Thienaus. Iandunus. Aquarius. *Dicerem* cum Caiet. Thien. 2 de anima Com. 64. Iand. Aquario & aliis. Lumen non requiri niſi ea parte medij, vt medium diſponat nullo modò requiri ea parte obiecti, vt obiectum ſpecies producat, neque tanquam concauſam, neque tanquam diſpoſitionem aut conditionem.

Probatur ex definitione coloris ; ait enim Ariſtot. *Color eſt motiuus perſpicui in actu*, ergo non indiget ad id præſtandum quantum eſt ex ſe lumine.

Secundò, color eſt per ſe viſibilis, ergo propria ſua virtute poteſt ſpeciem producere in medio illuminato. Ma. patet ea eius definitione. Conſequentia patet, quia non videtur niſi voluntariè dictum lumen requiri ad adiuuandum, & diſponendum obiectum, neque vlla apparet neceſſitas. Videatur Rub. 2. de Anima, quæſt. 6. *Rubius.*

Supereſt difficultas, an lumen requiratur ex parte potentiæ.

Dicendum quod non ; organum enim eſt perfectè potens, & habet ſufficientem virtutem in ſe ; ſi tamen medium ſit rectè diſpoſitum.

Præterea, patet experientiâ in rebus, quæ noctu fulgent, vt diximus, & nullum emittunt ſplendorem : ea enim ab oculo videntur, & tamen nullum emittunt ſplendorem : quod ſi vt videatur obiectum coloratum, requiritur lumen, id prouenit ea neceſſitate medij, quod non poteſt ſuſcipere ſpecies niſi ſit perſpicuum, & luminoſum.

Quæres, quodnam ſit ſenſorium viſus. Pupillàne an nerui optici ?

Auicennas. Auicen. vult ſenſorium viſus conſiſtere in coniunctione duorum illorum neruorum opticorum. Ratio eius eſt, quia in animali vnica potentia viſiua, ergo vnicum organum.

Ariſtoteles. Toletus. Communiter verò cum Ariſtot. eſſe Pupillas. Toletus nomine pupillæ intelligit tunicam araneam. Quidam & rectius humorem cryſtallinum, quia hæc pars oculi maximè ſplendida eſt, & perſpicua, & diaphana, quæ ſunt præcipua requiſita ad videndum.

Ad Auicennam reſpondens Veſalius. Non ſemper nerui optici coniunguntur, ſed interdum ſeiuncti tendunt ad cerebrum, ſic autem deſtruitur vnitas potentiæ, quam illi conſtituebat Auicenna.

Sectio VIII.

De auditu vbi de organo, de ſono, de medio, de voce & de echo.

Organvm auditus præter auriculas, quæ foras prominent, habet etiam quaſdam partes intrinſecas, vt tympanus, qui eſt membrana quædam orbicularis intra quam eſt quidam aër tenuis congenitus, & neruus, qui à cerebro deſcendens ſpiritus animales eidem tympano communicat : Conſiſtit auditus præſertim in illo tenuiſſimo aëre, qui quidem aër eſſentialiter eſt pars corporis animati : dicitur tamen aër ob quamdam ſimilitudinem ad hunc externum, non quod reuera ſit aër : Eſtque ſemper tranquillus, & immobilis, aliter nec ſonos poſſet ſuſcipere : ſic Ariſtot. 2. de Anima tex. 83. Hoc tanquam certo ſuppoſito. *Ariſtoteles.*

Prima difficultas, quid ſit ſonus. Ratio difficultatis eſt, quia duplex motus requiſitus ad ſonum : vnus corporum ſe collidentium : alter aëris intercepti reſilientis.

Quidam putant. Sonum eſſe motum aëris intercepti reſilientis, atque adeo non diſtingui à motu.

Dicendum primò. Sonum non eſſe motum, neque corporum ſe collidentium, quod ex ſe patet, ſed neque aëris intercepti reſilientis.

Probatur, quia motus eſt ſenſibile commune : ſonus ſenſibile proprium ; tantùm enim auditu percipitur.

Confirmatur, alia eſt alteratio ſoni, alia motus, & vna poteſt intelligi ſine altera, motus videlicet corporum ſolidiorum ſine ſono.

Dicendum ſecundò : Sonus eſt qualitas realiter diſtincta à motu, & cauſa per motum à corporibus ſonantibus.

Probatur, quia ſonus, & motus habent diuerſa accidentia : ſonus enim dicitur grauis, & acutus : motus verò tardus & velox : tranſacto motu aëris reſilientis permanet paulíſper ſonus, ergo.

Dicendum tertiò. Motus eſt paſſibilis qualitas phyſica & realis, quæ à materia educitur ; cauſat enim paſſionem in auditu.

Secunda difficultas, quæ requirantur ad ſonũ,

Ariſtoteles. *Dicendum* ex Ariſtot. 2. de Anima tex. 78. Tria corpora requiri ad productionem ſoni; duo quæ ſe percutiant, & medium interceptum. Secundo requiri motum localem corporum ſe percutientium, & corporis intercepti reſilientis, quia ſi omnia quieſcerent, nullus cauſaretur ſonus. Tertiò vt ſaltem alterum à corporibus ſit reſiſtens; ſic cum ventus agitat mare, licèt neutrum corpus ſit ſolidum, alterum tamen reſiſtens. Quarto, vt cum duo corpora ſolida ſe percutiunt, requiritur, vt ſint læuia, id eſt vt vtrorumque ſuperficies habeant partes æquales, aliter aër non reſiliet, ſed comminuetur in minutas partes: & etiam vt alterum ſit concauum, vt aër reſiliens non ſtatim dilabatur: hæc autem æqualitas in ſuperficiebus, & concauitas in altero corporum, non requiritur ad ſonum ſimpliciter, ſed ad perfectum, qualis eſt qui ex campanis.

Obiectio. *Obiicies:* Cùm quis virga aërem percutit, fit ſonus, & tantùm ſunt duo corpora, ſic etiam cum papyrum ſcinditur; immo flante vento fit ſonus, tunc autem tantùm vnum corpus, ergo non tria corpora requiruntur.

Respondetur, in his caſibus eſſe ſemper tria corpora diſtincta, licèt non ſemper diſcontinua. Ratio à priori eſt, quia percuſſio & ſciſſio neceſſariò ſupponit percutiens, & percuſſum, ſcindens, & ſciſſum, vel duo corpora ſciſſa, vel duo percuſſa, & etiam aërem interceptum reſilientem, aliter neque in percuſſione, neque in ſciſſione fieret ſonus, vt ſi ſciſſio fieret in vacuo. Videatur Ruu. flante vento niſi diuerberetur arbor aut paries &c. nullus vnquam fiet ſonus.

Tertia difficultas, quæ ſit cauſa efficiens ſoni.

Dicendum primò, nullam cauſam habere, per ſe inſtitutam ad promendum ſonum à natura, ſed tantùm cauſam per accidens adinſtar illius caloris, qui producitur per motum.

Probatur, quia corpora ſonantia tantùm mouentur per impulſum impreſſum, per quem ſolum intenditur præſentia localis; ergo ſonus, vt ſonus eſt effectus tantùm per accidens.

Dicendum ſecundò: cauſa per accidens proxima, & principalis ſunt corpora ſe inuicem percutientia, vel violenter diuiſa: medium verò interceptum tantùm concurrit, vt inſtrumentũ.

Probatur à pari, cùm calor producitur, per motum, corpora, quæ mouentur ſunt cauſa caloris, motus verò inſtrumentum, ergo etiam corpora ſe percutientia ſunt cauſa ſoni, aër interceptus tantùm medium, & inſtrumentum.

Quarta difficultas. An ſonus ſit in corporibus ſonantibus, vel in ſolo medio.

Dicendum eſt ſonum non recipi tanquam in ſubiecto, in corporibus ſonantibus, ſed in medio reſiliente.

Probatur, quia priùs videmus percuſſionem, quàm audiamus ſonum, vt patet in tonitruo, ergo ſonus non ſubiectatur in corporibus ſonantibus.

Secundò, flante vento in contrarium minus auditur ſonus, ergo verè in medium diffunditur, neque tantùm per ſpecies intentionales; ſed etiam aër & ſonus ipſe, & qualitas illa phyſica & realis.

Tertiò, neutrum corporum ſe percutientium concurrit vt paſſum, ſed vtrumque vt agens, ergo ſonus non educitur à corporibus

A ſe percutientibus, neque in iis ſubiectatur; ſed ſubiectatur tantùm in medio, & in aëre reſiliente: medium verò, & ſubiectum poteſt eſſe tum aqua, tum aër, tum ignis, immo etiam parietes, ligna: vt ſi quis in cubiculo clauſus parietem percutiat aut tabulatum, in altero cubiculo audietur, ergo ſignum eſt medium poſſe eſſe etiam parietes, lapides, ligna &c.

Quinta difficultas. An realis ſonus perueniat vſque ad auditum; vel ſolum eius ſpecies intentionalis.

Quidam volunt ſonum multiplicari vſque ad auditum realiter, non intentionaliter.

Ruuius. Ruuius verò ſonum ſemper producere ſpe-B cies intentionales, etiam à principio quo fit, uſque multiplicatis peruenire ad auditum.

Dicendum eſt: ſonus à principio quo fit, non multiplicatur realiter vſque ad auditum, ſed primo ſonus productus defertur ad aliquam diſtantiam iuxta vires percutientium, & maiorem vel minorem aëris reſiſtentiam: deinde cùm deficit, ſpecies emittit intentionales. Ita D. Th. in 2. diſt. 2. quæſt. 2. art. 2. ad 5. Caiet. &c. *D. Thomas.*

Ratio eſt, quia ſonus fit per agitationem, & commotionẽ aëris, quæ non ſtatim ceſſat; ea ceſſante vt ſonus latiùs extendatur, ordinatæ ſunt à natura ſpecies intentionales. Quod hæ neceſſariò dandæ ſint etiam probatur, quia in tran-C quillo mari piſcatores loquuntur, & piſces eorum voces audiunt, ergo ſaltem à ſuperficie aquæ vſque ad locum vbi piſces, neceſſariò concedendæ ſpecies intentionales.

Sexta difficultas, quid ſit vox.

Hæc valdè inter ſe differunt ſonus, vox, ſermo, ac ſe habent, vt ſuperiùs & inferiùs. Sonus enim conuenit quibuſcunque corporibus adinuicem ſe percutientibus: Vox ſolis animalibus habentibus arterias, & pulmonem: ſermo verò eſt vox articulata ab appetitu per imaginationem atque in ſyllabas diſtincta ad animi ſenſa manifeſtanda. Ideo

Dicendum primò, eſt ſonus animalis factus D per colliſionem aëris à pulmone attracti, atque emiſſi per reſpirationem cùm aëre in gurgulione vel laringe retento, & cum quadam imaginatione: gurgulio autem ſiue larinx eſt magna illa cauitas, quàm habet circa os arteria illa, quæ dicitur aſpera ſiue vocalis: additur cum imaginatione, quia ſemper vox ab animali emittitur ad ſignificandum aliquem affectum naturalem.

Dicendum ſecundò, ſermo eſt vox humana atque adeo articulata ex hominum inſtitutione impoſita ad ſignificandum aliis res & conceptus. Hæc de ſono recto; mox de reflexo.

Septima difficultas, quid ſonus reflexus ſiue E Echo?

Echo idem eſt ac ſonus reflexus, ſeu retroceſſio vocis, occurrente illi atque obſiſtente aliquo corpore. Difficultas eſt quomodo id contingat.

Plato. Plato in Phædro putat fieri, per reflexionem ſoni realis in corpore obſiſtente, aitque Echo eſſe ſonum, qui à ſolidis, & concauis corporibus reflectitur inſtar amoris.

Recentiores verò aiunt Echo eſſe reflexionem, non quidem ſoni realis, ſed ſpecierum intentionalium in corpore obſiſtente multiplicatis ipſis ſpeciebus vſque dum ad auditum ſonus reuertatur.

Dicendum, Vtrumque modum eſſe probabi-

lem ; immo modò vno, modò altero modo contingere: patet ex iis quæ mox diximus ſonum interdum peruenire per ſuum eſſe reale ad aures, modò per ſpecies intentionales. Cùm Echo fit ad multam diſtantiam, fit per ſpecies intentionales multiplicatas: cum verò ad minimam diſtantiam, vt in interna, fit per realem ſonum, & vocem quæ delata cum aëre in corpus obſiſtens, cum eodem aëre reuertitur.

Octaua difficultas. An ſonus reflexus ſit idem numero, qui & rectus.

Quidam putant, Echo differre ſpecie à ſono, & voce recta, quia prima vox eſt producta ab animali: ſecunda à non viuente.

Alij differre ſaltem numero, quia primus ſonus fit per ſpecies reales: ſecundus per intentionales.

Simplicius. Simpl. vult ſonum rectum, & reflexum eſſe oppoſitos: quia primus fit commoto aëre atque ad obſiſtens: ſecundus ab obſiſtente vſque ad organum.

Auicenna. Auicen. putat eſſe eumdem numero ſonum, qui currens vſque ad obſiſtens, reuertitur deinde vſque ad auditum.

Dicendum: Echo ſiue repræſentetur per ſonum realem, ſiue per ſpecies intentionales, ſemper eſt idem numero ſonus, & eadem vox per illas ſpecies, vel per illum ſonum repræſentata. Patet, quia ſpecies licèt pluries, & pluries multiplicentur, vel extendatur ſonus, tam ſonus, quàm ſpecies inſtitutæ ſunt à natura, ad repræſentandam eamdem numero vocem primò emiſſam, ſicut ſpecies parietis licèt in mille ſpeculis refrangantur, ſemper eumdem numero parietem repræſentant. Idipſum dico de ſono reali, qui eſt repræſentatiuus ſui & ſoni præcedentis: ſicut diximus de luce, quæ in oculo eſt ſui repræſentatiua, & corporis lucidi: ſic etiam & ſpecies inſtitutæ ſunt ad repræſentandam ſemper eamdem vocem.

SECTIO IX.

De olfactu, vbi de odore etiam, & de medio.

A Cerebro duo canales vſque ad foramina narium, quæ ſunt prope concauitates oculorum, deriuant; è quarum extremitatibus duæ emanant carunculæ, quæ & proceſſus maxillares dicuntur: per hos canales, & has carunculas emittit cerebrum purgamenta, & recipit reſpirationem, & per eaſdem canales deſcendunt rami neruorum, quos naſi membrana operit.

Prima difficultas. In quo ex his conſiſtit ſenſorium olfactus.

Galenus. Galen. putat reſidere in anterioribus ſinibus cerebri, vnde illi canales &c.

At falſum eſt, quia cerebrum eſt frigidiſſimum; ad odoratum autem requiritur calor, ergo.

Auerroes. Auerroës putat conſiſtere in ramis neruorum vel in naſi membrana.

Nec rectè; alioquin odores poſſent ſentiri, ſine reſpiratione ab homine.

Dicendum eſt organum olfactus eſſe illos proceſſus ſiue illas carunculas: ita D D. communiter, vt teſtatur Ruu.

Patet ex refutatione aliarum ſententiarum.

Ariſtoteles. Olfactum autem in homine docet Ariſt. eſſe imperfectiorem, quam in cæteris animalibus, non ratione potentiæ, ſed organi, quia hoc nimis iuxta cerebrum ſitum eſt, ob cuius ſummam frigiditatem, nequit homo cognoſcere omnes differentias odoris, ſicut canes &c.

Secunda difficultas. Quid ſit odor.

Dicendum odorem non eſſe fumoſam illam euaporationem; licèt ſæpe cum ea ſimul odor deferatur.

Probatur, quia obiecta ſenſuum ſunt qualitates paſſibiles, ergo nequit odor eſſe fumoſa illa euaporatio, quæ eſt ſubſtantia.

Dicendum ſecundò: Odor eſt qualitas motiua olfactus per ſe ſenſibilis, quæ fit ex mixtione primarum qualitatum: præſertim ex attemperatione ſicci & humidi; prædominante tamen ſiccitate.

Prima pars probatur, quia pura elementa nullum habent odorem. Secunda etiam patet, quia vt res odoriferæ redoleant, eas incendimus & aliquid humiditatis permiſcemus. Tertia probatur, quia res odoriferæ, quò magis calefiunt, magis olent, quia calor excitat ſiccitatem, & humiditatem minuit. *Ariſtoteles.* Hinc Ariſtot. ſic definit odorem. *Eſt autem odor ſicci, ſicut ſapor humidi.*

Obiectio. *Obiicies:* Aquæ odoriferæ multum olent, in iis autem prædominatur humiditas, non ſiccitas.

Reſpondetur prædominium ſicci non ita intelligendum, ita vt quæ humida ſunt, non oleant, ſed cæteris paribus, quæ ſicciora eò odoratiora; vel quia in rebus humidis odoriferis ſapor ſequitur partem magis humidam, odor partem magis ſiccam.

Adderem: ſufficit prædominium ſiccitatis virtualis non formalis: quę enim odoratiora ſunt in virtute ſicciora, licèt humidiora formaliter.

Ex his patet, quæ ſint cauſæ materiales, & efficientes odorum: Diſpoſitiones materiales ſunt ſiccitas, & humiditas, ita permiſtæ, vt ſiccitas vincat humiditatem: cauſa efficiens eſt calor externus à quo & humidum ita reſoluitur, vt ſuperetur à ſicco, & eleuentur exhalationes, eæque ſimul odoriferam deferant qualitatem.

Tertia difficultas. An olfactus immutetur ab odore realiter, an intentionaliter ſolùm.

Quidam putant immutari tantùm, per ſpecies intentionales à re odorata productas. Quidam realiter per reales odores. Quidam odorem immutare medium realiter vſque ad certam diſtantiam; deinde intentionaliter, vt diximus de ſono. Alij denique aiunt odores multiplicari ſecundùm eſſe intentionale realiter, ita vt vnus producat alium vſque ad definitam diſtantiam, ac ſic intentionaliter immutare organum.

Dicendum eſt ſemper odorem diffundi realiter per medium, & per realem, & phyſicam entitatem, non per intentionalem: interdum ſimul cum exhalatione, interdum ſine. Primum patet in iis, quæ diu odorent nulla eorum parte conſumpta: Secundum in iis quæ indigent calore vt humidum extenuetur, & in vapores diffundatur. Quòd verò ſemper odor realiter diffundatur, nunquam intentionaliter, patet, quia tunc ſpecies requiruntur cùm obiectum nequit vniri potentiæ. Id non euenit in odoribus

Digitized by Google

qui cùm diffunduntur, ipſam potentiam attingunt. Præterea, venti impediunt, & remouent odores, ergo non immutant medium iotentionaliter, ſed realiter: Denique odores non momento deferuntur, ſed cum tempore.

Petes, à quonam producitur ille odor?

Reſpondetur produci odorem tum à corpore odorato, tum multiplicari inter ſe illos, ita vt vnus producat alium ſicut calor calorem. Axioma verò quo aiunt ſecundas qualitates, non eſſe productiuas ſui ſimilis, deficit in odore.

Quarta difficultas, quodnam ſit medium per quod deferri poſſunt odores.

Dicendum eſt eſſe aërem, & aquam: de aqua patet in piſcibus, qui quærunt alimentum diſtans, quod ſæpe nec vident, vt cancri.

Obiectio. *Obiicies:* Piſces non reſpirant, ergo neque odorantur, quia odoratus, non fit niſi per reſpirationem.

Reſpondetur ad probatiooem, falſum eſſe id, ſed etiam fieri per approximationem odoris ad olfactum.

Petes, an odoratus qui fit ſine reſpiratione, ſit eiuſdem ſpeciei, cum eo qui fit abſque reſpiratione, vt io piſcibus.

Reſpondetur, quod ſic; Reſpiratio enim accidit olfactui, vt deferatur, videlicet odorabile ad ſenſorium, & non eſt de eius eſſentia.

Species odoris nos nec numerare poſſumus, quia nec perſecte cognoſcimus: explicantur verò per analogiam ad ſapores; & ſicut dantur extremi ſapores dulces & amari, acres & pingues, & etiam medij, ſic etiam odores, quos iiſdem nominibus vocant.

Sectio X.

De guſtu vbi etiam de medio, & de ſapore.

PRIMA *difficultas*, in quo ſita ſit potentia, & organum guſtus.

Dicendum: à cerebro vſque ad linguam duo nerui doriuantur, qui ramuſculos quoſdam ſpargunt ad linguam ipſam, immo ad palatum ipſum, & ad fauces, & per omnes hos ſparſa eſt veluti potentia guſtandi. Patet experientiâ: ſic enim habet Ariſtor. *Eſculentorum voluptas in deſcendendo contingit*. Fateor tamen ſedem primariam huius eſſe ſenſus in linguæ acumine, quo cibos deguſtamus, & ſapores diſernimus: cauſa eſt maior mollitudo linguæ & neruorum: tum etiam quia io acumine linguæ, minor copia ſaliuæ eſt, & minus ſapores obtundit.

Colligitur ex his, Guſtum diſtingui à tactu, quia guſtus eſt tantùm in his determinatis partibus: tactus verò in toto corpore.

Secunda difficultas, quodnam ſit medium intercedens inter guſtum, & guſtabile.

Dicendum eſt nullum adeſſe medium, nec internum oec externum: niſi velimus dicere medium internum eſſe ſubſtantiam illam poroſam, qua nerui, & ramuſculi illi teguntur.

Tertia difficultas, quid ſit ſapor.

Dicendum cum Ariſtot. de ſenſu, & ſenſibili cap. 4. *Sapor eſt paſſio, ſeu ſecunda qualitas immutatiua guſtus reſultans ex permixtione primarum qualitatum, quæ humidum aqueum, & ſiccum terreſtre conſequitur, ita tamen, vt humidum ſiccum ſuperet.* Dicitur *paſſio*, quia paſſionem infert ſenſibus: *Secunda qualitas*, quia oritur ex primis qualitatibus; vnde elementum purum nullum habet ſaporem: *& conſequitur humidum aqueum, & ſiccum terreſtre non quodcunque*, quia ſiccitas terræ, & humiditas aquæ denſiorem materiam præſupponunt, quod requiritur ad cibum, & guſtabile: ſiccitas verò ignea, & humiditas aërea materiam conſequuntur valdè raram, & ſufficientem ad cibum.

Quarta difficultas. An omnia mixta ſint ſapida.

Dicendum, quod non, quia ad ſaporem, non ſufficit quodcunque, ſed requiritur certum, & determinatum temperamentum: inde lapides, & cætera huiuſmodi nullum habent ſaporem, ſicut plurima mixta oullum odorem.

Quinta difficultas, quomodo ſapor immutet guſtum.

Dicendum eſt realiter, vt diximus de odoratu, ob eamdem rationem.

Quæ ſint ſpecies ſaporis videri poteſt Plin. lib. 15 cap. 27. Ariſtot. verò ad octo illas reduxit. Dulce, amarum, pingue, ſalſum, acre, auſterum, acerbum, acidum. *Plinius. Ariſtoteles.*

Sectio XI.

De tactu, vbi de tangibilibus ac medio.

DICO *breuiter*, ſenſorium tactus eſt per totum corpus diffuſum cæteris imperfectiùs; eſtque nerui, caro, pelles.

Probatur, quia hæc omnia ſtatim ſentiunt ſenſibile approximatum; in neruis ſentitur dolor, dolor autē nequit dari ſine ſenſatione tactus. Caro ſentit ſtatim frigidam aquam, vel calidam; ſic etiam cutis, quæ dolorem ſentit, ſi ſcindatur, & voluptatem cùm tangit tangibilia proprio temperamento conuenientia. Præterea pulmo & cor habent ſenſum, & nullos neruos; ergo non ſolum in neruis eſt ſenſorium tactus.

Dico ſecundò: tactus non requirit medium internum, nec externum. Diximus toties, quia tactus non eſſet tactus, ſi haberet medium; inde neque ſpecies intentionales requiruntur contra Ruu, quæſt. 13.

Dico tertiò, organum tactus non ſentire qualitatem illam, quæ eſt producta in organo, ſed eam quæ eſt in tangibili.

Ratio eſt, quia ſi organum ſentiret calorem qui io eo eſt, eſſet in perpetua, & continua ſenſatione tactus. Præterea hoc eſt priuilegium lucis, vt videri poſſit etiam ea, quæ eſt io organo.

Dico quartò, tactus in corpore eſt vnus ſecundùm ſpeciem.

Probatur, quia omnes qualitates tangibiles conueniunt ſub vnica ratione formali, quod videlicet immutent complexiooem, & temperamentum primarum qualitatum.

Dico quintò, obiectum materiale tactus, eſt qualitas materialis tangibilis: formale verò eſt quatenus ipſa apta eſt immutare temperamentum primarum qualitatum.

Sectio XII.

De ſenſibus internis, vbi & quot ſint.

Svpponendvm *primò* Præter ſenſus externos, neceſſariò concedendos internos. Docet, & prob. Ariſtot. 3. de Anima 146. ſic. *Debet enim dari aliqua potentia in animalibus, quæ cognoſcat differentias obiectorum*, nequit id præſtare ſenſus exterior, ergo. Maior patet, animalia enim cognoſcunt noxium, & vtile. Minor probatur, quia qui cognoſcit differentias diuerſorum, debet & diuerſa cognoſcere; viſus autem non videt niſi lumen, & colorem non ſonum, ergo nequit cognoſcere differentiam inter colorem & ſonum: quis enim, ait Ariſtot. poteſt cognoſcere differentiam inter dulce, & album, ſi ſciens, quid ſit dulce, neſciat quid ſit album.

Secundò etiam probatur, quia debent ſentiri ſenſationes ſingularum potentiarum: canes enim aures erigunt cùm ſentiunt ſe non bene ſentire: ouis quieſcit cùm lupum non videt, fugit cùm videt, ergo ſenſationes externæ ab animali ſentiuntur. Sed nequeunt ſentiri ab exteriori potentia, quia viſus non ſentit niſi coloratum &c. ergo dandi ſenſus interni.

Supponendum ſecundò ſenſus internos hos fere numerari, primus eſt ſenſus communis, quo ſentimus ſenſationes præſentes ſenſuum externorum: Secundus phantaſia, qua ſentimus actus præteritos, & obiecta abſentia ſimplicia, vt accidit in dormientibus, immo etiam in vigilantibus, cùm circa obiecta abſentia phantaſiamur, non agentibus tunc ſenſibus externis circa illa: Tertius eſt imaginatio, cùm ex duobus obiectis ſimplicibus ſenſatis per ſenſus externos, componimus tertium montem aureum, hircoceruum: Quartus eſt æſtimatiua, cùm percipimus eadem vel alia ſenſata, ſub ratione conuenientis, vel diſconuenientis, ſenſata, inquam præſentia: Quintus eſt memoria ſenſitiua, cùm cognoſcimus ſenſibilia, prout à nobis alias ſenſata fuere: Sextus eſt cogitatiua, quæ circa ſenſibilia, & particularia, & præſentia diſcurrit eodem modo & ordine, quo intellectus circa vniuerſalia, cuius diſcurſum comitatur etiam intellectus: Septimus eſt reminiſcentia, quæ eſt facultas, quam comitatur intellectus diſcurrens circa ſenſibilia præterita, & præteritas ſenſationes exteriorum ſenſuum; ita vt verſetur circa præterita ſenſata, non modò ſimplici, vt memoria ſenſitiua; ſed cum quadam inquiſitione, & quodam diſcurſu imperfecto: præterea memoria operatur circa res præteritas quarum ſpecies habet; reminiſcentia circa eaſdem, vel deperditas, vel parum conſiſtentes; & ob id dicimur meminiſſe præteritı; reminiſci verò rerum oblitarum: Quinque priores ſenſus ſunt communes homini & brutis; duo poſteriores peculiares ſunt hominis, quia diſcurſum aliquem ſupponunt vel inuoluunt. His poſitis, ſit

Prima difficultas. An hi omnes interni ſenſus ſint facultates inter ſe realiter, & eſſentialiter diſtinctæ.

Albertus. *Iandunus.*

Albert. tract. 4. Iand. tex. 36. & alij reducunt ad quinque, ad ſenſum communem imaginationem, phantaſiam, æſtimationem, & memoriam.

D. Thomas.

D. Thom. ad quatuor duos cognoſcentes ſenſum communem, & imaginationem: & ad duos conſeruatores æſtimationem in brutis, vel cogitatiuam in homine, & memoriam.

Scotus. *Toletus.*

Scot. in 1. diſtinct. 3. quæſt. 2. quem Fab. defendit Theorem. 100. ſequuntur Tolet. &c. ad tres, ad ſenſum videlicet communem, æſtimatiuam, & memoriam.

Fonſeca.

Fonſ. 5. Metaph. cap. 28. quæſt. 7. ſect. 4. Conimb. 3. de Anima cap. 2. tantùm ad duos nempe ſenſum communem, & phantaſiam.

Alenſis. *Tataretus.* *Ruuius.*

Alenſ. 2. Par. quæſt. 70. Tataret. 2. de Anima. Ruu. hìc queſt. 1. reducunt ad vnum, exercentem verò diuerſa munera, & diuerſos actus.

Dicendum eſt ſenſus internos non rectè reduci ad vnum.

Probatur, quia nulla potentia ſenſitiua eſt ſui reflexiua; ſed phantaſia percipit actus ſenſus communis, ergo phantaſia, & ſenſus communis ſunt potentiæ diſtinctæ inter ſe.

Dicendum ſecundo ſenſus interni commodius reducuntur ad duos eſſentialiter diſtinctos, immo & realiter, qui ſunt ſenſus communis, & phantaſia.

Probatur, quia phantaſiæ, & imaginationis obiectum eſt omnino idem, id videlicet totum quod ſentit ſenſus communis, ſed ſub alia ratione; ſenſus enim communis operatur circa præſentia omnino dependenter ab obiecto præſenti, & actuali ſenſatione; phantaſia verò non operatur dependenter à ſenſibus externis, ſed per ſpecies receptas à ſenſu communi. Vrget doctrinam hanc Ruu. Sed fruſtra.

Secundò, ſenſus communis non operatur in ſomniis; imaginatio verò, ſeu phantaſia poteſt operari: phantaſia enim non niſi nomine differt græco, & latino, ab imaginatione.

Quod non ſint plures probatur, quia cogitatio, & reminiſcentia meliùs reducuntur ad potentiam rationalem, cùm diſcurſus ſit actus potentiæ rationalis, non animalis & vtraque diſcurſum inuoluat.

Præterea, quia in homine benè poteſt poni potentia ſpiritualis, quæ ſit intellectus retinens ſpecies intelligibiles connotans ſenſibiles in imaginatione.

Denique ſenſus communis, qui percipit ſpeciem lupi, poteſt dici quod etiam percipiat obiectum ſibi conueniens, vel diſconueniens: & phantaſia quod recordetur eiuſdem tali modo, ſibi videlicet amici vel inimici.

Secunda difficultas. An in ſenſibus internis ponendæ ſint ſpecies.

Dicendum quod ſic, quia potentiæ ſenſitiuæ internæ ſunt indeterminatæ; debent ergo determinari per aliquod, quod non poteſt eſſe niſi per ſpecies; ſed hæ ſpecies non producuntur ab obiecto externo, quia remanent illo abſente, ergo producuntur per actionem exteriorum ſenſuum, oculus v. g. cognoſcendo colorarum, producit in ſenſu communi ſpeciem obiecti, non quumodocunque, ſed obiecti ſenſus communis cum operatur producit per ſuam ſenſationem ſpecies in phantaſia.

Tertia difficultas, quænam eſt ſedes horum ſenſuum?

Dicendum pro ſenſu communi eſſe medul-

Iam cerebri in anteriori parte, in qua parte eſt humidior medulla, & parent foramina quædam ad recipiendas ſpecies. Pro phantaſia reliquum medullæ eſſe, quæ ſiccior apparet; ſicca enim faciliùs retinent, humida faciliùs recipiunt.

Quarta difficultas. An ſenſus interni ſint æquè perfecti in homine ac animali.

Dicendum, quod ſic: ſecus de externis; hi enim perfectiores in animalibus vt plurimum: Interni verò ſuam maiorem perfectionem, quam habent in homine, habent ex conſortio rationis; ſemper enim, & vt plurimum hos ſenſus comitatur intellectus; ideò phantaſia in brutis neque componit, aut diuidit, neque diſcurrit, neque eſt rationis compos: in homine verò eſt cum diſcurſu admixta. Et hæc de anima ſenſitiua.

PARS QVARTA.

De anima intellectiua.

NOBILISSIMAM animæ ſpeciem aggredimur, videlicet intellectiuam. Agemus primò de iis, quæ pertinent ad eius ſubſtantiam; tum de iis, quæ ad eius potentias, nimirum de intellectu agente, & poſſibili: de ſpeciebus, de intellectione, & eius cauſis, de obiecto intellectus.

DISPVTATIO PRIMA.

De iis quæ pertinent ad animæ intellectiuæ ſubſtantiam.

SECTIO VNICA.

Anima forma informans, indiuiſibilis in entitate; diuiſibilis ſecundum gradus, immortalis ex fide, ex lumine naturali, & ſecundùm Ariſtotelem.

DICENDVM *primò*, anima intellectiua eſt forma informans non aſſiſtens, ita vt vniatur corpori, non ſolùm ad operationem aliquam exercendam, qua ratione vnitur nauta naui, angelus orbi; neque ad modum entis completi: ſed ad modum incompleti ſubſtantialiter, & ad faciendum vnum ens ſubſtantiale per ſe cum corpore. Eſt omnium ferè Philoſophorum, & Theologorum, paucis veteribus exceptis: immo de fide. Patet ex Concil. Viennenſi ſub Clem. V. quod habetur in Clement. de ſum. Trinit. §. 1. & in Concil. Lateranenſi ſeſ. 8. in quibus deffinitur hæc concluſio, & oppoſita ſententia damnatur.

Ariſtoteles. Probatur ex Ariſtot. 12. 16. & 17. Metaph. vbi inter formas informantes numerat animam rationalem, & 2. de anima 24. vbi ait animam eſſe id quo intelligimus: id autem eſſet falſum, ſi A anima eſſet aſſiſtens.

Secundò ratione, quia nulla datur forma conſtitutiua hominis in ratione hominis; homo autem vt ſic, eſt vera ſpecies corporis naturalis, & conſequenter habet aliquam formam intrinſecam, per quam conſtituitur. Tum quia anima habet maximam connexionem cum corpore, & eo male affecto, nequit exercere ſuas operationes. Hæc autem non eſſent, ſi anima eſſet forma aſſiſtens. Et licèt anima, quæ eſt ſpiritualis, nullam habeat proportionem cum corpore materiali, ea improportio eſt in ratione entis, in ratione verò actus, & potentiæ eſt maxima proportio.

Dicendum ſecundò: anima rationalis eſt in-B diuiſibilis, quod attinet ad partes integrantes, & quantitatiuas.

Probatur, quia eſt immortalis, & independens à materia.

Dicendum tertiò: anima rationalis verè dici poteſt diuiſibilis ſecundùm gradus metaphyſicos, quos in ſe continet; videlicet in vegetatiuum, ſenſitiuum, & rationalem, vt alibi diximus: non verò in gradum intellectiuum, qui ſit ratio conueniendi cum intelligentiis, & in gradum informatiuum, qui ſit ratio conueniendi cum omni forma.

Probatur quia anima rationalis ſecundùm om-C nem rationem eſt informatiua, & apta conſtituere vnum per ſe cum materia: & vt ſic ſecundum omnem rationem eſt intellectiua: & cùm eſſe informatiuum, & intellectiuum ſeſe mutuò includant, nequeunt eſſe duo gradus diſtincti.

Confirmatur, ſi concipiamus idem principium intellectiuum eſſe in materia, concipiemus illud etiam informatiuum, ergo non neceſſe eſt in anima concipere hos duos gradus diſtinctos. Quod non ſit vna anima rationalis in omnibus hominibus, ſed ſingula in ſingulis diximus alibi, idque etiam eſſe de fide in eodem Concil. Lateranenſi deffinitur.

D *Dicendum quartò*. Eſſe de fide animam rationalem eſſe immortalem. Ita diffinitum eſt in Concil. eodem Lateran. & etiam in Viennenſi, vt eadem II. Clementina refertur. Patet ex ſcripturis præſertim ex Math. 10. *Animam autem non poſſunt occidere*. Adde iis conſenſum omnium SS. PP. omnium gentium, & ſæculorum, paucis exceptis certè ratione carentibus.

Dicendum quintò Animam rationalem lumine naturali, & euidenter cognoſci eſſe immortalem: eſt contra Pompon. qui volebat animæ immortalitatem notam eſſe tantùm ſecundùm fidem: lumini autem naturali repugna-E re, quod inſaniſſimè dictum correxit poſtea in epiſtola quadam ad Iauel. ad quem fatetur rationes omnes ab eodem diſſolutas.

Probatur: anima rationalis eſt immaterialis, ergo immortalis. Conſeq. patet. Anteced. probatur, quia actus qui fiunt ab anima ſunt immateriales, ergo & ipſa. Antecedens probatur, quia actus qui fiunt ab anima rationali, ſunt independentes à corpore, licèt aliquando ab actibus materialibus dependeant, vt cùm ſpecies recipit à phantaſia: tum quia tendunt in obiecta immaterialia, quales ſunt ſubſtantiæ ſpirituales, tum quia meliùs exercentur in ſenectute per ſe loquendo, contra naturam

actuum materialium: tum quia percipiunt vniuerſalia, & obiecta ipſa præciſa ab omnibus conditionibus indiuiduantibus: tum quia feruntur in quidditates rerum, quæ actibus materialibus cognoſci nequeunt. Conſequentia verò probatur, quia modus operandi ſequitur modum eſſendi: Tum quia nullum accidens ſpirituale, cùm inhęrere debeat, recipi poteſt niſi in ſubiecto ſpirituali, ergo ſi & actus, & intellectus eſt ſpiritualis, etiam anima erit ſpiritualis.

Secundò, anima rationalis eſt libera, nullum autem agens liberum, vt Deus, & Angelus, eſt mortale, & caducum, ſed neceſſariò alienum ab interitu, ergo etiam anima.

Tertiò, anima rationalis eſt reflexiua ſupra ſuos actus in infinitum, ergo immaterialis. Conſequentia probatur, quia potentia materialis eſt affixa determinato organo.

Quartò, anima habet appetitum elicitum immortalitatis, qui fruſtra eſſe non debet: ſi anima non eſſet immortalis, nec iuſti debitis præmiis, nec mali meritis pœnis ſemper afficerentur, quod eſt contra prouidentiam cuncta regentis Dei, quem iuſtiſſimum cognoſcimus etiam lumine naturali.

Dicendum ſextò, animam rationalem ſatis probabiliter defendi poſſe eſſe immortalem, etiam ſecundùm principia Ariſtotelis.

Ariſtoteles.
D. Thomas.
Albertus.

Probari ſolet ex infinitis locis Ariſtot. Ita ſentit D. Thom. 2. contra gent. cap. 79. 8. Phyſic. ſect. 11. & aliis locis. Albert. tract. 2. de anima, & cæteri ferè omnes paucis exceptis recentioribus.

DISPVTATIO SECVNDA.

De iis quæ pertinent ad potentias animæ, ac primò de intellectu agente.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit intellectus agens, & an detur.

DIco *breuiter* cum omnibus ferè Peripateticis, dari duplicem intellectum; alterum, qui dicitur agens, alterum qui poſſibilis. Poſitis enim & conceſſis ſpeciebus intelligibilibus, quas infrà dari oſtendemus, & animam ex ſe huiuſmodi ſpeciebus carere, neceſſariò concedendum eſſe vtrumque intellectum.

Ratio fundamentalis eſt, quia nequit res corporea, & inferioris ordinis agere in rem ſpiritualem ordinis ſuperioris. Ex ea tale conficitur argumentum: ad quamlibet cognitionem, ſiue ſenſitiuam, ſiue intellectiuam certum eſt requiri, vt obiectum ſiue ſenſibile, ſiue intelligibile fiat præſens, & vniatur potentiæ, eique proportionetur, vt intelligat intellectus, & ſenſus ſentiat; ſed obiecta materialia, etiam vt cognita à ſenſu externo, & interno, ſunt adhuc extra intellectum: ſunt enim adhuc materialia, & improportionata, atque adeò inhabilia, vt immutent intellectum, qui eſt ſpiritualis, ergo debet dari aliqua virtus ſuperior, quæ has ſpecies ſenſibiles reddat proportionatas, & eiuſdem ordinis cum intellectu; hæcque dicitur intellectus agens; potentia verò illa ſpiritualis, quæ immutatur, intellectus poſſibilis.

Intellectus agens non eſt Deus.
Alexander.
Zabarella.

Colligitur ex his, quid ſit intellectus agens, & primò non eſſe Deum Opt. Max. vt falsò putauit Alex. 1. de anima cap. de intel. agente, & Zabarel. de mente agente cap. 11 ſenſiſſe Ariſt. quia ipſemet ibid. tex. 66. de intellectu agente ait intellectum agentem eſſe fortaſſe quid diuinum; at ſi Deus eſt, quomodo addidit fortaſſe?

Intellectus agens non eſt ſubſtantia, aut intelligentia ſeparata.

Colligitur ſecundò, intellectum agentem non eſſe ſubſtantiam, aut intelligentiam ſeparatam immittentem in intellectum ſpecies ſpirituales; neque ex mente Ariſt. Patet, quia potentia vitalis debet dimanare à principio vitali intrinſeco; intellectus agens eſt potentia vitalis, ergo &c. Præterea Ariſt. 3. de anima tex. 20. ait differentias intellectus agentis, & paſſibilis eſſe in anima noſtra, ergo.

Maneat ergo eſſe facultatem quandam animæ connaturalem phantaſmata illuſtrantem, vt dicemus.

SECTIO II.

Quæ ſint intellectus agentis munera.

D. Thomas.

DIco *breuiter* primò cum communi Peripateticorum ſententia, intellectum agentem formaliter non intelligere. Ita D. Thom. in 3. diſt. 13. quæſt. 1. art. 1.

Iandunus.
Maſſeus.

Probatur primò ex Ariſt. 3. de anima cap. 4. qui docet intelligere eſſe quoddam pati, & in 5. aſſerit præter intellectum cognoſcentem cuius ſit omnia fieri, & omnia pati, dari intellectum, cuius ſit omnia facere, ergo munus intellectus agentis, non eſt intelligere. Eſt præſertim contra Iand. & Maſſ.

Secundò, intellectus poſſibilis eſt, qui formaliter intelligit, ergo qui formaliter intelligit, non eſt intellectus agens.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Intellectus poſſibilis requiritur propter paſſionem, agens propter actiuitatem, ergo intellectus agens producit actum intelligendi.

Reſpondetur actiuitatem intellectus agentis, non conſiſtere in promenda intellectione, ſed in illuminatione phantaſmatum: quid autem id ſit, infrà: Sicque explicanda Ariſt. loca, quæ actiuitatem tribuunt intellectui agenti.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: ex Ariſt. ibid. tex. 18. vbi ait intellectum agentem eſſe nobiliorem poſſibili; ergo & nobilius promit opus, quod eſt intelligere.

Reſpondetur, intellectum poſſibilem dupliciter conſiderari poſſe, vel vt promit actum vitalem, & ſic eſt nobilior intellectu agente, vel vt recipit ſpecies intelligibiles, & ſic vt potentia quædam paſſiua eſt, dici poteſt ignobilior, & imperfectior: ſimpliciter quidem perfectior, quia promit actum perfectiſſimum, vt eſt intellectio: imperfectior ſecundùm quid.

Dico ſecundò: Munus præcipuum intellectus agentis eſt illoſtrare phantaſmata, éſtque actio præuia, & prærequiſita ad intellectionem. Conueniunt omnes Peripatetici. Difficultas eſt in explicanda huiuſmodi illuſtratione.

Ratio difficultatis oritur ex verbis Ariſtot. qui comparans iotellectum agentem lumini, ait: *ſicut lumen reddit colores actu viſibiles, quæ tantùm viſibiles erant potentiâ, ſic intellectus agens phantaſmata intelligibilia in potentia reddit intelligibilia actu:* ideò.

Quidam volunt intellectum agentem illuſtrare phantaſmata, nempe imprimere in phantaſmatibus qualitatem realem ſimilem lomini viſibili, & per illam quabtatem phantaſmata reddi habilia, vt ſpeciem imprimere poſſint intellectui poſſibili.

Impugnatur commonitet, quia hæc qualitas, quæconque illa ſit, ſiue corporea, ſiue incorporea, qood vtrúmque difficultate non caret, relinquit obiecta materialia, etiam materialia, & phaotaſmata adhuc improportionata, ergo nec prodent intellectioni.

Henricus. Caietanus.

Alij aiunt intellectum agentem illuſtrare phantaſmata, non imprimendo in iis qualitatem, ſed ſimpliciter aſſiſtendo; ſicut lumen in aëre reddit colorem in pariete viſibilem, per ſolaio extrinſecam aſſiſtentiam. Tribuitur Henr. quodlib. 6. quæſt. 12. & 13. & Caiet. qoi ait huiuſmodi illuſtrationem requiri in phantaſmatibus, vt res particularis ſpolietur conditionibus indiuiduantibos, ſicuti medio lumine illuſtraote pomum, fit vt appareat color, non apparente dulcedine aut odore.

Impugnatur, quia ſi per ſolam exiſtentiam intellectus agens illuſtrat phantaſmata, ergo non agit.

Præterea, nequit lumen ſic aſſiſtens, & illuſtrans phantaſioara diſpoliate illa conditionibus indioiduantibus, & illa reddate immaterialia.

Rurſus, falſom eſt intellectum agentem repræſentare obiecta ſemper abſque conditionibus indiuiduantibus: lumen verò repræſeotat colorem; non verò odorem, quia talis eſt natora luminis: & quia ſolut color, & lumen ad viſum pertinent, noo odor.

Dico tertio, cùm dicimus intellectum agentem illuſtrare phantaſmata, non ſignificamus, quòd intellectus habeat aliquam actiooem circa phantaſmata materialia, ſed tantùm circa intellectum poſſibilem, producendo in illo ſpecies immateriales.

Prima pars probator, ex confutatione præcedentium ſententiarum: nequit enim concipi, quid poſſit præſtare intellectus agens ipſis phantaſmatibus, quod reddat ipſa phantaſmata proportionata, & in ordine ſpirituali in quo eſt intellectus poſſibilis.

Seconda pars probatur, quia ad intelligendum ſunt neceſſariæ ſpecies intelligibiles, vt probabimus, ergo requiritur agens à quo producantur: nequeunt produci à ſenſibus internis vel externis, neque ab obiectis materialibus, neque ab intelligentia extrioſecùs aſſiſtente, neque à Deo tanquam à principio intrinſeco vitali, vt debet, ergo ab intellecto agente.

Dicendum quartò, intellectus agens nullam habet actiooem realem, & intrinſecam circa phantaſmata, ita vt phantaſmata ſiot ſubiectum in quo recipiatur illa actio. Eſt contra Tolet. 3. de Anima quæſt. 13. concluſ. 6. qui putat intellectum agentem, præter productionem intelligibilium ſpecierum, illuminare eaſdem ſpecies intelligibiles à ſe productas.

Probatur, quia huiuſmodi illuminatio eſt omnino ſuperflua, & inexplicabilis: quid enim addit ſuprà ſpecies intelligibiles, quæ ex ſe iam intelligibiles eſſentialiter ſunt?

Dicendum quintò: intellectus agens tantùm agit in intellectum poſſibilem tanquam in ſobiectum in quo recipitur eius actio, & à quo ſpecies intelligibiles educuntur: circa phantaſmata verò non agit niſi extrinſecè, tanquam circa obiectum extrinſecè illuminatum, quia videlicet dum producit in intellectu poſſibili ſpecies intelligibiles, phantaſmata repræſentaotur intellectui, ſub ſpecie tantùm intelligibili. Agit ergo intellectus agens in phantaſmata extrinſecè tanquam in obiectum: in intellectum verò poſſibilem intrinſecè tanquam in ſubiectum.

Colligitur ex his, quid ſignificet illa illuſtratio phantaſmatum ab intellectu agente: eſt enim locutio metaphorica, quæ in hoc ſita eſt: ſicut per lumen colores apparere incipiunt, & percipiuntur ab oculo: ſic per intellectum agentem obiecta ſenſibilia, & materialia, quæ priùs intelligi oon poterant, ab intellectu poſſibili percipiuntur. Reſtat tamen diſcrimen, quia lumen non producit ſpecies, cùm producantur ab obiecto, intellectus verò agens producit ſpecies intelligibiles, ideò hæc illuſtratio dicitur metaphorica, atque adeò non vndequaque propria, & adæquata.

Sectio III.

An ad productionem intelligibilium ſpecierum concurrant cum intellectu agente etiam phantaſmata materialia.

CVm nulla ſpecies poſſit produci niſi præſente obiecto, atque adeo oec produci poſſint ſpecies intelligibiles ab intellectu agente, niſi præſentibus phantaſmatibus, quæritur, qua ratione phantaſmata ad hanc productionem conettrant.

Scotus ait phantaſmata coocurrere tanquam cauſas partiales, quæ cum intellectu agente conficiunt vnam totalem. Scotus.

Probat, quia obiectum eſt cauſa effectiua principalis ſpeciei in ſenſibus, ergo & phantaſmata, quæ ſunt obiectum reſpectu intellectus.

D. Thom. quæſt. 10. de verit. art. 6. ad 7. concurrere tantùm inſtrumentaliter. D.Thomas.

Ratio eius eſt, quia ſpecies intelligibilis producta ab iotellectu agente, duo habet; & eſt ſpiritualis, & eſt repræſentatiua, quia eſt ſimilitudo talis rei determinatè, ergo ſecundùm vtrámque rationem debet aſſignari cauſa efficiens; at oequit eſſe tantùm intellectus agens, quia de ſe eſſet indifferens, ergo.

Dicendum primò. Phantaſmata neque principaliter, neque inſtrumentaliter coocurrere ad productionem ſpecierum intelligibilium.

Probatur, quia cauſa principalis debet eſſe eiuſdem ordinis, non ſic phantaſmata.

Secunda pars probatur, quia oequit explicari quonam pacto phantaſmata ſint inſtrumenta proportionata, niſi concipiamus illa quodammodo eleuari ab intellectu agente, ſed neque poteſt concipi in quo conſiſtat iſta eleuatio:

an videlicet fiat per qualitatem aliquam materialem vel ſpiritualem: ſi primum, ergo adhuc improportionata: Si ſecundùm, ergo qualitas illa ſpiritualis erit, quæ aget, & producet ſpeciem intelligibilem ſimul cum intellectu agente, atque adeo non phantaſma, & phaotaſma ſe tantùm habebit materialiter, ſicur aqua non calefacit, ſed calor in aqua. Si verò iotellectus agens elenar phantaſmata, nil producendo in illis, ergo ſicut ante erant improportionata, ſic poſtea, & quonam pacto dicentur eleuata? Eſt præſertim contra Ruo. in quo nutor apertam contradictionem dum quæſt. 2. vult intellectum nihil agere in phanraſmata: hic verò quæſt. 3. Phantaſmata eleuari ab intellectu agente. *Rubius.*

Dicendum ſecundò, phaotaſmata ad productionem ſpecierum non concurrere niſi tantùm materialiter, determinando intellectum agentem, qui ex ſe eſt indifferens ad producendum has ſpecies, & noo illas: concurrunt autem eo modo, quo concurrit exemplar externum ad producendum opus artificiatum: certum enim eſt exemplar externum non influere in effectum per effectiuum influxum, ſed ſolùm per ſuam præſentiam.

Probatur, quia res materialis, & inferior nequit agere in rem ſpiritualem, & ordinis ſuperioris: tale eſt phantaſma reſpectu intellectus poſſibilis.

Confirmatur, quia nequit concipi quonam pacto res omnino materialis poſſit agere, & producere rem omnino ſpiritualem neque inſtrumentaliter. Nec ſufficit quòd eleuetur, vt diximus.

Quæres an ſpecies producta ab intellectu agente ad præſentiam phantaſmatis, repræſentet ſingulare an vniuerſale.

Conimb. Scotus. Suarez. Reſponſiones plures affetunt Conimb. 3. de Anima cap 5. quæſt. 5. art. 2. & ex Scoto in 4. diſt. 45. quæſt. 3. reſp. Suarez diſp. 6. ſect. 6. & rectè ſpecieio illam repræſentare ſingulare oon vniuerſale

Probatur, quia ſpecies vniuerſalis non eſt repræſentatiua ſingularis, niſi in confuſo; per ſpeciem verò intelligibilem cognoſcitur ſingulare directè, ergo ſpecies intelligibilis repræſentabit ſingulare.

DISPVTATIO TERTIA

De intellectu poſſibili.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit intellectus poſſibilis, & an ſit potentia organica.

NOTANOVM *eſt*, intellectum poſſibilem dici poſſibilem, vt ſignificetur, quod ſit potentia quædam paſſiua, non quod tantùm patiatur, & recipiat ſpecies, quia reuera agit, & promit actum intellectionis, qui eſt actio perfectiſſima in ſuo genere: ſed dicitur poſſibilis, & paſſiua potentia, vt ſignificetur ex ſe nullam habere formam iotelligibilem, per quam poſſit exercere proprium actum cognitionis, & quæ non petat ex ſua natura, vt in illam huiuſmodi ſpecies iofundantur; & omnes formas, & ſpecies recipere, & in illam imprimi ab iotellectu agente ad præſentiam phantaſmatum. Hinc *Intellectus poſſibilis cur talis.*

Dicendum primò: intellectus poſſibilis idem eſt ac intellectus cognoſcitiuus rerum, & potentia animæ rationalis illi inhærens, & ab anima emanans.

Probatur, quia intellectio eſt actio vitalis, ergo debet procedere à principio intrinſeco efficienti vitali, ergo intellectus debet in ipſa anima inhærere.

Dicendum ſecundò, intellectum poſſibilem non eſſe potentiam organicam, ſicut potentia ſenſitiua, neque immediatè inhærere corpori aut alicui parti corporeæ, ſed tantùm inhærere animæ tanquam in ſubiecto, & media anima eſſe in corpore, & in ſingulis eius partibus.

Probatur, quia potentia organica eſt alligata organo corporeo, nec alind poteſt percipere quàm ea, quæ organo corporeo obiciuotur, obiicinntur autem tantùm ſiogularia, ergo tantùm ſingularia intellectus perciperet.

Secundò, ſi eſſet potentia orgauica, non eſſet reflexiua ſuprà ſuum actum, nequiret rerum eſſentias percipere.

Confirmatur, abſtrahit ab obiectis ſenſibilibus, poteſt etiam ſuos actus cognoſcere, qui non ſuot materiales, & ſenſibiles.

Denique, omnis potentia organica læditur ab excellenti ſenſibili, & frangitur cum affecto corpore; oppoſitum experimur io intellectu, qui quò magis eſt perfectus, & excellentius obiectum, eò magis perficitur, & quo ſenior vir, eo magis perſpicax.

SECTIO II.

An intellectus agens, & poſſibilis ſint potentiæ realiter diſtinctæ.

PRIMAM *ſententiam* putant probabilem Tolet. Suarez Conimb. quos ſequitur Maff. qui putant eſſe eamdem omnino potentiam ſignificatam diuerſis nominibus. *Suarez. Maffeius.*

Secunda eſt D. Thom. Ferrar. Bannes, Scot. Hanc ſequuntur Conimb. Toler. Valent. quàm aiunt eſſe ſenteotiam propriam Ariſt. vt teſtatur etiam Ruu. quæſt. 4. num. 7. ex iis verbis. *Eſt autem quidam intellectus qui omnia fit, quidam qui omnia facit:* ita cap. 5. tex. 18. Cui ſententiæ etiam libenter adhæreo. *D. Thomas. Ferrarienſis. Bannes. Scotus. Conimb. Toletus. Valentia. Rubius.*

Ratio eſt D. Thom. quia habent diuerſum modum operandi, ergo ſunt potentiæ omninò diſtinctæ. Conſequentia probatur, quia hac tantùm ratione intellectus diſtinguitur realiter à voluntate. Antecedens etiam patet, quia modus operandi intellectus agentis eſt producendo non cognoſcendo ſpecies; intellectus poſſibilis operatur per cognitionem, & vnus modus præſupponit alterum, non vnum alterum includit.

Dices, hos modos eſſe inadæquatos reſpectu potentiæ intellectiuæ vt ſic.

Contrà, quia modi inadæquati continentur ſaltem ſub vna ratione communi formali, at hi modi non conueniunt ſub vna ratione communi for-

formali, ergo non ſunt inadæquati, ſed diſtincti, & totales. A

Obiectio 1. *Obiicies primò:* Producere ſpecies intelligibiles, non eſt actus vitalis; ſed intellectus agens ſi diſtinguitur realiter ab intellectu poſſibili, non producit niſi ſpecies intelligibiles, ergo non producit actum vitalem, ergo non erit potentia vitalis.

Reſpondetur: concedo totum. Intellectus enim agens eſt potentia inferior potentiis vitalibus, & ſe habet ad inſtar potentiarum materialium luminis videlicet, & caloris: & ſicut calor & lumen producunt ſpecies ſenſibiles reales, neque ſunt vitales potentiæ, ita intellectus agens B producit ſpecies intelligibiles ſpirituales; non tamen eſt potentia vitalis: licèt potentiæ vitali deſeruiat, intellectui videlicet poſſibili.

Inſtabis Intellectus agens procedit ab anima, vt à principio vitæ, ergo eſt potentia vitalis.

Reſpondetur: nego anteced. Non enim procedit ab anima, vt à principio vitæ, ſed ab eadem ſecundùm rationem formæ ſubſtantialis, ſeu vt ſubſtantia eſt: eodem modo quo ab anima dimanat ſua ſubſiſtentia, præſentia, & vbi.

Præterea; negatur conſequentia, & retorquetur argumentum. Etenim ſicut per aduerſarios, neque intellectus poſſibilis, licèt ab anima dimanet, dicitur potentia vitalis, prout tantùm ſpecies intelligibiles producit, ſed quia C promit actum vitalem cognitionis, ita etiam licèt intellectus agens dimanet ab anima, quia tamen dum ſpecies intelligibiles producit, non promit actum vitalem, ideo neque eſt potentia vitalis.

DISPVTATIO QVARTA.

De ſpeciebus intelligibilibus.

SECTIO PRIMA.

Quid ſint, & an dentur.

NOMINA ſpeciei intelligibilis intelligimus qualitatem quamdam ſpiritualem eductam ab intellectu poſſibili, eiq; inhærens, eſt enim accidens licèt immateriale: Eius hæc ſunt munera.

Munera ſpeciei intelligibilis quænam ſint. Primò conſtituit intellectum in actu primo, informat enim illum ac reddit potentem ad intelligere; informat verò vt accidens eſt, reddit potentem vt ſpecies eſt. Secundò vnit obiectum cum potentia, repræſentando illud: obſeruandum autem obiectum poſſe vniri, & media ſpecie cum potentia, & immediatè per ſeipſum; Cùm vnitur immediatè per ſeipſum, tantùm vnitur cum potentia per modum adiuuantis: cùm verò media ſpecie, vnitur etiam per modum informantis. Tertiò ſimul cum potentia effectiuè concurrit ad promendam intellectionem; eſt enim veluti cauſa partialis complens ſimul cum intellectu cauſam totalem. Quartò determinat potentiam ad talem ſpeciem actus, & ad id neceſſariò requiritur, cùm nec phantaſma ſufficiat, vt dicemus. His poſitis, difficultas eſt, An hæ ſpecies intelligibiles neceſſariò dentur.

A *Prima ſententia* negat requiri ſpecies intelligibiles ad aliquam cognitionem, ſiue intuitiuam, ſiue abſtractiuam: licèt concedat ſpecies ſenſibiles intentionales. Ita Durand. in 2. diſt. 3. quæſt. 6. Baccon. quæſt. 2. Gotfred. quodlib. 9. Durandus. Bacconus. Gotfredus.

Secunda eſt Gabr. in 2. diſt. 3. quæſt. 2. qui ait ſpecies non requiri ad cognitionem intuitiuam; requiri verò ad abſtractiuam. Gabriel.

Communior ſententia, & in ſcholis frequens eſt ad omnem cognitionem requiri ſpecies intelligibiles.

Ita D. Thom. 1. Par. quæſt. 55. art. 1. & Peripatetici ferè omnes. D. Thomas.

B *Prima concluſio.* Dantur ſpecies intelligibiles quoad cognitionem abſtractiuam, & intuitiuam rerum materialium.

Probatur, quia cognitio eſt à potentia, & obiecto; at nequit obiectum materiale per ſe, & immediatè vniri cum potentia intellectiua, & eſſe illi intimè præſens, & in illam agere; ergo opus eſt vt vniatur per ſpeciem intelligibilem, quæ ideo appellari ſolet ſemen obiecti: nec ſufficit phantaſma, & ſpecies ſenſibilis, quia hæc non eſt proportionata.

Secundò eſt intellectus indifferens, ergo debet determinari ad hoc intelligendum non illud, nequit à phantaſmate, quia materiale, ergo.

C *Obiicies primò: Intelligentem oportet phantaſmata ſpeculari* ex Ariſt. ergo phantaſmata ſufficiunt: ſi enim darentur ſpecies, ſuperflua eſſet conuerſio ad phantaſmata. Obiectio 1.

Reſpondetur: poſitis ſpeciebus adhuc requiritur conuerſio ad phantaſmata, pro hoc ſtatu, tum quia intellectus poſſibilis ſaltem mediatè recipit ſpecies à phantaſmate, tum quia phantaſmata excitant intellectum, tum denique vt ait D. Thom. 2. contra Gent. cap. 72. Dum intellectus intelligit, opus eſt etiam, vt imaginatiua operetur, & idolum fingat quaſi terminans id quod intelligitur.

Obiicies ſecundò: Si potentia quæ habet D præſens obiectum, vel ſpecies illius nequit illud non percipere, vt oculus cui actu obiiciatur album, ergo ſi in intellectu dantur ſpecies intelligibiles, intellectus ſemper intelliget cùm ſit potentia naturalis. Obiectio 2.

Reſpondet Auicen. lib. 6. Natural. Par. 6. cap. 6. quia ſpecies non ſunt permanentes, ſed durant tantùm tempore quo producuntur ab intellectu agente, & recipiuntur à poſſibili. Auicennas.

Non rectè, quia ſi ſenſus interni retinent ſpecies receptas à ſenſibus externis, vt patet in brutis, quæ recordantur, multò magis debent poni hæ ſpecies permanentes in intellectu, qui eſt potentia perfectior; intellectus ergo non E ſemper intelligit, tum quia præter ſpecies requirit vt excitetur à phantaſmatibus, vt imperetur, & applicetur à voluntate, vt denique anima medio intellectu in ipſa ſpecies attendat.

Secunda concluſio. Ad cognitionem rerum ſpiritualium intellectiuam puto non requiri ſpecies.

Probatur, quia tum intelligentiæ, tum Deus poteſt immediatè vniri cum ipſa potentia: & eſt ſpirituale obiectum, nec ad intellectionem requiritur vt obiectum informet potentiam, ſed tantùm vt adiuuet, ſed hæc fuſiùs apud Theologos.

Sectio II.

In qua proponitur ſententia propria de intellectu agente, & poſſibili, & intelligibilibus ſpeciebus.

HACTENVS libuit cum vniuerſa fere Peripateticorum ſchola, ita de vtroque intellectu agente, & poſſibili diſſerere, vt vtroque conceſſo, vtriúſque etiam proprietates, & munera dignoſcerentur, nunc breuiter dicam quid de hac re ſentiam, ſaluo tamen meliori iudicio.

Explicatur ſympathia rerum naturalium.

Notandum primò, quòd inter res omnes naturales negari non poteſt illa colligatio, & connexio, quam vocant ſympathiam, quæ reddit res diuerſas, etiam loco diſſitas, affectas ſæpe eadem propemodum paſſione: ſic ſæpiùs laborante ad mortem patre, filius longè diſtans dolet, conqueritur: forſitan ob ſanguinis, & humorum temperiem, vt in duobus Italis eadem ſympathia maior experitur inter corpus, & animam; ad cuius dolores, & angores anima licèt ſpiritualis, angitur & triſtatur: id ipſum videmus inter potentias ſenſitiuas internas, & externas; vt ſi quis vehementer imaginatur pati aliquid, ſæpè eamdem paſſionem realem, & phyſicam cauſat in corpore, vt fatentur medici; & cùm attentiùs quis imaginatur rem acidam vel acerbam, ſtatim experitur obſtupeſcere dentes, vel ſaltem tenuiſſimam ſaliuam deglutire; id præſertim in pueris. Huiuſmodi ergo ſympathia, & colligatio quæ ſæpe reperitur inter res diuiſas, & loco ſeiunctas multo magis concedi poterit inter ſenſus externos, & internos, & ipſum intellectum; præſertim cùm in eodem ſuppoſito ſit idem principium radicale harum vitalium operationum, quod eſt anima.

Notandum ſecundò. Neque obeſt illa difficultas, quæ fieri poteſt, nimirum quòd daretur paſſio abſque actione, & effectus abſque agente. Ratio eſt, quia illa paſſio fit per quamdam naturalem emanationem ab eodem ſubiecto in quo fit: Neque ad quemcunque effectum requiritur agens extrinſecum; poſito enim pariete albo in Gallia, reſultat in hac aula noua relatio: quare ſicut concedimus reſultantiam modorum, qui ſunt reuerà entia realia, licèt minima; poteſt etiam concedi reſultantia aliquorum accidentium præcipuè intentionalium, quæ ſunt tenuiſſimæ entitatis, & intelligibilium, quæ ſpiritualia entia ſunt. Magnes ferrum attrahit, & ſeptentrio magnetem; quæ quidem faciliùs ſaluari poterunt, ſi ad huiuſmodi rerum ſympathias recurramus, quàm ad qualitates per medium diffuſas: quænam enim qualitas eſſe poteſt à polari ſidere diffuſa in tam ingentia ſpacia? Sed neque inter ferrum, & magnetem, quod patet, nedum quia quocunque corpore oppoſito ad motum magnetis mouetur ferrum; ſed quia etiam idem magnes, licèt minutiſſima particula ſit, ex vna parte ferrum trahit, per aliam reſpuit; non eſt ergo virtus diffuſa, quia eadem diffunderetur à qualibet parte, ſed arcana quædam colligatio, & ſympathia, quæ cùm reperiatur in vtroque corpore, in aliquo quidem paſſiuè, in alio actiuè, eſt ratio motus, ſitus, paſſionum, & affectionum. Hoc poſito,

A *Dico primò* non dari ſpecies ſenſibiles internas neque intelligibiles, quæ deſeruiant ſenſui communi vel phantaſiæ, vt promant ſuas actiones, ſed ſufficit ſi ad ſenſationem viſus internus ſenſus communis ſtatim operetur, & promat actum ſenſationis internum, ad cuius operationem ſtatim moueatur phantaſia, & ad actum phantaſiæ ſtatim intellectus promat actum intellectionis, ad actum intellectionis voluntas actum amoris vel odij. Moueor quia ſic effugimus innumeras ferè difficultates, quas vix ſaluare poſſumus, ſi auferatur hæc ſympathia, & ponantur huiuſmodi ſpecies intelligibiles, & intellectus agens, & poſſibilis.

B Probatur, quia adhuc concedenda hæc ſympathia inter intellectum agentem, & phantaſmata; cùm enim phantaſmata concurrant tantùm materialiter, vt intellectus agens producat ſpecies intelligibiles ad eorum præſentiam, neceſſariò ad hanc ſympathiam recurrendum eſt eiuſdem intellectus agentis, & phantaſmatum. Patet, quia intellectus agens non eſt potentia cognoſcitiua, nec vitalis, atque adeò, nequit determinari à phantaſmatibus per aliquam cognitionem, ergo per aliquam ſympathiam. Quod ſi ita eſt, & ſemel ad ſympathiam recurrimus; meliùs eſt ſi omnino è medio tollantur intellectus agens, & hæ ſpecies, & intellectus has C ſpecies recipiens: & poſitâ ſympathiâ dicamus ad ſenſationem ſenſuum externorum moueri ſenſum communem, ad ſenſationem ſenſus communis moueri phantaſiam, deinde intellectum denique voluntatem.

Confirmatur: ſic enim meliùs concipitur quonam pacto hæ actiones ſint immanentes: & ſentiendi, & intelligendi principia ad pauciora reducantur, quod eſt magis congruum naturæ.

Secundò probatur, & oſtenditur talis modus operandi, & procedens à ſympathia potentiarum internarum ex D. Thom. 2. contra Gent. cap. 73. qui ſic ait: dum intellectus intelligit, opus eſt vt imaginatiua operetur, & idolum fingat quaſi terminans id quod intelligi- D tur: hoc ipſũ pro ſe afferunt Maſſ. & alij in rem ſuam. Nunc peto quare dum intellectus intelligit, imaginatiua neceſſariò operatur? An quia intellectus immittit ſpecies, & qualitatem aliquam ad imaginatiuam? & non. Reſpondent ob ſympathiam, & conſenſum, qui reperitur inter illas: hoc ipſum dico ego: abſque quod phantaſia immittat qualitatem aliquam in intellectum, ob ſolam ſympathiam, & conſenſum vtriúſque potentiæ, operante phantaſia, mouetur etiam intellectus, & ſuum actum promit: ſic autem ſuperfluus eſt intellectus agens, ſpecies, &c.

D. Thomas.

E *Dico ſecundò*. Licèt negauerim ſpecies intelligibiles, ſiue ſenſibiles internas, quæ iuuent ad intellectionem, & internam ſenſationem, dantur tamen qualitates quædam relictæ ab iis actibus, in ſenſibus ſenſibiles, in intellectu intelligibiles, ratione quarum ſenſus dicitur meminiſſe, & intellectus reminiſſe ſe intellexiſſe: patet experientia.

Dico tertiò, fateor dari ſpecies intentionales quoad aliquos ſenſus externos, auditum videlicet, & viſum, vt experientia patet.

Cur autem inter oculum, & colorem, inter auditum, & ſonum deſideretur huiuſmodi ſympathia, adſit verò inter tangibile, & tactum

inter guſtabile & guſtum, odorabile & odoratū. A Ratio forſitan eſt minor illa diſtantia, & propinquitas; ratione cuius faciliùs obiecta mouere poſsũt potentias. Cur præterea experiatur huiuſmodi ſympathia inter ſenſus externos, & internos, & intellectum, & voluntatem: Ratio eſt vel eadem indiſtãtia, & propinquitas; vel certè, quia eſt idem numero principium in omnibus his potentiis, eadem numerom anima, omnium ſenſationum, & intellectionum, & appetituum radix: vel denique recurrendum ad occultam rerum naturam, quam nos ignoramus; quis enim poteſt rationem reddere cur inter magnetem, & ferrum reperiatur talis ſympathia, non inter magnetem & argentum? adeſt ergo aliqua B ſympathia inter ſenſus, & intellectum; ita vt ad motionem vnius moueatur alius, non verò adeſt inter coloratum & viſum, & ideo non ſufficit præſentia obiecti, ſed etiam requiruntur ſpecies, quæ ab obiecto producantur, quibus mediantibus immutentur viſus.

Maneat ergo fruſtra poni ſpecies intelligibiles, & intellectum agentem, & poſſibilem ad explicandum quomodo fiat intellectio, quando omnia rectiùs ſaluare poſſumus per pauciora principia, & pauciores potentias, & actiones, & pauciora inſtrumenta. Saluantur autem omnia, & optimè explicatur quomodo intellectus intelligat, ſenſus interni ſentiant: C ſi tantùm ponatur hæc ſympathia, ſiue conſenſus, qui cùm in pluribus rebus neceſſariò concedi debeat, conceditur maiori ratione inter has potentias.

DISPVTATIO QVINTA.

De intellectione.

SECTIO PRIMA.

Quid ſit intellectio, & in quo conſiſtat.

Iandunus.

DIFFICVLTAS *eſt* an intellectio conſiſtat, vt quidam volunt, in actione. Vel vt Iandun. q. 23. 3. de Anima, in paſſione, an in vtraque, vt recentiores communiter. Præterea an ſit ipſamet ſpecies impreſſa, vt Zabarel. an verò ab ea realiter diſtincta: an verò, vt quidam volunt, ſit ipſamet ſpecies expreſſa, & Verbum mentis; aiunt enim intellectionem non eſſe actionem, ſed ipſam ſpeciem expreſſam, quæ abſque actione producitur. Suppoſitis autem ſpeciebus intelligibilibus, & intellectu agente, & poſſibili; vt diſp. præcedenti explicuimus.

Dico primò quòd intellectio non eſt ipſa ſpecies intelligibilis.

Probatur, quia ſpecies intelligibilis eſt cauſa partialis intellectionis, & intellectui poſſibili impreſſa ſimul cum eo elicit actum intelligendi.

Item producitur ab intellectu agente, vt obiectum quodammodo vniatur potentiæ, & A intellectus intelligat: non ergo eſt ipſa intellectio. Tertiò, ſpecies ſunt in intellectu, & tamen non eſt intellectio, vt patet in dormiente.

Dico ſecundò intellectionem non eſſe ſolam paſſionem, ſeu receptionem ſpeciei intelligibilis. Patet iiſdem rationibus; & etiam

Probatur, quia intellectio eſt actus vitalis, qui debet eſſe effectiuè à principio vitali, huiuſmodi non eſt receptio ſpeciei.

Dico tertiò, neque intellectio eſt mera actio, ita vt nullum habeat terminum, & qualitatem productam.

Probatur, quia intellectio eſt productio, B ergo neceſſariò inuoluit terminum productum: de qua re in ſequenti.

Dico quartò intellectionem inchoatiuè, & præcisè ſumptam eſſe operationem intellectus poſſibilis poſt receptionem ſpecierum productiuam ſpiritualis qualitatis, quæ dicitur Verbum mentis. Eſt contra Ruu. quæſt. 3. num. 266. quod meo iudicio eſt euidens. *Ruuius.*

Dico quintò intellectionem conſummatam & completam conſiſtere nedum in operatione, qua intellectus intelligit producendo qualitatem illam &c. ſed in receptione termini producti; per intellectionem enim ter- C minus quidam producitur, qui dicitur Verbum mentis, & eſt qualitas quædam informans eundem intellectum, & ex vi ſuæ informationis faciens illi rem intellectam actualiter præſentem. Quod quidem verum eſt etiam in ſententia negantium ſpecies intelligibiles, & intellectum agentem &c.

Ex his colligitur ad quod prædicamentum pertineat intellectio, videlicet partim ad prædicamentum actionis, vt productio quædam eſt, partim ad prædicamentum qualitatis, ratione ſpeciei expreſſæ. *Intellectio ſpectat partim ad actionem, partim ad qualitatẽ.*

Colligitur ſecundò an intellectio fiat in D inſtanti. Breuiter: in inſtanti Phyſico, tum quia viſio fit in inſtanti; ſic etiam ſenſus communis, vt docet Ariſtot. 2. de Anima 146. & de ſenſu & ſenſibili cap. penultimo, ergo & intellectio. Præterea intellectio eſt actio immaterialis, nec habet contrarium poſitiuum. *Viſio fit in inſtanti.* *Ariſtoteles.*

SECTIO II.

Quinam ſit terminus intellectionis, ſeu quid ſit, & an detur Verbum mentis, quod per intellectionem producitur. E

SOLVS terminus, qui producitur per actum intelligendi, appellari ſolet Verbum mentis; ad cuius analogiam, quod voce diſtinguimus, appellatur etiam Verbum: Nonnulli præter Verbum mentis, volunt dari Verbum phantaſiæ; aiuntque eſſe imaginem illam rei extrinſecæ, quæ in phantaſia efformatur. Sed non rectè: alioquin etiam in brutis ponendum eſſet Verbum; ſicut ponitur phantaſia: concedimus ergo in brutis imaginem illam, negamus illam appellari poſſe Verbum.

Difficultas modò eſt An per intellectionem producatur Verbum. A

Aureolus. *Prima ſententia* eſt Aureol. apud Capreol. in 1. diſtinct. 2. dicentis intellectionem eſſe puram actionem immanentem, ita vt nil per illam producatur, ſed per ſe immediatè terminari ad obiectum.

Caietanus. Canarienſis. Capreolus. Ferrarienſis. *Secunda ſententia* eſt Caiet. 1. part. quæſt. 28. art. 1. Canarienſis ibid. diſp. 3. & quæſt. 37. art. 1. Capreol. Ferrar. &c. qui aiunt Verbum mentis tunc produci, cùm obiectum non eſt præſens, & cognitio non eſt intuitiua, ſed abſtractiua, & tunc obiectum fieri præſens, per ſpeciem intelligibilem expreſſam, & Verbum: cùm verò eſt intuitiua, & obiectum præſens, nullum Verbum produci, quia iam obiectum eſt vnitum potentiæ, atque adeo per ſe potens terminare intellectionem. B

Scotus. *Tertia eſt* Scot. in 1. diſtinct. 2. quæſt. vltima, qui putat intellectum conſtitutum in actu primo per ſpeciem intelligibilem duplicem actionem elicere; prima dicitur intelligere, & per hanc nullus producitur terminus; eſt tamen vera, & formalis cognitio: ſecunda, eſt dicere; & per hanc producitur terminus, qui eſt Verbum.

Quarta eſt aliorum, qui volunt per intellectionem produci notitiam; per notitiam verò Verbum mentale. C

Quinta eſt ea quam ſuprà tetigimus. Verbum mentis non eſſe terminum alicuius actionis, ſed immediatè produci, ſicut actio, quæ non per aliam actionem producitur, & ideò aiunt intellectionem nil aliud eſſe niſi Verbum mentis, & qualitatem quamdam, quæ tamen per modum actionis explicatur.

Dicendum primo Verbum mentis eſſe terminum cuiuſque intellectionis ſiue abſtractiuæ, ſiue intuitiuæ, neque dari poſſe intellectionem, niſi producatur Verbum.

Probatur, quia cognitio eſt aſſimilatio rei cum obiecto: potentia enim ex ſe eſt obiecto diſſimilis; ergo cognitio eſt ratio cur potentia aſſimiletur obiecto; ergo per illam debet in potentia produci ſimilitudo per quam formaliter aſſimiletur; quandoquidem per cognitionem formaliter non fit ſimilis. D

Secundò, actio eſt dependentia alicuius in fieri, vt aiunt communiter; ergo ſi intellectio eſt actio, erit dependentia alicuius, ſeu alicuius effectio, Verbi videlicet.

Dicendum ſecundò, nequit ſpecies expreſſa immediatè produci ab intellectu, abſque intellectione.

Probatur primò in diuinis vbi nequit cogitari intimior emanatio ea, qua Verbum à Patre procedit; Verbum autem diuinum procedit per diſtinctam emanationem, per illud videlicet intelligere, quod eſt in Patre. E

Secundò, nequit ſpecies expreſſa procedere abſque actione, quia eſt terminus intellectionis, & non ratio intelligendi, actio verò poteſt immediatè procedere ab agente, quia eſt ratio agendi.

Dicendum tertiò. Fruſtra Scot. multiplicat illas actiones, vnam appellans intellectionem, alteram dictionem; ſicut etiam qui notitiam ab intellectione, & à Verbo diſtinguunt.

Probatur primum, quia Scotus ponit intellectionem non producentem terminum, quod videmus falſum eſſe. A

Secundum probatur, quia vel notitia eſt actio, vel qualitas producta: ſi actio, ergo eadem ac intellectio; ſi qualitas, idem ac Verbum.

Verbum quomodo differat ab habitu. *Colligitur primò* Verbum differre ab habitu, quia Verbum immediatè producitur per actum intelligendi, tanquam terminus illius, & intelligenti repræſentat totum id quod debet intelligere; habitus verò producitur per intellectum, & ipſum terminum, vt faciliùs potentia operetur: potentia producit Verbum, per ſolam intellectionem, non verò producit habitum, niſi prius informata Verbo. B Habitus diſtinguitur ab actu, terminus verò, & Verbum non realiter diſtinguitur ab intellectione, per quam immediatè producitur.

Colligitur ſecundò Verbum diſtingui ab obiecto, quia obiectum eſt extrinſecum, Verbum intrinſecum. verùm Verbum eſt id quo repræſentatur res, obiectum eſt id quod.

Colligitur tertiò, Verbum diſtingui à ſpecie intelligibili impreſſa; ſi tamen datur: quia ſpecies impreſſa intelligibilis non producitur per actum vitalem intellectionis, Verbum maximè: ſpecies quæ ab intellectu agente producitur, dicitur impreſſa, quia inhæret intellectui poſſibili; Verbum à pleriſque dicitur ſpecies expreſſa, quia ab intellectu exprimitur. C Licèt Zabarel. lib. de ſpeciebus intelligibilibus nomine ſpeciei expreſſæ intelligat phantaſma illuſtratum ad inſtar colorum, qui dicuntur expreſſi per lumen. *Zabarella.*

Colligitur quartò Verbum non realiter diſtingui ab intellectione, ſed modaliter, vt diximus alibi de actione, & termino.

SECTIO III.

D *De cauſis producentibus intellectionem, vbi An poſſit à Deo per abſolutam potentiam ſine concurſu vllo intellectus produci.*

LOQVENDVM eſt tum in ſententia concedentium ſpecies intelligibiles, tum in ſententia negantium, quam probabilem putauimus. Ideò iuxta primam ſententiam,

Dico primò intellectum non eſſe cauſam totalem intellectionis, ſed partialem; ita vt ſimul cum ſpecie conſtituatur in eſſe completo, & fiat completè potens ad promendam intellectionem.

E Probatur, quia intellectio eſt aſſimilatio obiecti; ergo aſſimilatio nedum ab intellectu, ſed à ſpecie, quæ gerit vicem obiecti.

Dico ſecundò, iuxta ſententiam negantem ſpecies intelligibiles, intellectum eſſe cauſam totalem intellectionis; procedere tamen à phantaſmatibus tantùm materialiter.

Probatur, quia cùm intellectus intelligit, promit actum ſpiritualem ad quem nequeunt concurrere phantaſmata.

Dico tertiò. Nequit per abſolutam etiam Dei potentiam produci à Deo intellectio, nec extra intellectum, nec in intellectu ipſo, niſi intelle-

ctus vitaliter, & effectiuè concurrat, neque ſub ratione actionis, neque ſub ratione qualitatis, hoc eſt nec intellectio, nec Verbum.

Probatur, quia intellectio eſt actus vitalis eſſentialiter, ergo à principio intrinſeco vitæ.

Secundò, Verbum ex ſua intrinſeca ratione eſt conceptus mentis; ſed de ratione conceptus eſt vt concipiatur, & per virtutem vitalem concipientis aliquo modo formetur, ergo repugnat à ſolo Deo produci.

DISPVTATIO SEXTA.

B

De obiecto intellectus.

Sectio Prima.

An intellectus cognoſcat, tum vniuerſalia, tum ſingularia.

D. Thomas. PRIMA *ſententia* eſt D. Thom. qui vult intellectum cognoſcere directè, & per propriam ſpeciem tantùm vniuerſale, ſingularia verò reflexè: quatenus videlicet deinde reflectit ad phantaſmata. quam reflexionem variè explicant Thomiſtæ. Caiet. putat cognoſci ſingulare ab intellectu reflexè, id eſt arguitiuè, quatenus intellectus primò cognoſcit naturam vniuerſalem; ſed quia ſcit naturam illam vniuerſalem, non poſſe per ſe exiſtere, ſed neceſſariò debere eſſe in ſingularibus; inde arguitiuè concludit dari etiam ſingularia.

Capreolus. Ferrarienſis. Capreol. in 1. diſtinct. 35. quæſt. 2. & Ferrar. 1. contra Gent. cap. 37. exiſtimant ſingulare cognoſci reflexè, id eſt per accidens, quatenus videlicet intellectus vtitur ſenſibus tanquam inſtrumentis: Huc reuocari poſſunt *Auerroes. Themiſt.* Alex. de Anima cap. 4. & 5. Auer. ibid. com. 9. Themiſt. cap. 20. in ſuo lib. 3. de Anima, dum aiunt intellectum cognoſcere ſingularia non per ſe, ſed per ſenſus ſibi ſubiectos.

Iandunus. Iand. quæſt. 22. ait ſingulare cognoſci reflexè, videlicet per ſpeciem vniuerſalis, quæ habere videtur conformitatem quamdam cum phantaſmatibus à quibus fuit producta, quæ phantaſmata ſunt repræſentatiua ſingularium. *Conimb. Fonſeca.* ſequuntur Conimbricenſ. 1. Phyſic. cap. 2. & Fonſ. 2. Metaph. cap. 2. quæſt. 4. art. 3.

Alij apud eumdem Iandun. ſic explicant hanc reflexionem, vt priùs intellectus intelligat vniuerſale, per ſpeciem receptam à phantaſmatibus; deinde imperante voluntate reſpiciat in ipſum phantaſma, per quod ſine alia ſpecie cognoſcit ſingulare.

Franciſcus de Mayronis. *Secunda ſententia eſt* Franciſci de Mayronis in 1. diſtinct. 3. quæſt. 11. nullo pacto intellectum cognoſcere ſingularia materialia.

Tertia eſt aliorum omnino oppoſita apud eumdem, qui aiunt tantùm ab intellectu cognoſci ſingularia, nullo modo vniuerſalia.

Scotus. Thienaus. Riccardus. *Quarta* eſt Scot. in 4. diſtinct. 45. quæſt. 3. Riccard. in 2. diſtinct. 24. quæſt. 4. Thien.

A 1. Phyſic. Durand. in 2. diſtinct. 8. quæſt. 7. & *Durandus.* ferè communis apud recentiores, exceptis Conimb. & Fonſ. Runt. verò licèt ob D. Thom. auctoritatem eius probabilem ſententiam putet, nunc ſemel ad Scot. tranſiit. Docet ergo Scot. Intellectum per ſe & directè cognoſcere ſingulare materiale. Cum quo

Dico primò Intellectum directè per ſe, & per propriam ſpeciem cognoſcere ſingularia.

Probatur primò, quia ſingularia, vt ſingularia ſunt, ex ſe cognoſcibilia ſunt: cognoſcuntur autem à Deo, ergo & à nobis, nec apparet ratio diſcriminis.

B Secundò, ſingulare cognoſcitur à ſenſibus, qui ſunt potentiæ inferiores; ergo multò magis ab intellectu, qui eſt potentia ſuperior.

Tertiò, obiectum motiuum intellectus eſt ens reale ſenſibile, huiuſmodi eſt ſingulare, ergo.

Quartò, intellectus multa affirmat tum de vniuerſali, tum de ſingulari; nouit in quo differant, & vtriuſque diſcrimen, ergo neceſſariò vtrumque cognoſcit.

Dices, ad id ſatis eſt ſi eadem anima per diuerſas potentias cognoſcat vniuerſale, & ſingulare.

Contrà, quia inductio, & conſequentia eſt vna argumentatio dimanans ab intellectu; inductio autem fit ex ſingularibus: neque enim intellectus poteſt inferre vnum ex eo quod ipſe non cognoſcit. Secundò, conficimus propoſitiones ex puris ſingularibus, vt Petrus non eſt Ioannes; ſenſus verò propoſitiones non conficit. Tertiò vnus actus eſt tantùm vnius potentiæ; cognoſcere autem vnum ex alio eſt vnus actus. Quartò, actus omnes voluntatis ſunt circa ſingularia; voluntas autem non fertur in incognitum ab intellectu: eſt enim potentia appetitiua rationalis. Quintò, prudentia eſt habitus intellectus ex Ariſt. 6. Ethic. Prudentia autem eſt circa ſingularia. Sextò, intellectus ſæpè corrigit ſenſum, vt cum videt baculum diſtortum in aqua. Septimò, cùm quis cognoſcit Petrum, & Ioannem, certè illos cognoſcit per propriam ſpeciem, & non per vniuerſalem, ergo. Antecedens probatur, quia ſpecies vniuerſalis non eſt apta inducere nos in cognitionem potius vnius quàm alterius.

Video hæc argumenta non eſſe omnino inſolubilia à Thomiſtis, ac reſpondere poſſe vniuerſale cognoſci directè, ſingulare reflexè, reſpiciendo in phantaſmata: ſic cognoſcimus Petrum non [illegible] Ioannem, & inductiones conficimus. Verum

Nequit defendi eorum ſententia, quæ innititur principio illi, materiam videlicet eſſe principium indiuiduationis, & tantùm materialia eſſe ſingularia; quod non rectè dici videbimus in Metaph. hîc tantùm D. Thom. rationes diſſoluemus.

Obiectio 1. D. Thomas. *Obiicis primò* D. Thom. Intellectus eſt potentia immaterialis, ergo nequit cognoſcere materialia, ergo neque ſingularia, quæ immerſa ſunt in materia, à qua omnis ſingularitas.

Reſp. diſting. conſeq. nequit intellectus cognoſcere materialia ex parte potentiæ cognoſcitiuæ, & ex parte modi cognoſcendi: requirit enim ſpeciem immaterialem ſiue impreſſam, ſiue expreſſam: ex parte verò termini, & obiecti non neceſſe eſt vt obiectum ſit materiale,

A ſioe ſingnlare: ſufficit enim ſi intellectus recipiat ſpecies intelligibiles ſpitituales productas ab intellectu agente: ſeu vt idem intellectus prodocat per ſuam intellectionem ſpecies expreſſas ſpirituales, quæ licèt immateriales, adhuc ſunt ſingulares, & ſingularium repræſentatiuæ.

Obiectio 2. Fonſec.

Obiicit ſecundò Fonſ. noſter intellectus eſt medius ioter intellectum Angelorum, & ſenſuo Brutorum: hic nnn percipit niſi ſiogularia ille voiuerſalia, & ſingularia ſimul, ergo noſter tantùm vniuerſalia.

Rubius.

Reſpondet Ruu. & rectè noſtrum iotellectum eſſe medium inter ſenſum brutorum, & intellectum angelorum, ratione modi cognoſcendi, quia nos intelligimus per ſpecies B receptas, & acquiſitas à ſeoſibus; illi verò per infuſas, non verò ex parte termini, & obiecti quòd illi plura intelligant, nos pauciora.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò: Ita ſe habet ſenſus ad vniuerſalia ſicut intellectus ad ſingularia, ergo à commutata proportione, vt ſe habet ſenſus ad vniuerſalia, ita intellectus ad ſingularia, ſed nequit ſenſus percipere vniuerſalia, ergo.

Reſpondetur, eſſe diſpartem rationem, ideo nec valere comioutationem proportionis: intellectus enim eſt potentia ſuperior, & habet pto obiecto adæquato tum vniuerſalia, tum ſingularia: ſenſus verò tantùm ſingularia.

Obiectio 4.

C *Obiicies quartò:* Materialia ſunt tantùm potentiâ intelligibilia 3. de Anima 16. ergo non directè, & per ſe, & per propriam ſpeciem.

Reſpondetur Ariſtotelem id dixiſſe, quia antequam intellectus poſſibilis percipiat ſingularia, neceſſe eſt, vt phantaſmata illuſtrentur ab intellectu agente.

Obiectio 5.

Obiicies quintò: Ariſtot. in 3. de Anima to. appellat cognitionem ſingularium reflexam.

Reſpondetur, ſi tamen id dixit Ariſtot. appellans cognitionem ſingularium reflexam, non quia intellectus primò cognoſcat vniuerſale, deinde ſingulare, ſed quia quodam modo intellectus deprimitur, & deſcendit cùm intelligit particularia, aſceodit cùm cognoſcit vniuer- D ſalia.

Dico ſecundò. Adeò verum eſt ſingulare cognoſci ab intellectu per propriam ſpeciem, vt omnis ſpecies, quæ ab intellectu agente producitur, nequeat eſſe niſi repræſentatiua rei ſingularis.

Probatur, quia iotellectus agens, vt diximus, ſaltem materialiter determinatur à phaotaſmatibus ad producendam hanc vel illam ſpeciem; phantaſmata autem non ſunt niſi ſingularia, ergo & ſpecies nequit repræſentare niſi ſingulare.

Colligitur hinc quod docent Valent. & Conimb. loco citato hi; ille diſp. 6. quæſt. 7. princ. E 1. & Albert. & Ruu. quæſt. 3. num. 1ar. Per eamdem ſpeciem impreſſam repræſentari tum vniueſale tum ſingulare, cùm ſpecies intelligibilis impreſſa, vt diximus, oon ſit repræſentatiua niſi rei ſingularis.

Per eandem ſpeciem impreſſam repręſentatur tum vniuerſale, tum ſingulare.

Dicendum tertiò cognoſci ab intellectu etiam vniuerſale. Patet iiſdem rationibus, quibus ſuprà oſtendimus cognoſci particolare.

Præterea, cognoſcimus plura conuenire in vnica ratione, cognoſcimus vnam naturam præſcindentem ab omnibus conditionibos indiuiduantibus communicabilem pluribus, ergo.

Quonam pacto à noſtro intellecto cognoſcatur, & fiat vniuerſale diximus in logicis.

SECTIO II.

Quodnam ſit primò cognitum vniuerſale, an particulare.

DIFFICVLTAS *eſt*, quidnam primo cognoſcat intellectus per ſimplicem apprehenſionem, cùm illi obiicitur indiuiduum aliquod. In Petro enim ſunt plures gradus, qui licèt à parte rei, & realiter in actu non diſtinguantur, tamen in quodam priori naturæ poteſt Petrus apprehendi ſub vno conceptu, non ſub alio. Petrus enim eſt hic homo, hoc animal, hoc corpus, hæc ſubſtantia, hoc ens. Quæritur modò cùm primo obiicitur Petrus remotis impedimentis, quid primò aptum ſit mouere intellectum, vt intelligat: ſeu quid faciliùs cognoſcat intellectus Petrum ne ſub ratione, qua eſt hoc indiuidoum, vel quatenus eſt apprehenſus. Dixi remotis impedimentis, quia ſi ponatur maxima diſtantia, vel imperfecta facultas cognoſcioua, vt in pueris clarè patet non, cognoſci Petrum, vt Petrum, ſed tantùm vel vt hoc animal, vel vt hoc ens: dixi ſaltem in priori naturæ, quia etiam certum eſt in eodem tempore dum cognoſco Petrum, cogooſcere me hoc animal, hoc corpus &c. Quærimus ergo primò cognitum noo tempore, ſed natura.

Cognitio duplex.

Notandum primò, quod cognitio eſt duplex. Confuſa & diſtincta: Diſtincta eſt duplex, primo cùm res cognoſcitur in ſe, & non in alio: ſecundò cum res cognoſcitur in ſe, & ſecundùm omnes ſuos gradus: Confuſa etiam duplex. Primò cum res cognoſcitur in alio: ſic ſingulare ſecundùm Thomiſtas cùm cognoſcitur in vniuerſali, dicitur cognoſci confuſè; ſecundò cognoſcitur quidem in ſe, ſed non ſecundùm omnes ſuas partes, & gradus, vt cùm quis nauim cognoſcit, non tamen omnes eius partes.

Confuſa ſemper præcedit diſtinctam.

Notandum ſecundò. Certum eſſe cognitionem confuſam ſemper præcedere cognitionem diſtinctam, quia ſemper natura progreditur ab imperfectioribus ad perfectiora: ideo quæſtio eſt, quid ſit primo cognitum cognitione confuſa, ſingulare-ne an vniuerſale: & inter vniuerſalia, quid ſit primò cognitum cognitione confuſa magis vniuerſale an minus: deinde ſeorſim quæri poteſt cùm res diſtinctè cognoſcimus, quæ ſint primò cognita ſuperiorane an inferiora, minùs an magis vniuerſalia.

Quid ſit primò cognitum cognitione confuſa.

D. Thomas.

PRIMA *ſententia* eſt D. Th. 1. Par. quæſt. 85. art. 3. & in procem. Phyſ. de ente & eſſent. & 1. Metaph. lect. a. Vult vniuerſaliora, & priora eſſe nobis notiora: hinc Thomiſtæ colligunt ens eſſe primo cognitum & maximè vniuerſale.

Zimara.

Secunda eſt Zimar. qui vult vniuerſalia eſſe nobis notiora non quælibet, ſed quæ habent accidentia magis ſenſata; Si enim equus & mulus habeant genus, genus ipſorum non eſt nobis notius, quàm ſint ipſi. Addit præterea primò cognitum non eſſe ens, vt Thomiſt. ſed

coocretum accidentis ſenſibilis, & inter concreta accidentium, accideos quod eſt magis ſenſatum.

Ratio eius eſt, quia id qood primò occurrit intellectui oon eſt ſubiectum, ſed accidens in confuſo.

Scotus. *Tertia eſt* Scot. in 1. diſtinct. 3. quæſt. 2. Primo cognitam nobis, ſi adſit debita diſtantia, & perfecta orgam ratio, eſſe ſpeciem infimam.

Ratio eius eſt, quia intellectus agens, & phantaſmata ſunt agentia naturalia, quæ niſi impediantur, ptomunt effectum, quem poſſont perfectiotem: hæc autem eſt ſpecies infima, ergo primò cognitum eſt ſpecies infima. Minor probatur, quia ſicut ſpecies infima eſt perfectior, quàm cæteri gradus ſuperiores, ergo etiam ſpecies intelligibilis, quæ eſt repræſentatiua ſpeciei infimæ, erit perfectior. Videtur autem, vt aduertit Zimat. & innuit Fab. Scotum ſopponere indiuidoum non habere ſpecies intelligibiles ſui repræſentatiuas: at non video quomodo cohæreat, dum ait ſingulare eſſe per ſe cognoſcibile in 4. diſtinct. 45. quæſt. 3.

Trombetta. *Quarta ſententia* eſt Tromb. 7. Metaph. quæſt. 7. qui vult primò cognitum eſſe indiuiduum vagum.

Ochamus. Burlaus. Gregorius. Gabriel. Durandus. *Quinta ſententia* eſt Ocham. in 1. diſtinct. 3. quæſt. 5. & quodlib. 1. quæſt. 13. Burlæi initio Phyſic. Gregor. in 1. diſtinct. 3. Gabr. ibid. quæſt. 6. art. 2. Durand. in 2. diſtinct. 3. quæſt. 7. Cum quibus

Dico primò. Primò cognitum cognitione confuſa actuali originali, quæ eſt ea per quam intellectus rem percipit, antea ſibi omnino ignotam, provt ab ea contra diſtinguitur, quæ habetur ex habitu, & eſt cùm quis ruſus cognoſcit rem quam alias nouerat, eſt ſingolare, oon vagum, ſed determinatum.

Prima pars probatur communiter, & rectè, quia cognitio vniuerſalis ſupponit cognitionem ſingularis; vniuerſale enim abſtrahit à ſingulari. Secundò, quæ ſunt propinquiora ſenſibus, ſunt nobis notiora 1. poſter. tex. 12. ſed ſingularia ſunt propinquiora ſenſibus, ergo. Minor paret, quia ſeoſus non cognoſcit niſi ſingulare. Tertiò, vbi deſinit potentia inferior, incipit ſuperior; ſed ſenſus & phantaſia deſinunt in ſingulari, ergo intellectus incipit à ſingulari. Quartò, ſingulare eſt quoddam confuſum: inuoluit enim omnes gradus ſuperiores, eſt magis ſenſatum, faciliùs abſtrahitur: & faciliùs cognoſcitur, ergo etiam primò cognoſcitur, quia ſeoſata ex 1. Phyſic. ſunt notiora.

Obiectio 1. D. Thomas. *Obiicit primò* D. Thom. quæ ſunt magis materialia difficiliùs cognoſcuntur: ſingularia, ſunt magis materialia.

Reſpondetur negando, præſertim à nobis qui cognitiooem adipiſcimur per ſenſus, quod ſi materia impedit id non prouenit ex parte rei cognitæ, ſed ex parte modi cognoſcendi.

Obiectio 2. *Obiicit ſecundò:* Conceptus vniuerſalior eſt imperfectior.

Reſpondetur negaod. anteced. immo è contra; ratio eſt, quia conceptus vniuerſalis ſupponit conceptum ſingularium, non è contra; ideò potiùs à ſingulari ad vniuerſale progredimor, & eſt imperfectior conceptus illius quàm huius.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò:* Inter principia complexa primo cognitum eſt, quodlibet eſt vel non eſt, ergo primo cognitum incomplexum erit ens vel non ens.

Reſpondetur, principium illud complexum, non eſſe abſolutè primò cognitū inter principia complexa, ſed tantùm inter principia communia, & ideo rectior eſſet proportio, quæ conſtaret ex puris ſingularibos, vt Petrus non eſt Ioannes, & vel eſt Petrus, vel non eſt Petrus.

Secunda pars probatur, quia indiuiduum ſignatum primò mouet ſenſum. Præterea cognitio indiuidui vaga ſupponit cognitionem determinati, ergo &c. Quod ſi pueri vocant omnes homines patres &c. id prouenit ex imperfectione organorum; nos autem loquimur de primo cognito, ablatis impedimentis.

Dico ſecundò. Priùs eſt nobis cognitum indiuiduum accidentis, quàm ſubſtantiæ.

Probatur, quia iodioiduum accidentis eſt propinquius ſenſibus. Inter accidentia ea primò cognoſcimus, quæ dicuntur ſenſibilia communia, vt quantitas, motus &c. quàm quæ ſunt ſenſibilia particularia; album videlicet & nigrum. Patet experientiâ.

Dico tertiò. Inter magis & minus vniuerſalia faciliùs, ac primò cognoſcimus minus vniuerſale, quàm magis vniuerſale.

Probatur eadem ratione, quia minus vniuerſale eſt magis propinquum ſenſibus, & faciliùs abſtrahitur: ſpecies enim infima abſtrahitur tantùm à conditionibus indiuiduantibus.

Obiicies ex Ariſtot. 1. Phyſic. Vbi habet, quod vniuerſalia ſunt notiora nobis. Obiectio. Ariſtoteles.

Reſpondetur communiter. Vniuerſalia eſſe notiora nobis cognitione diſtincta, ſingularia verò cognitione confuſa: quæ quidem reſponſio licèt vera ſit, video tamen quàm malè cum contextu cohæreat, ſed pergo vlterius.

Quid ſit primò cognitum cognitione diſtincta.

DIco *quartò.* Cognitione diſtincta ſi magis vniuerſale accipitur vt totum, & minùs vniuerſale vt pars ſubiectiua, primo cognitum eſt minus vniuerſale, non magis vniuerſale, quia totum pendet à ſuis partibus, ergo priùs cognoſcendæ partes. Si verò accipiatur magis vniuerſale, vt pars eſſentialis, & etiam minùs vniuerſale, vt pars eſſentialis; magis vniuerſale eſt magis notum, quàm minùs vniuerſale cognitione diſtincta.

Ratio eſt, nequit diſtinctè cognoſci inferius niſi cognoſcatur ſuperius: cognitione verò non exacta nec omnino diſtincta faciliùs cognoſcuntur gradus inferiores, quàm ſuperiores; faciliùs enim cognoſcimus hominem, quàm ens.

Maneat ergo primò cognitum cum communi ſententia eſſe indiuiduum ſingulare determinatum, & minùs vniuerſalia notiora cognitione confuſa, & etiam cognitione diſtincta: tantùm vniuerſale eſt notius cognitione diſtincta, cùm diſtincta cognitio non eſt adeò exacta, & magis vniuerſale comparatur ad minùs vniuerſale tanquam ad compartem eſſentialem. Quòd ſi cum videmus Petrum à longè, priùs de illo promimus conceptus vniuerſaliores, nimirum, entis, corporis, animalis, hominis, id prouenit ratione diſtantiæ; quæſtio verò eſt ablatis impedimentis, vt diximus. Maneat præterea totum actuale eſſe magis confuſum, quàm totum po-

tentiale, quod eſt vniuerſale, quia totum actuale continet in actu gradus omnes, quos vniuerſale continet tantùm in potentia; vnde appellatur totum poteſtatiuum. Hæc ſecundùm communem ſententiam.

Propria ſententia.

NON tam facilè abſtrahor à communi ſententia: ſi tamen diſcedendum eſſet,

Dicerem primò, nec abſolutè vniuerſale eſſe primum cognitum, nec ſingulare.

Probatur, quia vniuerſale reuera eſt ſatis remotum à ſenſibus, & indiget abſtractione. Non ſingulare, quia experientia conſtat, vt facilè ex his poteſt quilibet conijcere: nam cum primò videmus hominem, ſiue is notus, ſiue ignotus ſit, ſtatim concipimus illum eſſe Petrum; tunc autem reuera implicitè nil aliud concipimus, quàm hoc ens eſſe hanc ſubſtantiam, hoc corpus, hoc animal, hanc ſubſtantiam, hunc hominem, Petrum: ideo cum interrogamus, dicimus, quis ille eſt? eùm reſpondemus, dicimus hic eſt Petrus, quaſi diceremus hoc ens eſt Petrus: vnde videtur, quòd ratio vniuerſalior ſemper præſupponatur cognita ratio verò differentialis inquiratur, & ignoretur, ergo priùs cognoſcitur ratio vniuerſalior, quàm ſingularior.

Dicerem ſecundò. Primò cognitum eſt ratio communis particularizata, ſeu ratio communis, & vniuerſalis in indiuiduo: vnde dicimus, hic eſt Petrus, videlicet, ens in hoc particularizatum eſt Petrus. Nomine autem vniuerſalis non intelligo rationem illam, quæ eſt in pluribus, & abſtrahit à pluribus, ſed eam, quæ eſt diuiſa in pluribus, & eam quæ eſt etiam ipſis ſenſibus propinquior, quia etiam ſenſus internus, & phantaſia percipit colores, & priùs concipit colores, vt ſit in priori naturæ: deinde iudicat ſuo modo, inter hunc & illum colorem; inter hoc & illud ſenſibile: reuera enim mihi videtur me priùs apprehendere, quæ ſunt magis communia tum ſenſu, tum ratione; deinde quæ minus. Hæc ſatis ſit indicaſſe ac attigiſſe; viam ſternemus forſitan ad veriora, licèt occultiora.

Sectio III.

An intellectus poſſit ſimul intelligere plura vt plura per plures actus, & in eadem inſtanti.

CERTVM eſt enim poſſe nos in prima operatione cognoſcere plura per modum vnius, ſi tamen repræſententur per vnicam ſpeciem: & in ſecunda, & tertia operatione poſſe nos intelligere plura, per modum vnius, etiam ſi repræſententur per diſtinctas ſpecies, ſi tamen habeant connexionem ad inuicem, & ſubordinentur: & econtrà certum eſt non poſſe nos concipere plura vt plura, per vnicum actum. Ratio eſt, quia cum illa repræſententur intellectui per diuerſas ſpecies impreſſas, etiam intellectus concipit illas, & promit tot ſpecies expreſſas; quot autem ſunt ſpecies expreſſæ tot actus. Difficultas ergo eſt an poſſimus promere ſimul plures actus circa plura diſparata, & non ſubordinata, idque in eodem inſtanti temporis,

A & ſimul, ita vt plura vt plura, diſtinctè, & clarè cognoſcamus per diuerſos actus.

Thomiſtæ & nonnulli recentiores negant intellectum poſſe promere plures primas operationes, nec ſecundas, nec tertias: immo addunt nec poſſe plures operationes ſubordinatas, primam videlicet, ſecundam, & tertiam.

Probatur primò, quia ſicut non poſſumus moueri pluribus motibus contrarijs, ita neque plura intelligere quia multæ intellectiones ſunt contrariæ. Secundò, viſus nequit elicere plures viſiones ſimul, ergo neque intellectus &c. Tertiò, quia nemo experitur in ſe plura indiuidua, aut plures apprehenſiones. Quartò, natura intellectûs talis eſt, vt totus intendat in

B obiectum, circa quod operatur, ergo nequit circa plura ſimul.

Secundùm probat, quia tertia operatio eminenter, & in virtute continet primam & ſecundam; ergo nunquam reperitur ſimul prima, ſecunda & tertia operatio in intellectu, vt patet in formis materialibus; quarum vna ſi adſit, quæ cæteras eminenter contineat, cæteræ ſtatim deſinunt.

Scot. verò in 1. diſtinct. 3. quæſt. 6. affirmat. *Scotus.*

Tum quia ſenſus poteſt ſimul plura videre leones, merces, naues; ergo & intellectus plura cognoſcere: antecedens patet experientiâ. Se-

C cundò, poſt viſionem albi ſi ſtatim afferatur nigrum, vtrumque videbimus ſimul, ſed per diuerſas ſpecies. Tertiò, voluntas poteſt vnum ſimul amare, alterum odiſſe, ergo. Quartò, anima ſeparata ſeipſam cognoſcit per propriam ſpeciem intelligibilem, & alia: ergo & dum eſt in corpore.

Dicendum primò: Non dari intellectiones has contrarias, quas ſupponit prima ſententia.

Probatur, quia inter ſpecies intelligibiles impreſſas nequit dari huiuſmodi oppoſitio poſitiua, ſicut neque datur inter ſpecies ſenſibiles intentionales.

D *Dicendum ſecundò*: Poteſt, immo de facto cum plura videt ſenſus, elicit plures viſiones.

Probatur, quia viſiones multiplicantur ad multiplicationem obiectorum & ſpecierum.

Dicendum tertiò non implicare, vt intellectus intendat in plura obiecta.

Probatur, quia experimur id in ſenſibus, ergo multò magis concedendum intellectui, cùm ſit potentia perfectior.

Dicendum quartò, cùm inferimus aliquid ex aliquo nedum eminenter, ſed in actu, adeſt terminorum apprehenſio, compoſitio & diuiſio.

Probatur, quia non poſſemus rectè inferre

E iudicium, niſi permaneret apprehenſio terminorum, & compoſitio &c.

Dicendum quintò poſſe nos ſimul plura vt plura intelligere etiam per plures actus. Patet ex rationibus allatis pro Scoto.

Sectio IV.

Quomodo accidentia, & ſubſtantia materiales ab intellectu cognoſcantur.

SVPPONO accidentia per ſe ſenſibilia in concreto per modum ſubſiſtentis directè,

ac per ſe cognoſci ab intellectu, album videlicet & nigrum, hoc modo primò intellectus cognoſcit per propriam ſpeciem album, deinde per diſcurſum iudicat colorem illum poſſe à ſubiecto recedere, & accedere, illo non corrupto Ratio eſt, quia ſpecies per ſe primò referunt accidentia, à quibus deinde diſcurrendo intellectus cognoſcit ſubſtantiam, & ſic omnia, vt aiunt, vel per ſe, vel conſequenter. Difficultas eſt de accidentibus non per ſe ſenſibilibus, de ſubſtantia materiali, & etiam de ſeparata.

Soncinat. Iauellus. Fonſeca. *Prima ſententia eſt* Soncin. 7. Metaph. q. 14. Iauel. quæſt. 3. Fonſ. 2. Metaph. cap. 1. quæſt. 2. ſect. 6. Conimb. 3. de Anima cap. 5. quæſt. 5. concluſ. 5. qui volunt dari propriam ſpeciem accidentium, non per ſe ſenſibilium Temporis videlicet, & relationum: Præterea ſpeciem ſubſtantiæ, ita vt cognoſcatur nedum ab intellectu, ſed etiam à phantaſia; putabant enim dari nedum ſpecies intelligibiles, quæ eſſent repræſentatiuæ ſubſtantiæ, ſed etiam dari phantaſmata, quæ internis ſenſibus ſuo modo eaſdem materiales ſubſtantias repræſentarent.

Scotus. *Secunda ſententia* omnino oppoſita eſt Scot. in 1. diſt. 3. quæſt. 1. & in 3. diſtinct. 8. quæſt. 2. Heru. quodlib. 3. quæſt. 1. & recentiorum communis. Dari tantùm ſpecies intelligibiles accidentis per ſe ſenſibilis, nullo modo ſpecies ſubſtantiæ materialis aut accidentis non per ſe ſenſibilis.

Tertia, eſt veluti media, quam refert Ruu. intellectum agentem producere ſpeciem, quæ neque eſt repræſentatiua accidentis, neque eſt repræſentatiua ſubſtantiæ; ſed totius coniuncti per modum ſubſtantiæ per ſe ſtantis.

Dico primo. Nullo modo ſubſtantia materialis poteſt repræſentari per propriam ſpeciem, nec per ſe cognoſci ab intellectu, neque à ſenſu ſiue interno, ſiue externo.

Probatur, quia ſubſtantia ex 2. de Anima cap. 6. eſt ſenſibilis per accidens: ſic etiam cætera, quæ non ſunt per ſe ſenſibilia; ſenſibile verò per accidens eſt, quod cum nullo modo ſentiri immediatè, & per ſe poſſit, coniungitur cum eo quod per ſe ſentiri poteſt, & ſic ſentitur, ergo ſubſtantia nullo modo poteſt per ſe ſentiri, ergo neque per ſe intelligi. Vltima conſequentia probatur, quia intellectus determinatur à phantaſmate.

Dico ſecundò. Neque dari ſpeciem intelligibilem, quæ ſit repræſentatiua totius coniuncti.

Probatur, quia ſi totum non haberet omnes partes æquè cognoſcibiles, ſed accidentia tantùm per ſe cognoſcuntur, ergo nequit dari ſpecies, quæ ſit repræſentatiua totius.

E *Dico tertiò* ſola accidentia per ſe ſenſibilia, qualia ſunt ſenſibilia propria, & ſenſibilia communia cognoſci per ſe, & directè per propriam ſpeciem; ſubſtantiam verò per alienas hoc modo: ſicut ex creaturis formamus conceptum Dei ita ex accidentibus per ſe ſenſibilibus, & operationibus ſubſtantiarum colligimus conceptum ſubſtantiæ.

Obiectio 1. *Obiicies primò:* Si ſubſtantia non cognoſcitur per propriam ſpeciem, ergo nunquam formamus proprium conceptum ſubſtantiæ, quod eſt falſum: aliquid enim concipimus per ſubſtantiam, quod nullo modo alteri conuenit.

A Reſpondetur, proprius conceptus poteſt accipi dupliciter; proprius, id eſt per propriam ſpeciem: & ſic concedo nos nunquam pro hoc ſtatu formare proprium conceptum ſubſtantiæ; proprius, id eſt peculiaris, & ſic nego non poſſe nos per alienas ſpecies adipiſci proprium conceptum ſubſtantiæ; De Deo enim in hac vita habemus peculiarem conceptum, & tamen non per propriam ſpeciem, ſed è creaturis &c.

Obiicies ſecundò: Subſtantia eſt notior accidente ex Ariſt. Obiectio 2.

Reſpondetur, ex ſua natura eſt notior, concedo, non ex parte noſtri, quia nos pro hoc ſtatu nil cognoſcimus, niſi dependenter à phantaſmatibus, & ſenſibus.

B *Dico quartò*, ſubſtantia materialis, & accidentia non per ſe ſenſibilia poſſunt ab alio intellectu Dei, Angeli, & Beati cognoſci independenter ab accidentibus, & in ſe. Patet quia hi non dependent in cognitione à ſenſibus, ſed cognoſcunt res prout ſunt in ſe: An per ſpecies aliquas, quæ ſint repræſentatiuæ ſubſtantiæ, an alio modo, docent Theologi.

Sectio V.

C *Quomodo cognoſcantur à viatoribus ſubſtantiæ ſeparatæ, Deus, & Angeli.*

QVIDAM aiunt pro hoc ſtatu non poſſe nos formare proprium conceptum rei ſpiritualis, ſed ſemper concipere quid materiale: ex quo dein inferimus aliquam proportionem cum re ſpirituali, quam non intelligimus: ſic ex pulcherrimo iuuene Angelos dicimus eſſe perfectiſſimos; nullum tamen formare poſſumus conceptum peculiarem Angelorum, quia nil eſt intellectu, quod priùs non fuerit in ſenſibus.

D *Alij vero aiunt* poſſe nos per proprias ſpecies intelligibiles elicere conceptum proprium ſubſtantiarum ſeparatarum.

Medios eſt inter hos D. Th. 3. contra Gent. cap. 45. D. Thomas.

Dicerem poſſe nos per alienas ſpecies formare conceptum peculiarem ſubſtantiarum ſeparatarum, nec ſolùm idolum ideæ corporeæ, vt adſtruit prima ſententia. Poteſt autem intellectus adipiſci hunc conceptum peculiarem per alienas ſpecies duplici via. Prima dicitur remotionis & negationis, remouendo à re concepta per propriam ſpeciem omnes imperfectiones. Secunda eſt attributionis & poſitionis, cùm intellectus attribuit ſubſtantiæ ſpirituali quicquid cognoſcit eſſe alicuius perfectionis in creatis: & ſic per alienas ſpecies proprios conceptus efformamus.

Sectio VI.

Quomodo anima ſeipſam pro hoc ſtatu cognoſcat.

HENRICVS quodlib. 4. quæſt. 7. Gregor. in 1. diſt. 3. quæſt. 2. Valent. t. Par. dub. 6. quæſt. 7. puncto 2. putant animam ſeipſam cognoſcere per propriam ſpeciem. Henricus. Gregorius. Valentia.

Impugnatur, quia anima ita pro hoc ſtatu

poteſt ſeipſam intelligere, ſicut ipſa pro hoc ſtatu poteſt intelligere; ſed nequit intelligere ſpirituale per propriam ſpeciem; ergo neque ipſa eſt per propriam ſpeciem intelligibilis pro hoc ſtatu. Ratio eſt quia pro hoc ſtatu exercet muneris formæ corporeæ, ergo nequit cognoſcere niſi res corporeas.

Dico ergo cum D. Thom. animam intelligere ſeipſam per alienas ſpecies, eo modo quo diximus de Deo, & Angelis, quatenus à ſe remouet imperfectiones formarum corruptibilium, & ſibi attribuit earum perfectiones, & alias actiones.

Sectio VII.

Quomodo anima cognoſcat ſuas potentias, intellectum videlicet, & voluntatem, & ſuos habitus, & ſpecies intelligibiles.

HEnricus conſequenter putat animam cognoſcere ſuas potentias in ſeipſis, abſque vlla ſpecie; dum enim anima ſeipſam cognoſcit, cognoſcit etiam ſuam eſſentiam, & proprietates, quæ in ſe inſunt, & à ſe dimanant: at hæc ſententia ſupra impugnata eſt.

D. Thomas. Caietanus. Bannes. Ruuius. — D. Thom. 1. Par. quæſt. 8. art. 3. Caiet. ib. Bannes, Rou. num. 194. quæſt. 7. volunt intellectum cognoſcere ſe, & voluntatem per alienas ſpecies, per ſimilitudinem videlicet ad res ſenſibiles. Ratio eſt eadem, quæ ſupra, quia obiectum noſtri intellectus pro hoc ſtatu, non eſt ens ſpirituale in tota ſua latitudine, ſed prout percipitur medijs ſpeciebus ſenſibilibus, & ſubſtat formis materialibus: intellectus & voluntas ſunt potentiæ ſpirituales, ergo nequit anima cognoſcere intellectum & voluntatem.

Dico primo, & forſitan rectiùs Animam cognoſcere intellectum, & voluntatem nedum per ſimilitudinem ad res ſenſibiles, ſed ex eius actibus, quos in ſe experitur, ac veluti à poſteriori: experitur enim ſe velle ac intelligere, & inde arguit habere has facultates.

Dico ſecundò habitus non cognoſci niſi à poſteriori, hoc eſt à maiori facilitate, quam nos in nobis ipſis experimur cùm operamur.

Dico tertiò ſpecies intelligibiles neque in ſeipſis cognoſci, ſed ſi dantur, cognoſcuntur à poſteriori contra Bannes 1. Par. quæſt. 7. art. 3.

Prima pars probatur, quia à multis negantur, ergo non certò cognoſcuntur; aliter negari non poſſent.

Secunda etiam probatur, quia illas colligimus, vt poſſimus explicare intellectionem, ergo per intellectionem, quæ fit medijs ſpeciebus, ergo à poſteriori.

Sectio VIII.

Quomodo intellectus cognoſcat actus voluntatis.

HEnricus aſſerit in ſeipſis vt ſuprà. D. Thom. & quos citauimus per alienas ſpecies, ob eaſdem rationes.

Alij verò, quos citat Rou. num. 189. quæſt. 7. intelligi per proprias ſpecies, quas ipſi per ſe imprimunt intellectui, & per illas cognoſci ab eo.

Impugnatur hæc ſententia, quia ſpecies intelligibiles nequeunt produci ab intellectu agente, niſi medio ſimul concurrente phantaſmate, ſaltem materialiter; talis enim eſt eſſentialis modus operandi illius, nec poteſt recipere ſpecies, aut ſpecies impreſſas producere ad præſentiam voluntatis.

Ruu. ibid. vult intellectum, non cognoſcere actus voluntatis, niſi per coniecturam; certò autem non poſſe cognoſcere: At mihi videtur durum, & omnino falſum, vt experientia patet.

Dicerem intellectum non cognoſcere actus voluntatis immediatè in ſe, aut per proprias ſpecies. Patet, quia obiectum intellectus pro hoc ſtatu non eſt eos ſpirituale; quales ſunt actus voluntatis.

Dico ſecundò actos voluntatis cognoſci ab intellectu, quia operante voluntate intellectus ſtatim per ſympathiam etiam ſuo modo mouetur, & intelligit quot actus promit voluntas, & producit ſuas ſpecies expreſſas. Non intelligit hoc pacto voluntatem, neque ipſam animam, quia ſympathia expetitur tantùm, eùm ea quæ habent adinuicem ſympathiam, agunt vel patiuntur: ſeu quia ſympathia non eſt circa entitates potentiarum, ſed circa actus.

Sectio IX.

Quomodo intellectus cognoſcat ſuos actus.

COnimbricenses 3. de Anima cap. 8. quæſt. 1. art. 2. voluntactus voluntatis per ſe eſſe intelligibiles; actus verò intellectus nequeunt directè cognoſci ab intellectu, quia ab eo eliciuntur, ſed reflexè, non per propriam ſpeciem, ſed per alienam rerum ſenſibilium. — Conimb.

Sequitur Ruu. quæſt. 7. qui addit nedum actus intellectus, ſed voluntatis omneſque habitus & ſpecies cognoſci per alienas ſpecies rerum materialium, quam putat eſſe ſententiam D. Thom. — Ruuius.

Ratio eius eſt, quia experimur omnes nos ignorare eſſentiam intellectus, & voluntatis, actuum, & habituum, & ſpecierum intelligibilium.

Non rectè; vt enim intellectus dicatur cognoſcere albedinem, non neceſſe eſt vt ſciat, quid ſit albedo, quæve eius paſſiones, ergo neque vt intellectus cognoſcat ſuos actus, opus eſt vt cognoſcat eſſentias eorumdem.

Dicendum eſt intellectum cognoſcere ſuos actus nedum reflexè, ſed directè, & in ſeipſis, non producendo aliquas ſpecies, ſed dum intelligit cognoſcit ſe intelligere etiam per actum directum.

Ratio eſt, quia intellectio eſt ratio intelligendi, ideo vt intelligatur, non indiget alia intellectione, ſicut ad actionem non datur actio, quia actio eſt ratio agendi: Cùm verò per actum reflexum cognoſcitur, tunc illa noua intellectio terminatur in Verbum mentis antea productum, nec nouum Verbum producitur: & ſicut per primam cognoſcebat Verbum mentis, ſic etiam per ſecundam.

Obiectio. *Obiicies:* Verbum illud eſt ſpirituale, ergo intellectio poterit terminari in ens ſpiritoale, quod eſt abſurdum.

Reſpondetur, nequit intellectus terminari in ens ſpirituale, quòd non ſit eſſentialiter obiectum: Verbum mentis eſt eſſentialiter obiectum; ideò poteſt terminare intellectionem nedum vt quo, ſed etiam vt quod.

SECTIO X.

Quodnam ſit adæquatum noſtri intellectus obiectum.

SVPPONENDVM *primò*, intellectum poſſe accipi dupliciter: ſecundùm ſe, vt potentia intellectiua eſt: aut ſecundùm præſentem hunc ſtatum.

Obiectum duplex aliud motiuum, aliud tantùm terminatiuum. *Supponendum ſecundò*, obiectum aliud tantùm motiuum; aliud motiuum ſimul & terminatiuum: aliud tantùm terminatiuum: his addo aliud eſſe nec motiuum nec terminatiuum, ſed tantùm determinatiuum. Obiectum tantùm motiuum, non terminatiuum dicuntur in ſententia aliorum phantaſma, quòd ſpeciem producat in intellectum poſſibilem, non tamen ad cognoſcendum ſeipſum, ſed rem cuius eſt phantaſma. Obiectum tantùm terminatiuum intellectus, non motiuum eſſent intelligentiæ, & omnes ſubſtantiæ ſeparatæ, quæ per ſuam ſubſtantiam cognoſcuntur, nullam tamen emittunt ſpecies: vel etiam ea dici poſſent obiectum terminatiuum, non motiuum pro hoc ſtatu, quæ cognoſcuntur per alienas ſpecies, quales ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ, & cætera intelligibilia, ſiue ſenſibilia per accidens. Obiectum motiuum ſimul, & terminatiuum dici poteſt paries, qui & emittit ſpecies, immutando potentiam viſiuam, & etiam terminat viſionem. Obiectum denique nec motiuum, nec terminatiuum, ſed tantùm determinatiuum dici poteſt in noſtra ſententia phantaſma, quod dum tantùm materialiter concurrit, determinando intellectum agentem ad producendas has ſpecies non illas, nec ab intellectu per ſe, & per propriam ſpeciem cognoſcitur, vel intellectum poſſibilem ad cognoſcendam hanc rem vel illam, non immittendo ſpecies, nec mouet, nec terminat intellectum.

Obiectum aliud per ſe, aliud per accidens. *Supponendum tertiò*, obiectum aliud per ſe, aliud per accidens ſiue proportionatum & directum: & improportionatum & indirectum. Primum eſt quod percipitur per ſpeciem, quæ ipſum obiectum immediatè repræſentet: ſecundum eſt quod non per ſpeciem propriam, ſed per ſimilitudinem aliorum comprehenditur. Denique aliud obiectum vt quo, aliud vt quod.

Dicendum primò, obiectum adæquatum intellectus ſecundùm ſe ſumpti eſt omne ens vniuerſaliſſimè acceptum, ſiue reale, ſiue rationis, ſiue creatum, ſiue increatum: quod quomodolibet perceptibile eſt directè vel indirectè, per ſe aut per accidens. Eſt communis ſententia omnium, tum Philoſophorum, tum Theologorum, vt nec probatione indigeat.

Dicendum ſecundò obiectum adæquatum noſtri intellectus pro hoc ſtatu conceſſis ſpeciebus intelligibilibus, & intellectu agente motiuum, & terminatiuum eſſe ens per ſe ſenſibile.

Probatur, quia ſolùm ens materiale imprimit ſpeciem dum intelligitur.

Dicendum tertiò obiectum vt quod terminatiuum poſſe eſſe nedum ens ſenſibile, ſed etiam ens ſpirituale non quomodocunque, ſed quod eſt ratio intelligendi; quale eſt intellectio ipſa, & Verbum mentis, ſeu ſpecies expreſſa.

Probatur, quia intellectus noſter poteſt, tum directè, tum reflexè ſuam intellectionem intelligere, vt diximus; licèt cùm reflectit, intelligat illam clariùs, & perfectiùs.

Præterea, cùm reflectit, promit nouam intellectionem, qua percipit Verbum mentis antea productum, ergo tum intellectio, tum Verbum poteſt terminare nouam intellectionem; ergo poſſunt eſſe obiectum vt quod terminatiuum. Ratio cur tantùm intellectio, & Verbum poſſint pro hoc ſtatu terminare intellectionem, licèt ſint entia ſpiritualia, non verò reliquæ potentiæ ſpirituales, vt intellectus & voluntas, à priori eſt, quia intellectio & Verbum non terminant intellectum, vt entia ſpiritualia ſunt, ſed vt ſunt ſimul, & ſemel rationes, vt diximus, intelligendi. Et etiam à poſteriori, quia id euidenter experimur, quod nos intelligimus nos intelligere, & immediatè attingimus Verbum, tunc vel aliàs productum, non verò cognoſcimus per propriam ſpeciem, voluntatem, & intellectum.

Dicendum quartò ablatis ſpeciebus ſenſibilibus iuxta propriam ſententiam nullum ens ſenſibile eſſe obiectum motiuum intellectus, ſed tantùm terminatiuum.

Patet, quia obiectum motiuum illud dicitur, quod immutat potentiam, immittendo ſpecies, at intellectus pro hoc ſtatu tantùm intelligit per ſympathiam illam, & conſenſum potentiarum, ergo.

DISPVTATIO SEPTIMA.

De memoria.

SECTIO PRIMA.

An detur memoria intellectiua.

MEMORIA eſt potentia quædam in qua veluti in theſauro quodam ſpecies intelligibiles conſeruantur, quibus aliàs intellexit.

Auicennas. Auicen. 6. Natural. part. 5. cap. 6. negat in parte intellectiua memoriam; putat enim ſpecies intelligibiles, quibus aliàs intellexit, non eſſe in intellectu permanentes; quòd ſi reminiſcitur, id fit ab intelligentia quadam ſuperiore illuminante intellectum noſtrum.

Dicendum eſt primò, quòd non ſolùm datur memoria in parte ſenſitiua, quæ tantùm cum cõmuni ſenſu identificatur, & coincidit, vt diximus; ſed datur etiam verè & propriè memoria in parte intellectiua. Adeo cenſetur vera hæc opinio, vt D. D. oppoſitam appellent errorem potiùs quàm opinionem, vt refert Ruu. *Ruuius.*

Probatur primò ex illo Lucæ, *Recordare fili*

quia &c. Secundò à pari, in potentia ſenſitiua remanent ſpecies, ergo in potentia intellectiua. A Tertiò euidentiſſimè, plura reminiſcimur, quàm accipere non poſſumus à phantaſia, & à ſenſibus internis, & externis, ergo remanent ſpecies expreſſæ in intellectu poſt intellectionem. Antecedens patet cùm reminiſcimur conceptuum rerum vniuerſalium. Quartò, ſpecies expreſſæ ſunt ſpirituales, quare cum contrario careant, & ſint immateriales, à quonam ſemel productæ corrumpentur?

Toletus.

Reſpondet Toletus ſpecies intelligibiles corrumpi, quia non ſunt connaturales animæ, dum extrinſecùs adueniunt.

Non rectè, immo ſunt connaturales, quia B connaturale eſt animæ per ſpecies receptas intelligere.

Obiectio 1.

Obiicies primò: Si ſpecies permanent, intellectus, qui ante ſpecies receptas eſt in potentia, poſt receptas ſpecies eſt in habitu, ſemper deinde eſſet in actu.

Intellectus poſt receptas ſpecies cur non ſemper in actu.

Reſpondetur: diximus ſupra cur non ſit ſemper in actu, nimirum, quia requiritur vt voluntas imperet, & phantaſia illud determinet, & anima attendat, & ſeipſam applicet, ideò potiùs intellectus hoc intelligit, quàm aliud.

Inſtabis dicens falſum id eſſe, quia ſæpe experimur nos excitari potiùs ab vna ſpecie, quam ab alia, & actus memoriæ exercetur potiùs circa hoc quàm circa illud, ergo ait Auicenna, ad intelligentiam ſuperiorem recurrendum. C

Reſpondetur certum eſſe Angelos, ſiue bonos, ſiue malos poſſe excitare has potius ſpecies quàm illas; ſic enim ſunt in nobis cauſa ſuggeſtionis. Præterea, etiam verum eſt ſpecies ſenſibiles in ſenſu interno excitari ſæpe à temperie, & humore, qui habet connexionem cum hac, vel illa ſpecie, quam excitat phantaſia, quæ dum promit ſuum phantaſma etiam per ſympathiam mouetur intellectus. Videatur Ruu. quæſt 5. num. 324.

Obiectio 2. *Ariſtoteles.*

Obiicies ſecundò: ex Ariſt. lib. de Memor & reminiſc. vbi negat memoriã in parte intellectiua, & tantùm illam concedit ſenſibus internis. D

Reſpondetur Ariſtot. non dixiſſe memoriam eſſe tantùm in parte exercitiua, ſed in parte ſenſitiua per ſe, in intellectiua per accidens; quod ſic intelligendum eſt, quia in ſenſitiua eſt velut ſemen, & radix ſpecierum intelligibilium, & per ſe; in intellectu verò per accidens, id eſt per ſenſum.

Sectio II.

An memoria diſtinguatur re ab intellectu.

Riccardus.

RICCARD. in 2. diſtinct. 14. quæſt. 2. ex D. Auguſt. putat eſſe potentias omnino diſtinctas. E

D. Thomas.

In oppoſitum eſt *communis ſententia:* eam docuit D. Thom. 1. Par quæſt. 79. art. 7 atque eſſe potentias nedum realiter indiſtinctas, ſed eſſe eſſentialiter omnino eaſdem.

Dicendum eſt memoriam, & intellectum eſſe potentias diſtinctas tantùm ſecundùm noſtrum modum concipiendi.

Probatur, quia habent eundem modum operandi, & verſantur circa idem obiectum; intellectus enim poteſt verſari circa futurum, ergo etiam circa præteritum, ergo poteſt reminiſci.

Secundò patet experientiâ, cùm diſcurrendo ab vna re in aliam, reminiſcimur multarum rerum, quas volumus.

Denique, quia eiuſdem potentiæ eſt ſeruare ſpecies, & illas producere; vnde etiam diximus, quòd ſenſus communis non diſtinguitur à memoria ſenſitiua, ideò argumentari poſſumus etiam à pari.

PARS QVINTA.

De potentia appetitiua, vbi de voluntate, & potentia loco-motiua.

DISPVTATIO PRIMA.

De voluntate.

Sectio Prima.

An voluntas diſtinguatur realiter ab appetitu ſenſitiuo, & naturali.

SVPPONENDVM *primò* duplicem dari appetitum: alius dicitur innatus, & naturalis, alius elicitus, ſeu animalis. Appetitus innatus, & naturalis, eſt ſolum quædam propenſio, & inclinatio ſiue actiua, ſiue paſſiua in bonum ſibi conueniens, abſque aliqua cognitione illius boni: ſic materia appetit formam, & lapis centrum; Appetitus verò elicitus ſeu animalis eſt qui ſequitur proximè non naturam, ſed cognitionem, qui etiam duplex reperitur: alius dicitur ſenſitiuus, qui ſequitur ſenſuum cognitionem: alius dicitur rationalis, qui rationẽ, eſtque voluntas.

Appetitus alius innatus, alius elicitus.

Supponendum ſecundò tam appetitum ſenſitiuum quàm intellectiuum duplicem habere appetitum, iraſcibilem, quo mala fugit, & impedimenta: concupiſcibilem quo bonum proſequitur. Difficultas modò eſt, an voluntas diſtinguatur ab appetitu ſenſitiuo, & rationali: & ab appetitu iraſcibili, & concupiſcibili.

Prima concluſio. Hi appetitus realiter, & eſſentialiter inter ſe diſtinguuntur.

Prima pars probatur, quia appetitus rationalis eſt potentia inorganica conſequens immediatè animam, & in illa inhærens; appetitus verò ſenſitiuus, & naturalis eſt potentia organica: ſenſitiuus reſidet, vt aiunt, in corde; rationalis eſt omnino ſpiritualis, ſaltem ratione organi; ſenſitiuus, & naturalis eſt materialis: materiale autem, & ſpirituale, organicum, & inorganicum realiter diſtinguuntur.

Secunda pars probatur: habent obiecta ſpecie diuerſa, ergo eſſentialiter inter ſe diſtinguuntur. Antecedens probatur, licèt enim obiectum horum trium appetituum ſit bonum; voluntas tamen reſpicit tantùm bonum cognitum ab intellectu: ſenſitiuus appetitus tantùm bonum apprehenſum per ſenſum: appetitus naturalis, neque per ſenſum, neque per intellectum, ergo diuerſimodè vnuſquiſque tendit in ſuum obiectum.

Præterea, voluntas tendit nedum in bonum ſingulare, & corporeum, vt appetitus ſenſitiuus, ſed etiam in bonum vniuerſale, & ſpirituale; elicit enim actum amoris in Deum, &c.

Diſtin-

Diſtinguitur etiam realiter appetitus ſenſitiuus à naturali, & innato. Pater, quia hic conſequitur naturam, ille verò cognitionem.

Voluntas per quid differat ab appetitu ſenſitiuo, & innato.

Colligitur ex his quæ ſint diſcrimina inter voluntatem, & appetitum ſenſitiuum & innatum; ex eo enim quod voluntas ſit potentia ſpiritualis conſequens intellectum, eſt per ſe, & ſimpliciter libera, tum quoad promendos ſuos actus, tum etiam quoad ſuſpenſionem eorumdem; Appetitus verò ſenſitiuus, quia ſequitur ſenſum, nullam habet libertatem in ſuis actibus, præſertim in brutis: in homine verò tantùm libertatis, quantum participat à voluntate. Differunt ſecundò, quia voluntas habet dominium in appetitum, & poteſt ſuos actus exercere, licèt appetitus etiam poſſit illi reſiſtere; dominium enim voluntatis ſupra appetitum, non eſt diſpoſitiuum, & ſeruile, quale eſt illud quod habet in corporis membra, ſed ciuile; eſt enim voluntas in homine quaſi Rex in ſuo regno, vnde etiam poteſt immediatè impedire actus ſenſuum interiorum, & etiam externorum, ſaltem quoad eorum organa: & cauſa huius dominij eſt quia eſt potentia vniuerſalis, quæ fertur in vniuerſale bonum comprehendens obiecta potentiarum particularium, vt bona particularia. Differunt tertiò, quia appetitus nequit ſupra ſuos actus reflectere, eſt enim potentia organica, voluntas verò poteſt; poteſt enim ſuos actus velle, & nolle, eoſdemque o..iſſe, & diligere. Differunt quartò appetitus innatus & animalis, ſiue ſenſitiuus ſit, ſiue rationalis, quia naturalis non neceſſariò ſemper operatur, animalis verò eſt potentia quædam operatiua: animalis appetitus requirit aliquam aliam potentiam, quæ exequatur id quod animal appetit; naturalis verò id non neceſſariò requirit, ſic lapis per ſe tendit in centrum.

Secunda concluſio. Appetitus iraſcibilis realiter diſtinguitur à concupiſcibili in parte ſenſitiua, in parte verò rationali, nimirum in voluntate, non diſtinguuntur.

Ratio eſt, quia voluntas eſt potentia immaterialior, & ſuperior quàm ſit appetitus ſenſitiuus, ideo poteſt vna voluntas, quæ eſt ſpiritualis potentia, præſtare, quod plures facultates præſtant in potentia materiali & organica.

Confirmatur à pari, quia ſenſus communis eſt ſuperior, poteſt percipere obiecta potentiarum inferiorum, ergo & voluntas.

Sectio II.

An voluntas diſtinguatur ab intellectu.

Durandus. Aureolus. Capreolus.

TRIPLEX *in hac re ſententia.* Durand. in 3. diſtinct. 3. quæſt. 94. Aureol. apud Capreol. in 1. diſtinct. 3. quæſt. 3. vult voluntatem eſſe eamdem omnino potentiam habentem munera volendi, & intelligendi.

Secunda ſententia eſt communior, has potentias non diſtingui realiter ab intellectu, ſed tantùm formaliter, vel ex natura rei: ita inter cæteros Pater Maffeius.

Maffeius.

D. Thomas. Ferrarienſis. Capreolus. Argentinas. Rumus.

Tertia eſt D. Th. quæſt. 22. de verit. art. 1. Ferrar. 4. contra Gentes cap. 19. Capreol. Argent. & Ruu. 3. de Anima cap. 13. quæſt. 1.

Prima concluſio. Voluntas non eſt eadem omnino potẽtia cum intellectu contra Durand.

Probatur, quia obiectum voluntatis eſt bonum, intellectus eſt verum, ergo ſi habent diſtincta obiecta, diſtinctæ etiam ſunt potentiæ. Secundò, alij ſunt habitus intellectus, & alij voluntatis, ergo. Tertiò, voluntas ſæpe reſpuit obiectum ſibi ab intellectu repræſentatum. Quartò, intellectus diuerſo modo operatur, ac voluntas, intellectus enim operatur ad ſe attrahendo obiectum, & illud ſibi vniendo, vel per ſe, vel per ſuam ſpeciem; voluntas verò operatur tendendo in obiectum, allicitur enim ab illo, vt illi ſe quodammodo vniat; ex diuerſo autem operandi modo colligitur pluralitas potentiarum, vt toties diximus.

Secunda concluſio. Voluntas eſt potentia nedum ex natura rei, ſed etiam realiter ab intellectu diſtincta.

Probatur, quia voluntas realiter diſtinguitur ab anima, vt res à re, vt alibi oſtendimus; at vt res à re diſtinguitur etiam ab anima intellectus, ergo duæ res, ergo inter ſe realiter diſtinctæ.

Obiicies primò, Electio eſt actus voluntatis; at electio ab Ariſtot. vocatur actus intellectus, ergo eadem potentia eſt intellectus, & voluntas. Minor probatur ex 6. Ethic. cap. 2. ait enim *appetitus intellectus, vel intellectus appetitiuus electio eſt.*

Obiectio 1.

Reſpondetur, explico Ariſt. vocat Ariſt. electionem appetitum intellectus, non quia intellectus & voluntas ſint eadem potentia omnino, & eligere & intelligere ſint actus euſdem potentiæ, ſed quia voluntas eſt ita intellectui ſubordinata, & ita actus eius ſequitur intellectum & rationem, vt actus voluntatis dicat intrinſecam connexionem & ordinem ad actus intellectus, tanquam ad conditionem intrinſecam ſui obiecti, ideò appellat actum voluntatis electionem, videlicet appetitum intellectus, ſeu intellectiuum appetitum. Dixi actus voluntatis dicere intrinſecum ordinem, & connexionem ad actus intellectus tanquam ad conditionem intrinſecam ſui obiecti, quia voluntas eſt potentia cæca, quæ nullo modo neque per diuinam potentiam poteſt ferri in incognitum, etiam ſi Deus illi immediatè obiectum proponeret, & non medio proprio intellectu, vt alibi diximus, & docet Ruu. hîc. num. 49.

Intellectus ex Ariſtotele quomodo appetitus.

Obiicies ſecundò, Appetitus naturæ non differt à natura, ergo neque appetitus rationalis à ratione.

Obiectio 2.

Reſpondetur primò eſſe diſparem rationem, quia appetitus rationalis & ſenſitiuus habent actus diſtinctos à potentia cognoſcente; appetitus verò naturalis non habet operationem diſtinctam à natura. Vel, Secundò negari poteſt antecedens, præſertim in appetitu naturali operante, qualis eſt appetitus ignis in ſuam ſphæram: licèt appetitus paſſiuus naturalis non differat à natura, qualis eſt appetitus materiæ ad formam.

Obiicies tertiò, Quotieſcunque actus diuerſi eſſentialiter ſubordinati ſunt, poſſunt promi ab eadem potentia; intellectio & electio ſunt actus eſſentialiter ſubordinati, ergo.

Obiectio 3.

Reſp. actus ſubordinati poſſunt promi ab eadẽ potentia, ſi non inuoluant diuerſum omnino modum tendendi, concedo: ſi verò inuoluant, nego: electio verò, & intellectio inuoluunt diuerſum modum tendendi, vt diximus. Vel etiam

Secondò reſpondetur, actus ſubordinati fieri ſolent ab eadem potentia, ſi vnus ſequatur ab alio per modum neceſſariæ ſequelæ, non ſic actus voluntatis dimanat ab actu intellectus, cùm non ſemper, vt diximus, voluntas intellectum ſequatur.

Sectio III.

Vtra potentia ſit nobilior, intellectuſne an voluntas.

Scotus.

SCOT. in 4. diſt. 49. quæſt. 4. aſſerit voluntatem eſſe nobiliorem. Probat primò, quia voluntas reſpicit vltimum finem, qui eſt ſummum bonum, tanquam proprium, & excellentiſſimum obiectum, ergo eſt excellentiſſima potentia.

Secundò, voluntatis habitus eſt excellentior habitu intellectus, ait enim Apoſtolus ad Coloſſ. 3. *Maior autem horum eſt charitas*, immo actus voluntatis actibus intellectus: patet, quia per actus voluntatis reddimur ſanctiores, & meliores, non verò per actus intellectus; ſapientia inflat, charitas ædificat.

Confirmatur, quia charitati erga Deum opponitur odium Dei: cognitioni, quam habere poſſumus de Deo, opponitur error, ergo melior eſt charitas erga Deum, quàm cognitio Dei. Conſequentia probatur, quia peius eſt odium Dei, quàm error de Deo.

D. Thomas.

Oppoſita ſententia eſt verior, & communior, aitque intellectum eſſe nobiliorem potentiam. Eſt D. Thom. 1. Par. quæſt. 82.

Probatur, quia intellectus eſt potentia formaliter rationalis, voluntas verò tantùm radicaliter, & per participationem, & extrinſecè, quia videlicet ſequitur rationem. Secondò, intellectus eſt voluntatem dirigere, mouere, ordinare: quòd ſi etiam voluntas mouet intellectum, id præſtat ſolum applicando, illuminando verò, & dirigendo, intellectus. Tertiò, voluntas nullum actum poteſt promere, niſi præeunte intellectu, & nequit agere niſi mota; intellectus verò ſaltem poteſt promere actus primò primos, etiam ſi non applicetur, & moueatur à voluntate. Quartò, lumen gloriæ, quod eſt habitus intellectus, datur tantùm in patria, charitas etiam in via, ergo ille nobilior. Quintò, ſapientia, & prudentia ſunt virtutes nobiliores, quàm iuſtitia, ergo.

Ad Scotum reſpondetur, vltimus finis attingitur nedum à voluntate, ſed etiam ab intellectu, ab hoc ſub ratione veri, ab illa ſub ratione boni: verum autem eſt nobilius obiectum quàm ſit bonum, ideo &c.

Apoſtolus cum quibus habitibus intellectus contulerit charitatem.

Ad ſecundum reſpondetur, Apoſtolum contuliſſe charitatem cum habitibus intellectus, qui infunduntur in via, non verò ſimpliciter cum omnibus habitibus intellectus; lumen enim gloriæ eſt nobilius charitate, vt diximus. Reddimur autem meliores per actus voluntatis, quàm per actus intellectus in genere moris, non verò in genere entis: & reddimur meliores per actus intellectus in genere entis, quia per actum intellectus ratiocinamur, non verò per actus voluntatis.

Error de Deo eſt peior odio Dei in ratione entis, non in ratione moris.

Ad confirmationem reſpondetur eodem modo errorem eſſe peius malum in ratione entis, quàm odium Dei: eſſe minus in ratione moris. Vel etiam negari poſſet proportio, quæ in multis fallit, præſertim in rebus diſparatis; ſic melius eſt ingredi religionem quàm ieiunium ſeruare ex præcepto; at peius eſt non ſeruare ieiunium præceptum, quàm non ingredi religionem.

DISPVTATIO SECVNDA.

De potentia loco-motiua.

Sectio Vnica.

In quo potentia loco-motiua conſiſtat.

Potentia loco-motiua duplex.

SVPPONENDVM *primò* potentiã loco-motiuam aliam dici purè naturalem, quæ à cognitione non dependet; qualis eſt ea, quę eſt in corde, qua ſe dilatat, & contrahit: aliam dici vitalem, quæ dependet à cognitione, & appetitu præeunte, quæ eſt propria animalium.

Supponendum ſecundò, ad hoc vt animal ſe moueat, tria requiri, nempe cognitionem intellectus practici in hominibus, ſiue phantaſiæ in animalibus, quæ animal dirigat: Appetitum, qui imperet motum, & virtutem, quæ immediatè moueat membra. Difficultas ergo eſt quænam ex his ſit potentia loco-motiua propria animalium.

Caietanus. Ferrarienſis.

Caiet 3. de Anima cap. 6 Ferrar 2. contra Gent. volunt potentiam loco-motiuam conſiſtere in appetitu, & potentia executiua, tanquam in duabus cauſis ſubordinatis; in appetitu tanquam in cauſa vniuerſali, in potentia executiua tanquam in cauſa particulari.

Alij vero ex vtraque non tanquam à cauſis ſubordinatis, ſed partialibus æque concurrentibus per modum vnius agentis.

Ruuius.

Vltima ſententia eſt potentiam loco-motiuam conſiſtere tantùm in potentia executiua reſidente in muſculis, vel alijs ſimilibus partibus formaliter. Ita Ruu. hîc quæſt. 2. num. 63.

Prima concluſio. Potentia executiua non eſt principium tantùm paſſiuum reſpectu motus progreſſiui.

Ariſtoteles.

Probatur, quia potentia executiua eſt inſtrumentum, & principium intrinſecum vitale effectionum ex Ariſtot. tex. 54. Et probatur, quia intellectus, ſeu imaginatio tantùm dirigit, appetitus tantùm imperat, ergo ſi executiua, &c. ergo etiam aget.

Secunda concluſio. Potentia loco-motiua formaliter conſiſtit in ſola potentia executiua, non in appetitu, aut intellectu, & phantaſia, atque adeo ſola potentia executiua eſt cauſa phyſica ſufficiens ad progreſſionem, neque alia poteſt aſſignari.

Probatur, quia ſi quæ alia eſſet, eſſet appetitus, & intellectus, aut phantaſia; at hæ tantùm moraliter concurrunt, ergo. Minor prob. concurrunt enim tantùm imperando, quod non eſt niſi moraliter influere, non phyſicè.

Secundò, voluntas & intellectus non mouent phantaſiam, & phantaſia appetitum ſenſitiuum, & appetitus ſenſitiuus cætera membra, niſi per quamdam ſympathiam, ergo ſola potentia executiua phyſicè, & realiter mouet muſculos; ergo illa tantùm moraliter concurrunt, hæc tantùm phyſicè. Et hæc dicta ſint in tres libros de Anima.

FRANCISCI MARIÆ
DEL MONACO
DREPANITANI
CLERICI REGVLARIS,
SACRÆ THEOLOGIÆ OLIM PATAVII PROFESSORIS,
IN LIBROS METAPHYSICORVM ARISTOTELIS,
DISPVTATIONES ET COMMENTARIA.

PRÆLVDIVM.

Ad libros Metaphyſicorum Ariſtotelis.

POST res Phyſicas, agit Ariſtot. in his quatuordecim libris de rebus à materia abſtractis, & omni enti communiſſimis, ideò ordine doctrinæ poſteriores. Scientia hæc pluribus nominibus ſignificari ſolet ab Ariſtot. interdum dicitur ſapientia, ſic 1. Metaph. cap. B 2. quia de rebus agit vniuerſaliſſimis, & nobiliſſimis, & per altiſſimas, & primas cauſas: interdum quaſi per antonomaſiam dicitur Philoſophia: ſic 4. Metaph. tex. 5. ſæpe prima Philoſophia: ſic ibid. tex. 4. aliquando dicitur Naturalis theologia, quia de Deo, & intelligentiis diſputat: denique Princeps & domina ſcientiarum, quia cæteræ ſcientiæ illi ſubordinantur, & per principia illius ſua principia confirmat.

Diuidi ſolent hi libri in Prooemium, quod C duobus primis libris abſoluitur ex Fonſeca; immo totis ſex libris ex Auer. Et in Tractationem. Tractatio verò in duplicem partem diuidi poteſt: prima in quatuor libros, in ſeptimum, octauum, nonum, & decimum, in quibus agitur de abſtractis ex modo conſiderandi; & in tres vltimos, in quibus de abſtractis per eſſentiam, vt intelligentiis, & ideis: in vndecimo verò repetit, & reaſſumit, quæ in præcedentibus quatuor libris docuerat. Nos verò hæc delibabimus. Primò ergo prooemij vice agemus de A natura Metaphyſices: Secundò de natura entis: Tertiò de eius paſſionibus.

PARS PRIMA.

De natura Metaphyſices.

DISPVTATIO VNICA.

De eius obiecto.

SECTIO PRIMA.

Quodnam ſit Metaphyſices obiectum.

LOQVIMVR de obiecto adæquato. Difficultas eſſe poteſt, an illud ſit Deus, vt voluit Alpharab. Ratio eius *Alpharab.* eſt, quia hæc ſcientia excedit omnium ſcientiarum perfectionem, & omnia, quæ in Authorum ea tractantur, ad illum ordinantur, tanquam ad placita. finem, & originem. An verò ſint ſubſtantiæ abſtractæ atque immobiles: pro hac citari ſolent Auer. 1. Phyſic. in fine, & alij. An ſub- *Auerroes.* ſtantia vt ſic: An ens omne prædicamentale: An ens prout opponitur nihilo: vel tandem ens reale, quod enti per accidens, & rationis opponitur.

Prima concluſio. Deus non eſt adæquatum obiectum.

Probatur, quia ad obiectum adæquatum Metaphyſices, & cuiuſlibet ſcientiæ, non ſufficit ſi omnia, quæ tractantur in illa ſcientia, reducantur tanquam ad finem, ſeu principium, vnde ducunt originem; ſed oportet, vt quæ tractantur, pertineant ad obiectum, & ad illud reducantur tanquam principia, partes, & paſſiones; ſed hoc pacto non reducuntur ad Deum omnia, quæ tractantur in Metaphyſica, ergo. Minor probatur, quia ſi ita omnia reducerentur ad Deum, omnia quæ probantur in Metaphyſica, deberent probari per principium intrinſecum, quod eſt in Deo: hoc eſt falſum, quia eſſe æquale, & inæquale, eſſe vnum, vel multa, non probantur per rationem intrinſecam, quæ ſolùm ſit in Deo, quia eſſe æquale, & inæquale eſt proprium compoſiti: vnum & multa proueniunt ab alia ratione, quæ eſt ſuperior Deo, nempe ab ente, ſic eſſe in alio, & eſſe per ſe.

Confirmatur à pari, quia ideò corpus naturale eſt obiectum adæquatum, quod omnes paſſiones probantur per naturam in communi.

Ariſtoteles. Secundò ex Ariſt. 6. Metaph. 3. & alibi ſæpe, qui ait Metaphyſicam non coarctari ad aliquod genus entis; at ſi obiectum adæquatum eſſet Deus, coarctaretur, ergo.

Secunda concluſio. Neque ſunt omnes ſubſtantiæ abſtractæ. Patet ex dictis, & præterea

Probatur, quia ſubſtantiæ non conueniunt proprietatibus, quas Metaphyſicus conſiderat; ſubſtantiæ, inquam ſoli, quia vnum, & bonum alijs conueniunt quàm intelligentijs, ergo poteſt eſſe ratio vniuerſalior illis, vnde talis paſſio dimanet.

Tertia concluſio. Neque eſt obiectum adæquatum ſubſtantia vt ſic: ſed neque omne ens prædicamentale.

Prima pars probatur, quia ſic excluderentur nouem prædicamenta, & reduceretur Metaphyſica ad vnum genus entis.

Præterea, paſſiones, quas Metaphyſicus conſiderat, latiùs patent quàm ſubſtantia.

Secunda pars probatur, quia ſic excluderetur Deus, qui in prædicamento non continetur, cùm ſit ſubſtantia infinita, & illimitata.

Quarta concluſio. Neque eſt ens vt ens, prout opponitur nihilo, quale eſt ens quod comprehendit omne ens perceptibile, ens videlicet per ſe, & per accidens; ens reale & rationis, eſt obiectum Metaphyſicæ.

Probatur, quia ſic ens rationis eſſet partiale obiectum Metaphyſices, & Metaphyſica non eſſet tota ſcientia realis, ſed partim eſſet ſcientia rationis.

Præterea, Metaphyſica eſt ſcientia entium, ergo neque ens per accidens poteſt eſſe eius partiale obiectum, quia ens per accidens non eſt verè ens.

Quinta concluſio. Obiectum adæquatum Metaphyſices eſt ens reale, quatenus ens, comprehendens ens ſiue finitum, ſiue infinitum: vnde Deus, & intelligentiæ ſunt tantùm obiecta partialia. Dicitur præterea ens reale, quatenus ens, prout opponitur enti per accidens, antique rationis. Denique per ens reale illud intelligitur, de quo demonſtrari poſſit aliqua paſſio.

Probatur, quia ad huiuſmodi ens reducuntur omnia tanquam principia, partes, & paſſiones, ergo. Secundò ex Ariſtot. 4. Metaph. qui *Ariſtoteles.*

A ait Metaphyſicam verſari circa ens vt ens. Tertiò, ratio entis eſt per ſe cognoſcibilis, & ſpeculabilis, nec pertinet ad ſcientiam naturalem, nec Mathematicam, ergo ad aliquam aliam diſtinctam: huiuſmodi eſt Metaphyſica. Antecedens probatur, quia principia illa, quodlibet eſt vel non eſt, & quod Deus conuenit cum creaturis, & quod omne ens eſt bonum, ſunt principia, quæ nullo modo demonſtrari poſſunt à Phyſico, vel Mathematico, ergo.

Quartò, id debet ſpectare ad Metaphyſicam quod habet vniuerſaliſſimas paſſiones: Metaphyſica enim eſt vniuerſaliſſima ſcientia, & dicitur prima, ordine quia demonſtrat primum B ens; ſed primam ſpeciem entium; ſed ens reale, vt reale eſt huiuſmodi; ergo. Probatur minor, quia eſſe bonum, vnum, verum vagantur per omnia, & conuertuntur cum ente.

Quintò, id, in quod cadit abſtractio Metaphyſica, debet ad illam pertinere vt obiectum; tale eſt ens vt ens, ergo. Minor probatur, quia ratio entis neque eſt materia ſenſibilis, nec intelligibilis; ens enim abſtrahit ab vtraque materia, ergo ad Metaphyſicam ſpectabit.

Sextò, omnia ſunt ſub ente, & ens dicitur de Deo, & de ſubſtantia, & eſt prior ratio cui conuenit bonum, verum, ergo tantùm illud eſt adæquatum obiectum.

C *Obijcies primò*: Quotieſcunq; habetur ſufficiens, & adæquata cognitio inferiorum, fruſtra ponitur alia cognitio, quæ verſetur circa rationes ſuperiores: cognita enim natura analogatorum participantium vnam rationem analogam, perfectè cognoſcitur etiam ratio analoga: nam illa imbibitur in vltima ratione inferiorum, quarum natura non poteſt perfectè cognoſci, niſi cognoſcatur ratio ſuperior, vt ſi Angelum perfectè cognoſcas, etiam cognoſces naturam entis, & ſubſtantiæ; ergo non eſt ponendum obiectum ratio aliqua communis, nec diſtincta ſcientia à notitia inferiorum. *Obiectio 1.*

Confirmatur, Deus non habet cognitionem D diſtinctam, quæ terminetur ad rationes communes creaturis, ſed ſolum reſpiciendo ad rationes inferiores, omnia intelligit, ergo ſufficit diſtincta cognitio inferiorum, nec danda diſtincta ſcientia, aut obiectum.

Reſpondetur: concedo antecedens, nego conſequentiam: argumentum enim procedit ex ſuppoſitione, ſi videlicet aliquis intellectus perfectè cognoſceret omnia analogata: non tamen probat noſtrum intellectum id poſſe habere: nam cùm ſit imperfectus, non poteſt cognoſcere perfectè inferiora, niſi concipiat rationes communiores, deinde minus vniuerſales, & dum concipit vniuerſaliores, non ens concipit vt vnius ſunt, veluti in vno reperiuntur, E ſed vt abſtrahentia; quare iam format conceptum communem, quem cùm habet, inuatur in illo paſſiones communiores, & ideò de illo poteſt habere ſcientiam diſtinctam ab inferioribus, ſicut poteſt habere ſcientiam circa inferiora prout ſunt in ratione propria, non intelligendo ſuperiora.

Ad confirmationem, Deum poſſe habere hanc cognitionem, idque oriri ex perfectione cognitionis ipſius; nos autem id non poſſe.

Inſtabis, ergo diſtinctio ſcientiarum oritur ex imperfectione noſtri intellectus, ergo ex ſe indiſtinctæ.

Reſpondetur, ſi intelligas noſtram imper- fectionem eſſe rationem formalem diſtinguendi, falſum eſt; ſi verò eſſe conditionem, ſeu occaſionem diſtinctionis, verum eſt; diuerſa enim abſtractio, vt alias diximus, & ratio diſtinguendi ſcientias inter ſe; etenim, cognoſcendo ens, & ob imperfectionem noſtri intellectus, dum illud abſtrahimus ab inferioribus, alias intelligimus proprietates, quàm cum cognoſcimus ſubſtantiam, vel aliquid particulare.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò:* Ens non præſcindit ab inferioribus, ſed immediatè dicit inferiora, ergo & paſſiones conuenientes rationi entis non erunt niſi paſſiones inferiorum: ens enim ſupra ſubſtantiam nil dicit poſitiuum à ſubſtantia diſtinctum.

Reſpondetur, ſi ponatur ens non præſcindere ab inferioribus, dicet quidem inferiora, ſed non explicitè ſub conceptu inferiorum, ſed ſub quadam alia ratione communi, in qua conueniunt, & ſub qua conceptibilia ſunt, ac ſub ea ratione habent paſſiones diſtinctas, quas non habent ſub proprijs conceptibus inferiorum, ſub quibus apprehendi poſſunt, vt dicam infra.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò:* Obiectum debet habere veras proprietates, ſed ens vt ens non habet, ergo. Minor probatur, quia quicquid aſſignatur pro proprietate, eſt ens, & conſequenter erit proprium obiectum: imbibit enim in ſe rationem obiecti, ergo erunt vel totum obiectum, vel ſpecies illius, & non proprietates: ens enim includitur in omni modo, & re, quæ eſt infra ipſam.

Confirmatur primò, quia paſſiones non erunt diſtinctæ realiter ab ente, & non poterunt verè ſciri, ergo. Conſequentia probatur, quia quæ ſunt vnum, & idem, non poſſunt eſſe ſibi inuicem veræ cauſæ, & veri effectus; effectus enim ſemper eſt aliquid diſtinctum à ſua cauſa; paſſiones verò entis ſunt vnum & idem cum ente.

Confirmatur ſecundò, quia obiectum debet habere principia, ſicut partes, & paſſiones; ens verò vt ens, eſt ratio vniuerſaliſſima, ergo nequit habere principium; Peto enim an illud principium ſit ens, & ſic in infinitum.

Reſpondetur, ſi pro vera proprietate intelligat aliquid, quod ſit diſtinctum à parte rei, & verè emanet à ſuo principio, nego requiri hoc in ſcientijs; nam Deus verè cadit in ſcientificam cognitionem, cùm ſit maximè cognoſcibilis, & tamen non habet proprietates à ſe realiter diſtinctas, & emanantes. Si verò intelligat aliquid, quod ſe habeat vt conſequens, & quid poſterius, & aliud vt principium, & tanquam prius, tunc dico optimè id habere ens, quare nego minorem. Ad probationem, eſto proprietas entis ſit ens ſecundùm vnam rationem, tamen ſecundùm alteram poteſt concipi paſſio, vt quid poſterius, & aliquid conſequens ab ente. Et præterea quia aliqua paſſio dicit aliquid præter ens, & omnes paſſiones ſaltem non concipiuntur vt ens, vt ſuo loco videbimus, quod ſufficit ad rationem ſcientificam; ſicut licèt in Deo agens liberum, & intelligens ſint idem, & idem ſint eſſe immateriale, & immortale, tamen immaterialitas concipitur vt principium immortalitatis, & intelligentia libertatis; ita à pari dicere poſſumus de ente reſpectu boni, &c. Ex quo licèt includatur ens in ſuis paſſionibus eo modo, quo dicimus: nego paſſiones eſſe obiectum, quia adhuc poteſt concipi ens commune, quod imbibitur in paſſionibus, vt principium entis illius, quod eſt paſſio: ſicut licèt omnipotentia Dei ſit eſſentia Dei à parte rei, tamen eſſentia poteſt concipi prior omnipotentia; ita licèt paſſiones ſint entia; tamen non concipiuntur tales, vt ſunt ratio entis in communi; ſed vt quid attributum illius, & poſterius ad eſſentiam.

Ad primam confirmationem patet ex dictis; etenim eſto quòd paſſiones non ſint diſtinctæ, nego non poſſe ſciri, quia ſufficit illa vniuerſalis diſtinctio, vt docuimus in lib. poſter.

Ad ſecundam ens habere ſua principia; nam cùm dicimus ens, ſignificamus illud vt eſt quid habens eſſentiam, vt infra dicemus. Id autem, quod habet eſſentiam, eſt ſubiectum paſſionum, & habet principium earum, quod eſt eſſentia; ens enim vt eſt habens eſſentiam, eſt vniuerſaliſſima ratio, non quòd poſſit aſſignari ratio abſtracta, à qua denominetur; ſed quia in ſua ratione ſignificata per nomen ſuppoſiti concreti, non eſt ratio vniuerſalior, quemadmodum animal eſt vniuerſalior ratio generica ad animalia; & tamen animal habet rationem vniuerſaliorem nempe abſtractiorem quæ eſt animalitas.

Sectio II.

An ens quod eſt adæquatum obiectum Metaphyſices, includat inferiora.

ALITER ſic proponi ſolet quæſtio an Metaphyſica conſideret quidditates rerum omnium ſecundùm propriam rationem. Ratio difficultatis eſt, quia ſi Metaphyſica conſiderat ens præcisè, vt dicit meram rationem analogam in qua inferiora conueniunt, nec Deus, nec intelligentiæ ſpectabunt ad Metaphyſicum; immo nec ſubſtantia, quod eſt contra Ariſtot. & rationem. Econtrà ſi ratio entis importat inferiora, ergo importabit corpora naturalia, quare phyſica erit pars ſcientiæ Metaphyſicæ. Ideò alij aiunt nomine entis importari ſolum quædam entia particularia, vt eſt Deus, intelligentiæ, ſubſtantia, accidens ſimul cum genere analogo in quo conueniunt, vt diximus in phyſicis ſignificari per corpus naturale.

At non rectè, quia vel nomen entis ponitur abſtrahere, & tunc non dicit Deum potiùs, quàm corpus naturale: vel non ponitur abſtrahere, & tunc non inuoluet magis intelligentias quàm qualitatem, immo omnia in confuſo dicet Deum videlicet, & corpus naturale: nec ſufficit recurrere ad principalius analogatum, quod eſt ſubſtantia; nam ſequeretur ſubſtantiam ſolam in communi eſſe ſpeciem, non verò Deum, & intelligentias. Quod ſi dicas omnem ſubſtantiam, iam tunc omne corpus naturale ſpectabit ad Metaphyſicam. Ideò

Mirandul. Ægidius.

A *Prima ſententia* fuit Mirandulani. quæſt. 13. ſingul. certam. ſect. 6 & 7. & Ægid. quæſt. 22. qui aiunt Metaphyſicam conſiderare res omnes ſecundùm proprias earum differentias vltimas, atque adeo omnes ſcientias eſſe Metaphyſicam, ſeu tantùm vnam eſſe ſcientiam, videlicet metaphyſicam.

D. Thomas.

Secunda eſt D. Thom. 4. Metaph. & communis negans ad metaphyſicam ſpectare omnia entia, quæ ad alias ſcientias ſpectent, tanquam incluſa in proprio obiecto.

Supponendum primò. Vniuerſam hanc controuerſiam petendam eſſe ex diuerſo modo cognoſcendi ſcientiarum; ſi vnicus & idem modus B omnium, tunc etiam vnica erit ſcientia; ſi diuerſus, plures ſcientiæ, nec metaphyſica deſcendet ad conſiderandas res omnes in particulari.

Supponendum ſecundò Intellectum in rebus conſiderandis tripliciter procedere. Primò tantùm abſtrahendo à materia ſignata, non verò à ſenſibili, vt cùm concipit res corporeas in vniuerſali: Secundò abſtrahendo à materia ſenſibili, non verò intelligibili, vt cùm concipit res extenſas. Tertiò abſtrahendo & à materia ſignata, & à ſenſibili, & etiam ab intelligibili. Intra primum abſtractionis genus continentur obiecta ſcientiæ naturalis, quæ conſiderat res C prout ſubiacent motui: intra ſecundum, obiectum mathematicæ, quæ conſiderat res quantas, vel variè figurabiles; intra tertium, metaphyſica, quæ conſiderat ens, ſubſtantiam, accidens, vel vt carent re materia, vt Deus & intelligentiæ; vel tantùm ratione, prout in eorum conceptu, non inuoluunt materiam ſenſibilem, nec intelligibilem: hinc docent communiter, quòd Metaphyſica neque formam in materia ſenſibili & mobili, neque formam in materia intelligibili, quæ ſaltem mobilis eſt per intellectum, quæ videlicet per intellectum variari poteſt, ſed conſiderat immobilia, vt ſunt entia abſtracta.

Abſtractio intellectus triplex.

Supponendum tertiò. Ex hoc triplici abſtra- D ctionis genere à materia ſignata, & non à ſenſibili; à ſenſibili, & non ab intelligibili, & ab vtraque, fit vt obiectum ſenſibile non poſſit terminare cognitionem, qua omnino conſiderat res abſtractas ab vtraque materia: vnde vnum obiectum non includetur intra fines alterius, & conſequenter ſcientiæ verſantes circa illa obiecta, non erunt partes vnius obiecti generici ſupra ſe, ſed quælibet habebit ſuum obiectum diſtinctum. His ſuppoſitis, ſit

Vnica concluſio. Metaphyſica non conſiderat res omnes in particulari.

Probatur, quia metaphyſica tantùm conſiderat obiectum, prout abſtrahit ab vtraque materia: ergo non conſiderabit res omnes ſecundùm propriam rationem in particulari. Antecedens patet. Conſequentia probatur, quia ſi deſcenderet ad inferiora, conſideraret materiam ſenſibilem, & intelligibilem, quod eſt falſum.

Secundò, quia varius modus tendendi poteſt variare varias potentias genere diuerſas, ergo ex eodem varij habitus diuerſi genere conſtitui poſſunt: paritas eſt ferè euidens, anteced. patet ex iis, quæ diximus in lib. de Anima.

Obiectio 1.

Obiicit primò: Mirand. Metaphyſica debet pro ſuo munere præſcribere obiecta cuilibet A ſcientiæ; at id non poteſt præſtare niſi illa cognoſcat, ergo.

Reſpondetur, ad id ſufficit ſi metaphyſica cognoſcat obiecta cæterarum ſcientiarum, cognitione quadam vniuerſaliori, & laxiori, nec requiritur perfecta cognitio: neque enim neceſſe ad hoc, vt dicat cælum eſſe in Phyſicis, vt illud diſtinctè, & quidditatiuè cognoſcat, quia ſufficit ſi dicat illud eſſe intra abſtractionem phyſicam, vel non eſſe in pura abſtractione metaphyſica, aut mathematica: quod optimè præſtare poteſt ſine cognitione phyſica, & ſcientifica.

Obiectio 2.

Obiicit ſecundò: Senſus communis ſpectat B particularia obiecta ſenſuum, ergo à pari metaphyſica particularia obiecta aliarum ſcientiarum. Conſeq. eſt Ariſtot. 4 Metaph. tex. 2. vbi comparat ſcientias cum ſenſibus.

Ariſtoteles.

Reſpondetur primò, retorquendo argumentum Sicut ſenſus communis neque videt, neque audit, ita neque metaphyſica elicit ſcientiæ phyſicæ actum; & ſicut ſenſus communis facit potentiam diuerſam à ſenſu particulari, ita & metaphyſica erit diuerſa.

Reſpondetur ſecundò: diſtinguitur antecedens. Senſus communis ſpectat obiecta particularia ſenſuum eodem modo tendendi, vt ſpectant particulares potentiæ, & nego: diuerſo C modo tendendi, & concedo; inde autem nil contra nos: tantùm enim infertur, quod metaphyſica ſpectat res omnes in quadam vniuerſalitate, quod vltrò concedimus, quatenus ad eam ſpectat iudicare cognitione quadam laxiori de omnibus obiectis particularibus.

Sic etiam reſpondendum ad Ariſtot. 4. Metaph. cùm ait, *quare quot ſpecies entis ſunt, & ſpecies ſpecierum, ſpeculari vnius ſcientiæ in genere eſt*, nimirum ſub modo tendendi peculiari metaphyſico, non eo modo quo in ſuum obiectum tendit phyſicus, &c.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò: Ita ſe habet ens ad ſua analogata, ſicut ſanum ad ſua; ſed omnia ſana perti- D nent ad vnam ſcientiam, vt ait Ariſtot. 4. Metaph. tex. 2. ergo & omnia entia ad vnam.

Reſpondetur diſting. maiorem, prout ſanum & omnia analogata manent intra latitudinem propriæ abſtractionis; concedo: ſi verò non maneant, nego: ſic & omnia entia ad metaphyſicum pertinent ſub ratione entis. Hinc patet ad illud ex 9. Metaph. cap. 2. vbi Ariſtot. appellat Metaphyſicam vniuerſalem ſcientiam, quia diſputat de omnibus; Metaphyſica enim quatenus ſpectant ad ſuum munus exercendum, quod non cogant illam elicere actum inferiorum ſcientiarum, & cum illis confundi, circa omnia verſatur.

Ad rationes dubitandi, ad Metaphyſicam E ſpectare ens, & inferiora omnia, quæ ſunt ſub ratione abſtractiua Metaphyſica. Ad aliam ex alia parte patet eadem reſponſione: ens enim & inferiora ſeruant proportionem ſuam cum ente naturali, quatenus includunt eam rationem abſtractionis, ſicut omnia naturalia ad Phyſicum, quia ſunt in eadem conſideratione materiæ ſenſibilis.

Ad rationem dubitandi in tertia parte, nomine entis, vt eſt obiectum Metaphyſices, importari & entia aliqua in particulari, quæ ſecundùm ſe non inuoluunt materiam, nec ſenſibilem, nec intelligibilem, & hæc abſtractio

facit, vt ſit maior ratio cur vna ſpecies pertineat ad Metaphyſicum, non alia, Deus videlicet, & intelligentiæ, non corpora naturalia.

Obiectio. Ariſtoteles.

Obiicies: Ariſtot. 7. & 8. Metaph. agit de ſubſtantia materiali, & de partibus compoſiti materialis, vt eſt materia & forma. Item de quantitate, quæ eſt paſſio materialis. De contrariis, quæ neceſſariò inuoluunt materiam ſenſibilem: ſi ergo Metaphyſica agit de rebus materialibus, non abſtrahit eius obiectum à materia: quomodo enim abſtrahit à materia ſi illam ſpectat, & quomodo à ſenſibilibus, ſi contraria conſiderat?

Reſpondetur, dupliciter poteſt agi de materialibus, ſeu obiectis aliarum ſcientiarum, vel attingendo propriam rationem, ſubtiliùs perſcrutando paſſiones, vt cognitio in ea ſiſtat vel generatim, & indirectè, non vt in ea cognitione ſiſtat, ſed vt diſtinctiones vtiuſcunque habeantur obiecti: Metaphyſicus ſecundo modo materiam conſiderat, & etiam cætera ſenſibilia, non primo modo.

PARS SECVNDA.

De ente ſecundùm ſe.

AGEMVS de conſtitutiuo, ſeu de eſſentia entis, & eius abſtractione, & præciſione ab inferioribus, & quomodo ſe habeat ad illa, an vt quid analogum, an vniuocum. Ideò primò agemus de natura entis. Secundò de præciſione, & vnitate eiuſdem.

DISPVTATIO PRIMA.

De natura entis.

SECTIO PRIMA.

In quo conſiſtat ratio entis ſecundum ſe.

SVPPONENDVM *eſt* ens ſumi poſſe dupliciter. Primo modo participialiter, vt participium verbi Sum, quod idem eſt ac exiſtere, & ſignificat exercitium, ſeu actum exiſtendi formaliter, ita vt ſemper importet tempus: vnde cùm dicimus, homo eſt ens, ſignificatur homo exiſtens: exiſtere autem nil poteſt niſi in aliqua differentia temporis. Secundo modo ſumitur nominaliter, non vt participium verbi Sum; ſed vt nomen verbale, id eſt ſubſtantiuum ſignificans naturam, ſeu eſſe rei, non dicens exiſtentiam formaliter, ſed puram eſſentiam, & naturam. Ideò

Auicennas.

Prima ſententia eſt Auicen. vt refert D. Th. 4. Metaph. tex 3. lect. 2. & tex. 10. lect. 2. Nomine entis ſignificari accidens quoddam rebus omnibus exiſtentibus commune. Sequitur

Caietanus.

Caiet. de ente, & eſſent. cap. 4. dum ait ens, quod in decem prædicamenta diuiditur, eſſe eos

A participialiter ſumptum, & in reſponſione ad argumenta, ait ens decliuare à prædicatione quidditatiua, quia non importat, quid, ſed an ſit. Sequitur & Sot. cap. 4. in antepræd. vbi habet ens de formali conceptu ſemper importare participium verbi Sum. Docet ergo hæc ſententia nomine entis ſignificari exiſtentiam formaliter, idemque ſignificare ac eſſe exiſtens, exercitium ſeu actum exiſtendi, ſemper importando tempus; vnde ens ſumitur participialiter: quare reiicit alteram acceptionem entis, vt eſt nomen verbale. Sotus.

Probatur, quia verbum ſeu nomen ens deriuatum eſt à verbo Sum, ſicut viuens à Viuo:

B ergo ſicut verbum eſſe ſignificat exiſtentiam, ſic ens ſignificat exiſtens.

Confirmatur, cùm dicimus Petrus eſt, formatur propoſitio de ſecundo adiacente, in qua ſemper aſſignatur tempus, vt alibi diximus, cùm autem aſſignatur tempus, importatur exiſtentia; eſſentia autem non poteſt importare tempus, quandoquidem abſtrahit ab eſſe hîc & nunc.

Secunda eſt dicentium ens ſignificare formaliter, id quod habet eſſe exiſtentiæ actuale, vel poſſibile: quare idem erit ens ac poſſibiliter exiſtens vel actualiter.

Probatur, quia omne ens reale non poteſt

C excedere limites exiſtentiæ poſſibilis, aut actualis, ergo ens ſignificabit id quod poteſt, aut actu exiſtit.

Secundò, ſi ens non ſignificaret formaliter actualem, vel poſſibilem exiſtentiam, eſſet quid medium abſtrahens ab vtroque: Modo ſic vel illa eſt ratio chimerica & ficta, vel non. Si primum, contra ſuppoſitum, quia eſt ſermo de ente reali: ſi ſecundum, ergo eſt obiectum omnipotentiæ diuinæ, ergo erit poſſibile, atque adeo non abſtrahet ab exiſtentia poſſibili.

Prima concluſio. Ens vniuerſaliſſimè ſumptum, vt contradiſtinguitur ab ente rationis, nihilo, & priuationibus, non eſt ens participiali-

D ter ſumptum, quod dicit tantùm exiſtentiam, vt vult prima ſententia.

Probatur, ſi ens vt contradiſtinguitur à nihilo, & ente rationis formaliter importaret actualem exiſtentiam, ſequeretur omne, quod non habet actum exiſtentiæ actualis, eſſe nihil aut ens rationis; hoc eſt falſum, ergo. Minor probatur, quia homo vt abſtrahit ab exiſtentia actuali, non eſt ens rationis, cùm non ſit quid chimericum: neque eſt nihil, quia ſi eſſet nihil, cùm ponitur acto, nihil actu coniungeretur cum exiſtentia, & exiſteret nihil à parte rei per exiſtentiam realem. Sequela probatur, quia homo coniungitur cum exiſtentia, & eius eſſentialia

E ponuntur extra cauſas, & hæc eſſentialia ſunt nihil, ergo ponitur nihil cum exiſtentia.

Dices illud nihil fieri aliquid per exiſtentiam.

Contrà, quia exiſtentia, vt dicemus, non eſt formaliter homo, ergo non poterit illi dare entitatem, ſeu eſſe aliquod intrinſecum, & ens quod in eſſentia imbibitur. Tum quia per exiſtentiam res non actu exiſtens fit actu exiſtens; hoc autem non facit, vt quod non eſt ens ſit ens, ſed ſupponit id quod eſt ſecundùm ſe, & transfert illud ad actualem modum exiſtendi, quare ſi inuenit hominem eſſe nihil, transfert illum ad actum: ſicut ſi inuenit ens, ponit illud in eſſe exiſtentiæ.

Secundò probatur, ſcientia eſt de vero ente A reali, & hæc eſt de vniuerſalibus, quæ abſtrahunt ab exiſtentia actuali, ergo verum ens non eſt ſolum res actualiter exiſtens.

Tertiò, quod habet verum eſſe, eſt verè ens, ſed aliquid quod actu non dicit realem exiſtentiam, habet verum eſſe, ergo. Ma. eſt certa, quia eſſe eſt à verbo Sum, ergo verè eſſe eſt verè eſſe ens. Minor probatur, quia quod non habet actum exiſtentiæ, poteſt eſſe poſſibile, ergo habet verum eſſe. Conſequentia probatur, quia eſſe poſſibile opponitur impoſſibili primo & per ſe; ſed impoſſibile primo & per ſe non habet verum eſſe, ergo eius oppoſitum habet verum eſſe. Contradictoriorum enim op- B poſita eſt ratio, & illæ ſunt oppoſitæ contradictiones, quæcunque ſecundum eſſe, & non eſſe opponuntur, vt in lib. Periet. Ariſt.

Secunda concluſio. Ens vniuerſaliſſime ſumptum, vt contradiſtinguitur &c. neque eſt ens participialiter ſumptum, quod dicat exiſtentiam actualem, vel poſſibilem formaliter, vt vult ſecunda ſententia.

Probatur primò, quia ita ſe habet eſſentia poſſibilis ad exiſtentiam poſſibilem, ſicut ad exiſtentiam actualem eſſentia actualis, ſed eſſentia actualis non eſt ens per exiſtentiam actualem formaliter, ergo nec poſſibilis per ſuam. Minor patet ex dictis; nam ſicut actualis exiſten- C tia eſt veluti modus eſſentiæ in actu, ſeu ſaltem extra illam, ita exiſtentia poſſibilis ſecundum ſe &c. & ſicut actualis ponit rem extra cauſas in actu, ita poſſibilis reddit rem poſſibilem.

Secundò, eſſentia hominis vt abſtrahit ab exiſtentia, vel poſſibili, vel actuali eſt eſſentia hominis, ſed vt ſic eſt ens, ergo ens non eſt formaliter poſſibile vel actuale. Maior probatur, quia exiſtentia non eſt eſſentia, ſed quid ſuperadditum: neque enim animal rationale eſt formaliter exiſtentia animalis. Minor probatur, quia eſſentia hominis eſt ſubſtantia, ergo eſt ens.

Tertiò, eſſentia vt diſtincta eſt ab exiſtentia, D eſt extra nihil, eſt enim aliquid, ergo eſt ens, hæc enim conuertuntur &c.

Quartò, eſſentia vt diſtinguitur ab exiſtentia, eſt principium paſſionum realium, habet veritatem, & vnitatem ſuam, ergo eſt ens. Prima pars antecedentis probatur, non enim homo eſt principium riſibilitatis, quia eſt poſſibilis; aut quia actu exiſtit, ſed ex ſua natura habet hoc & eſſentialiter illi conuenit. Secunda pars etiam probatur, quia eſſentia eſt obiectum intellectus, qui poteſt ſpeculari circa illam, ergo habet veritatem, & vnitatem ſuam.

SECTIO II.

Verior ſententia aſſertur, & explicatur.

TERTIA *concluſio.* Ens vniuerſaliſſimè ſumptum prout ab ente rationis, à nihilo, & priuationibus contradiſtinguitur, eſt ens nominaliter ſumptum, quod ſic poteſt deſcribi: Ens eſt eſſentia cui non repugnat eſſe. Pro cuius intelligentia,

Notandum primò. Ens nominaliter ſumptum poſſe ſumi dupliciter concretè & abſtractè: Concretè eſt idem atque habens eſſentiam, abſtractè verò, eſt eſſentia ipſa; ſic vtrumque appellamus ob vocum indigentiam; eſſentia enim dicitur ens, quia non eſt nihil: ſic etiam & habens eſſentiam: habens eſſentiam, & eſſentia ſe habent ſicut homo, & humanitas, animal & animalitas; & ſicut humanitas facit aliquem eſſe hominem, ita eſſentia facit ens: ens ergo vniuerſaliſſimè ſumptum importat non ens concretè, ſed abſtractè ſumptum, quia eſſentia eſt quid vniuerſalius, quàm ipſum habens eſſentiam, ſicut abſtractum eſt vniuerſalius ſuo concreto.

Notandum ſecundò. Nomine eſſentiæ licèt, vt plurimum accipiatur pro re, quæ eſt quidditas ſubiecti, & contradiſtinguitur à paſſionibus, ſeu pro eo quod eſt vera eſſentia poſita in prædicamento ſubſtantiæ, vel accidentis, vt contradiſtinguitur à ſuis partibus, hic tamen nomine eſſentiæ intelligimus, quamcunque quidditatem, quæ ſatis ſit ad quæſtionem, quid eſt, & quæ per definitionem, ſeu deſcriptionem explicatur, ita vt tam entia completa, quàm incompleta, tam res actuales, quàm poſſibiles, tam proprietates, quàm principia habere dicantur ſuam eſſentiam, cùm omnia habeant ſuam quidditatem.

Notandum tertiò. Cùm dicimus ens vniuerſaliſſimè ſumptum eſt eſſentia cui non repugnat eſſe τὸ cui non repugnat eſſe, dupliciter poteſt ſumi, primo vt ens ſupponat pro eſſentia contradiſtincta ab exiſtentia, & τὸ eſſe ſupponat pro exiſtentia, vt ſenſus ſit: Ens eſt eſſentia, quæ poteſt coniungi cum exiſtentia poſſibili, vt ſunt eſſentiæ obiectiuæ; vel cum actuali, vt ſunt eſſentiæ extra cauſas: & hic modus licèt bonus ſit, tamen non comprehendit latiſſimam rationem entis; dicit enim tantùm eſſentiam cui non repugnat exiſtere, non verò exiſtentiam: non enim dicimus, quòd exiſtentia poſſit coniungi cum exiſtentia poſſibili vel actuali. Alio modo τὸ eſſe poteſt ſumi, vt ſignificet tantùm aliquid non inuoluens in ſe contradictionem ad eſſendum, & hoc modo comprehendet & eſſentiam, & exiſtentiam, & omnes modos: tam enim eſſentia, quæ diſtinguitur ab exiſtentia, habet hoc quod non repugnet illi eſſe nec implicantiam inuoluat, quam exiſtentia ipſa, quæ in ſe non inuoluit contradictionem nec in ſua ratione obiectiua poſſibili, nec in actuali: quandoquidem poteſt eſſe extra cauſas, & accipere eſſe à ſuo agente. Et hoc modo definitio tradita entis cùm dicitur: eſt eſſentia cui non repugnat eſſe, idem valet ac ſi diceretur ens eſt eſſentia realis: vtimur autem potiùs terminis negatiuis, quam poſitiuis, quia quærimus definitionem entia realis: in definitione verò non debent poni termini obiecti, quod accidiſſet ſi dixiſſem E ens reale eſt eſſentia realis, & tunc quærendum fuiſſet vlterius, quid eſt eſſentia realis, quæ explicanda fuiſſet per id cui non repugnat eſſe. Præterea neque definimus ens quod ſit obiectum potentiæ diuinæ, & quod poni poteſt à parte rei, quia ſic definiretur tantùm ens creatum, & per cauſam extrinſecam, ideo præſtat dicere: Ens eſt cui non repugnat eſſe, quia ſic comprehendit omnia; quod tamen declarandum eſt, vel per aptitudinem ad eſſendum, vel per realitatem, vel per negationem contradictionis in ſe. Ex his

Probatur concluſio, quia tradita entis defi-

nitio ſolum comprehendit ens reale, & vniuerſaliſſimam sationem entis, ergo. Anteced. quoad primam partem probatur, quia ſic optimè diſtinguitur à nihilo, negationibus; & entibus chimericis: nullum enim ex iſtis eſt tale cui non repugnet eſſe, ſeu quod aptum ſit ad eſſendum, ſi quidem ens rationis implicantiam inuoluit: priuationes, & negatiooes nil formaliter dicunt poſitiuum, ratione cuius poſſint poni in eſſe, & conſtitui intra obiectum potentiæ actiuæ. Quoad ſecundam partem probatur, quia illa definitio coouenit omnibus entibus, tam complexis quam iocompleais, finitis, & infinitis, omnia ſunt talia, vt non inuolnant contradictionem.

Ad argumenta primæ ſententiæ, & ad primum, ens nedum participialiter poſſe accipi, ſed etiam nominaliter, vt ſic autem ſignificar eſſentiam, & naturam.

Ad confir. Verum eſt in propoſitione de ſecundo adiacente importari tempus, quia tunc verbum eſt, & ens ſumitur participialiter, nunc verò ſumitur nominaliter; ideo non ſignificat exiſtentiam, ſed eſſentiam & rei realitatem.

Ad primum ſecundæ ſententiæ. Cum dicitur quod ens reale non excedit limites exiſtentiæ poſſibilis, & actualis, poteſt facere duplicem ſenſum. Primus eſt vt omne ens reale ſit formaliter exiſtentia, vel poſſibilis, vel actualis, & ſic falſum eſt; eſſentia enim non eſt exiſtentia. Secundus eſt vt omne ens reale ſit, vel coniungatur cum exiſtentia vel poſſibili, vel actuali, & ſic concedo anteced. Nam omne ens reale vel eſt actu, vel potentia; hinc tamen nil contra nos: aliud enim eſt ens poſſe coniungi cum exiſtentia, quod concedimus, & ens eſſe exiſtentiam formaliter, quod negamus.

Ad ſecundum. Si intelligatur quid medium, ideſt cùm expreſsè concipitur, non concipitur exiſtentia actualis, vel poſſibilis, concedo eſſe quid medium. Ad prob. Ens illud medium vt præſcindens ab exiſtentia actuali vel poſſibili, eſſe poſſibile hoc modo, id eſt non inuoluit repognantiam ad eſſendum: non verò eſt poſſibile, ideſt quòd ſit exiſtentia poſſibilis; & ideo nego ens ſic eſſe poſſibile.

Obiectio. *Obiicies*, Ergo ens præſcindens ab exiſtentia eſt impoſſibile.

Reſpondetur plus argumentum colligere in conſequentia, quàm ſit in antecedenti: in conſequentia enim negatur ſimpliciter omnis poſſibilitas, quæ eſt aptitudo ad exiſtendum; in antecedenti verò, impoſſibile ſeu meliùs non eſſe poſſibile ſumitur tali ratione, non eſſe videlicet eſſentialiter poſſibile exiſtentiæ, vel exiſtentia poſſibilis.

Inſtabis. Ergo realiter eſt impoſſibile.

Reſp. diſt. conſeq. Si ſenſus ſit: eſſentia entis non eſt eſſentialiter poſſibilitas exiſtentiæ: & concedo. Eſſentia enim entis eſt impoſſibile, vt ſit eſſentialiter exiſtentia: Si verò ſenſus ſit: eſſentia entis eſſentialiter eſt impoſſibilis, ideſt, ens petit ea ſua eſſentia non poſſe eſſe, & ſic nego conſeq. Nam eſſentia entis petit poſſe eſſe, & poni extra cauſas.

Vrgebis. Eſſentia vt contradiſtinguitur ab exiſtentia, eſtne ſimpliciter poſſibilis, an non: ſi poſſibilis, cùm omnis poſſibilitas ſit in ordine ad actum exiſtentiæ, adhuc eſſentia erit exiſtentia formaliter: ſi non poſſibilis, ergo impoſſibilis.

Reſp. ſi eſſentia accipiatur contradiſtincta

A ab exiſtentia, ita tamen, vt dicat etiam ordinem ad exiſtentiam, dico eſſe ſimpliciter poſſibilem, quamuis diſtinguatur à ſua exiſtentia, & ab ea præſcindat; ſicut homo etiam, vt à materia præſcindit dicitur poſſibilis, licèt in re non poſſit eſſe abſque materia: ſi verò accipiatur eſſentia ita contradiſtincta ab exiſtentia, vt eſſentia nedum excludat exiſtentiam, ſed etiam ordinem ad illam, dico ratione iſtius modi eſſentiam poſſe dici etiam impoſſibilem, ſicut homo vt negans ſiſibilitatem non eſt quid poſſibile, quia poſitio modi impoſſibilis, facit totum coniunctum impoſſibile, ratione totius.

B

DISPVTATIO SECVNDA.

De vnitate, & præciſione entis.

SECTIO PRIMA.

An poſſit dari conceptus entis qui ſit vnus.

RATIO *difficultatis* deſumitur ex Ariſtot. lib. 4. tex. 2. vbi vocat ens vnam quandam naturam; ideo

C *Prima ſententia* eſt Auer. & Niph. quos ſequitur Vaſquez diſp. 121. num. 4. aſſerentium ens non eſſe conceptum aliquem ſuperiorem, ſed eſſe ſolum nomen. Auerrois, Niphus.

Secunda in oppoſitum eſt communior & verior. Sit

Vnica concluſio. Ens neceſſariò dicit rationem aliquam communem, & ſuo modo vnam.

Probatur primò. Quia ſi ens ſolo nomine eſt vna ratio, eſſet in ſe multiplex, hoc implicat, ergo. Minor probatur, quia ſi ens eſt aliquid, & aliquam realitatem includit, quæ nullo modo D ſit vna, ergo erit omnimode multiplex, quandoquidem vnum, & multa ſunt oppoſita, & conueniunt enti: ergo ſi enti nulla vnitas conuenit, debet habere omnem differentiam, quæ excludit omnem vnitatem. Minor probatur, quia ſi ita eſſet, ens eſſet ſicut eſt vnus exercitus militum, vel quid ſimile, hoc autem eſt falſum; aceruus enim non poteſt prædicari de ſingulis, non enim dicimus lapis eſt aceruus, ſed aceruu lapis: neque hic homo eſt exercitus, ſed vnus ex exercitu: at bene dicimus ſubſtantia eſt ens, Deus eſt ens, ergo non habebit ens vnitatem exercitus, ſed aliam maiorem.

Secundò. Omnia inferiora entis poſſunt E comparari in aliquo tertio. Sed quæ ſunt huiuſmodi, debent habere aliquid commune. Minor probatur, quia ſi non haberent aliquid commune, compararentur ſecundùm proprias rationes, at hoc eſt falſum, vt patet: cùm enim comparamus accidens cum ſubſtantia, comparamus illa in aliqua ratione communi, ſecundùm quam videlicet ſunt entia.

Confirmatur: Ea quæ comparantur adinuicem, ſunt aliquo modo ſimilia, ergo habent aliquam rationem communem, ſed poteſt comparari ſubſtantia cum accidente, Deus & creatura ſaltem in ratione entis, ergo ens eſt ratio aliqua omnibus communis.

Digitized by Google

Tertiò, Proprietates debent eſſe ab aliquo principio communi, ſed ens habet ſuas proprietates, ergo.

Obiectio 1. *Obiicies primò*, Si eſſet aliqua ratio communis enti, eſſet aliquid ſuprà decem prædicamenta, quod eſt falſum. Minor probatur, quia ſic decem prædicamenta conuenirent in natura communi, differrent per differentias contrahentes, neque eſſent primò diuerſa inter ſe, quod eſt contra Ariſtot.

Reſpondetur etiam differentias hominis, & equi, eſſe rationes primò diuerſas ex Ariſtot. & tamen vtraque habent rationem ſubſtantiæ ſupra ſe: prædicamenta ergo dicuntur ab Ariſtot. primo diuerſa, quia nullum habent genus vniuocum ſupra ſe, neque contrahuntur per veras differentias, quæ ſint extra illa; poſſunt ergo prædicamenta habere aliquid ſupra ſe analogum quod eſt ens.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, Conceptus entis eſt omnino conceptus entium inferiorum, ergo non eſt aliquid commune: includit enim inferiora omnia, vt dicemus. Conſeq. probatur, quia conceptus, qui eſt idem cum inferioribus, eſt idem cum re determinata, & cum vltima differentia eiuſdem; quod autem eſt huiuſmodi, non eſt commune, quia determinatum, & commune opponuntur.

Reſpondetur, nego conceptum entis explicitum eſſe conceptum explicitum inferiorum, & omnino idem cum inferioribus: ſed dico eſſe aliquo modo diuerſum; inferiora enim includuntur in ente tantùm in confuſo.

Obiectio 3. *Obiicies tertiò*, Ille conceptus entis in communi, vel eſt ſubſtantia, vel accidens; abſolutus, vel relatiuus: aut abſtrahens ab his: ſi ſecundum, ergo erit vniuocus, cùm nullam dicat differentiam, ſed omnimodam vnitatem. Si primum, ſequetur vel accidens prædicari de ſubſtantia, vel ſubſtantiam de accidenti, abſolutum de relatiuo, vel econtrà, quæ ſunt abſurda.

Reſpondetur conceptum entis non eſſe conceptum communem omnino abſtractum; ſed dicere finitum, & infinitum, abſolutum, & relatiuum, & omnia inferiora: quomodo autem fiat hæc prædicatio, infra.

SECTIO II.

An conceptus obiectiuus entis ſit omnino vnus, & præciſus.

Conceptus obiectiuus, & formalis per quid differant.

NOTANDVM *primò*. Conceptus alius obiectiuus: alius formalis. Formalis eſt ipſe actus intelligendi, qui dicitur formalis, quia eſt forma informans intellectum, vel quia eſt ſimilitudo obiecti repræſentans illum ſecundùm ſuam formam, id eſt ſecundùm rationem communem, quæ intelligitur, vel denique vt ait Sonc. in. 4. Metaph. quæſt. 1. ad 1. quia eſt id quod fabricat mens in ſe cùm aliquid ſibi obiicitur; vnde apud Thomiſt idem eſt conceptus formalis ac ſpecies expreſſa, ſeu verbum mentis; putant enim ſpeciem expreſſam, non diſtingui ab intellectione. Conceptus verò obiectiuus eſt res ipſa, quæ obiicitur conceptui formali: dicitur obiectiuus eò quod obiicitur, dicitur conceptus per denominationem extrinſecam participatam à conceptu mentis circa ipſum verſantis, vel potentis verſari. De hoc quærimus an ſit vnus.

Præciſio, de qua quæritur, eſt rationis non rei.

Notandum ſecundò. Cùm quærimus, an hic conceptus obiectiuus ſit omnino vnus, omnino abſtractus, omnino præciſus, idem nos quærere ac an ſit ita vnus, vt in ſe nullam includat differentiam, & diuerſitatem inferiorum: non præciſus re, & ratione, qualis fuiſſet idea hominis in ſententia Platonis; & eſt conceptus formalis in communi ſententia entis, nonnullis exceptis, vt refert Suarez, Diſp. 2. ſect. 1. num. 2. & 9. ſed tantùm quærimus an ſit omnino præciſus ſaltem ratione, quale eſt animal præſcindens à ſuis ſpeciebus, quod ſi re non præſcindit, præſcindit tamen ratione.

Scotus. Suarez.

Prima ſententia eſt Scoti in 1. diſtinct. 3. quæſt. 3. & diſt. 2. quæſt. 1. Soti in prædicam. quæſt. 1. cap. 4. Suarez diſput. 2. ſect. 2. num. 8. & deinceps qui volunt ens dicere vnum conceptum omnino præciſum ratione à ſuis inferioribus, ac conſequenter vnum ſimpliciter.

D. Thomas. Caietanus.

Secunda eſt D. Thom. 1. part. quæſt. 13. art. 5 quæſt. 7. de Poten. art. 7. de Verit. quæſt. 2. 4. Metaph. quæſt. 1. Cœl. lex. 2. Caiet. cap. de vnico, & Opuſc. de analog cap. 4. & aliorum, quos citat Suarez, qui volunt rationem obiectiuam entis non præſcindere ab inferioribus, quæ verior eſt, & probabilior: pro cuius intelligentia,

Notandum tertiò in hac quæſtione duo eſſe quæ difficilem reddunt hanc ſententiam; vnum quidem, quod certum omnino eſt, alterum quod ſequitur ex primo. Quod primò tanquam certum recipimus, eſt dari conceptum communem entis ad ſubſtantiam, & accidens, Deum, & Creaturas, vt ſupra probauimus; neque enim conueniunt in ſolo nomine, quia aliter inferiora eſſent æquiuoca: tam enim ſubſtantia creata, quàm increata, tam accidens quàm ens per ſe ſunt intrinſecè entia. Quod verò ſequi videtur ex primo, eſt conceptum, illum communem entis eſſe omnino vnum, & præciſum ab inferioribus; ſi enim communis eſt, indifferens eſt ad ea quibus eſt communis, & conſequenter vnus abſtractus. Vt ergo quæſtionem omnem diſſoluamus, videndum eſt, an poſſint ſtare ſimul hæc duo, eſſe communem conceptum, & non eſſe perfectè vnum; quod ſi oſtendam, clarum fiet conceptum obiectiuum entis non præſcindere ab inferioribus, quandoquidem perfecta vnitas per aduerſarios facit perfectam præciſionem, quare imperfecta vnitas, non perfectam præciſionem. Ideo

Non implicant conceptus cõmunis, & imperfecta vnitas.

Notandum quartò non implicare hæc duo conceptum communem, & imperfectam vnitatem.

Probatur primò, quia analoga habent conceptum communem, & non perfectè vnum, ergo poteſt eſſe communitas cum imperfecta vnitate: Prima pars anteced. patet ex ſect. præcedenti. Secunda pars probatur, quia analoga differunt ab vniuocis in ratione perfectæ & imperfectæ vnitatis (licet aliquid aliud velint aduerſarij) ergo. Antecedens probatur, quia analoga ſunt minus vna, quàm vniuoca, vt patet ex definitione eorumdem, quæ in ratione communi ſunt partim eadem, partim diuerſa: Vniuoca verò in ea ratione ſunt omnino vna, ergo ſi analoga ſunt partim diuerſa, non habent om-

nimodam vnitatem in ratione illa, quare differunt ab vniuocis in hoc quod habent imperfectam vnitatem.

Secundò, quia differentiæ analogatorum licèt differant inter ſe, tamen etiam conueniunt; & ſi conueniunt, & differunt in eadem ratione, non erunt perfectè vnum.

Tertiò, inferiora analoga recedunt à perfecta vnitate, nimirum ab vniuocatione, ſi quidem vniuocatio, vt vniuocatio, ſignificat perfectam vnitatem, eſtq; vna vocatio nominis, & ſubſtantiæ, quæ dicit omnimodam vnitatem. Modo ſic. Inferiora analoga recedunt à perfecta vnitate, ergo eorum conceptus non eſt perfectè vnus, quia omnimode vnum nullo modo eſt diuerſum, & caret diuerſitate; at conceptus analogorum non caret diuerſitate, ergo nec omnimode vnus.

Confirmatur, nequit aliqua ratio communis recedere ab vnitate, niſi accedat ad diuerſitatē, nempe ad differentias inferiorum, quarum negatio facit omnimodam vnitatem in vniuocis, ergo ſi analoga recedunt ab vno perfecto, accedunt ad vnum imperfectum; vnum autem imperfectum idem eſt ac diuerſum, vt patet in vniuocis.

Maneat ergo poſſe ſtare hæc duo ſimul: & quod aliqua ratio analoga ſit communis, & non ſit perfectè vna. Ideo ſit

Prima concluſio. Ens non dicit conceptum obiectiuum omnino præciſum ab inferioribus, qui ſit perfectè vnus.

Probatur primò, ideò debet præſcindere, quia nequit dari conceptus communis, & non omnino præciſus, vt ex rationibus aduerſariorum colligitur: hoc eſt falſum, ergo. Minor patet ex dictis, quia ſi diceret omnimodam vnitatem, conceptus entis eſſet vniuocus non analogus, quod infra impugnabimus.

Secundò, ſi quis abſtrahat ens ab inferioribus, vel relinquet aliquid, vel non: ſi ſecundum, omnia includuntur in ente, & conſequenter conceptus illius non erit omnino præciſus. Si primum vel illud eſt ens, vel non: ſi non eſt ens, ergo nihil: ſi ens, ergo abſtrahens non abſtraxit ens.

Suarez. Reſponderi poſſet ex Suarez, remanere tale ens, & abſtrahi in ſenſu communi.

Contrà, quia tale ens, vt relictum conuenit cum aliis talibus entibus relictis in ratione entis, ergo ab illis poteſt abſtrahi conceptus communis, vt patet: de quo peto an aliquid relinquat; vel non: ſi ſecundùm ratio communis includet differentias. Si primum, recurrit iterum argumentum.

Albertus. Reſpondet Albert. diſput. 1. quæſt 6. in prędicam. ſubſt. cùm quis abſtrahit ens, abſtrahit quidem rationem communem entis ſuperiorē, relinquens rationes inferiores entis, quæ ſunt ens inadæquatum: ſicuti ratio ſuperior eſt ens adæquatum ſaltem ſecundùm prædicationem, atque ait rationes inferiores entis differre formaliter à ſuperiore ratione eiuſdem entis, nam ratio ſuperior eſt incluſa, inferior includens. At

Contrà, ſi remanent rationes inferiores, quas ipſe vocat limitationes entis, ſeu ſi remanent differentiæ, ergo ratio communis, non eſt eſſentia talium entium nempè differentialium. Conſequentia prob. quia poteſt abſtrahi ratio entis ab illis rationibus remanentibus in eſſe ſuo, cùm præſertim formaliter differant, ergo ens erit non ratio analoga, ſed vniuoca.

Præterea, rationes inferiores entis v. g. accidens, & ſubſtantia vel diſtinguuntur eſſentialiter ab eſſentia entis; vel non. Si primum, ergo eſſentialiter non erunt entia realia, & conſequenter nihil, quia quod realiter non eſt ens, ſeu quod ab hoc diſtinguitur eſt nihil. Si non diſtinguitur eſſentialiter, ſed tantùm formaliter, vt includens, & incluſus, ergo conceptus ſubſtantiæ & accidentis, erit conceptus entis.

Præterea, dum rationes inferiores entis vocat ens inadæquatum, vel eximit illas à ratione entis; vel non. Si non, ergo iam illæ rationes in ente includuntur: Si eximit, ergo non ſunt entia, quod apertè implicat in adiecto, quomodo ens incompletum ſi non eſt ens.

Tertiò probatur concluſio. Conceptus entis in ſubſtantia, vel eſt ſimplex, vel compoſitus. Si ſimplex, qui abſtrahit conceptum entis à ſubſtantia, abſtrahit ſubſtantiam: Si compoſitus, ergo modus ſubſtantiæ eſt extra rationem entis, & conceptus entis erit vniuocus; conceptus enim entis in ſubſtantia componetur ex ente, & ſubſtantia, & ratio ſubſtantiæ, ſeu modus ille erit extra rationem entis.

Quartò, inferiora in ratione entis conueniunt, & differunt, ergo ratio entis non eſt præciſa, & quod inferiora in ratione entis conueniant patet ex ſect. præcedenti. Quòd differant probatur, quia inferiora per vltimas differunt, ſed ſecundùm omnino eamdem rationem ſunt idem eſſentialiter cum ente, ergo in ratione entis eſſentialiter conueniunt, & differunt.

Secunda concluſio. Ens dicit conceptum aliquo modo vnum videlicet imperfectum, quia inuoluit differentias inferiorum in confuſo conuenientes in ratione communi. Patet ex dictis; ens enim dicit vnum conceptum communem, vt ſect. præced. vidimus, & inuoluit inferiora, vt hactenus probauimus, ergo vnus conceptus imperfectè, quia includit diuerſitatem; includens enim inferiora includit differentias, includens differentias includit diuerſitatem.

Rationes in oppoſitum, quas aggerant infinitas aduerſarij, nil ferè contra nos probans. Probant autem ſolùm hoc nos poſſe habere vnum conceptum obiectiuum entis, vnum quidem non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid: ſemper enim inuoluet ipſas inferiorum differentias. Aduertendum tamen nos hîc non loqui de illa ratione entis, quam poteſt intellectus fingere nil cogitando de inferioribus, ſed de ente obiectiuè ſumpto, quod à parte rei reperitur, illud autem ſemper inuoluet differentias inferiorum.

Sectio III.

An conceptus formalis entis ſit vnus, & præciſus ſecundùm rem, & rationem.

Caietanus. Ferrarienſis. Heruaus. Fonſeca.

LIcet Caiet. & Ferrar. ex eo quod negant vnitatem conceptus obiectiui, negent etiam vnitatem conceptus formalis: tamen Soncin. & Heru. & Fonſ. & alij etiam negant conceptum obiectiuum vnum præciſum, concedunt tamen vnum formalem. Ideo.

Notandum primò Conceptum formalem A entis comparari poſſe, & ad conceptus inferiorum, & ad ipſa inferiora.

Notandum ſecundò Conceptum formalem poſſe ſumi dupliciter, & in ratione rei, & in ratione imaginis, quatenus videlicet eſt alterius repræſentatiuus.

Prima concluſio. Si operationes intellectus realiter ab intellectu diſtinguuntur, vt communiter Thomiſtæ, conceptus formalis entis eſt vnus, & præciſus à conceptibus inferiorum.

Probatur, quia diſtincta eſt operatio intellectus, qua concipimus ens ab ea, qua concipimus ſubſtantiam vel accidens. Modo ſic, operationes re diſtinguuntur ab intellectu, ergo & B inter ſe, ergo etiam conceptus entis re diſtinguetur à conceptibus inferiorum.

Secunda concluſio. Conceptus entis formalis in ratione rei eſt perfectè vnus, & præciſus ſecundum rem, & ſecundùm rationem: eſt Soncin. 4. Metaph. quæſt. 2. & 3. Iauel. 4. Metaph. quæſt. 1. & aliorum.

Soncinas. Iauellus.

Probatur, ideò conceptus formalis nequit eſſe perfectè vnus in ratione rei, quia conceptus entis obiectiuus non eſt perfectè vnus; at id non refert, ergo. Minor probatur, quia conceptus formalis non ſumit vnitatem ex vnitate, vel multiplicitate conceptuum obiectiuorum. Et probatur, quia conceptus formalis in ratio- C ne rei habet propriam entitatem, & vnitatem intrinſecam.

Confirmatur, Angeli ſuperiores per vnam ſpeciem adæquatam vno conceptu poſſunt cognoſcere plura obiecta diſtinctè ſecundùm ſuas vltimas differentias, ergo vnico formali conceptu cognoſci immediatè poſſunt plura obiecta.

Confirmatur ſecundò, in hoc differunt ſpecies & imago, quia imago repræſentat vt quod, ſpecies vt quo, & ideo imago nequit eſſe imago niſi illius imaginati, ſpecies verò poteſt repræſentare plura. Ratio à priori eſt, licèt actus ſpecificentur ab obiectis, non tamen indiui- D duantur ab obiecto, quia poteſt idem obiectum diuerſo tempore repræſentari pluribus actibus numero diſtinctis, ergo & plura obiecta vnico actu.

Confirmatur tertiò, vnico conceptu formali poſſunt repræſentari plura obiecta ſimilia numero, & ſpecie diſtincta, vt lux & color, & plures effectus vnius cauſæ, vt alibi diximus, & licèt illa repræſententur vt conuenientia, verè tamen intellectui repræſentantur vt plura, ergo actus non indiuiduatur ab obiecto, ergo licet conceptus obiectiuus ſit multiplex, formalis tamen poteſt eſſe vnus ſaltem in ratione rei.

Tertia concluſio. Conceptus entis formalis E in ratione imaginis, & repræſentatiuus, non eſt perfectè vnus, & præciſus.

Probatur, ex multitudine conceptuum obiectiuorum ſumitur multitudo conceptuum formalium in ratione imaginis: ſed conceptus obiectiuus entis non eſt perfectè vnus, & dicit in ſe diuerſitatem, ergo etiam conceptus formalis. Maior probatur, quia conceptus formalis licèt in ratione rei habeat propriam entitatem, & vnitatem, in ratione tamen imaginis nullam habet entitatem, & vnitatem præter illam ſui repræſentati, quia conceptus formalis in ratione imaginis, non eſt niſi extrinſecè ens; A quatenus videlicet eſt entis ens, ergo ſi multa ſunt, quæ repræſentat, & ipſe erit multiplex.

Secundò, in angelo ſuperiori licèr de facto ſit vnus formalis conceptus in ratione rei, ille tamen conceptus eſt multiplex in ratione imaginis, repræſentat enim plura vt plura: ratio huius eſt, quia ſumit ſuam vnitatem ex ſubiectis repræſentatis, cum ſit ipſorum imago.

SECTIO IV.

An ens prædicetur quidditatiuè de omnibus rebus, & ſuis paſſionibus.

NOTANDVM *primò* nos non loqui de ente participialiter ſumpto, quia hoc non prædicatur eſſentialiter niſi de Deo, qui exiſtit per eſſentiam, ſed de ente ſumpto verbaliter pro eſſentia, cui non repugnat eſſe.

Prima ſententia eſt Scoti in 1. diſt. 3. quæſt. 3. & in 2. diſt. 3. quæſt. 6. qui negat ens prædicari de vltimis differentiis, & paſſionibus, quas ipſe in 2. diſtinct. 3. quæſt. 2. putat eſſe reales: concedit ſolum eſſentialiter prædicari de veris, & completis entibus.

Scotus.

Probatur de vltimis differentiis ſic, vltimæ differentiæ non poſſunt includere ens, ergo ens de illis non prædicatur eſſentialiter. Ante- C cedens probatur, quia in hoc differunt vltimæ differentiæ, & non vltimæ: non vltimæ ſunt, quæ ſunt reſolubiles in plures conceptus, vltimæ verò quæ reſolui non poſſunt; alioquin daretur proceſſus in infinitum, ab illis enim poſſet abſtrahi ratio in qua conuenirent, & ratio per quam contraherentur.

Præterea, ſicut in omni compoſitione phyſica deuenitur ad puram potentiam, & purum actum, ita in compoſitione Metaphyſica debet deueniri ad rationem purè determinatam, & purè determinantem; huiuſmodi autem conceptus determinatus non poteſt eſſe niſi ens; D determinatiuus verò nequit eſſe niſi conceptus vltimarum differentiarum.

De paſſionibus verò probatur ſic. Ens non prædicatur per ſe de paſſionibus, ergo neque quidditatiuè. Conſequentia probatur, quia quæ prædicantur quidditatiuè, prædicantur in primo modo dicendi per ſe. Antecedens probatur, quia paſſiones prædicantur de ſubiectis in ſecundo modo dicendi per ſe 1. Poſt. 31.

Secundò, omne includens aliud, vt genus, non conuertitur cum illo, ſed paſſiones conuertuntur cum ente, ergo non includunt illud vt genus.

Tertiò, ens diuiditur in increatum, & in de- E cem prædicamenta; at paſſiones non ſunt aliquid ex prædicamentis, aliàs non eſſent tranſcendentales.

Quartò, vnum quod eſt paſſio entis, vel tantùm eſt ens, & nihil illi addit; vel addit aliquid. Non primùm, quia ens eſſet paſſio entis: ſi addit aliquid, vel eſt aliquid de quo ens prædicetur, vel aliquid de quo ens non prædicetur; ſi primum, recurrit argumentum; ſi ſecundùm, ergo non eſt ens, quod intendit, hoc eſt paſſiones addere aliquid enti, quod non ſit ens, & de eo non prædicetur.

Secunda ſententia eſt communis dicentium, ens dici intrinſecè, & eſſentialiter de omni re poſi-

poſitiua, ſiue ea ſit modus, ſiue differentia, ſiue ens completum ſiue incompletum. Ita D. Th. 1. contra Gent. cap. 15. cum qua ſit

D. Thomas.

Prima concluſio. Ens ſumptum nominaliter, prædicatur intrinſecè, & quidditatiuè de omnibus differentiis, ſiue eæ ſint vltimæ, ſiue non.

Probatur, quia illæ vltimæ differentiæ eſſentialiter componunt ens reale; omnis enim differentia eſt determinatiua, & apta facere compoſitionem in determinabili, ergo eſt ens reale. Conſequentia probatur, quia quod eſt ens reale, non poteſt eſſentialiter conſtitui per id quod eſt non ens reale.

Confirmatur, nil poteſt reperiri in accidentibus quod intrinſecè non ſit accidens, neque in ſubſtantia quod non ſit intrinſecè ſubſtantia, ergo à pari nihil quod non eſt ens, poterit componere ens.

Secundò, vltima differentia contrahens animal in gradu rationali, conſtituit animal in prædicamento ſubſtantiæ, ergo in prædicamento ſubſtantiæ reali, nequit autem aliquid ponere hominem in prædicamento reali, niſi reale ſit.

Tertiò, ita ſe habet compoſitio Phyſica, ſicut Metaphyſica, ſed illa non poteſt fieri ex non ente, ergo neque Metaphyſica.

Secunda concluſio. Ens reale prædicatur intrinſecè de omnibus modis, rebus completis, partibus incompletis, quæ verè & poſitiuè ſunt in rerum natura.

Prob. ea, quibus conueniunt paſſiones entis, non poſſunt non eſſe entia, ſed his omnibus conueniunt paſſiones &c. Maior patet, quia paſſiones ſunt connexæ cum ſuis principiis, & non poſſunt fluere niſi à propria cauſa, ergo paſſiones entis non poſſunt eſſe niſi cum principio proprio, videlicet cum ente. Minor probatur in omnibus modis; quales ſunt exiſtentia, hæcceitas, ratio ſubſiſtendi per ſe &c. De his enim verum eſt dicere bonum, verum. Minor probatur, quia ſunt cognoſcibilia, appetibilia; optimum enim eſt exiſtere extra cauſas, eſſe per ſe: idem patet de materia & forma; forma enim eſt finis, finis autem bonus: & ſubſiſtere per ſe eſt aliqua alia realis perfectio, quàm eſſe in alio.

Secundò, modi iſti qui ſunt ſub ente, vel ſunt extra nihil, vel non: ſi ſecundum, ergo nihil ſunt, quia id quod non eſt extra nihil, includitur in nihilo: ſi primum, ergo ſunt entia, quia quicquid eſt extra nihil, eſt aliquid poſitiuum.

Reſponderi poteſt hos modos eſſe extra nihil, non tamen eſſe ens, quia ens dicit id quod eſt vt quod, ſeu ens vt quod: modi autem ſunt ens vt quo: quare neque erunt ens, neque intra nihil, quia intra nihil non ponuntur entia vt quo, & intra ens ponitur ens vt quod.

Contrà, vel nomine entis vt quod intelligunt ſuppoſitum, quod appellatur per ſe primò vt quod, & dicitur vt quod operari; vel intelligunt rationem entis in communi, & eam nolunt imbibi in modis: ſi primum, libenter damus, non enim modi & partes entis ſunt entia vt quod, & ſuppoſita. Si ſecundum, ergo ens eſt eſſentia realis cui non repugnat eſſe, & hæc realiter & eſſentialiter prædicatur de inferioribus: vnde ſic argumentor. Ens vniuerſaliſſimè ſumptum eſt extra nihil, & eſt ens vt quod, vt volunt aduerſarij, ſed inferiora completa, & etiam incompleta ſunt extra nihil, vt eſt ens, ergo ea ſunt entia vt quod. Minor probatur, quia ideò ens vniuerſaliſſimè ſumptum eſt ens vt quod, quia eſt natura realis, ſed omnia ſupra dicta ſunt natura, & eſſentia realis, quia quodlibet illorum non repugnat, contradictionemque non inuoluit in ſe, quod autem eſt huiuſmodi, eſt eſſentia realis.

Tertia concluſio. Paſſiones entis ſecundum id quod ſunt quid poſitiuum, vt videbimus, participant rationem entis.

Probatur eodem modo, quia omnia poſitiua ſunt aliqua natura realis, & habent aliquid non inuoluens contradictionem; ſed ſi paſſiones ſunt poſitiuæ, ſunt huiuſmodi, ergo.

Ad primum quoad vltimas differentias. Vltimæ differentiæ dicuntur non reſolubiles, non quia non ſint entia, ſed quia non ſunt rationes ſuperiores, quæ contrahantur ab vlteriori differentia, ideò non ſequitur proceſſus in infinitum: Quod ſi differentiæ ſimul differunt in ratione differentiæ, & conueniunt in ratione entis, ideo conceptus communis entis dicitur analogus, & imperfectè vnus ex dictis.

Vltimæ differentiæ quare non reſolubiles.

Ad ſecundum. Sicut in phyſicis materia, quæ eſt pura potentia, dicit phyſicam entitatem, ſic etiam vltima, & pura differentia inuoluit etiam eſſentiam metaphyſicam, alioquin ens non eſſet ratio vniuerſaliſſima.

Ad primum quoad paſſiones reſp. In paſſionibus concedendum eſſe duplicem conceptum, & entis, & paſſionis: vt paſſiones ſunt, de iis prædicatur ens in ſecundo modo: vt entia ſunt, ens prædicatur de iis quidditatiuè, & eſſentialiter.

Ad ſecundum. Ens non eſſe genus vniuocum, ſed analogum, ideo poteſt conuerti cum quolibet inferiori.

Ad tertium. Paſſiones non ſunt vnum ex prædicamentis, ſicut neque ipſum ens, & ſicut ens reperitur in omnibus prædicamentis, ſic etiam in eiſdem paſſionibus.

Ad quartum. Quid addant paſſiones ſupra ens diximus ſupra.

SECTIO V.

An conceptus obiectiuus entis vniuocus ſit an analogus; quod ſi analogus, qua analogia de ſuis inferioribus dicatur.

FVIT Aureol. ſententia apud Capreol. in 1. diſt. 2. quæſt. 1. qui putauit ens dici æquiuocè de ſuis inferioribus: verùm hanc ſententiam ſupra impugnauimus.

Aureolus.

Celebris eſt ſententia Scoti in 1. diſtinct. 3. quæſt. 1. & diſtinct. 8. quæſt. 3. Io. Canon. 1. Phyſic. quæſt. 3. Anton. Andreæ 4. Metaph. quæſt. 1. Qui volunt ens dici vniuocè de ſubſtantia & accidenti; Deo & Creaturis, vniuocatione Logica & Metaphyſica; phyſicè verò eſſe æquiuocum: Volunt ergo ens dicere conceptum obiectiuum perfectè vnum, & præciſum à ſuis inferioribus, ac contrahi ad inferiora immediatè non per differentias, ſed per modos quoſdam intrinſecos, perſeitatem videlicet, & inalietatem: putat enim differentias diſtingui à modis penes hoc, quia differentia eſt perfectio quædam, quæ adueniens gradui generico conſtituit vnam naturam diſtinctam ab vtroque gradu generico, & differentiali: modus verò licèt intrinſecè naturæ adueniat, & illam deter-

Scotus.
Io. Canonicus
Anton. Andreas.

minet non tamen facit vnam tertiam naturam diſtinctam, ſed illam relinqoant io ſuo eſſe modificatam tantùm; id aiunt vt explicent quomodn eos licèt ſit vnum præciſum, non tamen ſit genus ſuperius. Adduot præterea ens dici æquiuocè vniuocatione phyſicâ, quia ens non dicit vnam phyſicam naturam in omnibus inferioribus, in Deo videlicet, & Creaturis. Addunt denique ens prædicari de differentiis vltimis & huiuſmodi modis, non fotioaliter & quidditatiuè, ſed tantùm ideoticè. Parum ab en diſtant Nnminales, niſi quod aiunt ens eſſe genus, & eſſentialiter prædicari de omnibus rebus realibus.

Tertia ſententia eſt ens neque eſſe nmnino æquiuocum, neque voiuocum, ſed analogum. D. Thomas. Ita D. Th. 4. Met. 2. eiuſqoe ſectarores.

Notandum eſt hanc quæſtionem facilè ſolui ex iis quæ modo agitamus; ſi eoim ens eſt ratio nedum ſecundum nomeo, ſed etiam ſecundum rem, ſtatim colligitur ens, eiuſque conceptum non eſſe æquiuocum: præterea ſi ens nnn dicit conceptum obiectiuum perfectè vnum, & præciſum etiam colligitur nno eſſe vniuocum, ſed analngum. Præter hæc

Notandum ſecundò vnitatem omnem ſiue vniuocam, ſiue analogam, ſiue æquiuncam quam intellectus inuenit in rebus vt eas poſſit ſimul intelligere, nil aliud eſſe niſi ſioilitudinem quandam earumdem: quæ enim ſimilia ſont intellectus ſimul, & endem modo apprehendit, & de iis fert iudicium: æquiuoca ſunt ſimilia in nomine, vniuoca nedum io nomine, ſed etiam ſecundùm eſſentiam: analoga ſunt ſimilia in nomine, in eſſentia vero partim ſimilia partim diſſimilia. Verùm vt cognoſcamus quæ ſint vniuoca, quæ analoga, duplex tradi ſolet regula. Prima vt illa quæ conueniuot in vna aliqua natura vniuoca, nullo mndo ratinne illius naturæ differant; hinc namque fiet vt illa natura æqualiter ab omnibus participetur: ſi enim eadem natura non æqualiter participetur, iam participantia illam naturam, ratione illius naturæ different, nec erunt omnino vnum: ſic ſanum quia diuerſimodè participatur ab homine, medicina, & pulſu, ideo medicioa homo, & pulſus differunt in ratione ſani, in qua aliquo modo conueniunt. Secuoda regula eſt vt natura illa communis & vniuoca ſit omninn diſtincta ab omnibus differentiis contrahentibus: quod ſic cognoſci pnteſt ſi prædicata quæ conueniunt differentiis, ſeu rat ratinoe differentiarum, non conueniunt rationi illi communi: ſi enio eadem prædicata cnnuenirent, tum ratinni communi, tum etiam differentiis, iam inferiora nedum conuenirent, ſed etiam differrent per ratiooem communem, & ideo ratio illa communis oon repetiretor eodem modn in nmnibus inferioribus. Ex his fit

Prima concluſio. Ens noo eſt genus vniuocum, ſed analngum.

Probatur, quia inferiora cooueniunt in ratione entis, & etiam in ratione entis differunt.

Secundò, ens inæqualiter participatur, quia ens in Deo eſt infinitum, & ens per eſſeotiam; ono ſic creaturæ.

Tertiò, prædicata differentiarum conueniunt in vna ratinne communi, nec ens ipſum à differentiis præſcindit.

Quartò, quæ conueniunt vniuocè habent vnam tantùm naturam, in qua conueniunt; alteram per quam differunt, ſed in entibus non A qoeunt reperiri hæ duæ naturæ diſtinctæ, cùm quodlibet ſit eos.

Antonius Andreas. Reſpondet Anton. Andre. Modos entis non eſſe entia, & in entibus eſt id in quo conueniunt, & io quo differuot, nec facit eſſentialiter differre.

Contrà, modus entis per ipſos non eſt differentia, ſed tantùm modificat ens, & etiam patet in exiſtentia, & ſubſiſtentia, nec facit per ipſos eſſentialiter differre, ergn ſi ſubſtantia & accidens differunt tantùm per modos, non differunt eſſentialiter, quod implicat.

Secunda concluſio. Ens eſt vnum analogum analngiâ miſtâ, proportionis videlicet, & attributionis ad ſubſtantiam, & accidens.

B Prima pars, quod videlicet ſit analogum proportionis, probatur, accidens intrinſecè participat formalem ratinnem entis, nec per habitudinem tantùm ad ſubſtantiam, ergo. Anteced. probatur, quia vt abſoluitur ab illa eſt extra nihil, & conuenit cum illa in ratiooe communi, ea autem eſt extra nihil.

Confirmatur, ſi accidens eſſet nihil, vt abſoluitur à ſubſtantia, non poſſet conuenire cum ſubſtantia in ratione entis, & neceſſariò eſt vtrumque ens formaliter, ergo.

Secundò, accidens vt à ſubſtantia diſtinguitur, habet ſuos mndns reales, & ſuas operationes C reales diſtinctas, ergn intrinſecè eſt ens, habet enim ſuam exiſtentiam, & inhærentiam; poteſt producere ſibi ſimile, ergo proportionaliter illud participabit.

Secunda pars, quod videlicet ſit analogum attributinnis ad ſubſtantiam, & accidens, prob. ex 6. Ethic. cap. 6. vbi ens vocat analogum, & ait dici priùs de ſubſtantia, poſtea de accidente, quia ſcilicet accidens ſit ens per ordinem ad ſubſtantiam: & 7. Metaph. appellat accidentia entis entia, & cap. 2. comparat ens cum ſano, quod eſt analogum attributionis vt, patet.

De hac re egimus in Logicis in Anteprædicam. quò vos mitto. Hic tantùn recolendum D eſt id quod ibi contra Suarez diſput. 31. ſect. 2. num. 14. diximus. Hanc analogiam attributionis eſſe per quamdam denominatiooem extrinſecam, & rationem participatam ex vi iſtius analogiæ ooo reperiri io omoibus analogatis formaliter, & hoc ſenſu vocat Ariſtot. ens analogum ad vnum, nempe ad ſubſtantiam: Cum autem dicimus accidens ſecundum hanc analogiá eſſe extrinſecè ens, nil aliud ſignificamus niſi ens non participare ratinnem primi analogati, ſeu rationem entis, hoc nomine entis primo ſignificatam, qund in re eſt ſubſtantia, ſed tantùm eſſe ens ſubſtantiæ, & inſtrumentum productiuum ſubſtaotiæ, oon vero poſſe vocari ſubſtan- E tiam.

Tertia concluſio. Ens nedum dicitur analogicè de ſubſtantia & accidente, ſed etiam de illis rebus quæ ponuntur in eodem prædicamento.

Ratio eſt, quia ens inuoluit omnes differentias quibus inferiora in eodem prædicameoto ab inuicem diſtinguuntur, ergo ad illa eſt analogum. Conſeq. prob. quia nequit abſtrahi ratio vniuoca à rebus, quæ ſecundùm eamdem communem rationem conueniant, & differant.

Quarta concluſio. Ens dicitur analngicè de Deo, & de Creaturis, analngiâ tum attributionis, tum proportioois.

Prima pars probatur, quia creatura eſt intrinſecè & formaliter ens.

Secundo creaturæ participant rationem entis finitè, Deus verò infinito modo & per eſſentiã.

Secunda pars probatur, quia creaturæ dicunt ordinem ad Deum, ſiue ille ſit eſſentialis ſiue accidentalis, quod quidem puto probabilius, dicunt enim ordinem ad Deum tanquam ad cauſam efficientem, finalem, & exemplarem, qui quidem ordo non eſt eſſentialis, ſed accidentalis; neque enim effectus dicit ordinem eſſentialem ad ſuum exemplar. vel ad ſuum agens, cùm concipi & deffiniri perfectè poſſit, abſque huiuſmodi exemplari, efficiente, & fine.

Præterea, quia cauſæ ſecundæ dant eſſe effectui, & tamen effectus non dicit eſſentialem ordinem ad ſuas cauſas, ſed tantùm accidentalem: ita etiam ad Deum: hic tamen ordo eſt neceſſarius, ſed hæc duo differunt.

Quinta concluſio. Subſtantia prædicamentalis licèt vniuocè deſcendat ad ſua inferiora: accidens tamen ad nouem prædicamenta non deſcendit niſi analogicè. Contra Albertinum diſp. 1. de eſſe & eſſent. quæſt. 7. qui ideò vult duo reuera eſſe prædicamenta ſubſtantiam & accidens, accidens verò diſtingui in nouem, ob maiorem commoditatem, atque adeò accidens eſſe genus vniuocum, neque illa eſſe nouem ſuprema genera.

Probatur, quia accidens imbibitur in omnibus differentiis eorumdem prædicamentorum, ergo nequit eſſe genus vniuocum.

DISPVTATIO TERTIA.

De diſtinctione graduum eſſentiæ.

SECTIO PRIMA.

An eſſentia diſtinguatur ab hæcceitate.

COINCIDIT hæc difficultas cum ea, an vnitas formalis diſtinguatur ab vnitate numerica: vnitas enim formalis conſequitur eſſentiam, ſicut numeralis vnitas eſt paſſio hæcceitatis.

Scotus. *Prima ſententia eſt* Scot. in 2. diſt. 3. quæſt. 1. eiuſque ſectatorum qui volunt eſſentiam in Petro diſtingui à parte rei, à ſua differentia indiuiduali quam vocant hæcceitatem, atque adeò à parte rei diſtingui vnitatem formalem ab vnitate oumerica, ſequitur Fonſ. 5. Metaph. quæſt. 3. ſect. 2. *Fonſeca.*

Secunda aſſerit illas noo diſtingui. Sed hæc adhuc in duas claſſes abiit.

Quidam enim volunt hæcceitatem nil addere ſupra eſſentiam præter negationem diuiſionis, ſed eſſentiam ſeipſa eſſe ſibi rationem numericam. Ita Gabriel. & Henric. quodlib. 5. quæſt. 8.

Quidam verò hæcceitatem addere ſupra eſſentiam entitatem poſitiuam quæ à parte rei identificetur cum illa. Idipſum aiunt de vnitate numerica ſupra vnitatem formalem. Ita *Caietanus.* Caiet. 3. de ente & eſſent. cap. 4. *Capreolus.* Capreol. *Soncinas.* diſtinct. 3. quæſt. 1. Soncin. 7. Metaph. quæſt.

(A) 3. Sor. quæſt. 2. vniuerſal. Suarez diſput. 5. ſect. 2.

Dico primò. Quælibet eſſentia exiſtens, & quælibet vnitas formalis non diſtinguitur à parte rei, à numerica ſiue ab hæcceitate: ſiue natura ſit ſpiritualis & ſimplex vt Angelus, ſiue materialis & compoſita, vt Petrus.

Probatur, natura exiſtens à parte rei neceſſariò & intrinſecè debet eſſe ſingularis, & non poteſt eſſe ſingularis, quia eſt coniuncta cum hæcceitate, neque extrinſecè per coniunctionem cum illa, neque intrinſecè per exigentiam coniunctionis; ergo ſeipſa ſingularis. Prima pars (B) Anteced. probatur, quia actio agentis debet terminari in rem ſingularem. Secundò, quia natura humana in Petro diſtinguitur numericè à natura humana quæ eſt in Paulo, & non per vnitatem formalem, ergo per vnitatem oumericam quam ex ſe habet. Denique ſi natura humana in Petro non eſſet ſingularis, eſſet vniuerſalis, vniuerſale autem à parte rei implicat. Secunda pars probatur, quia ſi humanitas, eſſet ſingularis extrinſecè per ſolam coniunctionem cum hæcceitate, ſequeretur quod in priori ante coniunctionem non eſſet ſingularis; ergo erat vniuerſalis, tum quia ſi actio agentis terminatur nedum ad Petreitatem, ſed etiam ad hu(C)manitatem, ergo humanitas ex ſe erit ſingularis. Præterea nec dici poteſt humanitatem eſſe ſingularem intrinſecè per illum ordinem &c. quia ſic natura illa eſſet quid reſpectiuum; at nequit aſſignari reale aliquod fundamentum huius reſpectus.

Dico ſecundò. Hæcceitas ſupra naturam addit entitatem aliquam poſitiuam, & realem indiſtinctam à parte rei, quæ identificatur cum eadem natura.

Probatur, natura præciſè ſumpta poteſt eſſe tum in Petro, tum in Paulo, tamen communicata Petro redditur incommunicabilis, ergo Petreitas addit aliquid poſitiuum licèt indiſtinctum naturæ communi & indifferenti.

(D) *Dico tertiò* Hæcceitatem non diſtingui à parte rei, ab humanitate, ſed tantùm ratione ratiocinata.

Probatur, quia intellectus poteſt concipere vnum præſcindendo ab alio, vel vnum ab alio diſtinctum: rationes pro Scoto refert Albertin.

Obiicies primo: Petrus & Paulus differunt in hæcceitate & conueniunt à parte rei in humanitate, ergo hæcceitas, & humanitas à parte rei diſtinguuntur. *Obiectio 1.*

Reſpondetur, naturam quæ in Petro eſt, conuenire cum ea quæ eſt in Paulo, & differre ſeipſa; eſt enim conuenientia per ſimilitudinem; ideo ſeipſa conuenit & diſconuenit; aliter ſi tantùm conueniret noo eſſet ſimilis, ſed eadem.

(E) *Obiicies ſecundò:* ſi Petreitas & humanitas à parte rei ſunt idem, ergo eadem ratione à parte rei quâ Petrus eſt homo, eſt etiam Petrus: quod eſt falſum. Minor probatur, quia ſequeretur quòd omnis homo eſſet Petrus. *Obiectio 2.*

Reſp. concedo ſequelam maioris, nego minorem. Addimus tamen hæc duo ratione diſtingui, & ſecundùm noſtrum modum concipiendi. Ad probationem cùm dicitur Petrus eſt homo, homo non diſtribuit, ſed ſumitur tantùm pro humanitate, quæ eſt in Petro, ideo noo ſequitur, ergo omnis homo eſt Petrus.

Obiicies tertiò eſſentiæ rerum ſunt æternæ *Obiectio 3.*

non hæcceitates, ergo à parte rei diſtinguuntur. Probatur, quia tam exiſtentia quàm hæcceitas adueniunt eſſentiæ.

Reſpondet Albertin. & concedit eſſentias eſſe æternas ſecundùm eſſe reale actuale, atque adeo etiam concedit eaſdem eſſe ſingulares, ſed ait illi tantùm aduenire exiſtentiam non hæcceitatem.

Non tamen rectè; neque enim ſibi ipſi conſtat quandoquidem diſput. 5. quæſt. 10. num. 10. & 14. docet actionem agentis terminari non ſolum ad Petreitatem, ſed etiam ad humanitatem.

Reſponderem ergo, eodem modo quo ſunt æternæ eſſentiæ, ſunt etiam hæcceitates, & eodem modo exiſtentiam accipere: ſunt autem æternæ eſſentiæ, quia eſt æterna connexio prædicatorum eſſentialium: ita etiam quia eſt æterna connexio Petreitatis cum prædicatis eſſentialibus, vera eſt iſta propoſitio, Petrus eſt animal rationale; ſicut vera iſta, homo eſt animal rationale.

Obiectio 4. Fonſeca. *Obiicit quartò* Fonſec. 5. Metaph. cap. 8. Si humanitas eſſet eadem cum Petreitate, homo deſcenderet analogicè: includeret enim differentias

Reſpondetur, ſufficit ſi conceptus obiectiuus hominis non includit differentias, licèt humanitas in re identificetur cum differentiis, neque enim homo prædicatur de hæcceitate, ſed tantùm humanitas cum hæcceitate identificatur, quod ſufficit ad vniuocationem.

Sectio II.

An gradus eſſentiæ genericus à parte rei diſtinguatur à ſpecifico.

SENSVS quæſtionis eſt an animalitas, quæ eſt in Petro à parte rei, diſtinguatur à gradu ſpecifico, ideſt rationalitate in eodem.

Scotus. Scot. vult huiuſmodi gradus à parte rei diſtingui: ita in 2. diſt. 3. quæſt. 1. quem plures ſequuntur vt Gand. Gandauen. qui vult diſtinctionem illam eſſe realem; vult enim quot gradus in homine tot eſſe formas phyſicas ſubſtantiales. Alij vt Fonſec. Fonſeca. 2. Metaph. tex. 11. tantùm formaliter: quidam concedunt hanc diſtinctionem in ſubſtantiis completis corporeis, non verò in ſubſtantiis ſeparatis.

Oppoſitam ſententiam tuentur alij, qui volunt implicare contradictionem gradum genericum à parte rei diſtingui à ſpecifico.

Albertinus. *Tertia ſententia* eſt Albertini qui vult, licèt probabiliter oſtendi poſſit id implicare, euidenter tamen non poſſe id probari, atque ait poſſe Deum create creaturam cum gradu generico diſtincto à ſpecifico; licèt de facto non appareat huiuſmodi res.

Dicendum eſt contra Scot. & Albertin. nedum gradus illos à parte rei diſtingui, ſed id omnino implicare.

Probatur, quia ſequeretur à parte rei dari intra indiuiduum naturam vniuerſalem genericam.

Reſpondet Albertinus humanitatem eſſe identificatam cum ratione ſua indiuiduali partiali; ſicut rationalitas habet ſuam rationem etiam indiuidualem incompletam, atque adeo

A in Petro eſſe vnam completam hæcceitatem.

Contrà, nequit dari à parte rei aliquod indiuiduum, & non in aliqua ſpecie determinata, ergo à parte rei illa animalitas præcisè ſumpta, ſi à parte rei diſtingueretur quantum eſt ex ſe, in nulla eſſet ſpecie, quod toties diximus implicare.

Secundò, quia quot eſſent eſſentiæ gradus in Petro, tot eſſent formæ phyſicæ, & phyſicæ entitates; hoc autem implicat, vt etiam in phyſicis vidimus.

Dicendum ſecundò. Eſſentiæ gradus non diſtinguuntur inter ſe, niſi tantùm ratione ratiocinata, tam in ſubſtantia corporea, quam in ſeparata.

B Probatur, quia in vtriſque eſt ſufficiens fundamentum, ergo.

PARS TERTIA.

De modis entis.

C MODI nomine non intelligimus nos omne contrahens, & determinans aliud aliquo modo, ſed tantùm rationem aliquam poſitiuam inſeparabilem à re cuius eſt modus, afficientem illam extra eſſentiā. Agemus autem non de omnibus, vt de vbi, de relatione, & de vnione &c. de quibus alibi, ſed tantùm de iis qui dicuntur, & ſunt maximè proprij realis eſſentiæ: ſunt autem hi modi quædam rationes reales poſitiuæ eſſentiis poſteriores, quas afficiunt intra idem eſſe, vt non conſtituant neque contrahant eſſentiam ad aliquam tertiam naturam ab vtriſque diſtinctam; qualis eſt exiſtentia, indiuiduatio, ſubſiſtentia, inhærentia: de his ergo agemus.

D

DISPVTATIO PRIMA.

De exiſtentia.

Sectio Prima.

Quid ſit exiſtentia, & quotuplex.

NOTANDVM *primò* exiſtentiam dupliciter conſiderari poſſe, vel vt eſt aliquid ſuperius ad exiſtentiam creatam, & increatam; de quâ vtraque exiſtentia dicitur analogicè ob proportionem quam habent inter ſe: Vel vt eſt aliquid contractum ad exiſtentiam creatam, & de hac eſt præſertim ſermo. Exiſtentia dupliciter conſideratur. E

Notandum ſecundò. Exiſtentiam creatam ſic communiter deſcribi, *eſt id quo vnumquodque conſtituitur extra ſuas cauſas*: Exiſtentiam verò abſtrahentem ab increata, & creata ſic deffiniri poſſe: *eſt id quo vnumquodque vltimò conſtituitur in ratione entis*, ſiue id fiat per comparationem veram & realem, ſiue per identitatem realem, & compoſitionem rationis.

Alia poſitiua, alia negatiua.

Notandum tertiò exiſtentiam aliam eſſe poſitiuam, aliam negatiuam, vt diximus in Phyſic. lib. 1. par. 2. diſput. 1. ſect.

Eſt proprius effectus cauſæ efficientis.

Notandum quartò quòd exiſtentia tum negatiua, tum poſitiua à DD. dici ſolet proprius effectus cauſæ efficientis tum primæ, tum ſecundæ, & licèt effectio vtriuſque terminetur etiam ad eſſentiam actualem, tanquam ad terminum vt quod; terminatur tamen ad exiſtentiam tanquam ad terminum vt quo, & hac ratione dicitur proprius terminus cauſæ efficientis.

Cum quo cõparanda, vt dicatur vltima actualitas.

Notandum quintò, ſi exiſtentia comparetur cum prædicatis eſſentialibus, dicitur vltima actualitas, quia eſt omnibus poſterior; ſi verò cum his, quæ eſſentiam conſequuntur, dicitur primus actus, quia exiſtentia poſitiua confert eſſentiæ eſſe ſimpliciter; ex his tamen nonnullæ oriuntur difficultates; non enim id puto vniuerſaliter verum.

Prima difficultas, an exiſtentia præcedat ſubſiſtentiam in ſubſtantiis; inhærentiam in accidentibus.

Dicendum quod ſic, quia eſt actus vniuerſalior, actus autem vniuerſalior eſt prior natura actu minus vniuerſali: & in ſacramento altaris accidentia exiſtunt, & non inhærent.

Secunda difficultas, an præcedat entitatem.

Dicendum eſt, ſi nomen entitatis ſumatur vt nomen abſtractum ab ente participialiter ſumpto, ſeu ab eſſentia exiſtente, vt quidam volunt: docent enim hi entitatem eſſe effectum formalem exiſtentiæ; omnis autem effectus formalis eſt poſterior ſua cauſa formali ſecundùm naturam poſterioritate, à quo dicendum quod ſic; ſecus dicendum eſt ſi nomine entitatis intelligatur, vt alij volunt, modalitas quædam, quâ eſſentia fit capax ad habendam exiſtentiam: Vel, vt rectiùs alij, ipſamet eſſentia extra cauſas capax exiſtentiæ poſitiuæ, & vt nomen abſtractum ab ente nominaliter ſumpto ſignificante puram naturam.

Tertia difficultas, an præcedat indiuiduationem. Quidam tanquam certum id ſupponunt, indiuiduationem videlicet eſſe poſteriorem exiſtentia.

Oppoſitum tamen dicendum videtur. Probatur, quia exiſtentia diſtinguitur à parte rei à natura iam indiuidua, & differentia indiuidualis non diſtinguitur à parte rei ab ipſa natura, ſed eſt omnino eadem.

Prætereà, Petrus, vt abſtrahit ab actuali exiſtentia, habet ſuam indiuiduationem, hæc enim propoſitio, Petrus eſt homo, eſt propoſitio æternæ veritatis, vt ſuperiùs diximus, non verò hæc, Petrus exiſtit, ergo exiſtentia eſt poſterior indiuiduatione.

Sectio II.

Quomodo eſſentia diſtinguatur ab exiſtentia.

Quid intelligatur nomine exiſtentiæ.

NOTANDVM *primò* nomine exiſtentiæ hîc nos intelligere exiſtentiam illam poſitiuam, & rationem illam formalem, per quam res, & eſſentia conſtituitur in actu ſecundùm quod idem eſt extra ſua cauſas poſitiuè, & ſimpliciter.

Comparatur ad eſſentiam actualem.

Notandum ſecundò nos poſſe comparare exiſtentiam ad eſſentiam actualem, & ad eſſentiam, quæ eſt in potentia obiectiua. Quæſtio propriè fit de eſſentia, & exiſtentia primo modo ſumptis, non ſecundo; quare primarius ſenſus quæſtionis eſt, an eſſentia, & quidditas rei, quatenus eſt actualiter extra cauſas, diſtinguatur ab exiſtentia tanquam à ſua ratione formali, per quam eſt extra ſuas cauſas.

Prima ſententia eſt Nominal. & multorum recentiorum, exiſtentiam non diſtingui ab eſſentia, niſi ratione ratiocinantis, ſeu ſecundùm modos grammaticales, ſicut differunt verbum, & participium, vt ſapere, ſapiens, & ſapientia. Ita Durand. Gabriel. Heru. Vel ad ſummum diſtingui ratione per aliquod connotatum extrinſecum. Ita Henr. vult enim eſſentiam, & exiſtentiam eſſe eamdem entitatem creaturæ ſecundùm diuerſum reſpectum rationis: eſſentiam, vt habet reſpectum ad diuinam cognitionem, vel ad exemplaria diuina; exiſtentiam verò eſſe eamdem entitatem, vt habet rationem obiecti ad diuinam potentiam: Vel denique, vt Suarez, diſtingui ratione ratiocinata; intellectus enim noſter poteſt concipere eſſentiam creaturæ adæquatam abſque eius exiſtentia, quod nequit concipere in Deo. Loquuntur autem hi auctores de quacumque exiſtentia, & eſſentia, ſeu quidditate.

Durandus. Gabriel. Heruaut. Henricus.

Suarez.

Secunda ſententia eſt Thomiſtarum ferè omnium, exiſtentiam diſtingui ab eſſentia realiter vt rem à re.

Scotus.

Tertia eſt Scoti eiuſque ſectatorum, exiſtentiam eſſe modum eſſentiæ ex natura rei ab illa diſtinctum non modaliter, ſed formaliter. Sequitur Albertin. diſput. 2. de eſſe exiſten. Diſtinguunt enim ex Scoto diſtinctionem ex natura rei in formalem, & modalem. Res quæ formaliter diſtinguitur, eſt quæ habet eamdem formalitatem cum re modificata, vt intenſio caloris cum calore; quæ verò diſtinguitur modaliter ſecundùm ipſos id non requirit.

Albertinus.

Quarta ſententia eſt Fonſecæ, vt refert idem Albertin. & recentiorum multorum. Diſtingui aſſerunt eſſentiam, & exiſtentiam inter ſe modaliter.

Fonſeca.

Prima concluſio. Eſſentia non diſtinguitur ab exiſtentia negatiua ex natura rei, ſed tantùm ratione ratiocinata.

Probatur, quia dum concipimus materiam à parte rei non poſitiuè exiſtentem, non concipimus niſi puram illam potentiam, aliter non conciperemus materiam puram, ſed ſecundam, & tamen illam concipimus extrà cauſas & exiſtentem negatiuè, ergo exiſtentia negatiua non addit aliquid ſupra eſſentiam vt ſic.

Confirmatur; aliter enim daretur proceſſus; Peto enim an illa natura, quæ illi exiſtentiæ ſubeſt, exiſtat negatiuè ex ſe, vel non; non ſecundum, ergo primum, & tunc peto per exiſtentiam diſtinctam, vel non?

Secunda concluſio. Non omnia quæ ſunt à parte rei intrinſecè, & formaliter, poſitiuè exiſtunt.

Probatur, quia eſſentia actualis ſecundùm omnes, ſi præcisè ſumatur, licèt concipiatur extra cauſas, non tamen dicitur ſtatim exiſtere, ergo non omnia quæ ſunt à parte rei intrinſecè & formaliter, poſitiuè exiſtunt. Secundò, materia à parte rei, & præcisè ſumpta non exiſtit: exiſtit autem tantùm per formam, vt diximus in Phyſicis, ergo.

Tertia concluſio. Aliqua natura, & eſſentia incompleta diſtinguitur realiter à ſua exiſtentia poſitiua.

Probatur, quia datur natura aliqua, quæ ſit pura potentia omnem actum poſitiuum excludens, ergo etiam actum exiſtentiæ, qui eſt actus præſtantiſſimus.

Præterea, materia exiſtit exiſtentiâ formæ, & per formam, & forma eſt eius exiſtentia, quæ à materia realiter diſtinguitur: ergo materealiter diſtinguitur à ſua exiſtentia poſitiua.

Quarta concluſio. In formis ſubſtantialibus, vt etiam in omnibus ſubſtantiis ſeparatis, non diſtinguitur eſſentia ab exiſtentia, nec realiter, nec modaliter, nec formaliter.

Probatur, ideo exiſtentia formæ ab aduerſariis ponitur ex natura rei diſtincta ab eſſentia formæ, ad hoc vt forma ponatur poſitiuè in actu. Sed hoc habet forma ex ſe ipſe, ergo non eſt ponenda res, vel modus ab eadem forma ex natura rei diſtinctus: Maior patet ex definitione eiuſdem exiſtentiæ poſitiuæ, quam communiter tradunt. Minor probatur, quia forma eſſentialiter eſt actus poſitiuus, ergo non requirit alium actum poſitiuum ad hoc vt dicatur in actu.

Confirmatur, per aduerſarios eſt ſuus actus ſine diſtinctione à ſuamet eſſentia, & ſeipſa exiſtit, ſed non minus eſt actus exiſtentia, quàm ipſamet forma, ergo forma non requirit alium modum ſuperadditum ad hoc vt dicatur exiſtere; id autem nequimus aſſerere in materia, quia materia eſt pura potentia, nec aliquam debet inuoluere actualitatem; inuolueret autem ſi haberet ſuam exiſtentiam.

Quinta concluſio. In formis ſubſtantialibus, & in ſubſtantiis ſeparatis exiſtentia diſtinguitur ab eſſentia, nedum ratione ratiocinantis, ſed etiam ratiocinata.

Probatur, quia alius eſt conceptus, quem formamus exiſtentiæ, alius eſt is quem formamus eſſentiæ in eadem forma, & vnus haberi poteſt ſine alio.

Secundò, exiſtentia formæ non eſt contrahibilis per differentias, vt dicemus, eſſentia formæ maximè, & poteſt eſſe fundamentum diuerſorum conceptuum, & graduum Metaphyſicorum, vt mox dicemus, ergo diſtinguuntur pluſquam ratione ratiocinantis, aut per annotatum aliquod extrinſecum.

Sexta concluſio. Formæ accidentales ſont ſuę exiſtentia, neque in iis diſtinguitur ex natura rei eſſentia ab exiſtentia.

Patet eodem modo, ſicut enim forma ſubſtantialis eſt ſuamet exiſtentia ſubſtantialis, ſic etiam forma accidentalis, eſt ſua exiſtentia accidentalis. Differunt tamen, quia forma ſubſtantialis eſt ratio formalis, qua poteſt eſſe, & poſitiuè exiſtere materia, non verò forma accidentalis.

Septima concluſio. Si comparetur forma exiſtens ad eſſentiam eiuſdem formæ in potentia obiectiua, dico eodem modo diſtingui, ſicut diſtinguitur exiſtentia in potentia obiectiua à ſeipſa cum eſſentia cauſæ, hoc eſt diſtingui diſtinctione reali priuatiuè, ſicut diſtinguitur ens in actu à ſeipſo, prout eſt ens in potentia.

Octaua concluſio. Si loquamur de eſſentia & exiſtentia totius; dico totum non habere exiſtentiam diſtinctam ab exiſtentia formæ, atque adeò ita diſtinguitur exiſtentia totius à ſua eſſentia, ſicut diſtinguitur eſſentia totius à ſue exiſtentia, & ſicut diſtinguitur totum ab eadem forma, de quo infra, cùm agemus de diſtinctione totius à ſuis partibus.

Maneat ergo exiſtentiam non eſſe modum aliquem ſuperadditum, ſed eſſe ipſammet formam ſubſtantialem, quæ dum ſeipſam exhibet, ipſa exiſtit, & eſt ratio formalis, quê materia, & totum ipſum exiſtat.

Sectio III.

An exiſtentia habeat gradus Metaphyſicos ſicut eſſentia.

VNica *concluſio.* Exiſtentia poſitiua non habet gradus Metaphyſicos, ſicut habet eſſentia; ſed eſt vna res ſimplex, quæ nequit diuerſificari per diuerſos gradus. Ita D. Thom. 2. contra Gent. cap. 52. contra Suarez diſput. 21. Ægid. quodlib. 2. quæſt. 5. D. Thomas, Suarez. Ægidius.

Probatur, quia exiſtentia concipitur, vt vltima actualitas poſitiua, ergo nequit diuerſificari, vel nequeunt in ea concipi plures gradus.

Secundò, exiſtentia nequit contrahi per differentias, ergo. Antecedens probatur, exiſtentia nil aliud eſt niſi conſtituens naturam extra ſuas cauſas, & in actu. quæ ratio conſtituendi conſiſtit in indiuiſibili, ergo nequit contrahi, ergo neque habet gradus.

Obiicies, eſſe in, & eſſe per ſe contrahunt exiſtentiam, illamque coarctant ad hunc, vel illum modum exiſtendi, ergo poteſt habere differentias, ergo etiam gradus. Obiectio.

Reſpondetur eſſe in, & eſſe per ſe non eſſe differentias contrahentes exiſtentiam, ſed potius modos contrahentes eſſentiam, & naturam entis; quia enim accidens habet dependentiam à ſubſtantia, ideò petit eſſe in, non ratione exiſtentiæ, ſed ratione ſuæ eſſentiæ, & naturæ.

Maneat ergo eſſentiam poſſe eſſe fundamentum diuerſorum conceptuum, ſeu graduum Metaphyſicorum, in quo differt ab exiſtentia, quæ non concipitur niſi vt vltima actualitas, & incontrahibilis per alias differentias, ex quo etiam patet alium eſſe conceptum eſſentiæ, alium verò exiſtentiæ, licèt à parte rei identificentur in formis. Eſſentia eſt fundamentum graduum Metaphyſicorum, non exiſtentia.

DISPVTATIO SECVNDA.

De indiuiduatione.

Sectio Vnica.

Quodnam ſit principium indiuiduationis.

NOTANDVM *primò* Principium indiuiduationis eſſe triplex, aliud dicitur principium effectiuum indiuiduationis extrinſecum, aliud ſignificatiuum & intrinſecum; aliud verò dicitur principium intrinſecum, & conſtitutiuum indiuiduationis. Principium effectiuum Principium indiuiduationis triplex.

indiuiduationis extrinſecum eſt agens, quatenus agit vna numero actione, agens enim ſicut dat eſſe, ſic etiam dat tale eſſe. Principium ſignificatiuum intrinſecum indiuiduationis ſunt varia accidentia, prout vario modo ſunt in ſingularibus. quæ ſunt illa ſeptem, forma, figura, locus &c. Ratio eſt quia nos non cognoſcimus res niſi per accidentia, atque adeo & indiuiduum cognoſcimus per hæc, vel illa accidentia.

Difficultas tantùm eſt de principio indiuiduationis intrinſeco, & conſtitutiuo. Ideò

Duplicitet accipitur.

Notandum ſecundò, Principium indiuiduationis poſſe dupliciter accipi, primò pro differentia indiuiduali Metaphyſica, quâ natura ſpecifica contrahitur ad hoc indiuiduum, & dici ſolet hæcceitas: Secundò per principium indiuiduationis accipi poteſt fundamentum vnde oritur hæc differentia indiuidualis. Cùm quærimus principium indiuiduationis, non quærimus Metaphyſicam illam hæcceitatem, ſed fundamentum, non extrinſecum, ſed conſtitutiuum & intrinſecum, ratione cuius indiuiduum habet vt ſit à ſe indiuiſum, & diuiſum à qualibet alia re.

Authorum placita.

Notandum tertiò, huiuſmodi fundamentum in ſubſtantia alij volunt eſſe exiſtentiam, alij ſubſtantiam, alij quantitatem, alij collectionem accidentium, alij quantitatem dicentem aptitudinem ad hanc numero quantitatem. Ita *Auerroes.* Auer. alij materiam quantitate affectam, quam Thomiſtæ appellant materiam ſignatam, ita *Caietanus. D. Thomas.* Caiet de ente, & eſſent. ex D. Thom. Alij formam, ita *Achillinus.* Achil. Alij formam ſimul & materiam, ita *Zimara.* Zimar. quæſt. de hac re. Alij duplicem illam negationem eſſe indiuiſum à ſe, & diuiſum à quocunque alio, vt refert *Soncinas.* Soncin 3. Metaph. quæſt. 32. Alij res ſeipſis indiuiduari. Ita Nominal. alij hæcceitatem. Ita *Scotus.* Scot. in 2. diſtinct. 5. quæſt. 6.

Notandum quartò quæſtionem poſſe agitari, tum de principio indiuiduationis materiæ, tum formæ, tum ſuppoſiti, tum accidentis, tum ſubſtantiarum ſeparatarum.

Dico primò. Principium indiuiduationis in materia, non eſt aliquid illi ſuperadditum à parte rei à ſuamet entitate diſtinctum, ſed eſt ſuamet eſſentia, connotans tamen duas illas negationes.

Prima pars probatur, quia quicquid reale ſupperadditur, ſupponit materiam indiuiduam.

Secunda pars probatur, quia tot ſiunt materiæ indiuiduæ, quot ſiunt diuiſiones.

Dico ſecundo. Principium indiuiduationis in forma, non eſt aliquid illi ſuperadditum, ſed nec ordo, & habitudo eiuſdem ad hanc materiam.

Probatur, quia poteſt eſſe forma ſine tali materia, ergo non indiuiduatur à tali materia.

Dico tertiò. Principium indiuiduationis in forma identicè eſt eſſentia, & exiſtentia, à quibus reſultat entitas eiuſdem formæ: formaliter verò eius eſſentia, quia intelligitur hæc ratione ſuæ eſſentiæ, ergo.

Principium indiuiduationis eſſentiæ ſubſtantialis completæ cur non materia ſignata.

Dico quartò. Principium indiuiduationis eſſentiæ ſubſtantialis completæ non eſt materia affecta quantitate, ſeu materia ſignata; quia ſic principium indiuiduationis eſſet ens per accidens, & indiuiduum non poſſet poni per ſe in prædicamento ſubſtantiæ. Sed neque eſt materia, quæ dicat ordinem ad hanc numero quan-

A titatem, quia antequam recipiat in priori ſaltem naturæ formam, non magis reſpicit hanc quantitatem, quam illam, tunc autem concipitur indiuidua. Sed neque principium indiuiduationis eſt collectio accidentium, quia antequam concipiamus illa accidentia in ſuppoſito, iam illud concipimus indiuiduum: Item accidentia conſtituerent ſubſtantiam, quod implicat. Sed neque indiuiduationis principium eſt hæcceitas, quia aliud eſt loqui de principio indiuiduationis, vt diximus, aliud de differentia indiuiduali: hæcceitas autem eſt differentia indiuidualis. Sed nec ſola quantitas. Probatur, quia ſubſtantia poteſt exiſtere ſine quantitate, B tunc autem eſſet ſingularis, & indiuidua. Præterea, eadem quantitas manet in genito, & in corrupto, non tamen eadem indiuiduatio.

Nec materia, quæ dicat ordinem ad hāc numero quantitatē.

Nec collectio accidentium.

Neque hæcceitas.

Nec ſola quantitas.

Neque ipſæ negationes.

Sed neque indiuiduationis principium ſunt ipſæ negationes, eſſe videlicet indiuiſum à ſe &c. Probatur, indiuiduum eſt aliquid poſitiuum, negatiuum autem nequit eſſe principium rei poſitiuæ, & fundamentum: Præterea, negationes illæ ſupponunt aliquid poſitiuum, ergo illud erit fundamentum. Denique nos hîc quærimus fundamentum illarum negationum. Sed neque principium indiuiduationis eſt exiſtentia præciſè, & formaliter ſumpta, quia præciſa exiſtentia adhuc naturâ remanet, & concipitur C indiuidua. Deinde, ſi eſſentia indiuiduatur ab exiſtentia, exiſtentia à quo indiuiduatur? certè non ab eſſentia, quia volunt eſſentiam indiuiduari ab exiſtentia, ergo exiſtentia indiuiduabitur ſeipſa; hoc ipſum, & rectius dici poteſt de eſſentia: vnde ergo indiuiduatur?

Nec exiſtentia præciſè, & formaliter ſumpta.

Dico quintò. Eſſentias completas corporeas indiuiduari ſeipſis, ita vt ſi eſſentia completa non diſtinguitur a ſuis partibus componentibus, eſſentia completa indiuiduetur ab eſſentia materiæ partim, partim ab eſſentia formæ, & partim ab eſſentia vnionis, principaliùs autem ab vnione.

Prima pars probatur, quia fundamentum vnitatis numericæ eſt ipſa entitas rei; ſed entitas D compoſiti partim eſt à materia, partim à forma, & partim ab eſſentia vnionis; ergo principium indiuiduationis in compoſito, ſunt tres illæ entitates partiales, materia, forma, & vnio.

Secunda pars probatur, quia vnio eſt quæ potiſſimùm facit vt partes illæ ſint vnum, & à ſe indiuiſum, & diuiſum à quolibet alio, ergo.

Si verò ponatur totum realiter à ſuis partibus diſtingui, eſſentia totius indiuiduatur ſeipſa.

Probatur, quia quocunque ablato ſemper remanet eſſentia illa indiuidua, & quodcunque ſuperaddatur, illam etiam ſupponit indiuiduam.

E *Dico primò* ſubſtantias ſeparatas phyſicè indiuiduari per ſuam propriam entitatem, Metaphyſicè per hæcceitatem, quæ eſt differentia indiuidualis, quæ tantùm ratione à cuiuſcunque eſſentia diſtinguitur. Principium huius differentiæ indiuidualis eſt ipſamet eſſentia. Patet ex dictis.

Dico ſeptimò Accidentia indiuiduari ſeipſis, atque adeò principium intrinſecum indiuiduationis accidentium in ordine ad eſſe, non eſſe niſi eorumdem entitatem, nullo modo eſſe ſubiectum.

Probatur, quia accidentia, ſi ſine ſubiecto ſint, vt per diuinam potentiam fit in ſanctiſſimo

Euchariſtiæ ſacramento, ſeruant adhuc ſuam A indiuiduationem.

Deinde, idem accidens numero, quantum eſt ex ſe, eſt indifferens ad hoc ſubiectum, vel ad illud informandum, ergo non eſt vnum numero, ratione ſubiecti.

Prætetea, poſſunt per diuinam potentiam duo accidentia ſolùm numero differentia eſſe in eodem ſubiecto, & de facto ſunt in eodem ſubiecto plura accidentia diſſimilia ſaltem in numere; ergo accidentia indiuiduantur ſeipſis.

Fateor tamen ſubiectum poſſe eſſe indiuiduationis principium accidentium in ordine ad noſtram cognitionem, vel quoad multiplicationem; Principium enim indiuiduationis in or- B dine ad multiplicationem eſt illud, quod eſt radix, & origo cur accidentia multiplicentur; tale autem eſt ſubiectum ad cuius diuiſionem creſcit etiam numerus accidentium, & indiuiduorum. Principium denique accidentium quoad indiuiduationem in ordine ad cognitionem dicitur ſubiectum, quia eſt ratio, quâ poſſumus ſenſibiliter cognoſcere vnum indiuiduum accidentis non eſſe aliud.

DISPVTATIO TERTIA. C

De ſubſiſtentia.

Sectio Prima.

Quid ſignificent hæ voces indiuiduum, prima ſubſtantia, ſuppoſitum, hypoſtaſis, perſona, ſubſiſtentia, natura.

DICENDVM *eſt*: indiuiduum eſt res ſingularis & dicitur tum de ſubſtantia, tum de accidenti, & de quolibet ente. Prima ſubſtantia eſt ſubſtantia ſingularis per ſe ſubſiſtens, præſcindens ab eſſe communicabili; in creatis enim ſubſtantia prima per ſe ſubſiſtens eſt incommunicabilis; in diuinis verò diuina eſſentia per ſe ſubſiſtit ſubſiſtentiâ abſolutâ de facto, eſt que communicabilis, atque adeo tribus perſonis communicatur; in creatis verò ſemper incommunicabilis. Suppoſitum idem eſt quod ſubſtantia prima per ſe ſubſiſtens incommunicabilis per modum inexiſtentis, & per modum vnionis, atque adeò conuertitur cum ſubſtantia prima creata, quæ eſt incommunicabilis, non cum ſubſtantia prima increata, quæ eſt, vt diximus, communicabilis. Suppoſitum ergo in creatis dicit naturam, & ſubſtantiam primam omninò incommunicabilem, etiam per diuinam potentiam, ita vt quatenus tale eſt, neque poſſit communicari per modum inexiſtentis, alteri inexiſtendo, nec ſe vniendo, idque beneficio ſubſiſtentiæ, quæ dicitur in creatis vltimus terminus ſubſtantiæ: in diuinis verò licèt ſuppoſitum dicat naturam incommunicabilem per modum inexiſtentis, eſt tamen communicabile per modum vnionis. Perſona eſt prima ſubſtantia, & ſuppoſitum, non in quolibet ente, ſed in natura intellectuali. Hypoſtaſis Græcè idem eſt quod Latinè dicimus ſubſtantiam, ac indiuiduum tum naturæ rationalis ſiue alterius; apud Theologos verò nunc idem eſt ac perſona, ſignificat enim ſubſtantiam ſingularē per ſe ſubſiſtentem in natura rationali. Naturæ nomine hîc intelligimus eſſentiam ſingularem completam, & integram, qualis eſt v.g. humanitas, quæ conſtat ex hac anima, & ex hoc corpore. Subſiſtentia verò eſt ratio qua natura creata conſtituitur poſitiuè ſubſiſtens, quæ ſi eſt incommunicabilis, qualis eſt in creatis, conuertitur in qualibet natura ſubſtantiali cum ſuppoſito, & ſi eſt in natura rationali, conuertitur cum hypoſtaſi, & perſona.

B *Aduertendum* verò hîc non loqui nos de ſubſiſtentia, niſi prout eſt in creatis, non verò in diuinis: Prætetea loqui de ſubſiſtentia in abſtracto, non verò in concreto; & de hac quærimus quid ea ſit; quid addat ſupra naturam, ſolam negationem, an rationem poſitiuam realem: an poſſit eſſe natura abſque ſubſiſtentia: an ſubſiſtentia modificet naturam ante exiſtentiam: an in compoſito ſit vna ſimplex ſubſiſtentia, vtrùm ſubſiſtentia à natura diſtinguatur, vtrùm ſuppoſitum conſtituat, an fluat à natura.

Sectio II.

C *Quid ſubſtantia addat ſupra naturam, & in quo conſiſtat formalis eius ratio.*

SCOT. in 3. diſtinct. 1. quæſt. 1. putat ſubſiſtentiam ſupra naturam non addere aliquam rationem poſitiuam, ſed duplicem negationem, dependentiæ videlicet actualis ab alio tanquam à ſubiecto ſubſtentante, & aptitudinalis. Scotus.

Ocham. in 1. diſtinct. 23 quæſt. vnica. D. Bonauent. in 3. diſtinct. 5. art. 2. quæſt. 2. volunt addere etiam duplicem negationem, communicabilitatis videlicet naturæ vniuerſalis, quâ vna natura communicatur pluribus inferio- D ribus, & formæ, animæ v.g. quæ communicatur materiæ. Ochamus. D. Bonau.

Gabriel. in 3. diſtinct. 1. quæſt. 1. Addere quatuor negationes, dependentiæ videlicet aptitudinalis, & actualis ab alio tanquam à ſubſtentante: Præterea negationem inhærentiæ actualis, & aptitudinalis, & negationem conſtituendi cum alio aliquid vnum. Gabriel.

Alij aiunt rationem formalem ſubſiſtentiæ eſſe ſubſtare accidentibus.

Alij non eſſe ſubſiſtentiam diſtinctum quid ab ipſa ſubſtantia indiuidua.

Alij ſubſiſtentiam non addere niſi accidens quoddam, ſeu conditiones indiuiduantes.

E In contrarium tamen eſt *communis ſententia* omnium ſcholaſticorum cum D. Thom. 1. part. quæſt. 3. art. 3. cum quo etiam ſit D. Thomas.

Prima concluſio. Subſiſtentia ſupra naturam addit rationem aliquam realem, & poſitiuam.

Probatur, natura humana, & diuina ſunt vnitæ in Chriſto verè, & poſitiuè, & non ſecundùm aliquam negationem, ergo ſubſiſtentia ſupra naturam non addit ſolùm negationem. Antecedens probatur, quia negatio nequit eſſe ſubſtantialis nexus, ita vt ex vtraque natura reſultet vnum.

Confirmatur ex modo loquendi PP. Verbum videlicet non aſſumpſiſſe ſubſiſtentiam,

aut perſonam, ſed tantùm naturam, ergo nomine ſubſiſtentiæ videntur intelligere aliquid poſitiuum.

Secundò ratione philoſophica ſic, omnis negatio dependentiæ debet fundari in aliqua poſitiua perfectione, per quam res non indigeat tali dependentia; ſed ratione ſubſiſtentiæ ſuppoſitum non indiget aliqua dependentia, ergo. Maior probatur, illud enim non indiget quod eſt ſibi ſufficiens, nil autem eſt ſibi ſufficiens niſi per aliquid poſitiuum.

Ægidius. Argentinas. Henricus.

Secunda concluſio. Ratio formalis ſubſiſtentiæ non eſt ſubſtare accidentibus, aut ab accidentibus eſſe informatum, vt vult Ægid. Argent. & Henr. quodlib. 3. quæſt. 2.

Probatur, quia eſſe affectum accidentibus eſt effectus formalis accidentium, vel exſtere, & ſubſtare accidentibus pertinet ad prædicamentum accidentium; at ſubſiſtentia eſt complementum ſubſtantiæ, & pertinet ad genus ſubſtantiæ.

Præterea, hic actus, ſubſtare videlicet accidentibus, variatur ad variationem accidentium, ſuppoſitum autem ſemper eſt idem.

Denique natura humana in Chriſto fuit aſſumpta cum accidentibus connaturalibus; non tamen fuit aſſumpta cum ſubſiſtentia, ergo.

Tertia concluſio. Ratio formalis ſubſiſtentiæ non eſt ipſa ſubſtantia indiuidua, prout eſt à parte rei, & dicit conditiones indiuiduantes, vt quidam volunt.

Probatur, quia repugnat modo loquendi PP.

Præterea, Verbum diuinum aſſumpſit naturam humanam, cum ſuis omnibus conditionibus indiuiduantibus, non autem ſuppoſitum humanum, ergo ſuppoſitum non eſt ipſa natura indiuidua, ſubſiſtens, & creata.

Denique, nemo dixit Petrum eſſe ſuam humanitatem, quod ſignum eſt Petrum non eſſe hoc ſolum compoſitum ex hoc corpore, & ex hac anima, ſed præterea aliquid aliud includere.

Quarta concluſio. Subſiſtentia non eſt aliquod accidens, ita vt naturæ indiuiduæ dicatur addere ſolum accidens.

Probatur, quia ſic ſuppoſitum eſſet ens per accidens: Tum quia Verbum aſſumpſit naturam humanam, cum omnibus accidentibus illi connaturalibus, non tamen aſſumpſit naturam cum ſubſiſtentia.

Quinta concluſio. Subſiſtentia non eſt exiſtentia ſubſtantialis eiuſdem naturæ ſubſtantialis.

Patet, præſertim in noſtra ſententia, quia exiſtentia naturæ identificatur cum ſua forma ſubſtantiali, ergo exiſtit exiſtentiâ ſuæ formæ, ergo in Chriſto non exiſteret exiſtentiâ Verbi, at exiſtit exiſtentiâ Verbi, ergo ſubſiſtentia non eſt exiſtentia naturæ ſubſtantialis.

Sexta concluſio. Subſiſtentia ſupra naturam non addit aliquid reale diſtinctum.

Probatur, quia ita ſe habet inhærentia ad accidens, ſicut ſubſiſtentia ad ſubſtantiam; inhærentia autem non addit aliquid realiter ab accidente diſtinctum.

Septima concluſio. Subſiſtentia ſupra naturam exiſtentem ſingularem tantùm addit modum quemdam realem ſubſtantialem ex natura rei diſtinctum ab eadem, quo natura illa nega-

A tiuè exiſtens per ſe, ſeu natura, quæ non erat in alio, fit per ſe poſitiuè exiſtens, & redditur incommunicabilis, & apta ad operandum.

In quo conſiſtat formalis ratio ſubſiſtentię.

Colligitur primò ex his quòd formalis ratio ſubſiſtentiæ conſiſtit in hoc, vt videlicet ſit vltimus terminus, & ratio qua natura, quæ erat per ſe exiſtens tantùm negatiuè, fit exiſtens per ſe poſitiuè, ita vt ſit aliis incommunicabilis, ſeu, vt ſic dicam, non vnibilis alteri ſuppoſito. Ratio eſt, quia eſſe per ſe poſitiuè, & eſſe in alio implicant, ſunt enim contradictoria; ſed ſubſiſtentia facit vt natura ſit per ſe, ergo naturam reddit incommunicabilem alteri ſuppoſito, ita vt nequeat eſſe in alio, alioquin eſſet per ſe, &
B non eſſet per ſe. Secundò, ſi ſubſiſtentia eſt vltimus actus naturæ, reddit naturam illam alteri incommunicabilem, alioquin eſſet vltimus terminus, & non vltimus.

Aduertendum autem, cùm dicimus ſubſiſtentiam eſſe vltimum terminum, & reddere naturam incommunicabilem, nos non intelligere naturam ſubſiſtentem ſpecificatiuè ſumptam non poſſe alteri communicari, ſed naturam ſubſiſtentem reduplicatiuè ſumptam vt ſubſiſtentem, ita vt idem vltimus terminus vlteriùs terminetur ab alio ſuppoſito. Ratio eſt, quia natura humana à Verbo aſſumpta poterat terminari etiam à Patre, & à Spiritu ſancto. Præ-
C terea, natura diuina ſubſiſtit in tribus perſonis; quare effectus formalis maximè proprius ſubſiſtentiæ eſt reddere naturam poſitiuè vnam per ſe, & incommunicabiliter exiſtentem, qui quidem effectus etiam conuenit ſubſiſtentiæ diuinæ; puto enim non dari ſubſiſtentiam abſolutam, quæ relinquat naturam communicabilem tribus perſonis.

Subſiſtentia quomodo diſtinguatur à natura exiſtente per ſe negatiuè.

Colligitur ſecundò ſubſiſtentiam diſtingui à natura exiſtente per ſe negatiuè ex natura rei & modaliter, atque adeò poſſe naturam conſeruari à parte rei per diuinam potentiam abſque ſubſiſtentia, ſicut vnum minimum abſque alio minimo. Patet id in myſterio Incarnationis, in
D quo eſt natura ſine propria ſubſiſtentia, licèt terminetur à ſubſiſtentia Verbi: Deinde etiam colligitur exiſtentiam præcedere ſubſiſtentiam.

Sectio III.

An in compoſito ſit vna tantùm ſimplex ſubſiſtentia, an vna compoſita ex duabus.

Suarez.

QVIDAM, vt Suarez, aiunt eſſe vnam ſubſiſtentiam compoſitam ex duabus ſubſiſtentiis materiæ, & formæ.

Fonſeca.

E Fonſ. lib. 5. cap. 8. quæſt. 5. ſect. 4. eſſe vnam, & ſimplicem afficientem vtramque partem, ita vt ſi partes ſeparentur, ea corrumpatur, & reſultent duæ aliæ ſubſiſtentiæ in partibus ſeparatis.

Caietanus.

Caiet. eſſe vnam, ſed afficientem tantùm immediatè vnam partem, & ratione vnius partis afficere aliam, cum hoc diſcrimine vt ſi forma ſit materialis, ſubſiſtentia prius afficiet materiam, quam formam, quia forma dependet à materia; ſi verò forma ſit ſpiritualis, vt in homine, prius afficiet formam, quam materiam, quia anima eſt forma nobilior, ſpiritualis atque adeò ſubſiſtens.

Albertinus. Albertinus verò diſp. 3. de ſuppoſito tantùm differt à Caiet. quia vult in homine ſubſiſtentiam æquè afficere animam, & corpus.

Prima concluſio. Subſiſtentia in compoſito ſubſtantiali eſt vna, & ſimplex, ita vt duæ ſubſiſtentiæ partiales implicent.

Ratio à priori eſt, quia ſubſiſtentia eſt modus reddens naturam incommunicabilem, & quæ nequeat eſſe in alio tanquam in ſubſtentante; at ſi materia haberet ſuam partialem ſubſiſtentiam, & forma materialis ſuam, iam ſubſiſtentia non redderet formam incommunicabilem; ſed adhuc forma eſſet in alio tanquam in ſubſtentante, quod eſt contra formalem rationem ſubſiſtentiæ.

Confirmatur, vnio repugnat inter ſubſiſtentias, ergo duæ ſubſiſtentiæ partiales in compoſito implicant. Anteced. probatur, quia ſubſiſtentia dicit negationem exiſtendi, in alio nedum tanquam in ſubſtentante, ſed tanquam in toto per modum partis; at ſi duæ eſſent ſubſiſtentiæ inter ſe vnitæ, vna ſubſiſtentia eſſet in alia nedum tanquam in ſubſtentante, ſed etiam tanquam in toto vt pars, quia ſubſiſtentia partialis exiſteret in toto ſubſtantiali.

Confirmatur ſecundò, forma materialis eſt in materia tanquam in ſubiecto ſubſtentationis, & ab ea dependet, & de eius potentia educitur, ergo nullo modo ſubſiſtit.

Obiectio. *Obiicies*, anima rationalis ſubſiſtit, & tamen eſt in alio tanquam pars, ergo etiam formæ materiales ſubſiſtent, licèt ſint in toto tanquam partes.

Reſpondet Albertinus: anima ſubſiſtit, & tamen eſt in toto tanquam pars, in toto inquam eſſentiali, quod non repugnat ſubſiſtentiæ; repugnat autem ſubſiſtentiæ eſſe in toto ſubſtantiali tanquam pars, quod contingeret ſi materia haberet ſuam partialem ſubſiſtentiam, & forma ſuam.

Reſponderem fortaſſis rectius, animam in corpore non ſubſiſtere ſubſiſtentiâ propriâ, ſed ſubſiſtentia totius, quod ſi ſeparatatur à corpore, ſicut totum corrumpitur, ſic etiam tota ſubſiſtentia corrumpitur, & ab anima dimanat alia ſubſiſtentia illam vltimò terminans, & quodammodo faciens illam totum, non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid. In reſurrectione verò deſinit illa ſubſiſtentia, & ſicut totum de nouo reproducitur, iterum tota ſubſiſtentia de nouo etiam producitur dimanans à tota natura. Cùm autem dicimus ſubſiſtentiam reddere naturam incommunicabilem, non intelligimus ſpecificatiuè, ſed reduplicatiuè vt ſubſiſtens eſt; ideò licèt anima ſeparata poſſit ſubſiſtere, tamen cùm corpori vnitur, deſinit illa ſubſiſtentia, & vbi vnita iam eſt, dimanat alia ſubſiſtentia de nouo à tota natura.

Colligitur ex his vnde dimanat ſubſiſtentia à materia ne an à forma, an à toto.

Albertin. diſput. 3. quæſt. 10. num. 3. ait à generante, vel à Deo, ſicut in accidenti inhærentia fit quando à generante producitur, dum producitur accidens dependenter à ſubiecto.

Medina. Medina 3. part. quæſt. 4. dub. 3. ſect. 6. & communiter recentiores volunt ſubſiſtentiam dimanare à tota natura, vel ab ea natura, quæ incipit ſaltem exiſtere per modum totius, vt fit in anima ſeparata: neque implicat naturam eſſe cauſam productiuam ſubſiſtentiæ, quia ſubſiſtentia non fit ab ea per veram actionem, ſed per quamdam dimanationem.

Vtraque ſententia probabilis, expeditior autem prima, & facilior: Nullo modo tamen dicendum eſt dimanare à ſola materia, vel à forma materiali ante vnionem, quia id eſt contra rationem ſubſiſtentiæ, de cuius eſſentia eſt reddere naturam incommunicabilem.

DISPVTATIO QVARTA.

De inhærentia.

AD perfectam inhærentiæ cognitionem, & accidentis naturam hæc ſunt examinanda. Primò an dependentia actualis à ſubiecto ſit de eſſentia accidentis: Secundò an actualis inhærentia ex natura rei diſtinguatur ab accidenti; an ſaltem aptitudinalis inhærentia ſit de eſſentia illius. Iden ſit

---

SECTIO PRIMA.

An dependentia actualis à ſubiecto ſit de eſſentia accidentis.

NOTANDVM *primò*, quædam accidentia habere tantùm entitatem modalem vt ſeſſio, vnio, relatio: quædam verò habere entitatem realiter diſtinctam ab entitate ſubiecti: Præterea quædam eſſe accidentia propria, vt ſunt propriæ paſſiones, quædam verò eſſe accidentia communia: Accidentia communia alia eſſe vera accidentia, vt quantitas, qualitas; alia verò non eſſe vera accidentia, quæ non verè accidunt, vt veſtis. *Accidens variè diuiditur.*

Notandum ſecundò, accidens dependere à ſubſtantia, poſſe ſumi dupliciter, & à ſubſtantia tanquam à termino, & à ſubſtantia tanquam à ſubiecto.

Notandum tertiò, in accidente hæc poſſe nos conſiderare, primò eſſentiam, ſecundò exiſtentiam, tertiò dependentiam actualem à ſubiecto, quartò inhærentiam aptitudinalem, quintò inhærentiam actualem, quâ accidens nedum dicit aptitudinem, ſed actu in ſubiecto inhæret. De eſſentia & exiſtentia accidentis diximus ſupra, cùm de eſſentia, & exiſtentia entis: modò de dependentia, & inhærentia tum actuali, tum aptitudinali.

Prima concluſio. Accidentia, quæ non verè accidunt ſubiecto, vt veſtis, nec verè inhærent, nullamque dicunt actualem dependentiam à ſubſtantia tanquam à ſubiecto, ſed tantùm extrinſecam quamdam denominationem.

Probatur, quia huiuſmodi accidentia tenerâ ſunt ſubſtantia, ſubſtantia autem non dependet à ſubſtantia tanquam à ſubiecto; id enim repugnat rationi formali ſubſtantiæ, quæ in nullo ſubiecto eſt, vt patet

Secunda concluſio. Accidentia, quæ habent tantùm entitatem modalem, habent etiam actualem dependentiam, ſeu dependentem exiſtentiam à ſubiecto modificato.

Probatur, quia eſſe horum modorum con-

ſiſtit in actuali exercitio, ac dum exiſtunt ſimul A modificant, & dependent, vt patet in vnione, ſeſſione, relatione prædicamentali, licèt hæc nedum à ſubiecto dependeat, ſed etiam à termino.

Tertia concluſio. Accidentia realia, quæ habent propriam, & realem entitatem, non dependent eſſentialiter ab actuali exiſtentia ſubiecti, ſiue illud ſit mediatum, ſiue immediatum, ſubſtantia videlicet, vel quantitas.

Probatur, quia Deus poteſt ſeparare colores nedum ab omni ſubſtantia, ſed etiam ab omni quantitate. Quod verò ſeparari poſſent etiam à quantitate, patet in ipſamet quantitate, quæ ſola remanet in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacra- B mento, & ſeparata ſola poteſt exiſtere: Tum quia eſt res, non modus, ſed etiam colores, & ſimiles qualitates ſunt entia, non modi, ergo etiam poterunt ſeparatæ exiſtere, & licèt colores non ſint ſenſibiles niſi ratione quantitatis, dum ab ea habent extenſionem quantitatiuam; poſſunt tamen remanere cum extenſione entitatiua, quæ ſufficit vt ſint ſenſibiles.

Quarta concluſio. Paſſiones, ſi habeant proprias entitates, & non ſint tanquam modi in ſubiecto, aut potentiæ vitales, non pendent eſſentialiter ab actuali exiſtentia ſubiecti.

Prima pars probatur, quia in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento proprietates ſubſtantiæ C panis ſeparatæ exiſtunt à ſubſtantia panis, ergo.

Secunda pars etiam patet ex dictis in ſecunda concluſione.

Tertia pars probatur, quia intellectus, & voluntas, quia ſunt potentiæ vitales, dicunt intrinſecum ordinem ad principium vitale, & neceſſariam connexionem ad illud. Ratio huius neceſſariæ connexionis, & ordinis colligitur ex eo quod calor, & cæteræ qualitates poſſunt operari ſeparatæ à ſubiecto; voluntas verò & intellectus minimè: Vel quia anima requiritur vt ipſa etiam influat, & applicet illas potentias, & attendat: vel quia operationes talium potentiarum recipiuntur in ipſa anima. D

Quinta concluſio. Nullum accidens, relatione prædicamentali excepta, eſſentialiter dependet ab actuali exiſtentia ſubſtantiæ tanquam à termino.

Probatur, quia ſola relatio prædicamentalis reſpicit terminum, vt purè terminum, cætera verò tanquam ſubiectum, ſic vnio & cæteri modi, qui licèt dependeant ab exiſtentia ſubſtantiæ, tanquam à ſubiecto, non tamen ab hac dependent tanquam à purè termino.

Confirmatur, quia cætera accidentia quicquid circa ſubſtantiam exercent, circa illam exercent tanquam circa ſubiectum, ergo non dicunt eſſentialem ordinem.

Sexta concluſio. Omnia accidentia dicunt eſſentialem ordinem, & dependentiam aptitudinalem ab eſſentia ſubſtantiæ tanquam à ſubiecto, & tanquam à termino. E

Probatur ex iis quæ diximus tum ex Ariſtot. tum ex communi omnium philoſophorum ſententia, accidentia eſſe entis entia, id eſt ſubſtantiæ, & dicere ordinem, & eſſentialem habitudinem ad illam, non ad eius actualem exiſtentiam, ergo ad eſſentiam.

Sectio II.

Quomodo inhærentia conueniat vero accidenti.

NOTANDVM *primò* agere nos tum de inhærentia aptitudinali, tum de actuali: Tum de accidentibus, quæ habent veram entitatem, tum de iis, quæ habent entitatem modalem.

Prima concluſio. Inhærentia aptitudinalis remotiſſimè ſumpta nullo modo differt ab eſſentia, & natura accidentis, ſi verò ſumatur minus remotè, non differt ab eius exiſtentia, eſtque illi omnino inſeparabilis.

Probatur; quia accidens eſſentialiter eſt entis ens, & dicit ordinem eſſentialem ad ſubſtantiam tanquam ad ſubiectum, vt diximus, ergo aptitudinem ad inhærendum. Præterea, aptitudo ad inhærendum eſt ratio tranſcendentalis, quæ ſolet eſſe de eſſentia ſubiecti. Denique, in accidentis exiſtentia inuoluitur aptitudo ad inhærendum. Fateor tamen aliquo modo hac ratione diſtingui.

Obiicit Albertin. pro ſua ſententia, putat enim non omne accidens dicere aptitudinalem inhærentiam, quia actio, qua quantitas v. g. creatur, vel conſeruatur independenter à ſubiecto, eſt accidens, nec à quantitate dependet. Obiectio. *Albertinus.*

Reſpondetur, iuxta noſtra principia, cùm quantitas, vel aliquid primò creatur, nullam intercedere mutationem, atque adeo nec actionem: cum verò conſeruatur in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, conſeruatio illa fit per concurſum aliquem; & licèt ſit accidens, tamen ſimul dependet à quantitate, in genere cauſæ materialis; ſic à pari diſpoſitiones conſeruant formam ignis in ſubiecto ne deſtruatur, & eædem diſpoſitiones ab eadem forma conſeruantur in diuerſo genere, vt alibi diximus.

Secunda concluſio. Actualis inhærentia non diſtinguitur ab exiſtentia accidentium, quæ tantùm modalem habent entitatem.

Patet ex dictis ſupra, quia cum eſſe eorum conſiſtat in actuali exercitio, vnio, & inhærentia eſt eorum exiſtentia, licèt hæc diſtinguantur formaliter.

Tertia concluſio. Actualis inhærentia ex natura rei diſtinguitur ab accidentibus habentibus propriam, & realem entitatem.

Probatur, quia ſi hæc accidentia abſtrahunt ab actuali exiſtentia ſubſtantiæ, immo neque in re ab illa dependent, ergo inhærentia ex natura rei ab eorum exiſtentia diſtinguitur. Secundò, quantitas poteſt exiſtere ſine ſubiecto, ergo poteſt non inhærere, ergo inhærentia in re ab illa diſtinguitur. Quod autem dico de quantitate, intelligite etiam de reliquis accidentibus realibus, cùm par ſit ratio, vt in præcedenti diximus.

Sectio III.

Quid ſit actualis inhærentia.

NON loquimur de inhærentia actuali in accidentibus, quæ per ſuam exiſtentiam actu vniontur, vt ſunt modi omnes; id enim patet ex dictis. *Difficultas tantùm* eſt quid ſit hæc inhærentia actualis in rebus, à quibus talis inhærentia ſeparabilis eſt, quid videlicet ſit inhærentia per quam quantitas, & aliæ quædam qualitates inhærent actu in ſubiecto. Ideò

B *Notandum eſt* aliquos in inhærentia duo diſtinguere. Primum, vt aiunt, eſt ipſe actus, quo accidens eſt in alio. Secundùm eſt ratio illa, per quam accidens tanquam per conditionem conſtituitur in alio; qualis eſt vnio accidentis in ſubiecto. Inde aiunt primò vnionem eſſe tantùm quoddam complementum, cuius beneficio accidens, quod ex ſua natura aptum eſt eſſe in alio, incipit eſſe in alio: Hinc colligunt inhærentiam actualem propriè, & formaliter ſignificare actum illum, quo accidens eſt in alio, connotare verò vnionem accidentis cum ſubiecto. Ratio ipſorum eſt, quia per illud accidens formaliter inhæret alteri, per quod habet formaliter vt ſit in alio; eſt autem in alio formaliter C per actum illum: Secundò volunt actum non diſtingui ab ipſa exiſtentia accidentis.

Prima concluſio. Inhærentia formaliter ſumpta non eſt ipſa exiſtentia accidentis, prout connotat vnionem.

Probatur, quia ſicut exiſtentia formæ non eſt inexiſtentia, qua inexiſtit in materia, ſed ab ea modaliter diſtinguitur, ergo à pari exiſtentia accidentis non eſt inexiſtentia eiuſdem, qua accidens inexiſtit in ſubiecto.

Secundò, exiſtentia accidentis identificatur cum eſſentia accidentis; at actualis inhærentia ſecundùm omnes non identificatur cum eſſentia accidentis, ſed illi accidit, ergo inhærentia non D eſt exiſtentia.

Secunda concluſio. Inhærentia formaliter ſumpta eſt inexiſtentia eiuſdem in ſubſtantia tanquam in ſubiecto; inexiſtentia verò nihil aliud quàm vnio vtriuſque, quæ facit vt accidens ſit vnitum ſubſtantiæ, non vt pars eſſentialis, & componens aliquod vnum, ſed vt quid ſuperadditum eſſentiæ.

Probatur, quia ſtatim ac concipimus accidens vnitum ſubſtantiæ, ſtatim illud concipimus inhærere, nec aliud omnino requiritur.

E

PARS QVARTA.

De paſſionibus, & proprietatibus entis.

DE paſſionibus & proprietatibus entis agit Ariſtot. lib. 4. cap. 2. text. 3. Eæ verò, vt diximus alibi, vel ſunt complexæ, vel incomplexæ. Incomplexæ ſunt, quæ ſine coniunctione conuertuntur cum ente reali, vt eſſe vnum, verum, A bonum, quibus addunt alij pulchrum, perfectum, intelligibile. Complexæ quæ non ſine disiunctione vt ſimile, vel diſſimile; idem, vel diuerſum; neceſſarium, vel contingens; actus, vel potentia, vniuerſale, vel ſingulare; reale, vel rationis. Ideo agemus primò in prima diſputatione de paſſionibus entis in communi, in ſecunda de paſſionibus incomplexis in particulari, nempe de vno; in tertia de vero, in quarta de bono, in quinta de paſſionibus complexis, ac præſertim de identitate, & diuerſitate, atque adeò de diſtinctionibus, & diuiſionibus.

B

DISPVTATIO PRIMA.

De paſſionibus entis in communi, & iis incomplexis.

Sectio Vnica.

An ens habeat paſſiones incomplexas, & quæ eæ ſint.

C NOTANDVM *primò* verum eſſe apud omnes ens non habere veras paſſiones, neque complexas, neque incomplexas; ſed tantùm aliqua attributa, quæ ſe habent per modum paſſionum, & ſunt conceptus quidam explicantes diuerſas formalitates entis; vera enim paſſio debet ſaltem ex natura rei diſtingui ab eo, cuius eſt paſſio, ita vt ſubiectum non ſit de intrinſeca eius ratione: debet cum eo conuerti, & debet habere veras cauſas, per quas ſubiecto inſit, & à quibus verè dependeat; cùm ergo ex his conditionibus prima, & tertia deſit paſſionibus entis, fit vt eæ ſint attributa quædam, quæ tamen ſe habent ad modum paſſionum.

Ens quare non habeat veras paſſiones.

D *Notandum ſecundò*, huiuſmodi attributa, licèt à nobis tantùm concipiantur ad modum paſſionum realium, nec diſtinguantur niſi ſecundùm rationem ab ente; ſunt tamen quid reale, nec fictum à ratione, quia nemine cogitante ens reale eſt verum, bonum &c. non autem eſt quid fictum vnitas, bonitas &c. ſed tantùm eſt ficta à noſtro modo concipiendi inter vnum, & eſt diſtinctio; aliter ens reale non poſſet eſſe obiectum ſcientiæ realis, ſi non haberet reales paſſiones.

Attributa entis ſunt quid reale, non fictum.

Notandum tertiò, paſſiones entis incomplexæ, licèt formaliter non dicant niſi negationem, explicant tamen poſitiuam perfectionem eiuſ- E dem entis. Patet, quia per has paſſiones explicantur entis natura, perfectiones, eiuſdem habitudines, &c.

Paſſiones entis incomplexæ benè explicant eius poſitiuam perfectionem.

Notandum quartò, paſſiones entis ſimplices tres communiter numerari ſolent, vnum, verum, bonum: eaſque eſſe inter ſe diſtinctas patet ex paſſionibus quibus opponuntur multitudini, falſo, & malo. Præterea, quia verum eſt obiectum intellectus, bonum obiectum voluntatis. His ſolent addi plures aliæ, vt ens, res, aliquid; vnde quidam volunt eſſe numero ſex; alij verò decem; addunt enim pulchrum, perfectum, intelligibile, appetibile; ſed non rectè, quoniam tria prima non ſe habent ad modum

Sunt tantùm tres, nempè vnum, verum, bonum.

dum paſſionum, ſed ſunt ſynonyma entis, neque eoim ens, res, aliquid explicant diſtinctum ab ente, aut aliquam eius formalitatem, & perſectionem, vel ſi aliquam perſectionem ſignificant, continetur in aliqua ex illis tribus paſſiombus, ſic aliquid contiuetur in vno. Minus etiam annumeranda ſunt inter paſſiones entis pulchrum, perſectum & iotelligibile, & appetibile; pulchritudo enim ſi in rigore ſumatur reſultat ex proportione partium, quæ partium proportio nequit reperiri in entibus ſimplicibus; ſi verò largè ſumatur, noo differt à bono. inde eſt quod idem eſt pulchrum in Deo, ac bonum, vtrumque enim reſultat ex varia perfectione attributorum. Perfectum autem propriè neque poteſt eſſe tranſcendens paſſio entis, cùm plura ſint imperfecta. Intelligibile verò, & appetibile ſignificant ens verum. vel bonum cum quodam ordine ad intellectum, & voluntatem, ideò neque ſunt eotis paſſiones diſtinctæ à vero & bono.

D. Thomas.

Ens quare priùs ens quàm vnum, priùs vnũ quam verum, priùs verum quàm bonum.

Notandum quintò, hunc eſſe ordinem inter has paſſiones, vt docet D. Th. quæſt. 21. de verit. art. 3. & 1. Par. quæſt. 16. art. 4. Ens priùs eſſe ens quàm vnum, priùs vnum quàm verum, priùs verum quàm bonum; vnum enim conuenit rei ſecundùm ſe, verum autem, & bonum conueniunt rei in ordine ad aliud; tum quia multitudo ſupponit vnitatem, verum autem, & bonum iouoluunt quandam multitudinem cùm ſint ad aliud, ideo neceſſariò debent ſupponere vnum, quod eſt ad ſe, verum autem eſt priùs quàm bonum, quia priùs eſt intelligere quàm appetere. Ex his ſit

Prima concluſio. Ens habet proprietates, & paſſiones. Patet ex dictis.

Secunda concluſio. Paſſiones entis non ſunt formaliter entia rationis, ſed realia, licèt diſtinctio, quam conficit intellectus, ſit ens rationis.

Prima pars patet, ſecunda probatur, quia verè paſſiones entis ſunt entia, ergo in re non diſtinguuntur ab ente, ergo tota diſtinctio eſt ab iotellectu, licèt cum fundamento aliquo in re.

Tertia concluſio. Paſſiones entis non ſunt niſi tres, vnum, verum, bonum. Reliquæ vel cum his coincidunt, vel ſunt ſynonyma, vel io his includuntur. Patet etiam ex dictis.

DISPVTATIO SECVNDA.

De paſſionibus incomplexis in particulari, ac primò de vno.

Sectio Prima.

Quid vnum addat formaliter ſupra ens.

Vnum aliud per ſe, aliud per accidens.

NOTANDVM *eſt* vnum multipliciter accipi: nunc quoad rem noſtram ſpectat, tantùm dupliciter; primò dicitur vnum per ſe, ſecundò dicitur vnum per accidens. Vnum per ſe eſt illud quod vel habet partes, quæ per ſe vniun- A tur ad faciendum vnum perſectum, vel nullas habet partes, ſed eſt ſimplex. Vnum per accidens eſt quod conſtat ex partibus, quæ per ſe non vniuntur, vt exercitus, album. Nos hîc loquimur de vnitate per ſe, non per accidens; licet enim hoc ens habeat ſuo vnitatem, potiùs tamen dicitur multa quàm vnum.

Scotus. Anton. Andreas.

Scot. 4. Metaph. quæſt. 2. & Anton. Andre. q. 3. putant vnum ſupra ens addere quid poſitiuum diſtinctum ab ente.

Sotus. Alenſis.

Sotus verò cap. de proprio, & Alenſ. 1. Par. quæſt 13. memb. 1. & 2. aliquid poſitiuum, ſed non diſtinctum.

D. Thomas. Caietanus. Suarez.

Oppoſitum docent D. Thom. 4. Metaph. B lect. 2. & 1. Par. quæſt. 11. art. 1. ibique Caiet. Suarez diſput. 4. ſect. 1. num. 6. & communiter recentiores, cum quibus ſit

Prima concluſio. Vnum non addit enti aliqoid poſitiuum à parte rei diſtinctum.

Probatur primò, quia quicquid auferatur à re quapiam, v.g. ab homine, quidquid eſt diuerſum ab homine, adhuc homo intelligetur ens, & vnum.

Secundò, res quælibet eſt vnum per ſuam entitatem, & ſubſtantiam, ergo & ens erit vnum per ſuam rationem entis. Conſequentia probatur, quia ſi ſemel ens particulare eſt vnum per ſuam ſubſtantiam, cur non erit vnum C ens per ſuam rationem? Antecedens probatur, quia ſi quælibet res eſſet vnum per aliud, cùm illud aliud ſit ens, eſt enim quid poſitiuum, & extra nihil, debet eſſe vnum per aliquid aliud, & ſic procederetur in infinitum.

Secunda concluſio. Vnum non addit enti rationem aliquam poſitiuam ratione ab illo diſtinctam, vt v. g. addunt potentiæ animæ in eorum ſententia, qui nullam à parte rei ponunt diſtinctionem inter illas, velut addit gradus ſenſitiuus rationali.

Probatur iiſdem fere rationibus, quia ſi vnum hac ratione ab ente diſtinguitur, ergo vnum intrinſecè, & eſſentialiter in ſua formali D ratione non eſt ens, quod eſt falſum.

Secundò, quicquid mente præſcindatur ab ente, ſemper habebit id quod eſt neceſſarium ad vnitatem. Probatur, quia præſcindendo ens habebimus conceptum eſſentiæ, eſſentia autem ſub hac ratione diuiditur ab omnibus, quæ cùm non ſit eſſentia vt ſic, & cùm in ſe ſit indiuiſa, habebit totum id quod ad vnitatem requiritur.

Tertia concluſio. Vnum ſupra ens addit aliquid negatiuum.

Probatur, quia certum eſt vnum aliquo modo diſtingui ab ente, quandoquidem eſt paſſio illius, & non diſtinguitur vnum ab ente per aliquid poſitiuum, vt vidimus, ergo per aliquid negatiuum. Conſequentia vltima probatur, E quia non diſtinguitur per aliquid fictum à ratione, quia indiuiduum nemine cogitante eſt indiuiſum à ſe, & diuiſum à quocunque alio; neque per aliquid poſitiuum; nil ergo aliud reſtat quàm aliquid negatiuũ. Confirmatur ex Ariſt. 4. Met. c. 2. vbi explicat vnitatem per negationem diuiſionis. Confirmatur ſecundò, quia eſſe vnum negat multiplicationem, negare autem multiplicationem addit ſupra ſe negationem.

Ariſtoteles.

Obiectio 1.

Obiicies primò, Si vnum addit quid negatiuum ſupra ens, vnum non eſſet realis paſſio entis, quod eſt falſum, alioquin Metaphyſica, vt diximus, non eſſet vera ſcientia.

Reſpondetur, ſi per realem paſſionem intelligimus veram paſſionem, concedo vnum non eſſe paſſionem realem entis; non enim ens diſtinguitur ab vno, quod neceſſariò requiritur ad veram paſſionem, vt diximus. Si verò intelligas per realem paſſionem reale attributum, quod enti conuenit, nemine cogitante, tunc dico vnum eſſe realem paſſionem, quia nemine cogitante conuenit rei tale attributum, quòd tantùm addit negationem ſupra ens.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò: Vnum formaliter eſt aliqua perfectio; immo in Deo eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, quia melior eſt ipſa quàm non ipſa, ergo non addit tantùm quid negatiuum.

Confirmatur, quia diuiſio eſt imperfectio; ponit enim receſſum ab identitate, quod eſt ſignum imperfectionis; tanto enim aliquid eſt imperfectius, quo ab identitate recedit, ergo vnitas eſt perfectio.

Reſpondetur, ſi vnum concipiatur ſecundùm ſuam radicem, & entitatem, à qua promanat negatio, tunc dico formaliter dicere perfectionem, quia importatur in re, de qua dicitur principium aliquod poſitiuum; ſi verò conſideretur ſecundùm id, quod vltimò dicit, quod eſt negatio, tunc dico nullam dicere perfectionem; nec enim Deus eſt perfectus, quia dicit negationem diuiſionis, ſed quia eſt talis naturâ, quæ ex ſe petat vt non poſſit diuidi in plures naturas, & ſic eſſentia dicenda eſt perfecta; ſicut ſtat anima rationalis ſub negatione materiæ, non quòd negatio materiæ ſit perfectio; ſed quia entitas, cui repugnat negatio materiæ, eſt quid perfectum.

Inſtabis: hoc non eſt vnum formaliter eſſe perfectionem, ſed vnum fundamentaliter; at verum eſt dicere vnum, vt vnum, eſſe perfectionem, quia conuenit Deo.

Reſpondetur, vnum vt vnum eſſe nomen concretum ab entitate, & indiuiſione, & propoſitio formaliter ſupponit pro concreto ſignificante tantùm negationem, & hoc pacto vnum vt vnum, formaliter eſt perfectio. Quòd ſi vnum ſupponat pro negatione formaliter, tunc concedo quòd vnum formaliter non ſit perfectio. Cùm ergo dicitur quod vnum eſt perfectio in Deo, ſumitur vnum vt eſt nomen concretum.

Ad confirmationem, nego omnem diuiſionem dicere imperfectionem; in Deo enim eſt perſonarum diuiſio quæ in illo non dicit imperfectionem; illi enim id conuenit ex ſumma eius perfectione: quare non omnis receſſus ab identitate eſt imperfectio, neque omnis acceſſus ad identitatem eſt perfectio, ſed ſemper inſpiciendum eſt ad ipſam rei naturam, & eſſentiam, à qua omnis perfectio deſumitur, vel imperfectio, vnde vnitas formaliter ſumpta, prout tantùm dicit negationem, non eſt perfectio ſimpliciter ſimplex, ſed eſt perfectio ratione naturæ, quam inuoluit in concreto.

Obiectio 3. *Ariſtoteles.*

Obiicies tertiò: Vnum & plura opponuntur priuatiuè ex Ariſtot. 10. Met. 19. Sed plura dicunt negationem vnitatis, ergo vnum non dicit negationem, ſed quid poſitiuum, negatio enim nequit tollere negationem.

Reſpondetur, vnum formaliter eſſe quid negatiuum, & primariò opponi multitudini, non prout multitudo dicit negationem vnitatis, ſed prout dicit ipſas vnitates, ſeu poſitiuam multitudinem, licèt ſecundariò opponatur diuiſioni, quam dicit in ſe multitudo; non implicat autem negationem opponi negationi ſecundariò, implicat negationem primariò opponi negationi; priuatio enim ignis primariò opponitur formæ ignis; ſecundariò negationi terræ, & aquæ, quas dicit forma ignis ſecundariò. Ita etiam D. Th. in 1. diſt. 2. quæſt. 1. art. 3. ad 1. vbi habet indiuiſionem in vno eſſe negationem negationis.

D. Thom. as.

Obiectio 4.

Obiicies quartò: priuatio & negatio non ſuſcipiunt magis, & minus, ergo vnitas formaliter non eſt negatio.

Priuationes, & negationes quomodo ſuſcipiant magis, & minus.

Reſpondetur priuationes, ſeu negationes poſſe ſuſcipere magis, & minus ratione formæ diuiſibilis, quam negant, vt cùm aër dicitur magis tenebroſus, ratione luminis, cuius habet priuationem, quod ſecundùm communem opinionem ſuſcipit magis & minus: aut ratione termini, vt cùm dicimus eſſe magis malam priuationem charitatis quàm ſcientiæ: Vel ratione ſubiecti, vt cùm etiam dicimus magis malam eſſe priuationem frigoris in aqua, quàm in ligno: Sic etiam ratione entitatis, & hoc pacto dici poteſt vnum ens ſimplex magis vnum quàm compoſitum ratione entitatis ſimplicis, quam includit formaliter vnitas entis ſimplicis.

Obiectio 5.

Obiicies quintò: Numerus eſt quid poſitiuum in noſtra ſententia; numerus autem componitur ex vnitatibus, ergo vnitas eſt quid poſitiuum. Conſequentia probatur, quia poſitiuum nequit conſlari niſi ex poſitiuis.

Reſpondetur, numerum conſtitui ex vnitatibus quoad poſitiuas entitates, quibus etiam ipſa multitudo poſitiua eſt. Ita D. Th. 1. Part. quæſt. 11. art. 2. ad 2.

Sectio II.

Quæ ſit iſta negatio, quæ enti additur ratione vnitatis.

Gabriel.

PRIMA *ſententia* tribuitur à nonnullis Gabriel. in 1. diſtinct. 3. art. 3. cap. 97. art. 1. Vnitatem ſupra ens duplicem negationem addere; Prima eſt, qua res conſtituitur indiuiſa in ſe: ſecunda, qua res conſtituitur indiuiſa à quocunque alio. Colligere id videtur ex definitione indiuidui, qua dicitur *indiuiduum eſt indiuiſum in ſe & diuiſum à quocunque alio.*

Scotus. Soncinas. Fonſeca. Ægidius. Herueus.

Secunda ſententia negat diuiſionem ab alio eſſe de ratione vnius, ſed tantùm indiuiſionem in ſe. Videtur Scoti 4. Metaph. cap. 2. Notab. 4. eſt autem Soncin. ibid. quæſt. 23. not. 2. Fonſ. ibid cap. 2. quæſt. 5. ſect. 5. Ægid. ibid. quæſt 6. Heru. quodlib. 4. quæſt. 2.

Vnitas alia eſt determinati generis, alia non.

Notandum primò vnitatem aliam eſſe determinati generis, aliam verò non eſſe generis determinati. Prima pertinet ad aliquod genus entis, & eſt propria illius, nec vagatur ad omne ens, & hæc, ſicut multiplicia ſunt entia, ita etiam multiplex eſt vnitas: ſecunda verò vnitas, quæ non eſt determinati generis, eſt quæ conuenit enti ſecundùm ſe; atque ita eſt illius, vt

ratione eius conueniat omnibus, quibus conuenit ens, vnde etiam dicitur tranſcendentalis, ſicut etiam ens. Vnde colligitur diſcrimen inter vtramque vnitatem; vnitas enim tranſcendentalis ita conuenit cuicunque enti determinato ſecundùm ſuam vltimam conceptibilitatem, vt nullius ſit propria, ſed ita vni conuenit, vt conueniat etiam alteri enti determinato. Vnitas verò determinati generis ita eſt vnius, vt non ad omnia entia augeatur, ſed ad ea, quæ ſunt ſub eodem proprio genere; atque hæc eſt talis, quales ſunt naturæ, quibus hæc conuenit: ſic indiuiduum habet ſuam vnitatem in ratione indiuidui, quæ non eſt vnitas ſpecifica: ſic ſpecies dicitur vna vnitate ſpecifica, quæ non eſt vnitas generica: ſic quantitas dicitur vna in ratione ſuarum partium extenſarum, & vnitarum, compoſitum phyſicum vnum ſua vnitate vniente, & connectente partes inter ſe realiter diſtinctas, & hinc oriuntur diuerſa genera vnitatum, vnitas quantitatiua, vnitas compoſitionis, vnitas formalis, & eſſentialis; & hæc vel vnitas ſpecifica, vel vnitas generica, vel indiuidualis.

Notandum ſecundò quæſtionem non eſſe inter DD. quam negationem addat prima vnitas determinati generis ſupra ens, quia hæc non eſt prima paſſio entis ſecundùm ſe; ſed quærimus quam negationem addat vnitas tranſcendentalis. De prima certum eſt quandoque addere quid poſitiuum, & reale, & quandoque non poſſe intelligi ſine multitudine ſaltem diuerſarum partium, quas dicta poſitiua vnio connectit, & eſt in compoſito, quantitate, & ſimilibus. Quærimus ergo de ſecunda, an ea ſit duplex negatio, an verò ſufficienter conſtituatur per vnam negationem, quæ eſt indiuiſio in ſe.

Vnitas tranſcendentalis quænam ſit.

Notandum tertiò hanc vnitatem tranſcendentalem eſſe eam, quæ ſequitur ad id, quod habet eſſe, ſeu ad eſſentiam, quæ ſit per ſe eſſentia, non per accidens; etenim cùm ens, vt diximus ſupra, ſignificet eſſentiam, vnitas communis erit illa quæ ſequitur ad eſſentiam: Et quoniam omnis res, ſiue compoſita ſit, ſiue ſimplex, eſt ſua eſſentia, ideo neceſſe eſt vt vnitas fluat ab omni re, quatenus eſſentia quædam eſt, & ſic licèt compoſitum conſtet ex ſuis partibus, & diuiſibile ſit in ſuas partes, tamen vt eſt ex ſuis partibus debet eſſe vnum, quia natura, ſeu eſſentia quædam eſt, ſic palmus quantitatis, licèt habeat partes, tamen debet habere ſuam vnitatem, quæ tranſcendat ad illam, & per quam conſtituatur vnus, palmus enim eſſentia quædam eſt. Sic igitur intellecta vnitate, videndum eſt an conſtituatur tantùm per eſſe indiuiſum in ſe, an etiam per eſſe diuiſum à quocunque alio.

Diuiſio triplex.

Notandum quartò diuiſionem prout ad rem noſtram facit, eſſe triplicem: vel enim eſt diuiſio entis à ſe, vel eſt diuiſio entis ab alio, quatenus illud ens vnum non eſt idem cum alio, ſed ab illo diuerſum: Tertio vt ſit negatio diuiſionis in ſe, ita vt vnum nihil aliud ſit niſi ens nullam habens actualem multitudinem ſeu diuiſionem in ſe ipſo.

Negatio diuiſionis quam dicit vnitas, quænam ſit.

Notandum quintò negatio diuiſionis, quam dicit vnitas, non poteſt eſſe negatio diuiſionis primo modo accepta, quia huiuſmodi negatio pendet ab operatione intellectus, qui per o-A perationem reflexiuam conſiderat vnum non eſſe aliud à ſeipſo; tum quia iſta negatio diuiſionis conuenit tam enti per ſe, quàm enti per accidens; nos verò hic quærimus negationem quæ conuenit enti per ſe, vt diximus. Neque poteſt eſſe negatio, quam dicit diuiſio ſecundo modo, diuiſio videlicèt entis ab alio: ratio eſt quia ſiue hæc negatio accipiatur pro relatione alteritatis ad terminum exiſtentem, aut poſſibilem, tunc hæc relatio alteritatis eſt quid poſterius vnitate; ideo enim hoc eſt aliud ab illo, quia in ſe eſt vnum quid: tum quia hæc relatio ſupponit multitudinem; vnum B autem eſt hac multitudine prius, & eſt quid abſolutum: ſiue accipiatur pro ſimplici negatione, quia negat vnum eſſe aliud, & tunc adhuc iſta negatio eſt vnitate poſterior, ideo enim vnum non eſt aliud, quia eſt vnum in ſe. Ex quo

Maneat diuiſionem quam vnum in ſe negat, eſſe diuiſionem habentem actualem multitudinem, ſeu diuiſionem non à ſe ipſo, ſed in ſe ipſo. His adnotatis ſit

Prima concluſio. Vnitas entis ſufficienter conſtituitur per negationem diuiſionis in ſe.

Probatur primò, ſi hæc non ſufficeret, maximè eſſet quia neceſſaria eſſet diuiſio ab alio, ſed hæc eſt ſuperflua; ergo. Minor probatur, C quia non poteſt intelligi diuiſio ab alio, niſi per ordinem ad aliud, ſeu abſque quod intelligatur aliud, à quo diuiditur id quod eſt vnum, ſed non intellecto iſto termino, intelligimus vnum, ergo. Maior videtur clara, quia diuidi ab alio dicit ſaltem duos terminos, & plures res, ergo non poterit intelligi vnum niſi intelligantur plura, ſeu plures termini. Minor probatur, quia antequam concipiatur aliqua res poſſibilis, ſeu imaginaria, Deus dicitur vnus: ſicut enim eſſe diuinum eſt ante omnem rationem entis finiti, ita eſſe illius eſt perfectum ante eamdem rationem, ad perfectionem autem illius eſſe pertinet eſſe vnum.

D Secundò ex Fonſ. 4. Metaph. cap. 2. quæſt. 1. & ex Suarez diſput. 4. ſect. 1. num. 16. ſi per impoſſibile omnia eſſent impoſſibilia, tunc autem omnem negarem diuiſionem, tum actualem, tum aptitudinalé, nec intelligeretur Deus aliquo modo diuiſus ab alio, intelligeretur autem vnus. Probatur, quia actu ſine creaturis poſſibilibus eſſet indiuiſus in eſſentia intrinſecé, & eſſentialiter, ergo vnus.

Fonſeca. Suarez.

Tertiò, eſſe vnum eſt ratio quædam abſoluta, ergo poteſt intelligi ſine negatione indiuiſionis ab alio, quod eſt quid reſpectiuum. Antecedens probatur, quia omnes vt vnum concipiunt, nullam intelligunt, aut fingunt habitudinem, & relationem.

E *Secunda concluſio.* Licèt vnum intelligatur per indiuiſionem in ſe, ſemper tamen de facto habet adiunctam negationem vnionis, ſeu, vt alij loquuntur, negationem indiuiſionis ab alio.

Probatur, quia cum de facto res aliæ ſint poſſibiles, & multæ ſint exiſtentes, ſemper res, quæ eſt vna in ſe, diſtinguitur ab alia, quæ non eſt ipſa, & ſic dicimus ens creatum diſtingui ab increato, hominem ab equo. Hæc tamen negatio indiuiſionis ab alio ſeu negatio vnionis eſt poſterior negatione diuiſionis in ſe, eamque ſupponit. Et ratio eſt, quia per negationem diuiſionis in ſe, res conſtituitur vna ſuffi-

cienter, ergo negatio vnionis, ſeu vt alij minus rectè, negatio indiuiſionis ab alio ſupponit negationem diuiſionis in ſe.

Vnum definitur. *Ex his colligitur* deffinitio vnius *vnum videlicet eſt id quod eſt indiuiſum in ſe*, & conſequenter quod eſt diuiſum à quocunque alio.

Colligitur ſecundò, quid dicendum ad rationes aduerſariorum. Sed

Obiectio. *Obicies*: Nonne verum eſt vt Franciſcus eſt indiuiſus in ſe, vt ſic etiam diuidi à Petro, quia non eſt Petrus, ergo vt ſic includet diuiſionem ab alio.

Reſpondetur, poſito quod Petrus ſit, verum eſt in ſenſu phyſico Franciſcum diuidi à Petro, ſicut verum eſt à parte rei hominem, vt eſt rationalis, diuidi ab equo; tamen in ſenſu formali, & metaphyſico nego Franciſcum, vt intelligitur indiuiſus in ſe, intelligi diuiſum à Petro; ſed tantùm concipimus habere negationem diuiſionis in ſe, ad quam poſtea ſequitur negatio coniunctionis cum Petro, vt patet ſi per impoſſibile conciperemus nullum Petrum poſſibilem, adhuc Franciſcus eſſet vnus, & in ſe indiuiſus, nullo tamen modo eſſet diuiſus à Petro, qui non eſt.

Sectio III.

An negatio, quam addit vnum, ſit pura negatio, an priuatio.

RATIO difficultatis eſt, quia priuatio eſt negatio in ſubiecto apto oppoſitum recipere, cuius eſt priuatio; quare ſi vnum dicit in ente priuationem diuiſionis in ſe, vnum vt vnum poterit diuidi, quod eſt falſum, quia vnum vt ſic eſt indiuiſibile ex 5. Metaph. tex. 12.

Præterea, ſequeretur Deum, qui eſt extrinſecè vnus, poſſe diuidi, quod implicat.

Denique nulla res eſt ſeparabilis à ſeipſa, ergo nulla eſt in ſe diuiſibilis, aliter res eſſet ipſa, & non ipſa.

Ex altera parte non videtur eſſe pura negatio. Probatur, quia negatio non petit certum ſubiectum: negatio enim hæc, non homo, cadit in rem quamlibet, quæ non eſt homo; vnitas verò eſt peculiare attributum entis.

Secundò, ſi vnum diceret puram negationem, vnum poſſet prædicari de non ente; hoc autem eſt abſurdum, ergo: ſequela probatur, quia meræ negationes poſſunt prædicari de non ente, vt patet.

Vnica concluſio. Indiuiſio in ente, ſeu negatio illa, quàm dicit vnum ſuprà ens, non eſt mera negatio, ſed neque pura priuatio, ſed ſe habet per modum priuationis.

Prima pars patet ex ſecunda ratione dubitandi, quia pura negatio non requirit ſubiectum determinatum, ſed negat ſimpliciter aliquid abſque quod exigat, vel concipiatur aliquod ſubiectum habens ſuum eſſe, qualecunque ſit.

Secunda pars probatur, quia negatio diuiſionis in ſe, quæ eſt in ente, non connotat aptitudinem in ſubiecto ad diuidi, vt patet ex prima ratione dubitandi.

Tertia pars probatur; priuatio enim habet duo, & eſſe in ſubiecto, & præterea in ſubiecto apto, neutrum exigit pura negatio; indiuiſio verò in ſe habet vnum, quod habet priuatio, nempe requirit ſubiectum, inde poteſt aliquo modo vocari priuatio, licèt non omnino perfecta priuatio, quia aliquid illi deeſt, nimirum aptitudo in ſubiecto.

Sectio IV.

An vnum formaliter dicat negationem, quam addit enti, an verò quid poſitiuum.

HACTENVS dictum eſt vnum dicere negationem diuiſionis, & ſubiectum, & eſſe formaliter quid concretum conſtans ex ſubiecto, & priuatione. Quæritur nunc quid vnum dicat formaliter priuationemne, an ſubiectum.

Soarez diſput. 4. ſect. 2. num. 4. & ij, quos ipſe citat, volunt ens de formali non dicere ſolam negationem, ſed entitatem ipſam, quæ vt entitas indiuiſa, conſtituit ens. *Suarez.*

Secunda ſententia eſt D. Th. 1. Par. quæſt. 6. art. 3. ad 1. vnum formaliter non dicere perfectionem, ſed indiuiſionem, quæ competit rei ſecundùm eſſentiam. Ita etiam Caiet. 1. Par. quæſt. 11. art. 1. ad 2. Fonſ. & alij. *D. Thomas.*

Vnica concluſio. Vnum formaliter dicit negationem, connotatiuè verò ens vt ſubiectum.

Probatur, quia vnum vt vnum non prædicatur eſſentialiter de boue, & equo; ergo non ſignificat formaliter rationem entis ſecundùm ſe. Conſequentia probatur, quia ſi vnum eſſet formaliter ens, deberet prædicari de omni inferiori entis, ſicut prædicatur ipſum ens, quandoquidem ſunt idem; antecedens probatur, quia bos non eſt eſſentialiter vnus, & eſſentia bouis non eſt vnitas, & poteſt concipi bos non concepto quòd ſit vnus.

Confirmatur, quia vnum non prædicatur eſſentialiter de ente, ergo non eſt formaliter ens vt ſic. Conſequentia probatur, quia ſi eſſet eſſentialiter ens, prædicaretur de eo quod eſt formaliter ens. Antecedens probatur, quia vnum in ſua ratione formali eſt paſſio ſequens eſſentiam entis, & concipitur ens tanquam ratio prior, & radix, ad quam quodammodo accidit eſſe vnum.

Confirmatur ſecundò, quia vnum formaliter eſt paſſio entis; ergo ſuo modo fluit ab ente, ſed ſi eſſet formaliter ens, non flueret, ergo: eſſentia enim non fluit à ſeipſa.

Confirmatur tertiò, quia ſubiectum in definiendis paſſionibus eſt extrinſecum, & connotatum, ergo ſi vnum formaliter eſt paſſio, ergo ens quod eſt eius ſubiectum, eſt illi extrinſecum, & connotatum: anteced. eſt Ariſt. 7. Metaph. cap. 5. tex. 18. & 1. poſter. tex. 35. *Ariſtoteles.*

Obiectio 1. *Suarez.* *Obiicies primò* ex Suarez. Vnum dicit formaliter vnitatem realem, ſed vnitas realis non poteſt eſſe negatio, ſed aliquid poſitiuum, ergo.

Reſpondetur, diſtinguo maiorem: ſi intelligatur per vnitatem realem quid reale, & poſitiuum, nego maiorem; ſi verò intelligatur à parte rei ſuo modo, vt diximus paſſiones metaphyſicas eſſe reales, concedo maiorem, & nego minorem in hoc ſecundo ſenſu.

Obiectio 2. *Obiicies primò*, ſi vnum diceret formaliter negationem, eodem modo vnum diceretur de ente reali, & de ente rationis, hoc eſt fal-

ſum, quia vnum eſt propria paſſio entis realis, ergo.

Reſpondetur, eodem modo eſſe vnam paſſionem entis rationis, ſicut ens rationis eſt ens, & ſicut ens rationis eſt ens fictum, ſic vnitas illius eſt ficta: vnitas ergo, quæ conuenit, & accidit enti reali, licèt ſit negatio; quia tamen eſt realis negatio, ideo non conuenit niſi enti reali. Præterea neque ens rationis habet in ſe negationem diuiſionis, quia non habet veram entitatem, quæ eſt fundamentum neceſſariò requiſitum ad indiuiſionem in ſe.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, eadem eſt ratio de vero, & bono, ac de vno; ſed illæ paſſiones dicunt formaliter entitatem, ergo & vnum.

Vnum quare non dicat formaliter entitatem, quod facit verum, & bonum.

Reſpondetur negando maiorem; Ratio diſparitatis eſt, quia verum & bonum non poſſunt ſignificare quid extrinſecum, nec rationis, nec negatiuum, & cùm ſint entis paſſiones, ſupereſt vt poſitiuum entis ſignificent, diſtinctum tamen aliqua ratione ab illo; quod non eſt in vno, quod cum negationem includat, optimè poteſt eam formaliter ſignificare.

Obiectio 4.

Obiicies quartò, ſi vnum diceret formaliter negationem, formaliter diceret imperfectionem, atque adeò affirmari non poſſet de Deo.

Reſpondetur, nego priuationem ſemper dicere imperfectionem, quia tunc tantùm priuatio ponit imperfectionem in ſubiecto, quando oppoſita perfectio eſt illi debita, non eſt autem debitum Deo vt ſit non vnus, quia eſſentialiter petit eſſe vnus.

DISPVTATIO TERTIA.

De Verò

AGEMVS de veritate tranſcendentali incomplexa vt de ſecunda entis paſſione, quæ à nonnullis dicitur veritas in eſſendo, quæ eſt in ipſiſmet rebus, quæ ab ea verè denominantur, & propriè pertinent ad Metaphyſicum, qui ens conſiderat, & eius proprietates. Excludimus veritatem complexam in ſignificando, quæ in vocibus reperitur, & conſiſtit in conformitate inter propoſitionem ſignificantem, & rem ſignificatam: & veritatem in cognoſcendo, quæ conſiſtit in cognitione, & conceptione rerum, cùm veritas in ſignificando propriè ſpectet ad dialecticũ: veritas in cognoſcendo propriè ad phyſicum, qui animam intellectiuam conſiderat, eiuſque operationes. Agemus ergo ſolum de veritate tranſcendentali.

SECTIO VNICA.

Quid addat verum ſupra ens: quæ ſit eius formalis ratio: & quomodo ſit paſſio entis.

Vaſquez.

Veritas nedum eſt in intellectu, ſed etiam in rebus.

SVPPONENDVM eſt tanquam certum contrà Vaſquez 1. Par. quæſt. 16. diſp. 17. cap. 4. Veritatem reperiri nedum in intellectu, ſed etiam in rebus, & entia realia denominari vera vt contra diſtinguuntur ab entibus fictis, & rationis: inde dicitur verus homo, verus Deus &c. De hac ergo veritate formaliter ſumpta vnde A oritur huiuſmodi denominatio, quærimus quidnam addat ſupra ens.

Supponendum ſecundò nos non quærere quid per hoc nomen verum ſignificetur, ſed tantùm quid addat verum ſupra ens; certum enim eſt hoc nomen verum ſecundùm totum id, quod includit, importare perfectionem realem; difficultas tantùm eſt, an veritas præcisè ſumpta, vt paſſio entis eſt, addat aliquid ſupra ens.

Supponendum tertiò tria poſſe non conſiderare, quæ poſſent dici veritas, intellectus, res, & relatio inter vtrumque.

Aureolus.

Aureol. apud Capreol. in 1. diſt. 19. quæſt. 3. B putat veritatem eſſe naturam ipſam rei cum excluſione, & negatione cuiuſcunque rei extraneæ, ſiue ea res extranea ſit poſitiua, ſiue negatiua: ſic enim dicitur verum aurum, quia eſt purum, quod ſi aliquid habeat admiſtum, dicitur falſum, & homo pictus dicitur falſus homo, quia habet admiſtam priuationem hominis, ſeu, quod idem eſt, quia dicit rem, & naturam, quæ non eſt homo, & econtrà homo verus, dicitur verus homo, quia excludit omnem apparentiam, & fictionem.

Impugnatur, quia verum deberet à nobis concipi per modum priuationis, aut negationis; at in omnium ſententia conſtat in concipienda veritate nos formare conceptum poſitiuum. C Præterea, omnes fere DD. putant veritatem ſupra ens dicere quãdam habitudinem, & relationem, in qua ſententia non appareret aliquis reſpectus.

Denique falſitas eſt quæ potius conſiſtit in priuatione formæ debitæ, ergo veritas in aliqua ratione poſitiua, cùm illi immediatè opponatur.

Ad rationes verò Aureol. dicendum eſt, cùm veritatem per priuationem explicamus, nos tunc non priuationem concipere, ſed quid poſitiuum, quod à nobis per carentiam, & negationem declaratur, idque à nobis fit ob imperfectum modum intelligendi.

Capreolus. Soncinas. Iauellus.

Capreol. in primo diſt. 19. quæſt. 3. Soncin. 6. Met. quæſt. 17. Iauel. & recentiores Thomi- D ſtæ aiunt veritatem ſuprà ens addere proprietatem, & perfectionem quamdam realem abſolutam ratione ratiocinata diſtinctam ab ente.

Impugnatur, vel ens præciſum à veritate eſt verum; vel non. Non ſecundum, quia ens ſic præciſum eſt intelligibile; inuoluit enim perfectionem ſuæ eſſentiæ, ergo etiam erit verum. Si verum, ergo verum non addit perfectionem aliquã realẽ ratione ratiocinata diſtinctã ſupra ens.

Deinde, præſcindatur veritas, vel illa realis proprietas & perfectio eſt ens, vel non. Non ſecundum, ergo primum; ergo veritas non poteſt præſcindere ab ente, neque eſt perfectio poſitiua realis ratione ratiocinata diſtincta.

Durandus.

E Durandus putat, vt refert Suarez, diſput. 8. ſect. 7. num. 9. veritatem conſiſtere in relatione rationis, ſeu quod idem eſt in conformitate rei quatenus enunciatiuè concipitur ad ſe ipſam prout eſt à parte rei.

Quidam verò in conformitate, & in relatione rationis actuali, ſiue aptitudinali, quam habet res ad ſeipſam, prout eſt in intellectu diuino, vel, vt quidam addunt, in intellectu abſtrahente ab increato, & creato. Hæc ſententia ſit

Impugnatur, ante omnem relationem rationis entia ſunt vera, ergo nequit veritas formaliter ſignificare relationem aliquam rationis. Antecedens probatur, priùs quàm

conſurgat relatio illa, homo eſt verus homo, Deus eſt verus Deus, quin & ſi nullus intellectus actu cogitet, nec vllus intellectus creatus ſit poſſibilis, qui ſolus poteſt facere ens rationis, adhuc Deus eſſet verus Deus, & ipſe ſe cognoſceret eſſe verum Deum, ergo veritas formaliter non importat relationem rationis.

Secundò, cùm homo iudicat de equo illum eſſe hinnibilem, iam habet veritatem ſine ente rationis; eſt enim conformitas, & adæquatio inter vtrumque, ergo & veritas, cum veritas ſit adæquatio rei, & intellectus, vt mox dicam. Quòd illam habeat ſine ente rationis probatur, quia relatio rationis non conſurgit niſi actu apprehendatur; dum autem homo iudicat de equo, non apprehendit ens rationis, ſed obiectum reale.

Tertiò, prius eſt ens eſſe intelligibile, quam ſit relatio rationis actualis, vel poſſibilis, ergo prius eſt verum. Antecedens probatur, quia ens rationis totam intelligibilitatem, quam habet, habet ab ente; eſt enim intelligibile, quia intelligitur ad modum entis, quod eſt verum obiectum intellectus; ergo non poterit ens rationis ſiue actuale, ſiue poſſibile, dare enti reali intelligibilitatem.

Alij aiunt veritatem formaliter conſiſtere in quadam relatione reali prædicamentali.

Impugnatur: iſta enim realis relatio deberet ſequi ad eſſentiam ipſius entis tanquam vera, & realis paſſio illius; ergo aut erit eſſentialiter ens, vel non: ſi ſecundum, ergo nihil; ſi primum, ergo ipſa relatio erit vera; ſicut & ipſum ens, cum ſit eſſentialiter ens, ergo deberet ab illa ſequi alia veritas, quæ diſtinguatur à prima veritate; neque enim eſt maior ratio cur relatio illa veritatis ſequatur ens in communi, & non ſequatur etiam ad tale ens; habet ergo relatio veritatis aliam relationem, & hæc ſuam, & ſic in infinitum.

Reſpondebis primam relationem, quæ eſt veritas, non habere aliam veritatem, qua dicatur vera, quia eſt id vt quo.

Contrà, ideo ens eſt verum, quia ens; ergo cum veritas ſit ens, debet & ipſa habere veritatem.

Præterea, ratio cur relatio illa veritatis ſit vera, eſt quia eſt ens, non ergo ſeipſa eſt vera.

Quidam volunt veritatem ſupra ens nullam formaliter addere relationem realem, aut rationis; ſed tantùm addere intellectum extrinſecum circa ens verſantem.

Impugnatur; hac enim ratione verum non eſſet aliud, quàm quædam denominatio extrinſeca formaliter; at hoc nequit eſſe: ſequela probatur, quia ens ſe haberet ſicut viſum, cognitum, & cætera entia rationis Logica, cuiuſmodi ſunt extrinſecæ denominationes. Minor probatur ex dictis: ſi enim nullus intellectus ponatur poſſibilis, ſi eſſet tamen aliquod ens, illud eſſet verum.

Confirmatur, prius eſt obiectum eſſe ſcibile quàm intellectum potentem ſcire, ergo etiam prius eſt obiectum eſſe verum, quàm ſit intellectum; ita enim ſe habet ſcibile ad intellectum potentem ſcire, ſicut verum ad eumdem intellectum.

Secundò, attributum debet eſſe aliquid in ipſo principio, nec poteſt eſſe aliquid extrinſecum; at verum eſt paſſio entis, ergo nequit

A eſſe extrinſeca denominatio.

Prima concluſio. Veritas eſt adæquatio, ſeu conformatio rei, & intellectus; adæquatio autem non in actu primo, ſed in actu ſecundo.

Explicatur, & probatur concluſio ſic, dicitur veritas adæquatio, ſeu conformatio, quia cum dicimus veritatem, primariò ſignificamus conformitatem, & commenſurationem. Dicitur autem adæquatio, ſeu conformatio, non quæcunque, ſed rei, & intellectus, quia veritas nequit explicari niſi per ordinem intellectus ad rem, vel rei ad intellectum, cui conformari debet obiectum. Præterea dicitur conformatio rei, & intellectus, non verò conformatio rei cum intellectu, vt inde appareat quod

B veritas tranſcendentalis non habetur in rebus formaliter ab intellectu, ſed ita illam eſſe in intellectu ſicut etiam in rebus, id ſi quia cum intellectus dicatur ſimpliciter verus veritate compoſitionis nos menſuramus veritatem entis per ordinem ad eumdem intellectum abſtrahentem à creato, & increato. Denique dicitur conformatio, & adæquatio in actu primo, non in actu ſecundò. Ratio, quia licèt nullus intellectus actu cogitet, tamen res ſunt verè entia, & ſicut ens eſt vnum, ita etiam eſt verum. Ex his ſit

C *Secunda concluſio.* Veritas ſupra ens addit quandam potentiam, ſeu habitudinem, qua ens poteſt adæquari intellectui; quæ quidem potentia non eſt ratio aliqua à parte rei diſtincta, ſed tantùm nouus quidam conceptus poſterior ad conceptum entis quo explicamus hanc habitudinem.

Prima pars probatur, quia nequit aliud dici; vel enim veritas eſt ipſum ens formaliter vt ſic, & non, quia principium paſſionis formaliter nequit eſſe paſſio: vel eſt relatio aliqua prædicamentalis, aut rationis: & neque, vt ſupra probauimus; vel eſt extrinſeca entis denominatio, & nullo modo, ergo neceſſariò eſt hæc habitudo.

D Confirmatur, ſi quid impediret, maximè eſſet quia non diſtingueretur ab ipſo ente à parte rei, ſed hoc non impedit, ergo. Probatur, quia ſufficit ſi concipiatur quid poſterius ipſo ente, & conſequens ad illud. Probatur id exemplo Dei, in quo dantur attributa, quæ ſic diſtinguuntur ab ipſa eſſentia vt ſint intrinſecè ipſe Deus, quæ tamen dicuntur eſſe quid poſterius ipſo Deo.

Secunda pars probatur, quia ens poteſt concipi variis conceptibus, & ſub ratione eſſentiæ, quo pacto dicitur ens: & ſub ratione talis, quo modo ſe habet differentia, vel ſpecies: vel ſub aliqua ratione ſimplici, & quatenus poteſt

E eſſe menſura intellectus, & illi proportionari, & adæquari; vt ſic autem non dicit explicitè eſſentiam, ſed aliquod attributum entis, & quid conſequens ad illud; prius enim concipimus id quod eſt ratio eſſentiæ, deinde id quod ſequitur ad rationem illius, id autem eſt veritas.

Maneat ergo verum ſupra ens addere hanc conceptibilitatem, ſeu aptitudinem, qua poteſt adæquari intellectui, quæ quia non eſt ipſa eſſentia vt ſic, ideo dicitur attributum, & paſſio entis.

Obiicies primò, ex 2. Met. tex. 4. Plura dari entia, quæ non ſemper ſunt vera, ergo verum non eſt tranſcendentalis paſſio entis. Obiectio 1.

Reſpondetur, ibi ens accipi participialiter, A non oominaliter, hoc eſt eſſe plura entia quæ oon ſemper actu exiſtunt.

Obiectio 2. *Obiicies ſecundò*, ſi nullus daretur intellectus poſſibilis, vt contra aduerſarios dicebamus, adhuc entia eſſent vera, ergo veritas non dicit habitudinem ad intellectum.

Reſpondetur, tunc entia eſſent vera negatiuè, & fundamentaliter, non autem ſormaliter, & poſitiuè; ſic etiam ſecluſa hac conformitate ens dicitur verum tantùm fundamentaliter, & negatiuè, ea conformitate poſita dicitur poſitiuè, & formaliter verum.

Corollaria præcedentis ſectionis. B

Verum quid dicat formaliter, quid connotatiuè. COLLIGITVR *primò* ex dictis veritatem tranſcendentalem, ſeu verum formaliter dicere potentiam haoc in ente, connotatiuè verò intellectum, qui poteſt adæquari enti, vel circa illud verſari; eſt enim aptitudo, quæ poteſt conformari cum intellectu; & hoc quatenus verum eſt in actu primo.

Colligitur ſecundò veritatem in actu ſecundo, ideſt cùm intellectus actu verus eſt circa ipſum ens, nil aliud dicere in ente niſi eamdem aptitudinem, prout actu connotat cognitiooem intellectus actualem verſantis circa illam.

Quomodo ſit paſſio entis. *Colligitur tertiò* quomodo verum ſit paſſio C entis: eſt enim qnia eſt talis ratio, quæ concipitur poſterior ente, & non eſſentia vt ſic; quæ ratio, quoniam ſemper ens comitatur, dicitur eius paſſio.

Colligitur quartò, cùm dicitur, veritas eſt conformitas rei cum iotellectu, oon ita explicari conformitatem rei eum intellectu, quin poſſit dici intellectus cum re, vt diximus ſupra; nam talis intellectus aliquando poteſt eſſe menſura veritatis rei, vt artificialis intellectus rei artefactæ.

Conformitas rei, & intellectus eſt in repræſentando, non in eſſendo. *Colligitur quintò* Hanc conformitatem rei, & intellectus noo eſſe conformitatem in eſſendo, vt ſi res intellecta ſit ſubſtaotia, etiam conformitas intellectus ſit ſubſtantia; hoc enim eſt D omoino falſum: ſed hæc conformitas eſt tantùm io repræſentando, ſeu in eſſendo, vt ſubiacet repræſentationi: vel quod idem eſt, vt eſſe repræſentatum conformatur intellectui, & repræſentatio rei propoſita intellectui ſit vt res poſtulat, & non aliena ab eius principiis.

Falſitas quid. *Colligitur ſextò*, quid ſit falſitas in rebus; eſt enim aptitudinalis diſſormitas rei, & intellectus, quæ quidem non eſt aliquid in rebus ſuperadditum, ſed extrioſeca quædam denominatio.

Aduertendum autem primò aptitudinalem hanc diſſormitatem non eſſe reſpectu intellectus E diuini, qui nequit intelligere rem aliter ac eſt, ſed tantùm reſpectu iotellectus creati, in quo etiam opponitur falſitas veritati.

Aduertendum ſecundò, non eſſe entis proprietatem, cùm non dicat aliquam eius perfectiooem, ſed tantùm denominationem extrinſecam: quæ autem ſit falſitas compoſitionis, & diuiſionis diximus in Logicis.

DISPVTATIO QVARTA.

De Bono, ſeu bonitate tranſcendentali.

BONVM multipliciter vſurpatur apud Latinos; aliquando enim ſumitur pro magno; ita Saluſt. in Catilin. *Bona pars militum inde diſceſſerat:* aliquando ſumitur pro non vili: ſic Terent. in Phormione *illam ciuem eſſe Atticam bonam bonis prognatam:* Interdum pro vtili *Bonum eſt pecunia parcere:* Item pro quiete, & otio, ſicut malum pro labore, ſic Seneca *delicatus homo, & bono ſemper aſſuetus*, ideſt otio: Item pro miti, & fauente, ita Statius, *tu corda parumper Nunc aduerte libens, atque has bonus accipe voces:* Item pro pulchro Terent. in Andr. *Mulier forma bona*, ideſt pulchri aſpectus: vel etiam pro apto ex Virg. 2. Georg. *Et bona bello Cornus:* Et inſuper pro docto: ſic Horat. *aliquando bonus dormitat Homerus.* Verùm his omnibus acceptionibus reiectis, bonum apud Philoſophos propriè importat rem bonam, congruam, conuenientem, & proficuam, cuius oppoſitum eſt altera vox malum, & de hac inſtituitur diſputatio.

Salluſtius. Terentius. Seneca. Statius. Virgilius. Horatius.

Præterea, bonum provt dicit formaliter bonitatem, eſt triplex. Aliud eſt bonum tranſcendentale, quod non limitatur ad certum aliquod prædicamentum, & conuenit enti vt ens eſt: aliud eſt bonum naturale, quod conuenit cuiuſcunque enti non vt ens, ſed vt tale ens eſt, ſic calor dicitur bonum igni, forma bona materiæ, materia bona compoſito, non tamen calor dicitur bonus aquæ bonitate naturali, nec lapidi motus ſurſum: Aliud eſt bonum morale, & eſt conformitas quædam cuiuſcunque actus cum recta ratione; quæſtio modo eſt de booo tranſcendentali. Ideo ſit

SECTIO PRIMA.

In quo conſiſtat formalis ratio bonitatis tranſcendentalis: afferuntur variæ ſententiæ, & impugnantur.

PRIMA *ſententia* eſt Capreoli in 2. diſtinct. 34. quæſt. 1. aſſerentis rationem formalem bonitatis tranſcendentalis eſſe relationem conuenientiæ, relationem quidem non realem, ſed rationis. Seqoitur Molina, & Fonſ. Ratio eorum eſt, quia bonum dicit aliquid poſitiuum ſupra eos; ſed hoc nequit eſſe aliquid reale diſtinctum ex natura rei, ergo erit quid rationis; hoc autem nequit eſſe quid abſolutum, ergo quid relatiuum, ergo ratio formalis bonitatis erit eos rationis. Sed

Capreolus. Molina. Fonſeca.

Impugnatur: paſſio entis realis debet eſſe realis, & ante quodcunque opus intellectus; at relatio rationis fit ab intellectu, ergo relatio conoenientiæ, quæ eſt relatio rationis, noo poteſt eſſe paſſio entis.

Reſpondet Fonſeca dari quaſdam relationes rationis, quæ præcedunt quemcunque intellectum, vt relatio creatoris ad creaturas.

At hæc reſponſio implicat in terminis, relationem videlicet rationis dari ante rationem. Præterea, Deus ante omnem intellectum nullam dicit relationem rationis ad creaturas, ſed tantùm aliquam denominationem extrinſecam.

Durandus. *Secunda ſententia* eſt Durandi, qui ait, rationem formalem bonitatis eſſe relationem realem conuenientiæ ad aliud. Quòd ſit relatio probatur, quia ratio formalis boni idem importat ac ratio conuenientis: quod ſit realis confirmatur *Ariſtoteles.* ea Ariſtot. 6. Metaph. vbi ait bonum, & malum eſſe in rebus, ſicut verum, & falſum in intellecto. Sed

Impugnatur, quia Deus eſt bonus bonitate tranſcendentali etiam ablatis omnibus creaturis poſſibilibus, quia eſt bonus abſolutè in ſe, & ad ſe, ergo ratio bonitatis non conſiſtit in ratione conuenientiæ cum alio.

Præterea, vel illa relatio dicit realem perfectionem, vel non; ſi non, implicat, quia bonitas in ſe formaliter dicit perfectionem: ſi dicit realem perfectionem, ergo aliam relationem, & ſic proceſſus in infinitum.

Scotus. *Tertia ſententia* eſt Scoti rationem formalem bonitatis eſſe proprietatem quamdam abſolutam diſtinctam ab ente, ex natura rei.

Probatur, quia non poteſt eſſe relatio realis, aut rationis, ergo abſolutum quid, & cùm ſit entis proprietas, erit ex natura rei ab ente diſtincta.

Impugnatur, duplex enim eſt bonitas in re aliqua, alia eſſentialis, alia accidentalis, vt ſapientia, virtus: bonitas accidentalis certè, realiter eſt diſtincta à re, de qua non eſt ſermo; bonitas verò eſſentialis fruſtrà ponitur ex natura rei diſtincta, quia res eſſentialiter ſunt bonæ ſeipſis; forma enim eſt bona materiæ, quia forma eſt, & non per aliquid ſuperadditum. Præterea, ablata illa proprietate, adhuc illud tale ens eſt bonum, ergo ſeipſo.

Quarta ſententia refertur à Soncin. 4. Metaph. aſſerit rationem formalem bonitatis tranſcendentalis eſſe qualitatem de prædicamento qualitatis.

At ſtatim apparet implicantia in ipſis terminis: ſi enim eſt tranſcendentalis, quomodo in prædicamento?

Heruaus. Suarez. Vaſquez. *Quinta ſententia* eſt Heru. quam ex parte approbat Suarez diſput. 10. de bonit. ſect. 1. Vaſquez. diſp. 23. cap. 8. atque quod bonitas nil aliud eſt quàm ipſa perfectio, & integritas rei, quæ eſt abſoluta in abſolutis, relatiua in relatiois, & eſt ferè communis.

Fundamentum eſt quia bonum, & perfectum *D. Thomas.* idem ſunt ex D. Th. ergo bonitas eſt perfectio.

D. Auguſt. Præterea ex D. Aug. 8. de Trinit. cap. 2. alia bonitas eſt, qua res dicitur bona alteri, alia quæ eſt bona in ſe; hæc autem eſt aliquid in ipſa, omnia autem quæ ſunt ipſa, ſunt eius perfectiones.

Contrà primò, quia bonitas eſt paſſio entis; ſed bonitas ita explicata nequit eſſe paſſio, ergo. Minor probatur, quia ipſum ens, antequam intelligatur affectum ſua paſſione, & vt contradiſtinguitur à ſuo attributo, eſt ex ſuo eſſe perfectum, ergo bonum: ſi enim ponitur bonitas in integritate, & perfectione, antequam ens in-A telligatur habere paſſiones, eſt integrum, & perfectum, atque adeo erit ens bonum.

Dices, antequam ens habeat bonitatem, nequit dici integrum; ſed cum iam emanat bonitas, tunc dicitur integrum, & bonum.

Contrà, eſſentia non fit eſſentialiter integra per attributum formaliter, & attributa non ſunt entia formaliter, ſed conſequentia ad eſſentiam, ergo ſi eſſentia eſt eſſentialiter integra ante conceptum cuiuſcunque attributi, iam in ſe eſt eſſentialiter perfecta, & bona; ergo bona ante bonitatem, quod apertè eſt falſum.

Reſpondet Vaſquez, res poteſt conſiderari dupliciter, primò ſub conceptu entis confuſo, B non conſiderando an ex aliis conſtet, & perficiatur, vel habeat omnia quæ ipſam integrant: Secundò diſtinctè conſiderando eam aliquibus conſtare, & nihil deeſſe ex iis, quibus conſtituitur; primo modo conſideratur res tantùm ſub ratione entis non vt bona: Secundo modo conſideratur vt bona, & affecta attributo.

Contrà, cùm ſecundo modo quis concipit rem ſecundùm ſua eſſentialia, non concipit attributum rei, quia vt diſtinctè concipiatur habere omnia, quæ faciunt ad eius integritatem eſſentialem, non concipiuntur niſi partes eſſentiales illius rei; pars autem eſſentialis eſt de eſſentia rei etiam diſtinctè conceptæ, quare non C erit concipere attributum.

Secundò impugnatur hæc eadem ſententia: de ratione cuiuſcunque paſſionis eſt vt aliquid addat ſupra id, cuius eſt paſſio, ſed ſi hoc modo explicatur, nil addit bonitas ſupra ens, ergò non poteſt eſſe paſſio.

Tertiò, eſſe perfectum non eſt appetibile niſi remotè, ideſt id quod perfectum eſt, quia deinde bonum eſt appetibile, ergo perfectio eſt potius antecedens ad eſſe bonum, quàm ratio formalis bonitatis.

Quartò, peto ab Heru. & Vaſquez, cùm dicunt omne ens eſſe perfectum, vel intelligunt de perfectione ſimpliciter, & non, quia tan-D tùm conuenit Deo: vel de perfectione in aliquo genere; & hæc non alia eſſe poterit, niſi in genere entis, ſi eſt entis paſſio; ergo cum dicimus: omne ens eſt perfectum, idem erit ac enti nihil deeſt quin ſit ens: at ridiculum eſt dicere paſſionem entis eſſe quod nihil ei deſit in ratione entis, ſeu ad hoc vt ſit ens.

Sexta ſententia eſt Suarez diſput. 10. ſect. 1. *Suarez.* num. 12. qui ponit rationem boni in ipſa entitate, prout alteri eſt conueniens, quæ quidem conuenientia, ait, non eſt relatio realis, aut rationis, ſed tantùm connotatio; connotat enim in alio talem naturam habentem naturalem inclinationem, capacitatem, vel coniunctionem E cum tali perfectione: quare bonitas eſt ipſa perfectio rei non ſimpliciter, ſed connotans hanc conuenientiam, ſeu denominationem conſurgentem ex plurium coexiſtantia; hæc ſunt omnino eius verba: affert pro ſe Durand. eumdem ſequitur Pater Maff. videtur id prius *Maffeius.* docuiſſe etiam Caiet. de bono delectabili, dum vult eſſe conuenientiam cum natura ſenſibili.

Ariſtoteles. D. Thomas. Probat, ex Ariſtot. & D. Th. qui aiunt bonum eſſe quod omnia appetunt; res autem appetunt quæ ſunt ſibi accommodata, & conuenientia; ergo bonitas in rebus connotat naturam aptam extrinſecam cui res dicitur conueniens.

Bonitas entis non eſt tantum ratio conuenientiæ cum aliquo diſtincto.

Sed mihi hæc ſenteoria oullo modo placet, quòd videlicet bonitas entis conſiſtat tantùm in ratione conuenientiæ cum aliquo diſtincto à re, quæ dicitur alteri conueniens. Et primò impugnatur ſic, antequam intelligatur alind cui conueniat, res bona eſt, ergo. Antecedens probatur, quia tunc intelligitur res alteri conueniens quando intelligitur eſſe ad aliud, ſed eſt bona antequam iotelligatur ad aliud, ergo. Minor patet, quia res quatenus abſoluta eſt in ſe, & ſine ordine ad aliud, vt ſic eſt bona, patet, implicat enim eſſe ens, & non eſſe bonum, ea tatione qua ens eſt, vt ſi ſit ens ad aliud, ſit bonum ad aliud; ſi ad ſe, bonum ad ſe.

Confirmatur ex communi axiomate: dicitur enim res quælibet bona duplici bonitate, abſoluta qua res dicitur bona in ſe, & relatiua qua dicitur bona alteri; ſed ſi ratio bonitatis conſiſteret in conuenientia ad alterum, nulla eſſet bonitas abſoluta.

Reſponder Suarez diſput. 10. ſect. 1 num. 11. Negans illam diſtioctionem, & ait bonitatem abſolutam implicate, & ſecundùm ipſum tantùm dari bonitatem relatiuam, & quicquid eſt bonum eſſe alteri bonum.

Suarez impugnatur. Bonitas alia abſoluta, alia relatiua.

Sed contra ſic argumentor, Deus eſt boous; oon quia conueniens eſt alteri, videlicet creaturæ, ergo bonitas non coſiſtit ſolùm in hac ratione relatioa conuenientiæ. Antecedens probatur, quia antequam intelligantur creaturæ poſſibiles, Deus eſt bonus, & patet, quia ante quam intelligantur creaturæ, Deus dicitur conſtitutus in ratione Dei trioi, & viuus, ergo & bonus; non enim eſſe Dei pender à creaturis, cum ſit eos ſummè neceſſarium, & independens à quocunque ſecundùm ſuum eſſe.

Secundò, ſi bonitas conſiſteret in conuenientia, ergo malitia in diſconuenientia, & eùm omnis res ita ſit conoeniens vni, vt diſconueniat alteri; aqoa enim ita conuenit ſitienti, vt diſconueniat igni; ergo fiet vt non magis ſit paſſio entis bonitas quàm malitia, & ſicut dicitur, omne ens eſt bonom, ita etiam omne eos eſt malum, quod eſt falſum.

Tertiò, ratio conueoienuæ quam aſſignat Suarez non otitur ab entibus vt entia ſunt, ſed vt talia entia ſunt; exemplificat ipſe in calore qui eſt bonus igni; ſed calor eſt bonus igni vt tale ens eſt, non vt ens; ergo bonitas, quæ oritur à tali coooenientia, noo eſt bonitas tranſcendentalis.

Areſius.

Septima ſententia eſt Areſij rationem formalem bonitatis tranſcendentalis eſſe appetibilitatem, oon formalem, quia hæc ſequitur bonitatem, ſed appetibilitatem fundamentalem. Radix autem appetibilitatis, ait, oon eſt quid relatiuum, ſed eſt ipſummet exiſtere rei, & explicat ſuam ſententiam ſic, ſi comparetur vnum ens cum alio ente, oritur bonum morale, vel naturale: ſi verò ens comparetur cum non ente, oritur bonum tranſcendentale; hoc autem oullum aliud erit quàm exiſtere, quod quidem appetibilius eſt quàm noo exiſtere, ſi optio daretur; ait ergo quod bonitas tranſcendentalis entis eſt appetibilitas fundamentalis, quæ eſt exiſtentia rei. Sed

Contrà, quia bonitas ſic explicata erit potius paſſio exiſtentiæ quam eſſentiæ rei, ſed poſſibilia habent etiam ſuam bonitatem realem, ſicut habeot eſſentiam realem; ſunt enim entia realia, bonum enim tam verificatur de ente poſſibili quàm de exiſtente; ergo fundamentalis appetibilitas tranſceudentalis non erit exiſtentia rei, qua res appetit ſuum exſtere. Atque hinc patet quòd illa fundamentalis appetibilitas exiſtentiæ non erit tranſcendentalis, cùm non conueniat cuicunqne enti reali, ſed tantum enti reali exiſtenti.

Maneat ergo rationem formalem bonitatis non conſiſtere in relatione rationis conoenientis, neque in relatione reali, neque iu proprietate abſoluta, neque in qualitate illa prædicamentali, neque in perſectiooe, & integritate rei, ocque in perfectione cum conuenientia extrinſeca, neque in appetibilitate fundamentali propriæ exiſteonæ.

SECTIO II.

Propria ſententia aſſeritur.

Bonitas formalis conſiſtit in appetibilitate fundamentali.

NOTANDVM *primò* quòd bonitas vt ſic in eo conſiſtit vt reddat, & efficiat id quod bonum eſt vt ſit congruens, & appetibile alicui; omne enim quod bonum eſt, neceſſariò alicui bonum deber eſſe. Patet ex Ariſtor. t. Top. cap. t. *Bonum eſt quod omnia appetunt.* Ratio ergo formalis bonitatis in hoc conſiſtit videlicet in appetibilitate fundamentali, ſeu in reddere rem appetibilem alicui, quare applicando modo bonitatem vt ſic ad bonitatem tranſcendentalem, bonitas tranſcendentalis nil aliud erit, nec aliud addet ſupra ens niſi connotationem quamdam, per quam ens dicatur bonum, & congruum, & appetibile alicui, & hæc certa ſunt in omnium ſententia.

Omne bonum debet eſſe appetibile alicui ſaltem ratione diſtincto.

Notandam ſecundò, omne quod bonum eſt debet eſſe alicui appetibile, & congruens, & bonum; quod non ita accipiendum eſt vt res, quæ dicitur bona, & appetibilis, diſtinguatur realiter, vel ex natura rei ab ea, cui congrua eſt & appetibilis; ſed ſatis eſt diſtinctio rationis, patet in eſſentia diuioa, ſeu eſſe diuino vt toties diximus; illud enim ablatis omnibus creaturis poſſibilibus eſt ſummè bonum & appetibile, ſed cuinam, cùm aliud non ſit præter ipſum Deum, vt ſupponimus? certè ſibi ipſi ſeu ipſimet Deo. Inde aiunt Theologi Deum habere naturalem quamdam propenſionem ad ſuum eſſe, & eſſentiam diuinam eſſe Deo maximè bonam, congruam, & appetibilem; & tamen inter Deum, & eſſe diuinum non intercedit niſi diſtinctio rationis: non ergo requiritur diſtinctio realis inter bonum, & id cui eſt bonum.

Nulla maior propenſio quàm rei ad ſuum eſſe.

Notandum tertiò, non dari propenſionem maiorem eâ, quam habet res quælibet ad ſuum eſſe, ſeu ad ſuam eſſentiam, & perfectionem ſic 2. de Gener. tex. 59. Ariſtot. dixit naturam deſiderare id quod melius eſt, ideſt ſuum eſſe ex plurimorum DD. ſententia. Ex quo colligitur omne eſſe, qualecunque illud ſit, ſiue eſſe eſſentiæ, ſiue exiſtentiæ, dummodò ſit verum eſſe, dicere quamdam appetibilitatem, ergo quamdam bonitatem, qua eſt bonum ſibi ipſi; bonum enim homini eſt nedum exiſtere, ſed etiam, immo multò magis, ſuum eſſe ſiue actuale, ſiue poſſibile, & homo appetit illud,

& illud eſt bonum homini; ſi enim homo comparetur ad chimæram, bonum eſt homini habere eſſe poſſibile, quo, quantum eſt de ſe, poteſt eſſe à parte rei; & malum eſt chimeræ habere eſſe impoſſibile, quia non eſt reale eſſe, ſed fictum, vnde implicat quod ſit: quare cum homini, & cuilibet enti reali bonum ſit habere eſſe verum ſiue actuale ſiue poſſibile, homo & quodlibet ens appetit, & gaudet ſuo eſſe, & cum eſſe chimeræ ſit impoſſibile, atque adeo maximum malum, chimera nequit appetere ſuum eſſe, neque illud amare. Ex his ſit

Prima concluſio. Bonitas tranſcendentalis entis non facit vt ens ſit bonum, & appetibile alteri à ſe realiter, vel ex natura rei diſtincto. B

Patet ex his, quæ modo diximus; ſi enim eſſet calor per impoſſibile, & nullum aliud ens omnino per impoſſibile eſſet, adhuc calor diceretur bonus bonitate tranſcendentali, ergo bonitas tranſcendentalis non conſiſtit vt reddat ens appetibile alteri à ſe realiter diſtincto. Quod eſſet bonus pater, quia eſſet ens, & bonitas eſt paſſio entis.

Secunda concluſio. Bonitas tranſcendentalis entis facit vt ens ſit bonum, & appetibile ſibi ipſi. Quare formalis ratio bonitatis tranſcendentalis conſiſtit non in appetibilitate ſuæ exiſtentiæ, ſed in appetibilitate ſuæ eſſentiæ, qua eſſentia entis eſt appetibilis eidem enti, ſiue eſſentia ſit actualis, ſiue poſſibilis. C

Probatur, quia tantùm hæc bonitas eſt omnino tranſcendentalis, & in quocunque ente reali, vel in actu vel poſſibili reperitur, ergo. Antecedens patet, quia perfectio, & integritas non reperitur niſi in rebus integris, & perfectis, non in omnibus, niſi velimus dicere, omne ens habet quod integrat ens in ratione entis, quod eſt ridiculum. Conuenientia ad alterum eſt tantùm bonitas entis, non vt ens eſt, ſed vt tale ens.

Præterea, ſunt aliqua entia, quæ nulli à ſe realiter diſtincto bona ſunt, vt odium Dei, febris, &c. ſunt tamen bona tranſcendentaliter, ergo bonitas tranſcendentalis non eſt conuenientia ad alterum. Appetibilitas exiſtentiæ qua res appetit exiſtere, non conuenit enti, vt ens eſt, nominaliter ſumpto, quod ſignificat ipſum eſſe rei, ſeu eſſentiam, vel habens eſſentiam, quod verum eſt reale obiectum in Metaphyſica, ſed tantùm enti participialiter ſumpto, de quo, vt iam diximus, non loquimur, ergo tantùm appetibilitas eſſentiæ, qua res appetit, & amat ſuum eſſe, eſt bonitas tranſcendentalis. D

Petes, bonum tranſcendentale dicendum eſt ne abſolutum, an relatiuum? & bonitas iſta tranſcendentalis in quonam conſiſtit, in relatione, an in abſoluto? E

Reſpondetur ſimpliciter bonum tranſcendentale poſſe dici quid abſolutum, ſi abſolutum ſumatur prout eſt ratio non ordinata ad aliud realiter diſtinctum; verùm quia nos ratione diſtinguimus ipſum ens, & eius eſſe, & dicimus bonum eſt enti ſuum eſſe, ideo ratio bonitatis poteſt dici quid relatiuum de illo genere relatiuorum, quæ dicuntur relatiua ſecundùm dici, vt ala dicitur rei alatæ ala, quæ propriè non ſunt relatiua.

Obiectio 1. *Obiicies primò*, res, quæ dicitur bona ſibi ipſi, non diſtinguitur à ſeipſa; ergo cum res

A dicitur bona, erit prædicatio identica.

Obiicies ſecundò, relatio ſecundùm dici non eſt realis, ergo appetibilitas, quæ eſt relatio ſecundùm dici, non erit realis, atque adeo neque paſſio entis realis. Obiectio 2.

Obiicies tertiò, ad hoc vt concipiamus hanc appetibilitatem eſſentiæ, neceſſariò debemus priùs diſtinguere eſſe entis ab eodem ente; ergo non præcedit quodcunque opus rationis, ergo nequit bonitas, quæ eſt realis paſſio entis, conſiſtere in appetibilitate eſſentiæ. Obiectio 3.

Reſpondetur, certè à parte rei, vt iam diximus, nulla eſt diſtinctio inter ens, & ſuum eſſe, ſeu inter eſſentiam, & habens eſſentiam, B benè tamen poſſumus fingere aliquam diſtinctionem rationis, & concipere vnum ab altero diſtinctum; poſſumus enim concipere rem in ſuo eſſe, & habere ſuam eſſentiam, quod eſt concipere ad modum entis habentis ſuam eſſentiam in concreto, deinde ſuam eſſentiam in abſtractu, & quaſi ſeiunctam ab ipſo ente, & hanc deinde eſſe bonam, & appetibilem, & appeti ab ente, & hoc poteſt concipi in qualibet re ſimpliciſſima. Hinc

Ad primum negatur conſequentia, cùm enim dicimus ens tantum, diſtinctè concipimus eſſentiam, cùm addimus eſſentiam eſſe bonam, & appetibilem, intelligimus eſſentiam C explicitè ſimul cum bonitate, quare prædicatum non erit omninò idem ſuo ſubiecto, ideò neque prædicatio identica.

Ad ſecundum, & tertium licèt diſtinctio, qua ens diſtinguitur à ſuo eſſe, ſit diſtinctio rationis, tamen bonitas non eſt ens rationis, nec pendet aliquo modo ab intellectu. Diſtinctio ergo, & relatio illa ſecundùm dici ponitur non ad ponendam paſſionem in ente, ſed ad illam explicandam ſecundùm noſtrum modum imperfectum concipiendi. Ex his

Colligitur primò formalem rationem bonitatis tranſcendentalis conſiſtere in appetibilitate quam dicit ens erga ſeipſum, in eo videlicet D quod facit vt idem ens ſit bonum & appetibile ſibi ipſi.

Colligitur ſecundò entia rationis, vt ſunt conceptus obiectiui, nullo modo eſſe bona, aut appetibilia, quia ſunt impoſſibilia, vt verè ſunt conceptus formales eſſe bona tum bonitate tranſcendentali, quia verè ſunt actus intellectus, atque adeo entia realia, & bonitate in determinato genere; perficiunt enim intellectum vt qualitates quædam ſpirituales. Entia rationis bona ſunt vt conceptus formales, non obiectiui.

Colligitur tertiò nullum ens reale, qua ens eſt, eſſe malum, quia omne ens, vt ens eſt, eſt bonum bonitate tranſcendentali, nec datur tranſcendentalis malitia, cum Deus ſit ens, & E nullo modo malus, ideo tantùm bonitas, non malitia eſt paſſio entis realis. Nullum ens, qua ens reale, eſt malum.

Colligitur quartò tantùm illa malitia opponitur bonitati tranſcendentali, quæ negat ſeu priuat ens reale, & propriè dici poteſt paſſio non entis, ſeu entium impoſſibilium, ſicut bonitas eſt paſſio entium realium & poſſibilium. Quæ malitia opponatur bonitati tranſcendentali.

Colligitur quintò malitiam, quæ opponitur bonitati tranſcendentali, non conſiſtere in aliquo poſitiuo, neque eſſe priuationem, ſed meram negationem eſſentiæ veræ, & realis. Quid autem ſit malum in determinato genere, quod reperitur in rebus, pertinet ad Theologos;

Nunc breuiter malum materialiter ſumptum in A determinato genere, ſeu res. quæ denominatur mala, eſt res, quæ caret perfectione ſibi debita; malum verò formaliter ſumptum, à quo res denominatur mala, non eſt mera negatio, ſed priuatio perfectionis debitæ in eſſe.

PARS QVINTA.

De paſſionibus complexis entis.

DIXIMVS præter proprietates entis ſimplices, & incomplexas dari etiam complexas, ſeu compoſitas: illæ ſunt quæ ſine coniunctione explicantur; hæ quæ non explicantur ſine coniunctione; ſunt autem idem, vel diuerſum: prius, vel poſterius: Actus vel potentia: Ens reale, vel rationis, vniuerſale, vel ſingulare, quæ omnia de ente vt ſic prædicantur. Nos hîc agemus tantùm de identitate, & diuerſitate; De ſingulari enim egimus ſuprà cùm de vnitate, & principio indiuiduationis: De vniuerſali in Logicis, C vbi etiam de ente rationis: De ente reali cùm de natura entis, & eius proprietatibus incomplexis: De ente, quod eſt per exiſtentiam in actu ſuprà cùm de modis entis, vbi de exiſtentia; ſi verò nomine actus intelligatur forma, & nomine potentiæ materia prima, de vtraque latè egimus tum in primo tum in ſecundo Phyſic. quòd ſi per ens in actu intelligant Deum, de eo egimus partim in Phyſicis cùm de primo motore, partim in lib. de cælo; quæ ſuperſunt, ad Theologos ſpectant, quorum etiam eſt explicare quid, aut quotuplex ſit potentia obiectiua, an hæc diſtinguatur ab obedientiali. Tantùm hîc agendum ſupereſt ad abſolutiſſimam D huius commentarij rationem de identitate, & diuerſitate. Vtrumque autem abſoluemus vnica diſputatione.

DISPVTATIO VNICA.

De identitate, diuerſitate, & diſtinctione.

SECTIO PRIMA.

Quid ſignificet idem, ſimile, & æquale; quid diſtinctum, differens, & diuerſum.

Scotus. DICENDVM *primò* cum Scoto identitatem aliam eſſe abſolutam, aliam relatiuam; abſoluta eſt, qua vna res dicitur eadem ſibi, & nullum dicit reſpectum ad aliud: relatiua eſt, qua res vna dicitur eadem alteri. Alij vt Suarez diſput. 7. ſect. 3. idem abſolutum vocant idem negatiuum prout contradiſtinguitur ab idem relatiuo, atque idem negatiuum eſſe idem quod non eſt ab aliquo diuerſum, idem relatiuè ſumptum eſſe id, quod dicit communicationem in entitate cum alio. Alij idem abſolutum vel negatiuum appellant idem fundamentaliter, quod eſt ante omnem operationem intellectus: idem relatiuum vocant idem formaliter, quod non eſt niſi cum opere intellectus concipientis diſtinctionem, & relationem inter fundamentum & terminũ, vt cùm conferimus idem ad ſeipſum. Suarez.

Dicendum ſecundò, idem differt ab vno. Primò, quia idem dicit negationem diuiſionis ab alio, vnum dicit negationem diuiſionis ab ſe, vel ab eo, eum quo dicitur eſſe idem: ſecun- B dò, quia idem ſignificat plura, connotando vnitatem; Vnitas verò connotando diuiſionem: Tertiò, quia identitas in pluribus eſt prior conceptu quàm vnitas, in re verò ſimplici eſt prior vnitas, quàm identitas. Ratio à priori eſt, quia identitas ſequitur multitudinem, multitudo verò ſequitur vnitatem: Quartò identitas dicitur de pluribus ad inuicem collatis, ſiue ea in genere, ſiue in ſpecie conueniant, ſiue in numero, vt cùm dicimus vnum eſſe idem cum ſeipſo, ſiue in aliquo tertio; item identitas dicitur paſſio complexa, & alia dicitur identitas generica, alia ſpecifica, alia numerica. Vnitas verò tranſcendentalis conuenit enti ſecundùm C ſe ſumpto; ideo dicitur paſſio incomplexa. Et ex his colligitur in quo differant quintò vnitas, & identitas, quia identitas relatiua eſt vna ſecundùm quid, inuoluit enim plura, vnitas verò, quæ enti conuenit ſecundùm ſe, & coincidit cum identitate abſoluta, vel negatiua, vel fundamentali, dicitur vna ſimpliciter, inde eſt vt vnitas ſpecifica, vel generica, dicatur vnitas ſecundum quid; dicit enim identitatem relatiuam; vnitas verò indiuidualis, quæ dicit identitatem abſolutam, dicatur vnitas ſimpliciter.

Dicendum tertio, identitatem eſſentialem eſſe paſſionem tranſcendentalem entis, atque adeo reperiri in quolibet prædicamento, & ni- D hil aliud eſſe, quàm conuenientiam quamdam, quæ quidem conuenientia, ſi in ſubſtantiis reperitur, dicitur communiter identitas, ſi in qualitatibus, dicitur ſimilitudo, ſi in quantitate dicitur æqualitas. Ex quo patet, licèt hæc tria aliquo modo conueniant, quia dicunt conuenientiam quamdam, & vnitatem ſecundùm quid, & omnia inuoluant relationem; differre tamen, primò ratione fundamenti, dum identitas tantùm reperitur in ſubſtantiis, æqualitas in magnitudine, ſimilitudo in qualitate, vt diximus: ſecundò ratione terminorum, quia æqualitas, & ſimilitudo requirunt terminos realiter diſtinctos, identitas minimè.

E *Dicendum quartò*, identitati opponitur diſtinctio, ſeu diuerſitas; diſtincta autem, ſeu diuerſa ſunt ea, quæ non ſunt idem. Diuerſitas, vel diſtinctio latè ſumpta diuidi ſolet in duo membra, & ex vocum penuria, in diuerſitatem, & differentiam. Diuerſa propriè & in rigore ſunt quæ ſeipſis totis differunt: differentia, quæ differunt per aliquod ſui ex Auer. in Epitome Auerroes. Metaph. cap. de differentia, hoc eſt diuerſa ſunt quæ in nulla ratione conueniunt; differentia verò reperitur inter ea, quæ in aliquo conueniunt, & in aliqua ratione differunt. Quod ſi ea quæ differunt, conueniunt in aliqua natura communi, differentia illa dicitur diffe-

Digitized by Google

rentia propria; inde fit vt ea, quæ differunt poſſint eſſe idem genere, vel ſpecie, vel analogia; non tamen numero; & ea quæ ſunt idem numero non poſſunt aliqua ratione differre genere, vel ſpecie, vt docet Ariſt. 5. Metaph. 12. & 10. Metaph. 12. & 24. *Ariſtoteles.*

Adderem hîc, licèt idem ſignificet diſtinctum & diuerſum, vt modò diximus, ſi tamen preſſiùs ſumantur, diſtinctio dicit tantùm negationem identitatis realis, & ſtare poteſt cum ſimilitudine, ſic partes in continuo diſtinctæ ſunt, & ſimiles, & duæ imagines Cæſaris ſimiles, & diſtinctæ: Diuerſitas verò inſuper præter negationem identitatis addit etiam negationem ſimilitudinis.

Dicendum quintò, identitatis duæ ſunt ſpecies: Alia eſt identitas per ſe, alia eſt identitas per accidens. Identitatis per ſe tres ſunt ſpecies, numerica, ſpecifica, & generica; identitas per ſe numerica eſt inter ea quæ habent eamdem numero materiam, talis reperitur inter nomina ſynonyma, vt veſtis, & indumentum: Præterea inter ea, quæ habent eamdem formalitatem, & exiſtentiam. Ita Ariſtot. 5. Metaph. 12. Identitas per accidens accidit primò cùm vnum alteri accidit vt album, ſecundò cùm duo accidunt, tertiò, vt dulcedo, & albedo lacti.

Dicendum ſexto, tot ſunt modi identitatis quot ſunt modi diſtinctionis, & diuerſitatis, ſeu diuiſionis. Ratio eſt, quia oppoſitorum eadem eſt ratio, & ideo ſicut datur diſtinctio realis, modalis, rationis ratiocinatæ, & rationis ratiocinantis, vt dicemus, ſic etiam datur quadruplex identitas realis modalis &c.

Dicendum ſeptimò, identitas per ſe non eſt realis relatio, ſiue ea ſit numerica, ſiue ſpecifica, ſiue generica contra quoſdam Thomiſtas, qui concedunt identitatem numericam eſſe relationem rationis; reliquas verò putant eſſe reales.

Probatur, identitas ſpecifica, & generica eſt quædam vnitas, quæ non eſt niſi per intellectum, ergo nequit eſſe relatio realis. An ſit relatio rationis, videtur quòd non, quia optimè poſſumus identitatem concipere ſaltem fundamentalem abſque aliquo reſpectu, vt diximus ſuprà.

Dicendum octauò, omne ens eſt idem, vel diuerſum ex Ariſtot 10. Metaph. cap. 5. idem autem ſibi, diuerſum à quolibet alio, ſiue illud aliud ſit in actu, vel in potentia, vel fictum, vel imaginarium. *Ariſtoteles.*

Obiectio. Suarez. *Obiicies* ex Suarez, homo, & animal non ſunt idem, neque ſunt diuerſa, ergo non omne ens eſt idem, vel diuerſum.

Reſpondetur eſſe diuerſa ſaltem vt negatiuè, vel priuatiuè oppoſita, quia non habent eamdem differentiam vltimam; concedo tamen non eſſe oppoſita, vel diuerſa poſitiuè, non ergo dicitur omne ens eſt idem aut diuerſum, ſufficit ſi habeat diuerſitatem negatiuam.

Dicendum nonò, cum Ariſtot. 4. Metaph. quæcunque ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe; intelligendum autem hoc axioma ſic. Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe, ſicut ſunt eadem in vno tertio, ac ſic explicatum axioma eſt vniuerſaliter verum etiam in diuinis; Pater enim & filius quia ſunt idem in eſſentia, ſiunt eadem inter ſe in eſſentia.

SECTIO II.

Quot ſint diſtinctionum genera.

INGENS in hac re ſectarum varietas. *Prima ſententia eſt* Thomiſtarum dicentium diſtinctionum duo eſſe genera; alia realis; alia rationis, quia quot modis dicitur ens tot etiam diſtinctio, cùm hæc ſit eius paſſio; ens autem dicitur duobus modis, reale, & rationis, ergo etiam & diſtinctio; & ad hæc conantur reuocare omnia diſtinctionum genera, quæ alij multiplicant.

Secunda ſententia eſt Scoti in 1. diſtinct. 8. eiúſque ſectatorum ponentium eſſe ſeptem. Prima eſt diſtinctio rationis, ſecunda dicitur diſtinctio ex natura rei, tertia formalis, quarta realis; quinta eſſentialis; ſexta, qua quædam dicuntur diſtingui ſe totis obiectiuè; ſeptima, qua quædam diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè. Has ſic explicant, diſtinctio rationis eſt cùm idem concipitur pluribus conceptibus diuerſo modo, vnum tamen conferendo cum alio, vt cùm dicimus Petrus eſt Petrus: diſtinctio ex natura rei reperitur inter ea quæ apta ſunt fundare plures conceptus contradictorios, ſic genus diſtinguitur à ſpeciebus, vt animal non eſt rationale, & homo eſt rationalis: totum à partibus, quia partes conſtituunt totum, totum non conſtituit partes. Eſſentia à perſonis diuinis, quia eſſentia eſt communicabilis, perſona non eſt communicabilis; definitio à definito &c. Diſtinctio formalis eſt inter ea quæ habent diuerſas definitiones, ſic actio, & paſſio, & omnia ſuperiora genera diſtinguuntur formaliter ab inferioribus, licèt non inferiora à ſuperioribus, & eſſentia diuina à relationibus, & attributis, & attributa inter ſe. Diſtinctio realis eſt inter rem, & rem, quæ habent diuerſas exiſtentias, ſeu ſubſiſtentias, quarum vna poteſt eſſe ſine altera. Diſtinctio eſſentialis eſt inter ea quæ habent diuerſas exiſtentias, & quidditates realiter diſtinctas. Differt diſtinctio eſſentialis à formali, & à reali, quia diſtinctio formalis requirit tantùm quidditates diuerſas, diſtinctio eſſentialis quidditates, & exiſtentias, diſtinctio verò realis requirit diuerſas exiſtentias, at non diuerſas naturas, ſic Petrus realiter à Paulo diſtinguitur; habent tamen ſimilem naturam. Diſtinctio, qua aliqua dicuntur diſtingui ſe totis obiectiuè, eſt inter ea, quæ nihil omnino habent commune, in quo quidditatiuè conueniant, vt ſunt vltimæ differentiæ. Diſtinctio, qua aliqua diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, eſt ſecundùm aliquos inter ea, quæ non conueniunt in vna aliqua natura contrahibili per veras differentias. Hæc Scotus in ſuis formalitatibus. *Scotus.*

Tertia ſententia eſt Nominal. qui duo faciunt diſtinctionum genera, realis, & rationis ratiocinantis: negant verò diſtinctionem formalem, & rationis ratiocinatæ. Realis ergo eſt inter rem & rem; rationis cùm formamus diſtinctos conceptus de eadem re: illa quæ dicuntur diſtingui, diſtinguuntur tantùm per varia connotata ex vi noſtri intellectus, qui poteſt indiſtincta diſtinguere, & indiuiſa diuidere.

Quarta

Achillinus. *Quarta ſententia eſt* Achillini tract. de diſtinct. esp. 19. qui admittit diſtinctionem realem, & rationis, negat tamen diſtinctionem ex natura rei Scotiſtarum, eámque vult coincidere cum diſtinctione rationis.

Fonſeca. *Quinta ſententia eſt* Fonſ. & aliorum recentiorum, qui volunt quinque eſſe genera diſtinctionum, realis, modalis, formalis, rationis ratiocinatæ, & rationis ratiocinantis. Prima tria, imò etiam quartum eſſe ante opus intellectus, quintum non niſi poſt opus intellectus.

Vnica concluſio. Quatuor ſunt genera diſtinctionum, nempe alia eſt diſtinctio realis, alia modalis, alia rationis ratiocinatæ, alia rationis ratiocinantis, & non plures, nec pauciores.

Diſtinctio alia realis. Diſtinctio realis eſt inter rem & rem, ſi eſt inter res poſitiuas habentes realem entitatem, dicitur diſtinctio realis poſitiua; ſi verò ſit inter rem, & negationem, tunc dicitur diſtinctio realis negatiua; quæ quidem diuiſio non oritur ex natura ipſius diſtinctionis, quæ ſemper in negatione conſiſtit, ſed potiùs ex parte extremorum, vt rectè Suarez diſp. 7. ſect. 1. quòd detur huiuſmodi diſtinctio patet ex ipſiſmet rebus, dantur enim à parte rei plures res, quarum vna non eſt alia, ergo datur realis diſtinctio.

Alia modalis. Diſtinctio modalis eſt quæ reperitur inter rem, & modum, & dici ſolet ex natura rei, & ab aliis etiam formalis, quod non placet. quòd hæc detur, & ſit diuerſa à diſtinctione reali patet, quia à parte rei dantur entia realia, & quædam, quæ ſunt quid poſitiuum afficiens ipſas entitates reales, vt ſeſſio, figura, relatio, quæ quidem non verè ſunt res, vt ſunt ſubſtantiæ & accidentia, ſed potiùs modificatio earumdem: ergo diſtinctio inter res, & modos non eſt omnino realis, ergo modalis.

Alia rationis. Diſtinctio rationis, ſi eſt cum fundamento aliquo à parte rei, vt cùm res non poteſt tota è nobis concipi vnico conceptu, ſed pluribus, tunc illa diſtinctio dicitur rationis ratiocinatæ, & ea quæ ſic diſtinguuntur, dicuntur diſtingui à nonnullis formaliter; ſi verò diſtinctio illa nullum in re habet fundamentum, ſed tantùm intellectus ſit cauſa illius, dicitur diſtinctio rationis ratiocinantis.

Diſtinctiones rationis ratiocinatæ, & ratiocinantis per quid differant. Diſtinctio ergo rationis ratiocinantis in hoc differt à diſtinctione rationis ratiocinatæ, quia prior eſt per reflexionem intellectus ſupra eumdem conceptum adæquatum rei, & fit ſolùm per quamdam comparationem vel repetitionem eiuſdem rei ad ſeipſam, vt cùm enunciamus, Petrus eſt Petrus, tunc Petrum ab ipſomet diſtinguimus. Diſtinctio verò rationis ratiocinatæ non fit per actum reflexum ſupra eumdem conceptum adæquatum, ſed fit per plures actus directos quibus promimus plures conceptus inadæquatos ob imperfectionem noſtri intellectus, vt totam rem adæquatè concipiamus, ſic in Deo concipimus diſtingui eſſentiam à perſonis, attributa ab eſſentia, & inter ſe: Dicitur autem hæc diſtinctio rationis, non quia fiat inter entia rationis, eſt enim inter vera entia realia, ſed quia intellectus eſt qui illam fingit.

Sectio III.

De diſtinctionum ſignis.

Diſtinctionis realis ſigna hæc tradi ſolent. Primum quoties duo ſeparata exiſtunt, vel poſſunt exiſtere per aliquam potentiam, ea realiter diſtinguuntur: non tamen valet è contrà, vt ſæpe diximus, non enim omnia quæ non poſſunt ſeparata exiſtere non diſtinguuntur realiter, materia enim realiter à forma diſtinguitur creatura à Deo, fundamentum à termino, potentiæ ab anima, actus vitalis à potentiis. & tamen nec materia à forma, nec creatura à Deo, nec fundamentum à termino poſſunt ſeparari. Separatio ſaltem poſſibilis neceſſariò arguit diſtinctionem realem.

Secundum ſignum eſt. Ea quæ per ſe terminant diſtinctos motus, diſtinguuntur realiter. Ratio eſt, quia motus cùm per ſe terminetur ad rem aliquam, ſemper terminatur ad rem aliquam exiſtentem. Item terminatio motuum diſtinctorum.

Tertium, quando vnum eſt producens, alterum productum: productum autem per veram productionem; ratio eſt, quia nihil producit ſeipſum. Cùm autem res fit per quamdam reſultantiam, non omnino realiter diſtinguitur, ſed tantùm modaliter.

Dices, vnde ergo coniicimus diſtinctionem realem inter materiam, & formam, inter animam, & potentias.

Reſpondetur. Certè difficile eſt, ſigna realis diſtinctionis aſſignare; dicimus tamen illa realiter diſtingui conſiderata ipſa rerum entitate, certum eſt enim & euidens materiam habere veram entitatem, ſic etiam creaturas; ſic inductione, & à pari de potentiis animæ.

Diſtinctionis modalis ſignum communiter eſt tantùm vnum, nempe ſeparabilitas non mutua, vt cùm vnum extremum non poteſt remanere ſine alio, licèt hoc poſſit ſine illo; ſic quantitas poteſt eſſe ſine hac, vel illa figura, fundamentum ſine relatione, non tamen relatio ſine fundamento, aut figura ſine quantitate. Sed hoc ſignum licèt vniuerſaliter probet diſtinctionem ex natura rei, non tamen ſemper infert diſtinctionem modalem, vt diximus de materia, & accidentibus vitalibus, quæ nequeunt exiſtere ſeparata ab anima, & tamen realiter ab ea diſtinguuntur, non tamen modaliter. Separabilitas non mutua arguit diſtinctionem modalem.

Diſtinctionis rationis ratiocinantis ſignum eſt cùm per actum reflexum idem de eodem prædicamus per quamdam velut comparationem eiuſdem ad ſeipſum, & ſubiecti replicationem loco prædicati, vt fit in prædicatione identica, & ita vnico conceptu vtimur ac ſi eſſent plures conceptus.

Denique ſignum diſtinctionis rationis ratiocinatæ, vt à diſtinctione rationis ratiocinantis contradiſtinguitur, eſt formalis diuerſitas in conceptibus obiectiuis, in quo differt à diſtinctione rationis ratiocinantis, in qua eſt idem omnino conceptus obiectiuus, licèt duplex formalis: vt verò opponitur diſtinctione reali, illius ſignum eſt quoties nullum adeſt ex ſignis realis diſtinctionis, quæ ſuprà enumerauimus.

Colligitur ex his quonam pacto totum phyſicum, de quo eſt præcipua quæſtio, à ſuis partibus ſimul ſumptis diſtinguatur: Excidit

hæc quæſtio è manibus eius, locus eſt vel in phyſicis, vel in lib. de gener. Interea

Scotus, Heruæus, Fonſeca. Putat Scot. 8. Metaph. quæſt. 4. & 3. ſent. diſt. 2. quæſt. 2. Heru. quodlib. 2. quæſt. 4. Fonſ. 7. Metaph cap. 17. quæſt. vltima, Totum diſtingui realiter à partibus ſimul ſumptis.

D. Thom. D. Th. & recentiores communiter diſtingui tantùm ratione, quod omnino verius, & probabilius puto.

Totum Phyſicum ratione tantùm diſtinguitur à partibus ſimul ſumptis. Ratio potiſſima eſt, quæ colligitur ex modo diſtinctionis; Diſtinctio realis non eſt niſi inter rem & rem, at totum non eſt res diſtincta à partibus ſimul ſumptis, ergo diſtinctio non eſt realis.

Confirmatur, ſi auferas à toto entitatem partium ſimul ſumptarum, nulla remanet alia entitas.

Secundò, per quid totum diſtinguitur à ſuis partibus? non per quid reale, quia id non apparet, ergo nec realiter diſtinguetur.

Dices per vnionem.

Contrà, quia iam hæc vnio eſt in ipſiſmet partibus vnitis. vel

Si dices diſtingui ſe totis, in nulla ergo re conueniunt, at hoc eſt falſum, quia totum reuera includit partes, vt rectè communiter argumentari ſolent.

Denique, vel illa entitas totius, quæ realiter ab ipſis partibus ſimul ſumptis diſtinguitur, vnitur ipſis partibus, ita vt vnum cum illis efficiat, & non, quia daretur proceſſus in infinitum; ſi non efficit vnum, hoc ipſum magis implicat.

Obiicies, Totum terminatur diſtincto motu ab eo, quo terminatur forma, ergo realiter diſtinguitur; hoc enim eſt ſignum diſtinctionis realis. Antecedens patet ex iis, quæ diximus in 2. Phyſ. cùm de Eductione. Obiectio.

Reſpondetur, argumentum nihil probare niſi totum realiter diſtingui à partibus ſeorſim ſumptis, non verò ſimul ſumptis, quod vltro nos concedimus.

Et hæc in libros Metaphyſicorum dixiſſe ſufficiat.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

A

Abſolutum.

ABSOLVTVM quid ſit, 76.a 1.

Abſtractio.

Abſtractio quid ſit & quotuplex, 35. c. 2 an ſit conditio requiſita ad vniuerſale, 31. c. 2

Accidens.

Accidens quid ſit & quotuplex, 51. b. 1. quotuplici modo accipi poſſit, 52 b. 2. quodnam accidens intelligat Porphyrius in ſua definitione, *ibid.* c. d. 2. qua ratione omne accidens commune poſſit adeſſe & abeſſe ſine ſubiecti corruptione, & quænam ſit iſta corruptio, 53. a b 1. quænam ſeparatio intelligatur per abeſſe, *ibid.* c. 1. illius inhærentia aptitudinalis in ſubiecto, 53 b. 2. quomodo conſtituat quintum prædicabile, *ibid.* c. 2. quomodo præſcindat à ſuis inferioribus, 54. d. 1. in quo differat à ſubſtantia, 55. d. 2 quotuplici modo conſiderari poſſit, 61. b. 2. quomodo attingat productionem ſubſtantiæ, 295. a. 2. quænam proportio illius ad ſubſtantiam, *ibid.* c. 2. an poſſit in ſubſtantiam agere cùm ſit materiale, 296. a. 1. qua virtute agat, *ibid.* b. 1 & 298. a. 1. an agat cum auxilio alicuius ſubſtantialis influxus, 296. a. 2. an aliquid recipiat à ſubſtantia in productione ſubſtantiæ, quod ſit à ſe diſtinctum, 297. d. 1. quomodo poſſit attingere ſubſtantiam ſe nobiliorem, *ibid.* d 2. qua virtute corrumpat ſubſtantiam, 298. c. 2. quomodo producat ſubſtantiam, *ibid.* c. 2. accidens qua virtute producat accidens, 299. d. 2. agens principale reſpectu accidentis quotuplex, *ibid.* c. 2. quotuplici modo conſideretur, *ibid.* quomodo cùm producit accidens, poſſit illud producere virtute propria, 300. b. 1 an ſit perfectius ſubſtantiâ in ratione operandi, *ibid.* a. 2. quomodo ad nouem prædicamenta deſcendat, 459. b. 1

Accidens variè diuiditur, 466 c. 2. an dependentia actualis à ſubiecto ſit de eius eſſentia, *ibid.* & ſeq. quænam accidentia non dependeant eſſentialiter ab actuali exiſtentia ſubiecti, 467. a. 1. quomodo ab ea dependeant, *ibid.* d. 1. ad quid dicant eſſentialem ordinem, *ibid.* e. 1. quomodo conueniat inhærentia vero accidenti, 467. a. 2

Accidentia multa ſolo numero differentia quomodo in eodem ſubiecto poſſint eſſe, 85. b. 1 quænam nullo modo ſint in loco, 270. e. 2. 271. a. 1. ad quid ſint media, 160. d. 1. quænam conueniant corpori, 274. b. 1. an in eis ſit vera actio ſubſtantialis ad ſubſtantiam producendam, 289. c. 2. à quo poſſint penetrari, 251. d. 1. an ſint ſufficientia principia productiua ſubſtantiæ, 293. b. 2

Accidentia agere in virtute ſubſtantiæ quid ſit, 297. e. 1. quænam producant ſubſtantiam, 299. e. 1. quæ ſunt in cælo an ſint eiuſdem rationis cum ſublunaribus, 368. a. 2. quomodo poſſint cognoſci ab intellectu, 441. b. c. 1. *& ſeq.* per quid indiuiduentur, 463. e. 2

Accretio.

Accretio quomodo fiat, 402. d. 1. quid ſit, *ibid.* b. a quid ſit formaliter, *ib.* e. 2. in quo conſiſtat, 403. a. 1. quid dicat materialiter, *ibid.* d. 1. quomodo dicatur generatio, *ibid.* e. 1. quot modis conſiderari poſſit, 403. d. 2. phyſicè ſpectata quid ſit, *ibid.* e. 2. ſi ſpectetur ſecundùm noſtrum concipiendi modum, quid ſit, 404. c. 1. quomodo viuens maneat idem ante & poſt accretionem, 405. b. 1 quot ſint illius conditiones, *ibid.* an in ea acquiratur noua quantitas, 407. a. 1. an ſit mutatio ſucceſſiua, an inſtantanea, *ibid.* c. 1. an ſit continua, *ibid.* a. 2

Accretio ſeu augmentatio quomodo fiat per intuſſuſceptionem & non per iuxtapoſitionem, 407. c. 2. In quo differat accretio viuentium ab accretione non viuentium, 408. b. 1. quænam ſint partes accretioni deſeruientes, *ibid.* b. 2. illius principium inſtrumentarium quodnam ſit, *ibid.* d. 2. illius termini, 411

Actio.

Actio vnde propriè dicatur & vnde effectio, 7. b. 2

Actio vt mutatio eſt, an concipi poſſit abſque agente, 138. c. 1

Actio immediata cur negetur ſubſtantiis, 295. c. 1. an debeat inhærere vt actio vel vt paſſio, 223. c. 2

Actio & motus quomodo terminum reſpiciant, 76. c. 1

Actio quælibet naturalis quid contineat, 201. d. 2. an ſit cauſalitas efficientis, 202. b. 1. quid ſit, 224. quibuſnam rebus illius denominatio conueniat, *ibid.* b. 1. quomodo differat ab agente, *ibid.* c. 2. cur omnis actio naturalis inuoluat neceſſariò ſubiectum, 225. c. 2. Creatio actiua an poſſit dici actio, *ibid.* d. 2. an diſtinguatur formaliter à paſſione & motu, 226. c. 2. quid dicat ſupra motum, *ibid.* d. 2. an poſſit eſſe inter ea, quæ ſunt ſimilia

in qualitate & gradu, 312. a. 2. alis vniuoca, alia æquiuoca, 315. c. 1. alia cum victoria, alia oon, 321. d. 1

Actio productiua an ſit eadem ac conſeruatiua, 202. b. 2. an ſit duplex in rerum productione & conſeruatione, 203 c. 1

Actiones ſunt ſuppoſitorum, an ſint etiam paſſiones ſuppoſitorum, 130. b. 2

Actus.

Actus quotuplex, & quid quiſque ſit, 118. a. 2. *& ſeq.*

Actus quo formatur ens rationis qualis ſit, 18. a. 1. an ſint plures in diſcurſu, 89 b. 1

Actus phyſicus & metaphyſicus, 149. c 2

Actus metaphyſicus in quotuplici ſit differentia, *ibidem* a. 2. quinam opponatur potentialitati materiæ, 150. c. 2

Actus materiæ iam organizatæ quis ſit, 146. b. 2

Actus entitatiuus materiæ in qua ſpecie eam conſtituat, 150. c. 2

Actus an ſint perfectiores ſuis potentiis, 300. d. 1

Actus immediatè diſtinguuntur per obiecta, 395. c. 2

Actus omnes circa quid ſint, 437. c. 2

Actus & obiecta per quæ diſtinguantur potentiæ, qualia debeant eſſe, 396. d. 1. quinam intercedant in actione propter finem, 212. d. 1

Adeps.

Adeps quid ſit, 388. c. 1

Æquale.

Æquale quid ſignificet, 479. c. 1. *& ſequent.*

Æquale & inæquale cuiuſnam ſint proprium, 72. a. 2

Æquiuocum.

Æquiuocum æquiuocans & æquiuocatum, 58. a. 1

Æquiuoca quænam ita dicantur, 57. a. 1. quid ſint, *ibid.* c. 2. nomen illud *æquiuocum* quid requirat vt ita dicatur, 58. b. 1. quomodo poſſint eſſe vniuoca, *ibid.* a 2

Æquiuoca primæ intentionis & æquiuoca ſecundæ intentionis, 58. b. 2. quænam ſint verè æquiuoca, & an poſſint dici analoga & vniuoca, *ibid.* c. 2

Aër.

Aër perſeuerante lumine an patiatur & mutetur, 226. d. 1. an detur calidiſſimus circa orbem lunæ, 342. b. 2. cur non indigeat alimento, *ibid.* c. 2. cur non videatur, & cur non calefaciat, *ibid.* an poſſit eſſe viuentis alimentum, 409. d. 2. an fiat magis lucidus per reflexionem, 316. c. 1

Aëris calor qua ratione humidus, 340. a. 2. illius humiditas quare non extinguat ignem, *ibid.* b. 2

Æſtimatiua.

Æſtimatiua quid ſit, 418. c. 1

Æternitas.

Æternitas quid ſit & cui tribuatur, 279. a. 2. 284. a. 2. an in ſua formali ratione dicat reſpectum aliquem rationis, *ibid.* c. 2

Æternitati quale tempus correſpondeat, 348. a. 1

Æuum.

Æuum quid ſit & cui tribuatur, 279. a. 2. 284. a. 2. an careat præterito & futuro, 284. b. 1

Agens.

Agens & finis quænam ſint principia, 138 d. 1. agens in quid influat magis, *ibid.* in quo intimius includatur, *ibid.*

Agens materiale qualem debeat habere terminum, 198. a. 2

Agens inter & patiens an ſit diſſimilitudo, 312. d. 1

Agens an intra ſuam ſphæram actiuitatis poſſit agere immediatè, 328 c. 2. *& ſeq.*

Agens impediens vacuum quodnam ſit, 275. d. 2. an neceſſariò debeat præcedere effectum, 289 c. 2

Agens principale reſpectu accidentis quotuplex, 299. c. 2. ſi ſit contiguum paſſo an poſſit in ipſum æqualem intenſionem producere, ſi ſint eiuſdem magnitudinis, 314. c. 1. an poſſit in ſola ſuperficie paſſi contigua producere qualitatem omnino ſimilem, *ibid.* b. 2. quot in caſibus poſſit producere in paſſo qualitatem ſibi omnino ſimilem, *ibid.* d. 2. an agat vniformiter difformiter creſcente denſitate, 315. a. 1. Agentia virtualia an producant qualitatem, quam continent, 315. c. 2. Agens vniuocum an poſſit agere in ſeipſum, 316. a. 1. in quo & quando repati poſſit à paſſo, 320. a. 2. agens fortius trahit huminem, debilius verò eum conſeruat in eius ſtatu, 321. c. 2. an poſſit agere in diſtans ſine medio, 327. c. 1. an poſſit ſaltem per abſolutam Dei potentiam, 328. b. 2

Agentis cauſalitas quæ ſit & an ſit actio, 201. c. 2. quænam ad illam requirantur, 202. b. 2

Agentia libera an ſemper faciant quod eſt optimum, 346. c. 2

Agricola.

Agricola quid cenſeat de logica, 9 c. 1. quid de illius obiecto, 24. c. 1

Albedo.

Albedo nedum recipitur à ſubiecto ſed conſeruatur, 163. c. 2

Alexander.

Alexander quid cenſeat de logica, 4. d. 1. quid de illius obiecto, 24. c. 2

Alimentum.

Alimentum ſecundùm quid poſſit pertinere ad diuerſas potentias animæ vegetatiuæ, 409. c. 2. quid ad illud requiratur, *ibid.* an elementum præcisè ſumptum poſſit eſſe viuentis alimentum, *ibid.* a. 2. quodnam miſtum ſit aptum viuentis alimentum, *ibid.* c. 2. quotuplici reſpectu poſſit conſiderari, 408. a. 1. quid ſit, 409. c. 1. an illius materia priùs vniatur materiæ corporis viuentis, quàm fiat nutritio, 408. d. 1.

Aliquid.

Aliquid eſſe à parte rei, & aliquid exiſtere, in quo differant, 151. c. 1

Alteratio.

Alteratio quid ſit & quotuplex, 300. d. c. 2. 301. a. 1. quotupliciter continua, 308. c. a. an intenſiua ſit ſemper continua, 309. a. 1. quomodo fieri poſſit, *ibid.* b. c. 1. illius terminus quinam ſit, 311. c. 2

Ammonius.

Ammonius quid cenſeat de logica, 4. d. 1

Analogia.

Analogia quid ſit, 60. c. 1. 140. c. 1. ad giam attributionis quæ requirantur, *ibid.*

Analogia principij quænam ſit, 141. b. 2. q reſpectu ſit duplex in accidente, 61. b. analogia proportionis quæ & quotuplex, 62. b. 1. analogia proportionis vt cognoſcatur, quot dentur regulæ, 62. c. 1. quotuplex ſit, *ibid.* b. 2

Analogum.

Analogum num illud nomen in ſecundis analogatis importet neceſſariò principium & formam intrinſecam, 61. c. 1

Analoga prout à purè æquiuocis diſtinguuntur, quotuplicia ſint, 60. b. 2. analoga attributionis ſint, *ibid.* c. 2. denominationis forma & cauſa, an ſint idem in analogis, 61. b. 1

Analoga verè analoga quæ, 62. b 1. quomodo participent rationem communem, *ibid.* d. 1

Analogata minùs principalia num participent neceſſariò formam intrinſecam, 61. c. 1

Analytici libri.

Analytici libri cur ita dicti, 88. b. 1

Angelus.

Angelus quomodo ſit in ſua ſphæra, 386. d. 1. an moueat cælum per virtutem aliquam impreſſam ſpiratiuam & per impulſum, 374. a. 1. an mediatè per intellectum & voluntatem, *ibid.* c. 1. an immediatè per ſuam ſubſtantiam, *ibid.* c. 1. an immediatè per potentiam loco motiuam, *ibid.* d. 1. *vide* intelligentiæ. an poſſit facere vacuum, 276. c. 1. an poſſit in inſtanti acquirere terminum ad quem in propria ſphæra, 281. c. 2. an eodem inſtanti quo concipitur eſſe, poſſit amare & cognoſcere, 13. b. 1. an poſſit conficere ens rationis, 20. d. 1

Angeli quomodo cognoſcantur à viatoribus, 441. c. 2

Angeli & eorum motus an menſurentur tempore, 283. a. 1. an ſint ſpecies contentæ ſub obiecto phyſicè. 128. c. 1

Anima.

Anima quomodo definiatur ab Ariſtotele, 378. c. 2. 379. c. 2. an forma totalis ab anima diſtincta ſit in corpore admittenda, 380. c. 1. cur in qualibet corporis parte non videat, audiat &c. 382. a. 1. illius ſubiectum quodnam ſit, 383. d. 1. an ab illa informentur formæ partiales, 384. a. 1. quomodo exiſtat in corpore, *ibid.* a. 2. quomodo informet totum corpus, *ibid.* c. 2. quæ ſit illius præcipua ſedes in corpore, 385. c. 1. quomodo ſit in toto corpore, & an ſit indiuiſibilis, 385. a. b. 2. quomodo recipiatur in materia, 386. b. 1. quomodo differ à ſeipſa, *ibid.* a. 2. cùm præſcinditur manus an ſe contrahat, *ibid.* b. 2. an poſſit informare diſtinctas materias, *ibid.* c. 2. quomodo tota ſit in capite & extra caput, 386. d. 2. animæ diuiſibiles an ſint eiuſdem rationis in omnibus corporis partibus, 387. d. 1. an poſſit anima informare corpus ſimplex, *ibid.* b. 2. an corpus quod informat debeat habere partes continuas vel contiguas, 387. c. 2. an vna poſſit informare plura corpora ſimul, *ibid.* c. 2. animarum genera quot ſint, b. 2. an plures poſſint repetiri in eodem compoſito, 390. a. 2. in qua parte hominis ſit anima vegetatiua, in quâ ſenſitiua, & in qua rationalis, *ibid.* b. 2. tantùm vnica ſit in homine continens gradus vitæ, vegetatiuum, ſenſitiuum, ... ionalem, 391. c. 2. an ſit princi... ...rum facultatum, 393. b. 2. quale ſit 1. ... operationum vitalium, 397. a. mo... illius facultates, *ibid.* b. 1. quo- 2. an ſit cauſa potentiarum, 397. b. *ibid.* c. effectiuè dimanent potentiæ,

Anima vege... cultates, quænam ſit, & quæ eius facultates 399. a. 1

Anima ſenſitiu... ſa efficiens ſpe... ſit, 414. d. 1. an ſit cauſa 416. c. 2

Anima intellectiua, 429. d. 1. an ſit irrationalis quænam ſit, dùm quoſnam gradus, *ibid.* b. 2. ſecun- *ibid.* credere eam ... ſit dici diuiſibilis, de fide, 429. d. 2. immortalem an ſit gnoſci poſſit eam eſſe ... ine naturali co- an probabiliter eam eſſe ... ttalem, *ibid.* fendi poſſit, 430. b. 1. qu... ortalem deco, 271. a. 1. & quomodo à ... o ſit in loca, *ibid.* a. 2. quare fiat ex ... re ſeparata materia dicatur exiſtere, 174. c. nec in do dicatur natura, 184. d. 1. eſt a... quomotiæ iam organizatæ, 146. b. 2. quo ... materationalis contineat vegetatiuam & ſenſ... ra- *ibid.* d. 2. an ſubſiſtat in corpore pr... ſubſiſtentiâ, an ſubſiſtentiâ totius, 466. quomodo pro hoc ſtatu ſeipſam cognoſcat 441. c. 2. *& ſeq.* quomodo cognoſcat ſuum intellectum, voluntatem, ſuos habitus & ſpecies intelligibiles, 442. b. 1

Animal.

Animal vt pars actualis an prædicetur vt genus in quid de ſpecie, 45. b. 2

Animalis partes quænam ſint animatæ, 388. b. 1

Animalia quæ generantur ex putri, an ſint eiuſdem ſpeciei cum iis, quæ generantur ex ſemine, 413. d. 2. quomodo ſint in loco, 271 b. 1

Animalia perfecta cur diuiſa ſtatim moriantur, 387. b. 1

Animalia bruta an perpetuò duratura, 355. b. 1.

Animatum.

Animatorum quot ſint genera, 389. d. 2. quot ſint eorum potentiæ, 390. b. 1

Antiperiſtaſis.

Antiperiſtaſis an detur, & quid ſit, 318. c. 2

Antiqui.

Antiquorum placita de mundi creatione, 354. d. 2.

Appetitus.

Appetitus in quo differat à potentia, ordine, & aptitudine, 158. b. 1. quotuplex ſit, *ibid.* c. 1

Appetitus ad formam an ſit materiæ proprietas, 171. d. 2

Appetitus nullus niſi ad bonum, 372. b. 2

Appetitus quotuplex, 444. c. 2. an ſenſitiuus diſtinguatur à naturali & innato, 445. a. 1. iraſcibilis quo ſenſu diſtinguatur à concupiſcibili, *ibid.* c. 1

Reſpondet Fonſeca dari quaſdam relationes rationis, quæ præcedunt quemcunque intellectum, vt relatio creatoris ad creaturas.

At hæc reſponſio implicat in terminis, relationem videlicet rationis dari ante rationem. Præterea, Deus ante omnem intellectum nullam dicit relationem rationis ad creaturas, ſed tantùm aliquam denominationem extrinſecam.

Durandus. *Secunda ſententia* eſt Durandi, qui ait, rationem formalem bonitatis eſſe relationem realem conuenientiæ ad aliud. Quòd ſit relatio probatur, quia ratio formalis boni idem importat ac ratio conuenientis: quod ſit realis confirmatur *Ariſtoteles.* ex Ariſtot. 6. Metaph. vbi ait bonum, & malum eſſe in rebus, ſicut verum, & falſum in intellectu. Sed

Impugnatur, quia Deus eſt bonus bonitate tranſcendentali etiam ablatis omnibus creaturis poſſibilibus, quia eſt bonus abſolutè in ſe, & ad ſe, ergo ratio bonitatis non conſiſtit in ratione conuenientiæ cum alio.

Præterea, vel illa relatio dicit realem perfectionem, vel non; ſi non, implicat, quia bonitas in ſe formaliter dicit perfectionem: ſi dicit realem perfectionem, ergo aliam relationem, & ſic proceſſus in infinitum.

Scotus. *Tertia ſententia* eſt Scoti rationem formalem bonitatis eſſe proprietatem quamdam abſolutam diſtinctam ab ente, ex natura rei.

Probatur, quia non poteſt eſſe relatio realis, aut rationis, ergo abſolutum quid, & cùm ſit entis proprietas, erit ex natura rei ab ente diſtincta.

Impugnatur, duplex enim eſt bonitas in re aliqua, alia eſſentialis, alia accidentalis, vt ſapientia, virtus: bonitas accidentalis certè, realiter eſt diſtincta à re, de qua non eſt ſermo; bonitas verò eſſentialis fruſtrà ponitur ex natura rei diſtincta, quia res eſſentialiter ſunt bonæ ſeipſis; forma enim eſt bona materiæ, quia forma eſt, & non per aliquid ſuperadditum. Præterea, ablata illa proprietate, adhuc illud tale ens eſt bonum, ergo ſeipſo.

Quarta ſententia refertur à Soncin. 4. Metaph. aſſerit rationem formalem bonitatis tranſcendentalis eſſe qualitatem de prædicamento qualitatis.

At ſtatim appatet implicantia in ipſis terminis: ſi enim eſt tranſcendentalis, quomodo in prædicamento?

Heruæus. Suarez. Vaſquez. *Quinta ſententia* eſt Heru. quam ex parte approbat Suarez diſput. 10. de bonit. ſect. 1. Vaſquez. diſp. 23. cap. 8. atque quod bonitas nil aliud eſt quàm ipſa perfectio, & integritas rei, quæ eſt abſoluta in abſolutis, relatiua in relatiuis, & eſt ferè communis.

Fundamentum eſt quia bonum, & perfectum *D. Thomas.* idem ſunt ex D. Th. ergo bonitas eſt perfectio.

D. Auguſt. Præterea ex D. Aug. 8. de Trinit. cap. 2. alia bonitas eſt, qua res dicitur bona alteri, alia quæ eſt bona in ſe; hæc autem eſt aliquid in ipſa, omnia autem quæ ſunt ipſa, ſunt eius perfectiones.

Contrà primò, quia bonitas eſt paſſio entis; ſed bonitas ita explicata nequit eſſe paſſio, ergo. Minor probatur, quia ipſum ens, antequam intelligatur affectum ſua paſſione, & vt contradiſtinguitur à ſuo attributo, eſt ex ſuo eſſe perfectum, ergo bonum: ſi enim ponitur bonitas in integritate, & perfectione, antequam ens in- A telligatur habere paſſiones, eſt integrum, & perfectum, atque adeo erit ens bonum.

Dices, antequam ens habeat bonitatem, nequit dici integrum; ſed cum iam emanat bonitas, tunc dicitur integrum, & bonum.

Contrà, eſſentia non fit eſſentialiter integra per attributum formaliter, & attributa non ſunt entia formaliter, ſed conſequentia ad eſſentiam, ergo ſi eſſentia eſt eſſentialiter integra ante conceptum cuiuſcunque attributi, iam in ſe eſt eſſentialiter perfecta, & bona; ergo bona ante bonitatem, quod apertè eſt falſum.

Reſpondet Vaſquez, res poteſt conſiderari dupliciter, primò ſub conceptu entis confuſo, B non conſiderando an ex aliis conſtet, & perficiatur, vel habeat omnia quæ ipſam integrant: Secundò diſtinctè conſiderando eam aliquibus conſtare, & nihil deeſſe ex iis, quibus conſtituitur; primo modo conſideratur res tantùm ſub ratione entis non vt bona: Secundo modo conſideratur vt bona, & affecta attributo.

Contrà, cùm ſecundo modo quis concipit rem ſecundùm ſua eſſentialia, non concipit attributum rei, quia vt diſtinctè concipiatur habere omnia, quæ faciunt ad eius integritatem eſſentialem, non concipiuntur niſi partes eſſentiales illius rei; pars autem eſſentialis eſt de eſſentia rei etiam diſtinctè conceptæ, quare non C erit concipere attributum.

Secundò impugnatur hæc eadem ſententia: de ratione cuiuſcunque paſſionis eſt vt aliquid addat ſupra id, cuius eſt paſſio, ſed ſi huc modo explicatur, nil addit bonitas ſupra ens, ergò non poteſt eſſe paſſio.

Tertiò, eſſe perfectum non eſt appetibile niſi remotè, ideſt id quod perfectum eſt, quia deinde bonum eſt appetibile, ergo perfectio eſt potius antecedens ad eſſe bonum, quàm ratio formalis bonitatis.

Quartò, peto ab Heru. & Vaſquez, cùm dicunt omne ens eſſe perfectum, vel intelligunt de perfectione ſimpliciter, & non, quia tan- D tùm conuenit Deo: vel de perfectione in aliquo genere; & hæc non alia eſſe poterit, niſi in genere entis, ſi eſt entis paſſio; ergo cum dicimus: omne ens eſt perfectum, idem erit ac enti nihil deeſt quin ſit ens: at ridiculum eſt dicere paſſionem entis eſſe quod nihil ei deſit in ratione entis, ſeu ad hoc vt ſit ens.

Sexta ſententia eſt Suarez diſput. 10. ſect. 1. *Suarez.* num. 12. qui ponit rationem boni in ipſa entitate, prout alteri eſt conueniens, quæ quidem conuenientia, ait, non eſt relatio realis, aut rationis, ſed tantùm connotatio; connotat enim in alio talem naturam habentem naturalem inclinationem, capacitatem, vel coniunctionem E cum tali perfectione: quare bonitas eſt ipſa perfectio rei non ſimpliciter, ſed connotans hanc conuenientiam, ſeu denominationem conſurgentem ex plurium coexiſtentia; hæc ſunt omnino eius verba: affert pro ſe Durand. eumdem ſequitur Pater Maff. videtur id prius *Maffeius.* docuiſſe etiam Caiet. de bono delectabili, dum vult eſſe conuenientiam cum natura ſenſibili.

Probat, ex Ariſtot. & D. Th. qui aiunt bo- *Ariſtoteles. D. Thomas* num eſſe quod omnia appetunt; res autem appetunt quæ ſunt ſibi accommodata, & conuenientia; ergo bonitas in rebus connotat naturam aptam extrinſecam cui res dicitur conueniens.

Bonitas entis non eſt tantum ratio conuenientię cum aliquo diſtincto.

Sed mihi hæc ſententia nullo modo placet, A quòd videlicet bonitas entis conſiſtat tantùm in ratione conuenientiæ cum aliquo diſtincto à re, quæ dicitur alteri conueniens. Et primò impugnatur ſic, antequam intelligatur aliud cui conueniat, res bona eſt, ergo. Antecedens probatur, quia tunc intelligitur res alteri conueniens quando intelligitur eſſe ad aliud, ſed eſt bona antequam intelligatur ad aliud, ergo. Minor patet, quia res quatenus abſoluta eſt in ſe, & ſine ordine ad aliud, vt ſic eſt bona, patet, implicat enim eſſe ens, & non eſſe bonum, ea ratione qua ens eſt, vt ſi ſit ens ad aliud, ſit bonum ad aliud; ſi ad ſe, bonum ad ſe.

B Confirmatur ex communi axiomate: dicitur enim res quælibet bona duplici bonitate, abſoluta qua res dicitur bona in ſe, & relatiua qua dicitur bona alteri; ſed ſi ratio bonitatis conſiſteret in conuenientia ad alterum, nulla eſſet bonitas abſoluta.

Reſpondet Suarez diſput. 10. ſect. 1 num. 12. Negans illam diſtinctionem, & ait bonitatem abſolutam implicare, & ſecundùm ipſum tantùm dari bonitatem relatiuam, & quicquid eſt bonum eſſe alteri bonum.

Suarez impugnatur.

Bonitas alia abſoluta, alia relatiua.

Sed contra ſic argumentor, Deus eſt bonus; non quia conueniens eſt alteri, videlicet creaturæ, ergo bonitas non conſiſtit ſolùm in hac C ratione relatiua conuenientiæ. Antecedens probatur, quia antequam intelligantur creaturæ poſſibiles, Deus eſt bonus, & patet, quia ante quam intelligantur creaturæ, Deus dicitur conſtitutus in ratione Dei trini, & vnius, ergo & bonus; non enim eſſe Dei pendet à creaturis, cum ſit ens ſummè neceſſarium, & independens à quocunque ſecundùm ſuum eſſe.

Secundò, ſi bonitas conſiſteret in conuenientia, ergo malitia in diſconuenientia, & cùm omnis res ita ſit conueniens vni, vt diſconueniat alteri; aqua enim ita conuenit ſitienti, vt diſconueniat igni; ergo fiet vt non magis D ſit paſſio entis bonitas quàm malitia, & ſicut dicitur, omne ens eſt bonum, ita etiam omne ens eſt malum, quod eſt falſum.

Tertiò, ratio conuenientiæ quam aſſignat Suarez non oritur ab entibus vt entia ſunt, ſed vt talia entia ſunt; exemplificat ipſe in calore qui eſt bonus igni; ſed calor eſt bonus igni vt tale ens eſt, non vt ens; ergo bonitas, quæ oritur à tali conuenientia, non eſt bonitas tranſcendentalis.

Areſius.

Septima ſententia eſt Areſij rationem formalem bonitatis tranſcendentalis eſſe appetibilitatem, non formalem, quia hæc ſequitur bonitatem, ſed appetibilitatem fundamentalem. E Radix autem appetibilitatis, ait, non eſt quid relatiuum, ſed eſt ipſummet exiſtere rei, & explicat ſuam ſententiam ſic, ſi comparetur vnum ens cum alio ente, oritur bonum morale, vel naturale: ſi verò ens comparetur cum non ente, oritur bonum tranſcendentale; hoc autem nullum aliud erit quàm exiſtere, quod quidem appetibilius eſt quàm non exiſtere, ſi optio daretur; ait ergo quod bonitas tranſcendentalis entis eſt appetibilitas fundamentalis, quæ eſt exiſtentia rei. Sed

Contrà, quia bonitas ſic explicata erit potius paſſio exiſtentiæ quam eſſentiæ rei, ſed poſſibilia habent etiam ſuam bonitatem realem, ſicut habent eſſentiam realem; ſunt enim entia realia, bonum enim tam verificatur de ente poſſibili quàm de exiſtente, ergo fundamentalis appetibilitas tranſcendentalis non erit exiſtentia rei, qua res appetit ſuum exiſtere. Atque hinc patet quòd illa fundamentalis appetibilitas exiſtentiæ non erit tranſcendentalis, cùm non conueniat cuicunque enti reali, ſed tantum enti reali exiſtenti.

Maneat ergo rationem formalem bonitatis non conſiſtere in relatione rationis conuenientis, neque in relatione reali, neque in proprietate abſoluta, neque in qualitate illa prædicamentali, neque in perfectione, & integritate rei, neque in perfectione cum conuenientia extrinſeca, neque in appetibilitate fundamentali propriæ exiſtentiæ.

Sectio II.

Propria ſententia aſſeritur.

Bonitas formalis conſiſtit in appetibilitate fundamentali.

NOTANDVM *primò* quòd bonitas vt ſic in eo conſiſtit vt reddat, & efficiat id quod bonum eſt vt ſit congruens, & appetibile alicui; omne enim quod bonum eſt, neceſſariò alicui bonum debet eſſe. Patet ex Ariſtot. 1. Top. cap 1. *Bonum eſt quod omnia appetunt.* Ratio ergo formalis bonitatis in hoc conſiſtit videlicet in appetibilitate fundamentali, ſeu in reddere rem appetibilem alicui; quare applicando modo bonitatem vt ſic ad bonitatem tranſcendentalem, bonitas tranſcendentalis nil aliud erit, nec aliud addet ſupra ens niſi connotationem quamdam, per quam ens dicatur bonum, & congruum, & appetibile alicui, & hæc certa ſunt in omnium ſententia.

Omne bonum debet eſſe appetibile alicui ſaltem ratione diſtincto.

Notandum ſecundò, omne quod bonum eſt debet eſſe alicui appetibile, & congruens, & bonum; quod non ita accipiendum eſt vt res, quæ dicitur bona, & appetibilis, diſtinguatur realiter, vel ex natura rei ab ea, cui congrua eſt & appetibilis; ſed ſatis eſt diſtinctio rationis, patet in eſſentia diuina, ſeu eſſe diuino vt toties diximus; illud enim ablatis omnibus creaturis poſſibilibus eſt ſummè bonum & appetibile, ſed cuinam, cùm aliud non ſit præter ipſum Deum, vt ſupponimus? certè ſibi ipſi ſeu ipſimet Deo. Inde aiunt Theologi Deum habere naturalem quamdam propenſionem ad ſuum eſſe, & eſſentiam diuinam eſſe Deo maximè bonam, congruam, & appetibilem; & tamen inter Deum, & eſſe diuinum non intercedit niſi diſtinctio rationis: non ergo requiritur diſtinctio realis inter bonum, & id cui eſt bonum.

Nulla maior propenſio quàm rei ad ſuum eſſe.

Notandum tertiò, non dari propenſionem maiorem eâ, quam habet res quælibet ad ſuum eſſe, ſeu ad ſuam eſſentiam, & perfectionem ſic 2. de Gener. tex. 59. Ariſtot. dixit naturam deſiderare id quod melius eſt, ideſt ſuum eſſe ex plurimorum DD. ſententia. Ex quo colligitur omne eſſe, qualecunque illud ſit, ſiue eſſe eſſentiæ, ſiue exiſtentiæ, dummodò ſit verum eſſe, dicere quamdam appetibilitatem, ergo quamdam bonitatem, qua eſt bonum ſibi ipſi; bonum enim homini eſt nedum exiſtere, ſed etiam, immo multò magis, ſuum eſſe ſiue actuale, ſiue poſſibile, & homo appetit illud,

& illud eſt bonum homini; ſi enim homo comparetur ad chimæram, bonum eſt homini habere eſſe poſſibile, quo, quantum eſt de ſe, poteſt eſſe à parte rei; & malum eſt chimeræ habere eſſe impoſſibile, quia non eſt reale eſſe, ſed fictum, vnde implicat quod ſit: quare cum homini, & cuilibet enti reali bonum ſit habere eſſe verum ſiue actuale ſiue poſſibile, homo & quodlibet ens appetit, & gaudet ſuo eſſe, & cum eſſe chimeræ ſit impoſſibile, atque adeo maximum malum, chimera nequit appetere ſuum eſſe, neque illud amare. Ex his ſit

Prima concluſio. Bonitas tranſcendentalis entis non facit vt ens ſit bonum, & appetibile alteri à ſe realiter, vel ex natura rei diſtincto.

Patet ex his, quæ modo diximus; ſi enim eſſet calor per impoſſibile, & nullum aliud eos omnino per impoſſibile eſſet, adhuc calor diceretur bonus bonitate tranſcendentali, ergo bonitas tranſcendentalis non conſiſtit vt reddat ens appetibile alteri à ſe realiter diſtincto. Quod eſſet bonus patet, quia eſſet ens, & bonitas eſt paſſio entis.

Secunda concluſio. Bonitas tranſcendentalis entis facit vt ens ſit bonum, & appetibile ſibi ipſi. Quare formalis ratio bonitatis tranſcendentalis conſiſtit non in appetibilitate ſuæ exiſtentiæ, ſed in appetibilitate ſuæ eſſentiæ, qua eſſentia entis eſt appetibilis eidem enti, ſiue eſſentia ſit actualis, ſiue poſſibilis.

Probatur, quia tantùm hæc bonitas eſt omnino tranſcendentalis, & in quocunque ente reali, vel in actu vel poſſibili reperitur, ergo. Antecedens patet, quia perfectio, & integritas non reperitur niſi in rebus integris, & perfectis, non in omnibus, niſi velimus dicere, omne ens habet quod integrat ens in ratione entis, quod eſt ridiculum. Conuenientia ad alterum eſt tantùm bonitas entis, non vt ens eſt, ſed vt tale ens.

Præterea, ſunt aliqua entia, quæ nulli à ſe realiter diſtincto bona ſunt, vt odium Dei, febris, &c. ſunt tamen bona ttanſcendentaliter, ergo bonitas tranſcendentalis non eſt conuenientia ad alterum. Appetibilitas exiſtentiæ qua res appetit exiſtere, non conuenit enti, vt ens eſt, nominaliter ſumpto, quod ſignificat ipſum eſſe rei, ſeu eſſentiam, vel habens eſſentiam, quod verum eſt reale obiectum in Metaphyſica, ſed tantùm enti participialiter ſumpto, de quo, vt iam diximus, non loquimur, ergo tantùm appetibilitas eſſentiæ, qua res appetit, & amat ſuum eſſe, eſt bonitas tranſcendentalis.

Petes, bonum tranſcendentale dicendum eſt ne abſolutum, an relatiuum? & bonitas iſta tranſcendentalis in quonam conſiſtit, in relatione, an in abſoluto?

Reſpondetur ſimpliciter bonum tranſcendentale poſſe dici quid abſolutum, ſi abſolutum ſumatur prout eſt ratio non ordinata ad aliud realiter diſtinctum; verùm quia nos ratione diſtinguimus ipſum ens, & eius eſſe, & dicimus bonum eſt enti ſuum eſſe, ideo ratio bonitatis poteſt dici quid relatiuum de illo genere relatiuorum, quæ dicuntur relatiua ſecundùm dici, vt ala dicitur rei alatæ ala, quæ propriè non ſunt relatiua.

Obiectio 1.

Obiicies primò, res, quæ dicitur bona ſibi ipſi, non diſtinguitur à ſeipſa; ergo cum res
A dicitur bona, erit prædicatio identica.

Obiectio 2.

Obiicies ſecundò, relatio ſecundùm dici non eſt realis, ergo appetibilitas, quæ eſt relatio ſecundùm dici, non erit realis, atque adeo neque paſſio entis realis.

Obiectio 3.

Obiicies tertiò, ad hoc vt concipiamus hanc appetibilitatem eſſentiæ, neceſſariò debemus priùs diſtingnere eſſe entis ab eodem ente; ergo non præcedit quodcunque opus rationis, ergo neque bonitas, quæ eſt realis paſſio entis, conſiſtere in appetibilitate eſſentiæ.

Reſpondetur, certè à parte rei, vt iam diximus, nulla eſt diſtinctio inter ens, & ſuum eſſe, ſeu inter eſſentiam, & habens eſſentiam,
B benè tamen poſſumus fingere aliquam diſtinctionem rationis, & concipere vnum ab altero diſtinctum; poſſumus enim concipere rem in ſuo eſſe, & habere ſuam eſſentiam, quod eſt concipere ad modum entis habentis ſuam eſſentiam in concreto, deinde ſuam eſſentiam in abſtracto, & quaſi ſeiunctam ab ipſo ente, & hanc deinde eſſe bonam, & appetibilem, & appeti ab ente, & hoc poteſt concipi in qualibet re ſimpliciſſima. Hinc

Ad primum negatur conſeqoentia, cùm enim dicimus ens tantum, diſtinctè concipimus eſſentiam, cùm addimus eſſentiam eſſe bonam, & appetibilem, intelligimus eſſentiam
C explicitè ſimul cum bonitate, quare prædicatum non erit omninò idem ſum ſubiecto, ideò neque prædicatio identica.

Ad ſecundum, & tertium licèt diſtinctio, qua ens diſtinguitor à ſuo eſſe, ſit diſtinctio rationis, tamen bonitas non eſt ens rationis, nec pendet aliquo modo ab intellectu. Diſtinctio ergo, & relatio illa ſecundùm dici ponitur non ad ponendam paſſionem in ente, ſed ad illam explicandam ſecundùm noſtrum modum imperfectum concipiendi. Ex his

Colligitur primò formalem rationem bonitatis tranſcendentalis conſiſtere in appetibilitate quam dicit ens erga ſeipſum, in eo videlicet
D quod facit vt idem ens ſit bonum & appetibile ſibi ipſi.

Entia rationis bona ſunt vt conceptus formales, non obiectiui.

Colligitur ſecundò entia rationis, vt ſunt conceptus obiectiui, nullo modo eſſe bona, aut appetibilia, quia ſunt impoſſibilia, vt verè ſunt conceptus formales eſſe bona tum bonitate tranſcendentali, quia verè ſunt actus intellectus, atque adeo entia realia, & bonitate in determinato genere; perficiunt enim intellectum vt qualitates quædam ſpirituales.

Nullum ens, qua ens reale, eſt malum.

Colligitur tertiò nullum ens reale, qua ens eſt, eſſe malum, quia omne ens, vt ens eſt, eſt bonum bonitate tranſcendentali, nec datur tranſcendentalis malitia, cum Deus ſit ens, &
E nullo modo malus, ideo tantùm bonitas, non malitia eſt paſſio entis realis.

Quæ malitia opponatur bonitati tranſcendentali.

Colligitur quartò tantùm illa malitia opponitur bonitati tranſcendentali, quæ negat ſeu priuat ens reale, & propriè dici poteſt paſſio non entis, ſeu entium impoſſibilium, ſicut bonitas eſt paſſio entium realium & poſſibilium.

Colligitur quintò malitiam, quæ opponitur bonitati tranſcendentali, non conſiſtere in aliquo poſitiuo, neque eſſe priuationem, ſed meram negationem eſſentiæ veræ, & realis. Quid autem ſit malum in determinato genere, quod reperitur in rebus, pertinet ad Theologos;

Nonc breuiter malum materialiter ſumptum in A determinato genere, ſeu res. quæ denominatur mala, eſt res, quæ caret perfectione ſibi debita; malum verò formaliter ſumptum, à quo res denominatur mala, non eſt mera negatio, ſed priuatio perfectionis debitæ in eſſe.

PARS QVINTA.

De paſſionibus complexis entis.

DIXIMVS præter proprietates entis ſimplices, & incomplexas dari etiam complexas, ſeu compoſitas: illæ ſunt quæ ſine coniunctione explicantur; hæ quæ non explicantur ſine coniunctiooe; ſuot autem idem, vel diuerſum: prius, vel poſterius: Actus vel poteotia: Ens reale, vel rationis, vniuerſale, vel ſingulare, quæ oionia de ente vt ſic prædicantur. Nos hic agemus tantùm de identitate, & diuerſitate; De ſiogulari enim egimus ſuprà cùm de vnitate, & principio indiuiduationis: De vniuerſali in Logicis, C vbi etiam de ente ratiooıs: De ente reali cùm de natura entis, & eius proprietatibus incomplexis: De ente, quod eſt per exiſtentiam in actu ſuprà cùm de modis eotis, vbi de exiſtentia; ſi verò nomine actus intelligatur forma, & nomine potentiæ materia prima, de vtraque latè egimus tum in primo tum in ſecundo Phyſic. quod ſi per ens io actu intelligant Deum, de eo egimus partim in Phyſicis cùm de primo motore, partim in lib. de cælo; quæ ſuperſunt, ad Theologos ſpectant, quorum etiam eſt explicare quid, aut quotuplex ſit potentia obiectiua, an hæc diſtinguatot ab obedientiali. Tantùm hîc agendum ſupereſt ad abſolutiſſimam D huius commentarij rationem de identitate, & diuerſitate. Vtrumque autem abſoluemus vnica diſputaoooe.

DISPVTATIO VNICA.

De identitate, diuerſitate, & diſtinctione.

SECTIO PRIMA.

Quid ſignificet idem, ſimile, & æquale: quid diſtinctum, differens, & diuerſum.

Scotus. DICENDVM *primò* cum Scoto identitatem aliam eſſe abſolutam, aliam relatiuam; abſoluta eſt, qua vna res dicitor eadem ſibi, & nullum dicit reſpectum ad aliud: relatiua eſt, qua res vna dicitur eadem alteri. Suarez. Alij vt Suarez diſput. 7. ſect. 3. idem abſolutum vocant idem negatiuum prout cootradiſtinguitur ab idem relatiuo, atque idem negatiuum eſſe idem quod non eſt ab aliquo diuerſum, idem relatiuè ſumptum eſſe id, quod dicit communicatiooem in entitate cum alio. Alij idem abſolutum vel negatiuum appellant idem fundamentaliter, quod eſt ante omnem operationem intellectus: idem relatiuum vocant idem formaliter, quod non eſt niſi cum opere intellectus concipientis diſtinctionem, & relationem inter fundamentum & terminũ, vt cùm conferimus idem ad ſeipſum.

Dicendum ſecundò, idem differt ab vno. Primò, quia idem dicit negationem diuiſionis ab alio, vnum dicit negationem diuiſionis ab ſe, vel ab eo, cum quo dicitur eſſe idem: ſecundò, quia idem ſignificat plura, connotando B vnitatem; Vnitas verò connotando diuiſionem: Tertiò, quia identitas in pluribus eſt prior conceptu quàm vnitas, in re verò ſimplici eſt prior vnitas, quàm identitas. Ratio à priori eſt, quia identitas ſequitur multitudinem, multitudo verò ſequitur vnitatem: Quartò identitas dicitur de pluribus ad inuicem collatis, ſiue ea in genere, ſiue in ſpecie conueniant, ſiue in numero, vt cùm dicimus vnum eſſe idem cum ſeipſo, ſiue in aliquo tertio; item identitas dicitur paſſio complexa, & alia dicitur identitas generica, alia ſpecifica, alia numerica. Vnitas verò tranſcendentalis conuenit enti ſecundùm C ſe ſumpto; ideo dicitur paſſio incomplexa. Et ex his colligitur io quo differant quintò vnitas, & identitas, quia identitas relatiua eſt vna ſecundùm quid, inuoluit enim plura, vnitas verò, quæ enti coouenit ſecundùm ſe, & coincidit cum identitate abſoluta, vel negatiua, vel fundamentali, dicitur vna ſimpliciter, inde eſt vt vnitas ſpecifica, vel generica, dicatur vnitas ſecundum quid; dicit enim identitatem relatiuam; vnitas verò indiuidualis, quæ dicit identitatem abſolutam, dicatur vnitas ſimpliciter.

Dicendum tertiò, identitatem eſſentialem eſſe paſſionem tranſcendentalem entis, atque adeo reperiri io quolibet prædicamento, & nihil aliud eſſe, quàm conuenientiam quamdam, quæ quidem conuenientia, ſi in ſubſtantiis reperitur, dicitur communiter identitas, ſi in qualitatibus, dicitur ſimilitudo, ſi in quantitate dicitur æqualitas. Ex quo patet, licèt hæc tria aliquo modo conueoiant, quia dicunt conuenientiam quamdam, & vnitatem ſecundùm quid, & omnia inuoluant relationem; differre tamen, primò ratione fundamenti, dum identitas tantùm reperitur in ſubſtantiis, æqualitas in magnitudine, ſimilitudo in qualitate, vt diximus: ſecundò ratione terminorum, quia æqualitas, & ſimilitudo requirunt terminos realiter diſtinctos, identitas minimè.

Dicendum quartò, identitati opponitur diſtinctio, ſeu diuerſitas; diſtincta autem, ſeu E diuerſa ſunt ea, quæ non ſunt idem. Diuerſitas, vel diſtinctio latè ſumpta diuidi ſolet in duo membra, & ex vocum penuria, in diuerſitatem, & differentiam. Diuerſa propriè & io rigore ſunt quæ ſeipſis totis differunt: differentia, quæ differunt per aliquod ſui ex Auer. in Epitome Auerroes. Metaph. cap. de differentia, hoc eſt diuerſa ſunt quæ in oulla ratione conueniunt; differentia verò reperitur inter ea, quæ in aliquo conueniuot, & in aliqua ratiuoe differuot. Quod ſi ea quæ differunt, conueniunt in aliqua natura communi, differentia illa dicitur diffe-

rentia propria; inde fit vt ea, quæ differunt poſſint eſſe eiuſdem generis, vel ſpecie, vel analogia; non tamen numero; & ea quæ ſunt idem numero non poſſunt aliqua ratione differre genere, vel ſpecie, vt docet Ariſt. 5. Metaph. 12. & 10. Metaph. 12. & 24. *Ariſtoteles.*

Adderem hic, licèt idem ſignificet diſtinctum & diuerſum, vt modò diximus, ſi tamen preſſiùs ſumantur, diſtinctio dicit tantùm negationem identitatis realis, & ſtare poteſt cum ſimilitudine, ſic partes in continuo diſtinctæ ſunt, & ſimiles, & duæ imagines Cæſaris ſimiles, & diſtinctæ: Diuerſitas verò inſuper præter negationem identitatis addit etiam negationem ſimilitudinis.

Dicendum quintò, identitatis duæ ſunt ſpecies: Alia eſt identitas per ſe, alia eſt identitas per accidens. Identitatis per ſe tres ſunt ſpecies, numerica, ſpecifica, & generica; identitas per ſe numerica eſt inter ea quæ habent eandem numero materiam, talis reperitur inter nomina ſynonyma, vt veſtis, & indumentum: Præterea inter ea, quæ habent eandem formalitatem, & exiſtentiam. Ita Ariſtot. 5. Metaph. 12. Identitas per accidens accidit primò cùm vnum alteri accidit vt album, ſecundò cùm duo accidunt, tertiò, vt dulcedo, & albedo lacti.

Dicendum ſexto, tot ſunt modi identitatis quot ſunt modi diſtinctionis, & diuerſitatis, ſeu diuiſionis. Ratio eſt, quia oppoſitorum eadem eſt ratio, & ideo ſicut datur diſtinctio realis, modalis, rationis ratiocinatæ, & rationis ratiocinantis, vt dicemus, ſic etiam datur quadruplex identitas realis modalis &c.

Dicendum ſeptimò, identitas per ſe non eſt realis relatio, ſiue ea ſit numerica, ſiue ſpecifica, ſiue generica contra quoſdam Thomiſtas, qui concedunt identitatem numericam eſſe relationem rationis; reliquas verò putant eſſe reales.

Probatur, identitas ſpecifica, & generica eſt quædam vnitas, quæ non eſt niſi per intellectum, ergo nequit eſſe relatio realis. An ſit relatio rationis, videtur quòd non, quia optimè poſſumus identitatem concipere ſaltem fundamentalem abſque aliquo reſpectu, vt diximus ſuprà.

Dicendum octauò, omne ens eſt idem, vel diuerſum ex Ariſtot 10. Metaph. cap. 5. idem autem ſibi, diuerſum à quolibet alio, ſiue illud aliud ſit in actu, vel in potentia, vel fictum, vel imaginarium. *Ariſtoteles.*

Obiectio. Suarez. *Obiicies* ex Suarez, homo, & animal non ſunt idem, neque ſunt diuerſa, ergo non omne ens eſt idem, vel diuerſum.

Reſpondetur eſſe diuerſa ſaltem vt negatiuè, vel priuatiuè oppoſita, quia non habent eandem differentiam vltimam; concedo tamen non eſſe oppoſita, vel diuerſa poſitiuè, non ergo dicitur omne ens eſt idem aut diuerſum, ſufficit ſi habeat diuerſitatem negatiuam.

Dicendum nonò, cum Ariſtot. 4. Metaph. quæcunque ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe; intelligendum autem hoc axioma ſic. Quæ ſunt eadem vni tertio ſunt eadem inter ſe, ſicut ſunt eadem in vno tertio, ac ſic explicatum axioma eſt vniuerſaliter verum etiam in diuinis; Pater enim & filius quia ſunt idem in eſſentia, ſunt eadem inter ſe in eſſentia.

Sectio II.

Quot ſint diſtinctionum genera.

Ingens in hac re ſectatorum varietas. *Prima ſententia eſt* Thomiſtarum dicentium diſtinctionum duo eſſe genera; alia realis; alia rationis, quia quot modis dicitur ens tot etiam diſtinctio, cùm hæc ſit eius paſſio; ens autem dicitur duobus modis, reale, & rationis, ergo etiam & diſtinctio; & ad hæc conantur reuocare omnia diſtinctionum genera, quæ alij multiplicant.

Secunda ſententia eſt Scoti in 1. diſtinct. 8. eiúſque ſectatorum ponentium eſſe ſeptem. *Scotus.* Prima eſt diſtinctio rationis, ſecunda dicitur diſtinctio ex natura rei, tertia formalis, quarta realis; quinta eſſentialis; ſexta, qua quædam dicuntur diſtingui ſe totis obiectiuè; ſeptima, qua quædam diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè. Has ſic explicant, diſtinctio rationis eſt cùm idem concipitur pluribus conceptibus diuerſo modo, vnum tamen conferendo cum alio, vt cùm dicimus Petrus eſt Petrus: diſtinctio ex natura rei reperitur inter ea quæ apta ſunt fundare plures conceptus contradictorios, ſic genus diſtinguitur à ſpeciebus, vt animal non eſt rationale, & homo eſt rationalis: totum à partibus, quia partes conſtituunt totum, totum non conſtituit partes. Eſſentia à perſonis diuinis, quia eſſentia eſt communicabilis, perſona non eſt communicabilis; definitio à definito &c. Diſtinctio formalis eſt inter ea quæ habent diuerſas definitiones, ſic actio, & paſſio, & omnia ſuperiora genera diſtinguuntur formaliter ab inferioribus, licèt non inferiora à ſuperioribus, & eſſentia diuina à relationibus, & attributis, & attributa inter ſe. Diſtinctio realis eſt inter rem, & rem, quæ habent diuerſas exiſtentias, ſeu ſubſiſtentias, quarum vna poteſt eſſe ſine altera. Diſtinctio eſſentialis eſt inter ea quæ habent diuerſas exiſtentias, & quidditates realiter diſtinctas. Differt diſtinctio eſſentialis à formali, & à reali, quia diſtinctio formalis requirit tantùm quidditates diuerſas, diſtinctio eſſentialis quidditates, & exiſtentias, diſtinctio verò realis requirit diuerſas exiſtentias, at non diuerſas naturas, ſic Petrus realiter à Paulo diſtinguitur; habent tamen ſimilem naturam. Diſtinctio, qua aliqua dicuntur diſtingui ſe totis obiectiuè, eſt inter ea, quæ nihil omnino habent commune, in quo quidditatiuè conueniant, vt ſunt vltimæ differentiæ. Diſtinctio, qua aliqua diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, eſt ſecundùm aliquos inter ea, quæ non conueniunt in vna aliqua natura contrahibili per veras differentias. Hæc Scotus in ſuis formalitatibus.

Tertia ſententia eſt Nominal. qui duo faciunt diſtinctionum genera, realis, & rationis ratiocinantis: negant verò diſtinctionem formalem, & rationis ratiocinatæ. Realis ergo eſt inter rem & rem; rationis cùm formamus diſtinctos conceptus de eadem re: illa quæ dicuntur diſtingui, diſtinguuntur tantùm per varia connotata ex vi noſtri intellectus, qui poteſt indiſtincta diſtinguere, & indiuiſa diuidere.

Quarta

Achillinus.

Quarta ſententia eſt Achillini tract. de diſtinct. cap. 19. qui admittit diſtinctionem realem, & rationis, negat tamen diſtinctionem ex natura rei Scotiſtarum, eámque vult coincidere cum diſtinctione rationis.

Fonſeca.

Quinta ſententia eſt Fonſ. & aliorum recentiorum, qui volunt quinque eſſe genera diſtinctionum, realis, modalis, formalis, rationis ratiocinatæ, & rationis ratiocinantis. Prima tria, imò etiam quartum eſſe ante opus intellectus, quintum non niſi poſt opus intellectus.

Vnica concluſio. Quatuor ſunt genera diſtinctionum, nempe alia eſt diſtinctio realis, alia modalis, alia rationis ratiocinatæ, alia rationis ratiocinantis, & non plures, nec pauciores.

Diſtinctio alia realis.

Diſtinctio realis eſt inter rem & rem, ſi eſt inter res poſitiuas habentes realem entitatem, dicitur diſtinctio realis poſitiua; ſi verò ſit inter rem, & negationem, tunc dicitur diſtinctio realis negatiua; quæ quidem diuiſio non oritur ex natura ipſius diſtinctionis, quæ ſemper in negatione conſiſtit, ſed potiùs ex parte extremorum, vt rectè Suarez diſp. 7. ſect. 1. quòd detur huiuſmodi diſtinctio patet ex ipſiſmet rebus, dantur enim à parte rei plures res, quarum vna non eſt alia, ergo datur realis diſtinctio.

Alia modalis.

Diſtinctio modalis eſt quæ reperitur inter rem, & modum, & dici ſolet ex natura rei, & ab aliis etiam formalis, quod non placet. quòd hæc detur, & ſit diuerſa à diſtinctione reali patet, quia à parte rei dantur entia realia, & quædam, quæ ſunt quid poſitiuum afficiens ipſas entitates reales, vt ſeſſio, figura, relatio, quæ quidem non verè ſunt res, vt ſunt ſubſtantiæ & accidentia, ſed potiùs modificatio earumdem: ergo diſtinctio inter res, & modos non eſt omnino realis, ergo modalis.

Alia rationis.

Diſtinctio rationis, ſi eſt cum fundamento aliquo à parte rei, vt cùm res non poteſt tota à nobis concipi vnico conceptu, ſed pluribus, tunc illa diſtinctio dicitur rationis ratiocinatæ, & ea quæ ſic diſtinguuntur, dicuntur diſtingui à nonnullis formaliter; ſi verò diſtinctio illa nullum in re habet fundamentum, ſed tantùm intellectus ſit cauſa illius, dicitur diſtinctio rationis ratiocinantis.

Diſtinctiones rationis ratiocinatæ, & ratiocinantis per quid differant.

Diſtinctio ergo rationis ratiocinantis in hoc differt à diſtinctione rationis ratiocinatæ, quia prior fit per reflexionem intellectus ſupra eumdem conceptum adæquatum rei, & fit ſolùm per quamdam comparationem vel repetitionem eiuſdem rei ad ſeipſam, vt cùm enunciamus, Petrus eſt Petrus, tunc Petrum ab ipſomet diſtinguimus. Diſtinctio verò rationis ratiocinatæ non fit per actum reflexum ſupra eumdem conceptum adæquatum, ſed fit per plures actus directos quibus primimus plures conceptus inadæquatos ob imperfectionem noſtri intellectus, vt totam rem adæquatè concipiamus, ſic in Deo concipimus diſtingui eſſentiam à perſonis, attributa ab eſſentia, & inter ſe: Dicitur autem hæc diſtinctio rationis, non quia fiat inter entia rationis, eſt enim inter vera entia realia, ſed quia intellectus eſt qui illam fingit.

Sectio III.

De diſtinctionum ſignis.

Separatio ſaltem poſſibilis neceſſariò arguit diſtinctionem realem.

DISTINCTIONIS realis ſigna hæc tradi ſolent. Primum quoties duo ſeparata exiſtunt, vel poſſunt exiſtere per aliquam potentiam, ea realiter diſtinguuntur: non tamen valet è contrà, vt ſæpe diximus, non enim omnia quæ non poſſunt ſeparata exiſtere non diſtinguuntur realiter, materia enim realiter à forma diſtinguitur creatura à Deo, fundamentum à termino, potentiæ ab anima, actus vitalis à potentiis, & tamen nec materia à forma, nec creatura à Deo, nec fundamentum à termino poſſunt ſeparari.

Item terminatio motuum diſtinctorum.

Secundum ſignum eſt. Ea quæ per ſe terminant diſtinctos motus, diſtinguuntur realiter. Ratio eſt, quia motus cùm per ſe terminatur ad rem aliquam, ſemper terminatur ad rem aliquam exiſtentem.

Tertium, quando vnum eſt producens, alterum productum: productum autem per veram productionem; ratio eſt, quia nihil producit ſeipſum. Cùm autem res fit per quamdam reſultantiam, non omnino realiter diſtinguitur, ſed tantùm modaliter.

Dices, vnde ergo coniicimus diſtinctionem realem inter materiam, & formam, inter animam, & potentias.

Reſpondetur. Certè difficile eſt, ſigna realis diſtinctionis aſſignare; dicimus tamen illa realiter diſtingui conſiderata ipſa rerum entitate, certum eſt enim & euidens materiam habere veram entitatem, ſic etiam creaturas; ſic inductione, & à pari de potentiis animæ.

Separabilitas non mutua arguit diſtinctionem modalem.

Diſtinctionis modalis ſignum communiter eſt tantùm vnum, nempe ſeparabilitas non mutua, vt cùm vnum extremum non poteſt remanere ſine alio, licèt hoc poſſit ſine illo; ſic quantitas poteſt eſſe ſine hac, vel illa figura, fundamentum ſine relatione, non tamen relatio ſine fundamento, aut figura ſine quantitate. Sed hoc ſignum licèt vniuerſaliter probet diſtinctionem ex natura rei, non tamen ſemper infert diſtinctionem modalem, vt diximus de materia, & accidentibus vitalibus, quæ nequeunt exiſtere ſeparata ab anima, & tamen realiter ab ea diſtinguuntur, non tamen modaliter.

Diſtinctionis rationis ratiocinantis ſignum eſt cùm per actum reflexum idem de eodem prædicamus per quamdam veluti comparationem eiuſdem ad ſeipſum, & ſubiecti replicationem loco prædicati, vt fit in prædicatione identica, & ita vnico conceptu vtimur ac ſi eſſent plures conceptus.

Denique ſignum diſtinctionis rationis ratiocinatæ, vt à diſtinctione rationis ratiocinantis contradiſtinguitur, eſt formalis diuerſitas in conceptibus obiectiuis, in quo differt à diſtinctione rationis ratiocinantis, in qua eſt idem omnino conceptus obiectiuus, licèt duplex formalis: vt verò opponitur diſtinctioni reali, illius ſignum eſt quoties nullum adeſt ex ſignis realis diſtinctionis, quæ ſuprà enumerauimus.

Colligitur ex his quonam pacto totum phyſicum, de quo eſt præcipua quæſtio, à ſuis partibus ſimul ſumptis diſtinguatur: Excidit

hæc quæſtio è manibus eius, locus eſt vel in phyſicis, vel in lib. de gener. Interea

Scotus, Heruæus, Fonſeca. Putat Scot. 8. Metaph. quæſt. 4. & 3. ſent diſt. 2. quæſt. 2. Heto. quodlib. 2. quæſt. 4. Fonſ. 7. Metaph cap. 17. quæſt. vltima, Totum diſtingui realiter à partibus ſimul ſumptis.

D. Thom. D. Th. & recentiores communiter diſtingui tantùm ratione, quod omnino verius, & probabilius puto.

Totum Phyſicum ratione tantùm diſtinguitur à partibus ſimul ſumptis.

Ratio potiſſima eſt, quæ colligitur 'ex modo diſtinctionis; Diſtinctio realis non eſt niſi inter rem & rem, at totum non eſt res diſtincta à partibus ſimul ſumptis, ergo diſtinctio non eſt realis.

Confirmatur, ſi auferas à toto entitatem partium ſimul ſumptarum, nulla remanet alia entitas.

Secundò, per quid totum diſtinguitur à ſuis partibus? non per quid reale, quia id non apparet, ergo nec realiter diſtinguetur.

Dices per vnionem.

Contrà, quia iam hæc vnio eſt in ipſiſmet partibus vnitis. vel

Si dices diſtingui ſe totis, in nulla ergo re conueniunt, at hoc eſt falſum, quia totum reuera includit partes, vt rectè communiter argumentari ſolent.

Denique, vel illa entitas totius, quæ realiter ab ipſis partibus ſimul ſumptis diſtinguitur, vnitur ipſis partibus, ita vt vnum cum illis efficiat, & non, quia daretur proceſſus in infinitum; ſi non efficit vnum, hoc ipſum magis implicat.

Obiicies, Totum terminatur diſtincto motu ab eo, quo terminatur forma, ergo realiter diſtinguitur; hoc enim eſt ſignum diſtinctionis realis. Antecedens patet ex iis, quæ diximus in 2. Phyſ. cùm de Eductione. Obiectio.

Reſpondetur, argumentum nihil probare niſi totum realiter diſtingui à partibus ſeorſim ſumptis, non verò ſimul ſumptis, quod vltro nos concedimus.

Et hæc in libros Metaphyſicorum dixiſſe ſufficiat.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

A

Abſolutum.

ABSOLVTVM quid ſit, 76.a 1.

Abſtractio.

Abſtractio quid ſit & quotuplex, 55. c. 2 an ſit conditio requiſita ad vniuerſale, 51. c. 2

Accidens.

Accidens quid ſit & quotuplex, 51. b. 1. quotuplici modo accipi poſſit, 52 b. 2. quodnam accidens intelligat Porphyrius in ſua definitione, *ibid.* c. d. 2. qua ratione omne accidens commuoe poſſit adeſſe & abeſſe ſine ſubiecti corruptione, & quænam ſit iſta corruptio, 53. a b 1. quænam ſeparatio intelligatur per abeſſe, *ibid.* c. 1. illius inhærentia aptitudinalis in ſubiecto, 53 b. 2. quomodo conſtituat quintum prædicabile, *ibid.* c. 2. quomodo præſcindat à ſuis inferioribus, 54. d. 1. in quo differat à ſubſtantia, 55. d. 2. quotuplici modo conſiderari poſſit, 61. b. 2. quomodo attingat productionem ſubſtantiæ, 295. a. 2. quænam proportio illius ad ſubſtantiam, *ibid.* c. 2. an poſſit in ſubſtantiam agere cùm ſit materiale, 296. a. 1. qua virtute agat, *ibid.* b. 1 & 298. a. 1. an agat cum auxilio alicuius ſubſtantialis influxus, 296. a. 2. an aliquid recipiat à ſubſtantia in productione ſubſtantiæ, quod ſit à ſe diſtinctum, 297. d. 1. quomodo poſſit attingere ſubſtantiam ſe nobiliorem, *ibid.* d 2. qua virtute corrumpat ſubſtantiam, 298. c. 2. quomodo producat ſubſtantiam, *ibid.* c. 2. accidens qua virtute producat accidens, 299. d. 2. agens principale reſpectu accidentis quotuplex, *ibid.* c. 2. quotuplici modo conſideretur, *ibid.* quomodo cùm producit accidens, poſſit illud producere virtute propria, 300. b. 1 an ſit perfectius ſubſtantiâ in ratione operandi, *ibid.* a. 2. quomodo ad nouem prædicamenta deſcendat, 459. b. 2

Accidens variè diuiditur, 466. c. 2. an dependentia actualis à ſubiecto ſit de eius eſſentia, *ibid.* & ſeq. quænam accidentia non dependeant eſſentialiter ab actuali exiſtentia ſubiecti, 467. a. 2. quomodo ab ea dependeant, *ibid.* d. 1. ad quid dicant eſſentialem ordinem, *ibid.* c. 1. quomodo conueniat inhærentia vero accidenti, 467. a. 2

Accidentia multa ſolo numero differentia quomodo in eodem ſubiecto poſſint eſſe, 83. b. 1 quænam nullo modo ſint in loco, 270. c. 2. 271. a. 1. ad quid ſint media, 160. d. 1. quænam conueniant corpori, 274. b. 1. an in eis ſit vera actio ſubſtantialis ad ſubſtantiam producendam, 289. c. 2. à quo poſſint penetrari, 251. d. 1. an ſint ſufficientia principia productiua ſubſtantiæ, 293. b. 2

Accidentia agere in virtute ſubſtantiæ quid ſit, 297. c. 1. quænam producant ſubſtantiam, 299. c. 1. quæ ſunt in cælo an ſint eiuſdem rationis cum ſublunaribus, 368. a. 2. quomodo poſſint cognoſci ab intellectu, 441. b. c. 1. *& ſeq.* per quid indiuiduentur, 463. c. 2

Accretio.

Accretio quomodo fiat, 402. d. 1. quid ſit, *ibid.* b. 2 quid ſit formaliter, *ib.* c. 2. in quo conſiſtat, 403. a. 1. quid dicat materialiter, *ibid.* d. 1. quomodo dicatur generatio, *ibid.* c. 1. quot modis conſiderari poſſit, 403. d. 2. phyſicè ſpectata quid ſit, *ibid.* c. 2. ſi ſpectetur ſecundùm noſtrum concipiendi modum, quid ſit, 404. c. 1. quomodo viuens maneat idem ante & poſt accretionem, 405. b. 1 quot ſint illius conditiones, *ibid.* an in ea acquiratur noua quantitas, 407. a. 1. an ſit mutatio ſucceſſiua, an inſtantanea, *ibid.* c. 1. an ſit continua, *ibid.* a. 2

Accretio ſeu augmentatio quomodo fiat per intuſſuſceptionem & non per iuxtapoſitionem, 407. c. 2. In quo differat accretio viuentium ab accretione non viuentium, 408. b. 1. quænam ſint partes accretioni deſeruientes, *ibid.* b. 2. illius principium inſtrumentarium quodnam ſit, *ibid.* d. 2. illius termini, 411

Actio.

Actio vnde propriè dicatur & vnde effectio, 7. b. 2

Actio vt mutatio eſt, an concipi poſſit abſque agente, 138. c. 1

Actio immediata cur negetur ſubſtantiis, 295. c. 1. an debeat inhærere vt actio vel vt paſſio, 223. c. 2

Actio & motus quomodo terminum reſpiciant, 76. c. 1

Actio quælibet naturalis quid contineat, 201. d. 2. an ſit cauſalitas efficientis, 202. b. 1. quid ſit, 224. quibuſnam rebus illius denominatio conueniat, *ibid.* b. 1. quomodo differat ab agente, *ibid.* c. 2. cur omnis actio naturalis inuoluat neceſſariò ſubiectum, 225. c. 2. Creatio actiua an poſſit dici actio, *ibid.* d. 2. an diſtinguatur formaliter à paſſione & motu, 226. c. 2. quid dicat ſupra motum, *ibid.* d. 2. an poſſit eſſe inter ea, quæ ſunt ſimilia

in qualitate & gradu, 312. a. 2. alia vniuoca, alia æquiuoca, 315. c. 1. alia cum victoria, alia non, 311. d. 1

Actio productiua an ſit eadem ac conſeruatiua, 202. b. 2. an ſit duplex in rerum productione & conſeruatione, 203 c. 1

Actiones ſunt ſuppoſitorum, an ſint etiam paſſiones ſuppoſitorum, 130. b. 2

Actus.

Actus quotuplex, & quid quiſque ſit, 218. a. 2. *& ſeq*

Actus quo formatur ens rationis qualis ſit, 18. a. 1. an ſint plures in diſcurſu, 89 b. 1

Actus phyſicus & metaphyſicus, 149. c 1

Actus metaphyſicus in quotuplici ſit differentia, *ibidem* a. 2. quinam opponatur potentialitati materiæ, 150. c. 2

Actus materiæ iam organizatæ quis ſit, 146. b 2

Actus entitatiuus materiæ in qua ſpecie eam conſtituat, 150. c. 2

Actus an ſint perfectiores ſuis potentiis, 300. d. 1

Actus immediatè diſtinguuntur per obiecta, 395. c. 2

Actus omnes circa quid ſint, 437. c. 2

Actus & obiecta per quæ diſtinguantur potentiæ, qualia debeant eſſe, 396. d. 1. quinam intercedant in actione propter finem, 212. d. 1

Adeps.

Adeps quid ſit, 388. c. 1

Æquale.

Æquale quid ſignificet, 479. c. 1. *& ſequent.*

Æquale & inæquale cuiuſnam ſint proprium, 72. a. 2

Æquiuocum.

Æquiuocum æquiuocans & æquiuocatum, 58. a. 1

Æquiuoca quænam ita dicantur, 57. a. 1. quid ſint, *ibid.* c. 2. nomen illud *æquiuocum* quid requirat vt ita dicatur, 58. b. 1. quomodo poſſint eſſe vniuoca, *ibid.* a. 2

Æquiuoca primæ intentionis & æquiuoca ſecundæ intentionis, 58. b. 2. quænam ſint verè æquiuoca, & an poſſint dici analoga & vniuoca, *ibid.* c. 2

Aër.

Aër perſeuerante lumine an pariatur & mutetur, 226. d. 1. an detur calidiſſimus circa orbem lunæ, 342. b 2. cur non indigeat alimento, *ibid.* c. 2. cur non videatur, & cur non calefaciat, *ibid.* an poſſit eſſe viuentis alimentum, 409. d. 2. an fiat magis lucidus per reflexionem, 316. c. 1

Aëris calor qua ratione humidus, 340. a. 2. illius humiditas quare non extinguat ignem, *ibid.* b. 2

Æſtimatiua.

Æſtimatiua quid ſit, 428. c. 1

Æternitas.

Æternitas quid ſit & cui tribuatur, 279. a. 2. 284. a. 2. an in ſua formali ratione dicat reſpectum aliquem rationis, *ibid.* c. 2

Æternitati quale tempus correſpondeat, 348. a. 1

Æuum.

Æuum quid ſit & cui tribuatur, 279. a. 2. 284. a. 2. an careat præterito & futuro, 284. b. 1

Agens.

Agens & finis quænam ſint principia, 138 d. 1. agens in quid influat magis, *ibid.* in quo intimius includatur, *ibid.*

Agens materiale qualem debeat habere terminum, 198. a. 2

Agens inter & patiens an ſit diſſimilitudo, 312. d. 1

Agens an intra ſuam ſphæram actiuitatis poſſit agere immediatè, 318 c. 2. *& ſeq.*

Agens impediens vacuum quodnam ſit, 275. d. 2. an neceſſariò debeat præcedere effectum, 289 c. 2

Agens principale reſpectu accidentis quotuplex, 299. c. 2. ſi ſit contiguum paſſo an poſſit in ipſum æqualem intenſionem producere, ſi ſint eiuſdem magnitudinis, 314. c. 1. an poſſit in ſola ſuperficie paſſi contigua producere qualitatem omnino ſimilem, *ibid.* b. 2. quot in caſibus poſſit producere in paſſo qualitatem ſibi omnino ſimilem, *ibid.* d. 2. an agat vniformiter difformiter creſcente denſitate, 315. a. 1. Agentia virtualia an producant qualitatem, quam continent, 315. c. 2. Agens vniuocum an poſſit agere in ſeipſum, 316. a. 1. in quo & quando repati poſſit à paſſo, 310. a. 2. agens fortius trahit hominem, debilius verò eum conſeruat in eius ſtatu, 321. c. 2. an poſſit agere in diſtans ſine medio, 327. c. 1. an poſſit ſaltem per abſolutam Dei potentiam, 328. b. 2

Agentis cauſalitas quæ ſit & an ſit actio, 201. c. 2. quænam ad illam requirantur, 202. b. 2

Agentia libera an ſemper faciant quod eſt optimum, 346. c. 2

Agricola.

Agricola quid cenſeat de logica, 9 c. 1. quid de illius obiecto, 24. c. 1

Albedo.

Albedo nedum recipitur à ſubiecto ſed conſeruatur, 163. c. 2

Alexander.

Alexander quid cenſeat de logica, 4. d. 1. quid de illius obiectu, 24. c. 2

Alimentum.

Alimentum ſecundùm quid poſſit pertinere ad diuerſas potentias animæ vegetatiuæ, 409. c. 2. quid ad illud requiratur, *ibid.* an elementum præciſè ſumptum poſſit eſſe viuentis alimentum, *ibid.* a. 2. quodnam miſtum ſit aptum viuentis alimentum, *ibid.* c. 2. quotuplici reſpectu poſſit conſiderari, 408. a. 1. quid ſit, 409. c. 1. an illius materia priùs vniatur materiæ corporis viuentis, quàm fiat nutritio, 408. d. 1.

Aliquid.

Aliquid eſſe à parte rei, & aliquid exiſtere, in quo differant, 151. c. 1

Alteratio.

Alteratio quid ſit & quotuplex, 300. d. c. 2. 301. a. 1. quotupliciter continua, 308. c. 2. an intenſiua ſit ſemper continua, 309. a. 1. quomodo fieri poſſit, *ibid.* b. c. 1. illius terminus quinam ſit, 311. c. 2

Ammonius.

Ammonius quid cenſeat de logica, 4. d. 1

Analogia.

Analogia quid ſit, 60. c. 1. 140. c. 1. ad analogiam attributionis quæ requirantur, *ibid.* c. 2

Analogia principij quænam ſit, 141. b. 2. quo reſpectu ſit duplex in accidente, 61. b. 2. analogia proportionis quæ & quotuplex, 62. b. 1. analogia proportionis vt cognoſcatur, quot dentur regulæ, 62. c. 1. quotuplex ſit, *ibid.* b. 2

Analogum.

Analogum omne illud nomen in ſecundis analogatis importet neceſſariò principium & formam intrinſecam, 61. c. 1

Analoga prout à purè æquiuocis diſtinguuntur, quotuplicia ſint, 60. b. 2. analoga attributionis ſint, *ibid.* c. 2. denominationis forma & cauſa, an ſint idem in analogis, 61. b. 1

Analoga verè analoga quæ, 62. b 1. quomodo participent rationem communem, *ibid.* d. 1

Analogata minùs principalia num participent neceſſariò formam intrinſecam, 61. c. 1

Analytici libri.

Analytici libri cur ita dicti, 88. b. 1

Angelus.

Angelus quomodo ſit in ſua ſphæra, 386. d. 1. an moueat cælum per virtutem aliquam impreſſam ſpiritatiuam & per impulſum, 374. a. 1. an mediatè per intellectum & voluntatem, *ibid.* c. 1. an immediatè per ſuam ſubſtantiam, *ibid.* c. 1. an immediatè per potentiam loco motiuam, *ibid.* d. 1. *vide* intelligentiæ. an poſſit facere vacuum, 276. c. 1. an poſſit in inſtanti acquirere terminum ad quem in propria ſphæra, 221. c. 2. an eodem inſtanti quo concipitur eſſe, poſſit amare & cognoſcere, 13. b. 1. an poſſit conficere ens rationis, 20. d. 1

Angeli quomodo cognoſcantur à viatoribus, 441. c. 2

Angeli & eorum motus an menſurentur tempore, 283. a. 1. an ſint ſpecies contentæ ſub obiecto phyſicè. 128. c. 1

Anima.

Anima quomodo definiatur ab Ariſtotele, 378. c. 2. 379. c. 2. an forma totalis ab anima diſtincta ſit in corpore admittenda, 380. c. 1. cur in qualibet corporis parte non videat, audiat &c. 382. a. 1. illius ſubiectum quodnam ſit, 383. d. 1. an ab illa informentur formæ partiales, 384. a. 1. quomodo exiſtat in corpore, *ibid.* a. 2. quomodo informet totum corpus, *ibid.* c. 2. quæ ſit illius præcipua ſedes in corpore, 385. c. 1. quomodo ſit in toto corpore, & an ſit indiuiſibilis, 385. a. b. 2. quomodo recipiatur in materia, 386. b. 1. quomodo diſtet à ſeipſa, *ibid.* a. 2. cùm præſcinditur manus an ſe contrahat, *ibid.* b. 2. an poſſit informare diſtinctas materias, *ibid.* c. 2. quomodo tota ſit in capite & extra caput, 376. d. 2. animæ diuiſibiles an ſint eiuſdem rationis in omnibus corporis partibus, 387. d. 1. an poſſit anima informare corpus ſimplex, *ibid.* b. 2. an corpus quod informat debeat habere partes continuas vel contiguas, 387. c. 2. an vna poſſit informare plura corpora ſimul, *ibid.* c. 2. animarum genera quot ſint, b. 2. an plures poſſint reperiri in eodem compoſito, 390. a. 2. in qua parte hominis ſit anima vegetatiua, in qua ſenſitiua, & in qua rationalis, *ibid.* b. 2. an tantùm vnica ſit in homine continens tres gradus vitæ, vegetatiuum, ſenſitiuum, & rationalem, 391. c. 2. an ſit principium ſuarum facultatum, 393. b. 2. quale ſit principium operationum vitalium, 397. a. 1. quales ſint illius facultates, *ibid.* b. 1. quomodo anima ſit cauſa potentiarum, 397. b. 2. an ab ea effectiuè dimanent potentiæ, *ibid.* c. 2

Anima vegetatiua quænam ſit, & quæ eius facultates, 399. a. 1

Anima ſenſitiua quid ſit, 414. d. 1. an ſit cauſa efficiens ſpecierum, 416. c. 2

Anima intellectiua ſeu rationalis quænam ſit, 429. d. 1. an ſit indiuiſibilis, *ibid.* b. 2. ſecundùm quoſnam gradus poſſit dici diuiſibilis, *ibid.* credere eam eſſe immortalem an ſit de fide, 429. d. 2. an lumine naturali cognoſci poſſit eam eſſe immortalem, *ibid.* an probabiliter eam eſſe immortalem defendi poſſit, 430. b. 1. quomodo ſit in loco, 271. a. 1. & quomodo à corpore ſeparata, *ibid.* a. 2. quare fiat ex nihilo, nec in materia dicatur exiſtere, 174. c. 1. quomodo dicatur natura, 184. d. 1. eſt actus materiæ iam organizatæ, 146. b. 2. qua ſenſu rationalis contineat vegetatiuam & ſenſitiuam, *ibid.* d. 2. an ſubſiſtat in corpore propriâ ſubſiſtentiâ, an ſubſiſtentiâ totius, 466. d. quomodo pro hoc ſtatu ſeipſam cognoſcat, 441. c. 2. & *ſeq.* quomodo cognoſcat ſuum intellectum, voluntatem, ſuos habitus & ſpecies intelligibiles, 442. b. 1

Animal.

Animal vt pars actualis an prædicetur vt genus in quid de ſpecie, 45. b. 2

Animalis partes quænam ſint animatæ, 388. b. 1

Animalia quæ generantur ex putri, an ſint eiuſdem ſpeciei cum iis, quæ generantur ex ſemine, 413. d. 2. quomodo ſint in loco, 271 b. 1

Animalia perfecta cur diuiſa ſtatim moriantur, 387. b. 1

Animalia bruta an perpetuò duratura, 355. b. 1.

Animatum.

Animatorum quot ſint genera, 389. d. 2. quot ſint eorum potentiæ, 390. b. 1

Antiperiſtaſis.

Antiperiſtaſis an detur, & quid ſit, 318. c. 2

Antiqui.

Antiquorum placita de mundi creatione, 354. d. 2.

Appetitus.

Appetitus in quo differat à potentia, ordine, & aptitudine, 158. b. 1. quotuplex ſit, *ibid.* c. 1

Appetitus ad formam an ſit materiæ proprietas, 171. d. 2

Appetitus nullus niſi ad bonum, 372. b. 2

Appetitus quotuplex, 444. c. 2. an ſenſitiuus diſtinguatur à naturali & innato, 445. a. 1. iraſcibilis quo ſenſu diſtinguatur à concupiſcibili, *ibid.* c. 1

Applicatio.

Applicatio quomodo ſit eadem à cauſa prima & ſecunda, 208. c. 1

Applicatio cauſæ ſecundæ ad agendum quid ſit, 208. c. 2

Aptitudo.

Aptitudo quid ſit, & quotuplex, 35. b. 2

Aptitudo phyſica naturæ ad eſſendum in multis conuenit naturæ per non repugnantiam poſitiuam & realem, 35. c. 2

hæc Aptitudo in natura vnde proueniat, 37. a. 2

Aptitudo Logica quid ſit, 37. b. 2. quomodo conueniat naturæ, *ibid.*

Aptitudo & ineptitudo cuinam conueniant, 84. a. 2

Aptitudo, in quo differat ab ordine, potentia & appetitu, 158. b. 1

Argumentatio.

Argumentatio num ſit obiectum Logicæ, 26. c. 1

Aqua.

Aqua calida per quid infrigidetur, 315. c. 2

Aqua & aurum, & aqua & cinis an penetrentur ad inuicem, 272. a. 1

Ariſtoteles.

Ariſtoteles quid cenſuerit de Deo vt auctore vniuerſi, & de creatione, 352. d. 1. illius doctrina de natura, 189. c. 1. eius mens de Deo & intelligentiis, 66. c. 2

Ars.

Ars quomodo ordinetur ad ſapientiam, 10. d. 2. & quid differat à ſcientia, 26. a. 2

Ars vetus & noua, 3. a. 1. quid ſit, *ibid.* c. 2 an poſſit opera naturæ efficere, 188. a. 1 an poſſit efficere aliquid quod non poſſit effici à natura. *ibid.* b. 1. an poſſit efficere aliquid realiter diſtinctum à ſua materia, *ibid.* c. 1

Artis & naturæ diſcrimen, 189. a. 1

Artes quæ non relinquunt opus poſt ſe, quid habeant pro materia, 27. c. 2

Aſſenſus.

Aſſenſus principiorum, an ſit alterius generis, ac aſſenſus concluſionum, 125. c. 2

Attributa.

Attributa entis an ſint aliquid reale, vel fictum, 468. d. 2

Auditus.

Auditus in quo conſiſtat, 424. c. 2

Auerroes.

Auerroes quid cenſeat de Logica, 4. d. 1. quid de illius obiecto, 24. d. 1

Augmentatio.

Augmentatio quomodo fiat, 402. d. 1. quid ſit, *ibid.* b. 2. quid ſit formaliter, *ibid.* c. 2. *vide* Accretio.

Auicenna.

Auicenna quid cenſeat de Logicæ obiecto. 24. a. 2. quid de relatione, 74. c. 2

Aurum.

Aurum & aqua quomodo penetrentur ad inuicem, 272. a. 1

Author.

Author ſectæ Nominalium quis fuerit, 24. b. 1

Axioma.

Axioma, *propter quod vnumquodque tale & illud magis*, explicatur, 105. c. 1. *& ſeq.* quomodo intelligendum vt ſit verum vniuerſaliter, 106. b. 2

Axioma, *actus & potentia ſunt in eodem prædicamento*, non eſt verum vniuerſaliter, nec Ariſtotelicum, 161. c. 2

B

Beatus.

BEATVS an poſſit conficere ens rationis, 20. d. 1.

Bilis.

Bilis atra & flaua, quid ſit, 388. d. 1

Boëtius.

Boëtius quid cenſeat de Logica, 4. d. 1

Bonitas.

Bonitas quotuplex, 476. c. 2. 477. b. 1

Bonitas entis an tantùm ſit ratio conuenientiæ, cum aliquo diſtincto, 477. a. 2. bonitas formalis in quo conſiſtat, *ibid.* c. 2. bonitas tranſcendentalis entis an faciat vt ens ſit bonum & appetibile alteri à ſe realiter vel ex natura rei diſtincto, 478. b. 1. an faciat vt ens ſit bonum & appetibile ſibi ipſi, *ibid.* quænam illi opponatur malitia, *ibid.* c. 2

Bonitatis tranſcendentalis formalis ratio in quo conſiſtat, 475. c. 2. & ſeq.

Bonum.

Bonum vtile an poſſit habere rationem finis, 212. b. 1. quot modis vſurpetur, 475. b. 2. quid ſit, 477. c. 2. an omne bonum ſit appetibile alicui ſaltem diſtincto ratione, *ibid.* d. 2. ens rationis quomodo bonum, 478. d. 2

Brutum.

Bruta & agentia naturalia an agant propter finem, 212. d. 2

C

Cælum.

CÆLVM an ſit corpus ſimplex ab elementis diſtinctum, an vnum ex iis, vel quid miſtum ex omnibus, 355. c. 2. *& ſeq.* 356. a. d. 1. an eadem habeat accidentia cum miſtis, *ibid.* d. 1. an ſit corpus heterogeneum, *ibid.* c. 1. illius particulæ quomodo remanſuræ in medio aëris, 356. c. 2. illius motus qualis ſit, *ibid.* c. 2. an ita ſit corpus ſimplex vt careat omni compoſitione ſubſtantiali & phyſica, 357. d. 1. quale ſit compoſitum, 357. c. 2. an habeat materiam, quæ ſit eiuſdem rationis cum materia ſublunari, 359. b. 1. cur in eo materia diuerſa, 360. a. 2. quænam incorruptibilitas ei ſufficiat, *ibid.* c. 2. an illius materia ſit diuerſa à materia inferiorum, *ibid.* c. 2. an cælorum materia inter ſe differat, 361. b. 1. b. 2. quo ſenſu cælum ſit ingenerabile, 362. c. 1. an ſit animatum, *ibid.* c. 2. 363. a. b. 1. quo ſenſu dicatur animalibus diuinius, *ibid.* d. 1. quali tactu ſe tangant cæli, *ibid.* b. 2. quomodo intelligentia ſit illius forma, 363. d. 2. cælorum omnium formæ an ſint eiuſdem ſpeciei, 364. b. 1. quænam accidentia ſint in cælo, 364. b. d. 2. an cælum ſit corpus ſolidum & mobile, 365. b. 2. quomodo vnum rapiatur ab altero, 366. b. 1. an cælum ſit rotundum, *ibid.* c. 1. an in eo ſit lumen & quale, *ibid.* c. 1. & 2 b. 2. cur non luceat per lumen receptum, *ibid.* c. 2. an in eo ſint colores, 367. b. 2. an in cælo ſint differentiæ poſitionum, 367. d. 2. an ſit incorruptibile, & quomodo, 368. d. 2. *& ſeq.* quonam reſpectu ſit ſimpliciter incorruptibile, 369. d. 1. cæli an corrumpantur ab agentibus, 369. a. 2. an cæli motus ſit naturalis ex parte intelligentiæ, 373. c. 2. qua virtute moueatur ab intel-

Digitized by Google

ligentia, *ibid.* d. 2. cælum primum mobile à quo moueatur, 375. c. 1. an cælum agat in hæc inferiora, *ibid.* b. 2. an ita ſit cauſa vniuerſalis vt concurrat in omnes actiones, *ibid.* c. 2. illius motu ceſſante, an ceſſent illico omnes illius operationes, 376. a. 1. per quæ cælum agat in inferiora hæc, an per motum, 376. d. 1. an per lumen, *ibid.* b. 2. an per occultas qualitates & influentias, 377. b. 1. an cælo tanta vis ſit concedenda, vt in omnes & ſingulas actiones concurrat, 377. b. 2. quonam modo ſit incorruptibile, 369. c. 2. an illius reſiſtentia reddat illud incorruptibile formaliter, & per ſe, 370. d. 1. per quid ſit incorruptibile, *ibid.* c. 2 cur ſimpliciter incorruptibile, 371. a. 1. an illius motus ſit effectiuè à principio intrinſeco, *ibid.* d. 1. an moueatur à propria forma, an ab aliqua qualitate materiali ſuperaddita, 372. a. 1. à quo moueatur, *ibid.* c. 1. an cæli motus ſit naturalis ex parte cæli, 370. a. 2. quot in eo poſſint eſſe intrinſeca, 372. c. 2. cælum quomodo nobiliſſimum omnium inferiorum, *ibid.* c. 1. an poſt diem Iudicij quieſcet propriè, 373. d. 1. an motus ei ſit naturalis ex parte formæ, vel etiam materiæ, *ibid.* c. 1. an æternum quia incorruptibile, 347. a. 1. in quonam ſitu quieſcet, 355. d. 1

Cæli & elementorum motus vnde differant eſſentialiter, 235. c. 2. quomodo ſint in luco, 271. d. 1

Caietanus.

Caietanus quid cenſeat de relatione, 16. c. 2

Calidum.

Calidum quomodo fiat magis nullo facto in materia calido, 303. a. 1

Calor.

Calor quomodo in eodem ſubiecto cum frigore, 311. b. 1. ſi ſit maximè actiuus, ſit etiam maximè reſiſtitiuus, 326. c. 1

Calor & ſapor qua ratione ſint obiectum formale diuerſum, 395. d. 2

Calor obſeſſus quandonam per antiperiſtaſin roboretur, tum ab intrinſeco, tum ab extrinſeco, 314. c. 1. quomodo Concauſa nutritionis, 298. a. 2

Calor naturalis quinam ſit, 408. c. 2. quandonam augeatur, 409. a. 1. per quid congreget, 338. a. 1. quomodo agat in humidum cùm ei non ſit contrarius, 338. c. 2

Calor aëris qua ratione humidus, 340 a. 2

Caloris fluxus an implicet in vacuo ſine ſubiecto, 219. c. 1

Caloris naturalis præcipuum obiectum, 409. b. 1

Candela.

Candelæ duæ ſi apponantur in medio an producetur intenſius lumen, 313. c. 2

Capillus.

Capilli an ſint animati, & qualem habeant formam, 389. b. 1

Capreolus.

Capreolus quid cenſeat de Logica, 9. c. 1

Caput.

Capita ad quæ reducuntur entia, 270. c. 2

Caro.

Caro quomodo differat à cerebro, oſſe, & corde, 382. d. 2

Caſus.

Caſus in quo differat à fortuna, ecquid ſignificet, 216. d. c. 1

Categoria.

Categoria quid ſit, & quot reperiantur in ea, 47. c. 2

Categoria & Categorema in quo differant à prædicamento & prædicato, 57. c. 1

Categoriæ in quot partes diuidantur ab Ariſtotele, 37. d. 1

Cauſa.

Cauſa & forma denominationis an ſint idem in analogia, 61. b. 1

Cauſa materialis vniuerſalis proxima quænam ſit, & quæ remota, 42. b 1. quæ verò finalis, *ibid.* a. 2. quæ efficiens, 38. c. 2

Cauſa in cognoſcendo quid ſit, 107. d. 2

Cauſa remota quænam ſit ita dicenda, 112. d. 2. 113. c. 1. quot modis ſumatur, *ibid.*

Cauſa immediata ſimpliciter vt cognoſcatur quotuplex dari poſſit ſignum, 113. a. 1

Cauſa, principium & elementum in quo differant, 134. d. 2

Cauſa quid ſit, 190. a. 1. an cauſa in actu ſit propriè cauſa, 189. c. 2. illius variæ definitiones reiectæ, *ibid.* Conceptus communis in cauſis, *ibid.* b. 2. quot modis dicatur, 190. b. 2. cauſarum genera quot, *ibid* c. 2. quomodo idem poſſit eſſe cauſa formalis & finalis, 191. c. 2. materia quomodo ſit cauſa, 192. an cauſa quoad eſſe cauſans diſtinguatur per cauſalitates, an quoad eſſe cauſatiuum, 197. b. 1. intellectus eſt cauſa materialis & efficiens, & materia reſpectu quantitatis, 197 c 1

Cauſa efficiens quid ſit, 200. c. 2. quomodo definiatur, *ibid.* c. 2. cauſæ ſecundæ quo ſenſu dicantur primæ, 201. c. 1. cauſa conſeruans an reducatur ad efficientem, 202. b. 2. 203. a. 1. cauſa inſtrumentalis an reducatur ad genus cauſæ efficientis, 204. b. 1

Cauſæ primæ an concurrant cum ſecundis, 206. an ſit de fide cauſas ſecundas indigere immediato concurſu Dei, *ibid.* c. 1. an indigeant continuo concurſu, *ibid.* d. 1. an Deus & creatura poſſint eſſe cauſæ totales reſpectu vnius actionis, 207. a. 1. quotuplex vnio cauſarum in ordine ad effectus, *ibid.* b. 1. quomodo ſit eadem applicatio à cauſa prima & ſecunda, 208. c. 1. an finis ſit cauſa, 209. a. 2. quinam ſint effectus cauſæ finalis, 212. d. 1. an plures numero cauſæ totales eiuſdem generis & ordinis ſimul concurrentes, eundem numero effectum poſſint producere, 213. a. 1. an idem numero effectus totalis à duplici cauſa totali poſſit eſſe. 214. d. 2. an idem numero effectus poſſit eſſe à pluribus cauſis totalibus ſucceſſiuè, 215. a. 1. an cauſæ ſint ſibi inuicem cauſæ, *ibid.* c. 1. an efficiens poſſit eſſe cauſa formæ, *ibid.* b. 2. & materiæ, *ibid.* c. materia & forma quomodo inuicem cauſæ, 215. c. 2. cauſæ per accidens quænam ſint, 216. quot ſint, *ibid.* quæ prioritas cauſæ ad effectum, 216. d. 2. cauſa in actu quomodo debeat eſſe cum effectu in actu, & cauſa in potentia quomodo non ſemper ſit ſimul cum effectu, *ibid.* d. 2. quomodo cauſa effecto nobilior, 217. a. 1. quid dicendum ex Ariſtotele, de vniuerſitate vel particularitate cauſarum, *ibid.* b. 1. quæ cauſæ intrinſecæ eſſentiales compoſito, *ibid.* c. 2

Cauſa in eſſendo quid ſit & quotuplex, 107. d. 2

Cauſa efficiens vniuerſalis, 38. c. 2
Canſa efficiens vniuerſi quænam ſit, 344. b. 1
Cauſa efficieos ſoni quæ ſit, 425. d. 1
Cauſa efficiens miſtionis, 331. b. 1
Cauſæ omnes io quotuplici ſiot differentia, 107. d. 2
Cauſæ ex quibus debet eoſtare demonſtratio io rigore, quales debaant eſſe, 108. a. 1
Cauſæ phyſicæ quotuplices, 17. b. 2. & quot Metaphyſicæ, ibid.
Cauſæ actiuæ quotoplices, 292. d. 1
Cauſæ ſecundæ cur veræ ſiot cauſæ, 292. b c. 1
Cauſæ entis rationis quotuplices, 17.
Cauſarum geous quotuplex, 17. b. 2

Cauſal tas.

Cauſalitas quid ſit, 191. e. 1. quænam ſit materia, 193 a. 1
Cauſalitas agentis quænam ſit, & an ſit actio, 201. e. a. quænam ſit efficientis, 202. b. 1. quid requirat, ibid. b. 2
Cauſalitas ideæ an pertineat ad cauſam efficientem, 205. a. 2. cauſalitas finis, 210. quas requirat conditiones 211. c. 1. quænam res poſſint illam exercere, ibid b. 2
Cauſalitas materiæ an ſit voio, vel concurſus ſui ipſius in ratione ſubiecti & potentiæ, 194. b. 1. an reſpectu vnionis & generationis ſit generatio ipſa, ibid. e. 1. cauſalitas formæ quænam ſit, 195. d. 1

Cerebrum.

Cerebrum an differat ab alus partibus corporis, 381. d. 2

Certitudo.

Certitudo & euidentia an ſint de eſſentia ſcientiæ, 117. a. 2. quid ſit ex D. Thoma, & quotuplex, ibid. e. 2

Charitas.

Charitas cum quibus habitibus fuerit collata ab Apoſtolo, 446. e. 1

Chriſtus.

Chriſtus quomodo ſit in hoſtia, 273. e. 1. e a. quomodo poſſit extendi in duplici hoſtia, 274. a. 1. illius vnio quomodo ſit naturalis & quomodo ſupernaturalis, 198. b. 1. illius voluntas humana quomodo dicatur impeccabilis, 370. b. 2

Chylus.

Chylus quid ſit, & quid chymus. 388. c. 1

Circulus.

Circulus an detur, 113. e. 2
Circulatio an aliqua ſit aſſignantibus ab æterno, 347. e. 2

Cœlum, vide *cælum*.

Cognitio.

Cognitio duplex, 438. c. a. cognitio cooſuſa ſemper præcedit diſtinctam, ibid. d. a. quid ſit primò cognitum cognitione confuſa, ibid. c. 2. & ſeq quid ſit primò cognitum cognitione diſtincta, 439. d. 2
Cognitio principiorum quomodo generetur ex præcedenti ſenſuum cognitiooe, 95. e. 2. cognitio primorum principiorum per quid habeatur. 96. d. 1. cognitio diſcurſiua ſeu ſyllogiſtica vnde fiat, ibid. b. 1. quænam ſit ſcientia, ibid. e. 1. cogoitio præexiſtens quid ſit & quotuplex, 96. c. 2. quænam dicatur ſpeculatiua in rigore, & quænam practica, 9. b. 1. b. 2
Cognitio perfecta in quo conſiſtat, 19. c. 2
Cognitio per definitionem, an dici poſſit ſcientia, 117. d. 1. an Dei cognitio & intelligeotiarum, ibid. e. 1
Cognitio rerum naturalium an verè & propriè ſit ſcientia, 123. e. 1. quænam ſit coodino requiſita, vt voluntas in aliquid feratur, 211. d. 1
Coguitio rerum qualis ſit cauſa vniuerſalis, 42. a. 2

Color.

Color quomodo defioiatur ab Ariſtotele, 424. d. 1. an ſit qualitas diuerſa à lumine, 422. b. 1. qualis ſit qualitas, 424. a. 1
Colores quot modis poſſint conſiderari, 421. c. 2. alij veri & reales, alij apparentes, 422. b. 1

Communicatio.

Communicatio ab æterno, an perfectiſſima, 346. c. 2

Compoſitum.

Compoſitum quot modis ſumi poſſit, 187. b. a. an ſit primarius effectus formæ ordine intentionis, 195. a. a. ao ſit nobilius forma, 178. b. 2
Compoſitum accidentale an ſit pars obiecti phyſici, 129. b. 2. quo ſenſu ſit ſpecies obiecti phyſici, 130. a. 1
Compoſitum totale ſubiectum quantitatis, 170. a. 2. quotuplicem habeat ſtatum, 162. b. 2. quot in eo ſpectanda, 163. d. 1
Compoſiti accideotalis principia, num quodammodo ſint principia compoſiti ſubſtaotialis, 130. e. 2
Compoſita in quid vltimo reſoluaotur, 150. a. 1

Conceptio, Conceptus.

Conceptio abſtractiua & negatiua in quo differant, 53. e. 1
Conceptus quotuplex ſit in paſſionibus, 457. c. 2
Conceptus obiectiuus entis, an ſit vniuocus vel analogus, 457. e. 2. & ſeq.
Conceptus obiectiuus & formalis per quid differant, 454. e. 1. an communis implicet, ibid. e. 2
Cooceptus communis in cauſis, 189. b. 2
Conceptus communis obiectiuus ao ſufficiat ad vniuocationem, 59. d. 2
Conceptus entis an poſſit dari qui ſit vnus, 453. c. 2. an obiectiuus ſit omoino vnus, & præciſus, 454. a. 2
Conceptus in ſubſtantia quotuplex poſſit eſſe, 455
Coneeptus formalis entis, an ſit vnus & præciſus ſecundùm rem & rationem, 455. e. a. ad quid comparari poſſit, 456. a. 1. quot modis ſumi poſſit, ibid. quo ſenſu ſit voius, 456. a. b. 1 quo ſenſu perfectè vnus, ibid. & quo non perfectè vnus, ibid. e. 1
Conceptus formalis eductionis, quid tantùm requirat, 175. a. 1

Concluſio.

Concluſio an neceſſaria ſequatur ex maiori de neceſſario & minori de ineſſe, 93. b. 1. quam ſequatur partem, ibid. d. 1. quandonam poſſit eſſe neceſſaria ſimpliciter, ibid. a. 2. cur neceſſaria inferatur à maiore propoſitiooe in prima figura, & non à minore, 93. e. a. an perpetuò ſequatur debiliorem partem, 94. a 1. quomodo dicatur diſcurſus complementum, 89. b. 2. ao ſit de eſſentia ſyllogiſmi, 91. c. a. illius neceſſitas vnde, 92 d. 1
Concluſionis naturalitas vel innaturalitas

penes quid ſit, 94. b. 2

Concurſus.

Concorſus cauſæ primæ cum ſecundis, 206. *& ſeq.* quotuplex ſit, *ibid.* b. a. an ſit per modum actionis, *ibid.* d. 2. Concurſus Dei cum cauſis ſecundis quid ſit, 208. a. 1

Conditio.

Conditiones requiſitæ ad primum modum dicendi per ſe, 109. a. a

Conditiones requiſitæ ad hoc vt materia ſit cauſans actu, 194. c. 2. 195. a. b. 2

Conditiones totalis obiecti quænam ſint, 127. b. a

Conditiones propoſitionis vniuerſalis quæ ſint, 111. d. 2

Conformitas.

Conformitas rei & intellectus in quo ſit, 475. d. 1

Connexio.

Connexio terminorum cuiuſnam ſit operationis, 86. d. 2

Connexio rerum naturalium explicatur, 434. a. 1

Conſecratio.

Conſecrationis terminus quid ſit, 382. c. 2

Conſequens.

Conſequens an poſſit eſſe neceſſarium licèt antecedens ſit contingens, 93. b. 2

Conſeruatio.

Conſeruatio qualis ſit actio, 351. a. 1. quomodo diſtinguatur à productione, 202. d. a

Conſeruare & facere an diſtinguantur, & quomodo conſeruari & fieri diſtinguantur, 203. c. 2

Conſtipatio.

Conſtipatio quid ſit, 412. b. a

Contactus.

Contactus quid ſit & quotuplex, 326. c. 2. 327. a. 1. an ſit neceſſarius ad omnem actionem phyſicam exercendam, *ibid.* c. 1

Continens.

Continentia quomodo ſint de eſſentia loci, 265. c. 2

Continuitas, continuum.

Continuitas quotuplex, 222. c. 1. quænam non ſit de eſſentia motus, *ibid.* a. b. a. quænam ſit de eſſentia motus, *ibid.* b. a

Continuum à quibuſdam integretur, 252. c. 1. an dentur in eo indiuiſibilia, 254. c. 2

Contrarietas. contrarium.

Contrarietas vera, eſſentialis & poſitiua à quo ſumatur, 239. c. a. an vera reperiatur inter ſpecies cuiuſcumque motus, 240. b. 1

Contrarietas principiorum an ſit poſitiua, 137. c. 2

Contrarium habere in qualitatibus quomodo intelligendum, 84. d. 2

Contraria circa quid verſentur, 150. a. 1

Contraria poſitiuè an poſſint in vnam ſpeciem coire, 239. c. a

Contraria priuatiua quare prima ſint contraria, 537. b. a

Cor.

Cor quale ſit membrum, 363. c. 1

Cor, os, cerebrum, caro quomodo differant, 382 d. a. an aliqua in parte quieſcat, dum mouetur, 233. b. 2. illius motus à quo ſit, *ibid.* c. 2

Corpus.

Corpus in linea prædicamentali quid importet, 147. c. 1. quotuplici modo ſumi poſſit, *ibid.* c. 1

Corpus mathematicum, metaphyſicum & naturale, 131. b. 1. corpus naturale vt naturale, an ſit adæquatum phyſicæ obiectum, *ibid.* d. 1

Corpus opacum quomodo illuminetur, 423. d. 1

Corpus lucidum an neceſſe ſit medium illuminari vt videatur, 423. d. 1

Corpus naturale ſenſibile quot modis ſumi poſſit, 125. a. 1

Corpus mixtum cur nequeat eſſe adæquatum phyſices obiectum, 131. c. 1. cur non corpus generabile & corruptibile, *ibidem.*

Corpus vel ſupponit pro gradu contradiſtincto à ſpirito, vel pro ſubſtantia completa, 148. b. 1. quid formaliter dicat apud phyſicos, *ibid.* a. a

Corpus vnum & idem an poſſit eſſe in duplici loco per diuinam potentiam, 272. a. c. a

Corpus & diuiſibile an dicantur ad conuertentiam, 131. a. 1

Corpus per vtrumque vbi, quomodo locatum mobiliter, 270. c. 1

Corpus in pluribus locis replicati an implicet, 273. c. a. quomodo idem poſſit locari in duplici loco, *ibid.* d. a. & poſſit eſſe in duplici loco, 274. b. 1

Corpus diuina virtute replicatum in quo differat ab eo quod eſt tantùm naturaliter in loco, 274. d. 1. cùm idem ponitur in diuerſis locis, an habeat neceſſariò eadem accidentia, quæ dependent à loco, *ibid. & ſeq.*

Corpus, quod ab anima informatur, an habeat eſſe corporis organici per formam totalem diſtinctam ab anima, 38. c. 1 corpus quod ab anima informatur, an ſit vnum ſimpliciter, 381. c. 1. per quid fiat organicum, *ibid.* d. 1. cùm conſecratur corpus Chriſti quid trahatur ſolùm ex vi verborum, 381. c. 1. corpus Chriſti an in quolibet ſtatu ſit idem eſſentialiter, *ibid.* a. 2. organicum an ſubiectum ſit animæ, 383. d. 1. illius partes in quotuplici ſint differentia, 384. b. a. quæ ſit illius pars quæ ſit animæ ſedes præcipua, 385. c. d. 1. an illud quod informatur ab anima debeat habere partes continuas vel contiguas, 387. c. 2

Corpora duo an poſſint eſſe in eodem loco penetrabiliter, 271. d. a. 272. c. 1

Corpora quæ ſunt requiſita ad ſonum, 425. a. 1

Corpora ſimplicia quomodo ſint in loco, 271. c. 1

Correlatiuum.

Correlatiuum quid ſit, 75. b. 1

Correlatiuum principij an ſit principiatum, 134. c. a

Corruptibile, corruptibilitas, corruptio.

Corruptibile quid ſit, 369. c. 1

Corruptibile & incorruptibile quomodo differant, 362. c. 2

Corruptibilitas omnis in ſublunaribus vnde proueniat, 359. c. 1

Corruptibilitas an proueniat ex materia & forma, 361. c. 2

Corruptio & corruptibilitas in quo differant, 164. d. 1

Corruptio vnius an ſit ſemper generatio alterius, 291. e. 5. a. 2 quonam pacto præcedat generationem, *ibid* b. 2. Corruptio quid ſit, & an poſſit dici naturalis, *ibid.* e. 2. 292. a. 1. quomodo intendatur à natura, 292. b. 1. num potuerit incipere ab æterno, 348. a. 1

Creatio, creatura.

Creatio & conſeruatio an differant, 344. e. 1

Creatio tum actiua tum paſſiua, an poſſit dici in rigore actio & paſſio, 225. d. 2. an ſpecificetur à termino à quo, 23. b. a. 2. an ſit naturaliter demonſtrabilis, 344. d. 2. an ſit actio, 345. b. 1. quomodo propriè ſumpta definiatur, 349. b 1. quid ſit de illius conceptu, *ibid.* d 1. cuinam opponatur, *ibid.* a. 2. per quid diſtinguatur à generatione, 350. e. 1. quid in ea requiratur, 350. c. 2. qualis ſit actio, 351. a. 1

Creaturæ an implicet durationem æternam communicari, 350. e. 2

Creaturæ potuerunt eſſe ab æterno, non æternæ, 352. b. 1

D

DEFINITIO mentalis & obiectiua, an differant, 58. d. 5

Definitio cauſæ efficientis, 200. e. 2

Definitio principiorum quænam ſit, 135. d. 1

Definitio principij quomodo competat omnibus principiis, 136. e. 1. quomodo conueniat naturæ, 46. a 2. quot modis ſumi poſſit, 502. b. 1.

Definitum vt quod, & definitum vt quo, 46. b. 1

Demonſtratio.

Demonſtratio quid ſit, 99. b. 2. illius finis quis ſit, *ibid.* illius conditiones quæ, & an illius præmiſſæ debeant eſſe veræ, 99. d. 2

Demonſtratio quæ diuiditur in *propter quid* & *quia*, an diuidatur vt genus in veras ſpecies, 112. c. d. e. 1. quænam ſit vera, *ibid.* a. 2

Demonſtratio à cauſa remota quænam ſit, & an ſit perfectior eâ, quæ ſit ab effectu, 112. c. 2. demonſtratio conſtans ex cauſa remota tertio modo ſumpta, an ſit vera demonſtratio, 113. d. 1. quænam ſit perfectior à cauſa remota, an ab effectu, *ibid.* a. 2. *& ſeq.* quorumnam librorum ſit obiectum adæquatum, 95. a. 1. per quas debeat eſſe cauſas, 108 e 1. ex qualibus debeat conſtare propoſitionibus, *ibid.* a. 2. quomodo vera dari poſſit de eclipſi. 109. a. 1. propter quid quibus debeat conſtare, 104. e. 2. qualis ſit ſyllogiſmus, 105. a. 5. an & quomodo ſit ex cauſis, 107. d. 2

Demonſtratio quæuis an debeat habere propoſitiones immediatas, 103. e. 2 *& ſeq.*

Demonſtrationis ſpecies quæ & quot ſint, 112. b. 1

Demonſtratine poſſit aliquid de ente in communi, 103. d. 5

Denominatio.

Denominatio quotuplex, 59. b. 1

Denominatio quæuis à quo ſit, 22. a. 1 illius forma denominans quotuplex, *ibid.* quid ſignificet, 23. a. 1

Denominationis forma & denominationis cauſa, an ſint idem in analogis, 61 b. 1. eius ſubiectum quotuplex, 286. c. 2

ad Denominationem quænam requirantur, 59. a. 1

Denominatiuum, quot modis illud nomen ſumi poſſit, 58. e. 2

Denominatiua quid ſint, 57. b. 2

Denſitas.

Denſitas quid ſit, 411. d. 2. an ſit in cælo, 364. d. 2. an ratio ſit intenſioris actionis, 313. b. 2

Dependentia.

Dependentia in fieri à materia in ratione eſſentiæ, & in ratione exiſtentiæ, 174. e. 2

Dependentia actualis à ſubiecto an ſit de eſſentia accidentis, 466. c. 2. *& ſeq.*

Deſitio.

Deſitionis terminus quotuplex, 244. e. 2

Deus.

Deus cur non dicatur vniuerſalis, 29. c. 2. cur dicatur agere immediatè, 293. d. 2. cur non poſſit commenſurari loco & tempore, 282. d. 2. quomodo dicatur ei ſoli non conuenire præteritum & futurum, 284. a. 1. an poſſit conſeruare relationem ſine fundamento & termino, 79. c. 2. an poſitis fundamento & termino poſſit auferre relationem, 80. c. 1. an neceſſitas ſuppoſitionis aliquam dicat imperfectionem in eo, 80. a. 2. an ſit cauſa efficiens totius vniuerſi, 344. b. 1. quomodo voluerit mundum ab æterno, 346. e. 1. cur dicatur liberè conſeruare rem creatam, 351. b. 2. quali bonitate ſit bonus, 476. b. 1. quomodo poſſit diuidere quantitatem in partes indiuiſibiles, 254. a 1 quomodo videat omnia poſſibilia, 259. c. 1. quomodo cognoſcatur à viatoribus, 441. c. 2. an conficere poſſit ens rationis, d. 2. an poſſit illud cognoſcere, 20. b. 1. an ſit obiectum adæquatum Metaphyſices, 447. e. 2. an ſit in ſubſtantiæ prædicamento, 66. e. 2. *& ſeq.* 67. a. 2. qualis ſit ſubſtantia, 68. a. 1

Deus & cauſa ſecunda an ſint cauſæ partiales reſpectu vnius actionis, 207. a. 1. an concurrat ad effectum immediatione virtutis, & immediatione ſuppoſiti, 207. e. 2. illius concurſus cum cauſis ſecundis quid ſit, 208. a. 1. an agat propter finem, 213. a. 1. *& ſeq.* quomodo agat ex fine quoad actus tranſeuntes, & non mutetur, *ibid.* e. 1. quodnam malum poſſit intendere, & quodnam minimè, 216. b. 2. ſi heri Deus produxiſſet calorem & hodie in aquam illum mitteret, an eſſet paſſio ſine actione, 223. e. 5. quomodo poſſit creare in tempore, ſi non ab æterno, 351. a. 1. quid de Deo vt auctore vniuerſi cenſuerit Ariſtoteles *ibid.* d. 1. an fuerit in mundi creatione agens liberum vel neceſſarium, *ibid.* c. 2 per quid produxerit mundum, 353. a. 1. quomodo potuerit creare mundum perfectiorem, 353. b. 2 quot modis accipi poſſit, *Deum poſſe facere optimum*, *ibid.* d. 2. an poſſit creare plures gradus entium iis, quos creauit, 354 a. 1. an poſſit facere aliquam ſubſtantiam ſimplicem ſine vlla compoſitione phyſica ſubſtantiali, & illam extendere per quantitatem, 357. e. 1. 358. a. b. 2. quomodo ſit in mundo, 386. d. 1

Deum concipere relatiuum quale ſit ens, 17. c. 1

Dialectica.

Dialcctica vnde ſic dicta, 2. b. 1

Dictum.

Dictum de omni in quibuſnam ſit, 108. c. 2

Differens, differentia.

Differens & diuerſum an ſint idem, 50. c. 1

Differentia quotuplex, 49. c. 1. qoænam diuidat genus, *ibid.* a. 2. quænam non ſuſcipiat magis & minus, *ibid.* b. 2. differentiæ eſſentialis quot ſint munera, *ibid.* quid ſit. *ibid.* c. 2. qoomodo diuidat genus & quomodo minimè, 49. d. 2. aliter accipitur vt ens, aliter vt tale ens, 50. b. 1. qualis ſit ratio, *ibid.* c. 1. qnomodo ſit prædicabilis, & quomodo prædicetur, 50. d. 1. qnalis ſit qualitas, 50. b. 2. quotuplicem dicat habitudinem ad genus, ad ſpeciem & ad indiuidua, *ibid.* c 2. cur differentia ſubalterna & infima non conſtituant duo prædicabilia, 50. d. 2. quomodo præſcindat à ſuis inferioribus, 54. d. 1

Differentia eſſentialis numeri an ſit vltima vnitas, 70 c 2. an ſit collectio multarum vnitatum facta per intellectum, 71. b. 1

Differenoa eſſentialis conſtitutiua quantitatis diſcretæ qoæ, 71. c. 1. vnde deſumatur, 67. d. 2. ad qualem prædicetur modum, 4‹. c. 2

Differentia & genus quænam ſint materiæ priocipia, 136. c. 1

Differentiæ vltimæ quare noo reſolubiles, 457. b. 2

Differentiæ ſubſtantiales & eſſentiales an ſint merè contrariæ, 65. d. 1. & a. 2

Differentiæ viueotium quot ſint, 385. b. 2

Dignitas.

Dignitas philoſophiæ quæ, 133. c. 2

Dignitates quæ ſiot apud Dialecticos, 98. c. 2

Directio.

Directio logicæ finis, 27. c. 1

Diſciplina.

Diſciplina practiea per quid differat à ſpeculatiua ex Ariſtotele, 6. c. 1

Diſcrimen.

Diſcrimen artis à natora, 189. a. 1

Diſcrimen ioter iotellectionem diuinam & humanam, 20. a 1

Diſcrimen inter actum reflexum, directum & comparatiuum, 21. b. 1

Diſcrimen ioter modum ſciendi per ſe, & modum ſciendi per accidens, 110. a. 2

Diſcrimen mathematicam inter, phyſicam & metaphyſicam quodnam ſit, 122. c. 1

Diſcrimeo inter obiectum & ſubiectum, 20. c. 1. inter ſcientiam & artem, *ibid.* b. 2. inter obiectum & materiam, *ibid.* c. 2. inter obiectum, & finem, 27. a. 1

Diſcurſus.

Diſcurſus ex S. Thoma quid ſit, 89. b. 1. quid io eo requiratur, *ibid.* c. 1. an plures includat actus, *ibid.* an dicatur motus. *ibid.* d. 1. illius complementum quid ſit, 89. b. 2. per quid formaliter conſtituatur, *ibid.* d. 1. tertia intellectus operatio an ſit formaliter diſcurſus, 90. b. 1

Diſpoſitio.

Diſpoſitio & habitus cuiuſnam ſint ſpecies, 84. c. 1. cuinam conueniant, *ibid.* a. 2. an debeat formam præcedere, 167. a. 1

Diſſimilitudo.

Diſſimilitudo conſtituens falſitatem quænam ſit, 87. a. 2

Diſtinctio, diſtincta.

Diſtinctio quæ requiritur inter terminum & ſuodamentum, 81. c. 2

Diſtinctio inter mouens & mobile quotuplex, 232. c. 2. in quo differat ab extenſione & diuiſione, 412. d. 2

Diſtinctio quâ ens diſtinguitur à ſuo eſſe, qualis ſit, 478 c. 2

Diſtinctio rationis quæ & quotuplex, 77. b. 1. qua ratione cognoſcatur, *ibidem* c. 2

Diſtinctio formalis inter quæ ſit, 480. c. 2

Diſtinctio rationis quæ ſit, 480. b. 2. diſtinctio ex oatura rei inter quæ reperiatur, *ibid.* b. 2. diſtinctio realis inter quæ ſit, *ibid.* c. 2. diſtinctio eſſentialis inter quæ ſit, & in quo differat à formali & à reali, 480. d. 2

Diſtinctionum genera quot ſint, 480. a. 2

Diſtinctioonm realium non vnum genus, 76. c. 2.

Diſtincta realiter an poſſint neceſſariò diuidi, 253. c. 2

Diſtincta ſeu diuerſa quænam ſint, 479. c. 2

Diuerſa.

Diuerſa propriè & in rigore quænam ſint. 479. c. 2

Diuiſibile, diuiſio.

Diuiſibile quotuplex, 585. a. 2

Diuiſio quotuplex, 471 c. 1

Diuiſio ſubſtaotiæ in primam & ſecundam qualis ſit, 64. d. 1

Diuiſio philoſophiæ qualis ſit, 122. b. 2. in quo differat à extcoſione & diſtinctione, 412. d. 2

Doctrina.

Doctrina quæuis vnde fiat, 97. c. 1

Doctrina quæuis diſcurſiua, & quæuis diſciplina ex qua cognitione fiat, 95. a. 2

Doctrinâ diſcurſiuâ quid iotelligatur ab Ariſtotele, 95. b. 2

Durandus.

Durandus quid cenſeat de relatione, 73. c. 1

Duratio.

Duratio quid ſit, 277. d. 1. 278. d. 1. b. 2. an diſtinguatur ab exiſteotia, 277. d. 1. an ſit exiſtentia cum negatione corruptionis, 278. a. 1. an rectè explicetur per coexiſtentiam ad ſucceſſionem, *ibid.* c. 2. an conſiſtat in ratione menſuræ, 278. c. 2. quid ſit & quotuplex, 279. a. 2. 283. d. 1

Duratio rerum permanentiom an ſit ſucceſſiua vel permanens, 283. d. 1. intrinſeca rerum permanentium, ao aliquo modo poſſit eſſe ſucceſſiua, *ibid.* b. 2. an poſſit habere prius & poſterius, & non habere tempus, *ibid.* d. 2. an ſit omnino permaoens, *ibid.* c. 2. iſta duratio permanens, an careat præterito & futuro, 284. b. 1

Duratio æterna num poſſit communicari creaturæ, 350. c. 2

Durities.

Durities quot modis dici poſſit, 325. b. 2

E

Echo.

ECHO quid ſit, 425. c. 2. an diſtinguatur à ſono, 426. b. 1

Educi, eductio.

Educi quid ſit, 174. c. 1

Eductio quænam ſit ſpecies, 174. c. 2. num requirat vt materia præcedat formam, 173. c. 1. an requirat vt forma fiat dependenter à materia eadem actione quâ fit compoſitum, *ibid.* c. 2. quid ad eam ſufficiat, *ibid.* c. 2

Effectio, effectus, efficiens.

Effectio quaſnam comprehendat operationes tantùm, 7. c. 2

Effectus quiuis an requirat neceſſariò cauſam principalem, 299. d. 1

Effectus idem numero an poſſit produci ab eodem agente & alio tempore, 217. d. 1. quomodo implicet eius reproductio, *ibid.* a. 2

Effectus idem an poſſit pendere à pluribus cauſis totalibus in eodem genere, 169. c. 2

Effectus idem ab eadem cauſa quomodo verum, 166. a. 2

Effectus idem numero num poſſit fieri à pluribus cauſis totalibus coniunctim ſumptis, 213. d. 2. an idem numero effectus totalis à duplici cauſa totali, 214. d. 2. an idem numero poſſit eſſe à pluribus cauſis totalibus ſucceſſiuè, 215. a. 1. effectus, qui per accidens coniungitur cum effectu per ſe, quotupliciter dicatur per accidens, 216. c. 1. quæ prioritas cauſæ ad effectum, 216. d. 2

Effectus formæ quid ſit, 195. c. 1. quis illius ſit primarius effectus, *ibid.* a. 2 an neceſſariò poſterior duratione reali cauſâ increatâ, 350. b. 2

Effectus cauſæ finalis quinam ſint, 212. d. 1

Efficiens quale debeat eſſe principium, 200. c. 2.

Efficientis cauſalitas quænam ſit, 202. b. 1

Elementum.

Elementum quid ſit, 335. c. 1. elementorum forma quænam ſit, *ibid.* c. 2. an præcisè ſumptum poſſit eſſe viuentis alimentum, 409. a. 2. in quo differat à principio & cauſa, 154 d. 2

Elementa ad quid ſe reducant, 336 a. 1. quomodo in ſuis proprijs locis grauitent & leuitent, 336. c. 2. 337. a. 1. quænam ſint minus reſiſtitiua, 339. a. 1. an tantùm ſint quatuor, 340. d. 2. *& ſeq.* cuilibet aſſignantur propriæ qualitates, 341. c. 1. an quodlibet poſſit tranſmutari in quodlibet, *ibid.* d. 2. à quo moueantur, & cur eorum motus ſit in fine velocior, 341 c 2 342. b. 1. eorum locus quis ſit, *ibid.* d. 1. quomodo ſint in luco, 271. c. 1. an ſint cauſa materialis miſtionis, 331. d. 1. quomodo ſint in miſtu, 332. a. c. 2. quomodo agant in miſto, 335. b. 1

Elementorum formæ an ſint refractæ in miſto, 333. c. 2

Elementorum & cæli motus vnde eſſentialiter differant, 235. c. 2

Ens.

Ens rationis quotuplici modo ſumi poſſit, 11. c. 2. propriiſſimè ſumptum quid ſit, 12. b. 1. illius definitio, *ibid.* quinam negent huiuſmodi genus entis, *ibid.* c. 1. obiectiuè ſumptum datur, *ibid.* c. 2. illius eſſe totum à quo ſit, *ibid.* an ſit aliquid ab ipſa ratione diſtinctum, 13. c. 1. an ad illud requiratur vera cauſa, vel vera effectio vel influxus, *ibid.* d. 1. an ratione partium ſit reale, an vnionis, 13. b. 2. in quo conueniat cum ente reali, 13. b. 1. quid ſit illius formale conſtitutiuum, 14. a. 1. radix ſeu occaſio illud formandi quæ ſit, 14 b. 2. an ea ſit obiectum, *ibid.* c. 2. & 19. c. 1. an perfectio ſeu fœcunditas noſtri intellectus ſit illius obiectum, 14. d. 2. & 19. c. 1. illius ſpecies quænam ſint, 15. a. 1. an pauciores vel plures dari poſſint ſpecies illius, 16. b. 1. entia rationis logica ad quid reducantur, 16. b. 2. illius partes phyſicæ quæ, 17. c. 2. quænam metaphyſicæ, *ibid.* d. 2. quæ cauſa illius efficiens, *ibid.* actus quo ens rationis formatur qualis ſit, 18. a. 1. quæ potentia poſſit illud efficere, *ibid.* c 1. ens rationis obiectiuè per quid incipiat eſſe in intellectu, 18 c. 2. illius radix quænam ſit, 19. a. 2. an à Deo confici poſſit, 19. d. 2. non ens vt non ens quomodo poſſit intelligi, 19. c. 1. illius repræſentatio quotuplex, *ibid.* an à Deo poſſit cognoſci, 20. b. 1. cuiuſnam facultatis ſit illud conficere, 20. d. 1. an poſſit confici ab Angelis, *ibid.* an à beatis in patria, *ibid.* quanam intellectus operatione conficiatur, 20. c. 2. qualis actus illud conficiat, *ibid.* c. 2. an quælibet operatio poſſit illud conficere, 21. b. 1

Ens rationis logicum an differat à ſecundis intentionibus, 21. d. 1. an includat aliquam rationis relationem, 22. d. 1. an verè ſit ens rationis, *ibid.* a. 2. qualis ſit denominatio, *ibid.* quomodo poſſit concipi, *ibid.* c. 2. quomodo dicatur concipi ad modum entis, 23. d. 1. per quid efficiatur, *ibid.* quotuplex obiectum in illo, 23. a. 2. per quid fiat ſine deceptione, *ibid.* b. 2. an ſit obiectum logicæ, 25. *& ſeq.*

Ens rationis logicum quomodo ſcibile, 115. d. 2 ens per accidens quotuplex, & quomodo de eo dari poſſit ſcientia, *ibid.*

Ens quotuplici modo ſumatur, 181. c. 1

Ens per accidens quid ſit, 145. d. 2

non Ens non ſcitur quomodo intelligendum, 99. c. 2. non entis cognitio quotuplex, 100. b. 1. an de illo detur ſcientia, 115. c. 2

Ens quotuplici modo ſumatur & quomodo ſit metaphyſicæ obiectum & totius philoſophiæ, 122. c. 1. an prædicetur quidditatiuè de omnibus rebus, & ſuis paſſionibus, 456. b. 2. ſumptum nominaliter quomodo prædicetur de omnibus differentijs, 457. a. 1. de quibuſnam prædicetur intrinſecè, *ibidem.* eius paſſiones ſecundùm quid participent rationem entis, *ibid.* a. 2. an ſit genus vniuocum, 437. c. 2. illius conceptus obiectiuus an ſit vniuocus vel analogus, *ibid.* c. 2. *& ſeq.* an ſit genus æquiuocum vel vniuocum vel analogum, 458. c. 1. quali analogiâ ſit vnum analogum, *ibid.* a. 2. de quibuſnam dicatur analogicè, *ibid.* c. 2. quali analogiâ dicatur de Deo & creaturis, 458. c. 2. illius modi quinam ſint, 460. c. 2. quare non habeat veras paſſiones, 468. c. 2. eius attributa an ſint aliquid reale, *ibid.* d. 2. an eius paſſiones complexæ bene explicent eius poſitiuam perfectionem, *ibid.* c. 2. eius paſſiones quæ & quot ſint, *ibid.* & 469. d. 1. quid ſuper illud addat vnum, 469. c. 1. ens

quare

quare priùs quàm vnum, *ibid.* e. 1. quare priùs verum quàm bonum, *ibid* ao vnum ei addat aliquid poſitiuum, an negatiuum, 469. b. c. d. 2. Entis vnitas an ſufficienter conſtituatur per negationem diuiſionis in ſe, 471. b. 2. an aliquod ſit malum, 478. d. a. illius proprietates complexæ quæ ſint, 479. b. 1

Ens ſenſibile an ſit phyſicæ obiectum, 114. b. 2. num poſſit eſſe intelligibile, 114. c. 2. vt ſenſibile an ſit ſpeculabile, *ibid.*

Ens omne an poſſit moueri, 132. d. 1. an dicat conceptum obiectiuum omnioo præciſum ab inferioribus, qui ſit perfectè vnus, 454. e. 1. an aliquo ſenſu dicat cooceptum, qui ſit vnus, 455. e. 2

Ens vt ens an ſit obiectum adæquatum metaphyſices, 448. d. 1

Ens reale, quatenus ens, comprehendens ens, ſiue finitum ſiue infinitum, an ſit obiectum adæquatum metaphyſices, 448. e. 1. an illud ens includat inferiora, 449 d. a. quot modis ſumi poſſit, 451. d. 1. ſumptum vniuerſaliſſimè, quale dicendum, *ibid.* e. a. 452. b. a. s. nominaliter ſumptum quot modis ſumi poſſit, *ibid* e. 1. vniuerſaliſſimè ſumptum an ſit eſſentia, *ibid.* c. a. neceſſariò dicit rationem aliquam communem & ſuo modo vnam, 453. e. 2

Ens fieri in quantum ens quomodo implicet, 345. a. 2. an aliquod permanens potuerit fieri ab æterno, 349. c. 1. 351. d. 2

Entis conceptus an poſſit dari qui ſit vnus, 453. c. 1. an illius formalis conceptus ſit vnus, 455. e. a

Entia naturalia quo ſenſu corruptibilia, & quo incorruptibilia, 114. a. 1

Entia ad quænam capita reducantur, 270. e. a.

Entia rationis quomodo bona, 478. d. 2

Entium gradus quos Deus creauit, 354. a. 1

Entitas.

Entitas realis materiæ quænam ſit ex Ariſtotele, 150. b. 2

Entitas materiæ per quid fiat extra cauſas, 150. d. 2. quandooam dicatur corrumpi, 253. a. 1

Enuntiatio.

Enuntiatio vera & falſa quæ, 85. a. 2. in quot membra diuidatur, *ibid.* ſimplex enuntiatio quale genus ad negatiuam & affirmatiuam, *ibid.* b. a

Enuntiatio negatiua an ſit non ens & negatio, 86. a. 1. an illius diuiſio in ſimplicem, & compoſitam, ſit etiam vniuoci in ſua vniuocata, *ibid.* Enuntiatio an ſola ſit vera vel falſa, 86. c. 1

Error.

Error quotuplex concipi poſſit in ſenſu exteriori, 419. b. 2. quotuplex poſſit contingere in prima mentis operatione, 28. a. a

Error de Deo eſt peior odio Dei in ratione entis, non in ratione motis, 446. e. 1

Eſſentia.

Eſſentia quælibet exiſtens an diſtinguatur ab hæcceitate, 459. a. c. 2. an diſtinguatur ab exiſtentia, 461. d. a. eſſentia actualis an ſemper exiſtat, *ibid.* e. 2. an ſit aliqua realiter diſtincta à ſua exiſtentia poſitiua, 462. a. 1. in quibuſnam non diſtinguatur ab exiſtentia, *ibid.* in quibuſnam diſtinguatur, *ibid.* c. 1. io quo differat ab exiſtentia, 462. d. 2.

Eſſentiæ completæ corporeæ an indiuiduantur ſeipſis, 463. e. 2.

Eſſentia quomodo diſtinguatur ab exiſtentia, 151. d. 1

Eſſentia poſſibilis quid ſit, 31. a. 1

Eſſentia tertiæ operationis intellectus in quo formaliter perficiatur, 89. d. a

Eſſentiæ gradus genericus an diſtinguatur à parte rei à ſpecifico, 460. c. 1. quomodo inter ſe diſtinguantur, *ibid.* a. a

Eſſentiæ quo ſenſu ſint vniuerſales, 35. d. 1

Ena.

Eta non generata, & cur, 413. b. 2

Euidentia.

Euidentia quid ſit, 117. d. 1. an ſit de eſſentia ſcientiæ, *ibid.* b. 2. an ſit etiam de intrinſeca ratione ſcientiæ actualis, 118. a. 1

Ex, Exiſtentia.

Ex propoſitio non eiuſdem ſignificationis, 535. e. 1

Exiſtentia in rebus quotuplex, 152. d. 2. 460. e. 2. & a. 1. quid efficiat negatiua & quid poſitiua, *ibid* c. 2. an ſit proprius effectus cauſæ efficientis, 461. a. 1. cum quo comparanda vt dicatur vltima actualitas, *ibid.* b. 1. an præcedat ſubſiſtentiam in ſubſtantiis, inhærentiam in accidentibus, *ibid.* an præcedat entitatem, *ibid.* c. 1. an præcedat indiuiduationem, *ibid.* d. 1. quid illius nomine intelligatur, & ad quam comparetur eſſentiam, 461. e. 1. in quibuſnam formis diſtinguatur ab eſſentia, & in quibus minimè, 462. a. c. 1. an ſit modus aliquis formæ ſuperadditus, *ibid.* a. 1. An habeat gradus metaphyſicos ſicut eſſentia, 462. b. a. in quo differat ab eſſentia, *ibid.* d. 2. præciſè & formaliter ſumpta, cur non ſit principium indiuiduationis eſſentiæ ſubſtantialis completæ, 463. e. 2

Exiſtentia realis & obiectiua quotuplex, 123. e. 2. an ſeparabilis à duratione, 279. b. 1

Exiſtentia materiæ an ſit conditio requiſita ad eius cauſalitatem, 194. d. 2

Exiſtentia materiæ expenditur, 151. b. 2. quomodo diſtinguatur ab eſſentia, *ibid.* d. 1. & 14. a. 1

Exiſtentia actualis quotum conſtituat dicendi modum, 111. a. 2. poſitiua quid ſit, 153. d. 1

Exiſtere an ſit in actu fieri, 153. d. 1. an ſit aliud quàm eſſe extra cauſas, 154. a. 2

Extenſio.

Extenſio quotuplex, 247. b. 1. extenſio in ordine ad actualem ſitum, an ſit conſtitutiua quantitatis, *ibid.* c. 1. quænam ſit ſolius quantitatis, 248. b. 1. an ſe habeat per accidens ad perfectionem qualitatis, 303. d. 1

Extenſio ex qua non oriatur menſura, & diuiſibilitas, 248. d. e. 1. b. a. quænam ſit vnde oriantur partes extra partes, *ibid.* e. 1. ex quanam oriatur impenetrabilitas, *ibid.* d. 2. in quo differat à diſtinctione & diuiſione, 412. d. a. quid faciat erga partes, 250. a. 1

Extremum.

Extremum in relatione quid ſit, 75. c. 1

T t

F

Facultas.

FACVLTAS qoid ſit, 3. b. 2

Falſitas.

Falſitas quid ſit, & quæ diſſimilitudo eam conſtituat, 87. a. 2. 475. d. 1. quotuplex, & quotupliciter ſit in aliquo, 28. b. 2

Fames.

Fames & ſitis quid ſiot, & in quo differant, 410. d. 2

Fatum.

Fatum quid ſit, 216. d. 1. quomodo cauſa illo nobilior, 217. a. 1

Ferrum.

Ferrum candens quomodo ſtuppam accendat, 313. e. 1

Ferri attractio à magnere qnot modis poſſit conſideran, 182. d. 2

Fides.

Fides quid ſit, 3. a 2

Fides & ſcieotia an poſſint eſſe de eodem. 344. b. 2

Figura.

Figura Galeni an ſit admittenda, 94. b. 2

Figuræ ſyllogiſmorum quot ſint, 94. d. 1

Figuræ primæ principium quid ſit, 91. a. 2. quid ſecundæ, *ibid.* c. 2. quid tertiæ, *ibid.* e. 2

Finis.

Finis quid ſit & quotoplex, 209. b. 1. *& ſeq.* an idem poſſit eſſe medium & finis, *ibid.* d. 1. an ſit vera cauſa, *ibid.* a. 2. quomodo ſeipſum caoſet, *ibid.* e. 2. illius obiectiua ratio & cauſalitas qoæ, 210. a. 1. *& ſeq.* in quo conſiſtat, *ibidem* e. 1. *& ſeq.* finis & agens quomodo differant io cauſando, 211. a. 1. quot modis conſiderari poſſit, *ibid.* e. 2. medium vt medium an habeat ratiooem finis. *ibid.* c. 2. an bonum vtile habeat rationem finis, 212. b. 1. quinam actus intercedant in actione propter finem, *ibid.* d. 1. quænam agentia agant propter finem, 212. d. 2. *& ſeq.* quonam reſpectu ſit cauſa, 215. e. 2

Finis ſcientiæ & ſcientis finis, 5. e. 2. an ſit natura, 186. c. 2. per quid differat ab obiecto, 27. a. 1

Finis Logicæ quis ſit, 27. e. 1. quis illius finis intrinſecus, 28. a. 1

Fines diuerſi an poſſint eodem habitu appeti, 126 e. 1

Fluxus.

Fluxus caloris implicat ſine ſubiecto in vacuo, 219. e. 1

Folium.

Folia quomodo differant à ramis & fructibus, 385. e. 2

Fonſeca.

Fonſeca quid cenſeat de Logica, 9. e. 1. quid de illius obiecto, 24. a. 2

Forma.

Forma eſt quantitatis ſubiectum non ſolùm inhæſionis, ſed etiam ſuſtentationis, 169. d. 1. vnde educatur, *ibid.* e. 1. appetitus ad formam an ſit materiæ proprietas, 171. d. 2.

Forma ſubſtantialis quid ſit & quotuplex, 172. b. 1. formas ſubſtantiales dari quibuſnam eluceat rationibus, *ibid.* e. 2. formæ ſubſtantiales quare conceden dæ, 173. a. 2. quare non dicantur inhærere ſubiecto, *ibid.* b. 2. forma quid ſit, 173. b. 2.

Forma relata ad materiam, quomodo præexiſtat io materia, *ibid.* e. 2. formæ præexiſtuor in materia quomodo intelligendum, 174. b. 1. an educatur de potentia materiæ, *ibid.* e. 1. fierine debet dependenter à materia, *ibid.* a. 2. forma cælorum an educatur, 176. a 1. Forma ignis cur non fuerit producta e materia ignis eadem actione, 176. d. 1. poſſit eſſe aliqood principium efficieos, 177. e. 1. an vna numero poſſit informare plures oumero materias, *ibid.* b 2. & an plures numero poſſint informare vnam materiam, 177. e. 2. quot habeat cauſalitates, 178. d. 1. an formæ ſolius ſit agere, *ibid.*

Formæ materiales omoes eſſe generabiles & corruptibiles, 178. e. 1. quomodo ſint diuiſibiles, *ibid.* a. 2. an ſit nobilior materiâ, *ibid.* quid Ariſtoteles docuerit de forma, 178. b. 2. quale ſit principium, 185 b. 1. an forma ſit natura, 183. c. 1. *& ſeq.* an ſit principium actiuum & paſſiuum, & an vtrumque ſit natura, *ibid.* a. 2. formæ quotuplices ſint, & an omnes ſint natura, 183. e. 2

Formæ mixtorum quo ſenſu ſiot natura, & quænam ſint natura, 184. b. e. 2 quænam non ſint natura, *ibid.* e. 2. formæ viuentium an ſint natura, 186. a. 1. quot modis forma conſiderari poſſit, *ibid.* e. 2. inter materiam & formam vnitam an ſit concedendus aliquis oexus, 193. b. 2. vnde ſit vnum, & quomodo fiat ea materia, 135. e. 1

Forma & figura cuiuſnam ſint ſpecies, & an differant inter ſe, 84. e. 2. per quid dicatur fieri vt quo, 287. a. 1

Forma & materia quomodo ſint mutationis principia, 138. a. 2. an ſint ſpecies obiecti phyſici, 529. a. 1

Forma cæli quænam ſit, 363. d. 2. 364. a. 1

Forma aquæ, & forma ignis quomodo poſſent eſſe ſimul, 65. b. 1. an ſit tranſmutationis principium, 141. e. 2. ſubſtantialis abſtracta à materia, an ſit coitura in punctum, 246. b. 2

Forma totalis corporeitatis an ſit corpus, 147. b. 1. qualis detur in materia, *ibid.* d. 2

Forma mixti an detur à formis elementorum diſtincta, 331. e. 2. elementorum quæ ſit, 335. e. 1

Forma & cauſa denominationis an ſint idem in analogis, 61. b. 1. eadem numero tum ſubſtantialis tum accidentalis, an poſſit eſſe diuerſo tempore, 238. a. 2. an detur conſtitutiua hominis in ratione hominis, 429. a. 2

Forma cuiuſlibet elementi quid ſit, 336. d. 1. an ſit quantitatis ſubiectum, 168. e. 1. an ſit in quantitate, *ibid.* b. 1. an poſſit dici quanta, *ibid.* e. 1. an ſit quanta per accidens, 169. a. 1. qui ſint eius effectus, 195. d. 1. quis ſit illius primarius effectus, *ibid.* a. 2. an in forma & materia dentur ſemiuniones, 196. d. 1. an vna & ſimplex vnio ſit cauſalitas materiæ & formæ reſpectu compoſiti, *ibid.* d. 2. an vnio qua vnitur forma ſpiritualis corpori, ſit in vtraque parte formaliter, 198. c. 1. vnio quomodo ſit in materia & forma, 199. b. 2

Formæ in abſtracto quomodo non ſuſcipiant magis & minus, 303. b. 1

Formæ partiales in homine cur non ſuperfluæ, 383. e. 2. an informentur ab anima, 384. a. 1

Formæ plures ignis in vna materia, an facerent vnam formam extenſam vel intenſam, 307. e. 1
Formæ ſubſtantiales quomodo concurrant ad ſubſtantiæ productionem, 293. a. 2. an ſint actiuæ immediatè, *ibid.* b. 2
Formæ accidentales an dimanent à quantitate, 169. a. 2. an ſint ſua exiſtentia, 462. d. 1. an diſtinguantur inter ſe, *ibid.* e. 1
Formæ omnes cur dicantur eſſe eâdem vnitate analogica, 140. b. 1. vnde educantur, 150. a. 1. an dentur partiales in viuentibus præter animam, 381. a. 2
Formæ elementorum an ſint refractæ in miſto, 333. e. 2. an formæ ſubſtantiales elementorum ſe refrangant, 334. a. 1. formæ elementares quomodo remaneant in miſto, *ibid.* c. 1. *& ſeq.* quænam ſint diuiſibiles, 386. e. 2. quare materiales dicantur extenſæ, 387. a. 1
Formarum naturalium ab artificialibus diſcrimina, 159. b. 1

Fortuna.

Fortuna ex Ariſtotele quid ſit, 216. d. 1. ad quam reducatur cauſam, *ibid.* e. 1. & a. 2

Frigiditas, frigus.

Frigiditatis rádix & origo quænam ſit, 173. a. 1
Frigus obſeſſum quodnam tum ab intrinſeco tum ab extrinſeco, 319. a. 2
Frigus ſeu frigidum quodnam ſit, 337. e. 2. per quid congreget, 338. a. 1

Fructus.

Fructus quomodo differant à foliis & ramis, 382. e. 2

Fundamentum.

Fundamentum & ratio fundandi in quo differant, 75. d. 1. in relatione quid ſit, 76. d. 2. an aliquando moretur, 80. d. 1. an diſtinguatur à termino à parte rei in omni relatione, 81. b. 1. vt diſtinguatur à termino quænam diſtinctio requiratur, *ibid.* e. 2.

G

Gabriel.

GABRIEL quid cenſeat de Logica, 9. c. 1

Galenus.

Galeni figura an ſit admittenda, 94. b. 2

Generatio.

Generatio quid ſit & quotuplex, 286. b. 1. 401. b. 2. quot modis ab Ariſtotele deſcribatur, *ibid.* d. 1. illius ſubiectum quotuplex. generationis formaliter ſumptæ, quodnam ſit ſubiectum adæquatum, 287. c. 1. an illius ſubiectum ſit idem cum termino ad quem, *ibid.* e. 1. quomodo ſit mutatio, 287. d. 2. cur dicatur mutatio totius, 288. cur illius definitio non rectè ſit ab Ariſtotele tradita, *ibid.* d. 1. quomodo poſſit rectiùs definiri, *ibid.* e. 2. an in ea requiratur terminus à quo poſitiuus, 289. a. 1. an in ea fiat reſolutio vſque ad materiam primam, *ibid.* e. 1. & 290. a. 1. an generatio vnius ſit corruptio alterius, 291. e. 1. a. 2. quomodo ſubſequatur corruptionem, *ibid.* b. 2. an potuerit incipere ab æterno, 348. a. 1. per quid diſtinguatur à creatione, 350. e. 1. quo ſenſu non ſit natura, 189. b. 1. qualis ſit motus, 185. b. 2
Generatio viuentium quid ſit, 413. d. 1. quomodo dicatur, *ibid.* e. 1

Genus.

Genus Logicæ proximum quodnam ſit, 3. e. 1. quotupliciter ſumatur, 42. a. 1. quid ſit, *ibid.* b. 1. in illius definitione an contineantur ſubalternum genus & generaliſſimum, 43. a. 1. genus commune generaliſſimo & ſubalterno, qualis ſit intentio, & an ſit genus, 43. b. 1. an ſit definibile vt genus, 43. e. 1. genus & vniuerſale quotuplici modo conſiderata, 43. d. 2. illud eſſe genus, quod non eſt definibile, 44. b. 1. quare non repugnet ſupremis generibus habere genus denominatiuum, non verò eſſentiale vniuocum, 44. d. 1
Genus quomodo dicatur totum actuale & potentiale, tum pars actualis & potentialis, *ibid.* b. 2. prædicari in quid de pluribus differentibus ſpecie, an conueniat generi vt eſt totum actuale, 44. e. 2. an vt pars potentialis, *ibid.* prædicari in quid vt eſt quid abſolutum an conueniat generi, 45. c. 1. quotuplici modo conſideretur. 44. b. 2. quomodo prædicetur, 45. b. 2. quomodo prædicetur in quid totaliter de ſpeciebus vt genus, 45. d. 1. Genus quod eſt primum prædicabile quid includat, 45. e. 2. Genus compoſitum quid ſit ex prima intentione, & quid ex genereitate, *ibid.* genus definibile in abſtracto & in concreto, 46. a. 1. cùm genus definitur quid non definiatur, *ibid.* b. 1
Genus an requirat actu plures ſpecies, 46. b. 2. an poſſit conſeruari in vnica tantùm ſpecie, *ibid.* e. 2
Genus Logicum quid ſit, 46. d. 2. vt exiſtat à parte rei quid requirat, *ibid.* ad quid debeat eſſe aptum, 47. e. 1. quomodo poſſit abſtrahi per intellectum ab vnica tantùm ſpecie, 47. b. 2. quodnam dicatur ſupremum, *ibid.* e. 2
Genera & ſpecies intermediæ quotuplicem habeant aptitudinem, 47. e. 2. quomodo potentiâ omnes ſub ſe differentias contineat, 49. e. 2. quomodo diuidatur à differentia, *ibid.* quomodo conſtituat ſpeciem, 50. a. 1. vnde deſumatur, 67. d. 2
Genus diſtinctionum realium quotuplex. 76. e. 2
Genus quantitatis diſcretæ quodnam ſit, 71. e. 1
Genus generaliſſimum quodnam ſit in prædicamento ſubſtantiæ, 66. c. 1
Genus ſummum ſubſtantiæ an ſit ſubſtantia corruptibilis, *ibid.* b. 2
Genus proximum Logicæ quodnam ſit, 10. b. 1
Genus vt primum prædicabile quomodo diſtinguatur à ſpecie, 54. b. 2. an ſit magis vniuerſale quàm ſpecies, 55. a. 1
Genus & differentia quænam ſint materiæ principia, 136. c. 1
Genus ſub quo collocatur materia, quodnam ſit, 149. b. 1
Genera animarum quot ſint, 389. b. 2. quot animatorum, *ibid.* d. 2. quot potentiarum, 390. b. c. 1
Genera relationum quot ſint, 83. c. 1
Genera cauſarum quot ſint, 190. e. 2
Genera diſtinctionum quot ſint, 480. a. 2

Gradus entium quos Deus creauit. 354. a. 1

Gradus qualitatis an ſint heterogenei, 305. d. 1. quid impediat quominus ſint omnino heterogenei, *ibid.* b 2. an inter eos danda ſit talis diuerſitas, vt vnus ſit altero perfectior, 306. c. 1. quomodo ſint heterogenei, & quomodo ſecundus dicatur diuerſus à primo, *ibid.* a. 2

Gradus eſſentiæ genericus an diſtinguatur à parte rei à ſpecifico, 460. c. 1

Græci.

Græci omnes quid cenſeant de obiecto phyſicæ, 132. c. 2

Gratia.

Gratiæ & dona ſupernaturalia quomodo dicantur infundi, 177. c. 1

Grauitas.

Grauitas & leuitas an ſint formæ eſſentiales mixtorum, 336. c. 1. an ſit in cælo, 365. c. 1

Guſtus.

Guſtus potentia & organum vbi ſita, 427. d. 1. quomodo diſtinguatur à inſtabili, *ibid* c. 1. quomodo immutetur à ſapore, *ibid.* b. 2

H

Habitus.

HABITVS quid ſit, 118. d. 1

Habitus omnes ad quid reducantur, 3. b. 1

Habitus intellectuales quotuplices, 8. d. 1

Habitus quiuis ad quid inſtitutus, 7. d. 1

Habitus inſtrumentarius in quoſnam influat actus, 11. b. 1

Habitus quiuis cuiuſnam ſit actus, 11. b. 1

Habitus ſpecies quot ſint, 125. c. 1. quid de ratione illius ſit, 125. c. 2. idem habitus an ſufficiat ad aſſenſum principiorum & concluſionis, 126. a. 1. habitus & ſcientiæ vnde ſumant vnitatem & diſtinctionem, *ibid.* c. 1. an idem ſufficiat ad appetendum finem & media, *ibid.* d. 1. quotuplex habitus requiratur ad aſſenſum duorum principiorum in eadem ſcientia, 126. b. 2. habitus ſcientificus quid ſit, *ibid.* habituum multitudo quare tollenda, *ibid* d. 2. habitus vnius demonſtrationis an influat in alium, 126. d. 2. an poſſit eſſe terminus motus ſucceſſiui, 230. b. 2

Habitus & diſpoſitio cuiuſnam ſint ſpecies, 84. c. 1. cuinam conueniant, *ibid.* a. 2

Habitus quomodo cognoſcantur ab anima. 442. b. 1

Habituum genera quæ. 3. c. 1. eorum differentia vnde maximè declaretur. 11. c. 2

Hæcceitas.

Hæcceitas an diſtinguatur ab eſſentia exiſtente. 459. a. c. 2

Henricus.

Henricus quid cenſeat de relatione. 74. c. 2

Heruæus.

Heruæus quid cenſeat de Logica. 9. c. 1

Homo.

Homo apprehenſus quotupliciter poſſit concipi, 23. b. 1

Homo an omnia ſcire poſſit, 116. c. 1.

Homo quomodo generet ſibi ſimile. 197. d. 2

Homogenea.

Homogenea non viuentia qualem & quomodo habeant terminum. 411. b. 2

Humiditas, Humidum, Humor.

Humiditas aëris quare non extinguat ignem. 340. b. 2

Humiditates ſecundæ quid ſint. 410. d. 1

Humidum radicale quid ſit. 409. b. 1

Humores animalis quinam ſint præcipui. 388. c. 1. quot ſint in animalibus ſanguine præditis 410. b. 1. quomodo diſtinguantur inter ſe, *ibid.* c. 1. an nutriant. *ibid.* a. 2

Hypoſtaſis.

Hypoſtaſis quid ſit. 464. c. 1

I

Idea.

IDEA vt conſtituatur quænam ſint neceſſaria, 204. d. 1. quid ſit, & quæ ſufficiant ad illam. *ibid.* b. c. 2. ad quodnam genus cauſarum pertineat. 205. b. 1. quotupliciter comparetur, *ibid.* c. 1. an pertineat ad finem. *ibid.* c. 1. an illius cauſalitas pertineat ad cauſam efficientem. 205. a. 2

Idem, identitas.

Idem quid ſignificet, 479. c. 1. in quo differat ab vno, *ibid.* b. 2. quale poſſit agere in ſeipſum, 315. a. 2. quale minimè, *ibid.* b. 2. an agat in ſeipſum actione perfectiua. *ibid.* c. 2

Idem in quantum idem an ſemper aptum ſit facere idem, 346. c. 1. an in ſeipſum agat in reflexione. 316. *& ſeq.* an in antiperiſtaſi, 318. c. 2. *& ſeq.* 319. d. 2. an poſſit moueri duobus motibus contrariis. 322. a. c. 1

Identitas quotuplex, 479. c. 1. quænam ſit eſſentialis, *ib.* c. 2. quid ei opponatur. *ibid.* c. 2. illius ſpecies quot ſint, 480. b. 1. illius modi quot ſint, *ibid.* c. 1. quid ſit ſpecifica, & quid generica. *ibid.* d. 1

Ignis.

Ignis quid habeat à forma ignis. 147. c. 2. quomodo dicatur in aërem reſolui, & non conuerti. 341. a. 1. noſter ignis quid ſit. *ibid.* b. 1. ignis propriè quid ſit. 342. c. 3. an ignem generet. 401. d. 1. illius ſphæra an ſub concauo Lunæ ſit. 342. d. 2

Illuminatio, illuſtratio.

Illuminatio an ſit permanens & quænam poſſint conſiderari in ſucceſſiua. 223. b. 1

Illuſtratio phantaſmatum ab intellectu agente quid ſignificet. 431. b. 2

Imaginatio.

Imaginatio quid ſit. 428. c. 1. an poſſit conficere ens rationis. 18. c. 1

Immediatio, immediatum.

Immediatio rei & immediatio rationis. 102. c. 1

Immediatio cauſæ & immediatio ſubiecti. 102. b. 2

Immediatum primum & indemonſtrabile an idem ſint. 100. c. 1

Immobilitas.

Immobilitas loci à quo ſumenda. 267. c. 2. quomodo ſit de eſſentia loci. 265. c. 2. immobilitas loci quid ſit. 266. c. 1

Impenetrabilitas.

Impenetrabilitas quid ſit. 250. b. 1. an illâ conſeruatâ poſſit fieri penetratio. 250. b. 2. quid addat qualitati ſupra extenſionem. 249. a. 1. an ſoli conueniat quantitati. *ibi-*

dem d. 1. quotuplex ſit, *ibidem* c. 1. quomodo competat vbi, *ibidem* b. 2. quo ſenſu nullo modo conueniat extenſioni, 249. d. 2. quid ſit & quomodo à quantitate diſtinguatur, 250

Impoſſibilia.

Impoſſibilia quomodo diſtinguantur à poſſibilibus, 30. c. 2

Inceptio.

Inceptionis terminus quotuplex, 244. c. 2

Inclinatio.

Inclinatio nulla niſi ad bonum, 372. b. 2. quænam ſit naturalis, *ibid.* d. 2

Incorruptibile

Incorruptib le quot modis euenire poſſit, 368. c. 2. quotuplici modo ſumi poſſit, 124. a. 1

Incorruptibilitas quænam ſufficiat cælo, 360. c. 2

Indemonſtrabile.

Indemonſtrabile, immediatum & primum an idem ſint, 100. c. 2

Indiuiduatio, indiuiduum, indiuiſibile.

Indiuiduationis principium quodnam ſit, 465. c. 2. quotupliciter accipiatur, 463. b. 1

Indiuiduum quotuplex, & quid ſit, 48. a. 1. 49. b 1

Indiuiduum vagum quotuplici modo ſumatur, *ibid.* d. 1. quomodo prædicetur de pluribus, 56. a. 2

Indiuiduum accidentis an priùs nobis cognitum quàm ſubſtantiæ, 439 b. 2

Indiuiduum quid ſignificet, & de quo dicatur, 464. c. 2. quomodo ſit & non ſit in loco, 270. c. 1

Indiuidua qua ratione ſubſtent proprietatibus, 64. c. 1. quales cauſa ſint vniuerſalis, 42. b. 1

Indiuiſibile quotuplex, 254. indiuiſibilia terminantia, an ſint admittenda in continuo, 255. b. 1. an indiuiſibilia continuantia ſint admittenda in continuo, 255. c. 2. indiuiſibilia an dentur phyſica in quantitate, 257. b. 2

Indiuiſibile intrinſecum quid ſit, & quid extrinſecum, 243. b. 1

Indiuiſio in ente quam dicit vnum ſupra ens, an ſit mera negatio, 472. d. 1

Inexiſtentia.

Inexiſtentia quid ſit, 468. d. 2

Infantes.

Infantes an remanſuri in limbo poſt finem mundi, 355. a. 2

Infinitum.

Infinitum quotuplex, 257. c. 2. quotuplex in genere, *ibid.* categorematum quotuplex, *ibid.* c. 2. definitur, 258. a. 1. an ſit poſſibile actu, *ibid.* d. 2. an ſecundùm extenſionem implicet, 260. c. 1

Inhærentia.

Inhærentia accidentis in ſubiecto aptitudinalis, 53. a. 2

Inhærentia actualis à quibuſnam accidentibus diſtinguatur ex natura rei, 467. d. 2. actualis inhærentia in rebus quid ſit, 468. a. 1. an formaliter ſumpta ſit ipſa accidentis exiſtentia, vel inexiſtentia, *ibid.* c. d. 1. quomodo conueniat vero accidenti, 467. a. 2. quænam non differat ab eſſentia & natura accidentis, *ibid.* quænam non diſtinguatur ab exiſtentia accidentium, 467. c. 2

Inſenſibile.

Inſenſibile an poſſit ſentiri, 417. c. 2

Inſtans.

Inſtans quotuplex, 243. a. 1

Inſtrumentum.

Inſtrumentum ſciendi quodnam ſit, 91. d. 2. an includat ſuum effectum, *ibid.*

Inſtrumentum ſciendi potiſſimum quodnam ſit, 95. a. 1

Inſtrumentum materiale an poſſit agere in ſpirituale, 296. a. 1

Inſtrumentum propriè quid dicatur, 10. c. 2

Inſtrumenta ſciendi an ſint obiectum logicæ, 26. c. 1. an recipiant aliquid à ſubſtantia ad hoc vt poſſint ſubſtantiam tanquam inſtrumenta producere, 296. c. 1. quotuplicem poſſint habere actionem, 203. d. 2. an poſſint habere in ſe vim actiuam, *ibid.* c. 2

Intelligentia.

Intelligentia quomodo ſit forma cæli, 363. d. 2. quo ſenſu dicatur anima cæli, 364. a. 1

Intelligentiæ ſi non eſſent, an eſſet Metaphyſica, 157. b. 2

Intelligentiæ & animæ ſeparatæ quomodo ſint in loco, 271. a. 2. an ſint in prædicamento ſubſtantiæ, 66. c. 2. 67. b 2 an ſint ſpecies contentæ ſubiecto phyſices, 12?. c. 1 & a. 2. qua virtute moueant cælum, 373. c 2. an per impulſum, 374. a. 1 *vide* Angelus. an ſint in aliqua parte cæli vel in toto, 374. b. 2. an moueantur per accidens dum mouent cælos, *ibid.* c. 2. quales ſint cælorum formæ, 375. b. 2. an poſſint moueri, 232. d. 2

Intellectio.

Intellectio quid ſit, & in quo conſiſtat, 435. an ſit ipſa ſpecies intelligibilis, *ibid.* c 1 an ſit ſola paſſio vel receptio ſpeciei intelligibilis, *ibid.* a. 2. quo ſenſu ſit operatio intellectus, *ibid.* b. 2. in quo conſiſtat, *ibid.* ad quod prædicamentum pertineat, 435. c. 2. quinam ſit illius terminus, *ibid.* c. 2. illius cauſæ quæ ſint, 436. d. 2. *& ſeq.* quo ſenſu non poſſit à Deo produci, *ibid.* c. 2

Intellectio diuina & humana in quo differant, 20. a. 1

Intellectio adæquata & inadæquata, T61. b. 2

Intellectus.

Intellectus cur concipiat in homine lapidis negationem, 179. a. 1. quandonam formet ens rationis, 19. c. 2. an adiutus lumine gloriæ, poſſit producere aliquod ſupernaturale, 198. c. 1. prout eſt habitus quid ſit, 5. b. 2

Intellectus diuinus an formet entia rationis, 14. c 2

Intellectus ſolus cauſa efficiens vniuerſalis, 38. c. 2. quomodo conſideret naturas & eſſentias vt vnum quid, 39. a. 1

Intellectus agens quid ſit & quotuplex, 430. d. 1. an ſit Deus, *ibid.* a. 2. an aliqua ſubſtantia, aut intelligentia ſeparata, *ibid.* b. 2. illius munera quænam ſint, *ibid.* c. 2. quid illuſtret, 431. a. b. 1. an habeat aliquam actionem realem circa phantaſma, 431. c. 1. in quid agat tantùm, *ibid.* a. 2

Intellectus poſſibilis quid ſit, 432. a. 2. an ſit potentia organica, *ibid.* intellectus agens & intellectus poſſibilis an ſint potentiæ realiter diſtinctæ, 432. d. 2. an ſit cauſa totalis intellectionis, 436. d. 2

Intellectus an cognoſcat tum vniuerſalia tum ſingularia, 437. b. c. t. quomodo cognoſcat ſingularia, *ibid.* a. a. quomodo ſit medium inter ſenſum brutorum & intellectum Angelutum, 438. a. a. quodnam priùs cognoſcat, an vniuerſale an particulare, *ibid.* a. a. an poſſit ſimul intelligere plura vt plura per plures actus & in eodem inſtanti, 440. c. 1. c. a. quomodo cognoſcat accidentia & ſubſtantias materiales, *ibid.* c. a. *& ſeq.* quomodo cognoſcatur ab anima, 442 b. t. quomodo cognoſcat actus voluntatis, *ibid.* c. 1. quomodo cognoſcat ſuos actus, *ibid.* c. a. intellectus noſtri obiectum adæquatum quodnam ſit, 443. b 1. poſt receptas ſpecies cur non ſit ſemper in actu, 444. b. 1. quomodo diſtinguatur à memoria, *ibid.* c. 1. an diſtinguatur à voluntate, 445. c. 1. b a. intellectus quomodo ex Ariſtotele ſit appetitus, *ibid.* c. a. ao ſit voluntate nobilior, 446. a. 1. illius operationes an ſint obiectom logices, a6. c. r

prima illius operatio cur dicatur ſimplicium apprehenſio, ao. b a. quid poſſimus per illam concipere, *ibid.* c. a

Intellectus operatio tertia quænam ſit, & in quo formaliter cooſiſtat, 89. d. a. an ſit diſcurſus formaliter, 90. b. 1

Intellectus operationes vt dirigibiles an ſint materia Logices, a7. d. a

Iotellectus quælibet operatio qualis poſſit eſſe, ao. e. a. an quælibet poſſit conficere ens rationis, a1. a. t

Intenſio.

Intenſio quot modis fiat, 301. e. a. an ſe habeat per accidens ad perfectionem qualitatis, 303. d. r

Intenſio qualitatis an fiat per remotionem contrariæ qualitatis, 304. d. 1. in intenſione qualitatis an acquiratur noua entitas qualitatis, *ibid.* b. a. in quo differat à qualitate, *ibid.* d. a. intenſio & remiſſio qualitatis quid ſit, 308. e. 1. quænam illius radix, *ibidem* a. a

Intentio.

Inteutio quid ſit, & an formalis differat ab obiectiua, a1. c. 1. quid ſit prima, quid ſecunda, *ibid.* ſecunda quotuplex, *ibid.* a. a

Intentiones ſecundæ an ſint entia rationis, a1. b. a. quales ſint denomioationes, aa. a. a. quomodo poſſint à nobis concipi, *ibid.* c. a. ao ſint obiectum Logicæ, a5. *& ſeq.*

Interpretatio.

Interptetatio quid ſit apud Ariſtotelem, 85. a. 1

L

Lac.

LAc quid ſit, 388. a. a

Lapides.

Lapides an plures poſſint facere vnum indiuiduum, a53. a. a

Latitudo.

Latitudinis accideotium prima radix à qua dimanaot, quid ſit, 311. b. a

Lemoſius.

Lemoſius quid cenſeat de Logicæ obiecto, 24. e. a

Leuitas.

Leuitas & grauitas an ſint formæ eſſentiales miſtorum, 336. c. 1. an ſit in cælo, 365. e. i

Libri.

Librorum phyſicorum obiectum quodnam ſit, 133. c. 1

Librutum analyticorum quodnam ſit obiectum adæquatum, 95. a. 1

Limitatio.

Limitatio quænam repugnet continuationi, & quænam minimè, a53. e. a

Linea.

Linea an detur, a56. d. 1. an detur à parte rei, *ibid.* c. a. an à parte rei ſit ens reale, *ibid.* e. a. an ſit ſpecies quantitatis diſtincta à ſuperficie & puncto, a57. d. 1

Locus.

Locus quid ſit & quotuplex, 263. e. a. circumſcriptiuus & ambiens qualis ſit ſuperficies, *ibid.* an poſſit eſſe ſpatium reale trinè dimenſum, a64. a. t. an ſit vacuum, ſeu ſpatium imaginarium priuatiuum, *ibid.* b. t. quis locus mutaretur ſi totum moueretur vniuerſum, *ibid.* d. t. locus Ariſtotelicus quis ſit, a64. c. a. an debeat continere locatum, *ibid.* vt ſit æqualis locato quid ſufficiat, *ibid.* d. a. illius proprietates quæ, *ibid.* eſſe primum terminum corporis continentis immobilis, a65. a. t. quid includatur in illius definitione, *ibid.* c. t. qualis ſit per ſe, a66. d. t. per quid dicatur immobilis, *ibid.* c. t. *& ſeq.* an ſit ipſamet ſuperficies, a66. e. a. quare dicatur immobilis, 267. a. 1. quandonam diceretur mobilis & quando variabilis, *ibid.* e. 1. vera immobilitas, 267. e. a. an ſit ſpecies quantitatis continuæ diſtincta à ſuperficie, 71. c. 2. 72. a. 1. ſecundum quid ſit ens, 129. a. r quot modis res dicatur eſſe in loco, 270. c. 2. an duo corpora poſſint eſſe in eodem loco penetrabiliter, 271. d. a

Logica, Logicus.

Logica quare ſic dicta, 2. b. 1. quid ſit, *ibid.* e. quomodo appelletur ab Ariſtotele, *ibidem* e. 2.

Logica naturalis & artificialis, 2. d. a. ſub quo genere ſit, & in quid reducatur, 3. an ſit ſcientia, 3. d 1. quodnam ſit illius genus proximum, *ibid.* quid ſit ſecundùm D. Thom. & omnes Græcos, 4. d. t. & 5. c. a. vt docens quibus de rebus ſit, 5 c. a. ad quid ordinetur, 5. a. a. illius officium quodnam ſit, 8. c. 1. logica Topica ſiue ducens ſiue vtens quid ſit, 8. a. a. an ſophiſtica & Analytica dici poſſint facultates, *ibid.* b. 2. quo ſenſu non poſſit dici facultas, *ibid.* c. a. an ſit habitus practicus, 9. a. 1. quid inquirat de intellectu, *ibid.* quinam velint eam eſſe ſcientiam practicam, & quinam ſpeculatiuam, 9. e. 1. ad quid ſpectet, *ibid.* e. a. qualis habitus ſit propriè, 1u. b. t. illius proximum genus quodnam ſit, *ibid.* & ratione obiecti & ratione ſui eſt inſtrumentum, 10. d. t. ſi ſit inſtrumentarius habitus, quomodo non diminutus Ariſtoteles, *ibid.* e. t. quo pacto dicatur vtens aut docens, 11. e. 1. quaſnam regulet operationes, *ibid.* a. a. quibus de rebus ſit, 5. b. 1. cuiuſnam gratiâ ſit cognitio, *ibid.* d. t

Logica vtens qua ratione nullo modo ſcientia, 6. e a. an ſit ars, 6. *& ſeq.* quo ſenſu res omnes ſint illius obiectum, *ibid.* d. a. illius habitus an ab arte & ſcientia diſtinguatur, 7. d. 1. quonam modo ſit ſcientia & ars, 7. d. a.

an ſit facultas, 8. a. 1

Logica arti ſimilior quàm ſcientiæ, 26. a. 2. ad quid adinuenta, 27. e. 1. illius materia & finis, *ibid.*

Logica mentalis operationum directiua, 4. e. 2. qualis ſit cognitio, 5. a. 1

Logicæ nullum obiectum, 26. e. 1. illius diuiſiones, 2. d. 2. *& ſeq.* opiniones variæ circa illam, 3. d. 2. quis eius finis, 27. e. 1. quænam illius materia, *ibid.* d. 2. quis illius finis intrinſecus, 28. a. 1. eam eſſe artem quinam aſſerant, 4. d. 1

Logicus quid intendat, 27. e. 2. quomodo conſideret voces, 2. d. 1. quomodo naturas genericas, 46. d. 1. quia de ſyllogiſmo debeat conſiderare, 6. a. 1

Lumen, luminoſus.

Lumen quid ſit, & quot modis conſiderari poſſit, 421. e. 2. quomodo diſtinguatur à colore vero & reali, 422. e. 1. quomodo ab apparenti, *ibid.* a. 2. quid ſua natura poſſit efficere, 376. c. 2. in reflexione an intenſius ſit, 316. c. 2. an intenſius fiat ab agente principali, 317. c. 1. quomodo differat à luce, 366. e. 1

Lumen intenſius circa locum reflexionis per lineam rectam à quo producatur, 317. c. 2. quomodo poſſit produci partim ab agente principali, partim à lumine terminato in corpore opaco, 318. c. 1

Lumen tum in corpore lucido vnde emanat, tum in medio, an ſit qualitas realis, 422. b. 2. illius maxima perfectio quænam ſit, *ibid.* e. 2. an videatur per ſe ſine ſpecie intentionali, vel per ſpeciem à ſe productam, 423. a. 1. an ſit in ſolo diaphano tanquam in ſubiecto, an etiam tanquam in ſubiecto, in corpore opaco illuminato, *ibid.* b. 1. an ſit neceſſarium ad videndum ex parte medij, 423. an etiam ſit neceſſarium ex parte obiecti, 424. a. 1

Luminoſis duobus poſitis æqualis intenſionis, an erit lumen intenſius, vel duo lumina diſtincta, 313. c. 2

Luminoſis duobus poſitis vt duo in angulis aulæ, an aër intermedius luminoſus eſſet vt quatuor, 307. d. 2

Luna.

Luna quot modis conſiderari poſſit, 109. a. 1. cur illuminet teriam maiorem ſe, 366. d. 2. quale ſit corpus, 367. c. 1

Lux.

Lux quomodo differat à lumine, 366. e. 1

M

Magis.

MAGIS & minus ſuſcipere quid ſit, 65. e. 1

Magis & minus an recipiat relatio, 83. d. 2. & quæ recipiat, 84. e. 2

Magnes.

Magnes quomodo ſit principium motus in ferro, 182. e. 2. non repatiatur, 322. e. 2

Malitia, malum.

Malitia quænam opponatur bonitati tranſcendentali, 478. e. 2

Malum quotuplex, 216. b. 2

Materia.

Materia quotuplex penes Peripateticos, 144. e. 1. materiam dari quomodo demonſtret Ariſtoteles, *ibid.* a. 2. quomodo ſit in loco, *ibid.* c. 2. carens forma caret omni eſſe ſpecifico, 144. e. 2. quomodo cognoſcibilis. & quale ſit ens, 145. e. 1. an ſit omnino ſimplex, *ibid.* c. 1. & a. 2. materia in compoſitis inanimis, quale ſit ens, 146. b. 1. an aliquando remaneat ſine forma, *ibid.* e. 1. an ſit corpus, 147. b. 1. an dicat aliquam metaphyſicam compoſitionem, ſeu an excludat omnem actum metaphyſicum, 148. c. 2. quale ſit compoſitum, *ibid.* e. 2. quam perfectionem dicat, *ibid.* quid habeat in quo cum cæteris conueniat, & in quo differat, 149. a. 1. materia tam cæleſtis quàm ſublunaris, an ſit ſub materia vt genere, *ibid.* quid ſit genus ſub quo collocatur, *ibid.* b. 1. an pura ſit potentia omnem actum excludens, tum eſſentiæ, tum exiſtentiæ, 149. e. 1. illius realitas expenditur, *ibid.* c. 2. materia creationis terminus, *ibid.* e. 2. pars eſt ſubiectiua à qua educuntur formæ, 159. a. 1. quandonam tantùm ſit pura potentia, *ibid.* d. 1. illius entitas realis ex Ariſtotele quænam ſit, 150. b. 2. in qua ſpecie illam conſtituat illius actus entitatiuus, *ibid.* c. 2. illius eſſentia per quid fiat extra cauſas, *ibid.* d. 2. in quo ſit per actum entitatiuum, *ibid.* e. 2. illius exiſtentia expenditur, 151. b. 1. quomodo ſit extra cauſas per ſuam entitatem & eſſentiam, 151. d. 1. quomodo exiſtat per formæ exiſtentiam, 152. b. 1. quid ſit quoad eſſentiam, *ibid.* e. 2. vnde omnem eſſentiam habeat, quam habet, 153. a. 1. an poſſit exiſtere per diuinam poteotiam ſine forma, *ibid.* per quid ſit à parte rei, 153. e. 5. quomodo exiſtat per actum entitatiuum eſſentiæ, *ibid.* b. 2. quomodo dependeat à forma, *ibid.* e. 2. cur exiſtere non poſſit abſque forma, 154. b. 1. an ſubſiſtat, *ibid.* a. 2. an vnitatem habeat, *ibid.* d. 2. qua vnitate ſit vna, *ibid.* e. 2

Materia & forma quomodo ſint mutationis principia, 138. a. 2. quo ſenſu ſit eadem cum priuatione, 139. c. 1

Materia & obiectum in quo differant, 26. d. 2. deſtructis formis an adhuc in potentia remaneret in pluribus, 155. b. 1. illius potentia quænam ſit, *ibid.* d. 2. quo ſenſu ſit potentia, 155. d. 2. quo ſenſu ſint in ea plures potentiæ, 156. b. 1. materia ſub forma aquæ quomodo etiam in potentia ad aquam, *ibid.* a. 2. quam potentiam admittat ad formæ corruptionem, 157. d. 1. an habeat potentiam ad omnes formas, an ſolam non repugnantiam, 159. a. b. 1. ad quas terminetur formas, 160. e. 2. cur poſſit intelligi per ordinem ad vnum actum, 161. e. 1. illius potentia an ad accidentia ſit vna, 162. c. 1. an primò reſpiciat compoſitum quàm formam, *ibid.* e. 2. quid primatiò reſpiciat ordine intentionis, & qoid ordine executionis, 163. a. 1. quomodo ſit principium, & fieri compoſiti, & eiuſdem in facto eſſe, 163. e. 1. an aliter ſe habeat reſpectu formarum corruptibilium ac incorruptibilium, *ibid.* e. 1. quo ſenſu dicatur generationis principium, *ibid.* b. 2. eſt puriſſimum ſubiectum nullo modo influens, *ibid.* tantùm æquiuocè influit, *ibid.* d. 2. vt refertur ad generationem, quid ſit, *ibid.* e. 2. relata ad formam in fieri, & ad compoſitum in facto eſſe, 164. b. 1. quomodo ſit princi-

pium corruptibilitatis , *ibid.* c. 1. quare ſit principium corruptibilitatis, *ibid.* b. 2. an ſit quantitatis cauſa ſufficiens, 164. d. 2. an ſit quantitati coæua , *ibid.* e. 2. & 165. a. 2. an habeat quantitatem terminatam aut interminatam ante exiſtentiam, 165. b. 2. quandonam influat in formam, *ibid.* c. 2. vt poſſit pati & recipere primas qualitates , an requirat magis vnam figuram quàm aliam , *ibid.* d. 2. cur in ea requiratur quantitas , 166. b. 1. an ſit ſola quaoritatis ſubiectum , 167. e. 2. quomodo mediâ quantitate recipiat formas, tum ſubſtantiales, tum accidentales, 171 a. 1. an habeat aliquas proprietates, *ibid.* d. 1. an ſit ingenerabilis & incorruptibilis , *ibid.* a. 2. ao habeat potentiam eductiuam , & an huiuſmodi potentia in illa tantùm reperiatur , 172. c. 2. an illius ſit proprium ſemper eſſe coniunctam alicui formæ , *ibid.* appetitus ad formam an ſit illius proprietas , 172. d. 2. an realiter diſtinguatur à forma , *ibid.* e. 2. an appetat omnes formas , 172. b. 1. quid ſit ſecundùm Ariſtotelem , *ibid.* c. d. 1. præexiſtere in materia quid ſit, 174. d. 1. an illius potentia debeat præcedere formam , *ibid.* a. 2. an debeat formam præcedere, *ibid.* c. 2. an materia cæli præcedat formam , 176. b. 2. quale ſit principium , 182. b. 1. an vt contradiſtincta à forma ſit natura, 185. b. 1. quo ſenſu ſit oatura , *ibid.* b. 2. quo ſenſu ſit cauſa , 191. e. 2. quid cauſet & qui ſint eius effectus , 192. quibus modis ſit cauſa , *ibid.* illius cauſalitas quænam ſit , 193. a. 1. inter materiam & formam vnitam , an ſit concedendus aliquis nexus , 193. b. 2. an reſpectu ſumet exerceat ſuam cauſalitatem , 194. b. 1. quomodo cauſet formam , *ibid.* a. 2. ad hoc vt ſit cauſans actu quid requiratur , 194. c. 2. *& ſeq.* an in materia & forma dentur ſemivnioaes , 196. d. 1. an vna & ſimplex vnio ſit cauſalitas materiæ & formæ reſpectu compoſiti , *ibid.* d. 2. per quid ſuſtentet , 199. d. 1. an vnio inter materiam , & materialem formam ſit in materia , an in forma , an in vtroque extremo , *ibid.* b. 1. vnio quomodo ſit io materia & forma , 199. b. 2. materia & forma qoomodo ſibi inuicem cauſæ , 215. e. 2. ao poſſit ſpoliari forma ſubſtantiali & primis quantitatibos , 310. c. 2. quomodo dicatur generari , 287. b. 1

Materia & forma an ſiot ſpecies obiecti phyſici, 129. a. 1

Materia cæli an ſit diuerſa à materia inferiorum, 360. e. 2. an materia cælorum ſit eiuſdem rationis , 361. b. 1. b. 2. an fuerit aliquando priuata ſuâ formâ , 135. d. 1. ſublunaris cur noo poſſit recipere formam cæleſtem , 359. d. 2. an aliqua accidentia cæleſtia , 360. b. 1. materia cæli cur diuerſa ſpecie , 360. c. 1. materia cæli an diuerſa quia cælum incorruptibile , *ibid.* a. 2

Mathematica.

Mathematica in quo differat à phyſica & metaphyſica , 122. e. 1

Medicamentum.

Medicamentum per quid differat ab alimento, 409. d. 1

Medium.

Medium quomodo detur inter contradictoria , 140. e. 2

Medium vt medium an poſſit habere rationem finis , 211. c. 2

Medulla.

Medulla quid ſit , 388. a. 2

Membrum.

Membrum corporis præcipuum , quod ſit animæ ſedes , quodnam ſit , 385. c. 1

Memoria.

Memoria ſenſitioa quid ſit , 428. d. 1. an detur intellectiua , 443. e. 2. quomodo diſtinguatur ab intellectu , 444. c. 1. quomodo res apprehendat circa quas aliæ potentiæ ſunt operatæ , 18. a. 2. an poſſit conficere ens rationis , *ibid.* c. 1

Mens,

Mens Angeli & mens hominis qoales ſint , 20. d. 1

Mentis operationes quotuplices , 21. a. 1

Menſura.

Menſura num debeat eſſe eiuſdem rationis cum menſurato , 279 d. 1

Metallum.

Metalla an poſſint eſſe viuentis alimentum , 409. d. 2

Metaphyſica.

Metaphyſica num conſideret res omnes particulari . 450. d. 1. in quo differat à phyſica & mathematica , 122. c. 1. an eſſet ſi non eſſent intelligentiæ , 157. b. 2. illius obiectum quodnam ſit , 447. b. 2

Miſtio , miſtum.

Miſtio quid ſit , 330. a. 2. vnio in illius definitione quid ſignificet , *ibid.* e. 2. illius cauſa efficiens quænam ſit , 331. b. 1. quænam illius cauſa materialis , *ibid.* d. 1. an poſſit dici Miſtio vbi forma corrumpitur , 333. a. 1

Miſtum quodnam ſit aptum alimentum , 409. c. 2

Miſti forma an detur à formis elementorum diſtincta , 331. e. 2. quomodo in eo ſint elementa , 332. a. e. 2. an formæ elementorum ſint refractæ in miſto , 333. a. 2. quomodo formæ elementares remaneant in miſto , 334. c. 1. *& ſeq.* miſtum quot modis poſſit accipi , *ibid.* a. 2. an illius forma nobilior ſit formis elementaribus , *ibid.* e. 2

Miſta an omnia ſint ſapida , 427. a. 2. an perpetuò duratura , 355. b. 1

Mobile.

Mobile quotuplex , 232. c. 1. an omne debeat eſſe partim in termino à quo , partim in termino ad quem , *ibid.* a. 2

Mobile primum à quo moueatur , 375. c. 1

Mobile cur non ſit vltima differentia obiecti phyſici , 132. a. 1

Mobile & ſubiectum quonam pacto dicantur in potentia paſſiua , 219. e. 1

Mobile inter & mouens quotuplex diſtinctio , 232. c. 2

Modus.

Modus quot modis poſſit conſiderari , 198. a. 1

Modus nutritionis , 402. c. 2

Modus afficiens terminum quantitatis quis ſit , 231. a. 1

Modus tertius an ſit dicendi per ſe , an exiſtendi , 111. c. 1

Modi quot ſint prædicabilitatis , & quot vniuerſalitatis , 56. a. 2

Modi cognoſcendi quot ſint , 97. c. 1

Modi dicendi per ſe quot reuera ſint, & quot dicendi per accidens. 109. d. 1. quis ſit primus modus dicendi per ſe. *ibid.* in quo modus vterque differat. 100. a. 2. de tertio & quarto modo dicendi per ſe. 111. c. d. e. f

Monſtrum.

Monſtra quales ſint effectus. 216. a. 2. an reſpectu Dei ſint fortuita. *ibid.* b. 2

Motor.

Motor primus qoomodo primus ſecundùm Ariſtotelem. 234. a. 1. immobilis & infinitæ virtutis, *ibid.* b. 1. quomodo vnus, perpetuus. *ibid.* e. 1. motoris vnitas an concurrat ad vnitatem motus genericam vel ſpecificam. 236. b. 1. ad quem motum requiratur vnitas motoris. 237. b. 2. ad quam vnitatem numericam motus non requiratur idem numero motor. *ibid.* d. 2. Primus in genere cauſæ efficientis immediatæ, an moueat primum mobile. 375. e. 1. an diſtinguatur à parte rei à mobili. 232. e. 2

Motus.

Motus quid ſit. 218. d. 1. quonam reſpectu dicatur actus. *ibid.* d. 2. an dicatur actus formaliter. 219. a. 1. qualis ſit actus. *ibid.* a. 2. quomodo ordinet ſubiectum ad vlteriorem perfectionem. *ibid.* e. 2. quibusnam conueniat illius definitio. 219. e. 2. 220. a. 2. quare ſubiectum careat forma completa & non completa per motum. 220. d. 1. an ad eum requiratur vt in ſubiecto ſit potentia naturalis ad terminum. 220. b. 2. ſi daretur in vacuo an ei competeret definitio motus. *ibid.* d. 2. motus propriè dictus quid dicat. 221. a. 1. an illius definitio ſit vniuoca. *ibid.* b. 1. quænam poſſint dici in motu propriè dicto. *ibid.* c. 1. tranſitus qui eſt de eius eſſentia an ſit ſubſtantia vel accidens. *ibid.* d. 1. vnde poſſit oriri in eo ſucceſſio. *ibid.* c. 1

Motus quomodo à materia & forma. 138. b. 2

Motus aliquis vnde petat neceſſariò fieri ſucceſſiuè. 221. d. 2. vt motus eſt à quo abſtrahat, & quomodo fieri petat. 222. b. 1. an detur aliquis ratione termini qui petat fieri in inſtanti. *ibid.* e. 1. continuitas quæ ſit de eſſentia motus & quæ minimè. 222. a b. 2. an idem ſit cum actione & paſſione. *ibid.* e. 2. an diſtinguatur formaliter ab actione & paſſione. 226. e. 2. an vt motus eſt ſit actio. *ibid.* e. 1 an vt eſt quidam tranſitus à termino à quo ad quem metaphyſicè ſumptus, ſit paſſio. *ibid.* d. 1. quiſnam diſtinguatur tantùm formaliter à paſſione. 226. e. 1. quid actio dicat ſupra motum. *ibid.* d. 2. motus & paſſio an diuerſimodè reſpiciant ſubiectum. 227. a. 1. an motus ſit realiter vnitio. *ibid.* d. 1. quot modis conſiderari poſſit. *ibid.* a. 2. quo ſenſu ſit idem cum vnitione. *ibid.* b. 2. cur in nullo ſit prædicamento. 228. d. 1. quomodo diſtinguatur à termino à quo, & ad quem. *ibid.* b. 2. quomodo includat in ſuo formali conceptu vtrumque terminum. 228. c. 2. quandonam identificetur cum termino ad quem. *ibid.* cur non identificetur cum vtroque. *ibid.* e. 2. quo ſenſu diſtinguatur à termino ad quem ex natura rei & tanquam modus à re. 229. a. 1. quęnam refellantur ab eius eſſentia. *ibid.* e. 1. quomodo diſtinguatur à termino à quo realiter, & quomodo pluſquam realiter. 229. a. 2

Motus priuatiuus an modaliter diſtinguatur à termino ad quem. 229. c. 2. an mutatio ſit motus poſitiuus. *ibid.* d. 2. motus poſitiuus & priuatiuus quidnam ſint. *ibid.* c. 2. quinam poſſint eſſe termini motus ſucceſſiui & inſtantanei. 230. e. 1. & *ſeq.* ad motum ſucceſſiuum requiſita. *ibid.* quot & quales debeant eſſe termini motus. 231. c. 1. In motu Aogalieo qualis oppoſitio ſufficiat. *ibid.* c. 1. an omnis motus ſit in mobili. 231. b. 2. quomodo diſtinguatur à mobili. *ibid.* e. 2. illius ſubiectum quale debeat eſſe. 232. c. 1. motus intelligentiarum contra Ariſt. *ibid.* d. 1. motus cordis an à ſe, vel à generante, vel à calore innato, an ab anima. 233. d. e. 1. & a. 2. à quo ſit. *ibid.* c. 2. Motus quotuplici modo ſumi poſſit 234. e. 1 an illius vnitas ſpecifica deſumatur à termino ad quem, an ab aliquo alio. 234. in qua ratione ſumat ſuam vnitatem. *ibid.* a. 2. motus naturalis quomodo diſtinguatur à violento. *ibid.* c. 2. quandonam ſumat ſuam determinationem & ſpecificationem à termino ad quem. 234. d. 2. cur non diſtinguatur eſſentialiter ratione materiæ, principij vel termini à quo. *ibid.* c. 2. quomodo ſpecificetur motus à termino ad quem. 235. b 1. an poſitiuus & priuatiuus ſumat ſuam ſpecificationem à termino ad quem. *ibid.* e. 1. motus circularis & rectus quomodo diſtinguantur. 235. a. 2. motus cæli & elementorum vnde eſſentialiter differant. *ibid.* e. a. motus idem ſpecie an poſſit eſſe à diuerſis motoribus, 236. b. 1. motibus lapidis, & ignis ſurſum, an ſit idem terminus ad quem. *ibid.* d. 1. à quo ſumat vnitatem numericam realem. *ibid.* d. 2. dupliciter conſideratur quoad vnitatem numericam. *ibid.* Motus contigui, continui & ſimul, quomodo inter ſe differant. *ibid.* e. 2. motus quotupliciter continuus. 237. a. 1. quid requiratur ad vnitatem numericam motus, prout eſt à parte rei. *ibid.* b. 2. quo ſit vnus, & quis duplex. *ibid.* e. 1 ſi formaliter ſumatur, an ad eius vnitatem numericam requiratur idem numero motor. 237. d. 2. à quo ſumat vnitatem numericam metaphyſicam & obiectiuam. 238. c. 1. motus idem numero obiectiuè ſumptus, quomodo ſit via ad hunc vel illum effectum. *ibid.* e. 2. quid ſit ſatis ad vnitatem numericam motus obiectiuè ſumpti. 239. c. 1 vnde ſumat oppoſitionem, tum reſpectu alterius motus, tum reſpectu quietis. 239. b. 2. quotuplicem habeat contrarietatem. *ibid.* c. 2. quomodo quies ei opponatur. *ibid.* d. 2. an inter ſpecies cuiuſcumque motus reperiatur vera contrarietas. 240. b 1 & *ſeq.* motus remiſſionis & intenſionis, augmentationis & diminutionis, quomodo opponantur. *ibid.* c. 1. motus ſurſum, deorſum, circularis, & rectus, an ſint eſſentialiter diſtincti. 240. c. 1. per quid differant. *ibid.* c. 1. motus naturalis & violentus quomodo differant. *ibid.* a. 2. velox & tardus quomodo opponantur. *ibid.* b. 2. an inter motus oppoſitos detur quies. *ibid.* c. 2. inter motum ſurſum & deorſum an debeat interponi quies. 240. c. 2. ſi motus ſint contrarij an detur quies in puncto reflexionis. 241. a. 1. quænam detur. *ibid.* d. 1. inter quos nulla ſit quies. 241. b. 2. ad diſcontinuandos motus quid ſufficiat. 242. a. 1. mo-

Digitized by Google

tus partes quotuplici modo accipiantur. 242. b. 1. & quotuplices ſint quibus integratur motus. *ibid.* an incipiat & deſinat motus. *ib.* c. 2. *& ſeq.* in quaſnam partes diuidatur, & in quas minimè. 243. b. 1. an detur in motu prima & vltima pars. *ibid.* d. 1. an detur primum mutatum eſſe in instanti motus. 243. c. 2. quilibet motus quomodo incipiant, & deſinant. *ibid.* c. 2. moueri in primo instanti quomodo præcedat mutatum eſſe. 244. c. 2. illius ſpecies tum eſſentiales tum accidentales quænam ſint. b. 1. vnde deſumantur. *ibid.* c. 1. motus quis ſit violentus. 245. a. 2. & quis naturalis. *ibid.* motus directus quis ſit. *ibid.* c. 2. quis regularis, mixtus & ſimplex. *ibid.* d. 2

Motus localis an impediat vacuum. 275. b. 2. ſi daretur in vacuo qualis eſſet. 276. a. 2. *& ſeq.* qualis ſit qualitas. 424. c. 2. ſucceſſiuus vnde proueniat. 137. a. 1. qualis ſit actus. 183. d. 1. an ſit ſpecies quantitatis. 72. c. 1

Motus & actio quomodo terminum reſpiciant. 76. c. 1. motum non eſſe ad relationem, quomodo intelligendum. 80. d. 1. an detur in ſpatiis imaginariis. 269. b. 1. ſecundùm quid ſit ens. 129. a. 1. cuiuſnam obiecti ſit prima paſſio. 131. c. 2. illius formale principium quodnam ſit, 131. d. 2. qui fieret in vacuo an eſſet progreſſiuus, 276. c. 2. 277. b. 1. an eſſet motus proiectionis vel tractionis. *ibid.* d. 1. an inſtantaneus, vel ſucceſſiuus, *ibid.* an motus diſtinguatur à tempore. 280. c. 2. an debeat effectiuè procedere à natura. 185. c. 1. quomodo diſtinguatur à tempore. 281. b. 1. 282. c. 2. illius vnitas à quo ſumatur. 282. b. 1

Motus circularis quonam reſpectu non dicatur naturalis. 187. a. 2. an ſit in cælo naturalis ex parte eiuſdem cæli. 373. b. 1. an ſit cælo naturalis ex parte formæ vel etiam materiæ. 373. c. 1. an ſit naturalis ex parte intelligentiæ. *ibidem* b. 2

Motus cæli an ſit miſtus. 356. c. 2. an ſit effectiuè à principio intrinſeco. 371. d. 1. an ſit naturalis ex parte cæli 372. a. 2. an requiratur, vt agens approximetur paſſo, 376. a. 2. an ſit conditio neceſſaria, vt cęlú medio homine & aliis influentiis agat in omnes partes vniuerſi. *ibid.*

Motus elementorum à quo ſit, & cur ſit velocius in fine. 341. c. 2. 342. b. 1

Motus complementum in quo ſit. 89. c. 2

Motus phyſicus cuinam ſpeciei debeat conuenire. 128. a. 2

Mouens inter & mobile quotuplex diſtinctio. 232. c. 2

Mundus.

Mundus an fuerit ab æterno, & an poſſit demonſtrari eum fuiſſe ab æterno. 355. d. 2. an potuerit eſſe in tempore, & an poſſit demonſtrari fuiſſe. 347. b. c. 1. an potuerit eſſe ab æterno. *ibid.* c. 1. quomodo non potuerit ab æterno incipere. *ibid.* d. 2. an potuerit eſſe ab æterno ſecundùm aliquod ens permanens. 348. d. 2. quomodo factus fuerit à Deo ab æterno ſecundùm Ariſtotelem. 352. d. 2. an ſit perfectus & an potuerit perfectior fieri. 353. c. 1. quomodo ſit perfectus. *ibid.* b. 2. quomodo potuerit à Deo fieri perfectior. *ibid.* quomodo non potuerit fieri perfectior. *ibid.* d. 2. qua ratione perfectus. 354. b. 1. an neceſſariò ſit vnus. *ibid.* c. 1. quomodo ſit tantùm vnus. *ibid.* a. b. 2. an ſit ens ſimplex. 354. c. 2. an ſit perpetuò duraturus. *ibid.* d. 2. an illius finis poſſit aliquo modo demonſtrari. *ibid.* c. 2. an perpetuò remanebit in eodem ſtatu in quo nunc eſt. *ibid.* an ſit de fide eum perpetuò duraturum, licèt non in eodem ſtatu. 355. a. 1. quid in eo remanebit poſt diem iudicij. 355. c. 1 a. 2

Mula.

Mula cur non generet, 401. c 1

Multiuoca.

Multiuoca quid ſint, 57. c. 2

Munus.

Munus præcipuum intellectus agentis, quodnam ſit; 430. c. 2

Munera ſpeciei intelligibilis quænam ſint, 433 d. 1

Mures.

Mures qui procedunt ex putri an dicantur generati, 415. c. 2

Muſica.

Muſica, cur non poſſit illud nomen dici vniuocum nec æquiuocum reſpectu mulieris & artis, 59. a. 1

Myſteria.

Myſteria fidei, Trinitatis &c. an ſciri poſſint naturaliter ab hominibus. 216. c. 1

Mutatio.

Mutatio ſubſtantialis quotuplex, 287. b. 2. quomodo mutatio in totum, *ibid.* d. 1. quotuplici modo poſſit conſiderari. 142. a. 1. à quo incipiat, 138. c. 1. b. 2

Mutatio priuatiua an ſit actio, vel paſſio, vel motus poſitiuus, 229. d. 2. an ſit modus aliquis, *ibid.* c. 2. an identificetur cum priuatione, 230. b. 1

Mutationes per ſe quot ſint, 347. a. 2

Mutationis principium quomodo ſit forma, 541. c. 2

Mutationis principia quomodo ſint materia & forma, 138. a. 2

Mutationem concipere ſine agente an implicet, 138. a. 2

N

Natura.

NATVRA quid ſit, 181. a. 2. 464. a. 2 naturæ nomen variè vſurpatum, 181. b. 1. multiplex difficultas in naturæ definitione, *ibid.* c. 2. quomodo dicatur principium motus & quietis. 181. d. 2. an cauſa ſit ſimul & principium, 182. qua ratione ſit principium, qua ratione cauſa, *ibid.* b. 1. quare per motum definita, & quomodo principium motus & quietis, *ibid.* c. 1. an omnes formæ ſint natura, 183. c. 2. forma mixtorum quo ſenſu ſint natura, & quænam ſint natura, 184. b. 2. quænam non ſint natura, *ibid.* c. 2 an ab ea motus debeat effectiuè procedere, 185. c. 1. an materia vt contradiſtincta à forma ſit natura, *ibid.* b. 1. quo ſenſu materia ſit natura, *ibid.* b. 2. formæ viuentium an ſint natura, 186. a. 1. priuatio, quantitas, & finis an ſint natura, *ibid.* quid ſolùm ſit natura, 187. a. 1. an totum vt totum ſit natura, 187. c. 1. de natura comparata ad artem, *ib.* c. 2. an ars poſſit efficere opera naturæ, & an poſſit aliquid quod non poſſit natura, 188. a. b. 1. quale ſit principium, *ibid.* c. 2. artis & naturæ diſcrimen, 189. a. 1. generatio quo ſenſu

non ſit natura, *ibid.* b. 1. quibus rationibus oſtendatur arte perfectior, *ibid.* b. 1. Ariſtotelis doctrina de natura, 189 c. 1

Natura ſubiecta genereitati num definiatur cùm definitur genus, 46. c. 1

Natura in prima abſtractione eſt vna vnitate, quæ ſufficit ad vniuerſale, 59. a. 2. an aliqua ſit, quæ diſtinguatur realitar à ſua exiſtentia poſitiua, 462. a. 1. quam vnitatem expetat, 358. d. 2. babens ſpecies poſſibiles potentiâ Logicâ, an differat ab habente ſpecies poſſibiles potentiâ phyſicâ, 47. a. 2. humana quomodo diſtinguatur à conditionibus indiuiduantibus, 34. 2. 1. quot modis conſiderari poſſit, 32. d. 1. quo ſenſu non ſit vniuerſalis, 38. a. 2. quo ſenſu non ſit formaliter vniuerſalis, 38. 2. 2. quot modis conſiderari poſſit reſpectu ſuæ proprietatis, 64. c. 2. ſacundum ſe exiſtens in pluribus qualis ſit cauſa vniuerſalis, 42. b 1. per quid habeat vnitatam ſufficientem ad vniuerſale, 41. c. 1. quid habeat ab intellectu, 39. a. 2

Naturæ vniuerſales an ſint nuda nomina vel nudi conceptus, 30. a. 2. ſecundùm quid habeant eſſe aliquod reale, *ibid.* d. 2

Naturale quot modis dicatur, 181. c. 1

Neceſſitas.

Neceſſitas ſuppoſitionis nullam dicit in Deo imperfectionem, 80. a. 2

Negatio.

Negatio cuins ſit ſpecies, 15. a. 1. quot modis poſſit concipi, 16. a. 1

Negatio diuiſionis, quam dicit vnitas, quænam ſit, 471. c. 1

Negatio quam addit vnum, an ſit pura negatio, an priuatio, 472. d. 1. an ſit de ratione potentiæ, 157. c 2

Negatio addens aliquid enti ratione vnitatis quænam ſit, 470. d. 2. *& ſeq.*

Negationes omnes ad quid reduċantur, 16. 2. 2. quomodo ſuſcipiant magis & minus, 470. b. 2

Nobilitas.

Nobilitas quot modis poſſit explicari, 106. d. 1

Nomen, Nominales.

Nominis vnitas quotuplex, 58. c. 1

Nominales quid ſenſerint da relatione, 73. c. 1. quid de quantitatis diſtinctiona, 251. b. 1. vnde ita dicti, 24. b. 1. eorum opinio de vniuerſali, 30. c. 1

Notius, notum.

Notius & prius natura quid ſit? 104. d. 2. quotuplex, *ibid.*

Notum per ſe quid propriè ſit & quotuplex. 104. a. 2

Notum natura quandonam poſſit nobis eſſe notum, 105. b. 1

Nouitas.

Nouitas eſſendi quomodo de ratione creaturæ, 350. a. 2

Numerus.

Numerus quotuplex, 280. b. 1

Numerus infinitus quid debeat continera in vnitatibus, 261. b. 1. an formaliter ſit locus, an materialiter tantùm, 265. c. 1

Numerus principiorum quotuplex, 137. c. 2. quomodo diuiſus & diuiſibilis, 246. c. 2. an ſit ſpecies quantitatis, 69. & 70. 71. quotuplex ſit, *ibid.* b. a. quot poſſint in eo conſiderari, 70. b. 1. quomodo vnum per accidens & vnum per ſe. 70. c. 1. numerus vt numerus quid ſit, *ibid.* illius differentia eſſentialis conſtitutiua quæ, 71. b. 1

Numerabile quot modis poſſit ſumi, 70. b. 2

Nutrimentum, nutritio.

Nutrimentum perſectum quodnam ſit, 409. c. 2. vltimum nutrimentum an ſit ſanguis, 410. b. 1

Nutritio quomodo fiat, 402. d. 1. quid ſit, *ibid.* a. 2

Nutritio in viris qualis ſit augmentatio, 404. b. 2. an ſit ſucceſſiua, an inſtantanea, 407. c. a. 1. an acquiratur in ea noua quantitas, *ibid.* a. 1. an ſit continua, & nunquam interrumpatur quandiu viuens viuat, *ibid.* a. 2. qoomodo fiat per intuſſuſceptiooem, & non per iuxtapoſitionem, 407. c. 2. quænam ſint partes illi deſeruientes, 408. b. 2. illius principium inſtrumeotatium quodoam ſit, *ibid.* d. 2

O

Obiectum.

OBIECTVM quotuplex, 394. b. 2. 443. c. 1. quodnam ſit adæquatum noſtri intellectus, 443. c. 1. aliud per ſe, aliud per accidens. *ibid.* d. 1. quodoam dicatur motiuum, 443. c. 2

Obiectiuum ſcientiæ quale debeat eſſe, 23. c. 2. 116. c. 1. an ſit demonſtrabile à propria ſcieotia, *ibid* quomodo diſtinguatur à ſcientia, an poſſit eſſe idem fidei humanæ, ſcientiæ & opinionis, 116. c. 2

Obiectum materiale phyſices quodnam ſit, 131. a. 2. obiectum illius adæquatum quodnam ſit, 132. d. 1. an ſit ens mobile, ab ſcientia, 130. c. 2. quid ſit obiectum Logicæ, & quid non ſit, 24. *& ſeq.*

Obiectum quid in rigora ſit, & per quid differat à ſubiecto, 26. c. 2 per quid à materia, *ibid.* d. 2. per quid à fina, 27. a. 1

Obiectum Metaphyſices quodnam ſit, 447. b. 2. quodnam adæquatum, 448. c. 1

Obiectum octo librorum phyſicorum quodnam ſit, 133. d. 1

Obiectum motiuum intellectus quodnam ſit, 116. b. 2. obiectum ſcientiæ an etiam fidei, *ibid.* c. 2. non eſt neceſſe quòd ſit verè priùs exiſtentia quàm actio circa illud, 13. b. 1. qua ratione ſit compoſitum naturale, 128. a. 1. phyſicæ obiectum an compreheodat intelligentias, *ibid.* a. 2

Obiectum adæquatum librorum poſteriorum analyticorum qoodnam ſit, 95. a. 1

Obiecti phyſici differentia vltima cur non ſit mobile, 132. a. 1

Obiecti quotuplex ratio, 131. c. 2. obiecti phyſici prima paſſio quæ, *ibid.*

Obiecti quotuplex ratio, 118. b. 2

Obiecti totalis conditiones ex Ariſtotela quænam ſint, 127. b. 2. obiecti phyſici paſſio, 129. a. 2

Obiecta per quæ diſtinguuntur actus, qualia eſſe debeant, 396. d. 1

Occaſio.

Occaſio formandi ens rationis quænã ſit, 14. b. 2

Ocham.

Ocham quid cenſeat de Logica, 9. c. 1. quid de relationa, 73. c. 1

Odor, Odoratus.

Odor quid ſit, 426. b. 2. quomodo infundatur per medium, *ibid.* e. 2. quodnam ſit medium per quod defferri poſſit, 427. a. 1

Odores an poſſint eſſe viuentis alimentum, 409. d. 2

Odoratus qui ſit ſine reſpiratione, an ſit eiuſdem ſpeciei, cum eo qui ſit abſque reſpiratione, 427. b. 1

Olfactus.

Olfactus in quo conſiſtat, 426. e. 1. illius organum ſeu ſenſorium, *ibid.* an immutetur ab odore realiter, an ſolùm intentionaliter, *ibid.* d. 2

Opacitas.

Opacitas an ſit in cælo, 365. a. 1

Operatio.

Operatio prima intellectus quomodo faciat ens rationis, 23. b. 2. cur dicatur ſimplicium apprehenſio, 20. b. 2. quænam poſſit conficere ens rationis, *ibid.* c. 2. quælibet poteſt eſſe directa, reflexa, & comparatiua, 20. e. 2

Operatio tertia intellectus quęnam ſit, & in quo formaliter conſiſtat, 89. d. 2. an ſit diſcurſus formaliter, 90. b. 1

Oppoſitionis accidentium prima radix à qua dimanant, quænam ſit, 311. b. 2

Operationes intellectus an ſint obiectum Logicæ, 26. c. 1. à quo dirigi debeant, *ibid.*

Operationes cæli an illico ceſſent illius motu ceſſante, 376. a. 1

Operationes rectæ quomodo ſint finis intrinſecus Logicæ, 28. a 1 ſingulæ operationes intellectus vt dirigibiles an ſint materia Logicæ, 27. d. 2

Opinio.

Opinio quid ſit, 30. a. 2

Opiniones variæ circa Logicam, 3. d. 2

Oppoſitio.

Oppoſitio in rigore inter quæ ſit? 240. a. 1

Oratio.

Oratio enuntiatiua cur propria dialecticorum, 85. e. 1. quomodo ab Ariſtotele dicta, *ibid.* an ſit ſpecies quantitatis diſcretæ ab aliis diſtincta, 71. c. 2

Ordinare, Ordo.

Ordinare poſitiuè & negatiuè quid ſit, 219. c. 2

Ordo quotuplex ſit in rebus, 163. a. 1

Ordo in prædicatione ſeruandus, 48. a. 1. in quo differat à potentia, aptitudine & appetitu, 158

Organicum, Organum.

Organicum quid ſit, 379. c. 2. quot modis ſumi poſſit, 384 b. 1

Organum auditus præter auriculas, quæ foras prominent, quid amplius habeat, 424. c. 2

Organum olfactus quodnam ſit, 426. e. 1. organum guſtus vbi ſitum, 427. d. 1

Organa quomodo concurrant ad operationes vitales, 397. a. 1

Os.

Os, cerebrum, caro, cor, an habeant eandem formam, 382. d. 2

P

Pars, Partes.

PARS prima & vltima an detur in motu, 243. e. 1

Partes motus quotuplices, & quotuplices illæ, quibus integratur motus, 242. b. 1. an inter eas detur prima & vltima, *ibid.* e. 1. in quaſnam diuidatur tempus, 243. a. 1. an habere partes extra partes ſit ratio formalis quantitatis, an aliis etiam conueniat, 247. quid faciat vt partes non penetrentur, non autem vt ſint impenetrabiles, 230. a 1. quotupliciter ſint actu vel potentia in continuo, 252. d. 1. quænam ſint completæ & incompletæ in continuo, *ibid.* an aliæ ſint æquales, aliæ proportionales, 252. a. 2. partes eſſentiales & integrantes quomodo ſe habeant in continuo, 254. e. 1. partes integrantes quomodo ſint in loco, 271. a 1

Partes animatæ animalis quænam ſint, 388. b. 1

Partes in quantitate quot modis poſſint intelligi, 68. b. 2

Partes ſanguinis nunquam homogeneæ, 410. c 1

Partes philoſophiæ naturalis quænam ſint, 133. a. 1

Partes habentes poſitionem & non habentes, 68. e. 2. partium poſitio quotuplex, *ibid.*

Paſſio.

Paſſio prima quando prædicatur de ſubiecto, an ſit propoſitio immediata, 101. c. 1. *& ſeq.* quali demonſtratione demonſtretur de ſubiecto, 102. a. 1

Paſſio prima corporis naturalis quænam ſit, 218. a. 1

Paſſio obiecti phyſici quæ, 129. a. 2. quid ſit, 225. e. 2. ad quid dicat ordinem, *ibid.* c. 1. an ſit receptio formæ in ſubiecto, *ibid.* e. 1. an ſit dependentia effectus, *ibid.* e. 1. creatio paſſiua an poſſit dici paſſio, *ibid.* d. 2. an formaliter diſtinguatur ab actione & motu, 226. c. 2. paſſio & motus an diuerſimodè reſpiciant ſubiectum, 227. e. 1. an poſſit eſſe terminus motus ſucceſſiui, 230. b. 2

Paſſiones entis incomplexæ an bene explicent eius poſitiuam perfectionem, 468. e. 2. quæ & quot ſint, *ibid* & 469. d. 1. an ſint formaliter entia rationis, *ibid.*

Paſſiones entis ſecundùm quid participent rationem entis, 457. a 2. quotuplex ſit in eis conceptus, *ibid.* e. 2. an ſint ſuppoſitorum, 130. b. 2. quomodo non dependeant eſſentialiter ab actuali exiſtentia ſubiecti, 467. e. 1. an ſint vnum ex prædicamentis, 457. c. 2

Penetrabilitas, Penetratio.

Penetrabilitas & impenetrabilitas quomodo diſtinguantur, 250. d. 1

Penetratio corporum quomodo repugnet, 272. b. 1. in quo conſiſtat & an differat à communicatione, 412. e. 2. an poſſit per diuinam potentiam fieri conſeruata impenetrabilitate, 250. b. 2. quomodo opponatur impenetrationi, *ibid.*

Perfectio, perfectum.

Perfectio qualitatis in quot gradus diuidatur, 310. c.

Perfectum quotuplex, 353. a. 2

Perſona.

Perſona quid ſit, 464. e. 1

Perſpicuitas.

Perſpicuitas an ſit in cælo, 365. a. 1

Perſpicuum.

Perſpicuum quotuplex, 421. d. 2

Phan-

Phantaſma.

Phantaſma à quo illuſtretur, 431. an aliquo modo concurrat ad productionem ſpecierum intelligibilium, *ibid.* e. 2. quomodo concurrat ad huiuſmodi productionem, 432 b. 1

Philoponus.

Philoponos quid cenſeat de Logica, 4. d. 1. quid de illius obiecto, 24. e. 1

Philoſophia

Philoſophia quid ſit, eius obiectum & partes, 121. a. 2. *& ſeq.* ens quomodo ſit eius obiectum, 122. e. 1. qualis ſit eius diuiſio, *ibid.* b. 2. quomodo dicatur de mathematica, quomodo de phyſica & metaphyſica, 122. e. a. philoſophia naturalis quid ſit, 133. a. 1. illius partes, *ibid.* illius vtilitas, 133. b. 2

Philoſophiæ moralis quænam ſit materia, 27. e. 2

Phantaſia.

Phantaſia quid ſit, 428. e. 1

Phyſica.

Phyſica an ſit ſcientia, 123 e. 1. qualis ſit ſcientia, 124. b. 2. quomodo dicatur vnus habitus, 125. d. 1. an ſit vna & ſimplex qualitas, *ibid.* a. b. a. an dicatur vna aggregatione plurium qualitatum ſpecie differentium, *ibid.* d. 2. qualis ſit habitus, 126. b. 1. quali vnitate ſit vna, 127. d. 1. in quo differat à Mathematica & Metaphyſica, 122. c. 1

Phyſicæ obiectum an ſit ens mobile an ſcientia, 130. e. 2

Phyſicus abſtrahit à materia ſingulari & ſignata, 124. d. 1. quomodo de Deo agat, 128. e. 2

Pili.

Pili quid ſint in hominibus, 388. b. 2

Pinguedo.

Pinguedo quid ſit, 388. d. 1

Pituita.

Pituita quid ſit, 388. d. 1

Planeta.

Planetæ an moueantur à medio & ad medium, 365. d. 1

Poſitio.

Poſitionum differentiæ quænam ſint, & an ſint in cælo, 367. d. 2. 368. c. 1

Poſitiones ſeu ſuppoſitiones quænam ſint, 98. e. 2

Poſſibilitas.

Poſſibilitas quotuplex, 13. d. 2

Potentia.

Potentia logica quæ ſit, & quæ phyſica, 47. a. 1

Potentia quotuplex, & quænam debeat præcedere formam, 151. b. 1. 174. b. a. an ſit ens, 178. d. 2. quid ſit, & an à parte rei ſit, 179. d. 1. quomodo ſit principium, 180. a 1. quænam ſit mutationis principium, *ibid.* b. 1. quomodo diſtinguatur à materia, *ibid.* b. 2. quid docuit Ariſtoteles de priuatione, 180. e. 2

Potentia vniuerſalis an ſit de eſſentia materiæ, 155. e. 1. quotuplex ſit in materia, *ibid.* an ſit de eſſentia materiæ, *ibid.* b. a. an ſit ordo materiæ ad potentias, *ibid.* d. 2. quid prima potentia ſit, & quid ſecunda, *ibid.* e. a. an potentia particularis ſit de eſſentia materiæ, 156. d. 2. quotuplex ſit in materia, *ibid.* e. 2. potentia particularis in materia, an eadem ac vniuerſalis, *ibid.* d. 2. potentia particularis quo ſenſu non ſit de eſſentia materiæ, 157. b. 2. quænam ſit eſſentialiter potentia ad omnes formas, *ibid.* d 2. an negatio ſit de illius ratione, *ibid.* e. 2. potentia, aptitudo, ordo, appetitus, in quo differant, 158. b. 1. potentia in ratione potentiæ an aliquo modo connotet negationem, *ibid.* e. 1. quandonam quieſcat, 158. d. 2. in quo differat à non repugnantia, 159. b. 1. quaſnam formas appetet, 160. d. 1. an ſit receptiua ſuæ paſſionis in actibus immanentibus, *ibid.* d. a potentia phyſica & potentia metaphyſica, 161. b. 2. an ad accidentia ſit vna, 162 c. 1

Potentia organica quot dicat, 397. d. 1

Potentia vna an poſſit emanare ab alia efficienter, 398. e. 1

Potentia diminutiua cur non numeretur, 399. d. 1

Potentia augmentatiua & nutritiua an diſtinguantur inter ſe, 399. a. 2. circa quid verſetur nutritiua, 400. b. 1. quid ſit, 401. d. 2

Potentia generatiua quomodo diſtinguatur à nutritiua, 400. a. 1. an ſit eadem cum altrice, *ibid.* c. 1. quid ea ſit, 413. b. 1 vnde dimanat, & an ſit in parte determinata corporis, *ibid.* c. 1

Potentia nutritiua quid ſit, 401 d. a

Potentia augmentatiua, nutritiua & generatiua an ſint propriæ viuentium, 401. b. 1

Potentia & nopotentia pro quo ſumantur, & cuiuſnam ſint ſpecies, 84. 2. 2

Potentia ſola potens efficere ens rationis quænam ſit, 18. c. 1

Potentia intellectiua quid ſit, 2. d. 2. num debeat cognoſcere omnia, quæ continentur in eius obiecto motiuo, 116 b. a

Potentia actiua quænam debeat correſpondere potentiæ paſſiuæ, 362. c. 1. potentia proxima & remota quid vtraque ſit, *ibid* a. 2

Potentia loco-motiua quotuplex, 446. b. a. executiua cur non ſit principium tantùm paſſiuum reſpectu motus progreſſiui, *ibid.* d. a. in quo conſiſtat, *ibid.*

Potentiæ operatrices quotuplices ſint, & ad quot genera reuocari poſſint, 7. e. 1. an ſint perfectiores ſuis actibus, 300. d. 1

Potentiæ animatorum quot ſint, 390. c. 1. quomodo differant inter ſe, *ibid.* & quomodo diſtinguantur ab anima & inter ſe, 393. b. 1. *& ſeq.* e. 2. an ſint de eſſentia animæ, *ibid.* d. 1. an etiam diſtinguantur inter ſe per actus & obiecta, 394. a. 2. aliæ inter ſe ſubordinatæ, aliæ minimè, 394. c. 2. quomodo diſtinguantur per actus adæquatos, & quomodo per obiecta, *ibid.* e. 2. potentiæ non ſubordinatæ quomodo inter ſe diſtinguantur, 395. e. 1. dum ſpecificantur potentiæ per actus & obiecta, an hæc ſpecificatio ſit à priori vel à poſteriori, 396. e. 1. in quo ſubiecto ſubiectentur, an in anima, an in toto compoſito, *ibid.* e. 2. & 397. d. e. 1. illarum quænam ſit cauſa, *ibid.* b. 2. an effectiuè dimanent ab anima, *ibid.* c. a. potentiæ vitales an emanent ita ab anima, vt fiant per diſtinctas actiones à creatione & generatione, 397.

d. 2. potentiæ animæ vegetatiuæ quomodo diſtinguantur inter ſe, 394. c. 1

Præciſio.

Præciſio an ſit conditio requiſita ad vniuerſale, 31. c. 2

Præcognitio.

Præcognitio agens & dirigens, in quo differant 96. c. 2. 99. c. 1. non entis cognitio quotuplex, 100. b. 1

Præcognitio nominis quænam ſit, & quænam ſit pura præcognitio, & propter quid pura quæſtio, 97. a. 2

Præcognitio quid nominis an eadem ſit cum præcognitione quid rei, 98. b. 1. *& ſeq.*

Præcognitiones quot ſint, 97. c. 1. an plures ſint vel pauciores quàm præcognita, *ibid.* d. 1. neceſſariæ ad quemcumque diſcurſum quot ſint, 97. d. 2. quot prærequirantur diſcurſui, 98. b. 2

Præcognita quot ſint, 98. d. 2. cur tria ſint, 99. a. 1. quo ſenſu ſint plura quàm tria, *ibid.* c. 1

Prædicabile.

Prædicabile, prædicatum, & prædicamentum in quo differant, 55. d. 1. ratio formalis & materialis in prædicabili quænam ſit, *ibid.* e. 1. quo reſpectu dicantur prædicabilia, & quo prædicata, 56. a. 2. prædicabilitatis quot ſint modi, *ibid.* prædicamentum & prædicabile in quo differant à categoremate & categoria, 57. c. 1

Prædicabilia quot ſint, 54. a. 2. 55. b. 1. an vniuerſale ſit eorum genus, *ibid.* c. 2. & 55. c. 1

Prædicatio.

Prædicatio quotuplex, 45. b. 2. genus quomodo prædicetur, *ibid.* an animal vt pars prædicetur vt genus in quid de ſpecie, 45. b. 1. ad prædicari in quid, quot requirantur, 44. c. 2. quomodo genus prædicetur in quid totaliter de ſpeciebus vt genus, 45. d. 1. differentia quomodo prædicetur, *ibid.* c. 2. ordo in prædicatione quis ſeruandus, 48. a. 1

Prædicatio quæ fit de inferioribus, an ſit vniuoca vel denominatiua, 43. d. 2

Prædicatio identica an vtilis & artificioſa, nedum naturalis & vera, 49. c. 1

Prædicata eſſentialia quomodo diſtinguantur inter ſe, 147. d. 2

Prædicari in quale quid, quid ſit, 50. b. 2

Praexiſtere.

Præexiſtere in materia quid importet, 174. d. 1

Præmiſſa.

Præmiſſæ cur debeant eſſe priores & notiores, 105. *& ſeq.* quot modis ſpectari poſſint, 106. c. 2. an ſint cauſa efficiens concluſionis, an materialis, 92. b. 1

Præſentia.

Præſentia conſtitutiua rei in loco quotuplex, 272. a. 2

Præſentia ſacramentalis quomodo differat à naturali, 272. d. 2

Præteritum.

Prætaritum & futurum cur ſoli Deo non conueniant, 284. a. 1

Praxis.

Praxis eſt alterius potentiæ operatio quàm intellectus, 10. a. 1

Primum.

Primum, immediatum & indemonſtrabile an idem ſint, 100. c. 1

Principium.

Principium quid ſit, 134. b. 1. illius formalis ratio quæ, *ibid.* c. 1. illius correlatiuum an ſit principiatum, *ibid.* e 2. principium, cauſa, elementum in quo differant, 134. d. 2. illius formalis ratio, 135. a. 1. an influere ſit de eius ratione, 138. d. 1

Principium aliter prout comparatur ad omnia principia tranſmutationis, aliter ad principia compoſiti, 141. b. 2. quo ſenſu ſit analogum, 142. a. 1. & quo vniuocum, *ib.* b. 1. quodnam ſit quo ſubſtantia producit accidens, 299. b. 2

Principium quo agit ſubſtantia, an ſit ſubſtantia vel accidens, 292. c. 1

Principium compoſiti an ſit priuatio, 139. c. 1

Principium actiuum motus vt actiuum eſt, an ſit natura, 183. e. 1

Principium in communi quomodo dicatur de omnibus principiis, 140. c. 1

Principium priuatiuum quid ſit, 143. d. 1. ad conſtituendum principium quid requiratur, 143. b. 2

Principium extrinſecum motus quo modo pertineat ad phyſicum, 128. b. 2

Principium motus & quietis, an analogicè dicatur de actiuo & paſſiuo, 187. a. 1. an ad illud ſufficiat non repugnantia, 188. c. 2. quodnam ſit, 181. d. 2

Principium in eo in quo eſt, quodnam ſit, *ib.* e. 2

Principium mutationis quomodo ſit forma, 141. e. 2

Principium à quo dimanant primæ qualitates, quodnam ſit, 336 d. 1

Principium indiuiduationis quodnam ſit, 462. e. 2. quotupliciter accipi poſſit, 463. b. 1. an ſit aliquid materiæ ſuperadditum, à parte rei à ſuamet entitate diſtinctum, *ibid.* d. 1. quomodo ſit eſſentia & exiſtentia, 463. e. 1. cur non ſit materia ſignata eſſentiæ ſubſtantialis completæ, *ibid.* cur non materia, quæ dicat ordinem ad hanc numero quantitatem, *ibid.* a. 2. neque collectio accidentium, neque hæcceitas, neque quantitas, neque ipſæ negationes, nec exiſtentia præciſè & formaliter ſumpta ſunt principium indiuiduationis, 463 b. c. 2

Principij definitio quomodo competat omnibus principiis, 136. c. 1

Principia rerum naturalium dari vnde probetur, 133. c. 1. quænam ſint, *ibid.* d. 1. prima rerum naturalium principia an ſint ſimpliciter prima, 136. a. 1

Principia metaphyſica materiæ quænam ſint, 136. c. 1. an omnia ſint inter ſe contraria, *ibid.* b. 2. an contrarietas principiorum ſit poſitiua, 136. c. 2. an contradictoria ſit illa contrarietas, an tantùm priuatiua, 137. d. e. 1. illorum numerus quotuplex, *ibid.* c. 2. principia tranſmutationis quot ſint, 137. a. 2

Principia neceſſaria, diſtincta in genere principiandi & intrinſeca fieri, ſeu tranſmutationis quot ſint, 138. b. 1. *& ſeq.* & quot in facto eſſe, *ibid.* agens & finis qualia ſint principia, *ibid.* quomodo materia & forma ſint mutationis principia, 138. a. 2. an principia ſint

ſimul, 119. a. 1. quantitas & potentia materiæ, an ſint principia diſtincta. *ibid.* c. 1. principia quo pacto tria vniuerſalia, *ibid.* e. 2. an omnia principia ſint eadem analogiâ, *ibid.* an habeant aliquam rationem communem in qua conueniant, 140. b. 2. Tria principia naturalia quâ ratione inuicem conueniant, 143. a. 1. alia cauſalitatis, alia communitatis, *ibid.* d. 2

Principia compoſiti accidentalis, quomodo ſint etiam principia compoſiti ſubſtantialis, 130. e. 2

Principia quibus nituntur ſyllogiſmi quæ ſint, 92. d. 1. *& ſeq.* primorum cognitio per quid habeatur, 96. d. 1

Principia prima cur dicantur haberi ſine diſcurſu, 96. c. 1. ad quod reuocentur omnia, 100. b. 2

Principia naturalia quomodo tria ſint in cælo, 131. a. 2

Principia quænam debeant eſſe contraria, 143. c. 2. artificialia cur non ſpectent ad phyſicam, *ibid.* e. 2

Priuatio.

Priuatio quo ſenſu ſit principium, 143. e. 1. & c. 2. an ſit ſpecies alicuius entis, 15. a. 1. quot modis conſideranda, *ibid.* c. 1. quomodo diſtinguatur à negatione, 15. d. 2. quomodo à relatione rationis, *ibid.* d. 1. quomodo concipiatur, 15. d. 2. an ſit natura, 186. c. 1. an ſit principium compoſiti, 139. e. 1. quo ſenſu ſit eadem cum materia, *ibid.* d. 1. quo ſenſu ſit principium, 141. b. 1

Priuationes quomodo ſuſcipiant magis & minus, 470. b. 2

Problema.

Problematum genera quot, 6. b. 1

Productio.

Productio quomodo diſtinguatur à conſeruatione, 202. e. 2

Progreſſio.

Progreſſio quid formaliter includat, 134. d. 1

Propoſitio.

Propoſitio immediata quænam ſit, 100. a. 2. *& ſeq.* 101. b. 1. quibus regulis cognoſci poſſit, 103. a. 1

Propoſitio identica maximè per ſe, & ſcientifica, 109. e. 2. quænam ſit nugatoria, 110. b. 1

Propoſitio de omni quid ſit, 108. c. 2

Propoſitio maior in prima figura cur inferat concluſionem neceſſariam, & non minor, 93. c. 2. quot modis poſſit dici immediata, 103. a. 2. quot modis prior dici poſſit, 100. c. 2. quænam ſit prior ſimpliciter, *ibid.* d. 2

Propoſitionis vniuerſalis conditiones quæ ſint, 111. d. 2

Propoſitiones quæ reiiciantur à primo modo dicendi per ſe, 109. a. 2

Propoſitiones negatiuæ immediatæ quot vis cognoſcentur, 103. a. 2

Propoſitiones veræ demonſtrationis aliquo modo debere eſſe immediatas, 104. b. 1

Propoſitiones, ex quibus debeat conſtare demonſtratio, quales debeant eſſe, 108. a. 2

Propoſitiones primæ quænam ſint, 100. d. e. 1. an dentur immediatæ poſitiuæ, 102. e. 2. an negatiuæ, *ibid.*

Propoſitiones immediatæ poſitiuæ quæ, 102. a. 2

Propenſio.

Propenſio quænam ſit maior, 477. a. 2

Proportio.

Proportio quotuplex, 62. c. 1

Proprietas.

Proprietas qualitatis maxima, 84. c. 2

Proprietates loci quænam ſint, 264. d. 2

Proprietates quomodo cognoſcantur, 116. d. 2

Proprietates complexæ entis quænam ſint, 479. b. 1

Proprietates corpori conuenientes, 274. b. 1

Proprium.

Proprium quot modis dicatur prout opponitur communi, 50. e. 2. quomodo dicatur à Porphyrio, 51. a. 1. quotuplex, *ibid.* d. 1. illius diuiſio eſt analogi in ſua analogata, 51. e. 1. quomodo ſit quartum prædicabile, *ibidem* a. 2. & 52. e. 2. qua ratione proprium quarto modo conueniat omni ſoli & ſemper, 51. b. 2. an quarto modo poſſit fieri proprium aliis modis, *ibidem* e. 2. an proprium quarto modo poſſit alio modo alteri conuenire, 52. b. 1. proprium & accidens quomodo conſtituant quartum & quintum prædicabile, 53. c. 2. quomodo præſcindat à ſuis inferioribus, 54. d. 1

Prudentia.

Prudentia quid ſit, 3. b. 2
quomodo ordinetur ad ſapientiam, 10. d. 2. an verſetur circa ſingularia, vel vniuerſalia, 437. c. 2

Punctus.

Punctus an detur, 256. d. 1. quotuplex ſit, 243. a. 1

Q

Quadrupedia.

QVADRVPEDIA num dici debeant eſſe in loco, quòd ſint in terra, 271. b. 1

Quæſtio.

Quæſtio quænam dicatur pura, 97. a. 2

Qualitas.

Qualitas quid ſit, 84. d. 1. illius ſpecies, *ibid.* e. 2. *& ſeq.* Contrarium habere in qualitatibus quomodo intelligendum, *ibidem* d. 2. an ſuſcipiat magis & minus, *ibid.* illius maxima proprietas, *ibidem* e. 2. illius proprium, 72. a. 2. quibus modis perficiatur, 301. a. 2. quinam aſſerant eſſe indiuiſibilem, & nullas habere partes entitatiuas, *ibid.* d. 2. an dicatur intendi ob maiorem radicationem ſubiecti, id eſt per maiorem vnionem, 382. e. 1. quare non dicatur intendi in intenſione, *ibid.* e. 2. 304. a. 1. quomodo illius partes & gradus faciant vnum, 303. b. 1. an intendatur per remotionem contrariæ qualitatis, 304. c. 1. per quid fiat intenſior, *ibid.* a. 2. in intenſione qualitatis, an requiratur noua entitas qualitatis, *ibid.* b. 2. illius gradus an ſint heterogenei, ita vt ſpecie & eſſentialiter differant, 305. d. 1. quid requiratur vt ſint omnino heterogenei, *ibid.* b. 2. an danda ſit talis diuerſitas inter gradus qualitatis, vt vnus ſit altero perfectior, 306. e. 1. quo-

modo qualitatis gradus ſint heterogenei, & ſecundus dicatur diuerſus à primo, 306. a. 2. intenſio & remiſſio qualitatis quid ſit, 308. c. 1. qualitas quomodo produci poſſit quoad extenſionem, 309. c. 2. an in ea detur minimum, an maximum, 310. a. 1. vnde attendatur illius intenſio, *ibid.* c. 1. qualis ſit perfectionis, *ibid.* b. 2. illius perfectio, in quot gradus diuidatur. *ibid.* c. 2

Qualitates contrariæ an poſſint eſſe ſimul in gradu remiſſo, 310. d. 2. quandonam debeat eſſe determinata qualitas, 311. b. 2. qualitas vna & eadem numero, an ſeipſam intendere poſſit, 316. a. 1. Reſiſtentia an ſit ipſamet qualitas, quæ formaliter reſiſtit, 315. d. 1. quænam ſit magis reſiſtitiua, *ibid.* c. 2. 316. b. 1. quandonam ſit magis reſiſtitiua, 316. c. 1. an magis actiua ſit minùs reſiſtitiua, *ibid.* d. 1. an per ſolam qualitatem poſſit produci forma ſubſtantialis elementi, 332. d. 2. qualitates primæ an ſint formæ elementorum, 335. c. 2. an ad priſtinam qualitatem ſe reducant elementa, 336. a. 1. primæ qualitates à quo dimanent principio, *ibid.* d. 1

Qualitates motiuæ quot ſint, *ibid.* b. 1. an motiuæ ſint primæ, *ibid.* c. 2. à quo producentur, *ibid.* an actiuæ qualitates inter ſe ſpecie differant, 336. d. 2. ſecundùm quid ſint ſimplices, *ibid.* d. 3

Qualitates primæ actiuæ quæ & quot ſint, 337. c. 1. illarum definitio ab Ariſtotele, *ibid.* c. 2. an omnes primæ ſint actiuæ, & quomodo actiuæ, 338. c. 1. *& ſeq.* an æqualiter ſint actiuæ & æquè ſe habeant ad reſiſtentiam & actionem, 338. c. 2. quænam conueniant cuilibet elemento, 339. c. 1. an omnes qualitates poſitiuæ ſint in elementis in ſummo, 339. c. 1. an actiuæ ſymbolæ elementorum ſint eiuſdem ſpeciei, 340. d. 1. an ſint inſtrumenta ſubſtantiæ, 298. d. 2

Quando.

Quando an poſſit eſſe terminus motus ſucceſſiui, 230. b. 2

Quantitas.

Quantitas quid ſit, & an ſit in cælo, 364. c. d. 2

Quantitas interminata an ſit paſſio conſequens materiam, & illi coæua, 164 c. 2. 165. a. 2. eam eſſe à materia tantùm, 165. c. 1. an dimanet à materia nuda, *ibid.* an ad formæ præſentiam danda ſit in materia 165. c. 2. licèt dimanet tantùm à materia ad formæ præſentiam, an ſit illi coæua, 166. a. 1. cur requiratur in materia, *ibid.* b. 1. an dependeat à forma in genere cauſæ conſeruantis efficientis, an in genere cauſæ conſeruantis formalis, *ibid.* a. 2. quomodo ſit diſpoſitio ad formam, nec dimanet niſi ad præſentiam formæ, 166. b. 2. quo ſenſu debeat formam præcedere, 167. b. 1. an materia ſit ſolùm illius ſubiectum, an etiam forma, *ibid.* c. 2. quomodo ſit vnita materiæ & formæ, 168. b. 1. an forma ſit illius ſubiectum, *ibid.* c. 1. quantitas in S. Eucharistia, an ſit ſubiectum ſuſtentationis accidentium, 169. a. 2. quandonam dimanet à materia, 130. b. 1. an conditio ſit requiſita ad materiæ cauſalitatem, 194. c 2. quomodo diſtinguatur à ſubſtantia materiali, & à qualitatibus eiuſdem, 251. ſi identificet ut ſemel cum materia & ab ea nullo modo diſtinguatur, an etiam identificetur cum omnibus aliis rebus quantis, *ibid.* c. 1. an realiter diſtinguatur à qualibet re quantâ, ſiue ſubſtantia ſiue accidens ſit, 251. a. 2. quomodo terminus motus ſucceſſiui, 230. d. 2. quænam ſit terminus talis motus, *ibid.* c. 2. cur dicatur terminare per ſe motum ſucceſſiuum, 231. b. 1. an ſuſtentetur vel tantùm recipiatur à materia vt à forma, 170. c. 1. quotuplici modo vniatur materiæ & formæ, *ibid.* a. 2. quomodo illâ mediante materia recipiat formas tum ſubſtantiales, tum accidentales, 171. a. 1. an ſit natura. 186. b. 2

Quantitas & potentia materiæ an ſint principia diſtincta, 139. c. 1

Quantitas diſcreta an ſit ſpecies quantitatis, 69. c. 1 quid ſit, 70. a. 2 illius genus quodnam ſit, 71. c. 1. an illa ſit verum genus ad orationem & numerum, 71. c. 2

Quantitatis continuæ ſpecies, 71. d. 2. illius proprium quodnam ſit, 72. d. 1. an ſuſcipiat magis & minùs, *ibid.* illius maximè proprium quodnam ſit, 72. c 1. & a. 2. illius diuiſiones, 63. b. 1. illius ſpecies quot, *ibid.* & 347. c. 1. an habeat contrarium, 68 d. 1. quotuplex, *ibid.* c. 1. quantitatis partes quot modis poſſint intelligi, 68. b. 2. quantitas in quot partes diuidatur ab Ariſtotele, 69. b. 1. numerus an ſit ſpecies quantitatis, 69. c. 2

Quantum.

Quantum quid ſit, 246. c. 1. quot modis conſiderari poſſit, 168. c. 2

Quies.

Quies quomodo incipiat & deſinat, 243. c. 2

Quies cæli poſt extremum iudicium an erit vera quies, 379. d. 1. per quid menſurari poſſit, 282. c. 2. quomodo priuatio, & quomodo quid poſitiuum, 183. a. 1. futura poſt iudicium, iudicio philoſophico indigna, 182. c. 1. an detur in reflexionis puncto, 240. c. 2. an debeat interponi inter motum ſurſum & deorſum, *ibid.* c. 2. quandonam detur in puncto reflexionis, 241. a. 1. quænam detur inter motus contrarios, *ibid.* d. 1. inter quos nulla ſit, 241. b. 2. quot modis opponatur motui, 239. d. 1. an formaliter ſit ens, 240. a. 1

Quietes duæ quomodo ſibi inuicem opponantur, 239. c. 2

R

Radix.

RADIX entis rationis quænam ſit, 19. a. 2

Radix formandi ens rationis quænam ſit, 14. b. 2

Rami.

Rami quomodo differant à foliis & fructibus, 382. c. 2

Rana.

Ranæ ex quo producantur, 298. c. 2

Raritas.

Raritas quid ſit, 411. d. 2. an ſit in cælo, 364. d. 2

Ratio.

Ratio formalis qoid ſit, 27. b. c. 2. num detur aliqua communis ad omnia principia, 140. b. 2

Reactio.

Reactio quid ſit, & quid repaſſio, 320. b. 1. quot modis fingi poſſit, *ibid.* an aliquo in caſu concedenda ſit, *ibid.* d. 1. in quo dari poſſit, *ibid.* c. 1. an detur in motu locali & alterationis, 323. a. 1

Realitas.

Realitas materiæ expenditur, 149. b. 2

Recipi.

Recipi & ſuſtentari in rebus ſubſiſtentibus an ſit idem, 170. b. 1

Reflexio.

Reflexio cùm ſit obliquè, à quo producatur lumen in reflexione, 317. a. 2. an aliquo modo ſit in antiperiſtaſi, 319. c. 2

Reflexio quandonam ſit, & quando refractio, 316. d. 1. quotuplex ſit, 317. a. 2

Regreſſus.

Regreſſus demonſtratiuus quid ſit, 113. d. 2. an detur & quænam ſit in eo vtilitas, 114. d. 1. b. 2

Regula.

Regulæ ad cognoſcendam analogiam proportionis, 62. a. 1

Relatio, Relatiuum.

Relatio quid ſit, 72. c. 2. gemina illius definitio, 73. a. 1. Relatio prædicamentalis quid ſit, & quid tranſcendentalis, *ibid.* b. 1. quotuplex ſit, 74. a. 2. Relatio rationis, & relatio ſecundùm dici, an ſint idem, 74. d. 2. relatio ſecundùm eſſe an à parte rei reperiatur, 74. c. 2. Relatio prædicamentalis in quo differat à tranſcendentali, 75. e. 1. an diſtinguatur à fundamento, 76. d. 2. an corrumpatur remanente fundamento, 78. b. 1. quomodo diſtinguatur à fundamento, 78. a. 2. & 79. b. 2. an habeat propriam exiſtentiam, vel exiſtat exiſtentiâ ſubiecti, 78. e. 2. an poſſit conſeruari à Deo ſine fundamento & termino, 79. c. 2. an poſitis fundamento & termino poſſit auferri à Deo, 80. e. 1. non eſſe motum ad relationem, quomodo intelligendum, 80. d. 1. terminus à parte rei an diſtinguatur à fundamẽto in qualibet relatione, 81. b. 1. Relatio tranſcendentalis, in quibus ſit, *ibid.* c. 1. æqualitatis relatio, an ſit inter diuinas perſonas, 81. a. 2. an requirat terminum realiter exiſtentem, *ibid.* e. 2. & 82. a. 1. in quali reſpectu conſiſtat, 82. b. 1. illius terminus an ſit quid abſolutum an relatiuum, 82. c. 1. & e. 2. an poſſit eſſe ad plures terminos formaliter, *ibid.* c. 2. Relationum genera quot ſint, 83. c. 1. illarum proprietates quot, *ibid.* b. c. d. 2. relationem recipere magis & minus quandonam contingat, 83. d. 2. an poſſit eſſe terminus motus ſucceſſiui, 230. b. 2

Relatio rationis an ſit ens poſitiuum, 16. d. 2. qualis ſit conceptus, *ibid.* quale ſit ens, 17. a. 2

Relatio realis propter quid præſertim dicatur realis, 17. b. 1. an requirat extrema realia poſitiua, 143. e. 1. an ſit prædicamentalis, an tranſcendentalis: poſitiua, an priuatiua, *ibid.* ſine quali fundamento poſſit eſſe, 223. d. 2. quid primariò reſpiciat, & quid ſecundariò, 225. b. 1. Cuiuſnam ſit ſpecies, 15. a. 1. quomodo diſtinguatur à negatione & priuatione, *ibid.* d. 2

Relatiua tranſcendentalia quare differant à prædicamentalibus, 75. c. 2. cur dicantur abſoluta, 76. a. 1. vt ſimul natura ſint quid requiratur, 83. c. 2. dici ad conuertentiam in relatiuis quid ſit, *ibid.*

Reminiſcentia.

Reminiſcentia quid ſit, 428. d. 1

Remiſſio.

Remiſſio qualitatis quid ſit, 308. e. 1

Replicatio.

Replicatio quænam ſit impoſſibilis, 272. d. 2. quomodo faciliùs concipi poſſit, 273. d. 1

Repræſentari.

Repræſentari vt ſenſibile, an ſit idem ac ſpeculari vt ſenſibile, 124. c. 2

Repræſentatio.

Repræſentatio entis quotoplex, 19. e. 2

Res.

Res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ad cognoſci explicatur, 134. a. 2

Res eadem prior tempore & duratione, & poſterior natura, 166. e. 2. eam fieri ex nihilo quot modis poſſit accipi, 349. e. 1

Res quæuis quotupliciter poſſit eſſe, 32. a. 1

Res naturales non ſemper in ſtatu perfectiſſimo, 340. a. 1. quomodo ſint incorruptibiles, 123. a. 2. illarum cognitio an verè ſit ſcientia, *ibid.* c. 1. quo modo non ſint infinitæ, 124. e. 1. quomodo vniuerſales, *ibid.*

Res omnes an ſint obiectum Logicæ, 24. c. 1. quænam ponantur in recta linea prædicamenti, 67. e. 1. quæ dicuntur ad aliquid quomodo vocentur, 72. c. 2

Rerum naturalium principia dari vnde probetur, 135. c. 1. illarum prima principia an ſint ſimpliciter prima, 136. a. 1

Reſiſtentia.

Reſiſtentia quid ſit, 323. b. 1. quotuplex, *ibid.*

Reſiſtentia formalis quot modis ſumi poſſit, *ibid.* d. 1. an ſit actio formaliter. *ibid.* e. 2. an formaliter conſiſtat in negatione actus, 323. d. 2. an formaliter ſit permanentia in eſſe, 324. a. 1. quænam ſit reſiſtentia actualis, *ibid.* b. 1. an ſit aliquid, quod oriatur ex impedimento, *ibid.* e. 2. ad quod prædicamentum ſpectet, 324. c. 2. an ſit ipſamet qualitas, quæ formaliter reſiſtit, 325. d. 1. maior reſiſtentia vnde pendeat, 326. b. 2

Reſiſtentia cæli an illud reddat incorruptibile ſimpliciter & per ſe, 370. e. 2

Reſolutio.

Reſolutio practica quænam ſit, 88. b. 2

Reſolutio an fiat vſque ad materiam primam, 289. e. 1, 290. a. 1

Reſpicere.

Reſpicere terminum vt purè terminum, quid ſit ex Caietano, 75. e. 2

Reſpiratio.

Reſpiratio aëris frigidi ad quid instituta, 408. e. 2

Riſus.

Riſus quotuplici modo poſſit conſiderari in homine, 62. c. 2

Ros.

Ros an poſſit eſſe viuentis alimentum, 409. d. 2

Rota.

Rota impolſa doobus impellentibus, vt duo quolibet, quare moueretur vt quatuor, 307. c. 2

Ruuius.

Ruuius quid cenſeat de Logica, 9. a. 2. qoid de illius obiectu, 24. c. 1

S

Saliua.

SALIVA quid ſit, 388. a. 2

Sanguis.

Sanguis quid ſit, 388. d. 1. an ille, & omnes humores ab eo procedentes ſint animati, *ibid.* c. 2. quale ſit obiectum generationis, 401. a. 1 an ſit vltimum nutrimentum, 410. b. 1. an illius partes ſint omnino homogeneæ. an ſit purus in veois, 410. c. 1. quot habeat mutatiooes antequam conuartatur in viuentis ſubſtantiam, *ibid.* d. 1

Sapientia.

Sapientia quid ſit, 3. b. 2. 121. a. 1

Sapor.

Sapor quid ſit, 427. c. 1. quomodo immotet guſtum, 427. b. 2

Sapor & calor qua ratione ſint obiectum formale diuerſom, 395. d. 2

Scaliger.

Scaliger quid cenſeat de Logica, 9. c. 1

Scientia.

Scientia quid ſit, 3. a. 2. quid ſit in rigore, & quotuplex, 5. a. 1. & 115. b. c. 1. an detur, an ſit, & an à natura ſit inſita vel acquiratur, 115. a. 1. illius obiectum, 115. *& ſeq.* an detur de non ente, *ibid.* an de ente per accidens detur ſcientia, 115. d. 2. quomodo de corruptibilibus & de ſingularibus, *ibid.* c. 2. & 116. a. 1. ſcieotiam eſſe incorruptibilium & æternorum, *ibid.* an parſecta dari poſſit ſaltem in certo genere, 116. c. 2

Scientia actualis quid ſit, 117. c. 1. illius cauſæ omnes numerantur, *ibid.* a. 2

Sciantia ſpeculatiua praxi collata, 121. b. 2. quænam ſit, 124. b. 2.

Scientia practica in qoid dimidatur, 122. a. 1 per quid differat ab arte, 26. a. 2

Scientia & fides an poſſint eſſe de eodem, 344. b. 2. qualem debeat habere proportionem cum obiecto, 6. b. 2. quomodo ordinetur ad ſapientiam, 10. d. 2. an poſſit dici cognitio per definitionem, 117. d. 1. an cognitio Dei & intelligentiarum, *ibid.* c. 1. Euidentia & certitudo an ſint de eſſentia ſcientiæ, 117. b. 2. ſcientia habitualis quid ſit, 118. c. 1. vnde illius vnitas deſumatur, *ibid.* a. 2. *& ſeq.* ſcientiarum vnitas, & pluralitas, 119. d. 1. ſcientiæ quot ſint in intellectu, & an differant ſpecie, *ibid.* ſcientiarum definitio, & diuiſio, 119. b. 2. rationes ſubalternationis in illis, *ibid.* b. 2

Scientiæ ſpeculatiuæ in quid differant à practicis, 5. c. 1

Scientiæ & habitus vnde ſumant vnitatem & diſtinctionem, 126. c. 1

Scientiæ propriæ fundamenta quæ, 4. d. 2

Scientiæ & ſcientis finis quis, 5. c. 2

Scientiæ obiectum quid ſit, & quotuplex, 23. c. 2

Scire diracte & indirecte quomodo contingat, 100. c. 5

Scotus.

Scotus quid cenſeat de obiecto phyſicæ, 132. c. 2. quid de Logica, 9. a. 1

Sedes.

Sedes animæ in corpore quænam ſit præcipua, 385. c. 1

Semen.

Semen quid ſit, 388. a. 2. an ſit excrementum inutile, 413. c. 1

Senſatio.

Senſatio qoid ſit, 414. c. 1. an ſit mera paſſio, vel etiam actio, *ibid.* a. 2. qualis ſit actus, 415. a. 1. quodnam obiectom illam efficiat, 417. a. 1. quot modis cognoſcatur, 420. a. 1. a. 2

Senſibile.

Senſibile quid ſit & quotuplex, 417. c. 2. an omne poſſit in infinitum diuidi, *ibid.* d. 2. an poſſit dari corpus ſenſibile, quod non poſſit ſentiri ſeorſim & ſeparatum, *ibid.* c. 2. an prius debeat mouere medium, quàm ſenſum, 418. a. 1. an plura ſenſibilia poſſint ſimul ſentiri, *ibid.* b. 1. an ſenſibilia communia per ſe moueant ſenſum, 418. a. 2. *& ſeq.* an percipi poſſint ſine ſenſibilibus propriis, 419. d. 1. an ſit neceſſarium vt ſenſibile commune percipiatur ab omnibus ſenſibus exterioribus, 419. c. 1. an ſenſibile ſupra ſenſum faciat ſenſationem, 420. d. 2

Senſibilitas.

Senſibilitas cur non poſſit eſſe ratio formalis obiacti phyſici, 531. d. 1

Senſus.

Senſus interni vbi & qoot ſint, 428. a. c. 1. an ſint facoltates inter ſe realiter & eſſentialiter diſtincti, *ibid.* c. 1. ad quot poſſint omnes reduci, *ib.* b. 1. an in eis ſint ſpecies ponendæ, *ibid.* c. 2. quæ ſit eorum ſedes, *ibid.* a. 2. an æquè ſint perfecti in homine ac in animali, 429. a. 1. an poſſit conficere ens rationis, 18. c. 1. an apprehendat non entia, 19. d. 1

Senſus exterior an decipiatur circa propria ſenſibilia, 419. a. 2. an quilibet ſenſus poſſit exercere quamlibet operationem circa proprium ſeoſibile, *ibid.* vt ſenſus ſit conformis obiecto quot requirantur, 419. c. 2. an exterior decipiatur faciliùs quàm interous, *ibid.* c. 2. an ſenſus ſentiat ſe ſentire, 420. b. 1

Sententia.

Sententia propria de relatione rationis, 16. d. 2

Sententia propria Logicæ, 5. c. 2

Sententia aſſereorum Logicam docentem eſſe artem: vtentem verò eſſe ſcientiam, 4. d. 1

Sententia aſſerens Logicam, quolibet modo ſumptam, eſſe ſcientiam, 4. b. 2. & quouis modo ſumptam non eſſe ſcientiam, *ibid.* c. 2

Separabilitas.

Separabilitas an requiratur ad diſtinctionem realem, 232. b. 1

Sermo.

Sermo quid ſit & in quo differat à voce & ſono, 425. c. 2

Serum.

Serum quid ſit, 388. c. 1

Signum.

Signum cauſæ ſimpliciter immediatæ, 113. a. 2

Simile.

Simile quid ſit & quid ſignificet, 479.

Simile quodnam poſſit agere in ſimile, 312. c. 1. quodnam non poſſit, *ibid.* d. 2

Simile & diſſimile cuiuſnam ſint proprium, 72. a. 2

Similia quænam ſint, & quæ omnino ſimilia, 314. c. 1

Singulare.

Singulare & vniuerſale per eandem ſpeciem impreſſam repræſentantur, 438. c. 1. an primò ſit cognitum quàm vniuerſale, *ibid.* a. 2. quali cognitione nobis ſit notius, 439. c. a

Sitis.

Sitis & fames quid ſint, & in quo differant, 410. d. 2

Sol.

Sol an cauſa ſit principalis productionis ranæ, 299. a. 1

Soliditas.

Soliditas an ſit in cælo, 365. b. a

Sonus.

Sonus quid ſit, 414. d. 2. an ſit qualitas realiter diſtincta à motu, & cauſa per motum à corporibus ſonantibus, 424. a. 2. quid requirantur ad ſonum, 425. a. 1. illius cauſa efficiens, *ibid.* d. 1. an ſit in corporibus ſonantibus, vel in ſolo medio, *ibid.* e. 1. an realis ſonus perueniat vſque ad auditum, *ibid.* a. 2. in quo differat à voce & ſermone, *ibid.* c. 2. ſonus reflexus quid ſit,

Spatium.

Spatium imaginarium quomodo eos reale, 270. a. 1

Species.

Species quotuplici ſumatur modo, 47. d. a

Species Logica quid ſit, *ibid.* intermediæ quotuplicem habeant aptitudinem, *ibid.* c. a. quot modis ſpectari poſſit, 48. d. 1. vt vniuerſale per quem conſtituatur reſpectum, 48. a 2. ſubalterna quid ſignificet, *ibid.* c. 2. vt ſpecies infima intelligatur vt infima, quid neceſſe ſit, 48. c. 2

Species vniuerſalis quot ſint, 54. a. 1

Species vt ſecundum prædicabile quomodo diſtinguatur à genere, 54. b. e. 2. an ſit minus vniuerſale quàm genus, 55. a. 1

Species intelligibiles quomodo cognoſcantur ab anima, 442. d. 1. quid ſint, 433. d. 1. an requirantur ad omnem cognitionem, *ibid.* a. 2. ad quid dentur, *ibid.* b. a. an requirantur ad cognitionem rerum ſpiritualium intellectiuam, *ibid.* e. 2. quænam non dentur, 434. a. 2. quæ verò dentur, *ibid.* e. a. quænam non poſſint produci ab intellectu abſque intellectione, 436. d. 1.

Species quantitatis quot ſint, 347. c. 1

ad veram Speciem quid requiratur, 69. d. 2

Species habituum quot ſint, 125. c. 1

Species eſſentiales & accidentales quæ ſint, 245. b. 1. vnde deſumantur, *ibid.* e. 1

Species ſenſibiles an dentur, 415. a. 2. earum natura quænam ſit, 416. b. 1. ſpecies an ſit eiuſdem ſpeciei cum colore; *ibid.* c. 1. an ſit exhalatio, *ibid.* d. 1. ſpecies quid tantùm ſint 416. c. 1. an impellant cognitionem intuitiuam, *ibid.* c. 2. an earum efficiens cauſa ſit anima, *ibid.* e. 2. an ſint diuiſibiles vel indiuiſibiles, 417. a. 1. ſpecies propriè quid ſit, 417. c. 1. an tota mutetur ſpecies, cùm ſit aliqua mutatio in obiecto, *ibid.* e. 1

Species demonſtrationis quæ & quot ſint, 112. b. 1. an plures requirantur ad genus, 46. d. 2

Species entis rationis quæ & quot ſint, 15. a. 1

Speciei conſtitutiuum quodnam ſit, 48. a. 2

Speculari.

Speculari vt ſenſibile, an ſit idem ac repræſentari vt ſenſibile, 124. a. a

Sphæra.

Sphæra ignis an ſit ſub concauo Lunæ, 342. d. 1

Spiritus.

Spiritus quid ſit in animalibus, 388 a. 2

Spiritus Sanctus cur non dicatur filius, cùm procedat à Patre in ſimilitudinem naturæ, 413. b. 2

Stoici.

Stoici quid ſentiant de Logica, 3. d. 2

Subalternatio.

Subalternatio ratione obiecti quoties contingat, 119. c. 2. illius rationes in ſcientiis, *ibid.* b. 2. quoties contingat ratione principiorum & finis, *ibid.* c. a

Subiectum.

Subiectum generationis quotuplex, & quotuplex denominationis, 186. c 2. quodnam ſit ſubiectum adæquatum generationis formaliter ſumptæ, 287. c. 1. an ſit idem cum termino ad quem, *ibid.* c. 1

Subiectum recipiens & ſubiectum dans, 192. c. 2

Subiectum & mobile quonam pacto dicantur in potentia paſſiua, 219. c. 1. an debeat præcedere formam cùm cauſetur ab ea, 167. a. 1. per quid differat ab obiecto, 16. e. 1

Subiectum ſuſtentationis vnde educitur forma, 169. c. 1

Subiectum ſuſtentationis & emanationis, 111. b. 1

Subiectum ſubſtantiale cur non fiat per immutationem ſubſtantialem, 128. b. 1

Subiectum accidentis quot modis aliquid eſſe poſſit, 252. a. 1

Subiectum quantitatis an ſit ſola materia, 167. e. 2. an ſit forma, 168. e. 1

Subiectum primum quod fieri non poteſt vi agentium naturalium, 150. a. 1

Subiectum motus quale debeat eſſe, 232. c. 1

Subiectum vbi nullum, ibi nulla pugna, 145. a. 1. quare per motum careat forma completa & non incompleta, 220. d. 1

Subſtantia.

Subſtantia quotuplex, ſeu quot modis ſumatur, 63. quid prima & quid ſecunda, 63. b. 2. quodnam ſubiectum habeat prima, *ibid.* c. 1. proprietates primæ & ſecundæ, *ibid.* d. 1. ſubſtantia completa ſecundùm quid diuidatur, 63. e. a. diuiſio in primam & ſecundam ſubſtantiam qualis ſit, 64. d. 1. ſubſtantia prima quomodo dicatur maximè ſubſtantia, 64. d. 1. ſubſtantia ſecunda an dependeat à prima, & quo ſenſu ſit prior primâ, 64. d. 1. ſubſtantia genus ſummum conſtituens: & ſubſtantia prout dicit rationem ſubſtandi, *ibid.* b. 2. ſubſtantia prima quomodo in definitione ſumenda, 64. c. 2. ſubſtantiæ primæ an differant à ſecundis, 65 a. 1. an habeat contrarium, *ibid.* b. c. 1. quomodo non ſuſcipiat magis & minus, 65. c. 2. ſubſtantia

prima quo ſenſu magis ſubſtantia, *ibid.* d. 2. ſubſtantia pluribus modis accipitur, 66. a. 1. quodnam ſit genus generaliſſimum in prædicamento ſubſtantiæ, *ibid.* e. 1. illius definitio, 66. e. 1. prout ſummom genus eſt, qoomodo definiatur, *ibid.* an illud ſummum genus ſubſtantiæ, ſit ſubſtantia corrupobilis, *ibid.* b. 2. quam ſubſtantiam intellexit Ariſtoteles nomina ſubſtantiæ, 66. c. 2. quænam poſſit prædicari de Deo, 67. b. 1. an immediatè agat ſicut immediatè patitor, 294. c. 2. ratio vera cur immediatè agat, *ibid.* e. 2. cur ſubſtantus actio negetur immediata, 295. c. 1. quæ proportio accidentis ad ſubſtantiam, 295. e. 2. quomodo pendeat à ſubſtantia, 298. e. 1. per qoid corrumpatur, *ibid.* e. 2. quænam illius inſtrumenta, *ibid.* d. 2. quænam accidentia eam producant, 299. e. 1. quooam principio prodocat accidens, *ibid.* b. 2

Subſtantia prima quid ſignificet, 464. d. 1. an ſit prior omnibus accidentibus, 161. e. 2. materialis, per quid ſit diuiſibilis in partes integrantes, 146. e. 2

Subſtantia prædicameutalis quomodo deſcendat ad ſua inferiora, 459. b. 1

Subſtantia & accideos in quo differant, 55. d. 2

Subſtantia incorruptibilis per ſe & oeceſſariò, quot modis poſſit fingi, 369. a. 1

Subſtantia, ablatâ quantitate, quomodo indiuiſibilis, 248. a. 1

Sobſtantia vt ſic, ſeu ſubſtantiæ abſtractæ an ſint obiectum adæqoatum Metaphyſicæ, 448. e. 1

Subſtantia rerum quomodo cognoſcatur, 116. d. 2

Subſtantia quæois ao poſſit moueri, 232. d. 1. an poſſit eſſe terminus motus ſucceſſiui, 230. a. 2

Subſtantia per diuinam potentiam addita ſubſtantiæ, an io eodem loco diceretur intendi, 305. e. 1

Subſtanoæ materiales, an præciſa quantitate, habeant extenſionem aliquam in ordine ad totum, 247. e. 1. an vt ſic habeant partes extra partes, *ibid.* c. 2. quænam ſit ſolius quantitatis, 248. 1. an poſſiot cognoſci ab iotellectu, 441. b. c. 1. *& ſeq.*

Subſtantiæ ſeparatæ per quid indiuiduentur phyſicè, & per quid metaphyſicè, 463. e. 2. quomodo cognoſcantur à viatoribus, 441. e. 2

Subſtantiæ an ſuſcipiant magis & minus, & an ſucceſſiuè generentor, 173. c. 2

Subſtantiæ naturales qualia ſint entia, 172. d. 2

Subſiſtentia.

Subſiſtentia quid ſit, 464. a. 2. quid addat ſupra naturam, & io quo conſiſtat formalis eius ratio, 464. e. 2. *& ſeq.* 465. b. c. 1. a. 2. an ſit aliquod accidens, vel exiſtentia ſubſtantialis, *ibid.* d. 1. quid addat ſupra naturam exiſtentem ſingularem, *ibid.* e. 1. quomodo diſtioguatur à natura exiſtente per ſe negatiuè, 465. e. 2. ao ſit vna tantùm ſimplex in compoſito, an vna compoſita ex duabus, *ibid.* e. 2. 466. a. 1. an dimanet à materia, vel à forma, vel à toto, *ibid.* e. 1. cur alia ſit oegatiua, & alia poſitiua, 152. e. 3

Succeſſio, ſucceſſiuum.

Succeſſio in motu phyſico vode poſſit oriri, 128. c. 2. 221. e. 1. quæoam ſit eſſentialis motui, *ibid.* a. 2. vnde ſucceſſio in formis, *ibid.* b. 2. quomodo accedat motui, *ibid.* d. 2

Succeſſiuum quodnam nequeat permanere, & quodnaoi poſſit, 223. b. 1

Superficies.

Superficias quomodo ſit de eſſentia loci, 165. c. 2. an admittenda, 156. d. 1. ao detur à parte rei, *ibid.* e. 2. an ſit eos reale, *ibid.* c. 2. ao ſit ſpecies quantitatis diſtincta à puncto & lioca, 157. d. 1

Suppoſitio.

Suppoſitiones ad diſcentem cur ita dictæ ab Ariſtotele, 99. a. 3

Suppoſitum.

Soppoſitum quid ſit. 464. d. 1

Suſcipere.

Suſcipere magis & minus quid ſit, 65. c. 2

Suſtentari, Suſtentatio.

Suſtentari & recipi in rebus ſubſiſtentibus an ſit idem, 170. b. 1

Suſtentationis ſubiectum quid ſit, 169. a. 2

Syllogiſmus.

Syllogiſmus quid ſit, 5. a. 2. 90. b. 2. & an verum ſit Logices obiectum, *ibid.* b. 2. 26. e. 1

Syllogiſmns illatiuus an ſit verè ſyllogiſmus, *ibid.* d. 2. Syllogiſmus verus qois ſit, 91. a. 1. quot neceſſariò requirantor in eo, *ibid.* b. 3. ad quid inuentus, *ibid.* e. 1. an concluſio ſit de illius eſſentia, 91. e. 2. vt inſtrumentum ſciendi eſt, an inuoluat intrinſecè in ſua ratione concluſiooem, 92 a. 1. an vt inſtrumentum ſciendi ſit diſcurſus, *ibid.* vt iotegra intellectus operatio eſt, ao inuoluat intrinſecè tertiam operationem, *ib.* b. 3. illius principia quænam ſiot, 92. d. 1. *& ſeq.* Syllogiſmus conſtans tribus propoſitionibus quomodo appelletur, 93. b. 1. Syllogiſioorum quot ſint figuræ, 94 d. 1. Syllogiſmus quartæ figuræ ſuperfluos, non fallax, *ibid.* d. 2. quale ſit obiectum in libris Priorum, 88. a. 2

Syllogiſmum conſtruere coiuſnam ſit potentiæ operatio, 30. a. 1

Sympathia.

Sympathia rerum naturalium explicatur, 434. b. 1

Synopſis.

Synopſis doctrinæ Ariſtotelis de materia, 172. c. 1

T

Tactus.

TACTVS an ſit per totum corpus diffuſus, 427. e. 2. an requirat medium, *ibid.* d. 2. quam ſentiat qualitatem, *ibid.* ſecundùm quid ſit vous, *ibid.* e. 1. illius obiectum materiale quodnam ſit, & quodnam formale, 427. e. 2

Tarditas.

Tarditatis ratio formalis in quo conſiſtat, 245. d. 1

Tempus.

Tempus qoid ſit & quotuplex, 279. b. 2. e. 2. an ſit quid reale extra animam, *ibid.* an rectè definitum, 280. a. 1. quotupliciter ſumatur, *ibid.* quomodo ſit numerus, *ibid.* b. 1. quomodo menſura quietis, *ibid.* c. 2. an ab eo diſtioguatur motus, *ibid.* e. 2. an poſſit reproduci, 282. d. 1. ao ſit vnicum vel plura,

ibid. e. 2. in quas partes diuidatur, 243. e. 1. quomodo potuerit incipere per inſtans, 346. e. 2. qoale correſpondeat æternitati, 348. a. 2. an ſit ſpecies quantitatis diſtincta à motu, 72. b. 1 ſecundùm quid ſit ens, 129. a. 3. quomodo incipiat & deſinat, 245. c. 2

Terminus.

Terminus relationis qoid ſit, 75. e. 1. qoomodo ab actione & motu reſpiciator, 76. c. 1. in relatione num debeat eſſe actu exiſtens, 81. e. 2. an aliquid ſit abſolutum vel relatiuum, 82. e. 1. & c. 2

Terminus inceptionis & deſitionis quotuplex, 244. e. 2

Terminus à parte rei, num diſtinguatur à fundamento in qualibet relatione, 81. b. 1. vt diſtinguatur à fuodamento quænam requiratur diſtinctio, 81. c. 2

Terminus motus ſucceſſiui quis ſit, 230. d. 2. quis per ſe ſit, 231. a. 2. alius vltimus, alius copulatiuus, 68. c. 2. neceſſariò indiuiſibilis, 68. d. 2. an detur in viuentibus quoad magnitudinem, & quoad paruitatem, 411. b. d. 1. an detur idem terminus io vioentibus homogeneis, *ibid.* e. 1

Terminum reſpicere vt purè terminum quid ſit ex Caietano, 75. e. 2

Termini motus tam ſucceſſiui qoàm inſtantanei quinam poſſint eſſe, 230. e. 1. d. 2. quot & quales debeaot eſſe. 231. e. 1

Terminorum coonexio cuiuſnam ſit operationis, 86. d. 2

Terra.

Terra an ſit ſemper ſommè ſicca, 340. e. 1

D. Thomas.

D. Thomas quid ſentiat de Logica, 4. d. 1. quid cenſeat de obiecto phyſicæ, 152. e. 2

Thomiſtæ qoid cenſeant de exiſtentia materiæ, 151. b. 2

Toletus.

Toletus quid cenſeat de Logica, 9. a. 2

Totum.

Totum vt totum eſt, an ſit natura, 187. c. 1

Tranſitus.

Tranſitus qui eſt de eſſentia motus an ſit ſubſtantia vel accidens, 221. d. 1

Tranſmutatio.

Tranſmutationis principia cur taotùm tria, 220. e. 1

V

Vacuum.

VACVVM quot modis ſomi poſſit, 275. b. 1. an naturaliter dari poſſit, *ibid.* d. 1. quare repugnet, *ibid.* qoare ob motum localē non ſit ponendum, *ibid.* b. 2. diluuntur experimenta conantia probare vacoum, *ib.* c. 2. quodnam agens illud impediat, 275. e. 2. an poſſit fieri per virtutem angelicam, vel diuinam, 276. b. 1. ao ſi daretur, repugnaret in eo fieri motum, *ibid.* d. 2

Vbi.

Vbi quomodo terminus motus ſucceſſiui, 230. d. 2. cur dicatur terminare per ſe motum ſucceſſiuum, 231. b. 1. an extrinſecom detur, 267. c. 2. 268. e. 1. an detur vbi intrinſecum præter ſuperficiem extrinſecam & extenſionem actualem io loco, 268. c. 1. ao conſtitutiuum corporis hîc, 269. c. 1. qualis ſit modus, *ibid.* d. 1. quare immobile, *ibidem* e. 1. quomodo dependeat à ſpatio imaginario, *ibid.* a. 2. Vbi intrinſecum ao habeat rationem loci, 270. c. 1. Vbiqoetarij refelluntur, 271. a. 2. an in vno corpore ſint plura vbi, *ibid.* b. 2. quotupliciter habeat partes extra partes impenetrabiles, 249. a. 2. an ei competat impenetrabilitas ſimpliciter & ratiooe ſui, *ibid.* b. 2

Velocitas.

Velocitatis formalis ratio in qoo cooſiſtet, 245. d. 1

Ventriculus.

Veotriculos quonam alimento nutriatur, 410. a. 2

Verbum.

Verbum diuinum de nouo terminans naturam humanam, cur non dicatur mutetum, 142. b. 2

Verbum mentis quid ſit & an detur, 435. e. 2. per quid producatur, 436. a. b. 1. an ſit terminus alicuius actionis, *ibid.* c. 1. quomodo differat ab habitu, *ibidem* a. 2. quomodo diſtioguatur ab obiecto, & quomodo à ſpecie intelligibili impreſſa, 436. b. 2. quid ſis ex ſua ratione intrinſeca, 437. a. 1

Veritas.

Veritas quid ſit, 86. d. 1. 474 a. 2. an detur aliqua io prima operatione. *ibid.* e. 1. in quo ſit, *ibid.* a. 2. Qua ratione ſit in enuntiatiooe magis, quàm in apprehenſione, 86. c. 2. quo modo ſit in prima operatione, & quomodo in ſecunda, *ibid.* e. 2. in qua operatione directè cognoſcatur, 87. a. 1. eam cognoſci in actu ſignato quid ſit, & quid in actu exercito, *ibid.* quotupliciter ſit in aliquo, 28. b. 2. nedum eſt in iotellectu, ſed etiam in rebus, 475. a. 1. io quo formaliter conſiſtat, 474. an addet enti aliquam relationem realem formaliter, *ibid.* d. 1. quam potentiam addat enti, 474. c. 2

Vermis.

Vermes qui fiunt ex homine, eo dicantur ex eo generari, 413. c. 2

Verum.

Verum quomodo ſeqoi poſſit ex falſis ex D. Thoma, 100. a. 1 quid addat ſopra ens, 475. e 1. *& ſeq.* quæ ſit eius formalis ratio, 474. b. 1. a. 2. quomodo ſit paſſio entis, *ibid.* d. 1. c. 2. quid dicet formaliter, quid connotatiuè, 475. b. 1. quomodo ſit entis paſſio, *ibid.* c. 1

Viſio, Viſus.

Viſio quo modo fiat, 421. d. 1. qoodnam ſit illius obiectom, *ibid.* b. 2. an fiat in inſtaoti, 415. d. 2

Viſus an videat ſe videre, 420. e. 1. illius ſenſorium quodnam ſit, 424. a. 2

Viuens.

Viuens qoomodo idem maneat ante & poſt augmentationem, 405. b. 1. de illius ratione eſt habere partes, quæ deperdantur continuò, 405. d. 2. qoare dicatur idem eſſe ante & poſt augmentatiooem, 406. c. 1

Viuentium generatio quid ſit, & quomodo dicator, 415. d. e. 2

Viueotium quot ſint differentiæ, 385. b. 2

Vnguis.

Vngues an ſint enimati, & qualem habeant formam, 389. b. 1

Vnio.

Voio quid ſit, & quotuplex, 195. d. 2. ad quid ordinetur eſſentialiter, 196. b. 1. ad quid inſtituta, *ibid.* d. 1. an vna & ſimplex ſit cauſalitas materiæ & formæ reſpectu compoſiti, *ibid.* d. 2. an vnio animæ rationalis ſit in materia, an in forma: & an ſpiritualis ſit vel materialis, 197. b. 2. an ſit modus inter animam & corpus, 198. b. 1. vnio Chriſti quo ſenſu ſit naturalis, & quo ſupernaturalis, 198. b. 1. vnio animæ ſpiritualis an ſimul ſit materialis & ſpiritualis, *ibid.* e. 1. vnio qua vnitur forma, ſpiritoalis corpori ao ſit in vtraque parte formaliter, *ibid.* eſt formaliter potiùs in anima, terminatiuè in materia, 198. e. 2. vnio in vno extremorum formaliter, in alio terminatiuè, 199. b. 2. quomodo ſit in materia & forma, *ibid.* an omnino ſit idem in formis materialibus cum inhærentia, 200. e. 1. an modus ſit ordinatus ad plura munia exercenda, 200. c. 1. vnio cauſarum in ordine ad effectus quotuplex, 207. b. 1. an ſit exhibitio ſui, 193. e. 2

Vnio & dependentia an ſint omnino idem cum motu, 227. d. 1

Vnio tum in fieri, tum in facto eſſe, an diſtinguatur ab actione, paſſione & moto, 228. a. 1. quomodo differat à motu inadæquatè ſumpto, *ibid.* b. 1

Vnio io definitione miſtioois quid ſignificet, 330. e. 2. quomodo maior inter materiam & formam, quàm inter materiam & accideotia, 290. c. 2

Vnitas.

Vnitas quotoplex, 154. d. 2. vniuerſalis in quo conſiſtat, 32. b. 1. iodiuid-ualis quid dicat, *ibid.* formalis quomodo differat ab vtraque, *ibid.* an detur vnitas à parte rei, *ibid.* e. 1. vniuerſalis quomodo fiat, 33. b. 2 cur requiratur in vniuerſali, 39. e. 1

Vnitas, quæ in prima abſtractione ſufficit ad vniuerſale, an ſit diſtincta ab vnitate formali, 40. e. 1. vniuerſalis, qoo ſenſu ooo poſſit conuenire alteri quàm vniuerſali, 41. a. 1. an ſit ratio cooſtitutiua vniuerſalis formaliter, 31. b. 2. in quo conſiſtat, *ibid.* e. 2. vnitas formalis an ſufficiat ad vniuerſale formale, 22. e. 2

Vnitas vltima quid ſit, 70. e. 1. in vnitatibus ſimul collectis quot poſſint intelligi,

Vnitas formalis ao diſtinguatur à numerica, 459. a. 2

Vnitas oumeralis quomodo fiat, 33. b. 2. an vnitas numeralis naturæ communis detur, 38. c. 1. vnitas præciſionis ad quid neceſſariò requiratur, 33 b. 2

Vnitas tranſcendentalis cur dicatur paſſio incomplexa, 479. c. 1. quænam ſit, 471. e. 1

Vnitas ſcientiæ vnde deſumatur, 118. a. 2

Vnitas alia determinata generis, alia minimè, 470. e. 2

Vnitas à natura expetita quæ, 358. d. 2

Vnitas imperfecta an implicet, 454. e. 2. qualis requiratur ad vnitatem numericam motus prout eſt à parte rei, 237. b. 1

Vnitas perfectio, & diſtioctio tantùm à forma, 177. b. 2

Vnitas quam intellectus inuenit in rebus vt eas poſſit ſimul intelligere, quæ ſit, 458. b. 1

Vnitas entis an ſufficienter conſtituatur per negationem diuiſioois in ſe, 471. b. 2

Vnitio.

Voitio quomodo ſit idem cum motu, 257. b. 2. quandonam identificetur cum motu, *ibid.* d. 2. quanam ratione ſit idem realiter cum actione totali, 228. a. 1. quomodo dicatur actio, paſſio & motus, *ibid.* b. 1

Vniuerſale.

Vniuerſale quotuplex ſeu qoot modis ſumatur, 29. c. d. 1. & a. 2. quid ſit, *ibid.* b. 2. prout eſt in ſingularibus velut diſperſom, an ſit ante omnem intellectus operationem, 31. a. 1. quid ſit ad illud requiſitom, *ibid.* c. 2. quomodo definiatur ab Ariſtotele, 511. b. 2

Vniuerſale & genus quotuplici modo conſiderentur, 41. d. 2. quale ſit genos, 44. d. 1

Vniuerſale logicum quid ſit, 53. e. 2. qoot ſint illius ſpecies, 54. a. 1. quot ſint vniuerſalia, *ibid.* b. 1. an tot ſint prædicabilia quot vniuerſalia, 54. c. 1. An vniuerſale ſit genos ad quinque prædicabilia, 54. c. 2. ad quid ſit genus vniuocum tantùm, *ibid.* d. 2. quomodo poſſit eſſe ſpecies ſui ipſius, 54 e. 1. vniuerſalitatis quot ſint modi, 56. a. 2. natura per quid habeat vnitatem ſufficientem ad vniuerſale, 41. c. 1

Vniuerſalis nomen quid propriè ſignificet, 41. b. 2. illius caoſa materialis proxima, quæ verò remota, 42. b. 1. an ſufficiat ad vniuerſale, ſi natura abſtrahatur ab vnico indiuiduo, 40. d. 2

Vnioerſale formale per quam intellectus operationem fiat, 38. e. 2. an ſit geous ad quinque prædicabilia, 43. d. 1

Vniuerſale & ſingulare quomodo inter ſe repugnent, 31. e. 1. quomodo non, *ibid.*

Vniuerſale & ſingulare per eandem ſpeciem impreſſam repræſeotantur, 438. e. 2. an priùs cognoſcatur quàm particulare, 438. a. 2. quali cogoitione ſit nobis notius, 439. e. 2. ad quid debeat eſſe aptum, 47. e. 2. an poſſit abſtrahi per intellectum ab vnica tantùm ſpecie, 47. b. 2

Vniuerſale concipientes quid concipiamus, 32. e. 2. an formale detur à parte rei, *ibid.* cur requirat vnitatem, 39. e. 1

Vniuerſalis cauſa efficiens quænam ſit, 38. c. 2. natura ad illud ſufficiens, 39. a. 2

Vniuerſalis ratio formalis in quo conſiſtat, 31. b. 2

Vniuerſalia quo ſenſu habeant cauſas, 31. b. 1. an aliquid ſint reale, 30. b. 2

Vniuocatio, Vniuocum.

Vniuocatio principij quænam ſit, 141. b. 2

Vniuocatio cuiuſlibet generis à quo debeat deſumi, 147. b. 2

Vniuocatio num omois tollatur à prioritate & poſterioritate, 85. c. 2

Vniuoca quid ſint, 57. e. 2. 59. e. 1

Vniuoca quænam ita dicantor, 57. a. 2

Vniuoca participantia & vniuoca participata quæ, 59. b. 2. ad rationem vniuocam quid ſufficiat, 59 d. 2. qua ratiooe ſit in illis aliqua diuerſitas, 60. d. 1

Vnum.

Vnum quot modis dicatur, 69. e. 2. quæ plura ſunt quomodo vnum per ſe conſtituere poſſint, 70. b. 1. quomodo numerus vnum per accidens & vnum per ſe, *ibid.* e. 1. aliud per ſe, aliud per accidens, 469. e. 1. an addat

enti aliquid poſitiuum à parte rei diſtinctum, *ibid.* b. e. 2. an ei addat aliquid negatiuum, *ibid.* d. 2. quid ſit formaliter, 470. a. 2. an de facto habeat ſemper adiunctam vnionis negationem, *ibid.* e. 2. vnum quid ſit, 472. a. 1. negatio quam addit vnum, an ſit pura negatio, an priuatio, *ibid.* d. 1. an formaliter dicat negationem, quam addit enti, an verò quid poſitiuum, 472. b. 2. quare non dicat formaliter entitatem, quod facit verum & bonum, 473. b. 1

Voluntas.

Voluntas humana Chriſti quomodo dicatur impeccabilis, 370. b. 2. an diſtinguatur realiter ab appetitu ſenſitiuo & naturali, 444. d. 2. per quid differat ab appetitu ſenſitiuo & innato, 445. a. 1. an diſtinguatur ab intellectu, 445. e. 1. quid ſit, *ibid.* b. 2 an ſit intellectu nobilior, 446. b. 1. an poſſit conficere ens rationis, 18. e. 1. quid ſupponat dum amat impoſſibilia, 19. a. 1. quomodo cognoſcatur ab anima, 442. e. 1. quomodo illius actus cognoſcantur ab intellectu, *ibid.* e. 1. an poſſit de potentia diuina ferri in incognitum, 211. e. 1

Vox.

Vox quid ſit & in quo differat à ſono & ſermone, 425. e. 2

Voces omnes ſignificatiuæ an ſint obiectum Logicæ, 24. d. 2

Vtilitas.

Vtilitas naturalis philoſophiæ, 133. b. 2

Z

Zabarella.

ZABARELLA quid cenſeat de Logica, 4. d. 1. illius opinio reiicitur, 5. c. 1. quid de illius obiecto, 24. c. 1

Zimara.

Zimara quid cenſeat de Logica, 4. d. 1

FINIS.

SVMMA PRIVILEGII
Chriſtianiſſimi Regis.

CAVTVM eſt auctoritate Regis, ne quis in regno ſuo, aliiſve locis ſuæ ditioni ſubiectis intra decem proximos annos, FRANCISCI MARIÆ DEL MONACO *Drepanitani Clerici Regularis, & Patauij olim Theologiæ Profeſſoris, in vniuerſam Ariſtotelis Philoſophiam, quæ in Scholis prælegi ſolet, Diſputationes & Commentaria*, &c. abſque Sebaſtiani Cramoiſy Architypographi Regij permiſſu, imprimat, aut diuendat, à die publicationis horum exemplarium: qui ſecùs fecerit, mulcta indicta, prout ampliùs in diplomate regio continetur, mulctabitur. Datum Pariſiis 19. Decembris 1650.

Sic ſignatum, CRAMOISY.

Digitized by Google

Google